MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMAE FAMILIAE WELFICAE AB HISTORIA SCRIBENDA.

LEGVM
TOMVS II.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCXXXVII.

TOMO LEGUM SECUNDO CONTINENTUR:

Richardi regis constitutiones. 381—382

Rudolfi I. regis constitutiones. 382—458

PARS ALTERA.

CAPITULARIA SPURIA. CANONES ECCLESIASTICI. BULLAE PONTIFICUM. 1—185

PRAEFATIO

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.
SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.
FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Altero Legum Tomo constitutiones Imperii inde ab occasu Karolorum usque ad obitum Heinrici VII. imperatoris offerimus; praemissis tamen supplementis capitularium in itinere praecipue Batavo anno 1835 a me repertis. Quibus quanta rebus Germaniae per medii aevi saecula lux affunditur, historiae patriae et iuris studiosi facile intelligent, si hocce volumen cum operibus Goldasti, quem unum in ardua hac via signiferum nec raro fallentem, antea noveramus, conferre voluerint. Integrum enim opus e novo prodit, codicibus manu scriptis, chartis authenticis, libris typo editis, et, quorum claustra mihi patuerunt, regestis pontificum Romanorum, superstructum; quibus in unum congestis et secundum temporis ordinem dispositis, id efficere studui, ut ius publicum Germaniae capitularibus Karolorum innixum, qualiter in conventibus curiis et synodis saeculorum subsequentium servatum, auctum, immutatum sit et ad tempora usque Karoli IV, Aureae Bullae conditoris, devenerit, ante oculos ponerem. Nec tamen omnia iuris publici monumenta, sed ea tantum quae universum Imperium aut praecipua eius membra quodammodo tangerent, reliquis collectioni nostrae Diplomatum et Episto-

larum servatis, proponenda statui, acta conventuum generalium, leges et statuta generalia vel maioris momenti provincialia, praesertim treugas quarum hic amplissima collectio ex fontibus antea inaccessis turbatisve prodit, acta electionis regiae et coronationis Aquisgranensis, Mediolanensis, et Romanae, pacta cum ecclesia Romana, cum regibus exteris et cum principibus atque civitatibus Imperii, acta legationum et sacramenta regibus praestita, sententias de principiis iuris publici aut privati a regibus imperatoribusque prolatas, et Imperio demum per Innocentium IV. labefactato confoederationes principum et civitatum pro pace et iustitia conservanda. In pace enim conservanda et iustitia administranda atque ecclesiae christianae tutamine, ad nostra usque tempora regis et imperatoris atque magistratuum ei adsistentium, ducum, comitumque, officia constitisse, nec alia ullo unquam tempore iuris fundamenta agnita fuisse, constitutiones in conventibus publicis inde ab octavo saeculo editae apertissime demonstrant. Est igitur, quod gratulemur, doctorum virorum in rem patriam studio ampla nobis operi condendo subsidia esse subministrata. Et eos quidem singulos locis suis grato animo nominavi. Principem tamen inter eos locum Boehmerus noster obtinet, qui non tantum libris suis rei aggrediendae viam stravit, sed plurimis chartis in itinere diplomatico per Germaniae, Galliae, Belgici tabularia repertis descriptisque penum nostrum ditavit, et altera Regestorum editione mox proditura pleniorem editionum cuiusque diplomatis recensum exhibebit. Iam vero, quod reliquum est, viros doctos opere isto pro iure patrio excolendo et historia Germaniae nostrae illustranda uti, summopere exopto.

Dabam Hannoverae pridie Nonas Iulias a. 1837.

CHLODOVECHI REGIS CAPITULA

A. 500 | 511

PACTO LEGIS SALICAE ADDITA.

Chlodovechum, primum omnium Francorum regem, Pacto legis Salicae capitula nonnulla addidisse, codices saeculi octavi nonique complures referunt, scilicet C. regius Parisiensis, olim Fond de Notre Dame F. 9. *s. IX., ducalis Guelferbytanus olim Weissemburgensis, intra annos* 752 *et* 768 *exaratus, regius Parisiensis N.* 4404. *ex Gallia Narbonensi, circa a.* 806 *scriptus, Vossianus in bibliotheca universitatis Lugdunensis, Hludowico I. imperante in Neustrasia vel Aquitania exaratus, codex Heroldi, codex Sangallensis N.* 731. *anno* 793 *exaratus, Babenbergensis s. IX. regius Parisiensis N.* 4627. *s. IX. regius Parisiensis N.* 4409. *s. IX. Sangallensis N.* 729. *sec. IX. regius Parisiensis N.* 4629. *s. IX. necnon Gothanus s. XI. editio Tiliana aliique. Quorum quidem aliquot numerum titulorum sive capitulorum a rege primo christiano adiectorum silent, reliqui vero, Chlodovechum titulos inde a fine Pacti usque ad titulum* 78 *vel* 77 *adiecisse, et multo dein tempore interiecto Childebertum capitula* 78—83 *vel* 84, *Chlotharium capitula* 84 *et sequentia addidisse, profitentur. Inter codices Pacti hodieque superstites nonnisi unus regius Parisiensis N.* 4404. *extat, qui librum Pacti primum usque ad caput* 78 *efferat. Proximus tamen ei Vossianus eandem capitum seriem exhibens, librum primum edicto Chilperici regis et capitibus aliis auctum, usque ad numerum centenarium producit, et in fine Epilogi hac sententia addita* „Hec sunt nomina eorum qui fecerunt legem Salicae Visuast, Saleanats, Vicats; qui uero manserunt in lege Salica in budice (*codice?*) do micio fristatio“ *expresse innuit, Pactum in eum usque titulum protendi; quae quidem sententia eo maioris auctoritatis esse debet, quod titulus ipse nec in Vossiano nec in alio ullo codice reperitur praeter regium* 4404, *in quo ea pars quam pro Chlodovechi additione habemus, vere illo titulo incipit. Capita a Vossiano extremo fere ordine prolata, in libro II. Guelferbytani et post legem Ribuariorum scripta in codice* 4404 *habentur; capita tria ultima Vossiani in codice* 4404 *bis, ad finem Pacti et post capita legi Ribuariorum subiecta, neutro loco numeris signata, et medium eorum in Guelferbytano quoque reperitur. Ita quinque additiones evadunt; primo loco capitula auctoritate codicum antiquorum Chlodovecho tribuenda, secundo edictum Chilperici, tertio capitula ei subiecta et fortasse ab ipso Chilperico profecta, quarto et quinto additiones quae secundum codices a Childeberto et Chlothario regibus edita esse videntur, si tamen certi quid tali in re effici potest. Nam nec regum nomina nec capitula cuique eorum tribuenda extra dubitationem posita sunt.*

500—511

Aetas enim notitiae illius de legislatoribus Francorum an sextum saeculum attingat, haud pro explorato habemus; eam tamen septimo certe viguisse inde redit, quod auctor libri de Gestis regum Francorum anno 720 *scripti quae ipse de legislatoribus Francorum tradit ex prologo illo Pacti mutuatus est. De nominibus quidem regum Childeberto et Chlothario haud ambigitur, sed quinam illius nominis, utrum Chlodovechi an Sigeberti et Chilperici filii intelligantur, non plane constat, quum Prologus Pacti Chlodovechi filios innuere videatur, Epilogus fratrum appellatione aperte eos indicet, e contra index capitum codicis regii* 4404 *et codex Vossianus Chlodovechi capitulis statim Chilperici edictum subiiciant, et alter eorum, scilicet regius, Childeberti et Chlotharii leges loco plane diverso, post legem Ribuariorum, alter vero, Vossianus, septemdecim aliis capitulis edicto Chilperici additis eas versus finem demum libri sui habeat, ita ut post Chilperici tempus additas fuisse ideoque Childeberto II. et Chlothario II. tribuendas credi possit. Quod divisionem capitulorum unicuique adscribendorum attinet, de capitulis Chlodovechi et Chilperici constat, quum codex regius* 4404 *haud ultra illa extendatur, et Vossianus edictum Chilperici iis presse subiiciat. Num autem capitula Vossiani* 78—82 *Childeberto,* 83—100 *Chlothario, an* 78—94 *auctori ignoto, fortasse ipsi Chilperico,* 95—97 *aeque ac Guelferbytani* 68—73 *et regii* 4404 *capita quae post legem Ribuariorum leguntur* 1—7, *Childeberto, et nonnisi capita tria quae utrique legi Salicae et Ribuariorum in codice regio subiecta, in Vossiano capp.* 98—100 *et in Guelferbytano c.* 84. *habentur, Chlothario vindicanda sint, in tanta historicorum inopia, codicibus silentibus, plane effici posse haud confidimus. Id igitur consilii secuti sumus, ut dum codices regius* 4404 *et Guelferbytanus capitula Vossiani* 78—94 *plane ignorant, utriusque capitula primo loco posita, regii post legem Ribuariorum cap.* 1—7, *Guelferbytani* 68—73, *Vossiani* 95—97, *regi primo loco nominato Childeberto, et capitula iis aeque ac Chlodovechi capitulis in codice regio subiecta, quaeque ultimo loco codicis Vossiani occurrunt, Chlothario tribuenda censeremus. In re enim tredecim saeculorum tenebris obvoluta satis fecisse videbimur, si veritate fortasse negata, codicis omnium qui supersunt praecipui auctoritate freti, saltem similitudinem quandam veri assecuti fuerimus. Nam Guelferbytanus, ordine titulorum haud semel perturbato insertisque Chlotharii cum Childeberto pactis et decreto, pondus regii Parisiensis affectare non potest.*

Iam capitula codicis 5) *regii LXVI—LXXVI., quorum tria priora in* 6*) *Vossiano haud leguntur, reliqua numeris LXVIIII—LXXVI. signantur, proponimus; tria eorum et in* 4) *Guelferbytano cap. LXXV. LXXIV. LXXVI. duo apud* 7) *Heroldum tit.* 69. *extant.*

CAPITULA.

1[a]. *De mitio fristatito.*

2. *Si quis hominem de furcas descenderit extra consilium iudicis.*

3. *De eum qui hominem vivum de furcas furavit.*

a) *capp.* 1—4 *desunt* 6*.

4. De eum qui infantem alienum tunderit.
5. De muliere qui se cum[a] servo suo copulaverit.
6. De conciliatoribus.
7. De muliere vidua[b] qui se ad alium[c] marito donare[d] voluerit.
8. De viros qui alias[e] ducunt uxores.
9. De hominem inter duas villas occisum.
10. De pignoribus[f].
11. De muliere[g] cessa[ga] vel excapilata.
12. De eum[h] qui causam alienam dicere[i] praesumpserit.

1[k]. *De mitio fristito*[k*].

Si quis truste dum vestigio minant[1] detenere aut battere praesumpserit, 2500 dinarios qui faciunt solidos 63 culpabilis iudicetur.

2[l]. *Si quis hominem de furcas abaterit extra consilium domini sui iudicis.*

Si quis hominem extra consilium iudicis de furcas abaterit aut de ramum ubi increcatur aut reponere praesumpserit, 1200 din. qui faciunt sol. 30 culp. iud.

3[m]. *De eum qui hominem vivo de furca furaverit.*

Si quis hominem vivo de furca tollere aut demittere praesumpserit malb. mor chamo, hoc est 4000 din. qui fac. sol. 100 culp. iud.

4[n]. *De eum qui infantem alienum tundere praesumpserit.*

1. Si quis puerum crinitum extra consilium parentum tundere praesumpserit malb. uidri darchi, hoc est 1800 din. qui fac. sol. 45 culp. iud.

2. Si vero puella tunderit hoc est extra consilio parentum, 4000 din. qui fac. sol. 100 culp. iud.

5[o]. *De muliere qui se cum servo suo copulat*[p].

1. Si quis[q] mulier[r] qui cum servo suo in coniugio copulaverit, omnes res suas fiscus adquirat[s] et illa aspellis faciat[t].

2. Si quis de parentibus[u] eam[v] occiderit, nullus mortem[w] illius, nec parentes nec fiscus[x], nullatenus[y] requiratur. Servus ille[z] pessima cruciatu[*] ponatur, hoc est[a] in rota mittatur. Et vero[b] muliere ipsius, de parentibus aut quilibet[b*] panem aut hospitalem dederit, sol. 15 culp. iud.

6[c]. *De conciliatoribus*[d].

1. Si quis filium aut filiam alienam extra consilio[e] parentum in coniugio copulandum consiliaverit[f] et ei fuerit adprobatum, et parentes[g] exinde aliquid damnati[h] fuerint[i] aut certe raptores[k] vel convivas conciliatores fuerint, morte damnentur[l] et res ipsorum fiscus adquirat[m].

2. Raptores vero, quod in anteriorem[n] legem scriptum est, amplius non damnentur[o].

7[p]. *De muliere vidua qui se ad alium maritum donare*[q] *voluerit.*

1. Si quis mulier vidua[r] post mortem mariti sui ad alterum[s] marito se[t] dare voluerit, prius[u] qui eam accipere voluerit reibus[v] secundum legem donet: et[w] postea mulier, si[x] de anteriore marito filios[y] habet, parentes infantes[z] suorum consiliare debet[*]; et si in dotis 25 solidos accepit[a], 3 solidos achasium[b] parentibus qui proximiores sunt marito defuncto donet; hoc est[c] si pater aut mater desunt, frater[d] defuncti aut certe

a) mulieri quicumque 6*. b) mulierem viduam 6*. c) alio 6*. d) dare 6*. e) alienas 6*. f) pignoratoribus 6*. g) mulierem cesam vel scapillatam 6*. ga) *i. e.* caesa. h) eo 6*. i) mallare 6*. k) *titulus hic extat nonnisi in codice* 5. LXVI. *signatus.* k*) *ita* 5. fristatito *supra in indice* fristatio 6* *in sententia de legislatoribus.* l) *est continuatio tituli anterioris in* 5 m) *extat in codice* 5. LXVII. *signatus.* n) *extat in codice* 5. LXVIII. *signatus; cf. editionem nostram Pacti legis Salicae tit.* XXIV. 2. o) *extat nonnisi in c.* 5. *sign.* LXVIIII. *et in codice* 6* *sign.* LXVIIII. p) copulauerit 6*. q) quis *corr.* qua 6*. r) mulierem *corr.* mulier 6*. s) atquirat 6*. t) aspellias fa 6*. u) de p. *desunt* 6*. v) eum 5. w) morte 6*. x) filius 5. y) *deest* 6*. z) vero 6*. *) truciatu 5. poena 6*. a) est ut in 6*. b) mulier vero 6*. b*) quaelibet 5. c) *extat nonnisi in* 5 *et* 6* *sign.* LXX. d) consiliatoribus 6*. e) consilium 6*. f) conciliauerit 6*. g) probatis 6*. h) dampnati 6*. i) fuerit *corr.* fuerint 6*. k) rapta res 6*. l) dampnetur 6*. m) atquiratur 6*. n) anteriorem *corr.* anteriore scriptum 6*. o) amplius dampnetur 6*. p) *ex codice* 5. 6*. q) ad alio marito dare 6*. r) mulierem post 6*. s) altero 6*. t) *deest* 5. u) primus 6*. v) rebus 6*. w) *deest* 6*. x) fi 5. y) infantem 6*. z) infantum 6*. *) *deest* 5. a) accipit 6*. b) adesium 6*. c) h. e. *desunt* 6*. d) d f. *desunt* 6*.

1) cf. Legum T. I. p. 13. c. 8.

nepus, fratris senioris [a] filius, ipsis achasius debetur [b]. Et si isti non fuerint, tunc in mallo iudici, hoc est comite aut grafione [c], roget de ea ut [d] in verbum regis mittat; et achasium [e] quem parentibus mortui mariti [f] dare debuerant, parti fisci adquirat [g]. Si vero 63 solidos in dotis [h] accipiat [i], sol. 6 [k] in achasium [l] dentur; hoc est 5 per decinus [m] sol. singuli in achasium [n] debentur [o]. Sic tamen, ut dotem quem anterior [p] maritus dedit, filiis suis post obitum matris sine ullum consorcium [q] sibi vendicent ac defendant [r]. De qua dotem [s] mater nec vendere [t] nec donare praesummat [u]. Certe si mulier de anteriore marito filios non habuerit, et cum dote sua ad alias nuptias ambulare voluerit, sicut [v] superius diximus achasium [w] donet. Et sic postea scamno cooperiat et lecto cum lectaria [x] ornet, et ante novem testes parentibus defuncti marito [y] invitat [z] et dicat: *Omnis [*] mihi testes sitis [a], quia [b] et achasium dedi ut pacem habeam [c] parentum, et lectum stratum et lectaria condigna et scamno cooperto [d] et cathedras quae de casa patris mei exhibui, hic demitto [e].* Et hoc, liceat cum duas partes dotis sui [f] alio se dare [g] marito. Si vero istud non fecerit, duas partes dotis [h] perdat, et insuper fisco solidos 63 culp. iudicetur.

2. De [i] puellas militunias [k] vel litas, haec lex medietate servetur.

8 [l]. *De viris qui alias ducunt uxores.*

1. Si quis uxorem amiserit [m] et aliam [n] habere voluerit, dotem quem primarie [o] uxorem [p] dedit, secunda ei donare [q] non licet: si [r] tamen adhuc [s] filii parvoli [t] sunt, usque ad perfectam aetatem res [u] uxores anteriores vel dotis cause [v] liceat iudicare; sic vero ut [w] de [x] has [y] nec vendere [z] nec donare praesummat [*].

2. Si vero de anteriorem uxorem filios non habuerit, parentes qui proximiores sunt mulieres [a] defuncti, duas partes dotis recoligant [b], et duos [c] lectaria demittant, dua scamna [d] coperta, duo cathedras. Quod si istud non fecerint [e], tertia sola de dote [f] recoligant; tamen si per adfatimus [g] antea non cromaverint [h].

9 [i]. *De hominem inter duas villas occisum.*

Si [k] sicut [l] adsolet homo iuxta strada [m] aut inter duas villas proximas sive [n] vicinas fuerit interfectus, ut [o] homicida [p] illa [q] non appareat [q*], sic debet iudex, hoc [r] est comis aut grafio, ad locum [s] accedere et ibi cornu [t] sonare debet [u]. Et si vinerit [v] qui corpus cognuscit occisi, sic parentibus in noticia ponatur. Si vero non venerit qui corpus cognoscat [w], tunc vicini illi in quorum [x] campo vel exitum corpus inventum est [y], debent facere bargum [z] quinos pedes in altum, et in [*] praesentia iudicis ibi [a] levare corpus. Et debet iudex nuntiare et dicere: *Homo iste in vestro agro vel in vestibulo [b] est occisus. Contestor, ut usque in septem [c] noctes non reponatur [d]; et de homicidium istud [e] vos admallo [f], ut in mallo proximo veniatis, et vobis [g] de lege dicatur [h] quid [i] observare debeatis [k].* Tunc vicini illi quibus nuntiatur a iudice [l], ante 40 noctes [m], qui meliores sunt, cum sexaginos quinos [n] iuratoris [o] se [p] exuant [q] quod nec occidissent [r] nec sciant qui occidisset [s]. Minoflidis [t] vero vicini [u] quinos denos [v] iuratores donent singuli [w]. Qui [x], ut superius diximus, id est qui iurant [y], si istud sic [z] ante 40 noctes [*] non fecerint [a], nove-

a) fratres seniores 6*. b) adesium debet 6*. c) comiti aut grafioni 6*. d) eam in 5. ea in 6*. e) hacesium 6*. f) *cod.* chariti. g) adquiratur 6*. h) dotis *corr.* dote 6*. i) a. *corr.* accipit 6*. k) III adesium 6*. l) achium 5. m) decinos *corr.* decenos 6*. n) s adhesium 6*. o) debit *corr.* debet 6*. p) anteriorem 6*. q) ullam consorciam 6*. r) uindicent hac defendat 6*. s) d. *corr.* dote 6*. t) uindent *c.* uindat 6*. u) praesumet *c.* praesumat 6*. v) *deest* 5. w) adhesium 6*. x) lettaria *c.* lectaria 6*. y) *deest* 5. z) inuitare debet 6*. *) Omnes 6*. a) scitis 5. b) quae adhesium 6*. c) habeant ri *corr.* in p. 6*. d) coperto 5. e) dimitto 5. f) in 6*. g) sedere 6*. h) dotes *c.* dotis 6*. i) De — servetur *desunt* 6*. k) militurias 5. l) *ex c.* 5. 6*. m) admixerit 6*. n) alium 6*. o) primaria 6*. p) u. *c.* uxori 6*. q) dotare 6*. r) sic 5. s) hadhuc *c.* adhuc 6*. t) paruuli 6*. u) rex 5. v) caute 5. causa 6*. w) *deest* 5. x) *deest* 6*. y) heas *corr.* eas 6*. z) uinderit *c.* uinderet 6*. *) praesumpmat 6*. a) mulieres 6*. b) recollegat 6*. c) dua l. dimittant et 6*. d) duos scamnos coopertos et duas c. 6*. e) fecerit 6*. f) sola dotae recollegant et t. 6*. g) adfacimus 6*. h) *deest* 6*. i) LXXV. 4. LXXIII. 5. 6*. k) Sicut adsallit . . . . vicinas fuerit, et ibi erat homo interfectus *corr.* Si quis adsallitus . . . . v. f. et ibi fuerit h. i. 6*. l) cut 4. 5. m) uilla 5. 6*. n) sibi 5. 6*. o) et 6*. p) homicidia *c.* homicida 6*. q) *deest* 4. q*) apparuerit 6*. r) ut h. e. 6*. s) loco 5. t) cornos 6*. u) *deest* 4. v) vinerit *usque* Si uero *desunt* 5. 6*. w) *deest* 4. agnoscat 6*. x) cuius 6*. y) inuentus 6*. z) debet f. bargo 5. debet f. barco 6*. *) *deest* 4. 5. a) *deest* 5. 6*. b) uestibulum o. e. 6*. c) c. uos quae VII. noctis 6*. d) reponatis 6*. e) uestrium *c.* istum 6*. f) ad mallum uos manneo 6*. g) uos 6*. h) docatur *c.* dicatur 6*. i) quis 4. quod 5. 6*. k) debetis 6*. l) a. i. *desunt* 4. ad iudicem 6*. m) noctis quae 6*. n) sexaginus quinus 4. sex annos quinos 6*. o) *deest* 5 6*. p) *deest* 6*. q) exuent 5. excusent 6*. r) occisissent 6*. s) occidissent 5. occisissent 6*. t) *deest* 6*. u) *deest* 5. 6*. v) dinos 5. w) *deest* 5. 6*. x) quod 6*. y) qui querant 6*. z) *deest* 5. 6*. *) L. noctis 6*. a) fecerunt 6*.

rint[a], se de[b] persona mortui requirenti[c] legibus[d] satis facere. Si vero iurant quod superius diximus, et se per[e] sacramentum idoniaverint[f], nulla eis[g] conpositio[h] requiratur.

10[i]. *De pignoracione*[k].

Si quis debitorem suum per ignorantiam sine iudice[l] pignorare praesumpserit[m] antequam eum nesti canthe chigio[n], hoc est accusante[o], et debitum[p] perdat, et insuper similiter[q] si male pignoraverit[r] cum lege conponat, hoc est capitale[s] reddat et insuper[t] sol. 15 culp. iudicetur[u].

11[v]. *De muliere cesa vel excapilata*[w].

1. Si quis mulierem[x] excapillaverit, ut ei[y] obbonis[z] ad terra[*] cadat, sol. 15 culp. iud.

2. Si vero vittam[a] suam solverit ut capilli[b] ad[c] scapulam[b] suam tangant, 30 sol. culp. iud.

3. Si[d] servus mulierem ingenuam percusserit aut excapillaverit, aut manum perdat[e] aut sol. 5[f] reddat.

4. Si quis mulierem ingenuam pregnantem[g] in ventre[h] aut in renis percusserit pugno[i] aut calcem[k], et ei pecus non excuciat, et illa propter hoc gravata fuerit quasi usque ad mortem, 200 sol. culp. iud.

5. Si quis vero pecus mortuum[l] excusserit et ipsa evaserit, 600[m] sol. culp. iud.

6. Si vero ipsa mulier propterea[n] mortua fuerit, 900 sol. culp. iud.[o].

7. Si vero mulier[p] qui mortua est pro aliqua causa in verbo[q] regis[r] missa est, 1200 sol. culp. iud.

8. Si vero infans puella est qui[s] excutitur[t], 2400[u] sol. conponat.

9. Haec[v] lex de militunias[w], vel letas[x], sive[y] Romanas[z], in medietatem[*] convenit observare.

10. Si[a] quis ancillae pecus mortuum excusserit, si pulicella[b] fuerit, 63[c] sol. conp. similiter et[d] dinarium unum. Si vero ancilla ipsa cellarium[e] domini sui vel geniceum tenuerit, 100 sol.[f] et dinarium pro ipsa conponat[g].

12[h]. *De eum*[i] *qui in*[k] *causa*[l] *aliena dicere praesumpserit.*

Si quis in[m] causa aliena dicere praesumpserit, cui nec[n] demandata nec laevespita[o] fuerit, et non potuerit[p] vindicare, sol. 15 culp. iud. De postea ei cui[q] causa est, liceat legibus causam suam mallare.

a) *deest* 5. 6*. b) sed 5. 6*. se 4. c) *deest* 5. 6*. d) *deest* 5. 6*. e) et semper 5. et rem 6*. f) aeduniauerint *c.* aedoniauerint 6*. g) *deest* 6*. h) c. e. 5. conpositione 6*. i) LXXIIII. 4. 5. 6*. k) pignoribus 5. pigneratoribus 6*. l) iudici *c.* iudice 6*. m) pignorauerit 5. 6. n) nesti gante higio et debitum 4. nesticantę chigio 6*. o) agcusante *c.* acusante 6*. p) perdat — lege *desunt* 6*. q) *deest* 5. r) depignorauerit 4. s) capud 6*. t) *deest* 5. 6*. u) conponat 6*. v) LXXVI. 4. LXXV. 5. 6*. w) capillata 6*. x) *deest* 5. y) eam 6*. z) abonnis 5. obpinis 6*. *) terram 6*. a) uitam 5. b) capillis capulam s. tangient *c.* capilli scapulam s. tangant 6*. c) in 5. 6*. d) Si quis s. 6*. e) manum suam redemat 4. f) *deest* 6*. g) prignantem 5. h) uentrem 6*. i) pugnum 4. k) calicem 6*. l) p. mortis m. e. ei et 6*. m) ei DC 6*. n) propter hoc 6*. o) conponat 6*. p) mulieri 5. q) uerbum 5. r) reges *c.* regis 6*. s) *deest* 6*. t) excutetur 5. excussitur 6*. u) 1400 sol. culp. iud. 4. v) Haec est lex 6*. w) miletunias 4. multitudinis 6*. x) litas *c.* litis 6*. y) *deest* 5. z) romanus 6*. *) medietate 5. mediaetate 6*. a) sicut q. 6*. b) e. spulicella 5. si puella 6*. c) 62 sol. culp. iud. 4. d) et M et dinarium. 4. et adinarium unum 6*. *signum codicis* 4. *medium* (1/2) *significare videtur; ultima eius linea litterae* S *similis pro* semis *saepe occurrit. Inter notas Tironianas significat* mes. *Et fortasse hic et supra capp.* 1. 7. *lectio* 62 1/2 solid. *praeferenda est.* e) celararia aut genicium d. s. t. 5. cellaria aut genitium d. s. t 6*. f) sol. et M et dinarium 4. g) conponatur 5. h) LXXVI. *codicis* 5. 6*. i) eo 6*. k) *deest* 5. l) casa 5. m) Si quis *deest* 5. in c. a. d. p. *desunt in* 5. 6*. n) cuique 6*. o) lever pita 6*. p) potuit 5. q) cuius 6*.

CHILDEBERTI REGIS CAPITULA

PACTO LEGIS SALICAE ADDITA.

c. a. 550.

Ex codice 5) regio Parisiensi N. 4404, collatis 6) Vossiano, 4) ducali Guelferbytano, et 7) Heroldi editione.*

c. a. 550.

1[a]. *De rebus in alode patris*[b].

Si quis super alterum de rebus[c] in alode patris[d] inventas intertiaverit[e], debet ille super quem[f] intertiatur[g], tres[h] testimonia mittere, quod in alode patris hoc[i] invenisset. Et altera[k] trea testimonia[l], qualiter pater suus res[m] ipsas invenisset. Hoc si fecerit[n], potest rem intertiata vindicare. Si ista[o] non fecerit, mittat tres iuratoris[p], quod in alode[q] patris hoc invenisset. Si hoc fecerit[r], se de damno[s] causa eliberat. Si hoc non[t] fecerit, ille qui eas intertiaverit suo feltorto[u], sic postea, quod lex inter docuit, aput quem eas invenit sol. 35[v] culp. iud.

2[w]. *De chane creudo*[x].

Si quis pater aut parentes[y] quando filiam suam ad marito donat[z], quantum[*] ei in nocte illa quamlibet rem donavit, toto[a] extra[b] partem incontra fratres suos vindicet. Similiter[c] quando filius suus ad capilatorias[d] fecerit, quicquid[e] ei[f] donato[g] fuerit, extra parte hoc teneat[h], et reliquas[i] res equale ordine[k] inter se dividant[l].

3[m]. *De homine ingenuo occiso*[n], *quomodo parentis suis conponitur vita sua*[o].

Si quis hominem ingenuum occiderit et ei[p] fuerit adprobatum[p], parentibus debeat secundum legem conponere. Media conpositione[q] filius habere debet. Alia medietate exinde ei[r] debet, ut ad quarta de leude illa adveniat. Alia[s] quarta pars parentibus propinquis debet[t]. Id est[u] tres de generatione patris et tres de generatione matris. Si[v] mater viva non fuerit, media parte de leudae[w] illa[x] parentes inter se dividant. Hoc est tres de patre proximiores[y] et tres de matre. Ita tamen qui proximiores[y] fuerit parentes de praedictis conditionibus prendant[z], ut[*] tres partes illis duabus dividendam dimittat. Et nam et illis duabus ille qui proximior fuerit, illa tertia[z] parte duas partes prendant[a], et tertia parte patri[b] suo demittat[c].

4[d]. *In*[e] *quantas causas electi*[f] *debeant iurare.*

De dote et de res[g] qui in hoste perdita[h] sunt et de homine qui in servitio revocatur[i]. Si[k] amplius iurarent quam tres causas, rem illa in capite reddant[l]. Et quantum lex de causa illa habet, culpabilis iudicetur[m]; et[n] de illis qui iuraverunt tres qui seniores fuerant sol. 15[o] culp. iudicentur, et reliqui iuratores quinos[p] solidos solvant[q].

Codex Vossianus[r]:

De iuratores, de quantas causas tho alapus[1] *debet iurare.*

In quantas causas talentas iuratores sunt 12; in reliquo in dextera et armata lenta causas sunt talentas tres, unam de ducem[2], et alias de res qui in hoste perdidit, tertiam de homine qui revocantur, et causa est sed non misticis *suammala burginam non te respondo.* Propterea non est sacramentum in Francos; quando illi legem conposuerunt, non erant christiani. Propterea in eorum dextera et arma eorum sacramenta adfirmant. Sed post ad christianitatem fuerunt reversi. Propterea in eorum arbitrio ad sacramento revocaverunt. Nam non per arma eorum. Et in eorum arbitrio in eorum sacramento resederunt, ut sic iurant super semispatio[s]: *Vide ille tu auditor vobis arbitriorum, per istum arbitrium, de illas res unde tu me mallasti ego de illas te mallare non redebeo, nisi isto idoneo sacramento orbens*[t] *iuro per isto arbitrio.*

a) LXVIII. 4. *Post legem Ribuariam et vocem* EXPLICIT I. 5. b) *rubricam exhibet* 4. *deest in* 5. c) r. qui in 4. d) *deest* 4. e) i. et i. 5. interciaviret 4. f) s. q. *desunt* 4. g) intertiavit 5. h) III. 4. i) hunc 4. k) i. alia 4. l) *deest* 4. m) q. patris ipsas 4. n) ficeret 4. Si hoc facere potuerit r. 5. o) istas 4. istum 5. p) iurare 5. q) alodis 5. r) Si h. f. *desunt* 4. s) de hoc c. liberans 4. t) Si nec istud 5. u) intertiavit suo feltroctum 5. i. filtorto et sic 4. v) sol. 35. *desunt* 4. w) LXVIIII. 4. *Post l. Rib. II.* 5. x) De cane creuto 4. y) parentis 4. parentella 5. z) mater domo 5. *) quantum *usque* donavit *desunt* 4. a) totam 5. b) e. parte fratris suis uindicit 4. c) S. q. f. s. ad *desunt* 5. d) capillaturias facit 5. e) quoqd 4. f) *deest* 4. g) donauit f. 5. h) temptat 5. i) aliquas 4. k) e. o. i. s. *desunt* 4. l) diuidat 4. m) LXX. 4. *Post l. R. III.* 5. n) quomodo *usque* sua *desunt* 5. o) sui conprehindit uitam suam 4. *quod emendandum videbatur.* p) ille qui occiderit probatum fuerit ad p. 5. q) conposicio filiis . alia medietas 4. r) eis 4. s) aut 4. t) debent 5. u) debit III. de 4. v) Et m. 4. w) leode 4. x) illi 5. y) et tres de m. i. t. q. p. *desunt* 4. z) prehendant tercia parte *media exciderunt* 4. *) et 5. a) prehendant 4. b) patre 5. c) demittant 4. d) LXXI. 4. *Post l. Rib. IV.* 5. Tit LXXVIII. 7. e) Quantas causas iurare licit 4. f) thalaptas 7. g) dode et tres 5. h) praedata 5. i) reuocantur 5. k) *Hic tandem incipit* 7. (*v. infra*). l) reddat 5. m) *deest* (4.) 5. n) *deest* 4. 5. o) D. dinar. 5. p) quinon 5. quinus 4. q) componant. Possunt autem iurare de dote *etc. ut supra usque* reuocatur 7. r) *scilicet titulo II. legis Salicae.* s) nispatio *codex.* t) lubens?

1) *thoalapus*, *talentas* conferenda cum *thoalasti* tit. LXXX. Heroldi et tit. C. codicis regii Parisiensis N. 1627. 2) i. e. dote.

c. a. 550.

5[a]. *De creu beba*[b].

1. Si quis hominem ingenuum sive[c] in silva aut in quolibet loco[d] occiserit et eum ad celandum conbusserit[e] et ei fuerit adprobatum[f], 600 sol.[g] conponat[h].

2. Si antruscionem[i] vel feminam tale ordine interfecit aut talare voluerit[k] vel igne concremaverit et ei fuerit adprobatum[l], 800 sol.[m] culp.

3[n]. Si Salicus Salicum[o] castraverit et ei fuerit adprobatum, 200 sol.[p] culpabilis iudicetur, excepto medicaturas[q] sol. 9 componat[r]. Si[s] quis[t] antrustionem[u] castraverit et ei fuerit adprobatum[v], 600[w] sol.[x] culpabilis iudicetur, excepto medicaturas[y] solidos 9 componat[y*].

Si[z] quis ingenuam feminam[z*] a contubernio[*] aut puellam[a] in itinere aut[b] quodlibet locum ferre[c] praesumpserit, quam unus tam plurimi qui[d] ipsum scelus admississe fuerit adprobatus[e], 200 sol. culp. iudicetur. De[f] illo contubernio si adhuc remanserit[g] qui ipsum[h] scelus non admiserit, et ibi[i] fuisse noscuntur[k], si plures a minorem[l] numerum[m] fuerit, tres[n] et ipsi quadragenus quinos[o] solidos solvant[p].

6[q]. *De antruscione*[r] *ghamalta*[s].

Si antruscionem[t] antruscio[u] de quacumque causa admallare[v] voluerit[w], ubicumque[x] eum invenire potuerit super noctes septem[y] eum[z] cum testibus rogare debet, ut ante iudicem[*] ad mallobergo[a] de causa quae inputatur[b] ex[c] hoc responso dare debeat[d] vel convenire[e]; et eis si[f] ibidem non convenerit[g] aut certe si[h] venire distulerit, qui ipsum admallavit ibi[i] eum solesacire[k] debet, et inde[l] postea[m] iteratam tres vices[n] ad noctes[o] 14 eum rogare debet, ut ad[p] illo[q] mallebergo[r] respondere aut convenire ubi antrusciones[s] si[t] mithio reddant[u]. Et qui mallatur[q] si ibidem[v] venerit[w], tunc qui eum admallavit, si causa[x] minor fuerit, unde minus quam 35 solidos conpositione habeat[y], debet sibi[z] sextus videredum[*] iurare; et ille[a] postea qui rogatus fuerat, si se[b] ex hoc[c] idoneo esse cognoscet[d], contra[e] eum[f] cum 12 ad sacramentum[g] absolvere se debet[h]. Si[i] vero maior fuerit causa, unde[k] 35 sol. culpabilis iudicetur si invenire[l] possit, sive[m] maior numerus est unde minus 45 sol. iudicare[n] non[o] poterant[p], ipse qui[q] eum rogavit[r] sibi[s] nonus[t] videredum[u] iurare debet; et ille qui per[v] eum[w] rogatus est, si se[x] idoneo esse[y] cognoscet[z], sibi octavus[*] aut decimus datis sacramentis[a] absolvere se[b] debet. Si certe talis fuerit causa unde 45[c] solidos aut certe amplius usque ad leudem[d] conponere debet[e], ipse qui[f] eum rogavit, sibi duodecimus videredum iurare debet, et ipse qui per eum[f] rogatus est si se idoneum esse cognoscet[g], se vicissimus quintus

a) LXXII. 4. *Post l. Rib.* V. 5. LXXIIII. 7. b) De creo bebat 4. De chreodiba 7. c) *deest* 4. sibi 5. seu 7. d) quodlibet locum 5. e) conburserit 5. f) et ei f. a. *desunt* 4. 7. g) XXIIII M. den. qui fac. sol. DC. culp. iud. 7. h) *deest* 5. i) antruscionem v. f. talem 5. k) talerem v. 4. aut celauerit 7. l) et ei f. a. *desunt* 4. 7. m) IDCCCC din. conp. 4. LXIIMD. den. qui faciunt sol. MDCCC culp. iud. 7. n) *Sequitur hic in codice* 5. LXLIII (93) 4. XCV. De anstrutione si anstrutionem crastinaverit (*index*). Si andustrio andustrionem castraverit et ei fuerit adprobatum sol. 600 culp. iud. 6*. — tit. XXXII. §. XIX. et XX. 7. o) s. uiolenter c. 4. p) VIII M den. c. i. qui fac. sol. CC. 7. q) medicamenturas 6*. r) *deest* 4. 5. 7. s) *Quae sequuntur extant nonnisi in* 5. 6*. *et* 7. t) Si andustrio andustrionem 6*. u) antrustione 5. v) et ei f. a. *desunt* 7. w) 506 ingenuus solid. 6*. x) XXIIII M. den. culp. i. q. fac. sol. DC. 7. y) medicamenturas 6*. y*) *deest* 5. 7. z) *Quae sequuntur extant in* 5. XCVI. (De eo qui femina ingenua a contubernio vel puella in itinere inferre praesumpserit *index*). z*) ingenua femina 6*. *) c. facto 5. a) puella 6*. b) (at *corr.*) a quolibet loco inferre 6*. c) *deest* 5. d) quam ipsam tam sc. 6*. e) admisisse fuerint probati 6*. f) et de 6*. g) remanserint 6*. h) ipso 6*. i) ei 5. k) nascuntur 6*. l) p. admiserit 5. m) minore numero 6*. n) tertio et ipse 6*. o) *deest* 5. p) culpabilis iudicetur 6*. q) *Post l. Rib.* VI. 5. XCVII. De eo qui anstrutione de quacumque causa mallaverit (*index*) 6*. LXXVI. 7. r) andustrione *ubique* 6*. s) *deest* 5. 7. ghamalta *corr.* ghimalta 6*. *i. e.* admallato. t) antruscione 5. u) antrussio *constanter* 7. Si quis andustrione 6*. v) amallare 6*. w) noluerit 7. x) ubiquicumque i. 5. y) septem noctes 6*. z) eum ante iudice cum 6*. *) iudice 6*. a) admallare debet ego 5. malebargo 6*. b) inpotatur *corr.* ei inputatur 6*. c) et 6*. d) debet 6*. e) respondendo debeat convenire 7. f) *deest* 6*. g) conueniret 5. h) se 5. aut iste 7. i) innubi (i. e. inibi) 7. k) sole latere 5. solisacire 6*. solsatire 7. l) ille 6*. m) posteat 5. n) iterata vice 6*. 7. o) noctis 6*. p) in 5. q) illum mallebergo debeat venire ad dandum responsum, et qui admallatur 7. r) mallobargo 6*. *constanter.* s) antruscione simithio 5. t) *i. e.* se. — *deest* 6*. u) mitthiu re debent *corr.* mitti iure debent 6*. v) ibi 6*. w) mallantur . . . venerint 5. x) causam 6*. y) componatur 7. habere 5. z) ibi 7. *) *deest* 5. vuedredo 7. a) illi . . . rogati fuerunt ex hoc 5. b) sic se 6*. d) cognoscit 6*. e) *supplevi vocem quae in libris deest.* f) *deest* 6*. 7. e) per sacramenta 7. sacramento *corr.* sacramentum 6*. h) debeat 6*. i) Qui 5. k) quam 7. *deest* 6*. l) i. p. sive *desunt* 6. m) si s. seu adhuc m. 7. n) non iudicentur, ipse 7. o) *deest* 5. 6*. p) potuerit 6*. q) *deest* 6*. r) roget 5. s) sive 5. 6*. t) rogauit cum nono vuedredo d. i. 7. u) *deest* 5. v) *vocem supplevi.* w) *deest* 6*. 7. x) se sic *corr.* si se 6*. idoneum 6*. y) *deest* 6*. z) cognoscit sive 6*. *) octo 6*. a) dictus sacramentus 5. b) *deest* 5. 7. c) LX sol. 5. d) leodum 6*. e) debeat 6*. f) qui eum *usque* qui per *desunt* 5. 6*. *supplevi ea ope codicis 7, qui ita habet:* ipse qui eum rogauit, debet duodecimus vuedredo iurare, et ipse qui eum rogauit g) cognoscit sive 6*.

c. a. 550.

datis [a] sacramentis [b] absolvi potest. Si vero de [c] leudem [d] eum rogatum habet [e], debet qui eum rogavit [f] cum 12 videredo [g] iurare, et ipsas in 14 noctes aeneo [h] calefacere debet. Et si [i] ad ipso placito venire [k] dispexerit [l], aut manum suum ad aeneum [m] mittere noluerit, quicumque antruscio ille de causa superius conpraehensa [n] per sacramenta absolvere se [o] non [p] potuerit, aut [q] manum suam in aeneum [r] pro leude [s] mittere dispexerit, aut in placito venire distulerit [t], tunc ille qui eum rogatum habet, solem [u] illi [v] collocet [w] ad ipso die in mallobergo illo in [x] 40 noctes. Si [y] nec ibi se non eduxerit [z], tunc ipse qui eum [*] rogatum habet, solem illi [a] collectum [b], postea [c] illum in praesentia rege ad noctes 14 rogare debet, et ibi 12 testes [d] ponat qui [e] per singulas vices tres [f] iurati dicant, quod ibi [g] fuerint ubi ad [h] mitthio [i] ad noctes 14 solem collocasset [k]; et [l] ille [m] nec sacramentum [n] nec manum suum pro leude [o] posuit. Et alii tres erunt qui dicant, quod in [p] 40 [q] noctes ei solem [r] collocasset, et ille [s] nullatenus de andrustione gamalta [t] se legibus eduxisset [u]. Tres [v] testimonia dare debet qui dicant, qualiter eum praesentia regis venire rogasset. Si [w] nec tunc venerit [x], ista [y] novem testimonia iurati sicut [z] superius diximus dicant, similiter [*] illa die si non venerit, collocet [a*] ei solem, et illa [a] trea testimonia qui ibi [b] fuerunt ubi colcatum ei sol [c], et illa trea iurati dicant [d]. Tunc si [e] ista omnia impleverit qui [f] eum admallavit, et ille qui per [g] eum [h] admallatur ad nullum placitum venire volueret [i], et per legem se [k] non eduxerit [l], tunc rex [m] ad quem [n] mannitus [o] est, eum [p] extra sermonem suum ponat [q]; tunc [r] ipse culpabilis iudicetur [s], et omnes res eorum [t] erunt suas [r]: et qui eum [v] paverit aut hospitalem [w] collegat, etiam uxor sua propria, solid. 15 culp. iudicetur, donec omnia quae [y] ei legibus inpotantur [z] conponat.

2. Si antruscio antruscionem [*] pro qualibet causa manniret [a] aut ibidem [b] fideiussorem quaesierit [c], et eum secundum legem non [d] rogaverit, solid. 15 culpabilis iudicetur, excepto quod legem propter [e] causam illius anno integro [f] nullatenus teneatur [g]. Si antrustio contra antrustione [h] testimonium iuraverit [i], 15 sol. culpabilis iudicetur [k].

7 [l]. *De eo qui domum alienam distruxerit.*

Si quiscumque domum [m] violenter distruxerit [n], quae [o] domus [p] pro firmamento [q] ebrius [r] habuisse probatur [s], qui hoc facere praesumpserit et ei fuerit adprobatum, 45 [t] sol. culpabilis iudicetur.

8 [u]. *De eo qui hominem de furca furaverit.*

Si quis hominem vivum [v] de furca tollere praesumpserit [w], qui eum [x] tollit et ei fuerit adprobatum, vita sua pro ipso admittat aut solidos 200 conponat [y].

a) date 6*. b) datus sacramentus 5. c) *deest* 5. d) leodem 6*. e) habuit 6*. f) rogatur cum 5. g) uirido 6*. vuedredo 7. viros idoneos 5. h) ignem 5. aeneum 7. i) *deest* 6*. ad ipsum placitum 7. k) debet. Et si ad i. p. v. *desunt* 5. l) dispexit 6*. m) ardent eum 5. in aeneum 7. n) *deest* 6*. o) *deest* 5. 6*. p) *deest* 6*. q) *deest* 5. r) ad igneum 5. s) laude 6*. t) aut in p. v. d. *desunt* 5. u) soli 6*. v) ille 5. w) collectum 5. colliget 6*. collocare debet 7. x) *deest* 6*. y) noctes nec sibi se non dixerit 5. n. n. i. s. n. duxerit 6*. z) conduxerit 7. *) *deest* 6*. a) solem ille 5. soli 6*. b) collicet *corr.* collocet et 6*. collocet 7. c) postea illi praesentia regis ad noctes 14 ponat per singulas vices 6*. d) *deest* 5. e) *deest* 5. f) *deest* 5. 6*. g) sibi 6*. h) *deest* 5. i) mitteo 6*. ubi illi amonitio 7. k) sol culcasset 6*. l) *deest* 5. m) i. qui nec 6*. n) de sacramento se non absoluat, nec 7. o) leode 6*. p) *deest* 6*. q) XIIII. 5. r) ei culcasset 6*. s) illi 5. 6*. t) cha malta 5. gauialto estre legibus 7. u) duxisset 5. 6*. dixisset 7. v) se tertia t. 6*. w) Et si 6*. x) ueniret 5. 6*. y) istas noue 5. z) sunt 6*. *) dicant similiter illa 5. a*) collocatum 5. culcat ei sol 6*. a) *deest* 6*. b) ibidem 6*. c) culcatum solem. Tunc ista 6*. d) iurati dicant *supplenda duxi, desunt in* 5. et illa trea i. d. *desunt* 7. e) *deest* 5. 6*. f) q. ad eum admallat 6*. g) *deest* 5. 6*. 7. h) *deest* 7. i) p noluerit 6*. k) sed 6*. l) dixerit 5. duxerit 6*. m) *deest* 5. n) *deest* 5. 6*. o) manitis 5. p) *deest* 5. q) poene 5. pona 6*. r) tunc *usque* erunt suas *omnia desunt* 7. s) *deest* 6*. t) *deest* 6*. v) *deest* 6*. w) hospitales 5. h. collegerit 6*. hospitium illi dederit 7. y) quem 5. z) inpotatur 5. inputentur 6*. imputantur 7. *) antruscione 5. a) maniret 5. manierit 7. b) aut fidemiussores 6*. c) fideiusserit qui fierit 5. d) non *usque* legem *desunt* 5. legem *deest* 7. e) prae causa 6*. quod praetermittit caussa i. a. integro n. terminetur 7. f) interito 5. g) tenentur 5. terminetur 6*. h) antrussionem 7. Si a. antruscione i. 5. i) iuraret 6*. k) conponat 6*. l) LXXIII. *et iterum* LXLII. 4. *Post legem Ribuar.* VII. 5. *Superiori capiti adhaeret in* 6*. — *Ceterum rubricam ex indice codicis* 6*. *adieci, cum ea quae in codice* 4. *extet ipsius legis initium sit.* m) Si quis d. alienam LXLII. 4. Si vero quicumque 6*. n) violare praesumpserit LXXIII. 4. o) *deest* 5. p) domo 4. domus si 5. domum si 6*. domus superius abuerit LXLII. 4. q) firmamentum 6*. r) hebrius habuif *corr.* habuisse 6*. s) abuissit prouocatur 4. probatum 5. t) XLII. 4. u) *continuatio superioris in* 4. (LXXIII) *et* 5; *certe tamen caput ab eo separandum et peculiari inscriptione donandum, ut feci.* v) *deest* 4. w) praesumseret 4. x) eum tulisset fuerit probatum aut v. 5. y) soluat 5.

Si quis vero de furca iam mortuo sine consilio iudicis aut voluntate[a] ipsius cuius causa est tulerit[b], pro culpa qua suspensus[c] est, quicquid exinde lex Salica docuerit[d] ille iterum[e] qui eum tollere[f] praesumpserit culpabilis iudicetur[g] secundum legem Salicam[h] hoc convenit observari[i].

c. a. 550.

a) uolumtate 4. b) tollerit 4. c) suspinsus 4. d) salica . caleam . ille 4. e) *deest* 5. erum 4. f) adtollere 4. g) *deest* 4. h) lege salica 4. i) obseruat 4.

CHLOTHACHARII REGIS CAPITULA

PACTO LEGIS SALICAE ADDITA.

c. a. 550.

Ex codicibus 5) regio Parisiensi N. 4404, ubi bis, scilicet post capitula Chlodovechi et post capitula proxime antecedentia, leguntur, 6) Vossiano, cuius tituli XCIX. C. CI. sunt; caput secundum quoque in 4) Guelferbytano et apud 7) Heroldum habetur.*

1. *De saccioniis*[a].

Ut cuicumquae[b] domus arserit, et res quas[c] liberaverit ubi reponat non habet[d], similiter si eum infirmitas detenuerit, aut certe de proximis aliquid mortuo[e] in domo sua habet[f], vel in dominica ambassia[g] fuerit detricatus[h], per ista sunnis se[i] homo, si probatione[k] dederit, excusare se poterit[l].

2[m]. *De eo qui lapidem super domum alienam*[n] *iactaverit*[o].

Si quis[p] super[q] ingenuum dum in domum suam[r] resedit[s], alius ingenuus qualibet[t] de causa[u] supra[v] tecto voluntate sua[w] hominem lapide miserit aut iactaverit[x], et ei[y] fuerit adprobatum[z], pro illius contumelia aut aliorum ingenuorum, si cum[*] ipso[a] alii fuerint[b] pro[c] unaqueque[d] persona[e] 15[f] sol. culpabilis iudicetur. Si vero letus[g] fuerit qui hoc facere[h] praesumpserit, sol. $7\frac{1}{2}$[i] culp. iud.

3. *De*[k] *eo qui alterum in periculo inpigserit, et vivus evaserit*[l].

Si quis ingenuus alium[m] hominem[n] ingenuum[o] in puteum[p] iactaverit aut in fovea[q], et[r] ibi eum ad interficiendum miserit, si ibidem inventus fuerit, ita ut evadere[s] non possit, qui ipsum scelus admiserit[t] et ei fuerit adprobatum[u], sol. 200 culpabilis iudicetur.

Explicit[v].

a) *ita in indice codicis 6*, in textu vero* De agsoniis *inscribitur; 5 inscriptionem nullam praebet.* b) cuiquumque 5. quicumque 6*. c) suas 6*. d) habuerit 6*. e) aliquaem mortuum 6*. f) sue habuerit 6*. g) ambasia 6*. h) dericatus 6*. i) sed h. p. 6*. k) prouasione 5. l) *vox deest* 5. potuit exercere 6*. m) *Extat post caput superius bis in* 5. C. 6*. LXLI. 4. LXXVII. 7. *cum inscriptione*: De eo qui in aliena domo resedit. n) alienum 6*. o) *rubricam ex indice codicis* 6* *adsumsi.* p) Si quis super alienam domum lapide miserit 4. Si q. super ingenuum in domo sua resedit 7. q) superius 6*. r) domo sua resederit 6*. s) r. aut 7. t) quamlibet 5. 5b. *deest* 7. u) *vocem inserui, quum et infra* casu *superabundet.* v) super tectum 7. w) sua hominem casula (homine chasula 5b.) pede miserit 5. v. homo casu l. 6*. x) a. i. *desunt* 5. 5b. 6*. miserit a. *desunt* 7. y) i. cui 4. z) et ei f. a. *desunt* 7. *) sicut 5. 6*. a) ipsi 6*. b) fuerunt 5b. fuerit 6*. c) *deest* 4. per 5. unamquemque personam 6*. d) unaquemque 5. e) ꝑ quindicinus sol. 4. f) quinos denarios solidos 7. g) Si certum f. 7. h) facire p. 4. fecerit p. 5. i) XV. 5. VII. 4. 7. septimae semis solid. 6*. k) *rubricam ex indice codicis* 6* *adsumsi.* l) *cf. Pacti tit.* 40. §§. 10. 11. *et Heroldi tit.* 44. §. 3. m) alio 5. *deest* 6*. n) homine 5b. o) *deest* 5. 5b. p) poteum 6*. q) uopida 5. 5b. r) aut ibidem ad 6*. s) eadem re possit 6*. t) admisisse et f. 5. 5b. u) adprobatus 200 sol. 5b. v) EXPLICIT LIBER I. 6*. *In indice tamen codicis rubrica tituli omissi* CII. De ane crenodum *habetur.* *V. supra pag. 6. cap. 2.*

CHILPERICI REGIS EDICTUM.

561 | 584.

Constitutio hucusque incognita in codice regio Parisiensi N. **4404.** *in indice capitulorum post capitula Chlodovechi ita indicatur:* LXXVII Edictus domni chilpirici regis, *sed in textu haud extat; in codice bibliothecae Lugdunensis Vossiano, eodem ac in Parisiensi loco, in indice caput* LXXV De dicta domni ni hilperici regis pro tenore pacis, *et textus post capitula Chlodovechi habetur. Capitum distinctionem institui.*

Aedictus[a] domni Hilperichi regis pro tenore pacis.

Pertractantes in Dei nomen[b] cum viris magnificentissimis obtimatibus vel antrustionibus et omni populo nostro, convenit, quia fluvium Caronna[1] hereditas non transiebat, ubi et ubi in regione nostra hereditas detur, sicut et reliqua loca ut et Turrovaninsis[*] hereditatem dare debent et accipere.

2. Similiter convenit, ut rebus[2] concederemus omnibus leodibus nostris, ut per modicam rem scandalos[c] non generetur[d] in regione nostra.

3. Simili modo placuit atque convenit, ut si quiscumque[e] vicinos habens aut filios aut filias post obitum suum superstitutus[3] fuerit, quamdiu filii advixerint[f], terra habeant, sicut et lex Salica habet. Et si subito filios[g] defuncti fuerint, filia simili modo accipiant[h] terras ipsas, sicut et filii si vivi fuissent aut habuissent. Et si moritur, frater alter superstitutus fuerit, frater terras accipiant[i], non vicini. Et subito[k] frater moriens, frater non derelinquerit superstitem, tunc soror ad terra ipsa accedat possidenda. Det illi[k*] vero et convenit singula de terras istas qui si adveniunt, ut leodis qui patri nostro fuerunt, consuaetudinem qua[l] habuerunt de hac re, intra se[l*] debeant.

4. Idemque convenit, ut quicumque uxorem acceperit, et infantes inter se non habuerint, vir uxorem suam superstitem mortuus fuerit, tunc illa mulier dimediam[m] dotem accipiat, et dimediam[n] partis defuncti marito ad se recolligant[o]; et si mulier[p] sub tali[q] condictione[r] mortua fuerit, media maritus simili modo ad se revocet, et mediaetatem parentibus ipsius muliere[s] ad se recollegant.

5. Quale[t] condictione placuit atque convenit, ut si servus hominem ingenuum occiderit, tunc dominus servi cum 6 iuramento[u], quod pura sit conscientia sua, nec suum consilium factum sit nec voluntatem eius, et servum ipsum det ad vindictam. Et si servum dare non potuerit, in ipso iuramento fide data donet, quod[v] nec ibi sit ubi eum sensit, nec scit nec eum atingere possit, dulgat servum, hoc est de licentia parentibus coram parentes qui hoccisus[w] est, et de ipso quod voluerint faciant, et ille sit exolutus.

6. Similiter convenit, ut quicumque ad mallum fuerit[x] et in veritatem[y] testimonia non habuerit unde se aeducat, et necesse est ut[z] mitium fidem faciant, et non habuerit, simili modo qui pro eum fidem faciat; et ipse in senextra[*] manu fistucam teneat, et dextera manu auferat[a].

7. Quale convenit modo[4], ut si servum sors[b] nunciata fuerit de furtum, tunc dominus servi inter 10 noctes mittat servum ad sortem. Si ibi illum in illas 10 noctes non miserit in praesente, tunc in 42 noctis eum mittat, et eum[c] ibi servus ad sortem venire debet, et illi qui furtum pertulit, ius sit cum 6 videre. Et si ad 42 noctis non venerit nec sunnia adnuntiaverit, tunc servus culpabilis iudicetur; et causa super domino

a) De dictis *codex.* b) nomine *manu codicis* 2. c) scandalum 2. d) negetur 1. e) cumque c. f) aduixeri c. aduixerint. g) filii 2. h) accipiat 2. i) accipiat 2. k) Et si ibi tunc? k*) De illo vero et convenit singulis? l) quam 2. l*) conservare *supplendum.* m. n.) dimidiam 2. o) recolligant 1. recolligat 2. p) *ita correxi;* similiter *c.* q) male *c.* tali *cod.* r) *ita emendavi;* dictione c. s) mulieris 2. t) qua re *c.* u) *scil.* probet, affirmet. v) *deest.* w) occisus 2. x) mannitus fuerit. y) ueritate 2. z) aut initium c. *) sinestra 2. a) auferat quale c. modo. Ut *c.* b) soros *c.* c) cum? tum?

1) i. e. Garonna. *) i. e. Tervannensis. 2) i. e. reibus, reipus. 3) i. e. superstites fuerint. 4) cf. Pactum legis Salicae tit. 41.

magis non ascendat nisi quantum de servo lex est, aut ipsi servus decidat, aut dominus pro servo conponat hoc est solidos 12 et capitalem et dilaturam. Et si in 42 noctis [a] legibus sunnia [b] nuntiaverit, in octuaginta et quatuor noctis postea placitum intendatur. Et si ibi se non eduxerit, sicut supra scriptum est culpabilis iudicetur. Nam si [c] ad 42 noctes sunnia [d] adnuntiaverit, lectus 15 sol. conponat. Et si inter ipsas 42 noctes nec fidem facere nec conponere voluerit, tunc rogat ille qui consecutus est, ut de legem [e] inter 14 noctes [f] solvat quod antea dictum est. Et si adhuc inter ipsas 14 noctes noluerit solvere, rogit [g] inter 7 noctis [h]. Et si [i] nec fidem facere nec conponere voluerit, tunc in proximo mallo ante rachymburgiis sedentes et dicentes quod ipsi illum ante audierit, sic invitetur graphio, cum fistuco mittat super se, ad res suas ambulet, et praendat [k] quantum rachymburgii antea odierit; et graphio cum 7 rachymburgiis antrutionis bonis credentibus, aut quis [l] sciant accionis, a casa [m] illius ambulent, et praetium faciant, et quod graphio tollere debet. Et si graphio ante rachymburgiis sedentes non fuerit invitatus, non ibi praesummat ambulare. Et si invitatus fuerit et ibidem noluerit ambulare, de vita sit culpabilis. Et si graphio [n] super praetium aut extra legem aliquid tollere praesumpserit, noverit se vite suae periretis [o] dispendium. Et si dixerit illi cui res tolluntur, quod male eum destruat et contra legem et iustitia, tunc maniat [p] graphio eum inter noctis [q] quadraginta et duo, et ille et suo contractorem qui eum invitavit similiter maneat [r]. Et si non negaverit ille qui invitavit, adducat 7 rachymburgiis ferre bannitus [s] qui antea audissent causam illam, nobis praesentibus erit; et si 7 venire non potuerint, et eos certa sonia detrigaverit, et toti venire non possint, tunc veniant 3 de ipsis, qui praeside [t] sua dicant et pro paris [u] suos sunia nuntiant [v]. Et si rachymburgiis nec 7 nec 3 dare potuerit nec dat, graphio et [w] ille qui accepit res illius quem contra legem et iustitiam extruderit, et ille qui male invitavit, solvat cui res fuerunt. Et quicumque ingenuus de actione et vi reiecte mallaverit de qualibet causa, simili modo ubi habet lege directa, sic facere debet. Et si homo malus fuerat qui male fecit, et si res non habet unde sua mala facta conponat, legibus consecutus super illum nihilhominus graphio ad legem que antea auditus est invita elegitur [x], et auferat per tres mallus ante rachymburgiis, ut ea nisi voluerint parentes aut de suis rebus redimant, aut se sciant si noluerint in quarto mallo nobis praesentibus veniant; nos ordinamus, cui malum fecit tradatur in manu, et faciant exinde quod voluerint. Nam agens et qui mallat ipsum ad nos adducant; et adtrutionis secundum legem consecutus habuerit inter octuaginta et quatuor [y] noctes ipsa invitatio, et lex faciat sicut superius scriptum est.

561–584. PACT. SAL. tit. 50. c. 1. PACT. SAL. tit. 50. c. 2. PACT. SAL. tit. 51. c. 3.

8. Illas et marias qui nuntiabantur ecclesias nuntientur consistentes ubi admallat.

9. Si quis causam mallare debet, et sic ante vicinas causam suam notam faciat, et sic ante rachymburgiis videredum donet, et si ipsi hoc dubitant ut malletur causam, nam antea mallare non praesummat; et si ante mallare praesumpserit, causam perdat. Nam si certe fuerit malus homo qui male in pago faciat, et non habeat ubi consistat nec res unde conponat, et per silvas vadit [z], et in praesentia nec agens nec parentes ipsum adducere possunt, tunc agens ille et cui male fecit nobiscum adcusent, et ipsum mittemus foras nostro sermone, ut quicumque eum invenerit, quomodo sic ante pavido interfitiat.

10. De tronia [*] [4] vero sic convenit [a] observare, ut sicut antea consuaetudo fuit sub temporibus patri vel genitoris nostri, sic sequatur, et mali hominis [b] reprimantur [c].

a) noctes 2. b) sunia 1. c) *deest* c. d) sunni c. e) lege 2. f) *deest* c. g) roget 2. h) noctes 2. i) et si *inserui*. k) praedat 1. prindat 2. l) *i. e.* qui. m) *i. e.* ad casam. n) griphio 1. o) periretis 1. p) muniat c. q) noctes 2. r) *i. e.* manniat. s) *i. e.* forbannitos. t) *i. e.* per fidem suam. u) pares 2. v) nuntiunt 1. w) *i. e.* et graphio. x) eligitur 2. y) IIII. (ip *deletum*). z) silua sua addit 1. *) trotia *corr.* tronia. a) si conuenit *cod.* b) bonninis 1. c) reprimatur 1.

4) trona, trutina, statera publica?

561 | 584.

CAPITULA PACTO LEGIS SALICAE ADDITA.

Excipiunt edictum Chilperici in codice Vossiano, nec, cuiusnam regis sint, liquet.

1. *Si quis puerum regis aut libertum occiderunt.*

Si quis puerum regis aut libertum occiderit, solidis 100 culpabilis iudicetur. Aut Romanum ingenuum vel tributarium aut militem, solid. 100 culp. iud. 5

2. *Si quis stadalem uaidaris cervum aut bovem cervie tributari asalierit.*

Si quis stadalem uaidaris cervum aut bovum cervi atribute saliverit, 1800 den. qui faciunt 65 culp. iud.

3. *De furtis de venationibus vel piscationibus.* 10

Si quis pedicam involaverit[a] aut retem aut nassam de navi[b] tulerit, malb. theu[c] lasinia, sunt denarii 1200 qui faciunt solidos 30 culp. iudicetur.

1 Si quis de vena[d, 1] furaverit piscem aut de retem, 600 den. qui fac. sol. 15 culp. iud.

Si quis pedicam cum feramen aut sagitatum de toxitum invenerit et eum calcare voluerit quem canes minaverunt, ad quem venationem in bargo involaverit aut de mansionem furaverit, 1200 denar. qui fac. sol. 30 culp. iud. 15

2 Si quis porcellum lactantem de rane furaverit[2], 400 denar. qui fac. sol. 12[e] culp. iud.

4. *De eo qui alterum ad calidam[f] provocaverunt.*

Si quis alterum ad calidam provocaverit, praeter evisionem[g] dominicam 600 denar. qui fac. solid. 15 culp. iud. 20

5. *De servo si alienam occiserit ancillam.*

Si quis cuius servus aliquid inputatum fuerit aut occiderit ancillam alienam, 600 denar. qui fac. sol. 15 culp. iudicetur, et praetium quod mancipius valuerit. Certe si ab antonia vel porcarius sive artificis fuerit inputatum, simili modo nobis convenit observare; sive autem de operariis et minoribus mancipiis aliquid fuerit inputatum, 600 den. q. f. sol. 15 culp. iud. 25

6. *De eo qui porcina aliena de via ostiaverit.*

3 Si quis porcina de via sua hostaverit[3], vel matriamen de silva involaverit[h], aut lignarium quem alter capulaverit vel in carro carcaverit, pro utraque causa 600 denar. q. f. sol. 15 culp. iud. 30

7. *Si quis navem alienam per vim tulerit.*

Si quis navem per vim tulerit, 600 den. q. f. sol. 15 culp. iud.

4 8[4]. *De eo qui cum servo alieno negotiaverit.*

Si quis ingenuus alieno nesciente domino negotiaverit, aut cum liberto in villa nesciente domino negotiaverit, 600 den. q. f. sol. 15 culp. iud. 35

9. *De eo qui servo alieno sine causa ligaverit.*

Si quis sine causa eos ligaverit et ei fuerit adprobatum, 200 denar. q. fac. sol. 5[i] culp. iud.

5 10[5]. *Si quis messe aliena glennare praesumserit.* 40

6 Si quis in messem alienam sine consilio glenaverit[6], 600 den. q. f. sol. 15 culp. iud.

11. *De eo qui alienam mansionem expoliaverit.*

Si quis mansionem expoliaverit vel in mansionem aliquid comederit, 600 den. q. f. sol. 15 culp. iud. Et qui in ipsam mansionem aut sortem aliquid petrio taratro fuerit factum, cui adprobatum fuerit acre brastasit, 600 den. q. fac. sol. 15 culp. iud. 45

a) immolauerit 1. embolauerit 2. b) naue 2. c) then *c.* d) naue 2. e) *aut* 480 den. *aut* sol. 10 *legendum.* f) cabadam *corr.* cabidam *c. scil.* aquam g) evictionem? h) involuerit 1. i) VII. *c.*

1) septum ad intercipiendos pisces. 2) cf. Pactum t. 2. 3) cf. Pactum t. 31, 1. et 27, 24. 4) cf. Pactum t. 27, 29. 5) cf. Pactum t. 9. 6) glenare est spicas legere in agro.

561 | 584.

12. *De eo qui res alienas furtivaverit.*

Si quis res alienas furtivaverit et[a] suas fuisset, et non potuerit adprobare, cui furtivaverit solid. 15 culp. iudicetur.

13. *De eo qui alienum ortum aut nabinam effregerit.*

5 Si quis ortum aut nabinam effregerit, 600 den. q. f. sol. 15 culp. iud.

14. *De liberto qui aliena liberta rapuerit.*

Si quis libertus libertam alienam rapuerit, 800 den. q. fac. sol. 20 culp. iudicetur. Preter[b] graphione solid. 10 solvat, et mulier ad potestatem domini sui revertatur. Si ingenuam rapuerit, de vita sua conponat.

10 15. *De eo qui alterum inputaverit periurasse.*

Si quis alterum inculpaverit periurasse et ei potuerit adprobare, 15 solid. conponat qui periurat; si tamen non potuerit adprobare, cui crimen dixerit solidos 15 solvat, et postea si ausus fuerit pugnet.

16[6]. *De eo qui de falso testimonio fuerit adprobatus.* 6

15 Si qui falsi[c] testes fuerit adprobati, quinos dinos[d] solid. multos[e] sustineat; si vero eis inculpaverit quod falsum testimonium dedissent, manum suam in eneum[f] mittat, et sicut sana tulerit sicut superius diximus simili multa sustineant. Si certe manum suam conburet, 15 solidos damnum sustineat.

17. *De (eo qui) alienam mulierem vivo marito tulerit.*

20 Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, mal̄ sunt dinarii 8000 qui faciunt sol. 200 culp. iudicetur.

a) *scil.* dixerit quod. b) *i. e.* praeterea. c) falses 1. d) denos 2. e) multa 2. f) eum *cod.*

6) cf. Pact. t. 40.

PIPPINI REGIS CAPITULARE AQUITANICUM.

768. Sanctonis.

25 *Prodit hic prima vice ex codice Vossiano sec. IX. fol. 128. Adscribendum illud duxi ultimo Pippini anno. Ratione enim habita capitum 1. 3. 9. 10. 12. quae ad Aquitaniam praecipue spectare videntur, et Capitularis Karoli Magni infra edendi, unde capita Pippini 1—7. 9. 12. apud Aquitanos vim legis obtinuisse constat, constitutionem 30 istam nonnisi Waifario interfecto, quum Aquitania penitus subacta videretur, promulgatam fuisse, persuasum habeo.*

Incipiunt capitula quas bone memoriae genitor Pipinus sinodaliter[a], et nos ab homnibus conservare[b] volumus.

1. Ut illas eclesias Dei qui deserti[c] sunt, restaurentur[d] tam episcopi quam abates, 35 vel[e] illi laici homines qui exinde benefitium habent.

2. Ut illi episcopi, abbates, abbatissas, sub ordine sancto vivant.

3. Ut quicquid episcopi, abbates vel abbatissas, vel reliqui sacerdotes, de rebus ecclęsiarum ad eorum opus habent, quieto ordine possideant, sicut in nostra

a) *scil.* constituit; *aut emendandum*: similiter et nos *etc.* b) *i. e* conservari. c) *corr.* desertae. d) *i. e.* restaurent 40 e) v. i. l. h. q. e. *in loco raso.*

768. sinodo[1] iam constitutum fuit; et si quis exinde postea aliquid abtraxit, sub integritate reddat.

4. Ut ad illos pauperes homines magis non tollant, nisi quantum legitime reddere debent.

5. Quicumque nostrum beneficium habet, bene ibi labore condirgat[a]; et qui hoc facere non vult, dimittat ipsum beneficium, et teneant suas res proprias. 5

6. Quicumque in itinere[b] pergit, aut hostiliter vel ad placitum, nulla[c] super suum pare praendat, nisi emere aut praecare potuerit, excepto herba aqua et ligna; si vero talis tempus fuerit, mansionem nullus vetet.

7. Quicumque homo super suum parem dum ad nos fuerit aliquid abstraxerit[d] aut exfortiaverit, secundum suam legem tripliciter[e] conponat. 10

cf. Legg. I. p. 31. c. 7.

8. Si aliquis homo ante nos se reclamaverit, licenciam habeat ad nos venire, et nullus eum per fortia deteneat.

9. De illis beneficiis unde intentio[f] est, volumus ut ipsi eos habeant, quibus antea dedimus. 15

10. Ut omnes homines eorum legis habeant, tam Romani quam et Salici, et si de alia provincia advenerit, secumdum legem ipsius patriae vivat.

11. Ut omnes laici et seculares qui res ecclesiae tenent, precarias inde accipiant.

12. Ut quicquid missi nostri cum illis senioribus patriae ad nostrum[g] profectum vel sanctae[h] ecclesiae melius consenserint[i], nullus contendere hoc praesumat. 20

Explicit capitula Pipini condam[k].

a) det condirgat *codex i. e.* condirigat; det *superabundat*. b) Q. intinere *c.* c) *scil.* re. d) abstraxit *c.* e) triplititer *c.* f) *i. e.* contentio. g) nm *cod.* h) sancta *c.* i) consenserit *c.* k) *i. e.* quondam.

1) Bituricensi a. 767.

---

789. Mart. Aquis.

KAROLI MAGNI CAPITULARE MISSORUM AQUITANORUM. 25

Ex eodem codice Vossiano fol. 131. *exscriptum, anno* 789 *adsignavi, ob sacramentum fidelitatis in Capitulari generali eius anni Monum. p.* 68. *praescriptum. Cui quidem tempori et viginti anni inde ab initio regni Karoli praeterlapsi (capp.* 2. 3.*) optime congruunt.* 30 *Missorum nomina, Mancio et Eucherius, Aquitanos genere arguunt. Capitula ad constitutionem Pippini supra editam et alteram a Karolo anno* 779 *promulgatam referuntur.*

Incipit breviarium de illa capitula quae domnus rex in Equitania Mancione et[a] Eugerio missis suis explere sacramentum fidelitati einráe[b]. 35

supra p. 13.

1. De illo edicto quod domnus et genitor noster Pipinus instituit, et nos in postmodum pro nostros[c] missos conservare et implere iussimus, vel de nostros edictos quomodo fuerunt custoditi.

ib. c. 1.

2. De illa restauratione ecclesiarum illi qui res eorum habent per istos 20 annos, quid egere inde, aut quare non sunt. 40

a) MANCIONE TEUGERIO *cod.* b) *lege* fidelitatis iniunxit. c) nos *cod.*

3. Ut si aliquis de illas res ecclesiae, quas eo tempore possidebant quando illa patria Deus sub nostris manibus posuit, postea minimatum vel abstractum fuit exinde. 789. Mart. Aquis.

4. Ut episcopi, abbatis vel coenobie sanctorum sub ordine sancto esse redebuissent, propter quid non sunt. c. 2.

5 5. Ut ad illos pauperes nova aliqua consuetudo inposita fuit postea. c. 4.

6. Quomodo illis beneficiis habent condrictos provideant, vel suos proprios. c. 5.

7. Ut quod [a] ostiliter ad nos perget, quomodo debeat agere. c. 6.

8. Ut dum in hoste aut in aliqua utilitate nostra aliquis [b] fuerit, et de suis res aliquit exforciaverit vel disvestiverit. c. 7.

10 9. De illis beneficiis intentiosis. c. 9.

10. De missis nostris, quicquid apud illis seniores consensaverit [c]. c. 12.

11. Ut decima de omnia secundum iussionem episcopi dispensentur, et omnes dent. 779. c. 7.

12. De illis latronibus homicidiis [d] de infra inmonitate. c. 8. 9.

13. De vindicta latronibus aliquae vel occasione. c. 11.

15 14. De rebus ecclesiae, nono et decimo, vel de quantis casatis [e] precarias renovare debet. c. 13.

15. De truste [f] non faciendo. c. 14.

16. De gellonia [g]. c. 16.

17. De collectas super itinerantibus [h], vel de pontibus aut navigiis, qui orationis 20 causa [i] vadunt. c. 17.

18. De herba defensionis tempore [k]. c. 17.

Reliqua exciderunt.

a) *lege* quicumque. b) aliquit *c.* c) *i. e.* consenserint. d) *i. e.* homicidis. e) *ita correxi;* causis censatis *cod.* f) triste *cod.* g) *i. e.* geldonia. h) *ita correxi;* intrantibus *c.* i) clausa *c.* k) *finis paginae; proxime sequens,* 25 *quae iam excisa est, excerpta capitum* 18—23 *Capitularis anni* 779 *praebuisse videri potest.*

KAROLI MAGNI SYNODUS ROMANA A. 800.

800. Dec.

Sacramentum a Leone III. in synodo coram Karolo Magno praestitum, quale in codice bibliothecae universitatis Wirzburgensis post Bedae librum de ratione temporum manu saeculi noni scriptum in-30 veni, inserendum duximus, licet pars eius iam antea Conciliorum Collectionibus ex Ordine Romano inserta fuisset.

Sacramentum quod Leo papa iuravit.

Auditum fratres karissimi et divulgatum est per multa loca, qualiter homines mali adversus me insurrexerunt et debilitare voluerunt, et miserunt super me gravia crimina; 35 propter quam causam audiendam iste clementissimus ac serenissimus domnus rex Carolus una cum sacerdotibus et optimatibus suis istam pervenit ad urbem. Quam ob rem ego Leo pontifex sanctae Romanae ecclesiae, a nemine iudicatus neque coactus sed spontanea mea voluntate, purifico et purgo me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius qui conscientiam meam novit et beato Petro principe apostolorum in cuius basilica con-40 sistimus, quia istas criminosas et sceleratas res quas illi mihi obiciunt nec perpetravi nec perpetrare iussi. Testis mihi est Deus in cuius iudicium venturi sumus, et in cuius conspectu consistimus. Et hoc propter suspitiones tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi in canonibus inventum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis nec non et fratribus et coepiscopis nostris inponam.

802. Mart. Aquis.

KAROLI MAGNI CAPITULA
MISSIS DOMINICIS DATA.

Editioni nostrae Capitulorum per missaticum Parisiense et Rodomense T. I. pag. 96. *sqq. praecipuas codicis Vossiani lectiones addimus.* 5

Capp. 1. 2. *Post caput* 2 *caput* 3 *missatici Senonensis* De abbatibus *etc. inseritur.*

5. (6 *codicis*) De legibus mundanis, ut unusquisque sciat qua lege vivat vel iudicat.

14. (15.) De navigia praeparanda circa littoralia maris.

15. (16.) De liberis hominibus qui circa maritima loca habitant; si nuntius venerit ut ad succurrendum debeant venire, et hoc neglexerint, unusquisque solidos 20 componat, 10 medietatem in dominico, medietatem ad populum. Si litus fuerit, solidos 15 conponat ad populum et fredo dominico in dorso accipiat. Si servus fuerit, solidos 10 ad populum et fredo dorsum.

19. (20.) De banno domni imperatoris et regis quod per *etc.* . . . et de nostro placito *etc.* 15

20. (21.) De episcopis abbatibus comitibus abbatissis nostris, qualiter inter se habeant concordiam et amicitiam; et in eorum sacramento missi nostri omnem regi veritatem nobis renuntiare studeant. Sciant ut omnes habeant bonos et idoneos vicedominis et advocatos; insuper totum undecumque ad emendandum invenerint, emendare studeant, in quantum melius potuerint. Et quod per se emendare nequiverint, in praesentia nostra 20 adduci faciant.

Reliqua pag. 98. *lin.* 35—51. *non leguntur.*

922.

HEINRICI I. ET KAROLI CONVENTUS CONFLUENTIAE.

Acta huius conventus a Burchardo memorata, in libro Viri Cl. M. Liberi Baronis de Freyberg tabularii regii Monacensis praefecti „Historische Schriften und Urkunden“ *T. IV. ex codice regio Monacensi prodierunt, unde ea repetenda simulque fragmentum a Schannato ex codice bibliothecae Vaticanae N.* 4227 *descriptum et ab Harzheimio T. II. p.* 600 *vulgatum proponendum duximus.* 25 30

Anno dominicae incarnationis 922 apud Confluentiam iussu venerabilium principum, Karoli videlicet et Henrici regum reverentissimorum, congregati sunt episcopi numero 8, Herimannus Agrippinae archiepiscopus, Herigerus Mogontiae archiepiscopus, Thiado

922.

Wirciburgensis episcopus [a], Liutharius Mimidanensis episcopus, Dodo Osnebruggensis episcopus, Richgauwo Wormaciensis episcopus, Rihwinus Strazburgensis episcopus, Unwano Paderbrunnensis [b] episcopus, cum abbatibus aliisque sacri ordinis viris quam plurimis [*].

1. Qui ipso cooperante et sententias eorum confirmante domino Christo in synodali residentes conventu, multa utilia ac sanctae Dei ecclesiae profutura saluberrimo tractantes consilio, inter caetera quae statuerunt, hoc maxime necessarium et instanti pro dolor tempore per abusionem frequentissimum, cognationis incestum summa cautela vitandum firmaverunt; hoc est, ne ullus christianus infra quintam [c] generationem nuptias copulare praesumat.

2. Item placuit, ut sicut praecedentium sententiis patrum firmatur, nullus proprium filium vel filiam a fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

3. De eo, ut non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam unus sive vir sive mulier. In confirmationibus quoque id ipsum fiat.

4. Si mulier vivente legitimo viro ab altero fortassis contra fas adulterata fuerit, non liceat illi adultero, fortassis si legitimus vita decesserit, illam quam prius stupravit moecham legitimo sociare coniugio, sed si hoc fecerint, separati paenitentiae subiaceant. (cf. conc. Tribur. c. 51.)

5. Ut aecclesiasticarum rerum iudicia ad solos pertineant episcopos.

6. Hoc quoque statutum est, quatinus aecclesiae quorumcunque monachorum in singulis parroechiis sitae, episcoporum ut decet divinitus subdantur regimini, eisque debita obsequia in exercendis aecclesiasticae curae negotiis sollicite exhibeant. Ipsi procul dubio monachi episcopis suis in omnibus obediant [d].

7. Item interrogatum est, quid de eo faciendum sit, qui christianum hominem vendiderit. Responsumque est ab omnibus, homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere.

8. Si quis vero laicus vel clericus seu utriusque sexus persona proprietatis suae loca vel res alicubi donare delegaverit, decimationum proventum priori aecclesiae legitime assignatum, inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere temptaverit, talis traditio irrita prorsus ducatur, et ipse ad emendationem aecclesiastica coerceatur censura.

9. Perlatum est quoque ad eandem sacram synodum, quosdam seculares inracionabiliter aliquibus presbiteris suas aecclesias commendasse et pro libitu suo cum voluerint auferre. Quo circa unanimiter firmari convenit, ut nullus presbyter deinceps aliquam suscipiat aecclesiam, nisi in presentia episcopi vel eius vicariorum, nec habeat quilibet laicus ullam potestatem eam auferendi [e] sine iudicio episcopi aut eius archipresbiterorum. Si enim isdem presbyter ratione iustitiae perventus [f] fuerit, quod eam minus provide in aecclesiasticis procuraret officiis, auferatur ab eo. Sin autem, indemnis laboris sui utatur commodo. Cum vero defunctus fuerit, nullum dominium [g] in substantiae illius possessionibus sibi aecclesiae dominus vendicet, sed duae partes in elemosinam pro ipsius largiantur anima, tertia autem pars aecclesiae cui servivit profutura relinquatur. Si quis praeter haec fecerit, aecclesiasticis correptionibus subiaceat.

10. Hoc quoque statutum est, ut nullus presbyterorum missarum sollemnia celebrare praesumat, nisi duobus praesentibus sibique respondentibus ipse tertius habeatur; quia cum pluraliter ab eo dicitur: *Dominus vobiscum*, et illud in secretis: *Orate pro me*, aptissime convenit, ut et pluraliter ipsius respondeatur salutationi [h].

a) episcopus *hic et in seqq. deest in cod. Frising. a. Cl. Föringer in usum nostrum iterum exscripto, adest vero Viro Cl. monente in collectione canonum legi Baiuwariorum in codice Tegernseensi Cimel. IV. 3a. manu sec. X. ex. aut XI. in. adiecta, ubi fol. 24. lib. VIII. cap. 94. introitus et cap. 1. concilii istius leguntur. Idem:* Wirziburgensis, Mindanensis, Doto Osnebrugensis, Rihgouuo, Rihuuinus, Padebrunensis, *habet, omisso Herigero arch. Mogontino.* b) R. S. U. P. *in margine suppleta.* c) sextam *c. Teg.* d) obediant, *manu posteriori* oboediant. e) conferendi *Theiner.* f) praeventus *Th.* g) dominum *Th.* h) *Caput ab Harzheim p. 600. adiectum, V. Cl. Föringer referente Cl. Kunstmann Th. D. in codice regio Monacensi inter Ratisp. S. Emmeramni* G. XII. *sec. XI. in farragine canonum reperit, unde iam textum emendatiorem sistimus:* Ex concilio [conciliis *cod. Emm.*] apud Confluentiam cui interfuere Heinricus et Karolus. Emunitas sexcentis solidis solvitur et novem capitibus. Sacrilegium novem novigeldis componatur [componendum est *Harzh.*] [b]; aut si quis negare voluerit, cum [in *H. et codex*] 24 testibus [totis *H.*] nominatis atque electis viris super altare iuret; aut aliis non nominatis tamen ingenuis 72 super altare iuret; [servus et ignobilis ferro ignito *c. E.*] *) *Praef. et capp.* 3. 6. 7. 8. *v. apud Burch.* VII. 30. III. 210 VI. 49. III. 241; *cap.* 9. *in cod. Palat. IV.* 131. *apud Theinerum l. c.*

HEINRICI I. CONVENTUS DIUSBURGENSIS.

929.

Rubricas canonum a V. Cl. Föringer in codice Monacensi repertas

929. (*v. infra p.* **551**), *nec ad aliam facile synodum tam apte referendas proponimus.*

1. De episcopis Einhardo et Benedicto. 2. De monasteriis. 3. De decimis. 4. De Egi-none. 5. De Gebeharto. 6. De Thiotmaro. 7. De Asiche. 8. De Thiedriche. 9. De Hartmanno. 10. De Buosen. 11. De Luove [a]. 12. De falsis testibus. 13. De clericis 5 et ecclesiasticis rebus.

a) *ita* luone *legi, Cl. Föringer, impressa iam pagina* 551. *iterum a me interrogatus, respondit; an* Ivone?

932. Iun. 1.

HEINRICI I. CONVENTUS ERFORDIENSIS.

Capitula a Baronio T. XI. p. **803. 804.** *corrupte edita beneficio V. Cl. Föringer ex codice regio Monacensi* (*v. p.* **550.**) *correcta sistimus.* 10

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 932.* anno etiam domini Heinrici regis christianissimi 14. indictione 5. sub die Kalendarum Iuniarum congregata est apud Erphesfurt sancta et universalis synodus, ut rex sapientissimus cum consilio primatum suorum decrevit, inspirante omnium Salvatoris clementia pro utilitate et statu sanctae matris ecclesiae. Cuius rei [a] solertiam prudentissimi viri Hiltiberti archiepiscopi studium [b] 15 gubernabat, considentibus [c] religiosissimis sacerdotibus, id est Ruoperto [d] sanctae Treverensis sedis [e] archiepiscopo, Unni sanctae Hammaburgensis aecclesiae archiepiscopo [f], Adalwardo [g] Fardunensis sedis episcopo, Riquino [h] Argentinae civitatis episcopo, Notingo [i] Constantiensis [k] aecclesiae episcopo, Unwano Padarbrunnensis sedis episcopo, Uodalricho [l] Augustudunensis aecclesiae episcopo, Bernhardo Halvarastetensis sedis episcopo, Burchardo 20 Wirziburgensis aecclesiae episcopo, Tuotone [m] Osneburgensis sedis episcopo, Rumaldo Mimigartenovurdensis [n] aecclesiae episcopo, Eberiso [o] Mimidensis aecclesiae episcopo, necnon et abbatibus, aliisque sacri ordinis viris. Porro cum eorum unanimitate ac primum Deo favente capitula infra notata, tam pro nostra [p] quam pro populi christiani correctione, collecta sunt.

Cap. 1. Ut deinceps natalitia 12 apostolorum summa veneratione solemniter cele- 25 brentur; et in vigiliis antiquitus statutis atque hactenus ab antecessoribus nostris servatis ieiuniorum vota omni diligentia persolvere decernimus; quia quos coelitus sublimioris meriti scimus, hos et amplioris dignitate honoris a nobis colendos esse non dubitamus.

2. Placita saecularia dominicis vel aliis festis diebus, seu etiam his [q] in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam institutionem minime fieri volumus. In- 30 super quoque gloriosissimus rex ad augmentum christianae religionis concessit, ut nulla iudiciaria potestas licentiam habeat christianos sua auctoritate ad placitum bannire 7 diebus ante natalem Domini, et a quinquagesima usque ad octavas paschae, et 7 diebus ante nativitatem sancti Ioannis Baptistae, quatenus adeundi ecclesiam orationibusque vacandi liberius habeatur facultas. 35

3. Praecipimus namque, ut nullus christianus ecclesiam pro reverentia petendo, ibique manendo, indeque revertendo, alicuius publicae potestatis banno ibidem constringatur, ne forte, dum ad ecclesiam causa orationis [r] properat, per bannum impediatur pro salute animae devote insistere.

4. Si quis presbyter aut diaconus neglegens vitae suae, mala de se suspicari per- 40 miserit, et eius infamia coram episcopo canonice denotatur, admoneatur ab episcopo semel, bis, ac tertio, ut vel prodendo reatum culpabilem se esse cognoscat, et sic iustae correptionis sententiam excipiat, aut adhibitis secum collegis iuramento se expurgando innocentem se esse demonstret.

5. Ut nemo nisi consentiente proprio episcopo, aut eius misso, ieiunium sub op- 45 tentu [s] religionis sibi imponat, unum diem [t] prae aliis excipiendo, omni modo interdicimus. Quod et factum displicet, et in futurum fieri prohibemus, quia plus causa ariolandi esse dinoscitur [u], quam supplementum catholicae legis.

*) *Annum* et *diem eosdem habent diplomata Heinrici Erfurdiae data, unde Ann. Hildesh. et Continuatorem Reginonis annum* 935 *et* 936 *referentes errasse constat. Capita* 2. 3. 5. *v. apud Burchardum XIII.* 21. 28. 27. a) regis *Baronius.* b) *deest B.* c) gubernat consilium. Residentibus r. *B.* d) R. *B.* e) ecclesiae *ita saepius, B.* 50 f) episcopo *B.* g) adaluuarto *corr.* adaluuardo *codex.* adalguardo *B.* h) ricuino *B.* i) nodtingo *B.* k) Constantiae *B.* l) augustitudunensis *codex, haud deleto* ti. Othilrico A. ecclesiae ap. *proxime sequenti loco scribitur B.* m) Duodone *B.* n) memigernafurdensis *B.* o) eburgiso mimidonensis *B.* p) t. p. n. *desunt B.* q) *deest B.* r) orationum *B.* s) opteptu *c.* t) *deest B.* u) cognoscitur *B.* 55

OTTONIS MAGNI CONSTITUTIONES. 948.

SYNODUS INGELHEIMENSIS.

Conventus Ottonis atque Ludowici regum in palatio Ingelheimensi celebrati causas atque historiam Richerus monachus uberrime exposuit, unde plurima Trithemius abbas Spanheimensis in historiam Hirsaugiensem transscripsit; succinctam de rebus in eo gestis narrationem Flodoardus annalibus suis ad a. 948, *et historiae Remensi inseruit. Acta prodierunt in Canisii Lectionibus ex codice bibliothecae Weingartensis, male transscripto, cuius vestigia in bibliothecis regia Stuttgardiensi et Fuldensi quae codices Weingartenses inter se partitae sunt, necnon in regia Parisiensi, Viris Clarissimis D. Mosero Hauck et Guérard operam suam praestantibus, explorare, casso tamen labore, studui; seriem tandem episcoporum reperi in codice bibliothecae Caesarae Vindobonensis in catalogo iuris canonici Nro.* 99. *fol.* 87. *mbr. sec. X. Ex quibus ea quae acta ipsa exprimere videntur, hic referimus. Richerus, saeculi noni exeuntis auctor, prolixa conventus ipsius acta ante oculos habuisse videtur, sed diversa ab iis quae Flodoardus et codex Weingartensis referunt, ita ut cuinam potius in tempore conventus constituendo fides habenda sit, chartis Ottonis ea de re silentibus, vere ambigi possit.*

Praelocutio Rotberti Treverici metropolitani in synodo.

Multa sunt patres reverendi, quibus hic apud serenissimos reges, in unum coacti residemus. Plurima etiam quae vestra probitate ordinanda videntur. Totius pene Galliae rem publicam pravorum temeritate turbatam, magnisque subiacere periculis constat. Unde et legis divinae atque humanae indiscrete a malivolis contempnuntur, cum is cui regnorum iura debentur, et imperandi potestas transfusione paterna credita est, suorum insectatione captus, ergastuloque immaniter trusus sit, suorum adhuc gladiis infestetur, Remorum quoque metropolim absque pastore fures atrocissime insectentur, cultus divinus vilescat, religio canonica pro nihilo sit. His ergo patres vehementissime insistendum arbitror, multaque nobis diligentia enitendum, qui gratia sancti Spiritus hic in unum confluximus, quatinus res ante dissolutae sic in foedus redeant, ut et domno ac serenissimo regi libera regnandi reddatur potestas, et per eum ecclesiae Remensi debitus suus restituatur honor.

Responsio Marini Romanae sedis legati.

Optime atque utiliter frater ac coepiscopus Rotbertus rerum seriem tenuit. Et enim cum divinas leges humanis praeponendas ipse pernoscat, considerata tamen rerum fortuna, regiae dominationis imperium ante dixit restaurandum, ut eius vigore firmato, eiusque potentia utiliter restituta, eius post liberalitate, ecclesiarum Dei honor consequenter recrescat, eius patrocinio agente, virtus bonis quibusque redeat. Quod ut Deo annuente fieri queat, in primis audienda atque strenuissime disponenda videtur causa domni ac serenissimi regis, si id quoque vestri iudicii paciatur censura.

Synodus dixit: *Audiatur.*

Conquestio Ludovici regis apud Ottonem regem et synodum regni.

Quanto Hugonis instinctu, quantoque eius impulsu conqueri cogor, testis est ille, cuius gratia vos hic congregatos paulo ante relatum est. Pater eius, ut a principio

918. *exordiar, patri meo regnum invidens, dum ei domi militiaeque servitium deberet, regno illum immaniter privavit et usque ad vitae eius suprema ergastulo inclusum esse fecit. Me vero parvum in fasciculo farraginis a meis dissimulatum, in partes transmarinas et prope in Rifeos fugere compulit. Patre autem extincto et me in exilium deportato, iste cum reminisceretur sui patris, ob insolentiam interfecti, regni curam suscipere formidabat. Nobis itaque invidens, Rodulfum promovit. Sed divinitas res illius sicut et cetera determinans, ei quando voluit finem regnandi dedit. Dum item regnum vacaret, consilio bonorum me a partibus peregrinis exulantem revocavit, ac omnium conibentia in regnum promovit, nihil mihi praeter Laudunum relinquens. Promotusque cum ea quae regii iuris videbantur, repetere niterer, id invidissime ferebat. Factus ergo latenter adversarius, amicos si quos habebam, pecuniis subvertebat, inimicos in odium amplius incitabat. Tandem urgente invidia, apud piratas egit, ut ab eis dolo caperer, regnum in se posse refundi arbitrans, si id fieri contigisset. Nec defuit insidiis effectus. Captus fui, carcerique mancipatus. Ille vero me eripere simulans, filios meos iure obsidum dandos petebat. At iis qui mihi fide adiuncti erant omnes dari reclamantibus, dimisso uno, a piratis me recepit. Iam libertatem sperans, quo animus impelleret ire volebam. Verum aliter provenisse manifestum est. Nam captum mox in vincula coniecit, ac annuali carceri mancipavit. Unde cum a cognatis et amicis meis indignantibus sese impetendum adverteret, libertatem spopondit si Laudunum acciperet. Hoc tantum claudebar, hoc solo cum uxore et natis recipiebar. Quid facerem? Castro vitam praeposui; pro castro libertatem merui. Et en omnibus privatus, omnium opem deposco. His si dux contraire audeat, nobis tantum singulariter congrediendum sit.*

Oratio Rotberti pro Ludovico.

Quoniam domni atque serenissimi regis satis breviter ac dilucide digestam, optime ut arbitror conquestionem percepimus, consequens videtur, ut eius causam in quantum fas est determinemus. Dux ergo quia omnia pene regni iura in sese transfudit, eique viribus reniti non valemus, mitius hoc attemptandum arbitror, ut qui Deum non metuit, et hominem non reveretur, multa ratione multaque rerum consideratione, ad normam Deo iuvante reducatur. Igitur iuxta patrum decreta, et canonum regulam, inprimis ad satisfactionem fraterne monendus est, verbisque suasoriis ad id modestissime revocandus. Quod si post blandam revocationis ammonitionem resipiscere noluerit, omnium anathemate feriatur, hoc habentes praesidio, quod iam a domno papa correctus sit, iussusque a domini sui insectatione quiescere.

Responsio Marini legati pro eodem.

Reminiscor, domnum papam ante hunc annum anathema in reos misisse qui hunc dominum et regem Francorum insectabantur, epistolam quoque suasoriam, ut ab eo non deficiant, bonis quibuslibet delegatam, atque conquestionem de eadem re litteris expressam, iis quibus sanior mens erat delegatam fuisse. Unde et opinor iustissime dictum, cum ante a papa vocatus atque correctus sit, nunc quoque caritatis gratia revocandus est, et diligentissima suasione ut a malis quiescat commonendus. Et post omnium anathemate dampnandus. Et non solum ille, verum omnes qui ei in malis favere faventque. Sed hanc solum a nobis accipiet opem. Numquid vero ab alio quicquam opis accipiet? Eius conquestio in sua clausula, opem omnium postulat. Sed si a nobis ei succurritur, a domno Ottone rege quid accipiet? Et decretalia sancta acclamant, postquam tirannis anathema dampnationis ab episcopis iniectum est, a bonis quoque potentibus vim inferendam, ut si aecclesiasticis correctionibus ad normam redire nolunt, saltem potentium vehementi violentia ad bonum redire cogantur, ut vel invitis bona praestentur.

Oratio Ottonis regis pro eodem.

Multa sunt patres beneficia, quae a vobis domno ac serenissimo regi Ludovico utiliter accommodari valebunt. Etenim si eius insectatores armis divinis adoriamini, con-

sequenter aut facili tumultu devicti labascent, aut si quid impetendum relinquetur, facilius nostris armis infirmabitur. Vos ergo iubente domni papae legato, vestri ordinis instrumenta exerite, ac tanti regis adversarios anathematis gladio transverberate. Contra quae si cervicem postea erigere audeant, et dominicis interdictis resistere non formidant, nostrum exinde erit, quibus commissum est in hac mundi parte sanctam Dei aecclesiam tueri, ut in tales arma sumamus, huiusmodi debellemus. Et si necessitas adurgeat, strictis gladiis usque ad immanissimam caedem perditissimorum hominum deseviamus, habita in illos iustissimae indignationis causa, quod illicita aggrediantur, et pro illicitis ammoniti, non corrigantur. Vos itaque tantum vestris insistite: et post modestiam vestram, virtus nostra sequetur.

918.

Epistola a sinodo ad Hugonem delegata.

Sancta sinodus in palatio Angleheim sub domnis atque orthodoxis regibus Ludovico et Ottone utiliter habita, Hugoni duci. Quantis malis, quantaque persecutione vexaveris illam venerabilem Remorum metropolim, quanta quoque crudelitate debacchatus sis in dominum tuum regem, ora omnium locuntur, apud omnes agitatur. Quod quam sceleratum, et quam pernitiosum sit, divinae atque humanae leges copiosissime produnt. Unde et tibi compatientes, ab talibus te quiescere monemus, et ad dominum tuum, multa mansuetudinis humilitate quantotius reverti hortamur. Quod si contempseris, priusquam in diversa referamur, anathemate sine dubio te perstringemus, donec aut satisfacias, aut Romam apud domnum papam ratiocinaturus petas. Cuius litteris iam bis monitus es, et a tanto facinore prohibitus. Unde et nos post illum, tercio iam te ad correctionem revocamus.

ARTOLDI LIBELLUS SINODO PORRECTUS.

Sanctae Romanae et apostolicae sedis vicario domno Marino, universaeque sanctae synodo apud Engulenheim congregatae, Artoldus, divina propitiante clementia Remorum episcopus. Domnus Agapitus papa litteras nobis et ceteris coepiscopis nostrae dioeceseos direxit, in quibus praecepit, ut ad hoc vestrae sanctitatis concilium convenire studeremus, ita instructi de omnibus, ut rei veritas miseriarum nostrae sedis, quas patimur, coram sanctitate vestra manifesta fieri posset. Quocirca propalare prudentiae vestrae commodum duximus, qualiter res exordium coeperit litis huius, quae adhuc inter me et Hugonem miserrime ventilatur. Defuncto siquidem Heriveo archiepiscopo, Seulfum, qui archidiaconatus urbis nostrae a tunc officio fungebatur, ad praesulatum eiusdem sedis elegimus. Qui pontifex ordinatus, assumens zelum contra proximos praedecessoris sui, cum eos per semet a loco depellere non valeret, consilio inito cum quibusdam laicis scilicet consiliariis suis, amicitiam quaesivit Heriberti comitis, quam dato iureiurando per eosdem consiliarios obtinuit eo tenore, ut post obitum ipsius ad electionem pontificis milites ecclesiae nullatenus aspirarent sine consilio ipsius Heriberti: idem vero comes fratrem Herivei praesulis, et nepotes ipsius a participatione rerum Remensis episcopii separaret. Quibus patratis, insimulati sunt iidem propinqui Herivei praesulis a consiliariis Seulfi episcopi de infidelitate ipsius senioris sui, accersitoque Heriberto comite cum pluribus suis iubentur ad rationem reddendam coram ipsis venire. Et quia contra eos a quibus accusati fuerant, singulari congredi certamine noluerunt, sublatis ab eis rebus quas ex episcopio possidebant, comprehensi sunt atque deducti per Heribertum comitem ad Rotbertum regem, a quo etiam sub custodia sunt detenti usque ad mortem ipsius Rotberti. Tertio demum sui episcopatus anno Seulfus episcopus, ut plures asserunt, ab Heriberti familiaribus veneno potatus defungitur. Mox itaque comes Heribertus urbem Remensem adiit, et ecclesiae milites, clericorum quoque quosdam de rectoris electione ad suum consilium, ceu iuratum fuerat, intendere fecit. Cum quibus ad Rodulfum regem pergens in Burgundiam, obtinuit ab eo, ut sibi committeretur idem episcopium, eo tenore, ut tam clericis quam laicis debitum honorem concederet et conservaret, nec iniustitiam alicui faceret: sed ipsum episcopium aequo iure gubernaret, donec talem clericum eidem

948. regi praesentaret, qui ad episcopale ministerium exequendum rite ordinari valeret. Qui comes ad eamdem urbem regressus, res episcopii prout sibi placuit fautoribus suis divisit, ceteris abstulit, et absque ullo iudicio vel lege, quos voluit rebus expoliavit, vel ab urbe propulit. Odalricum denique Aquensem episcopum in eadem urbe suscipiens, episcopale inibi ministerium celebrare praecepit. Sicque per annos sex et eo amplius idem 5 episcopium suo dominio vendicavit, pro libitu proprio illud tractans, et in sede praesulis residens tam ipse quam coniux sua, donec septimo tandem anno, ortis inter ipsum et regem Rodulfum atque Hugonem comitem quibusdam simultatibus, Rodulfus rex cum Hugone et Bosone fratre suo caeterisque pluribus tam episcopis quam comitibus Remorum obsidet urbem, succensentibus sibi episcopis, et conquerentibus adversus eum, quod 10 tam diuturno tempore contra divinae legis auctoritates hanc urbem permiserit vacare pastore. Quorum querimoniis permotus rex, admonet clerum et populum de pastoris electione, dans eis id agendi facultatem ad Dei honorem et sui fidelitatem. Sicque concordantibus cunctis, tam clericis quam laicis, qui extra obsidionem erant, pluribus etiam eorum qui clausi tenebantur in idipsum faventibus, eligitur humilitatis nostrae 15 persona in hoc magis onere quam honore subeundo. Aperientibus tandem tam militibus quam civibus portas urbis regi Rodulfo, et episcopalem benedictionem mihi tradentibus episcopis qui aderant decem et octo, et suscipientibus nostram humilitatem tam clero universo quam reliquis civibus, inibi inthronizatus ab episcopis nostrae dioeceseos, impositum mihi, prout Deus concessit, ministerium per annos ferme novem tractavi, 20 ordinans per dioecesim episcopos octo, et in episcopio multos, prout competens videbatur, clericos, quousque nono postmodum anno, postquam Ludovicum regem, favente Hugone cunctisque regni principibus, Gerbergam quoque reginam benedixeram, et sacro perfuderam chrismate, instigatus Hugo comes iracundia, quod ei consentire vel coniungi noluerim ad ipsius regis infidelitatem, adhibitis secum Heriberto comite et Willelmo 25 Nordmannorum principe, Remensem obsidet urbem. Nec longum, sexta scilicet obsidionis die, deseror ab omni pene coetu laicalis militiae. Sicque derelictus ab his, ad Hugonem et Heribertum compellor exire, a quibus coarctatus et conterritus, cogor memet episcopali procuratione abdicare, et ita me propellentes, in coenobio sancti Basoli habitare constituunt: Hugonem vero filium Heriberti, qui Autisiodori diaconus ordina- 30 tus fuerat, in urbem introducunt, et civitate potiuntur. Ludovicus autem rex a Burgundia rediens, me apud sanctum Basolum reperit, et assumens secum, simul cum propinquis meis, quorum res Heribertus comes abstulerat, Laudunum deducit, quod castrum tunc obsidebant Heribertus et Hugo: solutaque obsidione oppidum ingredimur, nobisque metatus degendi disponitur. Interim clerici nostri loci, sed et laici quidam, pessime ab 35 Heriberto tractantur, et quidam clericorum in custodiis retruduntur, res eorum auferuntur atque diripiuntur, rapinae per totam urbem licite perpetrantur. Interea convocantur episcopi nostrae dioeceseos ab Hugone et Heriberto, satagentibus et quaerentibus ab eis de ordinatione Hugonis filii Heriberti. Qui Suessionis congregati, mittunt ad me Laudunum Hildegarium episcopum cum aliis quibusdam legatis, mandantes ut ad eos veni- 40 rem, ad consentiendum scilicet huius ordinationis perversitati. Quibus remandavi, quod non esset mihi competens ad eos illo proficisci, ubi adversarii et inimici mei cum ipsis erant aggregati. Quod si loqui mecum vellent, ad talem locum devenirent, ubi sine periculo ad eos accedere possem. Quibus advenientibus in locum ab eisdem delectum, profectus sum ad eos, veniensque prosternor coram ipsis, obsecrans ut propter amorem 45 et honorem Dei, tam mihi quam sibi competens consilium dare studerent. Qui me de ordinatione praedicti Hugonis interpellare coeperunt, et hoc omnimodis suadere, ut eis in hac ordinatione consensum praeberem, promittentes res nonnullas episcopii mihi se impetraturos. At ego postquam responsum diu distuleram, videns eos cunctos in proposito quod ceperant perseverantes, surgens interdixi, palam cunctis audientibus excom- 50 municans auctoritate Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti, ut nullus eorum ad eamdem ordinationem accederet, nec alicui in episcopali honore, me vivente, manus imponeret, sed nec ullus eamdem benedictionem suscipere praesumeret. Quod si forte fieret, ad sedem apostolicam eos provocabam. Illis inde furentibus, ut possem exire de medio eorum, et Laudunum reverti, temperavi responsum: dicens ut mitterent mecum, 55 qui eis renunciaret, quid consilii reperire valerem super hac re in domina mea regina, et fidelibus eius, quia rex non aderat. Ad hoc illi mittunt Deroldum episcopum, putantes

948.

me esse mutaturum consilium. Quo veniente, et coram domina regina et fidelibus eius inde me interpellante, iterum exurgens praefatae modum excommunicationis in eosdem episcopos iaculatus sum: vocationem quoque ad sedem apostolicam iterare curavi, excommunicans ipsum hunc Deroldum, id ut eis omnino non taceret, sed cunctis manifeste proferret. His ita gestis, parvipendentes illi nostram excommunicationem, Remis accedunt, et quidam eorum ordinationi huic manus applicuerunt, quidam vero se subduxisse sciuntur. Ego vero cum rege manens, quas ille scitur angustias pertulisse, secum pertuli: et quando eum bello aggressi sunt Hugo et Heribertus, cum ipso eram, et vix mortis evasi periculum. Prolapsus itaque, auxilio et protectione Dei, de medio inimicorum, profugus et vagabundus loca invia quaeque silvasque perlustro, non ausus certo consistere loco. Comites autem Hugo et Heribertus affati quosdam nostros amicos sibi subditos, suadent, ut me requirentes ad ipsos deducant, pollicentes se mihi benefacturos, et rebus quas ipsi petissent ditaturos. Requirentes ergo me amici, reperiunt per diversa vagantem, et ita perducor a fratribus meis et amicis ad praefatos comites. Qui postquam me in potestate sua conspiciunt, quaerere coeperunt, ut eis pallium a sede Romana mihi collatum traderem, et sacerdotali me ministerio penitus abiurarem. Quod ego nullatenus me facturum, neque pro amore huius vitae praesentis, attestor. Districtus igitur et coangustiatus ab eis, episcopii tandem rebus abrenunciare compellor: sicque rursus ad sanctum Basolum, quasi vacans, habitaturus deducor. Mansi denique paucis diebus in ipso coenobio, quoadusque comperiens per certos ex familiaribus Heriberti comitis nuncios, quod ab eo male de mea tractabatur perditione, iterum iterumque nunciis huiusmodi pavefactus et impulsus, locum deserui, et abdita lustra silvarum vagabundus repetii, horisque silentibus, et itinere devio Laudunum revertor, ibique susceptus a rege, secum manere constituor. Mansi vero ibidem cum ipso vel fidelibus eius, expectans et deprecans misericordiam Dei, donec ipse dignatus est in cor domni regis Othonis mittere, ut ad subventionem senioris mei regis, et nostram, properaret in Franciam. Denique postquam domina nostra regina Laudunum, propter absolutionem domni regis, reliquerat, egressus inde ad domnum regem Othonem cum seniore meo deveni rege, simulque Remos accessimus. Cingitur itaque urbs exercitibus, et episcopi qui aderant, me sedi nostrae restitui censent. Mandatur ergo Hugoni a domno rege Othone, ut egrediatur, et pervasam deserat urbem. At ille nutans aliquamdiu et pro posse, ubi vidit ad resistendum penitus sufficere se nequaquam valere, nec amicorum sibi praesidia subvenire, decernit exeundum, quaerens ut liber cum suis dimittatur abscedere. Permittitur itaque sanus exire, cum omnibus qui secum voluere comitari, et quaecunque secum voluit ferre, nullo contradicente, asportavit. Sicque cum regibus introgressus urbem, praecipior loco nostro et honori restitui. Susceptus igitur a domnis archiepiscopis Rotberto Trevirensi, et Frederico Magontiacensi, comitantibus ceteris et congratulantibus, tam clericis ecclesiae nostrae, quam reliquis civibus, ab ipsis restituor cathedrae episcopali. Hugo vero Remis egressus, Mosomum castrum cum suis occupat, et muniens contra fideles regis senioris nostri detinet. Habito denique colloquii placito inter reges, seniorem meum videlicet ac domnum Othonem, super Charam fluvium, convenimus ad illud, tam ego quam ipse Hugo cum ordinatoribus suis. Ibique res litis huius ab episcopis auditur: protulitque litteras ad sedem Romanam, quasi ex nostra persona datas, excusationis meae, ac si vacationem petentes administrationis episcopii nostri: quas me nunquam dictasse, neque vel subscribendo aliquatenus corroborasse protestatus sum, atque protestor. Et quia tunc synodus convocata non fuerat, id opponentibus fautoribus ipsius Hugonis, altercatio nostra determinari non potuit. Synodus autem circa medium mensis Novembris habenda Virduni utriusque partis episcopis annuentibus denunciatur. Interim vero sedes Remensis mihi regenda decernitur: idem vero Hugo Mosomi commorari permittitur. Nec longum, instante scilicet vindemiae tempore, hic noster aemulus Hugo, assumens secum Theobaldum, regis inimicum et regni nostri, cum aliis pluribus malefactoribus, in villas Remensis episcopii contiguas urbi devenit, et omne pene vinum ex his colligens in diversos pagos abduci fecit. Tum multa mala inibi perpetrata, et ecclesiae nostrae homines captivi abducti, et ad redemptionem variis sunt adacti tormentis. Synodus autem circa medium mensis denunciata, Virduni celebratur, praesidente Rotberto praesule Trevirensi, praecepto domni papae Romani, praesente quoque domno Brunone, cum episcopis et abbatibus nonnullis. Ad quam praefatus Hugo evocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum episcopis, Adalberone

948. et Gozlino, venire contempsit. Universa vero synodus mihi Remense regendum decernit episcopium. Indiciturque iterum synodus habenda die Iduum mensis Ianuarii, quae et aggregatur, ut denunciatum fuerat, in ecclesia sancti Petri ante prospectum castri Mosomi, a domno Rotberto, convenientibus ceteris quoque Trevirensis dioeceseos episcopis, et aliquibus Remensis. Veniens autem illuc aemulus noster Hugo, et locutus domno Rotberto, synodum noluit ingredi: litteras vero quasi ex nomine domni papae direxit ad episcopos per clericum suum, qui eas Roma detulisse ferebatur, nihil auctoritatis canonicae continentes, sed hoc tantum praecipientes, ut Hugoni Remense redderetur episcopium. Quibus recitatis, ineuntes episcopi consilium cum abbatibus et ceteris qui aderant sapientibus, responderunt, non esse dignum vel congruum, ut mandatum legationis apostolicae, quam dudum Rotbertus archiepiscopus, deferente Frederico praesule Magontiacensi, coram regibus et episcopis tam Galliae quam Germaniae susceperat, et partem iam praeceptionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitteret, quas insidiator noster exhibebat: immo quod regulariter coeptum fuerat, ut canonice pertractaretur, unanimiter censent: praecipiturque recitari capitulum Carthaginensis concilii nonum decimum de accusato et accusatore. Quo recitato, iudicatum est iuxta diffinitionem ipsius capituli, ut communionem et parochiam Remensem me retinente, Hugo qui ad duas iam synodos evocatus interesse contempserat, a communione et regimine Remensis episcopii abstineret, donec ad universalem synodum, quae indicebatur, sese purgaturus vel rationem redditurus praesentaret. Ipsumque capitulum mox in charta episcopi coram se describi fecerunt, subnectentes hanc etiam definitionem suam, et eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram diem chartam eamdem Rotberto praesuli remisit, hoc verbis remandans: quod ipsorum iudicio nequaquam obediturus esset. Sicque absoluto concilio, ipse Mosomum contra mandata regum et episcoporum retinet, et ego Remos regressus, reclamationis meae querelas ad sedem Romanam per legatos domni regis Othonis destinavi, praestolans mandata ipsius sanctae sedis, eius decretis et universalis huius sancti concilii vestri iudiciis parere paratus.

ACTA SYNODI EX CODICE WEINGARTENSI.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, anno ab incarnatione Domini nongentesimo quadragesimo octavo, indictione 6, 7. Idus Ianuarii. Anno serenissimi regis Ottonis 13. ipso quoque cum illustrissimo rege Ludovico in praesentia manente, sancta ac generalis synodus apud Engilenhem in ecclesia sancti Remigii confessoris Christi, in pago Nagawi dicto collecta est, praesidente videlicet domni Agapiti papae apocrisiario [a], venerabili Polimarciensis ecclesiae episcopo, Marino [b], et considentibus archiepiscopis, Wichfredo sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo; Frithurico sanctae Moguntinae sedis archiepiscopo; Rhotberto sanctae Trevirensis ecclesiae archiepiscopo; Ardoldo sanctae Rhemensis ecclesiae episcopo; Adaldago [c] sanctae Hammaburgensis [d] ecclesiae archiepiscopo; Richgawone Wangionensis ecclesiae archiepiscopo; Heroldo sanctae Iuvavensis [e] ecclesiae archiepiscopo; Udalrico Augustensis ecclesiae episcopo; Bernardo Halbarstetensis [f] ecclesiae episcopo; Thiedhardo [g] Hildinesheimensis ecclesiae episcopo; Dudone Padebrunnensis ecclesiae episcopo; Cuonrado Constanciensis ecclesiae episcopo; Starcando Eistettensis ecclesiae episcopo; Reginbaldo Nemetensis ecclesiae episcopo; Bobbone Wirciburgensis ecclesiae episcopo; Adalberone Metensis ecclesiae episcopo; Gozlino [h] Tullensis

a) apocrifario *C.* b) *Codex Caesareo Vindobonensis N.* 99 *Iuris canonici praemissis* Michahel (*Ratisponensis*) Starchandus rubilocensis, *haec episcoporum nomina exhibet*: Marinus. Fridaricus mogonciacensis ae. Uuicfredus agrippinensis. Ruodpertus treuerensis. Adaltac hammapurcgensis. Heroldus. archiepiscopi. Chuonradus constantiensis. Paldricus tauentracensis *superscript.* traiectensis. Tuoto osnepruggensis. Rihhardus *corr.* Wichardus Basiliensis. Adalpertus patauiensis. Diothardus hiltinesheimensis. Peringarius Wirdunensis. Reginzo Spirensis *superscr.* nemetensis. Tuto padarprunnensis. Pernhardus haluarastanensis. Rihgouo wormacensis. Artolfus *corr.* Artoldus remensis. Hiberis mindensis. Poppo Wirzipurgensis. Adalpero metensis. Gozlinus tullensis. Hiltipald Mimigernefordunensis. Uaperi Uarapertus liuticensis. Lioptacus ribunensis. Horat. Scleoswicensis. Fulpertus camaricensis. Reginprant Arunensis (*Arusiensis*). Ruodolfus laudanensis *et haec fragmenta*: Haec excommunicatio acta est in ingelenheim ab episcopis infrascriptis. Marinus episcopus vicarius domini mei beatissimi atque apostolici universalis ecclesiae pape agapiti urbis romae synodo praesidens statui consensi et subscripsi. *Tum alia manu*: Si autem progenies tota defecerit. ab antiquioribus et ueneratioribus adque ueratioribus quibus eadem lex uel propinquitas nota sit. episcopus canonice perquirat, et si inuenta propinquitas fuerit separentur. c) adalgago *C.* d) hainmeburgensis *C.* e) keroldo s. iuvanensis *C.* f) habalrestensis *C.* g) thiedardo *C.* h) Gochlino *C.*

948. ecclesiae episcopo; Berengero Virdunensis ecclesiae episcopo; Balderico Traiectensis ecclesiae episcopo; Wichardo Basilensis ecclesiae episcopo; Duodone Osneburgensis ecclesiae episcopo; Eberiso Mimidonensis ecclesiae episcopo; Hildiboldo Mimigardevurdensis ecclesiae episcopo; Varaberto Tungrensis ecclesiae episcopo; Volgberto Camaracensis 5 ecclesiae episcopo; Rudolfo Lugdunensis ecclesiae episcopo; Michaele Radesbonensis ecclesiae episcopo; Adalberto Lauriacensis ecclesiae episcopo; Liopdago Ripuensis ecclesiae episcopo; Oredo Slesvicensis [a] ecclesiae episcopo; Reginbrando Arusuensis ecclesiae episcopo; cum coetu abbatum, canonicorum, nec non et monachorum; unius spiritus amore ferventium, quatenus coelitus adminiculati zizania divini cultus agro ab inimica manu 10 supersita, canonicarum sarculis sententiarum radicitus exstirparentur.

Igitur recitato primitus euangelio, oramineque finito, et sanctorum canonum quam plurimis institutionibus linguarum clavibus coram reclusis, missus apostolicae sedis chartam suae legationis honorifice protulit; in qua pro debitae reverentiae dono Romano pontifici exhibendo commoniti sunt, ut universalis ecclesiae puppis exoptatae tranquilli- 15 tatis portui secura succedat, seque procelloso tribulationum turbine vexari diutius non timeat. Significatum est autem in eiusdem recitaminis sententia, praedictum praesulem Marinum ab ipso universali papa tali tenore ad nostros fines directum fuisse, quo in omni ecclesiasticarum legum discussioni ipsius existens vicarius, quaecunque liganda essent, apostolica auctoritate ligaret; et quae solvenda viderentur, parili solveret potestate. 20 Huiusmodi proculdubio affaminis tam salubri missatico gloriosissimi reges praefati cum pontificibus omniumque clero congratulantes, ut dignum fuit, se in omnibus consentire et obedire professi sunt. A quibus, auctorante et confirmante legato apostolico, capitula subsequentia statuta sunt.

Dehinc ex sessionis suae loco se subrigens inclytus rex Ludovicus ad praesentiam serenis- 25 simi regis Ottonis totiusque sanctissimi concilii unanimitatem, satis lacrymosi conquestus protulit querimoniam, videlicet quod regia privaretur potestate a quodam principe Hugone nominato, quondamque sibi subiecto, cuius anxietati et multimodae reclamationi condolentes, in unitate spiritus coadunati sanctissimi patres, eiusmodi super hac re sententiam protulere.

30 1. *Reclamatio Ludovici, qualiter Hugo comes illum de regno suo privavit.* Nullus deinceps regiam potestatem praesumat populari, seu aliquam perfidiae maculam sibi fallaciter exhibere. Decrevimus enim Toletani concilii iudicium exequendo, Hugonem, regis Ludovici regni invasorem et raptorem, excommunicationis gladio feriendum, nisi forte tempore statuto ad synodale concilium veniat, et a tam nefaria protervitate satis- 35 faciendo resipiscat.

2. *Item reclamatio Ardoldi episcopi, qualiter Hugo pseudoepiscopus sedem suam illicite invasit.* Ardoldus Rhemensis ecclesiae archiepiscopus, propria de sede expulsus, ex canonica auctoritate in pristinum honorem inthronizatus, Hugo autem, qui eius sedem contra fas sibi usurpat, anathematis est mucrone multatus; eiusque ordinatores, et 40 qui ab eo sunt ordinati, nisi 6. Idus Septbr. Treviris veniant, et ibi pro erratibus dignam satisfaciendo poenitentiam subeant, similem excommunicationis sententiam sustineant.

3. *Item reclamatio Rudolfi Lugdunensis ecclesiae episcopi.* De antedicto Hugone comite, qui Ruodolphum Lugdunensis ecclesiae episcopum propria de sede, non causa alicuius criminis, sed pro fidelitate Ludovici praefati regis proprii senioris expulit, 45 decrevimus in sancta synodo eum pro hac re, sicut de praescripta, excommunicandum, nisi veniendo satisfecerit.

4. Ut laici sine episcopali licentia presbyteris ecclesias dare vel dimittere non praesumant.

5. Ut nullus laicorum presbyterum flagitare seu fatigare [b], vel aliquam sibi in- 50 iuriam inferre audeat.

6. Ut paschalis hebdomada festive tota celebretur; et in pentecosten 2. 3. 4. feria non minus quam dies dominicus sollemniter honorentur.

7. In letania maiore ieiunium, sicut in rogationibus ante ascensionem Domini, exerceatur.

55 8. Ut oblationes fidelium quater [c] altari deferantur, nihil omnino ad laicalem

a) sueuuicensis C. b) flagellare? c) quae?

948. pertineant potestatem, dicente scriptura: qui altario deserviunt, de altario participentur.

9. Ut decimae, quas Dominus praecipit in horreum suum deferri, si ecclesiis Dei non fuerint redditae, sed nefaria cupiditate, quae saevior Aetnae ignibus ardet, a secularibus fuerint retentae, saecularia super hoc non exerceantur iudicia, nec in forensibus 5 discutiatur causis, sed in sancta synodo ab ipsis sacerdotibus, quorum deputatae sunt usibus, quid exinde debeat actitari certis diffiniatur promulgationibus.

10. Ut euangelica auctoritate et sacrorum canonum institutione [a]...., poenasque proponere divini iudicii, ut nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe, quod de earum moribus actibusque beatus Pau- 10 lus testatur apostolus. Quod planius exponere praeterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quam admoneri videatur.

a) *hic aliqua desunt.*

951.

CONSTITUTIO FRANCOFURTANA.

Ediderunt eam Baluzins ex codice Oratorii Parisiensis sec. X. vel 15 *XI. in Reginone de ecclesiasticis disciplinis Appendice I. cap.* 53.; *Eccardus in Legibus Francorum p.* 198 *ex codice Gothano sec. XI. fol.* 145[1]; *et Harzheimius in Conciliis Germaniae II. p.* 621 *ex Schannati apographo codicis membranacei Palatino-Vaticani Nro.* 583. *Novam editionem, codice Gothano cum editionibus Baluzii et Harzheimii* 20 *collato, instituimus.*

Anno incarnationis Domini 951 [a], indict. 9. [b] constitutum est in Franconofurt a rege gloriosissimo Ottone, anno illius 15, consentientibus episcopis, comitibus, aliisque fidelibus compluribus, canonum sanctorumque patrum auctoritate, nec non capitularium praecedentium regum institutis coram positis, ne oppressio virginum aut viduarum, vel rap- 25 tus, ab ullis hominibus fiat; et ut qui rapiunt eas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes [c] raptoribus, siquidem clerici sunt, decidant a gradu proprio, si vero laici, anathematizentur; et raptores sine spe coniugii perpetuo maneant [d]. Quod si post haec iungere se praesumpserint, utrique anathematizentur.

2. Inventum est etiam a praefato rege, ut nulla abbatia quae per se electionem 30 habet, ad monasterium nec alicui in proprium dari possit; illae vero quae electione carent, regis donatione et privilegio ad aliud [e] monasterium quod sub eius mundiburdio consistit subrogari possint [f].

a) *codex, Appendix et Harzheim* DCCCCLII. *quod correxi, quum et indictio* 9. *et regni annus* 15. *in annum cadant* 951, *quo et Otto mense Ianuario Francofurti moratus est. Harzheim indictionem X. edidit, sed correctio potius esse* 35 *videtur quam codicis lectio, quum annus regni idem habeatur.* b) X *Harzh.* c) *ita App.* conuenientes *Goth. Harzh.* d) c. permaneant *App.* e) illud *G. Harzh.* f) posse *Harzh.*

CONVENTUS AUGUSTANUS.

952. Aug. 7

Conventus huius, in quo continuatore Reginonis teste, Berengarii et Adalberti Italiae regum causa tractata est, nonnisi ecclesiastica capitula servata sunt. Debemus ea codici Weingartensi iam deperdito (v. supra pag. **19**), *cuius igitur editionem principem a Canisio in Lectionibus antiquis institutam repetere oportet.*

Cum excellentissimus piissimusque Otto rex, superna attractus clementia, non minus de negotio spiritali, quam de statu christiani imperii tractare disponeret[*], inprimis pontificum, aliorumque primatum suorum communi consilio fretus, anno incarnationis 952. indictione 10. anno vero regni eius 16. sub die 7. Id. Aug. placitum conventumque synodalem Augustae fieri decrevit, quatenus concordi diligentia, tam sancti cleri quam populi, ecclesiae stabilitatis profectus et totius christianitatis utilitates tractarentur. Cuius divinae rei dispositionem per reverentissimi atque prudentissimi Frithurici Maguntinae sedis archiepiscopi industriam maxime gubernari deliberavit. Heroldo etiam Iuvavensis[a] ecclesiae archiepiscopo, Manase quoque, Mediolanensis ecclesiae archiepiscopo, Petro Ravennati archiepiscopo, caeterisque Italiae, Galliae, Germaniae, subnotatis pontificibus huic discussioni operam exigentibus: Udalrico Augustensis ecclesiae episcopo; Annoni Wangionensis ecclesiae episcopo; Starcando Eihstetensis[b] ecclesiae episcopo; Cunrado Constantiensis ecclesiae episcopo; Poponi Werziburgensis ecclesiae episcopo; Godefrido Nemetensis ecclesiae episcopo; Harberto Curiensis ecclesiae episcopo; Uodoni[c] Argentinensis ecclesiae episcopo; Lantberto Frisingenensis ecclesiae episcopo; Hugone Brixiensis[d] ecclesiae episcopo; Michael Radesbonensis[e] ecclesiae episcopo; Adelberto Pataviensis[f] ecclesiae episcopo; Luidfrido Ticinensis[g] ecclesiae episcopo; Gisibrando Terdonensis ecclesiae episcopo; Antonio Bricsiensis ecclesiae episcopo; Waldone[h] Cumano episcopo; Deodato Parmensis ecclesiae episcopo; Wittone Mutinensis ecclesiae episcopo; Adelhardo Regenensis ecclesiae episcopo; Sigolfo Placentinae ecclesiae episcopo; Adalgiso Aquensis[i] ecclesiae episcopo; cum eorum unanimis diligentia, huic ecclesiastico negotio vigilanter instaret, omnibus ratum putabatur, principem regni beatae matris ecclesiae devotum filium postulare, quatenus ibidem divina discutientibus interesse dignaretur. Tum die praefinito eo veniens, dulcisona modulationum iocunditate, honorifice, uti regiam dignitatem decuerat, ab omnibus acceptus[k], missae celebratione[l] finita, satisfaciendo pontificum petitioni cum insigni privatim turba synodum intravit. Interim reverendus Mogontinae sedis archiepiscopus Frithuricus se e solio erigens, humiliter, strenueque sermonem regulari studio congruentem protulerat; deinde cuncta, quae de iure ecclesiastico iuxta canonicam auctoritatem et imitanda sanctorum patrum decreta erant ventilata pronuncians, in hisce omnibus huic rei necessariis se in commune eius praesidium sentire postulabat. Quibus rex, superni amoris igne succensus et zelo divini amoris animatus, mentis corporisque nisu ecclesiasticarum rerum auxiliatorem, defensorem promptissimum, se esse promittendo certificavit. Hac videlicet promissione audita regali, praelibatus archiepiscopus residens, communi caeterorum assensu capitula subsequentia titulari praecepit.

1. Si quis episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorumque uxorem acceperit, a sibi iniuncto officio deponendus est, sicut in concilio Carthaginensi tenetur cap. 25.

2. Episcopos, presbyteros, vel aliquem de clero, canes venandi amore vel accipitres

[*]) *vox haec excidisse videtur, deest apud Canisium.* a) *ita correxi* iuuanensis *Canis.* b) *ita correxi;* eibstensis *C.* c) Vudoni *C.* d) *ita correxi;* Aritiensis *C. sed hic inter episcopos dioceseos Salisburgensis non de Aritiensi in Italia, sed de Brixiensi episcopo sermonem esse putet. Suffraganei ecclesiae Moguntinensis ab Augustensi incipiunt, Salisburgensis a Frisingensi, Mediolanensis a Ticinensi.* e) Radesboriensis *C.* f) Pataueusis *C.* g) Picinensis *C.* h) *ita correxi;* vultoni *C.* i) aquenensis *C.* k) receptus? l) celebratae *C.*

952. Aug. 7. habere non licet, sicut in concilio legitur Toletano cap. 10. Quisquis autem personarum huiusmodi in hac voluptate delectatus[a] fuerit, quamdiu in illa detestabili voluptate detinetur, ab omni ecclesiastico officio cesset.

3. Episcopus, presbyter, aut diaconus aleae vacans, si ab hoc interdicto opere cessare noluerit, velut in canone apostolorum habetur capitulo quadragesimo secundo, deponendus erit. 5

4. Nullus in clericatus officio manens mulierem subintroductam secum habitare permittat. Si vero aliqua suspicionum maculis adspersa contra haec agere tentaverit, ab episcopo vel eius misso virgis caesa detondeatur. Si autem saecularis potestas hoc fieri prohibuerit, regia potestate faemina coacta praelatae sententiae subiaceat. 10

5. Diversa saecularis vitae negotia fugientes, et monasticae institutionis normam aggredientes, extra claustrum sine licentia proprii abbatis ire non licet: sed tantummodo ieiunio et orationi vacare, in locis quibus renunciaverunt seculo permanentes, sicut in concilio Chalcedonensi praecipitur.

6. Oportet etiam episcopum, in cuius dioecesi coenobium situm est, monachorum 15 providentiam gerere, et si aliquid correctione dignum repperit, corrigere festinet.

7. Clericis monachicum habitum sequi cupientibus, et pro remuneratione divina saecularibus spretis arctiorem vitam adire volentibus, nullatenus introeundi aditus ab episcopo denegetur, sed potius eum in tali conversatione perstare exhortari conetur, sicut in concilio Toletano habetur cap. 50. 20

8. Sanctimonialis, quae spontanea voluntate, strictiori vitae proposito se alligare voluerit, nulla re obstante, id quod bona intentione disposuerat peragendum, ab episcopo impediatur.

9. Ut laici presbyteros sine conscientia et consensu proprii episcopi ab ecclesiis eis canonice commendatis non eiicere praesumant, nec alios locum eorum subire faciant; 25 quia ut ab episcopis ordinantur, ita necesse est ab ipsis ecclesias procurandas accipiant, sicut in concilio habetur Arelatensi cap. 4.

10. Ut omnis decimatio in potestate episcopi sit, et si neglecta fuerit, quidquid inde emendandum sit, coram episcopo eiusve misso corrigatur.

11. Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, ut in multis conciliis firmatum est, 30 quia divina ministeria contrectant, ab uxoribus abstineant. Caeteri autem clerici, quando ad maturiorem aetatem pervenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur.

a) *ita correxi;* denadatus C.

---

962. Febr. 2.

CORONATIO ROMANA.

Iuramenta ex parte Ottonis ante coronationem praestita exscripsi ex 35 *codicibus* 1) *bibliothecae publicae Babenbergensis C. Nro.* 47. *membr. sec. X exeuntis vel XI, Isidori Mercatoris canones continente,* 2) *bibl. Vaticanae Nro,* 3833. *mbr. in fol.* 139[1] *sec. XII. ineuntis, cardinalis Deusdedit canonum collectionem exhibente, ubi fol.* 139[1] *haec in margine leguntur:* Hoc sacramentum inuenit scriptor huius libri in Saxonia 40 in monasterio quod dicitur luineburg. *Iuramentum Ottonis ipsius exscripsi ex* 3) *duobus codicibus Cencii Camerarii de censibus R. E. in tabulario secretiori Vaticano extantibus, scilicet ex codice Sancti Angeli saec. XIV. fol.* 360 *et codice Avinionensi sec. XV. ineuntis fol.*

278 ubi narrationi succinctae de historia Iohannis XII. papae inseritur. Haberi illud et in codice Cencii bibliothecae Vaticanae et in Gratiano Distinct. **63.** *cap.* **33.** *Baronius ad a.* **960** *observavit.* 962.

Iuramentum quod facere fecit suos fideles Otto augustus antequam Romam adiret.

Ian.

Tibi domno Iohanni papae ego rex Otto promittere et iurare facio per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per hoc lignum vivificae crucis, et per has reliquias sanctorum, ut si permittente Deo Romam venero, sanctam Romanam aeclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse; et numquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem nunc habes et per me habiturus eris, mea voluntate aut meo consensu aut meo consilio aut exortatione perdes. Et in Roma nullum placitum neque ordinationem faciam de omnibus quae ad te vel ad tuos Romanos pertinent, sine tuo consilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicumque autem regnum Italicum commisero, iurare tibi faciam illum, ut adiutor tui sit, ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse.

Iuramentum futuri imperatoris.

Ian.

Domno Iohanni pape duodecimo rex Otto[a] per nos mittit, et iurat per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hoc lignum vivifice crucis, et has reliquias sanctorum, quod si permittente Deo Romam venerit, sanctam Romanam aecclesiam et eundem domnum Iohannem papam rectorem ipsius exaltabit secundum suum posse, si vivum invenerit. Sin autem, eum qui legabiliter illi succedet. Et nunquam vitam, aut membra, neque ipsum honorem quem habet, et qui eum habiturus est sua voluntate, aut suo consensu, aut suo consilio, aut sua exhortatione perdet, neque ipse, neque aliquis successorum eius. Et in Roma nullum[b] placitum, aut ordinationem faciet de omnibus quae pape et Romanis pertinet, sine consilio domni pape. Et quicquid de terra sancti Petri ad eius potestatem venit vel veniet, Romane aecclesiae restituet. Cuicumque autem regnum Italicum committet, iurare faciet illum, ut adiutor sit domno pape et successoribus eius ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse. Sic adiuvet Deus eundem domnum regem Ottonem, et hec sancta euangelia, et hec sacrosancta sanctuaria.

Iuramentum corporaliter praestitum.

Febr. 2.

Tibi dompno pape Iohanni ego rex Otto[a] promitto et iuro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hoc lignum vivifice crucis et per has sanctorum reliquias, quod si permittente Deo Romam venero, sanctam Romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, et numquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem habes, mea voluntate aut consensu aut mea exhortatione perdes. Et in Romam[c] nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus que ad te aut ad Romanos pertinent sine tuo consilio; et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit tibi reddam. Cuicumque regnum Ytalicum commisero, iurare faciam illum, ut adiutor tui sit ad defendendam sancti Petri terram secundum suum posse.

a) octo *cod.* b) *ita correxi;* romanum *cod.* c) *ita uterque codex.*

963.

SYNODUS ROMANA.

Acta eius alias deperdita, Liutprandus historiae suae libro septimo inseruit, unde ea quae authenticam formam praeferebant depromta, ope codicis olim Spanheimensis, iam Bruxellensis, emendavimus.

Litterae synodi ad Iohannem XII. papam.

5

Summo pontifici et universali papae, domno Ioanni, Otto divinae respectu clementiae imperator augustus, cum archiepiscopis Liguriae, Tusciae, Saxoniae, Frantiae, in Domino salutem. Romam ob servitium Dei venientes, dum filios vestros, Romanos scilicet episcopos, cardinales, presbyteros et diaconos, insuper et universam plebem de vestri absentia percontaremur, et quid causae esset, quod nos ecclesiae vestrae vestrique defensores videre 10 noluissetis, talia de vobis tamque obscoena protulerunt, ut si de histrionibus dicerentur, nobis verecundiam ingererent. Quae ne magnitudinem vestram omnia lateant, quaedam vobis sub brevitate describimus: quoniam si cuncta nominatim exprimere cupimus, dies nobis non sufficit unus. Noveritis itaque, non a paucis, sed ab omnibus tam nostri quam et alterius ordinis, vos homicidii, periurii, sacrilegii, et ex propria cognatione, at- 15 que ex duabus sororibus, incesti crimine esse accusatos. Dicunt et aliud auditu ipso horridum, diaboli vos in amore vinum bibisse; in ludo aleae Iovis Veneris, caeterorumque daemonum auxilium poposcisse. Oramus itaque paternitatem vestram obnixe, ne Romam venire atque ex his omnibus vos purgare dissimuletis. Si forte vim temerariae multitudinis formidatis, iuramento vobis adfirmamus, nihil fieri praeter sanctorum canonum 20 sanctionem. Data 8. Idus Novembris.

Iohannis papae apologeticus.

Ioannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis. Nos audivimus dicere, quia vos vultis alium papam facere: si hoc facitis, excommunico vos de Deo omnipotente, ut non habeatis licentiam nullum ordinare et missam celebrare. 25

Synodi rescriptum ad papam.

Summo pontifici et universali papae domno Ioanni, Otto divinae respectu clementiae imperator augustus, sed et sancta synodus Romae Dei ob servitium congregata, in Domino salutem. Praeterita synodo, quae celebrata est 8. Idus Novembris litteras vobis direximus, in quibus accusatorum vestrorum verba, atque accusationis causae detinebantur. 30 Rogavimus etiam eisdem litteris magnitudinem vestram, quemadmodum iustum est, Romam venire seque ex his quae obiciuntur purgare. Recepimus autem litteras a vobis, non quales temporis qualitas, sed inconsultorum hominum vanitas exposcit. Non veniendi ad synodum rationabilis esse excusatio debuit. Sed et praesentes magnitudinis vestrae debuerunt nuntii interesse, qui aut aegritudinis, aut certe difficultatis 35 causa satisfacerent, sanctam vos synodum declinasse. Est et aliud vestris in litteris scriptum, quod non episcopum, sed puerilem ineptiam scribere deceret. Excommunicastis etenim omnes, ut non haberent licentiam canendi missas, ordinandi ecclesiasticas dispositiones, si alium Romanae sedi constitueremus episcopum. Ita enim scriptum erat, „non habeatis licentiam nullum ordinare.“ Nunc usque putavimus, immo vere credimus, 40 duo negativa unum facere dedicativum, nisi vestra autoritas priscorum sententias infirmaret autorum. Nos vero intentioni vestrae non verbis respondemus. Si ad synodum venire et obiecta purgare non differtis, autoritati vestrae proculdubio obedimus. Sed si, quod absit, venire et obiecta vobis capitalia crimina purgare dissimulatis, quum prae-

sertim vos nihil venire impediat, non maris navigatio, non corporis aegritudo, itineris longitudo: tunc excommunicationem vestram parvipendemus, eamque potius in vos retorquebimus, quoniam quidem iuste facere possumus. Iudas Domini nostri Iesu Christi proditor, imo venditor, cum ceteris prius ligandi atque solvendi potestatem a magistro in 5 haec verba acceperat: Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, ligata erunt et in coelis, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in coelis. Quamdiu enim bonus inter condiscipulos fuit, ligare atque solvere valuit: postquam vero cupiditatis causa homicida factus, vitam omnium occidere voluit, quem postea ligatum solvere, aut solutum ligare potuit, nisi seipsum, quem infelicissimo laqueo strangulavit? 10 Data 10. Kalend. Decembr. et missa per Adrianum cardinalem presbyterum, et Benedictum cardinalem diaconem. 963.

Ottonis oratio ad synodum.

Expectavimus adventum eius, ut praesente eo, quod nobis egerit, quereremur: verum quoniam eum non adfuturum certo scimus, quam perfide nobiscum egerit, ut diligenter 15 agnoscatis, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus, archiepiscopis, episcopis[a], presbyteris, diaconibus, reliquoque clero, necnon et comitibus, iudicibus, omnique plebi, quod idem Ioannes papa oppressus a Berengario atque Adalperto, rebellibus nostris, misit nobis in Saxoniam nuntios, rogans, ut ob amorem Dei in Italiam veniremus, et ecclesiam sancti Petri ac seipsum ex eorum faucibus liberaremus. Nos vero, adiuvante Deo, 20 quantum fecerimus, non est necesse dicere, ut impraesentiarum videtis. Ereptus vero mea opera ex eorum manibus, et honori debito restitutus, oblitus iuramenti et fidelitatis, quam mihi supra corpus sancti Petri promisit, eundem Adelpertum Romam venire fecit, et contra me defendit, seditiones fecit, et videntibus nostris militibus, dux belli factus, lorica et galea est indutus. Quid super hoc sancta synodus decernat, edicat.

25

Synodi responsum.

Inauditum vulnus inaudito est cauterio exurendum. Si corruptis moribus soli sibi, et non cunctis obesset, quoquo modo tolerandus esset. Quot prius casti huius facti sunt imitatione incesti? Quot probi huius exemplo conversationis sunt reprobi? Petimus itaque magnitudinem imperii vestri, monstrum illud nulla virtute redemptum a vitiis, a 30 sancta ecclesia pelli, aliumque loco eius constitui, qui nobis exemplo bonae conversationis praeesse valeat, et prodesse sibi: recte vivat, ac bene vivendi nobis exemplum praebeat.

Ottonis consensus.

Placet quod dicitis, nihilque gratius nobis, quam ut talis, qui huic sanctae et universali sedi praeponatur, inveniri possit.

35

Electio Leonis papae.

Leonem venerabilem, sanctae Romanae ecclesiae protoscriniarium, virum approbatum, ad summum sacerdotii gradum nobis in pastorem eligimus, ut sit summus et universalis papa Romanae ecclesiae, reprobato ob improbos mores Ioanne apostata.

a) *vocem supplevi.*

964.

SYNODUS LATERANENSIS.

Actorum eius fragmentum Liutprando in libro VII. cap. ultimo debemus, cuius textum ope codicis Spanheimensis emendavimus.

Sermo Benedicti cardinalis archidiaconi ad Benedictum pseudopapam.

Qua tibi autoritate, quave lege, o invasor, haec pontificalia indumenta usurpasti, superstite hoc praesente domino nostro venerabili papa Leone, quem tu nobiscum, accusato et reprobato Ioanne, ad apostolicatus culmen elegisti? Num inficiari potes, praesenti domno imperatori iuramento promisisse, nunquam te cum ceteris Romanum papam electurum aut ordinaturum absque illius, filiique eius regis Ottonis consensu? 5

Benedicti pseudopapae responsio: Si quid peccavi, miseremini mei. 10

Leonis VIII. papae Benedicto deposito oratio ad episcopos.

Benedictum, sanctae Romanae et apostolicae sedis invasorem, omni pontificatus et presbiteratus honore privamus: ob elemosinam vero domini imperatoris Ottonis, cuius sumus opera in sedem debitam restituti, diaconatus eum ordinem habere permittimus, et non iam Romae, sed in exilium adque destina 15

---

967. Oct. 29.

OTTONIS I. IMPERATORIS ET OTTONIS II. REGIS EDICTUM.

Post anteriores editiones hic ope codicum Ambrosiani, Florentini, Londinensis, Vindobonensis, Veronensis et Estensis apud Muratorium recognitum, auctori suo temporique restituitur. 20

Incipit[a] kapitula quae instituit domnus Otto gloriosissimus imperator et item Otto filius eius gloriosus rex, una cum summis principibus, id est episcopis abbatibus iudicibus, seu cum omni populo.

Antiquis[b] est institutum temporibus, ut si cartarum inscriptio[c] quae constabat ex praediis, falsa ab adversario diceretur, sacrosanctis euangeliis tactis veram esse ab ostensore 25 probabatur, sicque sibi praedium deliberatione iudicum vendicabat. Qua ex re mos detestabilis in Italia improbusque non imitandus inolevit, ut legum specie iure[d] iurando acquireret, qui Deum[e] non timendo minime periurare formidaret. Tempore igitur quo piissimus rex Otto Romae unctionem suscepit imperii, residente[f] in synodo summo[g] et universali papa[h] domno[i] Iohanne[k] tercio decimo anno*, ab Italiae proceribus est 30

a) *haec inscriptio extat nonnisi in L.* b) *Praefatio haec deest in A.* Antiquitus *Fl.* c) inascriptio *V.* adscriptio *Vn.* d) *iam deletum in L.* e) dominum *L.* f) residentis *V. E.* residens *Vn.* g) summa *L. V. Vn. E.* h) papae *V. Vn. E.* i) donne *V.* donni *Vn.* domni *E.* k) iohannis *V. E.* iohanne *corr.* iohannis *Vn.*

*) *locus corruptus, codicum ope non sanandus. Anno* 962. *Iohannes XII. anno septimo sedit, anno vero* 967 *Iohannes XIII. Muratorius legendum esse coniicit* Iohanne XII. I. anno scilicet anno I. 35 imperii Ottonis Magni. *Cui tamen adversatur, quod auctor praefationis huius Iohannem XII. et XIII. infra non distinguit, sed Iohanni XIII. et Ottonis coronationem et synodum Ravennatam adsignare videatur.*

967. Oct. 29.

adclamatum, ut imperator sanctus mutata lege facinus indignum destrueret, per quod, si corpore quisquam dives fieret, anima [a] vero pereunte pauper in aeternum maneret. Iudicio [b] itaque domni papae piissimique augusti expectatum est ad illam usque synodum quae parva post intercapedine [3] habita est Ravennae. Cumque ibidem ex eadem re pro-
5 clamatio repeteretur, ob quorumdam procerum absentiam usque ad id tempus est expectatum, quod [c] gloriosissimi [d] augusti Ottonis [d*] rex Otto gloriosus filius, et Chuonradus Burgundiae rex Italiam properantes, Veronae colloquium cum omnibus Italiae proceribus habuerunt. In hoc itaque cum ab omnibus imperatoriae aures magnis quaestibus pulsarentur, ut mutata lege fraudem hanc tam diram ab Italia tolleret, convenientibus vel [e]
10 consentientibus cunctis, legem huiusmodi secundum inferiora promulgavit capitula [f].

1. Si de praediis [g] contentio emerserit, et utraque pars sive altera cartis seu scriptionibus [h] praedium sibi vendicare voluerit, si ipse qui cartam falsam appellaverit, per [i] pugnam declarare voluerit, ut ita decernatur. Sin aliter, secundum priora capitula determinetur edicimus [4].

2. De aecclesiarum rebus, ut per advocatos fiat, similiter iubemus.

15 3. De investitura praedii si contentio fuerit, similiter ut per pugnam decernatur edicimus.

4 [k]. Si quis per se ipsum, aut suum nuntium quicquam alicui deposuerit, et depositum cupiditate victus negaverit [l], si viginti solidorum pretium fuerit, ut [m] per pugnam veritas [n] decernatur praecipimus.

5 [n*]. Si quis dixerit quod per vim de praedio cartam alicui fecerit [o], ut per pugnam
20 veritas decernatur edicimus.

6. De furto aut scacho [p], si ultra sex solidos fuerit, similiter ut [q] per pugnam veritas inveniatur praecipimus.

7. Si quis equum suum vel cetera animalia sive rem suam super aliquem reppererit, et ipse warentem dare se dixerit, statim iuret ut ad certum warentem eum conducat,
25 et super [r] tertium warentem et [s] tertium comitatum non procedat. Et si hoc [t] facere noluerit, rem perdat, et secundum legem componat.

8. Laicorum vero nullum praeter comites [u] in solis ecclesiasticis rebus advocatorem habere ullum permittimus.

9. Quacumque lege, sive etiam Romana, in omni regno Italico homo vixerit, haec
30 omnia, ut in his capitulis per pugnam decrevimus, servare [v] praecipimus; ita tamen, ut si eorum unum aut iuvenilis aut decrepita aetas seu infirmitas pugnare prohibuerit, liceat ei pro se pugnatorem imponere, et alterum similiter facere [w].

10. Aecclesiae [x] et comites seu viduae lites suas de his [y] quae in suprascriptis capitulis continentur, per consimiles advocatos [z] pugna dirimant. Ceteri homines natura li-
35 beri, secundum legem pristinam per semetipsos respondeant et determinent.

11. Diaconorum, presbiterorum, episcoporum filios, notarios, sculdasios [*], comites, iudices fieri, omnibus modis [a] prohibemus.

**Actum [b] sub urbe [c] Veronense, in [d] loco qui dicitur insula sancti Zenonis, 4. Kalendarum Novembrium, anno dominicae incarnationis 967 [e], imperii domni
40 Ottonis [f] serenissimi imperatoris augusti sexto, regni vero filii eius domni Ottonis sexto, inditione undecima.**

a) animę *L.* anima periret et pauper *V. Vn. E.* b) Iudicium *L.* c) quo *V. Vn. E.* d) gloriosissimi augusti ottonis regis otto gloriosus filius *corr.* gloriosissimus augustus otto rex et otto gloriosus eius filius *L.* d*) scil. primi *glossa V. Vn.* e) c. cunctis et c. *V. Vn. E.* f) c. Otto secundus *V.* Nos belli dono ditat rex maximus Otto
45 *V. Vn. E.* g) scil. alodum *glossa L.* h) *ita A. L. V. E.* (*L. corr.* inscriptionibus) descriptionibus *Vn.* i) et a. A. ad *V. Vn.* k) *Lond. hoc caput sequenti submittit.* l) conuictus denegauerit *L.* m) *deest A. V.* n) *deest A.* n*) *Codex Fl. hoc caput sequenti submittit.* o) facerae *A.* faceret *V.* fecisset *Vn.* p) scasco *A.* q) *deest L. V.* r) supra *L.* s) aut *L.* t) haec *L.* u) comitem *L.* com *Vn.* (*corr.* comite) comes *E.* v) seruari *L.* w) facere. Si dubitatio sit de infirmitate, iuret quod talem infirmitatem habet propter quam pugnare non ualet
50 *V. E.* [*in marg.* per usum] *Vn.* x) De ecclesias *A.* y) ęis *A.* z) aduocatos (*corr.* aduocatores) *L.* aduocatores *V. Vn. E.* *) sculdaxios *A.* sculdascios *V. Vn.* (*inserto* c) a) omnimodo *L.* b) *haec extant nonnisi in codd. Flor. et Londinensi, qui tamen ea capitulis praemittit.* c) urbem *L.* d) *deest L.* e) DCCCC. LXVIII. *Fl.* f) ottonis *usque* ottonis *deest L.*

3) a. 967. mensibus Martio aut Aprili. 4) Caput hoc in placito Romae die 2. Decembris a. 999.
55 coram Ottone III. et Silvestro habito, apud Muratorium SS. T. II. P. II. p. 501. quo ad sententiam, non tamen vocibus ipsis prolatis, laudatur.

969.
April.

OTTONIS I. ET OTTONIS II. IMPP. LEGES.

Blumius noster ex codice Florentino fol. **138.** *exscripsit constitutionem Ottonum imperatorum integram de servis, cuius hucusque unum tantum caput edictis anni* **967** *loco penultimo ab Heroldo et Muratorio insertum habebatur. Quum meliora deessent, conventui mense Aprili anni* **969** *ab imperatore habito fortasse adscribi posse putavi. De quo imperator ipse haec profitetur:* „Cum nos in Calabria residebamus in confinie atque planitie quae est inter Cassanum et petram Sanguinariam, ibique nostro imperiali iure nostris fidelibus tam Calabris quamque omnibus Italicis Francisque atque Theutonicis leges praeceptaque poneremus.“

Magnis opus est consultibus, dum nostri imperii principes publici offitii et ecclesiastici ordinis, divites et pauperes, maiores et minores, diuturnis querimoniis causentur se a servis suis propriis viris debitum et proprium non posse habere obsequium. Alii liberos se ideo mentiuntur, quia domini eorum servitutem quam captioso more ac approbatione evadere temptant, nequeunt, ut sepe fit, approbare. Alii autem ideo ad honorem libertatis molliuntur ascendere, quia domini eorum diversis negotiis impediti, ut forte fit, longo tempore eos ignorant, nec ad solitum sunt coacti servitium, nec ullam saltim vocem indicem ad memoriam servitii exsolverit; et hac occasione se contendant liberos, et clamant se vixisse lege et usu libertatis, quia offitio servili aliquantulum quieverunt. Ob hanc rem placuit imperio nostro sic.

Kap. 1 [a]. Si servus propter appetitum libertatis liberum se vocaverit, liceat domino, si sibi ita [b] melius visum fuerit propter difficultatem approbationis insidiosae, aut per se aut per suum campionem litem [c] dirimere. Liceat autem servo pro se campionem dare, si morbus aut aetas eum pugnare prohibuerit.

2. Ut autem servus propter ullam remissionem non occultet, hoc nostro aedicto Deo volente in aeternum valituro statuimus, ut deinceps unusquisque ad ostendendam suae servitutis condictionem in Kalendis Decembris unum publicae monetae persolvat denarium aut ipsi domino aut eius ministro ad hoc offitium deputato.

3. Servorum autem filii et filiae similiter praescriptum censum servitutis memorem in vicesimo quinto aetatis suae anno, statuto termino persolvere incipiant. Et nulla temporis indulta prolixitas servitutem aboleat.

4. Quod si aliquis servus aecclesiae hoc nostrum aedictum servare neglexerit, omnium bonorum suorum medietate mulctetur, et suae conditioni subiaceat servitutis. Non enim licebit servo aecclesiae servitute umquam exire; quem neque ipsi praesidentes aecclesiis poterunt libertare. Servos igitur ecclesiarum liberos fieri omni modo interdicimus, et liberos quolibet ingenio factos ad ius et servitutem aecclesiarum revocari precipimus.

Explicit Ottonis Kapitula.

a) *Argumentum huius capitis extat in codice Estensi hac sententiâ, quam Muratorius edicto anni* 967 *post caput octavum inseruit*: Si quis alium ad servitium appellaverit, per pugnam veritas inveniatur edicimus. b) *ex cod. Est.* c) l. d. L. a. s. p. se c. *ex cod. Est.*

CONVENTUS PAPIENSIS.

971.

Unicum eius vestigium habemus in codice Institutionum sec. XI. bibliothecae Bambergensis a Cl. Rosshirt in libro „Beiträge zum Römischen Recht“ *I, 7. vulgatum; quod quantum ad sententiam a capi-*
5 *tulo primo anni 967 vix differre videtur.*

Capitulum Ottonis magni Romanorum imperatoris augusti datum Papia anno incarnationis Domini 971.

Si inter ecclesias vel alios ingenuos vel liberos homines, aut inter ecclesiam vel hominem de prediis seditio vel certamen sit, pugna decernatur. Si non audeat, res sue in-
10 fiscentur, et ecclesie vel homini cui iustitia pertinet, res sue reddantur.

OTTONIS II. IMP. PAX CUM VENETIS.

983. Iun. 7. Veron.

Exscripsi eam ex 1) libro Blanco, ab Andrea Dandulo duce Venetiarum circa a. 1340 confecto, qui hodie una cum 2) Codice Trevisano s. XVI. in Tabulario Imperiali Vindobonensi adservatur.

15 **Pacificatio et confirmatio Ottonis cum Venetis.**

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Omnibus nostris fidelibus presentibus ac futuris notum esse volumus, eo quod orta fuit dissensio inter nos et Veneticos. Unde nos divina pietate commoti, et interventu nostre serenissime Adheleidae dominae matris augustae, ac Theophanu dilectae coniugis
20 nostrae nostrique imperii consortis, deliniti, precibusque pauperum ipsius gentis sedati, pacem et fedus inter nos inivimus, eo tenore, quatenus de hac dissensione ita nos quam nostri heredes ne molestiam nec inquietudinem nullo ipsius gentis homini inferant, et a nobis et a nostris heredibus huius[a] similem dissensionem post hac sine iuditio, quod in pacto quod illis constituimus continetur, non[b] recipiant; sed inlesi et securi omnium
25 hominum molestia remota in perpetuum permaneant. Et ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione subtersignari iussimus.

Signum (L. M.) domini Ottonis secundi imperatoris et invictissimi augusti.

Adelbertus cancellarius ad vicem Petri episcopi et archicancellarii recognovi et scripsi.

Securitas Venetorum prestita[c] per Ottonem imperatorem.

30 In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Anno dominice incarnationis 983, indictione undecima, anno vero regni secundi Ottonis 26°, imperii autem eiusdem 16, 7 Idus Iunias. Residentibus cum Ottone piissimo imperatore ac invictissimo augusto Adheleida matre sua, cum Theuphanu coniuge eius, seu principibus ultramontanis et Italicis, Willigiso

a) habuimus 1. b) *vocem inserui.* c) prestitam 1.

983. Iun. 7.

Maguntino archipresule, et Gislario Magdiburgensi [a], seu Ecberto Treveriensi archipresulibus, Petro Ticinensi [b] et Petro Cumano episcopis, Deodrico Mettensi, Albino Bresenono episcopis, Ezulo duce Baioariorum, Ottone Wilelmo [c] comitibus, aliisque quam pluribus maioris et inferioris ordinis nobilibus hominibus, imperialem adierunt celsitudinem Venetici, ostendendo precepta et confirmationes quas antecessores eorum a regibus et ab imperatoribus habuerunt, quatenus pacem et foedera tam firma et rata per imperialem paginam dignitas imperialis constitueret, ut liberi et securi absque ulla laesione per totum suum imperium habirent. Ob quam gratiam consultum est ab omnibus ecclesiasticis viris et secularibus propter divinum amorem et recompensationem regni caelestis, congruum esset efficere, quod iidem Venetici petebant. Idcirco iussit maiestas imperii huiuscemodi [d] scriptum scribere, et cum confirmatione suae propriae manus sigilli sui impressione corroborare, ut deinceps talis dissensio nunquam inter se et illos aut suos heredes oriatur, ut maiores et minores illius Venetiae populi patriae per suum imperium, orientem versus meridiem occidentem et septentrionem, libere et secure ambulent.

a) magiburgensi *codd.* b) ucinensi 1. c) uuielmo *cc.* d) huius 1. huiusce 2.

996? Mai.

OTTONIS III. IMPERATORIS EDICTUM.

Ope codicum Ambrosiani, Florentini, Londinensis, Vindobonensis, Veronensis, et Estensis apud Muratorium recognitum, primo Ottonis III. imperatoris conventui adscripsimus, quum Romae coronatus Romanos, Francos, Baioarios, Saxones, Alsatienses, Suevos, Lotharingos secum congregasset.

Incipit [a] kapitulum domni Ottonis tercii imperatoris piissimi augusti.

Cotidie contra leges agitur, cotidie mali male [b] facere non verentur. Ideo hac lege omne per aevum, divinitate propicia, valitura edicimus [c], ut toto anni tempore liceat iudicibus causas agere, lites dirimere, tumultus quaestionum [d] terminare et diffinire, ut qui cotidie leges [e] offendunt, cotidie legis sententia feriantur. Nec enim tempore messium [f] vel vindemiarum legis edictum debent effugere, qui [g] nullo tempore peccare desierunt [h]. Bene enim facere, verum dicere, iusticiam amare, rectum [i] iudicare, omni tempore [k] licet, semperque licebit, quia a bonis numquam, a malis autem operibus semper requiescendum esse catholice didicimus et iugiter conservandum, Deo auctore et imperiali maiestate, decrevimus. David autem rex et propheta dicit: *Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore.* In natale vero Domini, in epiphania [l], in pascha, in ascensione Domini [m], in pentecosten, in diebus dominicis et in festis praecipuis [n] et in constitutis ieiuniorum diebus iudiciarios motus exequi, publicas quaestiones appeti, ut cum omni vigilantia solennitates christianorum [o] celebrentur, penitus prohibemus [p].

a) *ita L.* Incipiunt capitula ottonis tertii imperatoris *Fl. Adest versus in L. hic* Romae syndonico rex invidet tercius Otto. *In Estensi:* Romae sindonico rex tertius inuidet otto. *Vind. et Veron.*: Festorum placito rex tertius inuidet Otto. *Ambrosianus pro capite XII. constitutionum a.* 967 *numerare videtur.* b) mala *L.* malum *V. Vn.* c) e. id est ut *L.* d) quaestiones *A.* e) legi *L. V. Vn.* f) messis *L.* g) q. in n. *A.* h) desierint *L.* i) recte *L. V. Vn.* k) o. t. omnibus l. *L.* l) e. et in statutis ieiuniorum diebus in diebus quadragesimalibus *edd.* e. in diebus quadragesimalibus *V. Vn.* m) *deest L.* n) principalibus *L.* o) s. quod ch. *A.* s. quod ch. est *V. Vn. E.* p) *Codices Vindobonensis, Vn. Est. haec addunt*: Haec sunt festivitates praecipuae in anno, quae per omnia venerari debent. Natalis Domini, sancti Stephani, sancti Iohannis euangelistae, Innocentum, octavae Domini, octavae Epiphaniae, purificationis sanctae Mariae, pascae dierum octo, letaniae maioris, ascensionis Domini, pentecostes, sancti Iohannis baptistae, octavae apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri et Pauli, dedicationis sancti archangeli Michahelis, sancti Martini, assumtionis sanctae Mariae.

OTTONIS III. CONSTITUTIO TICINENSIS.

998. Sept. 20.

Chronico Farfensi insertam Holstenius, Labbeus, et Muratorius SS. Ital. T. II. p. **207** *et T. II. P. II. p.* **496. 497** *ediderunt, unde et nos eam iterum proferimus. Nonnulla tamen in ea haberi, e. g. sententiam* „sive presbyteri sunt“ *et annum pontificis, qnae de integra constitutionis fide suspicionem aliquam movere possint, haud diffitemur.*

Incipit constitutio decretalis sacrae legis domni Ottonis piissimi imperatoris.

Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus, consulibus[a] senatus populique Romani[b], archiepiscopis[c], abbatibus, marchionibus, comitibus et cunctis iudicibus intra Italiam constitutis in perpetuum. Comperimus, quod episcopi et abbates ecclesiarum possessionibus abutantur, et per scripta quibuscumque personis attribuant, et hoc non ad utilitatem ecclesiarum, sed pecuniae, affinitatis et amicitiae causa. Dumque eorum successores et pro domorum Dei restauratione ac pro rei publicae officio nostroque obsequio commonentur, suarum ecclesiarum praedia ab aliis detineri causantur, seque imperata non posse perficere, re vera demonstrant. Proinde quia status ecclesiarum Dei annullatur, nostraque imperialis maiestas non minus patitur detrimentum, dum subditi nobis debita[d] non possunt exhibere obsequia, constituimus et imperiali edicto confirmamus, ut omnia scripta, sive si libelli nomine sive si emphitheusis prolatum fuerit, quod de ecclesiis Dei sive aliquo modo effici non possit, obeunte actore obeat, solusque detrimentum habeat, qui se ei scripto obligavit atque vinxit, nec omnino ad eum suprascripta damna pertineant, qui ei in regimine successit; sed sit ei libera facultas, omnia quae per libellos vel alia quaelibet scripta abalienata fuerint, in proprium ius ecclesiae revocare, et ita ordinare, ut Deo et nobis debitum obsequium valeat exhibere. Nam cum regibus et imperatoribus ea quae regni et imperii sunt, nisi se viventibus[e], dare non liceat, exceptis ecclesiis, quomodo abbatibus et episcopis res ecclesiarum per tempora suorum successorum distribuere liceat? Omne quippe ius, sive lex, sive quodlibet scriptum, vel quaelibet consuetudo, si contra ecclesiae utilitatem fuerint, in irritum deducenda sunt; nec nostra auctoritate debent firmari, quae contra imperii auctorem et propagatorem probabuntur inferri. Hoc ergo solum scriptum pro lege in talibus causis habeatur, quod ecclesiae Dei prosit, et nullo modo obesse possit. Quod si aliquis contra hanc constitutionem nostram ire tentaverit, tamquam rebellis iudicetur, et sit ei anathema maranatha, nisi resipiscat, ab universis episcopis qui huic imperii nostri edicto subscripserunt vel assensum praebuerunt, sive praesbyteri sunt. Amen.

Actum[f] 12. Kalendas Octobris, indictione 12. anno 3. domni Gregorii quinti papae pontificatus, promulgata per manus Gerberti sanctae Ravennatis ecclesiae archiepiscopi, in ea synodo in qua Mediolanensi episcopo Arnulfo nomine papatum ablatum est, in basilica beati Petri quae vocatur ad Coelum aureum; et subscripserunt omnes qui adfuerunt episcopi.

a) c. s. p. r. *desunt apud Labbeum.* b) *lege* senatui populoque romano c) *excidit sine dubio* episcopis d) *deest apud Mur. II. b.* e) *ita Mur. II. p.* 207. nisi servientibus *Mur. II. b.* f) *excidit* Ticini. MUR.

1019. Sept. Oct.

HEINRICI II. IMPERATORIS LEGES.

Codicum Ambrosiani, Londinensis, Florentini, Vindobonensis, Veronensis et Estensis apud Muratorium ope Heinrici II. leges recognovimus. De anno cui adscribendae essent dubitabatur; nos **1019** *praetulimus auctoritate codicis Ambrosiani indictionem tertiam indicantis, et altero qui in calculum venire poterat, anno* **1023**, *expeditionem Italicam annorum* **1021** *et* **1022** *propius subsequente.*

Heinricus [a] Dei gratia miserationis [b] Romanorum imperator augustus. Omnibus nostris fidelibus praesentibus etiam et futuris notum fieri volumus, quod semper rei publicae providentes, quae digna sunt, probabilium [c] personarum nostri imperii fidelium acceptione [d] disponimus. Cum tempore auctumni [e] in parte Elisantiae [f], nostri regni pro utilitate multimoda, moraremur [g] in civitate Argentina, quae vulgari nomine Strasburge [h] vocatur, multorum perlatum [i] est ad nos relatione, quod plurimi tunc erant, qui sub occasione his periculis laborabant. Unde etiam digna provisione omnibus succurrentes, adtestatione laudis quam plurium nobis adstantium fidelium, archiepiscoporum Mediolanensis videlicet et Ravennensis [k], episcoporum [l] quoque Strasburgensis [m], Placentini, Cumani, Vercellensis, Parmensis, Aquensis, Ianuensis [n], Lunensis, Vulterensis [o], marchionum quoque et comitum Italiensium, nobilium vero multorum, vassallorum [p], sapientium et iudicum, inter multa quae rei publicae congruebant, tria capitula inseruimus; quae ut [q] ab omnibus [r] nostro subiectis imperio [s] observentur stabilique observatione teneantur, amodo et deinceps statuimus, iubemus [t] et firmiter praecipimus. Haec sunt, quae inviolabiliter observari iubemus.

Cap. 1. Quicumque ex quacumque natione legitimam uxorem accepit [u], vel acceperit [v], si eam mori contigerit sine filiis [w] eorum amborum, vir suae uxori succedat et omnia bona eius percipiat.

2. Quicumque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut sororem vel nepotem, vel aliquem suum [x] propinquum, per se aut per alium interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos legitimos heredes perveniat. Interfectoris vero hereditas in fisco redigatur. Ipse vero ordinante episcopo publica poenitentia subdetur [y]. Quod si ille qui crimine arguitur, negare voluerit, per se pugnam faciat; nec liceat ei campionem [z] pro se dare, nisi decrepita aetas aut iuvenilis, aut infirmitas, pugnare prohibuerit.

3. Qui vero [*] infra trèuvam vel [a] datum pacis osculum aliquem hominem interfecerit et negare voluerit, pugnam per se faciat; nec campionem pro se dabit, nisi sit [b] ut dictum est supra [c]. Si vero convictus fuerit, manum, qua homicidium fecit, amittat.

a) *Versus* in *L. V. Vn. E.* Regis Heinrici laetantur lege mariti. *Praefatio tota deest in Fl.* b) *deest L.* gratiae miseratione *V. Vn. E.* c) probabiliumque *L.* d) a. *al.* actione *L.* e) optumni *in marg.* hoc est indic̄ III. *Amb.* f) herisantiae *Vn.* erisantiae *E.* g) demoraremur *L.* h) straburge *A.* transburgię *L.* transburg *V. Vn. E.* i) prolatum *A.* perlatu ad nos relatum est *L.* k) trauerensis *A.* rauenensis *V. Vn.* l) e. q. t. p. c. vercellensis *in marg. suppl. Vn.* m) tranburgensis *A.* transburgensis *L. V. Vn. E.* n) *vocem recepi ex L.* o) *deest E.* p) uas . . sorum *corr.* uasuassorum *A.* q) et *A.* r) hominibus *Vn.* s) nostri imperii *A. V. Vn. E.* t) *deest L.* u) acceperunt *A. V. Vn.* accepit uel *in cod. Lond. secunda manu insertum.* v) acceperint *V. Vn.* w) filiis, filiabus *A.* x) vel alium p. *L.* y) publicam agat poenitentiam *L.* z) camphionem *L. V. Vn. hic et infra.* *) *deest A.* a) v. post d. *L.* b) *deest V. Vn.* sicut *E.* nisicut *corr.* nisi ut *A.* c) superius *L.*

CHUONRADI II. IMP. EDICTUM
DE MANCIPIIS ECCLESIARUM.

c. a. 1031.

Prodit iam prima vice ex Tabulario regio Hannoverano, ubi inter chartas episcopatus Verdensis authenticum sigillo imperiali insignitum adservatur. Apographum eius extat in Copiario Verdensi, ubi tamen Chuonradi loco, Heinricus scribitur.

Chuonradus, Dei gratia Romanorum imperator augustus, Berenhardo duci, Sigifrido comiti, Bernhardo marchioni, salutem, et gratiam. Quamvis pro totius rei publicae longe lateque procuranda utilitate, iugem debeamus sollicitudinem gerere, tamen ut pro ecclesiarum Dei statu sollertius invigilemus, nos obligatiores esse non ignoramus. Unde, quia sanctae Fardensis ecclesiae mancipia ceu bruta animalia pro quantulocumque pretio hactenus venundata fuisse audivimus, non solum illam nefariam consuetudinem admiramur, verum etiam ut rem Deo hominibusque detestabilem execramur, maxime cum secundum canonicam auctoritatem nullius ecclesiae praedia vel mancipia, pro alia aliqua vicissitudine, nisi praedia pro praediis, mancipia pro mancipiis, pro aeque bonis vel melioribus debeant mutuari. Idcirco autem huiuscemodi morem sanctorum patrum traditionibus repugnantem ulterius ibidem exerceri, nostra imperiali potestate interdicimus, et vobis quibus harum provinciarum regimen commisimus, sub Dei nostraeque gratiae obtentu imperamus, ut ubicumque, vel inter vestros vel alios eiusdem ecclesiae mancipia ita vendita inveniantur, illius loci episcopo vestro iuvamine reddantur, ea scilicet ratione, ut episcopus emptori tantum quantum pro eis dedit, restituat, et suae ecclesiae mancipia recipiat. Sin vero aliqua persona his parere noluerit, vestra iudiciaria potestate eam distringite, donec huic nostro iustissimo edicto vel coacta oboediat. Ad evidentissimum itaque signum omnibus nostrae imaginis proponi praecepimus sigillum.

(L. S.)

1037. Mai.

CHUONRADI II. CAPITULA DE BENEFICIIS.

Habentur in libris Feudorum l. II. c. **40**. *commentario involuta, quem inde discretum in notis textui subiectis exhibemus. Capitula ex inscriptione tituli ad Chuonradum II. referenda, mense Maio anni* **1037**, *quum imperator, episcopis Vercellensi Cremonensi et Placentino captis, expeditionem contra Heribertum archiepiscopum Mediolanensem instauraturus, exercitum congregaret, in campis Roncaliae promulgata fuisse, haud absimile videri potest.*

Textum qualis in codice **2**) *Halensi mbr. in fol. sec. XIV. collatis* **5**) *Gottingensi olim Schwarziano in fol. sec. XIV. et* **6**) *bibliothecae publicae Francofurtanae mbr. in fol. sec. XIV. habetur, proponimus.*

Hec sunt capitula que[a] Conradus fecit in Roncalia[b] de beneficiis. Constituit enim ut

1. Si post mortem domini vasallus vel post mortem vasalli heredes eius per annum et diem steterint, quod dominum vel heredem eius[c] non adierint fidelitatem pollicendo, si tale sit beneficium, ut fidelitas praestanda sit investituram petendo[d], ipsum perdat[1].

2. Ut liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante praescriptione, revocare.

3. Similiter in ostandiciis[e] petendis[2].

4. Item si clericus[3] habens beneficium a rege datum, non solum persone set ecclesie datum[f], ipsum per[g] suam culpam perdat[h], vivente eo et honorem ecclesiasticum habente ad regem pertineat, post mortem vero eius ad successorem revertatur.

a) que rex coradus 5. *Ed. Spang.* b) ictalia *corr.* runcalia 5. c) *deest* 2. d) i. p. *desunt* 6. e) hostendiciis 5. hostandiciis 6. f) *deest* 5. g) propter 6. h) v. eo p. *H.*

1) sicut et antiquitus consuetudo fuit, set non Mediolanensium. Praeterea ut *Feud.* 2) Ostandicie[a] dicuntur adiutorium quod faciunt Romanis[b] cum rege in ostem pergentibus vasalli qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lonbardia[c] de Mediolano[d] duodecimum denarium, in Teutonica[e] tertiam partem fructuum solummodo eius anni quo hostem faciunt. *Feud.* 3) veluti episcopus vel abbas *Feud.*

a) hostandicie *corr.* hostendicie 5. b) faciunt domini romani hostem (*corr.* f. dominis romanis in hostem) contra regem pergentibu. uassalli 5. c) lunbardia 5. d) medio. XII. denarium 2. medio. XII. den. 5. 6. *ita et* 7. et 8. *legere videntur.* de mediolan XII. de roncalia tertiam *editio I. apud Spang.* de modio XII. denar. *Rehd. ap. Sp.* de modio XII. denarios *Ed. Spang. Sententia esse videtur, in Lombardia Mediolanenses duodecimum denarium, duodecimam facultatum partem, germanice* „den zwölften Pfennig" *solvere, Teutones solummodo tertiam fructuum anni.* e) tentonia 5. theutonica terra *Sp.*

CHUONRADI II. IMP. EDICTUM.

DE BENEFICIIS.

1037. Mai 28.

Optima legis huius editio extat in Muratorii Antiquitatibus Italicis T. I. p. 609 *fol. T. II. p.* 287 *edit. Aretinae, ex pervetusta membrana in archivo capituli canonicorum Cremonensium desumta; quam hic cum codicibus saeculi XI. Florentino, Londinensi, Vindobonensi, altero Vindobonensi Nro.* 39, *Veronensi, Casinensi saeculi XI. exeuntis Nro.* 328 *signato, et Estensi apud Muratorium collatam repetimus. Ad quos quum libri de Feudis, posteriorum codices saeculorum, ne proxime quidem accedant, lectiones codicis inter eos primum facile locum obtinentis, Halensis scilicet sec. XIV., adnotandas haud existimavi.*

In nomine sanctae[a] et individuae Trinitatis. Chuonradus Dei gratia[b] Romanorum imperator augustus. Omnibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque fidelibus, praesentibus[c] scilicet et futuris, notum esse volumus, quod nos ad reconciliandos animos seniorum et militum, ut ad invicem semper[d] inveniantur concordes, et ut fideliter et perseveranter nobis et suis senioribus serviant devote, praecipimus et firmiter statuimus, ut nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum, aut marchionum vel comitum, vel omnium qui beneficium de nostris publicis bonis[e] aut de ecclesiarum praediis[f] nunc tenet aut tenuerit vel hactenus iniuste perdidit[g], tam de nostris maioribus walvassoribus[h], quam et eorum militibus, sine certa et convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum constitutionem[i] antecessorum nostrorum et iudicium[k] parium suorum. Si[k*] contentio fuerit[l] inter seniores et milites[m], quamvis pares adiudicaverint illum suo beneficio carere debere, si ille dixerit hoc iniuste vel odio factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior et[n] ille quem culpat, cum paribus suis ante praesentiam nostram veniant, et[o] ibi causa iuste finiatur[p]. Si autem pares[q] culpati in iudicio senioribus[r] defecerint, ille qui culpatur suum beneficium teneat, donec ipse cum suo seniore et paribus[s] ante nostram praesentiam veniant. Senior autem[t] aut miles qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex hebdomadas antequam iter incipiat, ei cum quo litigaverit[u] innotescat[v]. Hoc autem de maioribus walvassoribus observetur[w]. De minoribus vero in regno aut ante seniores aut ante nostrum missum eorum causa finiatur. Praecipimus etiam, ut cum aliquis miles, sive de maioribus sive de minoribus, de hoc seculo migraverit, filius eius beneficium habeat[x]. Si vero filium[y] non habuerit, et abiaticum[z] ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat[*], servato usu maiorum walvassorum in dandis equis et armis suis senioribus. Si forte abiaticum ex filio non reliquerit, et fratrem legitimum ex parte patris habuerit, si[a] seniorem offensum habuit, et sibi vult satisfacere et miles eius effici, beneficium quod patris sui[b] fuit habeat[c]. Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium aut precariam aut libellum sine eorum consensu facere praesumat. Illa vero bona quae[d] tenet proprietario iure, aut per praecepta aut per rectum libellum sive per precariam, nemo iniuste eos disvestire audeat. Fodrum de castellis[e] quod nostri antecesso-

a) domini *V. Vn. Cas.* b) ch. gloriosissimus imp. *Cr.* c) tam p. quam et f. *L. V. Vn.* d) *deest Cr.* e) beneficiis *Herold.* f) praesidiis *V. II.* g) perdiderit *V. V II. Cas.* h) walvasoribus *Cr.* uauassoribus *L. V. V II.* uauasoribus *Cas.* uassalloribus *Vn.* i) consuetudinem *L. V. Vn. Cas.* k) iudicum *Cr.* k*) Et si *L. V. Vn. Cas.* l) emerserit *V. Vn. Cas.* m) seniorem et militem *L. V. Vn. Cas.* n) d. suus senior uel ille qui culpatur *V II.* o) et illa c. ibi iuste *V II.* p) terminetur (*L.*) *V. V II. Vn.* q) p. eius c. *L. V. Vn.* r) seniorum defuerint *L.* s) *haec ultima vox codicis Florentini.* t) uero *L. V. V II. Vn. Cas.* u) litigauit *L. V. Vn. Cas.* v) intimet *V II.* w) teneatur *L.* x) filios e. b. tenere *L. V. Vn. E. Cas.* y) filios *L. V. Vn. E. Cas.* z) abiaticos *L. Cas.* abbiaticos *V. Vn. corr.* abbiaticum. *Glossa Cas.* id est nepotes. *) habeant *L. V. Cas.* a) et *L. V. Vn. Cas.* b) p. sui uel fratris *Cas.* c) habeat servato usu maiorum valvassorum in dandis equis et armis suis senioribus *Her.* d) Ille uero qui *V II.* e) de castellis *deest L. V. Vn. Cas.* de *usque* uolumus *desunt V II. quorum loco Chuonradi rescriptum infra editum habetur.*

1037. Mai. 28. res habuerunt, habere volumus, illud vero quod non habuerunt [a] nullo modo exigimus. Si quis hanc iussionem infregerit [b], auri libras centum componat, medietatem camerae nostrae, et medietatem illi cui dampnum illatum est [c].

Signum [d] domni Chuonradi serenissimi Romanorum imperatoris augusti.

Kadolohus cancellarius vice Herimanni archicancellarii recognovi. 5

Datum 5. Kalendas Iunii, indictione 5. anno dominicae incarnationis 1037 [e], anno autem domni Chuonradi regis 13, imperatoris 11. Actum in obsidione Mediolani feliciter. Amen.

a) habuerunt *usque* habuerunt *desunt V.* b) preterierit *V. Vn. Cas.* c) est. *reliqua desunt in Halensi.* illatum. At si quis aurum non habuerit, nostra sentencia feriatur ut nobis placuerit *L. V. Vn. E.* d) *reliqua extant in* 10 *uno Crem.* e) *ita corrigendum; codex Cremon.:* MXXXVIII.

1038.

CHUONRADI II. RESCRIPTUM DE LEGE ROMANA.

In codice Casinensi Nro. 328 *membr. sec. XI. exeuntis legum Langobardorum libros III. exhibentis in tenera membrana rescriptum* 15 *inveni, quod antea ex codice Lipsiensi Cl. Senkenberg in methodo iurisprudentiae append. III. §.* 17. *pag.* 109. *publici iuris fecerat. Reperitur quoque in codice bibliothecae Caesareae Vindobonensis inter mss. Iuris civilis Nro.* 39. *indeque a b. m. Pirsnero exscriptum est.* 20

Imperator Chuonradus [a] Augustus [b] Romanis iudicibus [c].

Audita [d] controversia quae hactenus inter vos et Langobardos iudices [e] versabatur, nulloque termino quiescebat, sancimus, ut quaecumque admodum [f] negotia mota [g] fuerint [h], tam inter Romanae urbis menia quam etiam de foris in Romanis pertinentiis, actore Langobardo [i] vel reo [k], a vobis dumtaxat Romanis legibus terminentur, nulloque tem- 25 pore revivescant [l].

a) Choradus *Cas.* Conradus *S. V II.* b) *desst V II.* c) i. salutem *V II.* d) Auditi *V II.* e) et l. i. *deest in Cas.* f) amodo *V II.* g) *deest V II.* h) m. f. *desunt in Cas.* i) *deest Cas.* vel r. l. *V II.* k) *deest Cas.* l) reuiuiscant *S.*

HEINRICI III. IMP. CONSTITUTIONES.

CONSTITUTIO DE IURAMENTO CALUMNIAE.

1047. Apr. 3.

Edimus eam ope codicum seculi XI. Londinensis, Vindobonensis et Vindobonensis II. (*Iuris civilis Nro.* 39), *tum Veronensis sec. XI. aut* 5 *XII. ineuntis, et Estensis apud Muratorium pag.* 178. *Occurrit et in collectione decretalium Bernardi Papiensis a papa quodam Honorio II.* (*vel potius Victore II.*) *laudata, ibique die III.* (*alii codd. IIII.*) *mensis Aprilis, a. d. III.* (*alii IIII.*) *Nonas April. Arimini edita fuisse dicitur.*

10 Heinricus [a] divina pietate secundus Romanorum imperator augustus, omnibus. In legibus [b] cautum est, ut nemo clericorum iurare praesumat, alibi vero repperitur scriptum, ut omnes principales personae in primo litis exordio subeant iusiurandum calumpniae; nonnullis legisperitis venit in dubium; utrum clerici iusiurandum calumpniae praestare debeant, aut alii personae hoc officium liceat delegare. Quia enim illud constitutionis 15 edictum ubi clerici iurare prohibentur, a Theodosio [c] augusto Tauro praefecto praeturio de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. Ut ergo ista dubietas omnibus penitus auferatur, illam divi constitutionem Theodosii [d] ita interpretari decernimus, ut ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum divus Iustinianus iure decreverit [e], ut canones [f] 20 patrum vim legum habere oporteat, et in nullis patrum canonibus repperitur [g] ut clerici iurare audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo a praestando iureiurando inmunis esse proculdubio censeatur. Quapropter nos, utriusque videlicet divinae et humanae legis intentione, decernimus et imperiali auctoritate inretractabiliter diffinimus, ut non episcopus, non presbiter, non cuiuscumque ordinis clericus, non abbas, non aliquis mo-25 nachus vel sanctimonialis, in quacumque controversia sive criminali sive civili, iusiurandum compellatur qualibet ratione subire, set suis idoneis advocatis hoc officium liceat delegare.

L. 25. §. 1. C. de episc. Iulian. 122, 1. L. 25 §. 1. C. de episc. L. 25. C. de episc. Iulian. 119, 1.

a) *Cod. Lond. versus praemittit:* Rex Heinricus patriae pater atque maritus. Ne iurent clerici lex praecipit ista secundi. Regis Heinrici. b) aug. Quoniam in omnibus l. *V II.* c) Marco augusto est constitutum propterea 30 de Const. *V II.* Marco augusto constitutum est, propterea quia de Const. *edd.* d) *in marg. V.* alii Marci. — Marci constitutionem *V II. et edd.* e) iurare decreuerat *V II.* f) *in marg. Vn.* ut in Nov. h̄. c̄. in primo capite (i. e. Iul. 119, c. 1. Nov. 131 c. 1. BLUME). g) inuenitur *V II.*

CONVENTUS TURICENSIS.

1054. Febr.

Leges in eo promulgatas, tum generales tum Langobardicas, ope 35 *codicum Londinensis, Vindobonensis, Vindobonensis II.* (*Iuris civilis Nro.* 39) *Veronensis, Estensis apud Muratorium proponimus, addita lege contra contemptores imperatoris, quae nonnisi in codicibus Vindobonensi et Veronensi extat.*

1054. Febr.

CONSTITUTIO DE CONIUGIIS.

Heinricus divina pietate secundus Romanorum imperator augustus, omnibus. Quoniam nobis divinae pietatis[a] providentia imperialis officii curam commissam credimus, nos quoque erga ea quae ad christianas religiones et ad cultum iustitiae pertinent, iugiter sollicitare debemus. Quapropter cum Turegi[b] universali conventu nostrorum fidelium Italicorum[c] sederemus, orta quaestione de illicitis coniugiis, consilio nostrorum principum, archiepiscoporum, episcoporum[d], marchionum, comitum, ac iudicio iudicum, seu consensu omnium iudicantium huiusmodi sententiam diffinivimus. Omnia scilicet quae sancti canones vel sacrae leges nostrorum praedecessorum inde statuunt[e], summa auctoritate confirmavimus, et inde[f] etiam nostro imperiali iure addidimus, ut quicumque seu in legitima aetate sive infra legitimam[g] aetatem uxorem duxerit vel desponsaverit[h], si morte praeventus fuerit, nulli propinquorum suorum liceat viduam vel desponsatam illius uxorem ducere. Quod si quis hoc fecerit, tam mulier quam vir ex hac lege exhereditati sint, omniumque bonorum eorum[i] medietas ad fiscum deveniat, altera vero medietas propinquis parentibus legitimis hereditario iure deveniat. Et quicumque ex huiusmodi coniugio natus fuerit, ipse quoque, sicut et parentes sui, ex hac lege exheredatus sit.

CONSTITUTIO DE CONTEMPTORIBUS IMPERATORIS.

Heinricus divina pietate secundus Romanorum imperator augustus, omnibus.

Decet[k] imperialem solertiam contemptorem suae praesentiae capitali dampnare sententia.

CONSTITUTIO LANGOBARDICA DE VENEFITIIS.

Heinricus divina pietate secundus Romanorum imperator augustus, omnibus Langobardis[l].

Decet imperialem sollertiam ita rei publicae curam agere, ut[m] sic sollicitetur erga praesentia, quatinus ea quoque diligenter provideat quae posteris sint utilia ac profutura. Id autem tunc satis competenter agitur, cum bonis virtutis praemium, impiis autem digna ultio, sibi ad vindictam aliis ad exemplum, recompensetur[*]. Set quoniam omnia quae mundus habet, humanum genus excellit[n], de eius salute tanto praecipue curandum est, quanto manifestius constat[o], quod omnipotens quoque Deus pro redemptione eius unigenitum suum ab aeterna sede divinitatis suae in terram misit. Quapropter quoniam plerosque, pro dolor! venefitio[p] ac diverso furtivae mortis genere perire audivimus, super hoc dum Turegi[q] universali conventu Langobardorum sederemus, huiusmodi legem cum episcoporum, marchionum, comitum, aliorumque multorum nostrorum fidelium consensu et auctoritate probari sanccimus. Quicumque venefitio seu quolibet modo furtivae mortis aliquem peremerit aut inde consentiens fuerit, mortis sententiam incurrat, omniumque suarum rerum mobilium seu immobilium facultatem amittat. Ita tamen, ut pretium decem librarum auri[r] pro legitimo widrigild propinquis perempti primum[s] inde detur. Reliqui rursus medietas eisdem[t] propinquis deveniat, altera autem pars ad fiscum accedat. Si quis vero praedicti criminis aut de facto aut de consensu accusatus, negare voluerit, aut per duellum si liber est, si vero servus per iudicium, se defendat, aut similem sententiam incidat. Ad hoc[u] autem volumus, nostraque imperiali[v] auctoritate sanccimus, ut quicumque hominibus praedicti reatus noxiis refugium aut subsidium aliquod praebuerit, omnis eius possessio in publicum perveniat, ipse vero nostram omniumque nostrorum indignationem incurrat, nisi se defenderit ut diximus[w].

a) p. est *L.* b) tu regi *V.* tu regni *Vn.* in regni *edd. et codex bibl. Brancaccianae Neapol. legum Langobb.* c) i. principum *V II.* d) *deest V II.* e) instituunt *V II.* f) et si super est etiam *V II.* g) scil. legaliter *glossa V.* h) *reliqua exciderunt in Londinensi.* i) *ita codices nostri; editi econtra:* e. amittant facultatem et medietas propinquis parentibus hereditario iure et altera medietas ad fiscum deueniat. k) *Haec Heroldus ita effert:* Omnem decoris ac solertiae imperialis ac praesentiae contemptorem, capitali damnare sententia convenit. *Lex tamen deest in codice Vindobonensi II.* l) longobardis *L. V. Vn.* m) et sic sollicitari erga praesenciam *V II.* *) recompensat *V II.* n) excediat *V II.* o) c. esse q. *V II.* p) beneficio *V II. ita et infra.* q) tu regi *V.* tu regi *corr.* in regni *Vn.* r) *deest L.* s) praemium *L.* t) eiusdem *L.?* u) adhuc *V II.* v) *deest L.* w) *ita L. V. Vn. E.* — nisi se defenderit ut diximus *desunt in V II.*

1039 | 1056.

CONSTITUTIONIS DE BENEFICIIS AMITTENDIS FRAGMENTA.

Fragmentum utrumque a Iacobo de Ardizone in Summa iuris Feudorum servatum indeque in librum Iacobi Alvaroti super Feudis transscriptum, tum a Cuiacio libro V. Feudorum c. 2. 3. *insertum, ope editionum Coloniensis a.* **1563** *in* 8vo *et Lugdunensis a.* **1535** *in fol. et editionis Spangenbergianae iterum proponimus. Fragmentum primo loco positum Heinrico III deberi, ex inscriptione sequi videtur, nec dicendi ratio adversatur, praeter tamen vocem* dominus *cuius vice* senior *eo tempore plurimum adhibebatur. Glossatorum sententias textui insertas, inde rursus depromere conatus sum. Fragmentum alterum ab iisdem glossatoribus servatum atque a Cuiacio libro V. Feud. c.* 3. *insertum, adhibitis editionibus supra laudatis et textu qualem Spangenbergius ex Cuiacio accepit, addimus. Cuius quidem de auctore plurimum dubitatur; nos, ponderatis iis quae viri doctissimi ea de re disputarunt*[1], *ratione vocis* senior *quae inde ab antiquis temporibus usque ad Conradum II obtinet, et ultima vice anno* **1136** *in constitutione Lotharii III occurrit, Eichhornio accedimus, vocem* feudum *saeculo XI insolitam, quaeque ut hic cum* beneficium *alternans primo in constitutionibus Lotharii III occurrit, fortasse Iacobo de Ardizone deberi, opinati.*

Constitutio Heinrici de causis amittendi feudi.

Imperator augustus Heinricus secundus. De militum beneficiis, quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideoque ad rei publicae statum [a] quaedam statuimus. Si quis ergo dominum suum interfecerit, vel vulneraverit, ipsum dominum suamve dominam obsederit, vel eum [b] cucurbitaverit, vel contra ea quae in fidelitate nominantur fecerit [c], vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget; si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat [2]. Si quis autem suorum parium, idoneus tamen, exinde se veritatem scire dixerit, et per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat edicimus [d]. Si quis autem fuit [e] qui domino non servierit, parium laudatione beneficium [f] amittat [3]. Sed si hoc defendere voluerit [g], duos vel unum saltem parem ostendat, et cum his se servisse iuret; et si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum servire [h] iuret [4]. Si autem concorditer cum domino suo se habuerit dominum [i] saepe videndo, tunc edicimus [k], ut probet per testes servitium fecisse, et per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum et vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint [l], vasallus domino se repraesentando servitium promittat, et [m] si necesse fuerit, hoc probet [n] iureiu-

a) *hic vox una vel plures exciderunt.* b) eam *Ard. Alv.* c) *deest Alv.* d) dicimus *Ard. Alv.* e) fecerit quod *Alv.* f) b. non amittat *Alv.* g) *ita Ard. Alv.* noluerit *Sp.* h) *ita Ard. Alv.* serviisse *Sp.* i) domino *Alv.* k) *ita correxi.* dicimus *Ard. Alv. Sp.* l) habuerit *Alv.* m) ut *Ard. Alv.* n) probare *Ard. Alv.*

1) C. F. Eichhorns Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte ed. IV. 1835. T. II. p. 280. Dieck Litterärgeschichte des Longobardischen Lehnrechts 1828. p. 168. Laspeyres über die Libri Feudorum 1830, p. 224. 297. 2) usu vero curiali solus defendat. *Feud.* 3) curiali tamen usu id redimere potest pro medietate quantum voluerit. *Feud.* 4) usu tamen curiali solus iurare conceditur Qualiter autem iuret, an solus an cum aliis, nihil interest, dum tamen servitia nominet. *Feud.*

1039 | 1056. rando, saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, et dominus aliud servitium imposuerit quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit, usque ad fruges feudatarius[a] parium existimatione[b] damnum resarciat. De aliis vero culpis unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emendet[c]. 5

Alia constitutio Heinrici de vasallo qui unum ex dominis refutavit.

Imperator Heinricus. Si contigerit, feudum incuria aut fidelis[d] neglectu consortibus applicari, nullum[e] ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemptus illusus fiat, ob quem feudum iure dimiserat. Sane qui aliter fecerint quam quod mens saluberrimae nostrae constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant; ita 10 ut eis amplius sperare non liceat; seniori danda licentia, tam[f] ab ipsis eorumque posteris quam ceteris detentatoribus praedictum beneficium vendicandi.

a) scilicet *Alv.* b) estimatione *Alv.* c) emendat *Ard. Alv.* d) n. f. *Sp.* e) nullus *Ard. Alv.* f) *deest Alv.*

HEINRICI IV. IMP. CONSTITUTIONES.

1076. Ian. 24.

CONCILIUM WORMATIENSE. 15

Litteras episcoporum Wormatiae congregatorum ad Gregorium VII. papam proponimus 1) *ex codice regio Hannoverano chart. sec. XVI. quem olim Matthiae Flacii fuisse constat, fol.* 196. *tum* 2) *fol.* 49, *unde in Catalogum testium veritatis pag.* 355. *adsumtae sunt;* 3) *ex Udalrici Babenbergensis codice epistolarum n.* 162. *cuius codicibus* 20 *Vindobonensi et Zwettlensi usi sumus, qui tamen nonnulla omisit. Ultimas lineas refert annalista Babenbergensis vulgo Urspergensis ad a.* 1076. 4) *Goldasti editio in Constitt. Impp. p.* 237. *plurimum cum codice* 1. *consentiens, duobus tamen locis ab eo recedit.*

Formam chartae qua singuli episcopi Gregorium abiecerunt, et 25 *litteras regis ad Romanos ex libro Brunonis de bello Saxonico adsumsimus. Heinrici mandatum ad Gregorium damus ex* 1) *Udalrico Babenbergensi, collatis* 2) *Urstisii editione epistolarum Heinrici IV. pag.* 394 *et* 3) *Brunone de bello Saxonico.*

EPISCOPORUM EPISTOLA AD GREGORIUM VII. PAPAM. 30

Sigifridus[a] Mogontinus archiepiscopus, Udo Treverensis, Willehelmus Traiectensis, Herimannus[b] Metensis, Heinricus Leodiensis, Ricbertus Verdonensis, Bibo[c] Tullensis, Hozemannus Spirensis, Burckhardus Halberstadensis, Wernherus Strasburgensis, Burchardus Basi-

a) *nomina praelatorum desunt* 2. 3. b) H. 1. c) bido 1.

1076 Ian. 24.

liensis, Otto Constantiensis, Adalbero Wirciburgensis, Routbertus Babenbergensis, Otto Ratisponensis, Ellinardus Frisingensis, Odalricus Eistetensis, Fridericus Monasteriensis, Eilbertus Mindensis, Hezil Hiltinisheimensis, Benno Oseneburgensis, Eppo Neapolitanus, Imadus Paderbrunnensis, Tiedo Brandaneburgensis, Burchardus Losannensis, Bruno Ve-5 ronensis, Hildebrando fratri.

Cum primum ecclesiae gubernacula[a] invasisses, etsi bene nobis cognitum esset, quam illicitam et nefariam rem contra ius et fas familiari tibi arrogantia praesumpsisses; dissimulanda tamen dispensatoria quadam taciturnitate, tam vitiosa introitus tui exordia putavimus, sperantes videlicet tam criminosa principia consequentis[b] regiminis tui pro-10 bitate et industria emendanda, et aliquatenus oblitteranda. Verum nunc, ut lamentabilis universalis ecclesiae status clamat et deplorat, malis initiis tuis per peiores actionum decretorumque tuorum progressus infelici respondes tenore et pertinacia. Cum enim Dominus et redemptor noster pacis et charitatis bonum quasi singularem fidelibus suis characterem impresserit, cuius rei testimonia plura extant quam ut epistolari brevitate 15 comprehendi valeant, tu e contrario dum profanis studes novitatibus, dum magis amplo quam bono nomine delectaris, dum inaudita elatione distenderis, velut quidam signifer scismatis omnia membra ecclesiae quae secundum apostolum quietam et tranquillam vitam ante haec tua tempora agebant, superba crudelitate, crudelique superbia lacerasti, flammamque discordiae quam in Romana ecclesia diris factionibus excitasti, 20 per omnes ecclesias Italiae, Germaniae, Galliae[c] et Hispaniae furiali dementia sparsisti. Sublata enim, quantum in te fuit, omni potestate ab episcopis, quae eis divinitus per gratiam sancti Spiritus, qui maxime in ordinationibus operatur, collata esse dinoscitur, omnique rerum ecclesiasticarum administratione plebeio furori per te attributa, dum iam nemo alicui episcopus aut presbyter est, nisi qui haec indignissima assentatione a 25 fastu tuo emendicavit, omnem apostolicae institutionis vigorem, illamque pulcherrimam membrorum Christi distributionem quam doctor gentium tociens commendat et inculcat, miserabili confusione miscuisti; sicque per haec tua gloriosa decreta, quod sine lachrimis dici non potest, Christi fere nomen periit. Quis autem illud pro indignitate[d] rei non stupeat, quod novam quandam indebitamque potentiam tibi usurpando arrogas, ut 30 debita universae fraternitati iura destruas? Asseris enim, cuiuscunque nostrum parrochiani aliquod ad te delictum vel sola fama perveniat, ultra iam non habere quemquam nostrum aliquam potestatem vel ligandi eum vel solvendi, praeter te solum, aut eum quem tu specialiter ad hoc delegeris. Quae sententia, quam omnem insaniam excedat, quis in sacris literis eruditus non videat? Quia ergo per hos aliosque praesumptio-35 num tuarum spiritus ecclesiam Dei tam graviter periclitantem, imo fere pessundatam diutius tollerare, omni malo deterius iudicavimus; placuit, ut communi consilio omnium nostrum tibi, quod hactenus tacuimus, innotescat, quam[e] ob rem nec modo possis, nec unquam potueris sedi apostolicae praeesse. Tu ipse tempore[f] bonae memoriae Heinrici imperatoris te ipsum corporali sacramento obstrinxisti[g], quod nunquam vivente ipso 40 imperatore, aut filio eius domino nostro glorioso rege, qui modo summae rerum praeest, papatum aut ipse susciperes, aut alium quantum in te esset suscipere patereris, absque assensu et laudamento vel patris dum viveret, et filii dum et ipse viveret[h]. Adque hoc sacramentum sunt hodie testes plerique episcopi, qui hoc tunc et oculis suis videre et auribus audiere. Illud etiam recordare, quomodo tu ipse, cum aliquos ex cardinalibus 45 ambitio papatus titillaret, ad tollendam aemulationem, hac occasione et conditione, ut idem hoc ipsi facerent, sacramento te obligasti, quod nunquam papatum habiturus esses. Utraque haec sacramenta quam sancte observaveris, tu videris. Praeterea cum tempore Nicolai papae synodus celebraretur, in qua 125 episcopi consederant, sub anathemate id statutum et decretum est, ut nullus unquam papa fieret, nisi per electionem cardinalium 50 et approbationem populi et per consensum auctoritatemque regis. Atque huius consilii seu decreti tu ipse auctor, persuasor subscriptorque fuisti. Ad hoc quasi foetore quodam[i] gravissimi scandali totam ecclesiam replesti de convictu[k] et cohabitatione alienae mulieris familiariori, quam necesse est. In qua re verecundia nostra magis quam causa laborat, quamvis haec generalis querela ubique personuerit, omnia iudicia,

55 a) gubernaculum 2. 3. b) consequentes 3. c) *deest* 3. d) indignatione 1. e) qui 1. f) *ita* 1. 2.; *at* 3. *et* 4.: Tu ipse bonae memoriae Heinrico imperatori te ipsum *etc.* g) constrinxisti 1. h) et f. d. et i. v. *desunt* 3. i) fetores 1. k) conuentu 1.

1076. Ian. 24. omnia decreta per feminas in apostolica sede actitari, denique[a] per hunc feminarum novum senatum totum[b] orbem ecclesiae administrari. Nam de iniuriis et contumeliis episcoporum, quos filios meretricum et cetera id genus indignissime appellas, nulla querimonia sufficit. Quia ergo introitus tuus tantis periuriis est initiatus, et ecclesia Dei tam gravi tempestate per abusionem tuarum novitatum periclitatur, et vitam conver- 5 sationemque tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam, quam nullam tibi promisimus, nec de caetero ullam servaturos esse, renuntiamus, et quia nemo nostrum, ut tu publice declamabas, tibi hactenus fuit episcopus, tu quoque nulli nostrum amodo eris apostolicus.

CHARTULA EPISCOPORUM. 10

Ego N. civitatis N. episcopus, Hildebrando subiectionem et obedientiam ex hac hora et deinceps interdico, et eum post hac apostolicum nec habebo nec vocabo.

REGIS LITTERAE AD ROMANOS.

Heinricus Dei gratia rex, universae sanctae Romanae ecclesiae clero et populo gratiam, salutem et omne bonum. Haec fides firma et inconcussa creditur, quae semper 15 et eadem et praesenti servatur et absenti, nec diuturna eius cui debetur absentia, nec longi temporis taedio immutatur. Quam talem vos nobis servare scimus, et gratias agimus, et ut eadem perseveret petimus, videlicet ut, sicut facitis, amicis nostris amici, inimicis nostris inimici iugiter existatis. Inter quos scilicet Hildebrandum monachum notantes, vos in eius inimicitiam excitamus, quod hunc et ecclesiae invasorem et oppres- 20 sorem, et Romanae rei publicae vel regni nostri insidiatorem comprehendimus, ut in subsequenti epistola sibi a nobis directa pernoscere in promptu est.

„Heinricus Dei gratia rex, Hildebrando. Quum hactenus ex te ea quae patris sunt expectarem, tibique in omnibus magna fidelium nostrorum indignatione obedirem, percepi a te vicissitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitae regnique nostri pernitiosissi- 25 mus hostis esset. Nam quum in primis omnem haereditariam dignitatem, quae mihi ab illa sede debebatur, superbo ausu rapuisses, longius inde progrediens regnum Italiae pessimis artibus alienare tentasti. Nec hac contentus, in reverendissimos episcopos, qui nobis velut dulcissima membra uniti sunt, manum mittere non timuisti, eosque superbissimis iniuriis, acerbissimisque contumeliis contra divina et humana iura, ut ipsi aiunt, 30 exagitasti. Quae omnia quum ego quadam patientia dissimularem, tu hanc non patientiam sed ignaviam aestimans, in ipsum caput insurgere ausus es, mandans quae nosti, scilicet ut tuis verbis utar, quod aut tu morereris, aut mihi animam regnumque tolleres. Hanc inauditam contumaciam ego non verbis sed re confutandam diiudicans, generalem conventum omnium regni primatum ipsis supplicantibus habui. Ubi quum ea quae hacte- 35 nus metu et reverentia tacebantur, in medium deducta fuissent, veris assertionibus illorum quas ex ipsorum literis audies, palam factum est, te nullatenus in apostolica sede posse persistere. Quorum sententiae, quod iusta et probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque assentiens, omne tibi papatus ius, quod habere visus es, abrenuntio, atque ut a sede Urbis, cuius mihi patriciatus, Deo tribuente et iurato Romanorum 40 assensu debetur, descendas edico.“

Haec series nostrae epistolae ad Hildebrandum monachum. Quam idcirco et vobis scripsimus, ut et vobis nostra voluntas, et nobis, immo Deo et nobis, vestra satisfaciat caritas. Exurgite igitur in eum fidelissimi, et sit primus in fide primus in eius damnatione. Non autem ut sanguinem eius fundatis dicimus; quippe quum maior sibi sit post 45 depositionem poena vita, quam mors; sed ut eum, si nolit, descendere cogatis, et alium communi omnium episcoporum et vestro consilio a nobis electum in apostolicam sedem recipiatis, qui quod iste in ecclesia vulneravit, curare et velit et possit.

a) d. per feminas totum o. e. 3. b) totius orbis et ecclesiae iura adm. 4.

REGIS LITTERAE AD PAPAM.

1076. Ian. 24.

Heinricus non usurpatione [a], sed pia Dei ordinatione rex, Hildebrando iam non apostolico, sed falso monacho. Hanc talem pro confusione tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem praeteristi, quem confusionis non honoris, maledictionis non 5 benedictionis, participem non feceris. Ut enim de multis pauca et egregia loquamur, rectores sanctae ecclesiae, videlicet archiepiscopos, episcopos, presbiteros, non modo non tangere, sicut christos Domini, non timuisti, quin sicut servos nescientes quid faciat dominus eorum, sub pedibus tuis calcasti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparasti; quos omnes nihil scire, te autem solum omnia nosse iudicasti, qua 10 utique scientia non ad aedificationem, sed ad destructionem uti studuisti; ut iure hoc beatum Gregorium, cuius nomen tibi usurpasti, de te prophetasse credamus sic dicentem: Ex affluentia subiectorum plerumque animus praelati extollitur, et aestimat se plus omnibus posse. Et nos quidem haec omnia sustinuimus, dum apostolicae sedis honorem servare studuimus; sed tu humilitatem nostram timorem fore intellexisti, ideoque et in 15 regiam potestatem nobis a Deo concessam exurgere non timuisti, quam te nobis auferre ausus es minari: quasi nos a te regnum acceperimus, quasi in tua et non in Dei manu sit vel [b] regnum vel imperium. Quia dominus noster Iesus Christus nos ad regnum, te autem [c] non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his gradibus ascendisti; scilicet astutia [d], quod monachica professio abhominatur, pecuniam [e], pecunia favorem, favore ferrum, ferro 20 sedem pacis adisti, et de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in praelatos armasti, dum episcopos nostros a Deo vocatos, tu non vocatus spernendos docuisti, dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant vel condempnent [f], quos ipsi [g] a manu Dei per impositionem manuum episcopalium [h] docendi acceperant. Me quoque, qui [i] licet indignus inter christos ad regnum sum unctus, tetigisti, quem sancto- 25 rum patrum traditio soli Deo iudicandum docuit, nec pro aliquo crimine nisi a fide, quod absit, exorbitaverim, deponendum asseruit; cum etiam Iulianum apostatam prudentia sanctorum patrum [k] non sibi sed soli Deo iudicandum deponendumque commiserit. Ipse quoque verus papa beatus Petrus clamat: Deum timete, regem honorate. Tu autem, qui Deum non times, in me constitutum eius inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi angelo de 30 coelo, alia si praedicaverit, non pepercit, te quoque in terris alia docentem [l] non excepit. Ait enim: Si quis vel ego vel angelus e coelo praeter id quod euangelizatum est vobis euangelizaverit, anathema sit. Tu ergo hoc anathemate, et omnium episcoporum nostrorum iudicio et nostro dampnatus descende, vendicatam sedem apostolicam relinque; alius in solium beati Petri ascendat, qui nulla violentiam religione palliet [m], sed beati Petri 35 sanam doceat doctrinam. Ego Heinricus Dei gratia rex cum omnibus episcopis nostris tibi dicimus: Descende, descende, per secula damnande [n]!

a) usurpatiue *Zw.* b) *deest* 2. 3. c) *deest* 1. d) a. et fraude quodque 2. e) *deest* 1. 2. f) contemnant 1. g) qui ipsos . . . docendos 2. 3. *eadem sententia.* h) episcoporum 2. 3. i) *deest* 2. 3. k) episcoporum 2. 3. l) praedicantem 1. m) nullam violentiam belli, sed 1. nulla violentia religionem p. 2. n) p. s. d. *desunt* 2. 3.

---

40 # CONVENTUS WORMATIENSIS.

1076. Mai.

Exemplum epistolae ad principes de conventu Wormatiae circa festum pentecostes habendo scriptae servaverunt 1) *codex regius Hannoveranus olim Flacianus fol.* 47. *unde in Catalogum testium veritatis p.* 350 *emanavit, et* 2) *Urstisius in SS. p.* 393. *ex codice regio*

1076. Mai. *Monacensi sec. XI. quem cum impressis Boehmerus noster iterum contulit.*

Heinricus Dei gratia rex, A.[*] gratiam, salutem, dilectionem, non omnibus, sed paucis eandem.

In maximis negotiis maximis maximorum est consiliis opus, qui et facultatem habeant 5 exterius, et voluntate non careant interius, ut rei cui bene cupiunt, bene consulere et velint et possint. Quia in cuiuslibet rei provectu[a], nec facultas sine voluntate, nec voluntas sine facultate proderit. Quod utrumque tu fidelissime, ut arbitramur, aequaliter possides, vel ut[b] verius dicamus, licet maximo tibi maxima non desit facultas, maior tamen adhuc maxima facultate, si bene te novimus, si fidem tuam diligenter notavimus, 10 in nostram et regni utilitatem tibi[c] exuberat voluntas. De praeteritis enim fideliter exhibitis in futuris crescit spes fidelius exhibendis. Tuae autem dilectioni committimus, ne spe[d] nostra minor sit fides tua; quia de nullius regni principum [vel episcoporum] fidelitate, quam [de] tua maiora speramus, sicut hactenus non modo in praeteritarum rerum exhibitione, verum etiam in sperandarum promissione tua gavisi sumus. 15 Assit igitur hoc in tempore oportuna[e] tua cum facultate voluntas, quam non modo nostra, verum etiam omnium coepiscoporum fratrumque tuorum, immo totius oppressae ecclesiae exoptat necessitas. Non etiam hanc oppressionem ignoras, tantum vide ne oppressae ecclesiae solatium[f] subtrahas, sed regno et sacerdotio condoleas: quo utroque sicut hucusque ecclesia est exaltata, ita nunc heu humiliatur utroque viduata. Nam 20 unus dum utrumque sibi vendicavit, utrumque[g] dissipavit, nec in uno profuit, qui in neutro prodesse voluit, nec potuit. Et ne diutius notati nomine te suspendamus, accipe quem dicimus, Hildebrandum scilicet, monachum habitu quidem, dictum apostolicum, non pastoris cura sed invasoris violentia apostolicae sedi praesidentem, et de sede pacis catholicae, pacis unicae[h] vincula[i] dissipantem, ut tibimet ipsi in promptu est scire. Ut 25 enim de pluribus pauca referamus, regnum ac sacerdotium Deo nesciente sibi usurpavit, in quo piam Dei ordinationem contempsit, quae non in uno sed in duobus duo, id est regnum ac sacerdotium, principaliter consistere voluit: sicut ipse Salvator in passione sua de duorum gladiorum sufficientia typica intelligi innuit. Cui cum diceretur: Ecce Domine, duo gladii hic! respondit: satis est! significans hac sufficiente dualitate spirita- 30 lem et carnalem gladium in ecclesia esse gerendum, quibus omne nocivum foret amputandum, videlicet sacerdotali ad obedientiam regis pro Deo, regali vero gladio ad expellendos inimicos Christi[k] exterius, et[l] ad obedientiam sacerdotii[m] interius, omnem hominem docens fore constringendum, ut[n] ita de alio in alium charitate tenderetur, dum nec sacerdotii regnum, nec sacerdotium regni honore privaretur. Hanc Dei ordi- 35 nationem qualiter Hildebrandica insania confuderit, tu ipse nosti, si scire novisti vel voluisti. Nam nullum eius iudicio licet esse sacerdotem, nisi qui hoc a fastu suo emendicaverit. Me quoque, quem Deus in regnum, non autem ad sacerdotium illum vocavit, quia me de Deo, non de illo regnare velle vidit, quia ipse me regem non constituit, regno privare studuit, minitans regnum animamque mihi se tollere, quorum neutrum 40 concessit. Haec et iis similia cum saepius in nostram, ut ipse nosti, contumeliam struxerit, non tamen adhuc sufficere credit, quin de die in diem nova et exquisita confusionis genera nobis ingerit, ut in nostris nuntiis noviter[o] argumentum dedit. Nam karta exponere non sufficit[p], qualiter eosdem nuncios nostros tractaverit, quam indignis modis affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit, et carceratos nuditate, frigore, fame et siti 45 ac[q] plagis contriverit, sicque demum martyrum exemplo[r] per medium civitatis circumductos omnibus spectaculum praebere iusserit, ita ut in[s] eundem cum Decio tyranno insanire, et sanctos assare credas et dicas. Unde ne pigeat, karissime, ne pigeat[t] com-

*) Annoni Coloniensi archiepiscopo *edidit Urstisius contra fidem codicis Monacensis, et perperam, Annone iam defuncto; fortasse Adalbero Wirceburgensis episcopus intelligendus est.* a) profectu 1. b) *deest* 1. c) *deest* 1. 50 d) spes nostra maior sit fide 2. e) opportuno 1. f) te 2. g) utrunque 2. h) unitae 2. i) uinculum 1. k) *deest* 1. l) *deest* 1. m) *deest* 1. n) Et 1. o) *deest* 1. p) s. quam indignis modis nos affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit et 1. q) et p. constrixerit 1. r) d. exemplum 1. s) ut in e. 1. t) ne pigeat *desunt* 2.

muni[a] nostrum, scilicet meae et coepiscoporum tuorum[b] petitioni satisfacere, ut in pentecosten Wormatiam venias, et ibi plura, quorum pauca docet cartula, cum ceteris audias principibus, et quid agendum sit, doceas: rogatus per dilectionem coepiscoporum, monitus per ecclesiae utilitatem, obligatus per vitae nostrae et regni totius honorem.

1076. Mai.

5 a) omnium 1. b) *deest* 1.

CONVENTUS OPPENHEIMENSIS.

1076. Oct.

Promissio regis de obedientia papae praestanda et edictum de cassata in Gregorium VII. sententia conventui Oppenheimensi adscribenda esse videntur. Servantur in 1) *codice epistolari Udalrici Ba-* 10 *benbergensis N.* 145 *et* 155 *atque* 2) *in codice regio Hannoverano fol.* 53. *et* 54; *edictum quoque Tegnagelii collectioni p.* 342 *insertum est.*

Promissio Heinrici regis, quam fecit Hildebrando papae, qui et Gregorius. Consilio fidelium nostrorum ammonitus, sedi apostolicae et tibi Gregorio papae debitam in omni- 15 bus servare obedientiam promitto[a], et quaecunque eiusdem sedis vel tui honoris immminutio per nos orta videtur, devota satisfactione emendare curabo. Quia vero graviora quaedam de nobis iactantur, quae in eandem sedem et tuam reverentiam statuerim, ea congruo tempore[b] vel innocentiae suffragio, vel opitulante Deo, expurgabo, vel tum demum pro his competentem poenitentiam libenter amplectar. Condecet autem et sancti- 20 tatem tuam, ea quae de te vulgata scandalum ecclesiae pariunt, non dissimulare, sed remoto a publica conscientia et hoc scrupulo, universalem tam ecclesiae quam regni tranquillitatem per tuam sapientiam stabiliri.

Edictum generale.

H. Dei gratia rex, archiepiscopis, episcopis, marchionibus, comitibus, et cuiuscunque 25 dignitatis ordini, bonae suae voluntatis gloriosam dignationem. Quia mansuetudini nostrae contra sedem apostolicam eiusque venerandum praesulem domnum Gregorium papam ab aliquibus subreptum esse fidelium nostrorum suggestione recognovimus, placuit nobis priorem sententiam salubri consilio mutare, et more antecessorum progenitorumque nostrorum eidem sacrosanctae sedi et qui ei praeesse dinoscitur, domno Gregorio 30 papae, per omnia debitam servare obedientiam, et si quid in eum gravius praesumptum est, conpetenti satisfactione conponere. Volumus autem, ut et vos serenitatis nostrae exemplo ammoniti, solennem beato Petro eiusque vicario satisfactionem exhibere non dubitetis[c], et quicunque eius banno se adstrictos intelligunt, ab ipso videlicet domno papa Gregorio solenniter absolvi elaborent.

35 a) p. s. o. 2. b) temporis 1. c) recusetis 2.

1077. Ian. 28.

PROMISSIO CANUSINA.

Extat in Regestis Gregorii VII. l. IV. ep. **12.** *unde in alios plurimos libros, Paulum Bernriedensem, codicem regium, Baronium rel. recepta est, atque testibus subiectis in codice Vaticano N.* **3835,** *unde Harzheimius Conciliis Germaniae eam inseruit.* 5

Ego rex Heinricus de murmuratione, et dissensione quam nunc habent contra me archiepiscopi et episcopi, abbates, duces, et comites, caeterique principes regni Teutonicorum, et alii qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem dominus papa Gregorius constituerit, aut iustitiam secundum iudicium eius, aut concordiam, secundum consilium eius, faciam, nisi certum impedimentum mihi vel sibi obstiterit, quo transacto, ad peragendum idem paratus ero. 10

Item, si idem domnus papa Gregorius ultra montes seu ad alias terrarum partes ire voluerit, securus erit ex mei [a] parte, et eorum [b] quos constringere potero, ab omni laesione vitae, et membrorum eius, seu captione, tam ipse, quam qui in eius conductu vel comitatu fuerint, seu qui ab illo mittentur, vel ad eum de quibuscunque terrarum 15 partibus venerint, in eundo [c], et ibi morando seu inde redeundo; neque aliud aliquod impedimentum habebit [d] ex meo consensu, quod contra honorem suum sit; et [e] si quis ei fecerit, cum bona fide secundum posse meum illum adiuvabo [f]. Ita me Deus adiuvet, et haec sancta euangelia.

Actum Canusiae 5. Kalend. Febr. Indict. 15 [g] anno domini nostri Iesu Christi 1077. 20 Praesentibus episcopis Umberto Praenestino, Giraldo Ostiensi, Cardinalibus Romanis Petro tituli S. Chrisogoni, et Conone tituli S. Anastasii, Romanis diaconibus Gregorio, et Bernardo, et subdiacono Umberto. Item ex parte regis interfuerunt: Bremensis archiepiscopus, et episcopi Vercellensis, et Osnabrugensis, et abbas Cluniacensis, et multi nobiles viri. 25

a) mea *Paul. Bern.* b) *deest Harzh.* c) e. et redeundo vel alicubi morando *Harzh.* d) habebunt *Harzh.* e) et — adiuuabo *desunt ap. Harzheim.* f) *sequentia desunt in Cod. Hannov. et apud Paulum Bernriedensem.* g) *sequentia desunt in Registro Gregorii VII.*

1080. Iun. 25.

SYNODUS BRIXINENSIS.

Litteras de concilio cogendo praeter Hahnium Coll. Monum. I. p. 30 **201** *ex* **1)** *Udalrici Babenbergensis* [1] *codicibus Vindobonensi et Zwetlensi N.* **161,** *decretum synodi de deponendo Gregorio VII. ex eodem N.* **164.,** *tum* **2)** *codice regio fol.* **50,** *unde nomina episcoporum iam prodeunt, et ultimam eius partem ex* **3)** *annalibus Babenbergensibus, proponimus.* 35

1) quocum Harzheimii editio ex codice Tegernseensi T. III. p. 203 consentit.

LITTERAE CONVOCATORIAE.

1080. Iun. 25.

In Domino dominorum diligendis archiepiscopis, episcopis, marchionibus, comitibus nec non et iam totius Longobardiae tam minoribus quam maioribus H. [a] Spirensis episcopus servitutem et orationem [b]. Super regni perturbatione regiaeque potestatis deroga-
5 tione, nec non etiam super vacillante statu ecclesiae, non minus ego dolens quam caeteri principes regni, decrevimus Moguntiae inire consilium, si fieri possit, ut regni perturbatio sedetur, regia potestas redintegretur, et ecclesiae, ne omnino naufragium patiatur, succuramus. Quonam autem modo hoc fieri possit, excogitare nequivimus, nisi caput pestiferae serpentis penitus absideretur, cuius venenoso afflatu haec exorta hacte-
10 nus intumuerunt. Manente vero causa efficiente, quomodo poterit effectus [c] extirpari? Quo inito consilio, tam primates quam minores firmiter fideliterque decrevimus, ut Hildebrandus ille sedis apostolicae subdolus invasor, divinarum humanarumque legum execrabilis perturbator, Deo opitulante omnimodis abdicetur, aliusque [d] dignior illo [e] in sedem apostolicam eligatur, qui dispersa colligat, confracta consolidet, non discordiam,
15 non bella, sed pacem in sancta ecclesia ut bonus pastor [f] desideret. Nec ab hoc negotio perficiendo strenuitatem vestram absterreat, quod prius in simili consilio nos portum tenentes, periculosae procellarum iactationi vos commisimus; sed potius viriliter agite, et confortetur cor vestrum, qui speratis in Domino, pro certo scientes, levius extorqueri clavam de manu Herculis, quam in praesenti negotio divellamur, vita comite, a
20 vobis. Valete [g].

DECRETUM SYNODI.

Anno dominicae incarnationis 1080, mediante serenissimo rege Heinrico IV. anno regni eius 26. [h] 7 Kalend. Iulii feria 5. Ind. 3. cum apud Brixinam Noricam 30 episcoporum conventus, nec non et optimatum exercitus, non solum Italiae sed et Germaniae,
25 iussu regio congregaretur, facta est vox una velut ab ore omnium [i] terribiliter conquerentium super truculenta vesania cuiusdam Hildebrandi pseudomonachi, Gregorii papae septimi cognominati, cur tam diu ipsam rex semper invictus saevire pateretur intactam [*], cum vas electionis Paulus testetur, principem non sine causa ferre gladium, et Petrus apostolorum [k] primus non solum regem praecellere, verum duces ab eo mittendos esse,
30 clamet, ad vindictam videlicet malorum, ad laudem vero bonorum. Ad quorum igitur [l] satisfactionem visum est ipsi gloriosissimo regi principibusque eius iustum, ut iudicium episcoporum divinae animadversionis sententia gladium materialem in ipsum [m] Hildebrandum praecederet, ut quem praesules ecclesiarum prius a superba praelatione deponerent, eundem postmodum regalis potentia licentius persequendum decerneret. Quis
35 ergo fidelium qui illum novit, damnationis iaculum contra ipsum metueret intorquere, qui ab ineunte aetate mundo [n] se studuit per inanem gloriam nullis suffragantibus meritis supra [o] hominem commendare, et somnia et divinationes proprias et aliorum divinae dispositioni praeponere, habitu monachus videri, et professione non esse, ecclesiasticae disciplinae, nulli subditus magistro, se extorrem iudicare, obscoenis theatralibus ludicris
40 ultra laicos [p] insistere, mensas numulariorum in porticu transeuntium turpis lucri gratia publice observare? His itaque quaestibus pecunia cumulata, abbatiam beati Pauli invasit [q], supplantato abbate; inde [r] arripiens archidiaconatum, quendam [s] nomine Mancium [t] ut sibi officium venderet, decipiendo seduxit; et, Nicolao papa nolente, tumultu populari stipatus in oeconomum [u] se promoveri coegit. Quatuor namque Romanorum pontificum
45 super improba morte per manus cuiusdam sibi intimi Iohannis scilicet Brachinti [v], propinato veneno, homicida extitisse convincitur, ut, caeteris [w] tacentibus, ipse minister mortis, urgente mortis articulo, diris clamoribus, licet sero poenituerit, testabatur. Hic denique saepe dictus pestifer ipsa nocte qua funus Alexandri papae in basilica Salvatoris exequiarum officio fovebatur [x], portas Romanae urbis et pontes, turres, ac triumphales

50 a) *i. e.* Hutzmannus, *ut inscriptio codicis Guelferbytani apud Hahn habet; Udalricus Babenbergensis inscribit* Heinrico. b) honorem *H.* c) effectum 1. d) aliquis *H.* e) d. i. *desunt* 1. f) ut b. p. *desunt* 1. g) *deest* 1. h) XXIII. 1. i) omni 2. *) intractam 2. k) pastor 1. l) *deest* 1. m) i. i. *desunt* 2. n) modo 1. o) super 1. p) lucos 2. q) subtrahentem 2. r) III. 2. s) *deest* 2. t) Mantium 2. u) aequonomum 2. v) brachtuti 1. barthuini 2. w) caetero tacente 2. x) foueretur 2.

1080. Iun. 25. arcus, armatorum cuneis[a] munivit, Lateranense palatium militia comparata hostiliter occupavit, clerum ne auderet contradicere, cum nullus eum vellet eligere, gladiis satellitum evaginatis mortem minando perterruit, et prius, obsessam diu, assiliit cathedram, quam corpus defuncti obtineret tumbam. Dum vero quidam ex ipsis decretum Nicolai papae 125 episcopis[b] sub anathemate promulgatum, eodem Hildebrando laudante ad memoriam sibi vellent reducere, quod si quis sine assensu Romani principis papari praesumeret, non papa, sed apostata ab omnibus haberetur, negavit se regem uspiam scire, et se posse, asseruit, sententiam praedecessorum vacuam iudicare. Quid plura? Non solum quidem Roma, sed ipse Romanus orbis testatur, illum non a Deo fuisse[c] electum, sed a se ipso vi, fraude, pecunia, impudentissime obiectum, cuius fructus patefaciunt radicem, cuius opera manifestant intentionem, qui ecclesiasticum subvertit ordinem, qui christiani imperii perturbavit regimen, qui regi catholico ac pacifico corporis et animae intentat mortem, qui periurum et proditorem defendit regem, qui inter concordes seminavit discordiam, inter pacificos lites, inter fratres scandala, divortia inter coniuges, et, quicquid quieti[d] inter pie viventes stare videbatur, concussit. Quapropter, ut praelibatum est[e], nos[f] auctore Deo congregati in unum, legatis ac litteris freti 19 episcoporum die sancto praeteriti Pentecostes Mogontiae congregatorum contra eundem procacissimum Hildebrandum sacrilegia ac incendia praedicantem, periuria et homicidia defendentem, catholicam atque apostolicam fidem de corpore et sanguine Domini in quaestionem ponentem, haeretici Berengarii antiquum discipulum, divinationum et somniorum cultorem manifestum, nicromanticum, phytonico spiritu laborantem[g], et id circo a vera fide exorbitantem, iudicamus canonice deponendum, et expellendum, et nisi ab ipsa sede his auditis descenderit, in perpetuum condemnandum.

Ego Hugo Candidus sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, de titulo sancti Clementis regionis tertiae Urbis, huic decreto a nobis promulgato assensum praebui, et subscripsi vice omnium cardinalium Romanorum. Ego Diepoldus Mediolanensis archiepiscopus subscripsi. Ego Cuono Brixiensis episcopus subscripsi. Ego Otto Terdonensis electus subscripsi. Ego Wilhelmus Papiensis episcopus subscripsi. Ego Regenaldus Bellunensis episcopus subscripsi. Ego Segebono Veronensis episcopus subscripsi. Ego Dionisius Placentinus episcopus subscripsi. Udo Astensis[h] episcopus subscripsi. Ego Hugo Firmanus electus episcopus subscripsi. Milo Patavianus subscripsit. Ego Conradus Traiectensis episcopus subscripsi. Henricus patriarcha subscripsit. Didaldus Vicentinus episcopus subscripsit. Regengerus Vercellensis episcopus subscripsit. Rubertus Babenbergensis episcopus subscripsit. Norberdus Curiensis episcopus subscripsit. Eucharius episcopus Parmensis subscripsit. Rolandus Dei gratia episcopus Tarvisianus libentissime subscripsit. Arnoldus Cremonensis episcopus subscripsit. Arnoldus Pergamensis episcopus subscripsit. Ego Diedo Brandenburgensis episcopus subscripsi. Liemarus[i] sanctae Hamaburgensis ecclesiae archiepiscopus. Ego Wernherus Dei gratia Bobiensis episcopus subscripsi. Ego Althwinnus Brihsinensis episcopus subscripsi. Ego Meginwardus Frisingensis episcopus subscripsi. Ego Burchardus Lausanensis episcopus subscripsi. Ego Conrodus Ianuensis[k] episcopus subscripsi.

Henricus Dei gratia rex subscripsi.

a) culeis 2. b) *deest* 2. c) esse 2. d) quiete 1. e) est — die *desunt* 2. f) nos — contra *desunt* 1. g) labentem 2. h) *ita correxi;* Ostiensis *codex* 2. i) Leodiarus 2. k) Lanuensis 2.

1081. April.

CONVENTUS TICINENSIS.

Acta haec in membrana saeculi undecimi archivi cathedralis ecclesiae Parmensis ab Irenaeo Affo reperta, edidit Canciani T. V. p. 45.

1081. April.

46; unde ea, distinctione meliori instituta, proponimus. Aetas eorum quum incerta sit, ea expeditioni Heinrici Italicae anni **1081**, *qua Romanum iter aggressurus, cum episcopis ceterisque Langobardiae primoribus de rebus eorum tractavit*[1], *potissimum adscribenda cen-*
5 *suimus.*

IN CONCILIO HEINRICI IMPERATORIS III.

Quoniam sanctam Dei ecclesiam a paganorum persecutionibus Deo iuvante cessisse cognoscimus, nimis dolendum est, eandem horum qui christiano censentur nomine attenuari oppugnationibus. Res itaque ecclesiarum antecessorum nostrorum opera opulen-
10 tissime congestas, eorumdemque solertia integerrime conservatas, iam nunc iniquorum nostrorum hominum opera fraude et astucia attenuatas, fore omnino conspicimus dissipatas. Ad devastationes itaque ecclesiarum utuntur libellariis extra legem scriptis, precariis, commutationibus in detrimento rerum ecclesiasticarum factis. Quorum ut cesset insolens impetus, decrevit sancta synodus cui interfuit tercius rex Heinricus: De[a] rebus
15 ecclesiarum libellaria penitus nulla fieri, iussum est antiquitus, et nos id ipsum sub anathemate interdicimus. De haeresi simoniaca; quae quoniam increvit inepta, sancta decrevit[b] synodus, nullum episcopum aut ecclesiarum consecrationem aut clericatus vel ordinem aut diaconatum aut[c] presbyteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones ecclesiarum, aut abbatias, aut praeposituras vendere; quisquis conduxerit aut vendi-
20 derit, anathema sit. Fiat.

De praecepto et firma fidelitate Heinrici regis contra depraedatores ac scachatores regni eius.

Ab hac hora in antea adiuvabo Heinricum regem qui nunc regnat in Italia, et nuntios eius, et comites quos ipse ad hoc elegerit ad iustitiam et legem faciendam, depen-
25 dens secundum rectum iudicium et de ceteris rebus quas facere lex prohibet; de beneficiis autem secundum rectum iudicium comparium. Furtum, schacum, vel rapinam, aut praedam, me sciente vel mea sponte non faciam ultra sex solidos in anno. Incendium, vel saltum ad castella et ad domos, non faciam. Si forte evenerit ut faciam, infra unum mensem idipsum si potero reddam; si vero idipsum reddere non potero, secundum hoc
30 quod valuerit restituam, si accipere voluerit is cui damnum illatum fuerit. Si per meam culpam inemendatum remanserit infra unum mensem, iuxta quod lex praecipit emendabo, si legaliter invitatus fuero. Hos vero homines qui hoc iuramento facere noluerint, aut factum violaverint[d], Heinricum regem, aut suum certum nuntium aut episcopum aut comitem qui me ad hoc invitaverit, per rectam fidem adiuvabo devastare, secundum
35 praeceptum regis aut sui certi nuntii. De me ipso quidem unicuique secundum rectum iudicium iusticiam faciam de ipsis rebus quae ad legem pertinent; de beneficiis vero secundum rectum iudicium comparium, si per legem ammonitus fuero. Haec omnia per decem annos observabo, excepto si in expeditione aut in hostem iero per praeceptum regis, vel super inimicum ipsius, aut super illum qui hoc iurare noluerit aut factum vio-
40 laverit, salva fidelitate et praecepto Heinrici regis.

a) *ita distinxi; Canciani habet:* Heinricus de — fieri. Iussum — interdicimus de haeresi *etc.* b) *ita supplevi; Canciani* dec . . . . c) d. a. *ita explevi lacunam apud Canc.* d) uiolaverit *Canc.*

1) Norberti vita Bennonis cap. 22.

1084. Nov. 29.

CONVENTUS MOGUNTINUS.

Litterae imperatoris quibus principes ad conventum invitat, in codice Udalrici N. **191.** *extant, unde eas hic inserendas duximus. Habentur et apud Goldastum pag.* **231. 232.**

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus R.[a] Babenbergensi ecclesiae episcopo gratiam et omne bonum. Notum est tibi, quanto periculo tota fluctuat ecclesia, quantus error in omni surgit Saxonia, quantaque desolatione nobilis illa Metensis penitus destruitur ecclesia, et non solum ibi, sed et in diversis partibus ecclesia nostri dividitur imperii. Igitur consilio nostrorum fidelium statuimus fieri Moguntiae colloquium in dominico die ante proximum sancti Andreae festum. Huic colloquio omnes regni principes nostri fideles intersint[b], et praeterea omnes, quorum nobis utilis declaratur aut fides aut consilii providentia. Ad quod venire te quam intime rogamus, quia nullatenus tam ardua negotia regni et divisio ecclesiae coadunari poterit, sine tua maxima sapientia et consilio egregio et fide, quae hactenus nobis frequenter in necessitatibus et huiusmodi controversiis regni, prout nos voluimus et res exegerat, praesto fuit. Ad quod colloquium omnes Saxones nostri fideles venient, rogantes summopere, nos in Saxoniam venire, et hos novos errores componere. Metenses autem e contrario Metim clamant nos transire, quatinus illic tandem pax et securitas reddatur ecclesiae. Nos quoque, invitante archiepiscopo, Coloniae nativitatem Domini celebraturi sumus, et idcirco statuimus, hoc colloquium ante fieri, ut huiusmodi dissensiones regni prius componeremus, quam nos in remotiora transiremus loca. Sed idcirco praedictam expeditionem distulimus, quatenus communi omnium nostrorum consilio, quae nobis agenda sint, considerentur. Ergo rogamus te per eam, qua compater nobis effectus es, dilectionem, ne te corporis aegritudo vel quaelibet alia res impediat, quin ad praefatum colloquium tempore statuto venias, et ibi iuxta magnam sapientiam et solitam fidem tuam de nostra et regni utilitate, quae necessaria sunt, nobiscum disponas.

a) *i. e.* Roberto. b) intersunt *c. Vindobon. et Goldastus.*

1085. vere.

SYNODUS MOGUNTINA.

Heinricus III. imperator testibus Annalibus Sangallensibus et Babenbergensibus, Hermanno Contracto et Lamberto Aschafnaburgensi, in conventu Constantiae habito anno **1043** *pacem hactenus inauditam tam in tota Suevia quam in aliis regni sui provinciis per edictum regiae censurae confirmavit. Cuius tenor quum hodie lateat, eo magis gratulandum est de constitutione Heinrici IV. eadem de re, annalista Babenbergensi teste, in synodo Moguntiacensi, primis anni* **1085** *mensibus promulgata. Reperimus eam a.* **1833** *in codice bibl. reg. Babenbergensis S. Ambrosii libros de officiis ministrorum continente saeculo duodecimo exaratam, eiusque e latere constitutionem cuius ad normam exacta est, scilicet synodi Coloniensis sub Sigewino archiepiscopo habitae, ex codice saeculi XII. olim Abdinghofensi, iam vero viri clarissimi D. Meyer capitularis Paderbornensis,*

1085. vere.

denuo descriptam collocavimus. Formulam iuramenti quae in codice Babenbergensi desideratur, aestate praeterita Lugduni Batavorum ex codice olim Werthinensi saeculi XI. exscripsimus, in quo et saeculo XIII. iterum descripta habetur.

5 CONSTITUTIO PACIS DEI IN SYNODO COLONIENSI A. 1083 D. 20. APRILIS PROMULGATA.

Sigiwinus sanctae Coloniensis aecclesiae solo nomine episcopus, Fritherico confratri et 10 coepiscopo [1], voluntariam tum devotissimi oraminis quam serviminis sui exhibitionem. Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus variisque angustiis sancta aecclesia in suis membris affligeretur, adeo ut 15 tranquillitas et pax ex integro desperaretur, compatiendo tot pressuris totque periculis, subvenire illi Deo propitiante tractavimus; et hoc tandem illi remedium consilio nostrorum fidelium providimus, ut pacem quam 20 peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus quantum nostri iuris fuit aliquatenus recuperaremus. Fecimus enim hoc et profecimus. Convocatis igitur parrochianis nostris ad legitime 25 condictum concilium, quod Coloniae in sancti Petri matricae aecclesia anno dominicae incarnationis 1083 indictione 6. 12 Kalend. Maii habitum est, ordinatis aliis, quod de his facere disposuimus, in publico recitari 30 fecimus. Quod postquam ab omnibus aliquamdiu diverso modo tractatum est et retractatum, Deo mediante in unum tandem conventum est, et tam clero quam populo pari voto consentientibus, quo modo et qui35 bus per annum spaciis observari debeat edocuimus. Videlicet ut a primo die adventus Domini usque ad exactum epyphaniae, et ab intrante septuagesima usque in octavas pentecostes, et per totam illam diem, et per 40 annum omni die dominica feriaque sexta, et in sabbato, addita quatuor temporum feria, omniumque apostolorum vigilia cum die subsecuta, insuper indifferenter omni die canonice ad ieiunandum vel feriandum 45 statuta vel statuenda, hoc pacis decretum teneatur; ut itinerantibus domique manentibus securitatis et quietis tutissima sit traditio, ut cedes et incendia, predas et assultus nemo faciat, nemo fuste et gladio aut 50 aliquo armorum genere quemquam ledat, et ut nemo quavis culpa faicosus ab adventu Domini usque in octavas aepiphaniae et a

HEINRICI IV. IMPERATORIS CONSTITUTIO PACIS DEI IN SYNODO MOGUNTINA A. 1085 PROMULGATA.

1085. vere.

Cum nostris temporibus ultra modum tribulationibus sancta ecclesia affligeretur, compatiendo tot pressuris totque periculis, subvenire illi Deo propitiante tractavimus, ut pacem quam peccatis nostris exigentibus continuare non potuimus, intermissis saltem diebus aliquatenus confirmaremus. Anno dominice incarnationis 1085, indictione 8. Deo mediante tam clero quam populo pari consentientibus voto, constitutum est, ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem epiphaniae, et ab intrante septuagesima usque in octavas pentecostes et per totam illam diem, omnique feria quinta, sexta, sabbato, dominica die, usque ad ortum solis secundae feriae, addita feria [a] quatuor temporum, omnique apostolorum vigilia cum die sequenti, insuper omni die canonice ad ieiunandum vel feriandum statuta vel statuenda, hoc pacis decretum teneatur, quatenus iterantium domique manentium securitatis sit tutissima traditio, ut cedes et incendia, predas et assultus nemo faciat, nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere quemquam ledat, et nemo quamvis culpa faicosus ab adventu Domini usque in octavas epiphanie, et a septuagesima usque

a) feria IIII. quatuor *codex*.

1) Monasteriensi qui a. 1084 obiit. Schaten. I. 612.

1085. vere.

septuagesima usque in octavas pentecostes tollere praesumat arma, scutum, gladium, aut lanceam, vel cuiuscumque prorsus armaturae sarcinam. In reliquis vero diebus, id est in dominicis et 6. feriis, omnique apostolorum vigilia cum die subsecuta, et omni die ad ieiunandum vel feriandum statuta vel statuenda, arma illis ferre licebit, ea tamen conditione ut nulli quolibet modo lesionem inferant. Si necesse fuerit alicui intra spacium conditae pacis, id est ab adventu Domini usque ad octavas aepiphaniae et a septuagesima usque in octavas pentecostes, exire de nostro episcopatu in alium quo ista pax non tenetur, arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi si inpugnetur ut se defendat. Reversus autem in episcopatum nostrum, statim arma deponat. Si contigerit ut debeat obsideri castellum aliquod, per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab impugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur, et repugnare cogantur. Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona temere et impune violetur, huiusmodi violatoribus in commune ab omnibus est dictata sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, id est homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit, vel quolibet alio modo defectaverit, absque omni sumptuum aut amicorum interventione a finibus confinium suorum expellatur, totumque praedium eius heredes sui tollant, et si beneficium habuit, dominus ad quem pertinet illud recipiat. Si vero heredes aliquod illi postquam expulsus fuerit sustentaculum vel solatium impendisse inventi fuerint et convicti, praedium illis auferatur et regiae ditioni mancipetur. Quod si se purgare de obiectis voluerint, cum duodecim qui eque nobiles vel eque liberi fuerint iurent. Si servus occiderit hominem, decolletur. Si vulneraverit, manu puniatur. Si alio modo vel pugno sive fuste vel lapide percutiendo defectaverit, detondeatur et excorietur. Si autem cui imputabitur se innocentem probare voluerit, iudicio aquae frigidae se expurget, ita tamen ut ipse et nullus alius pro eo in aquam mittatur. Si autem timens vindictam quae in eum dictata est aufugerit, perpetuae excommunicationi subiacebit, et in quocumque loco auditus fuerit, mittantur illuc litterae, per quas denuncietur omnibus quod excommunicatus est, et quod cum eo communicare nulli licitum est. Non debet truncatio manuum in pueris fieri qui nondum duodecim annorum etatem impleverint, sed in illis qui ab etate

in octavas pentecostes tollere arma presumat, scutum, vel gladium vel lanceam vel cuiuscunque prorsus armaturae sarcinam. Similiter in reliquis diebus, idem dominicis quinta et sexta feria, sabbato omnique vigilia apostolorum cum die subsequenti, et omni die ad ieiunandum sive feriandum canonice statuta vel statuenda non licet arma ferre nisi longe euntibus, ea tamen conditione ut nulli quolibet modo lesionem inferat. Si necesse fuerit alicui infra spacium condictae pacis in alium locum, quo pax ista non observetur ire arma ferat, ita tamen ne alicui noceat, nisi inpugnetur, ut se defendat, reversus autem iterum arma deponat. Si contigerit ut castellum obsideatur, per dies qui infra pacem comprehensi sunt ab inpugnatione cessent, nisi ab obsessis impugnentur [a] et repugnare cogantur.

Et ne haec pacis statuta traditio a quavis persona inpune violetur, ab omnibus dicta est sententia: Si liber vel nobilis eam violaverit, idem si homicidium fecerit aut aliquem vulneraverit, aut alio quolibet modo defectaverit, absque [b] omni sumptuum aut amicorum interventione finibus confinium suorum expellatur, totumque predium eius heredes sui tollant, et si beneficium habuerit, dominus ad quem pertinet illud accipiat. Si vero heredes sui aliquid illi postquam expulsus fuerit subsidium et sustentaculum inpendisse inventi fuerint et convicti, predium illis auferatur, et regiae dignitati mancipetur. Quod si se de obiectis purgare voluerit, cum 12, qui eque nobiles ac liberi fuerint iuret [c]. Si servus occiderit hominem, decolletur; si vulneraverit manu dextra truncetur; si alio modo vel pugno vel lapide sive fuste vel quolibet modo percutiendo defectaverit, verberetur et decapilletur. Si autem cui imputatur se innocentem probare voluerit, iudicio aque frigide se expurget, ita tamen ut ipse et nemo alius pro eo in aquam. mittatur. Si autem timens iudicium quod in eum dictatum est aufugerit, perpetuae excommunicationi subiaceat, et in quocunque loco auditus fuerit, mittantur illuc litere, quibus denuntietur illum excommunicatum esse et quod cum eo nulli communicare liceat. Non debet truncatio manuum in pueris fieri, qui nondum etatem duodecim annorum impleverint; si qui hanc transgressi sunt, pueri, tantum verberibus castigentur. Non infringit pacem, si quis delinquentem servum vel discipulum vel quolibet modo sibi

a) impugnetur *cod.* b) abseque *c.* c) iurent *c.*

id est a duodecim annis ad maiorem pervenerunt. Pueri tamen si pugnaverint, verberibus castigentur, et a pugnando deterreantur. Non ledit pacem si quis delinquentem servum suum, vel discipulum vel quolibet modo sibi subditum scopis vel fustibus cedi iusserit. Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si domnus rex publice expeditionem fieri iusserit, propter appetendos regni inimicos, vel concilium sibi habere placuerit propter diiudicandos iusticiae adversarios. Non violatur pax, si interim dux vel alii comites, vel advocati, vel qui vice illorum funguntur placita habuerint, et secundum quod lex habet in fures, et praedones, et alios nocentes iudicia exercuerint. Securitatis gratia omnibus praecipue faicosis huius dominicae pacis statuta traditio est, sed non ut post expletam pacem rapere et praedari per villas et per domos audeant, quia quae in illos antequam ista pax statueretur lex et sententia dictata est legitime tenebitur, ut ab iniquitate prohibeantur, quia praedatores et grassatores ab hac divina et ab omni prorsus pace excipiuntur. Si quis huic piae institutioni contraire nititur, ut nec pacem cum aliis Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum in nostro episcopatu cantare praesumat, et nullam salutis curam impendat, et si infirmatur, nullus eum christianorum visitare audeat, et viatico etiam in fine si non resipiscit careat. Summa vero Deo promissae pacis, et communiter collaudatae ista erit, ut solummodo non nostris temporibus sed in perpetuum apud posteros nostros observetur, quia si quis eam irritare, vel destruere, aut violare praesumpserit, sive hoc tempore seu qui post multos annos circa finem seculi nasciturus erit, a nobis inrecuperabiliter excommunicatus est. Non magis in comitum, aut tribunorum, vel potentum, quam in totius communiter populi potestate et arbitrio constabit, ut vindictas superius dictatas violatoribus sanctae pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendis amiciciam, vel odium, vel aliud quod iusticiae contrarium sit exerceant, ne si abscondi possunt delicta aliquorum abscondant, sed potius in publicum deferant. Nullus pro redimendis qui in culpa deprehensi fuerint pecuniam accipiat, nec favore quopiam culpabiles adiuvare contendat, quia qui fecerit, intolerabile animae suae iudicium incurrit, ac per omnes fideles meminisse oportet, non homini sed solo Deo hanc pacem promissam

subiectum scopis vel fustibus cedi iusserit. Excipitur etiam ab hac pacis constitutione, si dominus imperator publice expeditionem fieri iusserit propter appetendos regni inimicos, vel concilium sibi habere placuerit, propter diiudicandos iusticie adversarios. Non violatur pax, si interim dux aut alii comites vel advocati vel qui vicem illorum funguntur placita habuerint, et secundum quod lex habet in fures et predones et alios nocentes iudicia exercuerint. Securitatis gratia omnibus precipue faicosis huius dominice pacis statuta est tradicio, sed non ut post expletam pacem rapere et predari per villas et per domos audeant, quia que in illos antequam ista pax statueretur lex et sententia dictata est diligentissime tenebitur, ut ab iniquitate proibeantur, quia predatores et grassatores ab hac divina pace et ab omni prorsus excipiuntur. Si quis huic pie constitutioni contraire nititur, ut nec pacem Deo promittere nec etiam observare voluerit, missam illi nullus presbiterorum cantare presumat, et nullam salutis curam inpendat; si infirmetur nullus christianorum eum visitare presumat, et viatico etiam in fine nisi resipiscat careat. Si quis autem illam sive in presenti tempore sive in perpetuum apud posteros nostros violare presumpserit, a nobis inrecuperabiliter excommunicatus est. Non magis in comitum vel tribunorum sive quorumlibet potentum quam in totius populi communiter potestate constare sanximus, ut vindictas supra memoratas, violatoribus sancte pacis inferant; et hoc diligentissime caveant, ne in puniendo amiciciam vel odium, vel aliud quod iustitiae contrarium sit exerceant, ne delicta aliquorum abscondant sed potius in publicum proferant. Nullus pro redimendis qui in culpa deprehensi fuerant pecuniam accipiat. Mercatores in itinere quo negotiantur, rustici dum rusticali operi, arando, fodiendo, metendo, et aliis huiusmodi operam dant, omni die pacem habeant. Mulieres autem et omnes sacris ordinibus adtitulati perpetua pace fruantur; in ecclesiis vero et ecclesiarum cimiteriis honor et reverentia Deo prebeatur, ut si illuc confugerit raptor vel fur, minime capiatur, sed tamdiu ibi obsideatur, donec fame cogente ad deditionem cogatur. Si aliquis defensionem reo, arma, victum, vel fugam moliri presumpserit, equali penae sicut reus subiacebit. Banno etiam nostro interdicimus, ne aliquis sacri ordinis huius sanctae pacis transgressor convictus, laicali vindicta puniatur, sed epis-

1085. vere.

1085. vere.

fuisse, et tanto tenacius firmiusque observandam esse. Quocirca universos obsecramus in Christo, ut ista pacis necessaria taxatio inviolabiliter custodiatur, ut si quis eam deinceps violare praesumpserit, omnino a sanctae aecclesiae filiis sequestretur, et banno excommunicationis inrecuperabilis, et anathemate mansurae perditionis dampnetur. In aecclesiis vero et aecclesiarum cimiteriis honor et reverentia Deo praebeatur, ut si illuc confugerit raptor, vel fur, minime interficiatur, vel capiatur, sed tam diu inibi obsideatur, donec fame urguente ad deditionem cogatur. Si aliqua persona reo arma, victum, vel fugam moliri praesumpserit, aequalem poenam sicut reus sustinebit. Clericos vero et omnes sub hoc ordine vitam degentes, banno nostro interdicimus laicali vindicta puniri, sed manifesto crimine deprehensi, episcopo ipsorum praesententur. Unde laici decollentur; inde clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur; et cum consensu laicorum crebris ieiuniis et verberibus usque ad satisfactionem affligantur.

copo presentetur. Unde laici decollentur, inde clerici degradentur; unde laici detruncentur, inde clerici ab officiis suspendantur; et consensu laicorum crebris ieiuniis et verberibus usque ad satisfactionem affligantur. Amen.

IURAMENTUM PACIS DEI.

Ab adventu Domini usque ad proximam diem lunae post aepyphaniam, item a septuagesima usque ad octavam pentecostes, item in omnibus vigiliis et ferialibus festis, et tribus diebus in omni septimana, scilicet a vespera quintae feriae usque ad diluculum secundae feriae, pax sit ubique, ita ut nemo ledat inimicum suum. Qui occiderit, capitalem subeat sententiam. Qui vulneraverit, manum perdat. Qui pugno percusserit, si nobilis est, libra componat. Si liber aut ministerialis, decem solidis, si servus, cute et capillis. Omnis domus, omnis area, pacem infra septa sua habeat firmam. Nullus invadat, nullus effringat, nullus infra positos temere inquirere aut violenter opprimere praesumat. Qui praesumpserit, cuiuscumque sit conditionis, capite plectatur. Si fugiens aliquis inimicum, vel suum vel cuiuslibet septum intraverit, securus inibi sit. Qui vel hastam vel quidlibet armorum ultra sepem post eum immiserit, manum perdat. Cuicumque vero violatio huius pacis imposita fuerit et ipse negaverit, si ingenuus est aut liber, duodecim probatis se expurget. Si servus, tam lito quam ministerialis, iudicio aquae frigidae, ita scilicet ut ipsemet in aquam mittatur. Si furtum acciderit, aut rapina, aut bellum patriae ingruerit, et clamor more patriae exortus fuerit, armati

† IURAMENTUM PACIS DEI.

Ab adventu Domini usque ad proximum diem lunae post epiphaniam, item a septuagesima usque ad octavam pentecostes, ut in omnibus vigiliis et ferialibus festis et tribus diebus in omni septimana, scilicet a vespera quintae feriae usque ad diluculum secundae feriae, pax sit ubique, ita ut nemo ledat inimicum suum. Qui occiderit, capitalem subeat sentenciam. Qui vulneraverit, manum perdat. Qui pugno percusserit, si nobilis est, libra componat. Si liber, aut ministerialis, decem solidis. Si servus, cute et capillis. Omnis domus, omnis area, pacem infra septa sua habeat firmam. Nullus invadat, nullus effringat, nullus infra positos temere inquirere, aut violenter opprimere praesumat. Qui praesumpserit, cuiuscumque sit condicionis, capite plectatur. Si fugiens aliquis inimicum, vel suum vel cuiuslibet septum intraverit, securus inibi sit. Qui vel hastam vel quidlibet armorum ultra sepem post eum inmiserit, manum perdat. Cuicumque vero violacio huius pacis inposita fuerit et ipse negaverit, si ingenuus est sive liber est, duodecim probatis se expurget, si servus, tam leto quam ministerialis, iudicio aquae frigidae, ita scilicet ut ipse mox in aquam mittatur. Si furtum acciderit aut rapina aut bellum patriae ingruerit, et clamor more patriae exortus fue-

1085. vere.

omnes insequantur, et in eundo et redeundo pacem unusquisque habeat. Qui vero absque inevitabili necessitate se subtraxerit, si principum terrae aliquis est, decem 5 libras, si nobilis quinque, si liber aut ministerialis duas, si lito aut servus quinque solidos persolvat, aut cutem et capillos perdat. Qui excommunicatum vel quibuslibet sceleribus dampnatum sciens receperit, et 10 contra leges vel divinas vel humanas defenderit, sententiam dampnati defensor subeat. Viatori hospitium nemo deneget. Necessaria si habet, aequo sibi precio vendat, si non habet, a vicinis qui habent eadem conven- 15 tione acquirat. Si hospitium negaverit et necessaria vendere vel acquirere neglexerit, magistrum villae viator appellat, qui convocatis civibus suis rogata negantem ad praesens decapillatum excoriet. Viator si im- 20 portunus extiterit, et violentiam in hospitio exercuerit, vicinos suos hospes convocet, iniuriam denunciet, quorum consilio satisfactionem exigat et recipiat. Quibus si viator non acquieverit, ut raptor dampnetur. 25 Viator si necesse habuerit, duos in agro manipulos, aut si multum tres, equis suis tollat, quos in eodem agro, aut in proxima villa depascat. Pascua pratorum, et poma, nullus prohibeat. Fugitivum servum nullus 30 prohibeat. Qui defenderit, poenam fugitivi subeat. Qui convicia in alium dixerit, si miles baculis multetur, si rusticus scopis excorietur.

Hic finis iuramenti. Quae vero sequun- 35 tur, ore omnium laudata, et in manus episcoporum promissa, et banno roborata sunt. In omni pacis tempore praedicto, nullus arma ferat, nisi illa quam prescripsimus necessitas exigat.

rit, armati omnes insequantur, et in eundo et redeundo unusquisque pacem habeat. Qui vero absque inevitabili necessitate se subtraxerit, si principum terrae aliquis est decem libras, si nobilis quinque, si liber aut ministerialis duas, si servus aut lito quinque solidos persolvat, aut cutem et capillos perdat. Qui excommunicatum vel quibuslibet sceleribus dampnatum sciens receperit et contra leges vel divinas vel humanas deffenderit[*], sentenciam damnati defensor subeat. Viatori nemo hospicium deneget, necessaria si habet, aequo sibi praecio vendat, si non habet, a vicinis qui habent eadem convencione aquirat. Si hospicium negaverit et necessaria vendere vel aquirere neglexerit, magistrum villae viator appellet, qui convocatis civibus[a] suis quesita negantem ad praesens decapillatum excoriet. Viator vero si importunus exstiterit et violenciam in hospitio exercuerit, vicinos suos hospes convocet, iniuriam denunciet, quorum consilio satisfactionem exigat et recipiat. Quibus si viator non aquieverit, ut raptor dampnetur. Fugitivum servum nullus defendat. Qui defenderit, penam fugitivi subeat. Viator si necesse habuerit, duos in agro manipulos, aut si[b] multum tres, equis suis tollat, quos in eodem agro aut in proxima villa depascat. Pascua pratorum nullus prohibeat. Qui convicia in alium dixerit, si miles baculis multetur, si rusticus scopis verberetur.

Hic finis iuramenti. Quae vero sequuntur, ore[*] omnium laudata[c], per manus episcoporum promissa, et banno roborata[d] sunt. In[e] omni pacis tempore praedicto nullus arma ferat, nisi illa quam praesens rerum necessitas[f] exigat.

40 *) deffenderet *corr.* deffenderit *codex.* a) uicibus *codex; at copia sec. XIII.* ciuibus. b) *vox obscura.* *) *deest in c.* c) *hic finis copiae saeculi XIII.* d) robrata *cod.* e) *vox obscurior.* f) *ita legi videtur; at legendum ut in iuramento anni* 1081.

CURIA MOGUNTINA.

1100. Dec. 25.

Litteras ad eam invitatorias B. Pez in Codice Dipl. II. p. **47** *ex codice Tegernseensi vulgavit, sed Heinrico VI. et anno* **1191** *perperam adscripsit, quum nonnisi ad Heinricum IV. et annum* **1100,** 45 *quo ad finem vergente Clemens III papa defunctus est, pertinere posse videantur. Imperatorem eo anno natalem Domini Moguntiae celebrasse, ex Dodechino discimus.*

1100. Heinricus Dei gratia imperator augustus, Tegrinsensi abbati gratiam et omne bonum.

Comperto nuper apud nos domini apostolici C. obitu, principes qui nobiscum erant, consuluerunt, ut universis principibus curiam generalem in natali Domini apud Moguntiam indiceremus, quatenus eorum communi consilio Romana sedes ordinetur, et reformandae unitatis ecclesiasticae, quae longo iam tempore miserabiliter scissa est, ratio capiatur. Qua de re monendo, rogando et praecipiendo debitam a te nobis fidem diligentissime convenimus, ut, sicut Deum et pacem, christianam dilectionem quoque et gratiam nostram curas, ad praedictam curiam venire nulla dissimules occasione, nulla praetermittas occupatione. Pro certo noveris, quod hunc laborem nulli principum remittemus, nullius in hoc negligentiam aequo animo sufferemus.

1103. Ian. 6.

CURIA MOGUNTINA A. 1103.

Annales Augustani in cod. bibl. regiae Monacensis, Heinricum anno **1103** *Mogontiae commorantem, in epiphania regnum per quadriennium cum iuramento pacificari constituisse, cunctisque gratia sua carentibus commissa dimisisse tradunt. Constitutionis eius textum iam deperditum ope documentorum mox subsequentium supplere conamur, quae in codice bibl. regiae Monacensis, olim Augustano, Isidorum de ortu et obitu patrum veteris et novi testamenti continente s. IX., manu s. XII ineuntis, marginibus adscripta invenimus. Exhibent notitias tum de pace in universo regno statuta, tum de pace inter principes nonnullos Sueviae et Franconiae inita. Appendicis loco subiicimus pacem in episcopatu Constantiensi a Gebehardo episcopo constitutam.*

CONSTITUTIO PACIS GENERALIS.

Anno ab incarnatione Domini 1103 Heinricus imperator Mogontiae pacem sua manu firmavit et instituit, et archiepiscopi et episcopi propriis manibus firmaverunt. Filius regis iuravit et primates totius regni, duces, marchiones, comites et alii quam multi. Dux Welfo et dux Pertolfus et dux Fridericus iuraverunt eandem pacem usque ad pentecosten et inde per quatuor annos. Iuraverunt, dico, pacem aecclesiis, clericis, monachis, laicis, mercatoribus, mulieribus ne vi rapiantur, Iudeis.

Iuramentum tale est:

Nullus alicuius domum hostiliter invadat, nec incendio devastet, nullus aliquem capiat propter pecuniam, nec vulneret, nec percutiat, nec interficiat. Et si quis hoc fecerit, oculos vel manum amittat. Si quis eum defenderit, eandem poenam patiatur. Si in castrum fugerit, per tres dies obsessum a coniuratoribus disperdatur. Si quis effugerit hoc iudicium, beneficium si habet, dominus suus sibi auferat, patrimonium cognati sui illi auferant. Si quis furtum fecerit valens quinque solidos vel plus, oculos vel manum amittat. Si furtum commiserit valens minus quinque solidos, capillos amittat et virgis cedatur et furtum reddat; et si ter tale furtum fecerit, vel rapinam tercia vice, oculos vel manum amittat. Si in via occurrerit tibi inimicus tuus, si possis illi nocere, noceas; si fugerit in domum vel in curtem alicuius, illesus maneat.

Hoc iuramento utuntur amici regis pro scuto, inimicis vero nequaquam prodest.

CONSTITUTIO PACIS PROVINCIALIS.

1103.

Talis pax iurata est a duce Friderico et a multis comitibus, episcopo Augustensi et Eistetensi episcopo et utriusque prioribus consencientibus. Clerici et ecclesiae et cimiteria et dotes aecclesiarum pacem habeant, similiter omnes homines pacem habeant in 5 domibus, et in quolibet aedificio, et in curiis etiam infra legitimas areas domuum quas hovestete vulgo vocamus, sive sint septae seu nulla sepe sint circumdatae. Mulieres nullius violentiam paciantur. Mercatores et agricolae pacem habeant; nullus omnino pro sola causa pecuniae capiatur. Si quis praedictam pacem infregerit, manum perdere debet. Si quis inculpatus fuerit pro furto vel pro aliqua culpa istius corruptae pacis, 10 ille in quo pax corrupta est vadat ad parrochiam accusati, et dicat populo: *Ille N. in hac re corrupit pacem ...*[a] *me.* Et det sibi inducias per quatuordecim dies. Si non habuerit iusticiam infra quatuordecim dies, secundo inducietur sibi per quatuordecim dies, et tercio det sibi inducias per quatuordecim dies; et si inculpatus ad satisfactionem non venerit, reus sit corruptae pacis. Haec pax hinc usque pascha et a proximo pascha 15 usque ad sequens pascha permanere debet.

Si quis minus quam sexaginta denarii valeant furetur, depiletur et virgis excorietur, et in utraque maxilla ferro usque ad dentes uratur. Si quis sexaginta denarios vel plus quam sexaginta denarii valeant furetur, manus ei abcidatur. Hanc pacem unusquisque ante proximum festum sanctae Mariae debet iurare, vel cum iuramento septem veracium 20 suae condicionis virorum debet se expurgare, quod ipse non audierit ab aliquo hanc pacem esse iuratam; qui hoc non fecerit manum perdat. Si quis corruperit istam pacem, et aufugerit et latere voluerit donec ista pax transierit, si quandoque reversus fuerit, eandem penam paciatur, quam modo pati deberet. Si quis noluerit iurare dicens: *nulli noceo, nec quisquam nocet mihi!* et qui sciens corruptorem pacis paverit vel receperit 25 vel tutatus fuerit, vel pro pecunia vel aliquo modo aufugere eum permiserit, eandem penam quam violator pacis subire debet. Si quis corruptor pacis aufugerit, dux vel comes vel advocatus, vel quilibet rector sub cuius regimine prius fuerat, praedia violatoris pacis auferat et obtineat tam diu, quam diu corruptor pacis vivat, et post corruptoris pacis mortem hereditatem heredes eius assequantur. Dominus autem a quo beneficia 30 violator pacis obtinuit, beneficia auferat. Si corruptor pacis se in aliqua municione absconderit, ille in quo pax fuit corrupta, faciat apud populum proclamationem, et persequatur reum per unum diem et per noctem, et cum populo municionem obsideat per tres dies et per tres noctes; et si municio expugnari non potest infra tres dies, dux vel comes cum maioribus ad destruendum castellum advocetur. Si quis cum laqueis vel 35 cum pedica, quam vulgo drûch dicimus, silvestria animalia, scilicet cervos, hinulos, capreas, capreolos[b], lepores et cetera ceperit, dominus suus omnia quae habet ei auferat, possessor vero terrae in qua fera capta fuerit, manum eidem vel dimidiam libram denariorum pro manu auferat. Excipiuntur advocatio . . . .

CONSTITUTIO PACIS IN DIOCESI CONSTANTIENSI.

40 Domnus Constantiensis episcopus in magno conventu abbatum, clericorum, laicorum, in praesentia apostolici legati, qui etiam illo in tempore ut creditur Dei providentia supervenerat, haec subsequentia omnibus astipulantibus et collaudantibus statuit. Convenit enim, ut pacem usque in pentecosten faceret, ut quisquis huic paci concordaret et firmam custodiret, hac gratia donaretur: In quocunque monasterio sui episcopatus clericorum, 45 monachorum, in conventu cantabuntur septem missae, duodecim pauperes ter pascentur, preterea singuli presbyteri singulas missas, ceteri litterati singuli quinquaginta psalmos, conversi quinquaginta paternoster. Defunctis vero fiet quicquid illis, qui communionem fraternitatis eorum acceperunt. Insuper universi sacerdotes totius episcopatus singuli tres missas cantabunt. Illis vero qui interim obierint, singuli singulas missas, pascentque sin- 50 guli singulos pauperes. Preterea poenitentibus septem annorum duo anni ab episcopo condonabuntur. Haec de publica pace statuta sunt 12 Kalend. Novembris; quam qui servaverit hanc gratiam habebit. Ab hac vero die quicunque deliquerit in ecclesiis eorum-

a) in? b) *cod.* reolos.

1103. Ian. 6.

que appendiciis, in sacerdotibus sive in quibusque ordinatis personis, in monachis et conversis, vel in quibuscunque ad iudicium episcopi pertinentibus, de communi consensu decretum est, ut vivus et defunctus nisi resipuerit communione careat. Presbyter, qui talibus sciens communicaverit, ab officio suo interdictum se sciat, nullamque communionem inter ceteros fratres usque ad dignam satisfactionem habeat. 5

1104. Ian. Febr. Mart.

CONVENTUS RATISPONENSIS.

Statutum de advocatis ecclesiarum in conventu Ratisponensi primis anni **1104** *mensibus editum, atque in codice bibliothecae regiae Monacensis olim Augustano iam vero inter codices latinos Nro.* **2.** *adservato, fol.* **89'**. *manu saeculi XII. exaratum anno* **1833** *inveni.* 10 *Praecedunt ibi haec verba:* **Ex concilio Affricano. Visum est universis, ab imperatoribus postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur aecclesia, ut defensores eis adversus pontentias divitum cum episcoporum provisione deligerentur.** *Primae constitutionis lineae in codice Altahensi a.* **1260** *ab Hermanno abbate con-* 15 *scripto servantur, atque vulgatae sunt in Monumentis Boicis T. XI. p.* **26.** *Nro. X.; alteram editionem ex libro Frisingensi dedit Meichelbeck hist. Frising. T. I. P. II. n.* **1272.**

EX CONCILIO RATISPONENSI CUI INTERFUIT HEINRICUS III. IMPERATOR CUM MULTIS OPTIMATIBUS. 20

Statutum est, ut ad placitum cuiuslibet advocati [a] pertinentes semel in anno quando praeceptum fuerit, omnes certis in locis conveniant, ibique [b] in servitium suum plus non exigant nisi duos modios tritici, et duos porcos, tres cados vini et [c] medonis, decem cados cervisiae, et quinque modios avenae [d]. Ut autem ea quae ad usus fratrum pertinent minus distrahantur, haec subscripta in usus advocatorum sunt deputata: videlicet tertia 25 pars bannorum, et satisfactio temeritatum, ita tamen, ut si qua dispendia res fratrum patiuntur, primo eis sua restituantur. Werigelda fratrum sunt [e], et mancipium pro mancipio. Preterea si praelati aecclesiae aliqua necessitate cogente damnum sibi vel rebus suis [f] illatum salvo ordine suo recuperare non valuerint, ipsos advocatos in competentem locum advocent; ubi causas querimoniae diligenter discutiant, nichilque ibi 30 ab eis vel ab eorum colonis quasi sub iusticia exigant, sed cum caritate hoc quod eis impensum fuerit accipiant.

Haec autem acta sunt in civitate Ratisbona, anno dominicae incarnationis 1104, indict. 12. praesidente papa Paschali II°. praesente [g] autem Heinrico imperatore III°. multis hoc tam aecclesiae quam regni principibus conlaudantibus et confirmantibus, quo- 35 rum nomina [h] scripta sunt in maiori privilegio.

a) a. magnarum ecclesiarum p. *Altah.* b) i. aduocati p. *Altah.* c) uel *Altah.* d) a. in pabulum triginta equorum *reliqua desunt in Altah.* e) sicut *Meich.* f) sibi *cod.* g) regnante *M.* h) n. in libro traditionum continentur *M.*

HEINRICI V. IMP. CONSTITUTIONES.

EXPEDITIO IN PATREM.

1106.

Encyclicarum de hoste facienda fragmentum servavit Vita Heinrici IV. apud Urstisium, cuius textum ope codicis regii Monacensis sec. 5 XII. recognitum sistimus. Legatio ab obsidione Coloniae ad imperatorem directa ex annalibus Babenbergensibus ope codicum Lipsiensis et Erlangensis emendata prodit.

..Si per invasionem regnum occupassem, tamen resistentes potestati nostrae retunderem, in quantum possem. Nunc autem cum in sumpta regni dignitate vestris paruerim 10 praeceptis, ausus est quisquam impune in publicam contumeliam regnum et nos armis vexare. Cum enim Leodium ituri, ubi nobis curia paschalis habenda fuerat, ad fluvium Mosam venissemus, episcopus Leodicensis et dux Heinricus, de quorum fide et obsequii devotione multum praesumebamus, nobis latenter insidias posuerant, et nostros inscios et ad pugnam imparatos caedebant, capiebant, fugabant. Quae et quanta clades ibi accide- 15 rit, tam pudet referre, quam inultum dimittere. Igitur constrictus et eventus asperitate et temporis articulo, Coloniam diverti. Quae cum me recipere satis superbe refutaret, apud villam Bunnam sanctum diem paschae utcunque peregi. Cui unquam regiae personae tanta contumelia facta est? Nec solum me petit haec contumelia, vos despecti estis: isti praesumptores decreta vestra auctoritatem habere nolunt, sua tantum statuta 20 firma esse volunt: denique in quos totum regni pondus se reclinet, haberi cupiunt, regem quem constituistis, destituere parant, ut nihil eorum quae vos decernitis, ratum sit. Igitur haec iniuria mea regni potius est, quam mea. Nam unius capitis licet summi deiectio, reparabile regni dampnum est. Principum autem conculcatio, ruina regni est. An haec impune feremus? et ex ignobili pacientia nostra magis tumebit eorum super- 25 bia? Absit, ut qui dicimur inhonorati, dicamur et inulti. Pauca dixisse sat est; desides animi prolixae cohortationis stimulo opus habent. Causa magis ad incitamentum, sint quam verba. Quia igitur contra tam superbos hostes rei publicae viribus utendum est, expeditionem vobis et rogando praecipimus et praecipiendo rogamus, cuius collectioni et tempus Kalendas Iulias et locum Wirziburgensem urbem praefinimus.

Apr. Mai. Moguntiae.

30

LEGATIO.

Iul. ante Coloniam.

Post inveteratam, id est per annos circiter 40, discissionem imperii Romani, quae tam divinas quam humanas iam pene leges abolevit, et exceptis mortibus omnimodis, sacrilegiis, periuriis, rapinis, et incendiis, ipsum regnum nostrum non tantum in solitu- 35 dinem sed etiam ad apostasiam catholicae fidei sive in ipsum paganismum propemodum redegit, respiciente tandem suam ecclesiam divina clementia, nos eiusdem Christi sponsae filii per Spiritum sanctum in unitatem fidei equanimes resipuimus, ipsumque incorrigibile scismatum illorum caput, Heinricum scilicet dictum imperatorem nostrum, zelo Dei et apostolicae fidei obedientia abdicavimus, catholicum nobis licet ipsius de semine 40 natum regem elegimus. Cuius regni principium sui finem esse conspiciens, etiam ipse tamquam voluntarius, sed ut iam eius fatentur litterae nimis invitus, collaudavit; regalia

1106. Iul. reddidit, filii curam cum regno nostrae fidei lacrimando commisit; de reliquo nullam se regni pompam, sed animae potius suae medelam ulterius affectaturum spopondit. At nunc, ecce pristinis se reddens tergiversationibus, preiudicium se passum per orbem terrarum conqueritur; Gallorum, Anglorum, Danorum ceterarumque finitimarum gentium gladios cordibus nostris infigere meditatur; super illatis etiam iniuriis recuperari 5 sibi iusticiam precatur; consiliis se quoque nostris amodo promptius obedire pollicetur; re autem vera solitis argumentis castra haec Domini dispergere, Christi exercitum exarmare conatur; et ut in propatulo est, vineam Domini, quae iam sero florescere cepit, tam per se, singularem utique ferum, denuo depascere, quam per vulpes, illos nimirum qui sibi adherent pestilentes homines, demoliri. ac per sacrilegia sacerdotum Belial ana- 10 themati reciduo reddere, immo quod dictu nefas est, Christum iam iterum in ecclesia sua resurgentem in omnium cordibus crucifigere meditatur. Qua propter placet tam regi quam universis regni principibus immo cuncto exercitui orthodoxo, quo senior idem, ne ulla sibi pateat adversum nos iusta querela, quacumque elegerit securitate, quacumque maluerit statione, coram presenti senatu simul et populo causam suam agat, 15 iusticiam suscipiat, iusticiam et reddat; quatinus ab ortu scismatis omnibus seditionum causis, ac si nil inde iam fuerit diffinitum, undique discussis, tam filio quam patri sua iusticia respondeat, ecclesiae vero regnique status, non ut ipse more suo proponit post longas inducias, sed inpresentarium his controversiis diremptis, vacillare desinat.

1107.

EXPEDITIO FLANDRICA. 20

Litteras de hoste in Flandriam facienda, Ottoni episcopo Babenbergensi directas, ex Udalrico Babenbergensi proferimus. Goldastus eas et quae iam sequuntur ad tempora Heinrici IV. perperam retulerat.

Oct. Ratisbonae. Heinricus Dei gratia Rom. imp. augustus Babenbergensi episcopo suo fideli charissimo, gratiam et omne bonum. Cum Dei providentia et magnae pietatis eius consilio de 25 nostro regno ubique pacatissimo congauderemus, advenerunt nobis nuntii ex parte G.[1] ducis et B.[2] comitis, aliorumque fidelium nostrorum marchiae Flandrensis, intimantes eos diutius non posse sustinere molestias R.[3] comitis, qui regnum nostrum invasit, et ad ignominiam omnium, qui in eo sunt, sibi nostrum Cameracensem episcopatum usurpavit. Unde, quemadmodum res hortabatur, nostros principes convocatos consuluimus, et ab 30 eis sapienter re notata, constituimus eorum consilio nos facturos expeditionem in Flandriam supra tam praesumptuosum hostem, qui noster miles debet esse, ne diutius de indiminutione et dedecore regni nostri impune superbiat. Hoc siquidem tam manifestum et tam commune regni nostri dedecus tibi fieri, si tuum honorem diligis, pensare debes cordetenus. Ut igitur fideliter hoc facias et prudenter, rogamus te sub spe remune- 35 rationis tibi gratissimae, et per fidelitatem quam nobis et regno debes monemus, ut omni occasione destructa, sicut honor est regni atque tuus, ad expeditionem venias, sciens, quod in proximo festo sanctorum omnium Thungris iuxta Leodium conveniemus, parati super Flandriam equitare. Nec mireris, mutatum esse adventum nostrum Ratisbonam, sicut intellexeras, quando nobiscum eras, quia huius rei necessitas inter- 40 venit, et utiliter ad decus regni firmiter est laudata ab omnibus nostris expeditio nostra super hostes in Flandriam.

1) Godefridi. 2) Balduini. 3) Roberti.

CONVENTUS SPIRENSIS.

1110. Aug. 19.

Litteras de conventu propter expeditionem Italicam Spirae habendo, ex Udalrico Babenbergensi N. **255** *proponimus.*

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus O. Babenbergensium dilecto episcopo
5 gratiam habunde et omne bonum. Roma nostri nuntii rediere et Dei gratia ex parte maxima nobis laeta et prospera retulere. Mandant etiam nobis nostri fideles, quod tempus habemus acceptabile, ut Romanae sedi et rei publicae consulamus. Quapropter necessario nostros principes convocamus, ut inde, sicuti iustum est, eorum consilium et auxilium habeamus. Ad quod plurimum indigemus tuae fidei praesentia, et tui consilii
10 prudentia, quoniam et te cordetenus diligimus, et tibi de omni honore nostro prout nobismetipsis indubitanter confidimus. Confidenter igitur, et intime tuam rogamus dilectionem, ut die Veneris post proximum festum sanctae Mariae venias ad nos Spiram, et ibi super his tui et aliorum nostrorum principum consilio ad Dei honorem et regni et christianae pacis statum tractabimus. Et hilariter facias hoc, sciens, quod te cito di-
15 mittemus, et modo libenter tibi parceremus, nisi tam alti negotii nos urgeret instantia. Praeterea mandamus tibi, ut mittas pro comite N. quem tibi commisimus, et ibi eum nobis repraesentes.

CORONATIO ROMANA.

1111. Febr. | Apr.

Acta eius fere integra proponimus ex codice Vaticano N. **1984.** *mbr.*
20 *in fol. sec. XII. ineuntis, fol.* **194. 195,** *cuius uberiorem notitiam Annalibus nostris T. V. p.* **80—86** *inseruimus. Inscribuntur ibi* **INCIPIT Registrum pascali pape II.** *Inspexerant codicem et exscripserant Cencius Camerarius et Baronius; sed hic partem tantum eamque mendis scatentem edendam censuit. Quibus accedunt quae ex Udalrico Baben-*
25 *bergensi, Sigiberto Gemblacensi, Dodechino, ex codicibus Musaei Britannici inter Cottonianos Faustina B. VI. sec. XII. quo Wilhelmus Malmesburiensis usus est, Babenbergensi saec. XII., Vindobonensi inter libros Iuris canonici N.* **105.** *sec. XIII. atque ex Cencii libro censuum haurire potuimus, ita ut clara iam actorum, quae in coro-*
30 *natione Romana occurrere solebant, imago inde redire videatur.*

Epistola regis ad Romanos [a].

Heinricus Dei gratia Romanorum rex, consulibus, senatui et populo Romano, maioribus et minoribus, gratiam suam cum bona voluntate. Divina disponente gratia, postquam regnum patrum nostrorum intravimus, Urbem caput et sedem nostri imperii pio affectu

35 a) *ex Udalrico Babenbergensi p. 266 et collectione Tegnagelii p. 347.*

MCXI. visere optavimus, et eam more magnorum praedecessorum exaltare, honorare et ditare, ut dominus fideles, ut pater filios, ut civis concives, decrevimus. Huius autem propositum desiderii non voluntas, verum diversa diuque disturbata retardavere regni negotia. Quibus tandem Dei nobis favente clementia sedatis, compositis, subiectis, expediti in Italiam venimus, illamque prae ceteris terris discordem et divisam pro tempore ad 5 iustitiam et concordiam coegimus. Ad vos ergo properantes et iam diu desideratum incoeptum ad effectum perducere conantes, ut legati nostri iussu vestro laudaverunt, nosque invitati sumus, ecclesiae et ab ecclesia vobis et a vobis pro facienda et recipienda iustitia pacifice venimus. Volumus, quatenus idoneos nuntios vestrae utilitatis providos et nostri honoris devotos nobis obviam mittatis, quorum consilio et nostrorum unito, 10 ad vos vobis commodi et nobis [a] aptius [b] veniamus.

Conventiones praeviae, Romae et Sutrii initae.

Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo undecimo, mense Februario die nona, indicione quarta, tempore domni Paschali secundi papae anno eius 12. *Henricus Teutonicorum rex cum magno exercitu in Tusciam venit, et missis Romam in porticum sancti Petri nuntiis cum Petro Leonis et aliis domni Paschali papae nuntiis, et* 15 *consilio habito, domnus apostolicus misit ad eum suos legatos Sutrium, ut finem inponerent discordie et liti que a tempore beate memorie septimi pape Gregorii, inter regem et pontifices Romanos de investituris exorta fuerant. Finis autem qualis fuerit, in consequentibus enarrabitur. Hoc pactum inter eos deliberatum est.* 20

Romae Febr.

Heinrici regis promissionis formula.

Rex scripto refutabit [c] omnem investituram omnium ecclesiarum in manu domni pape, in conspectu cleri [d] et populi, in die coronationis sue. Et postquam domnus papa fecerit de regalibus sicut in alia carta scriptum est, sacramento firmabit, quod numquam se de investituris ulterius intromitteret, et dimittet ecclesias liberas cum oblationibus et 25 possessionibus quae ad regnum manifeste non pertinebant, et absolvere populos a iuramentis que contra episcopos facta sunt. Patrimonia et possessiones beati Petri restituet et concedet, sicut a Karolo, Lodoico, Heinrico, et aliis inperatoribus factum est, et tenere adiuvabit secundum suum posse. Non erit in facto, aut consilio, ut dominus papa perdat papatum Romanum, vel vita, vel membra, vel capiatur mala captione, aut per se 30 aut per summissam personam, nec ipse nec fideles ipsius qui pro ipso securitatem ei fecerint, id est Petrus Leonis cum filiis suis quorum bona dampnum studiose non patiantur, vel alii quos regi significaverit; et si quis ei vel eis fecerit, rex eos fideliter adiuvabit. Pro huius securitatis observatione mediatores dabit rex domno papae principes quos petierit; id est Fridericum filium sororis suae, marchionem Engilbertum, mar- 35 chionem Thiebaldum, comitem Hermannum, Fridericum palatinum comitem de Saxonia, Berlingarium de Bavaria, Godefridum comitem, Fridericum Saxonem, Albertum cancellarium, Cononem fratrem Beringarii, Sigebot de Bavaria, Henricum ducem Carinthie, Bertoldum filium ducis Bertoldi. Qui iurabunt domno pape securitatem de vita, de membris, de papatu, de captione; et si rex hec omnia suprascripta non observaverit, ipsi 40 cum honoribus suis ad domnum papam et ad Romanam ecclesiam se tenebunt. Obsides pro securitate domni pape dabit rex proxima quinta feria, et secure mittet ad insulam in potestate domni papae, Fridericum ducem nepotem suum, Spirensem episcopum Brunonem, Chonradum nepotem comitis Herimmanni, et filium; Heinricum fratrem comitis Friderici. Obsides si receperit, reddet in die coronationis sue transito ponte; et si forte 45 coronatus non fuerit, aut non transierit, similiter reddet aput castellum sancti Angeli. Legatos autem quos domnus papa ad eum miserit, in eundo et redeundo securos faciet tam a se quam a suis. Et si eis nescienter iniuria inlata fuerit, ad emendandum fideliter adiuvabit.

a) nos *Udalr.* b) apertius *Tegnag.* c) refutauit *cod.* d) clerici *c.* 50

Procerum regni iuramentum [a].

IIII. Romae Febr.

Ego [b] Albertus cancellarius. Ego comes Erimmannus. Ego comes Fridericus. Ego comes Godefridus. Ego Folcmarus [c]. Iuro vobis, quia domnus rex ita iurabit proxima quinta feria, et principes iurare faciet et obsides dabit, sicut in conventionis carta 5 scriptum est; et sic observabit domno pape, sine fraude, et malo ingenio, si domnus papa proximo die dominico sic adinpleverit regi, sicut in alia conventionis cartula scriptum est. Sic me Deus adiuvet.

Cartula alia sic se habet.

Paschalis papae promissio [d].

Romae Febr. 5.

10 Si rex adinpleverit domno papae, sicut in alia conventionis cartula scriptum est, domnus [e] papa precipiet episcopis presentibus in die coronationis eius, ut dimittant regalia regi, et regno quae ad regnum pertinebant tempore Karoli, Lodoici, Heinrici et aliorum praedecessorum eius, et scripta firmabit cum anathemate auctoritate sua et iustitia, ne quis eorum vel praesentium vel absentium vel successores eorum intromittant se vel 15 invadant eadem regalia, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias regni, iura centurionum, et curtes quae manifeste regni erant, cum pertinentiis suis, militia et castra regni. Nec ipse regem et regnum super is ulterius inquietabit, et privilegio sub anathemate confirmabit, ne posteri sui inquietare praesumant. Regem benigne et onorifice suscipiet, et more praedecessorum ipsius catholicorum 20 scienter et non subtracto coronabit, et ad tenendum regnum officii sui auxilio adiuvabit. Si dominus papa hec regi non adinpleverit, ego Petrus Leonis cum tota potentia mea tenebo me ad domnum regem; obsides autem, nisi effugerint, reddemus altero die post coronationem regis. Si per papam remanserit, ut non coronetur, similiter reddemus. Die dominico cum dominus rex ad processionem receptus fuerit, obsides dabo aut per 25 me aut per nuntium meum, Gratianum filium meum, et filium Oguitzonis filii mei, vel filium sororis meae si eum abere potuęro, nisi per regem remanserit, pro securitate regis, ut secure transead castellum et pontem.

Petri Leonis iuramentum.

Ego [f] Petrus Leonis iuro vobis, quia domnus papa proximo die dominico adinplebit 30 regi, nisi in rege remanserit, quod in alia conventionis carta scriptum est, si rex observabit domno papae sicut in alia conventionis carta scriptum est. Actum 2. Nonas Februarias in atrio beati Petri in ecclesia beatae Mariae quae dicitur in Turry.

Post haec domnus papa nuntios suos Sutrium misit, coram quibus rex in hec verba iuravit.

Sutrii. Febr. 9.

35 Ego Heinricus rex ab hac hora inantea non ero in facto aut consilio, ut domnus papa Paschalis II. perdat papatum Romanum, vel vita vel membra, vel capiatur mala captione, aut per me aut per summissam personam, nec ipse nec fideles ipsius qui pro ipso securitatem mihi fecerunt vel fecerint, id est Petrus Leonis cum filiis suis, et Walfredus, quorum bona damnum studiose non patiantur, vel alii quos dominus papa mihi 40 significaverit. Et si quis domno pape vel eis fecerit, ego eos fideliter adiuvabo. Legatos quos ad me domnus papa miserit, in eundo et redeundo securos faciam, tam a me quam a meis, et si eis me scienter iniuria inlata fuerit, ad emendandum fideliter adiuvabo. Sic observabo domino papae sine fraude et malo ingenio, si dominus papa proximo die dominico sic adinpleverit mihi, sicut in conventionis carta scriptum est. Sic 45 me Deus.

Post haec et sic principes iuraverunt.

Ego Fretericus dux
Ego Ingelbertus marchio
Ego comes Herimmannus

non ero in facto aut consilio, ut dominus papa Paschalis II. perdat papatum Romanum, vel vita vel membra, vel capiatur

50 a) *cf. Goldastum p.* 255. *et Harzheim p.* 259. b) *cf. Udalr. Babenb. p.* 270. c) folomarus *c.* d) *cf. Goldast. et Hrzh. ll. cc.* e) *cf. Udalr. Babenb. Nro.* 272. *p.* 269. f) *cf. Udalr. Babenb. p.* 270.

1111.

Ego Theobaldus marchio
Ego Fredericus palatinus comes de Saxonia
Ego Beringarius comes de Bavaria
Ego Godefridus comes
Ego Fridericus Saxo
Ego Cuono frater Beringarii
Ego Sygeboto de Bavaria
Ego Heinricus dux de Carinthia
Ego Bertoldus filius ducis Bertoldi
Ego Albertus cancellariis

mala captione. Et si rex iuramentum hoc et ea quae in carta conventionis scripta sunt non observaverit, ego cum honore meo ad dominum papam et ad Romanam ecclesiam me tenebo: sic observabo domino papae sine fraude et malo ingenio, si dominus papa sic adinpleverit domino nostro regi proximo die dominico, sicut in conventionis carta scriptum est. Actum Sutriy in burgo, quinto Idus Februar.

Febr. 11. Febr. 12.

Post haec idem rex Romam accessit tertio Idus, id est 11. *die Februarias, in sabbato videlicet ante quinquagesima. Altero die oviam ei domnus papa misit in montem Gaudii, qui et mons Malus dicitur, signiferos cum bandis, scriniarii, iudices et stratores. Maxima etiam populi multitudo ei cum ramis occurrit. Duo iusta priorum imperatorum consuetudinem iuramenta unum ante ponticellum, alterum ante portam porticus Romanorum populo fecit.*

Romae Febr. 12.

Ego [a] Heinricus futurus imperator, iuro me servaturum Romanis bonas consuetudines, et firmo cartas tertii generis et libelli sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei euangelia.

Ante portam a Iudaeis, in porta a Graecis cantando exsceptus est. Illic omnis Romanae urbis clerus convenerat ex precepto pontificis. Et eum ex equo descendentem usque ad sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt.

Cum vero ad superiora graduum ascendisset, illic dominus papa cum episcopis pluribus, cum cardinalibus presbyteris, et diaconibus, cum subdiaconibus, et ceteris scole cantorum ministris affuit. Ad cuius vestigia cum rex corruisset, post pedum oscula ad oris oscula elevatus est. Ter se invicem complexi, ter se invicem osculati sunt. Mox dexteram pontificis tenens, cum magno populorum gaudio et clamore ad portam pervenit argenteam. Ibi ex libro professionem inperatoriam fecit,

Ego [b] Heinricus rex Romanorum, annuente Deo futurus imperator, promitto spondeo, polliceor atque iuro coram Deo et beato Petro, me de cetero protectorem ac defensorem fore summi pontificis et sanctae Romanae ecclesiae in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis custodiendis, et conservando possessiones honores et iura eius, quantum divino fultus adiutorio fuero, secundum scire et posse meum recta et pura fide. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei euangelia.

et a pontifice imperator designatus est: et iterum a pontifice obsculatus est. Mox super eum orationem primam, sicut in ordine continetur, Lavicanus episcopus dedit.

Post ingressum basilicae, cum in rotam porfireticam pervenisset, positis utrimque sedibus, consederunt. Pontifex refutationem investiturae, et cetera, quae in conventionis carta scripta fuerant, requisivit, paratus et ipse que in alia conventionis carta scripta fuerant adimplere.

Heinrici decretum de bonis ecclesiarum [c].

Ego Heinricus imperator augustus, affirmo Deo et sancto Petro, et omnibus episcopis et abbatibus, et omnibus aecclesiis, omnia quae antecessores mei reges vel imperatores concesserunt vel quoquo modo tradiderunt Deo, ego [d] nullo modo subtrahere volo.

Paschalis II. privilegium primae conventionis [e].

1111. Febr.

P. [f] episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Heinrico eiusque successoribus, in perpetuum. Et divine legis institutione [g] sanccitum est, et sacratis canonibus interdictum, ne sacerdotes curis secularibus occupentur, neve ad comitatum, nisi pro damp-

a) *desumta ex Cencii Ordine.* b) *desumta ex Ordine a Muratorio evulgato. Antqq. T. I. p.* 162. c) *ex Heinrici V. encyclica in Sigeberto Gemblacensi et Udalrico Babenb. p.* 270 *et Gestis Trevirorum.* d) ego peccator pro timore terribilis iudicii ullo modo subtrahere recuso *Udalr. Trev.* e) *quod scilicet in die coronationis ex pactis praecedentibus legendum erat, sed turbis impedientibus effectum haud obtinuit; ex Cod. Vatic. fol.* 193. f) *cf. Udalr. Babenb. p.* 270 *Nro.* 263. g) institutionem *codex Vaticanus.*

IIII. Febr.

natis eruendis, aut pro aliis qui iniuriam patiuntur accedant. Unde et apostolus Paulus[*]: Secularia iudicia, inquid, si abieritis[**], contemptibiles illos qui sunt in ecclesia constituitę[a*] ad iudicandum. In regni autem vestri partibus, episcopi, vel abbates adeo curis secularibus occupantur, ut comitatum assiduae frequentare et militiam exercere cogantur. 5 Que nimirum aut vix aut nullomodo, sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, exibentur. Ministri enim altaris, ministri curie facti sunt; quia civitates, ducatus, marchias, monetas, et cetera ad regni servitium[a] pertinentia acceperunt. Unde etiam mos inolevit ecclesiae intollerabiliter, ut episcopi electi nullomodo consecrationem acciperent, nisi prius per manum regiam investirentur. Qua ex causa et symoniace heresis pravitas, et ambitio 10 nonnunquam tanta prevaluit, ut nulla electione premissa episcopales cathedre invaderentur. Aliquando etiam vivis episcopis investiti sunt. His et aliis plurimis malis, que per investituras plerumque contingerant, predecessores nostri, Gregorius VII. Urbanus II. felicis memorie pontifices excitati, collectis frequenter episcopalibus conciliis, investituras illas manus laice dampnaverunt, et qui per eas obtinuissent ecclesias deponendos, dona- 15 tores quoque communionem privandos percensuerunt; iusta illut apostolicorum canonum capitulum quod ita se abet: Si quis episcopus seculi potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant. Quorum vestigia subsequentes, et nos eorum sententiam episcopali concilio confirmavimus. Tibi itaque fili karissime rex Heinrice, et nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum impe- 20 rator, et regno regalia dimittenda precipimus, que ad regnum manifeste pertinebant, tempore Karoli, Lodoicy, et ceterorum predecessorum tuorum. Interdicimus et sub anathematis districtionem proibemus, ne quis episcoporum seu abbatum, presentium vel futurorum, eadem regalia invadant. Id est, cyvitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias regni, iura centurionum, et curtes que manifeste 25 regni erant, cum pertinentiis suis, militia et castra regni. Nec se deinceps, nisi gratia regis, de ipsis regalibus intromittant. Set nec posteris nostris liceat qui post nos in apostolica sede successerint, te, aut regnum super hoc inquiaetare negotio[b]. Porro, ecclesias cum oblationibus et hereditariis possessionibus, que ad regnum manifeste pertinebant, liberas manere decernimus, sicut in die coronationis tuae in conspectu totius 30 ecclesiae promisisti. Oportet enim episcopos curis secularibus expeditos, curam suorum agere populorum, nec ecclesiis suis abęssę diutius. Ipsi enim iuxsta apostolum Paulum pervigilant, tamquam rationem pro animabus aeorum redditury[c].

Ille cum episcopis suis et principibus secessit in partem iusta secretarium; ibi diutius quod eis placuit, tractaverunt. In quo tractatu interfuerunt Longobardi episcopi 35 *tres, Bernardus Parmensis, Bonus senior Regitanus, Aldo Placentinus. Cum autem longior se hora protraeret, missis nuntiis pontifex, conventionis supradicte tenorem repetiit adinpleri. Tunc episcopi trasalpini ad pontificis vestigia corruerunt, et ad oris oscula surrexerunt. Set post paululum familiares regi dolos suos paulatim aperire coeperunt, dicentes: scriptum illut, quod conditum*[d] *fuerat, non posse firmari auctoritate* 40 *et iustitia. Quibus cum euangelica et apostolica obiceretur auctoritas, quia et* reddenda sunt caesari, quae sunt caesaris, *et:* nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus, cum armorum usus, *secundum beatum Ambrosium, ab episcopali officio alienus sit. Cum hec et alia illis apostolica et canonica capitula obicerentur, illi tamen in dolositate sua et pertinacia permanebant.*

45 *Cum iam dies declinaret in vespera, consultum a fratribus, ut rex eodem die coronaretur, ceterorum tractatus in sequentem ebdomadam differretur. Illi etiam hoc adversati*[e] *sunt. Inter haec tam pontifex, quamque et prefectus et omnes qui cum eo erant, a militibus armatis custodiebantur. Vix tandem ad altare beati Petri pro audiendis missae officiis conscenderunt: vix ad sacramenta divina conficienda panem, vinum, et* 50 *aquam invenire potuerunt. Post missam, ex cathedra descenderę compulsus pontifex, deorsum ante confessionem beati Petri cum fratribus sedit. Ibi usque ad noctis tene-*

*) P. *Vat.* **) habueritis *Udal.* a*) constitutę *Vat.* a) servitia *corr.* servitium b) *sequentia Udalricus omisit.* c) *Codex Vaticanus haec addit:* Postea rex cum omnibuș suisconsiliariis diabolico spiritu plenius his omnibus pactionibus et sacramentis ad nichilum deductis post processionem pridie Idus Februar. anno (undecimo *corr.*) duode- 55 cimo pontificatus eius in ecclesia beati Petri sicut indutus erat ut missam celebraret et eum coronaret, cum episcopis cardinalibus, diaconibus archipresbyteris, presbyteris et omni clero, iudices, ac notarii, nobilibus etiam civitatis et suburbanis, cepit eum ac in custodia abuit per duos menses. d) condiatum *c.* e) aduesati *c.*

1111. Febr. *bras ab armatis militibus custoditus. Inde ad ospitium extra aecclesiae atrium cum fratribus deductus est.*

Capta est cum eo et[a] *diaconorum ac notariorum et laycorum numerosior multitudo. Qui autem evaserunt, alii expoliati, alii gravius verberati sunt. Factus est igitur in Urbe tota repentinus tumultus, dolor et gemitus.* 5

Postera die Romani adversus Teutonicos acrius pugnaverunt, adeo ut eos ex porticu pene propulerunt; ex qua pugna plures ex utraque parte mortui fuerunt, set plures ex parte Teutonicorum. Unde tantus eos terror invasit, ut per totum sequens biduum die hac nocte in armis essent. Porro, cum se Romani die tertio cominus pugnaturos pronuntiassent, illi nocte ipsa tanto metu ex porticu profugerunt, ut non solum sarcinas 10 *set multos etiam socios in ospitiis reliquissent.*

Heinrici[b] encyclica de controversia sua cum papa et Romanis.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus[c], omnibus Christi et ecclesiae fidelibus. Notum esse volumus dilectioni et discretioni vestrae, ea quae inter nos et dominum P. papam erant, quomodo incoepta tractata et pacta[d] sint, scilicet de conven- 15 tione inter me et ipsum, de traditione Romanorum in me et meos, ut audita intelligat et intellecta examinet, examinata diiudicet. Igitur cum in eo essem totus, ut me ad ecclesiae utilitatem et ipsius votum, si iustum esset, componerem, coepit dilatationem et exaltationem regni super omnes antecessores meos promittere studiose[e], subdole tamen, quomodo regnum et ecclesias a statu suo discinderet, tractare. Quod sic facere aggres- 20 sus est. Regno nostro a Karolo trecentis et eo amplius annis et sub 63 apostolicis investituras episcopatuum eorumdem autoritate et privilegiorum firmitate tenenti absque omni audientia volebat auferre; et cum per nuntios nostros ab eo quaereretur, omnibus his sublatis, quid de nobis fieret? in quo regnum nostrum constaret? quoniam omnia fere antecessores nostri ecclesiis concesserunt et tradiderunt, subiunxit: Fratres ecclesiae 25 decimis et oblationibus suis contenti[f] sint; rex vero omnia praedia et regalia, quae a Karolo et Ludowico, Ottone et Heinrico, aliisque suis praedecessoribus ecclesiis collata sunt, sibi et suis successoribus recipiat, et detineat. Ad haec cum nostri responderent: nos quidem nolle ecclesiis violentiam inferre, nec ista subtrahendo tot sacrilegia incurrere; fiducialiter promisit et sui sacramento promiserunt, dominica Esto mihi se 30 omnia haec cum iusticia et autoritate ecclesiis auferre, nobisque et regno cum iusticia et autoritate sub anathemate confirmare et corroborare; nostris tunc idem firmantibus, si haec, uti praemissum est, complesset, quod tamen nullo modo posse fieri sciebant, me quoque investituras ecclesiarum, uti quaerebat, refutaturum, sicut in charta conventionis plenius videre poteritis. (*Sequuntur chartae supra pag.* 66. *lin.* 22. 67. *lin.* 2. *propositae*). 35

De traditione vero in nos et nostros sic se res habet: Vix portas civitatis ingressi sumus, cum ex nostris infra moenia secure vagantibus, quidam vulnerati, alii interfecti sunt, omnes vero spoliati aut capti sunt, ego tamen quasi pro levi causa non motus, bona et tranquilla mente usque ad ecclesiae beati Petri ianuas cum processione perveni. Ubi, ut ostenderemus, nullam ecclesiarum Dei disturbationem ex nostro velle proce- 40 dere, in cunctorum astantium oculis et auribus hoc decretum promulgavi. (*Ego Heinricus etc. v. supra pag.* 68. *lin.* 42.) Hoc decreto a me lecto et subscripto petii ab eo, ut sicut in charta conventionis eius scriptum est, mihi adimpleret. Haec est charta conventionis eius ad me. (*Paschalis etc. v. supra pag.* 67. *lin.* 10. 30.) . .[g].

Cum ergo supradictae postulationi insisterem, scilicet ut cum iustitia et autoritate pro- 45 missam mihi conventionem firmaret, universis ei in faciem resistentibus et decreto suo planam haeresin inclamantibus, scilicet episcopis, abbatibus tam suis quam nostris, et omnibus ecclesiae filiis, hoc, si salva pace ecclesiae dici potest, privilegium proferre voluit. (*Sequuntur litterae supra pag.* 68. *lin.* 46. *propositae*).

Quod[h] sic gestum fuisse rei veritas multorum astipulata testimoniis qui interfuere 50 protestatur.

a) *Cencius:* et clericorum et laicorum numerosior. b) *ex Udalrico Babenbergensi pag.* 269. *nro.* 261. *et Dodechino pag.* 668—670. c) A. Parmensis ecclesiae capitaneis, clero et populo gratiam suam et omne bonum *Udalr.* d) q. i. acta *Udalr.* e) p. studebat subdole t. *Udalr.* f) contentę *V.* g) *reliqua exciderunt. cf. Sigebertum pag.* 862. h) Quod — protestatur *desunt apud Udalricum.*

IIII. *Dehinc usque ad pedem Soractis montis progrediens, iusta beati Andreae monasterium Tiberis alveum transierunt, et per Sabinos ad Lucanum pontem iter agentes, ulteriores Romane urbis partes aggressi sunt. Traebantur inter haec et clericorum et laycorum nonnulli funibus alligati. Pontifex autem cum duobus episcopis, Savinensi videlicet et Portuensi, et cardinalibus quatuor aput castellum Trebicum, ceteri vero cardinales aput Corcodilum in custodia tenebantur. Itaque cum et agros Romanorum rex cotidie depopularetur et eorum animos dolo ac pecunia pertemptaret, tantam Deus populo constantiam tribuit, ut nichil cum eis pacisci sine papae et cardinalium liberatione potuerunt. Diversis inter haec consiliis distraebatur. Set perpetrati sceleris conscius, nichil sibi ulterius tutum fore aput papam arbitrabatur. In hoc tandem plena deliberatione convenit, ut omnes quos ceperat liberos faceret*, dummodo securitatem sibi aput papam futuri temporis provideret. Hoc profecto per principes suos, hoc per clericos, hoc per laycos, hoc per cives Romanos sollicitius satagebat. Ceterum domnus papa facilius vitam exponere quam investituris episcopatuum et abbatiarum consentire malebat, quamvis ille per investituras illas non ecclesias, non officia quelibet, set sola regalia se dare assereret. Proponebatur pontifici, captivorum calamitates quod ammissis liberis et uxoribus domos et patria exules durioribus compedibus arcebantur. Proponebatur ecclesiae Romane desolatio, que pene omnes cardinales ammiserat. Proponebatur gravissimum scismatis periculum, quod pene universae Latinorum ecclesiae imminerent. Victus tandem miseriis filiorum, laborans gravibus suspiriis atque gemitibus, et in lacrimas totus effusus: Cogor, ait, pro ecclesiae liberatione hac pace hoc pati, hoc permittere quod pro vita mea nullatenus consentirem.*

CONVENTIO SECUNDA VI EXTORTA.

April. 11.

Domnus[a] Paschalis papa concedet domno[b] regi Heinrico et regno eius, et privilegio suo[c] sub anathemate confirmabit et corroborabit, episcopo vel abbate libere helecto[d] sine simonia assensu regis, quod domnus[e] rex illum anulo et virga investiat. Episcopus autem vel abbas libere[f] investitus, libere accipiat consecrationem ab eo[g] ad quem pertinuerit. Si quis vero a clero et populo eligatur, nisi a rege investiatur, a nemine consecretur. Et archiepiscopi et episcopi libertatem habeant consecrandi investitos a rege. Super his dominus Paschalis papa non inquietabit regem Heinricum nec eius regnum et imperium.

Ad hanc enim securitatem confirmandam, episcopi et cardinales qui capti fuerant expetebantur. Nec omnino aliter aut captivorum dimissio aut ecclesiae pax quantum in ipsis erat poterat provenire. Cum itaque comes Albertus de Blanderada et ceteri regis laterales iuramentis condicionem prescribi non sinerent, pontifex ait: Quoniam[h] quidem conditionem scribi non patimini, verbis apponam. *Tunc totus ad regem versus dixit:* Iuramenta haec ideo facimus, ut vos illa que pacti estis, faciatis et observetis. *Quod rex cum suis omnibus laetissime ac libentissime annuit. Ex verbo igitur pape sic ab eis iuratum est in agro iusta pontem Mammeum, qui Romanos a Teutonicis dirimebant:*

Domnus[i] papa Paschalis non inquietabit domnum regem Heinricum neque eius regnum de iniuria sibi inlata et suis in persona et bonis, de investitura episcopatuum aut abbatiarum, neque malum meritum reddet sibi aut alicui persone pro hac causa, et penitus in persona regis nunquam anathema ponet. Nec remanebit in domno papa, quin coronet eum sicut in Ordine continetur. Et regnum et imperium offitii sui auxilio eum tenere bona fide adiuvabit. Et haec omnia adinplebit domnus papa domno regi presenti Heinrico sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus.

Ista sunt nomina episcoporum et cardinalium qui ex praecepto domni apostolici Pascalis sacramento quod superius scriptum est confirmaverunt amicitiam et privilegium domno imperatori Heinrico.

*) fecerat *cod.* a) *extat et apud Udalricum Babenb. nro. 264. pag. 272.* b) *deest Vat.* c) *deest Vat.* d) helectos *Vat.* e) *deest V.* f) a rege *Faust.* g) episcopo *Faust.* h) quam *cod.* i) *extat et apud Udalricum pag. 272. et in codice Faustinae B. VI. unde nomina testium addidimus.*

1111. April 11.

Petrus Portuensis episcopus. Centius Sabiniensis episcopus. Roudbertus cardinalis sancti Eusebii. Bonifacius cardinalis sancti Marci. Anastasius cardinalis sancti Clementis. Gregorius cardinalis sanctorum apostolorum. Item Gregorius cardinalis sancti Chrisogoni. Iohannes cardinalis sanctae Potentianae. Risus[a] cardinalis sancti[b] Laurentii. Rainerus cardinalis sanctorum Marcellini et Petri. Vitalis cardinalis sanctae Balbinae. Divizo cardinalis sancti Martini. Dietpaldus[c] cardinalis sanctorum[d] Iohannis et Pauli. Iohannes diaconus sanctae Mariae in scola Graeca. Leo diaconus sancti Vitalis. Abbo[e] diaconus sanctorum Sergii et Bachi.

Illę invicem iuravit in haec verba:

Ego[f] Heinricus rex quarta vel quinta feria proxima dimittam domnum papam et episcopos et cardinales, et omnes captivos qui cum eo vel pro eo capti sunt, et obsides, et securos perduci faciam intra portas Transtiberine civitatis, nec ulterius capiam aut capi permittam, et his qui in fidelitate domni pape Paschalis permanent et populo Romane civitatis et Transtiberine et Insule pacem et securitatem servabo, tam per me quam per meos, et in persona et in rębus, qui pacem mihi servaverint. Domnum papam Paschalem fideliter adiuvabo, ut papatum quietę et secure teneat, patrimonia et possessiones Romane ecclesiae que abstuli restituam, et terram quam iure abere debet more antecessorum meorum recuperare et tenere adiuvabo bona fide, et domno pape Paschali obediam salvo honore regni et inperii mei, sicut catholici imperatores catholicis pontificibus Romanis. Haec omnia observabo bona fide, sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus.

Post haec Coloniensis archiepiscopus Fridericus, Tridentinus Gębehardus[g], Monasteriensis Burchardus[h], Bruno Spirensis, Albertus cancellarius, comes Herimmannus, Fridericus palatinus comes, Albertus comes de Blanderada, Fridericus Saxo, Beringarius comes, Fridericus comes Frisingensis, Bonifatius marchio et Guarnerius comes, Godefridus de Suavia[i], posita super euangelium huius iuramenty cartula iuraverunt sic ex precepto regis sicut in hac cartula scriptum est:

Sic rex presens Heinricus observabit domno pape Paschali presenti sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus. Actum 3. Ydus April. tertia feria post octava pasche, Ind. 9.[k]

Restabat illa exactionis et extorsionis portio, ut de investiture permissione privilegium regi personaliter scriberetur. Nec ipse igitur nec ipsius laterales passi sunt, ut intra Urbem scriptura ipsa differretur, ubi sigillum pontificis dimissum fuerat. Altero itaque die in eodem campo qui Septem Fratrum dicitur, dum castra moverentur illut dictari oportuit, et transito iusta pontem Salarium Tiberis fluvio dum aput octavum castra sita essent, accitus ab Urbe scriniarius scriptum illud inter nocturnas tenebras exaravit. Cui nimirum scripto illo ibidem quamvis invitus pontifex subscripsit.

Paschalis II. papae privilegium de investituris[l].

April. 12.

P. episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio, H. glorioso Teutonicorum regi, et per Dei omnipotentis gratiam Romanorum imperatori augusto, salutem et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctae Romanae ecclesiae singulariter coherere, dispositio divina constituit. Predecessores vestri probitatis et prudentie amplioris gratia Romane urbis coronam et imperium consecuti sunt. Ad cuius videlicet coronae et imperii dignitatem, tuam quoque personam fili karissime, H. per nostri sacerdotii ministerium magestas[m] divina provexit. Illam igitur dignitatis prerogativam, quam predecessores nostri predecessoribus tuis[n] catholicis imperatoribus concesserunt, et privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque dilectioni tuae concedimus, et presentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel abbatibus libere preter

a) rysus *Udalr.* b) s. L. R. c. s. M. et P. V. c. *desunt in cod. Vindob. Udalrici.* c) Teobaldus *Faust.* d) sancti *F. deest Udalr.* e) alto *Udalr.* f) *extat et in codice Faustinae B. VI.* g) gęberardus *c.* h) bruccardus *c.* i) *ita legendum videtur. Cencius* suevia k) ind. IIII. *Cencius.* l) *ex codicibus Vaticano et Babenbergensi sec. XII. ineuntis, Vindobonensi sec. XIII. cf. et Sigebertum Gemblacensem et Udalricum Babenb. p. 273.* m) maiestas *Babenb. Vindob.* n) uestris *Babenb. Vindob.*

Chuonradi I. synodus Altheimensis cod. Monac. Fris. B II. fol. 72

XXXV De datis inducus et conctoria desponensi · DE SYNODO

In nomine scae et individuae trinitatis. patris. et filii. et spu sci. anno ab incarnatione dni. dccccxvi. Indict. IIII. XII kl octobr. Regno

Föringer scripsit

Udalrici Babenb. codex epistol. Bibl. Caes. Vindobon. Jur. can. N. 45

In n. s. et ind. t. H. dr. fa. cl. ro. im. au. De voluntate atq; peticionib fideliu nrorum assensu pbente ad honore atq; utilitate nri regniq; id puenire n dubitam. Qa ... omniu nrorum q; fideliu ta psentiu q futuror solleitie industria scire volum. q liter ex nris fidelib qda argno dict p nuncios suos nram clementia suppliciter pecuit. ut in sepulcho patris sui felicis memoriae Ismahel nominati. ... ab

F. v. Bartsch scripsit

Constitutio pacis Cod. Monac. Sancti Nicolai N. 94 fol.

Diz ist der frid yn er gesetzet hat der keiser mit der fursten rat. uber alle diut schu rich. Swelch sun sinen vater von sinem ei gen, oder von sinem erbe, oder von sinem gut. verstozet, oder brennet, oder roubet, oder wirt in ze sinen mennen lovet mit eiden, daz uf sins vater

(160 lineae intersunt)

als ob er einen roubet. Ergebent sich er wiz zen lachen ... chouffet. oder diubich gut, oder wiz zenlichen diebe wirt ist. vn in sinem huse ... uber zeuget als reht ist. zem ersten so sol er zwivalt gelten ienem sin gut, dem ez da genomen ist. ... roubeth. Wirt aber ... der. daz er ... ze einander male getan hat. ist daz gut roubeth. so sol man uber in rihten.

Progel scripsit

Karoli M. Capitulare legationis Romanae a. 785.

Primo Salutat vos domnus noster filius vester Carolus rex et filia vestra domna nostra ... simul et omnis domus sua.

II Salutant vos fideles ... populus francorum.

III ...

1111. April

symoniam, et violentiam electis, investituram virgae et anuli conferas. Post investitionem vero canonicam[a] consecrationem accipiant[b] ab episcopo ad[c] quem pertinuerint[d]. Si quis autem a clero et populo preter tuum assensum electus fuerit, nisi a te investiatur, a nemine consecretur. Sane episcopi et[e] archiepiscopi libertatem habeant, a te[f] 5 investitos episcopos vel abbates canonice consecrandy. Predecessores enim vestri ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliarunt, ut regnum ipsum[g] maxime episcoporum presidiis vel abbatum oporteat communiri[h], populares dissensiones, que in electionibus sepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quam ob rem prudentiae et potestatis[i] tuae cura debet sollicitius imminerę, ut Romane ecclesie magnitudo, 10 et ceterarum[k] salus prestante Domino beneficiis[l] potioribus conservetur. Si qua igitur ęcclesiastica secularisve persona hanc nostre concessionis paginam[m] sciens, contra eam temerario ausu venire temptaverit[n], anathematis vinculo, nisi resipuerit, innodetur, honorisque ac dignitatis[o] periculum patiatur. Observantes autem misericordia divina custodiat, et personam potestatemque tuam ad honorem[p] et gloriam suam feliciter 15 imperare concędat. Amen[q].

Porro cum ibidem cartam ipsam rex accepisset, postmodum tamen cum in beati Petri ecclesiam pervenisset post corone acceptionem, eam ad manum pontificis retulit. Nec solum contra eius voluntatem, set etiam contra omnem consuetudinem de manu eius accepit.

Apr. 13.

Confirmatio[r] pacis inter apostolicum et imperatorem 20 *dum in celebratione missae traderet ei corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi.*

Domine imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta et catholica tenet aecclesia, damus tibi in confirmationem verae pacis et concordiae inter me et te. Datum est Idibus Aprilis indictione quarta.

Coronatus est autem idem rex portis omnibus Romane urbis, ne quis civium ad 25 *eum accederet, obseratis. Post coronae acceptionem finitis misse sollempnibus, ipse statim ad castra in campum egreditur. Pontifex autem tunc tandem cum episcopis et cardinalibus liber in Urbe egrediens, tanta frequentia populi occurrentis, et Deum laudantis excipitur, ut vix circa vesperas ad ospitia potuerit pervenire. Actum Idibus Aprilis, quinta feria post octava paschae.*

30 *Hec sicut passi sumus, et oculis nostris vidimus et auribus nostris audivimus, mera veritatę perscripsimus.*

Heinrici encyclica altera periit; cf. Sigebertum p. 863 et Udalricum pag. 272. 273.

a) canonice *Bbg. Vind.* b) accipiat *Bbg.* c) at *Vat.* d) pertinuerit *Bbg. Vind.* e) uel *Bbg.* f) a te *desunt Vat.* g) ipsorum *Bbg.* h) c. et p. *Bbg. Vind.* i) potestati *Bbg. Vind.* k) ceterorum *Vat.* 35 l) b. tuis et seruiciis c. *Bbg. Udalr.* tuis pr. Domino beneficiis c. *Vind.* m) pagina *Vat.* n) presumpserit *Bbg.* o) d. suae *Bbg.* p) h. suum et gl. f. *Bbg. Vind.* q) *deest Bbg. Vind. Codex Vaticanus pergit:* Cui nimirum scriptum hunc ibidem quamvis invitus pontifex subscripsit, et episcopi et cardinales qui cum eo capti fuerant, simul cum diaconibus ac subdiaconibus subscripsere, et per sacramenta firmauerunt, episcopi scilicet duo fuerunt, savinensis videlicet et portuensi. r) *ex Sigeberto Gemblacensi.*

40

CONVENTUS METTENSIS.

1119. Octbr.

Pacis formulas, in quas Heinricus V. cum legatis Calixti II. Mettis convenerat, Hesso scholasticus in libro de tractatu pacis inter papam et imperatorem servavit[1]. Eodem tamen narrante, utramque partem in conventu Mosomagensi d. 24 et 25. Octobris a con- 45 *ditionibus istis resiliisse, discimus.*

1) cf. editionem Tegnagelianam, codice Vindobonensi innixam, tum Udalricum Babenbergensem p. 301 sqq. et codicem regium Hannoveranum fol. 91. sqq.

1119. Octbr. Ego Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus, pro amore Dei et beati Petri et domni papae Calixti, dimitto omnem investituram omnium ecclesiarum, et do veram pacem omnibus qui ex quo discordia ista coepit, pro ecclesia in werra fuerunt vel sunt. Possessiones autem ecclesiarum et omnium qui pro ecclesia laboraverunt quas habeo reddo, quas autem non habeo, ut rehabeant fideliter adiuvabo. Quod si quaestio 5 inde emerserit, quae ecclesiastica sunt canonico, quae autem saecularia sunt, saeculari terminentur iudicio.

Ego Calixtus II. Dei gratia Romanae ecclesiae episcopus catholicus, do veram pacem Heinrico Romanorum imperatori augusto et omnibus qui pro eo contra ecclesiam fuerunt vel sunt. Possessiones eorum quas pro werra ista perdiderunt quas habeo reddo, 10 quas non habeo, ut rehabeant fideliter adiuvabo. Quod si quaestio inde emerserit, quae ecclesiastica sunt canonico, quae autem saecularia sunt, saeculari terminentur iudicio.

1121. Octbr.

CONVENTUS WIRCEBURGENSIS.

Formulam pacis ibi inter imperatorem et regnum tractatae ex codice Sangermanensi edidit Martene in Collectionis suae T. I. p. 673. 15

Hoc est consilium in quod convenerunt principes de controversia inter domnum imperatorem et regnum. Domnus imperator apostolicae sedi obediat, et de calumnia quam adversus eum habet ecclesia, ex auxilio et consilio principum inter ipsum et domnum papam componatur, et sit firma et stabilis pax, ita quod domnus imperator quae sua et quae regni sunt habeat, ecclesiae et unusquisque sua quiete et pacifice possideant. Epi- 20 scopi quoque in ecclesia canonice electi et consecrati pacifice sedeant usque ad collaudatam in praesentia domni papae audientiam. Spirensis episcopus ecclesiam suam libere habeat. Wormatiensis similiter, praeter ipsam civitatem, usque ad praesentiam domni papae. Captivi et obsides ex utraque parte solvantur. De hereditate Palatini comitis Sigefridi, sicuti Metis inter ipsum et domnum imperatorem definitum fuit, ita permaneat. 25 Sed etiam quod ecclesia adversus imperatorem et regnum de investituris causatur, principes sine dolo et sine dissimulatione elaborare intendunt, ut in hoc regnum honorem suum retineat. Interim donec id fiat, episcopi et omnes catholici sine ulla iniuria et periculo communionem suam custodiant. Et si in posterum domnus imperator consilio sive suggestione alicuius ullam in quemque vindictam pro hac inimicitia exsuscitaverit, 30 consensu et licentia ipsius, hoc inter se principes confirment, ut ipsi insimul permaneant, et cum omni caritate et reverentia, ne aliquid horum facere velit eum commoneant. Si autem domnus imperator hoc consilium praeterierit, principes sicut ad invicem fidem dederunt, ita eam observent.

1122. Sept. 23.

CONCORDATUM WORMATIENSE.

Novam pacti huius, quo lis inter ecclesiam et imperium oborta demum composita est, editionem subsidio codicum septem optimae notae instituimus, scilicet

1) *Vaticani Nro.* **1984**. *membr. fol. sec. XII. ineuntis, quem pro fundamento posui, tum*

2) *Vindobonensis Caesarei inter libros Iuris canonici Nro.* **91**. *mbr. fol. sec. XII.*

3) *Londinensis in Musaeo Britannico, Cotton. Domitian. A. VIII. mbr. sec. XIII.*

4) *Londinensis in Musaeo Britannico, Cotton. Claudius A. I. mbr. sec. XII.*

5) *Sancti Trudonis, iam bibliothecae universitatis Leodiensis, sec. XII. ineuntis.*

6) *Salisburgensis Nro.* **404**. *mbr.* **4**°. *mai. sec. XII ineuntis, iam in bibliotheca Caesarea Vindobonensi asservati,*

7) *Babenbergensis sec. XII. vel XIII. ineuntis; adhibitis etiam*

Bbg.) codicibus Parisiensi et Lipsiensi seculi XII. annalium Babenbergensium, qui vulgo sub nomine Conradi Urspergensis veniunt, atque cum codicibus **5**. **6**. **7**. *plurimum consentiunt, et editionibus*

G) Goldasti in Constitutionibus Imperialibus, quae ceteris praestat, et L) Leibnitii in Corpore iuris diplomatico, quarum tamen minoris momenti lectiones non adnotavi. Annalista Saxo et Baronius, annalibus Babenbergensibus nisi, rursus exscribendi non videbantur. Codicem Vaticanum II. *a Baronio adhibitum, inspicere non licuit, lectiones tamen eius adieci. Ceterum Heinrici diploma, quod sigillo destitutum in tabulario Vaticano (Armar. I. caps.* **6**. *Nro.* **11**.*) adservatur, diem* **9**. *Kal. Octobris prae se ferre dicitur.*

Privilegium Calixti pape secundi.

Ego Calixtus [a] episcopus servus servorum Dei, tibi [b] dilecto filio H. Dei gratia Romanorum imperatori augusto [c], concedo electiones [d] episcoporum et abbatum Teutonici [e] regni, qui ad regnum [f] pertinent, in presentia tua fieri, absque symonia, et aliqua violentia; ut [g] si qua inter partes discordia emerserit, metropolitani et comprovincialium consilio vel [h] iudicio, saniori parti assensum et auxilium prebeas [i]. Electus autem regalia [k], absque omni exactione [l], per sceptrum [m] a te recipiat [n], et que ex his iure tibi debet faciat. Ex [o] aliis vero partibus imperii consecratus, infra sex menses, regalia absque [p] omni exactione per sceptrum a te recipiat, et [q] que ex his iure tibi debet faciat. Exceptis [n] omnibus que ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur. De quibus [r] vero

a) Calistus 2. 6. *Bbg*. Callistus *L*. b) *deest* 6. 7. c) imperator augustus 1. imperator auguste 2. d) consecrationes 2. helectiones 1. e) theutonici 5. 6. f) r. tuum p. 3. g) et 2. h) et 2. 6. i) habeas 6. p. et a. 2. k) r. a te per sceptrum sine exactione r. 6. l) a. o. e. *desunt* 2. 3. 4. 5. 7. *Bbg. L. G.* m) p. s. *desunt* 3. 4. n) *codd.* 5. 6. 7. *Bbg. et L. sententiam* exceptis o. q. ad R. e. p. noscuntur *proxime post* recipiat, *non post* debet faciat *habent.* o) Ex — faciat *desunt* 2. p) a. o. e. *desunt* 3. 4. 5. 6. 7. *Bbg. L.* G. q) et q. ex h. i. t. d. f. *desunt* 3. 4. 5. 6. 7. *Bbg. L.* r) q. m. q. si feceris 2.

1122. Sept. 23. mihi querimoniam feceris, et [a] auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium tibi [b] prestabo. Do tibi veram pacem, et omnibus qui in parte tua sunt, vel fuerunt, tempore huius discordiae [c].

Preceptum Heinrici quarti imperatoris.

In [d] nomine sanctae et individue Trinitatis. Ego Heinricus Romanorum imperator 5 augustus, pro amore Dei, et sancte Romanae ecclesiae, et domni pape Calixti [e], et pro remedio animae meae, dimitto Deo, et sanctis Dei [f] apostolis Petro et Paulo, sanctaeque catholicae [g] ecclesiae, omnem investituram per anulum, et baculum, et concedo, in [h] omnibus ecclesiis que [i] in regno vel inperio meo sunt, canonicam fieri [k] electionem [l], et liberam consecrationem. Possessiones, et regalia beati Petri que a principio huius 10 discordie, usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo, ablata sunt, que habeo [m], eidem [n] sanctae Romanae ecclesiae restituo [o], que autem non habeo [p], ut restituantur [q] fideliter iuvabo [r]. Possessiones [s] etiam omnium aliarum [t] ecclesiarum, et principum, et aliorum tam clericorum, quam laycorum, que [u] in guerra [v] ista ammisse [w] sunt, consilio principum, vel [x] iustitia, que habeo [p] reddam [y], que autem [z] non 15 habeo [p], ut restituantur fideliter iuvabo [*]. Et do ueram pacem domino [a] papae [b] Calixto [c], sanctaeque [d] Romanae ecclesiae, et omnibus qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus sancta Romana ecclesia mihi [e] auxilium postulaverit, fideliter iuvabo [f]; et de quibus mihi fecerit [g] querimoniam, debitam sibi faciam iustitiam [h]. Haec omnia acta sunt, consensu, et consilio principum [i], quorum nomina subscripta sunt [k]; Adelbertus [l] archi- 20 episcopus Moguntinus [m]. Fridericus [n], Coloniensis archiepiscopus. Bruno Treverensis archiepiscopus [o]. H. [p] Ratisbonensis [q] episcopus. O. Babenbergensis episcopus [r]. Bruno [s] Spirensis episcopus [t]. H. [u] Augustensis episcopus. G. [v] Traiectensis [w] episcopus [x]. Ou. [y] Constantiensis episcopus [z]. Herdolfus [*] abbas Vuldensis [a]. H. dux. [b] Fridericus [c] dux. S. dux [d]. Bertolfus [e] dux. Marchio Diepoldus [f]. Marchio Engelbertus [g]. Godefridus [h] 25 palatinus comes. O. [i] palatinus comes [k]. Berlingarius comes [l].

a) et a. p. *desunt* 5. 7. *Bbg. L.* b) meum 7. *Bbg. L.* c) *Bbg. G. et L. addunt:* Data anno 1122. 9. Kal. Octobris. d) In n. s. et i. T. *desunt* 5. 6. 7. *Bbg. Codex 7 praemittit:* Data anno millesimo C. XXII. VIIII Kal. Octobris. Wormat. concilio. e) calisti 2. 6. callisti *L.* N. pape 2. f) a. d. 1. g) et sancte ecclesie catholice 2. h) *deest* 2. i) q. i. r. v. i. m. sunt *desunt Bbg.* k) *deest* 6. l) helectionem 1. m) h. reddo e. 6. 30 n) eydem 1. o) *deest* 6. p) abeo 1. q) reddantur 5. 6. r) adiuuabo 6. *L.* s) Possessionem 1. t) sanctarum 5. u) q. i. g. i. a. s. *desunt* 5. 6. 7. *Bbg. L.* v) querra 2. werra 3. 4. w) amissa 2. amissae 3. 4. x) et 5. 6. 7. *Bbg. L.* y) r. q. a. n. h. ut r. *desunt Bbg.* z) *deest* 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Bbg. L.* *) adiuuabo *L.* a) *deest* 7. b) *deest Bbg.* c) calisto 2. callisto *L. deest* 6. *Bbg.* d) et sanctae 2. 3. 4. e) *deest* 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Bbg. L.* f) adiuuabo 6. *Reliqua desunt in* 5. 6. 7. *Bbg.* g) f. m. 3. 4. m. q. f. *L.* 35 h) iustitiam faciam *L. ubi reliqua desunt. — Vat. II.* i) *deest* 4. k) *reliqua desunt* 4. l) A. 2. Albertus 3. m) maguntinus aps 2. magontiensis aps 3. maguntinus aps *V. II.* n) Fredericus 3. F. 2. o) b. t. a. *deest* 1. 2. *G. VII.* p) Ardwinus 3. q) radisboniensis 1. H. r. e. *desunt VII.* r) Otto *G. V. II.* Otto bauembergensis e. 3. O. b. e. *desunt* 2. s) B. 2. *V II.* t) episcopus et alie multe ecclesiastice persone ac seculares 3. *reliqua desunt.* u) A. *V II.* v) Godebaldus *G.* w) tragectensis 2. x) *deest* 1. y) B. 2. Uldaricus *G.* 40 U. *VII.* z) *deest* 1. *) E. 2. *V II.* H. *G.* a) uulnensis 1. fuldensis *G. VII.* vultensis et alii archiepiscopi et episcopi et abbates, quorum nomina hic non sunt subscripta. Heinricus dux 2. b) Henricus dux Bavariae *G.* (*in marg.* alias Heremannus dux). — northmannus *V II.* c) Fredericus 2. F. d. Suevie *G.* d) *loco* S. et Bertolfi *ducum Gold.* Bruno dux Saxoniae. *Vat. II. duces S. et Bertolfum, Diepoldum, Engelbertum et Godefridum omittit, legens eorum loco:* Bonifacius marchio. Theobaldus marchio. Cynulphus comes palatinus. e) Pertolfus 2. 45 f) Depoldus 2. Dietboldus marchio Cambiensis a Vochburg *G.* g) Einlbertus 2. *loco* Engelberti *G. habet:* Bonifacius marchio Tusciae. Theobaldus marchio. h) Gotefridus 2. Gotfridus p. c. Rheni (*al.* Ernulfus comes palatinus) *G.* i) Otto 2. Otbertus c. p. *V II.* Otho palatinus comes a Wietelsbach. Engelbertus marchio Istriae *G.* k) *reliqua desunt* 2. l) Berengarius comes. Godefredus comes. Ego Fridericus Coloniensis episcopus et cancellarius recognovi *V II.* Beringarius comes Habspurgi. Theodoricus comes Montisbellicardi et alii quam plures *G.* 50

LEGATIO ITALICA.

1123.

Formulam qua Heinrici legati, pace restituta, Italicos ad fidem imperatoris constrinxerunt, Udalricus Babenbergensis Nro. **309.** *pag.* **309. 310.** *servavit. Extat et apud Tengnagelium pag.* **380. 381.**

5 **IURAMENTUM SEU PROMISSIO QUAE REGI VEL IMPERATORI DEBET FIERI.**

Ab hac hora in antea fidelis ero N. imperatori per rectam fidem, secundum meum scire et posse. Non ero in consilio, ut vitam aut membra perdat, Italicum regnum et suam rectam potestatem; infra regnum adiutor ero ei secundum meum scire et posse
10 *ad tenendum et defendendum contra omnes homines, qui sibi tollere voluerint.*

ALLOCUTIO[a] EIUS QUI IURAVIT.

Si ea quae supra scripta sunt iurasti aut iuraveris et per rectam fidem adimpleveris, senior meus neque per se neque per subiectam personam tollet tibi vitam aut membra, nec te capiet propter hoc, quod usque modo contra eum fecisti, nisi in antea sis contra
15 eum et convictus fueris. Praedia et proprietates quae iuste et legaliter habes, et eas terras, quas per scriptum iuste habes, non tibi tollet, nisi iusto iudicio per veram legem sit iudicatum. Si beneficium de regno aut de ecclesiis non habueris, et legem et iustitiam ante missum mei senioris feceris, non te distringet ad curtem venire senior meus, nisi tu sponte volueris.

20 a) *ita Tengnagel., codex Zwetlensis:* ALLOCUTIO . . . PRIN.

CONVENTUS LEODIENSIS.

1125. April ineunt.

Browerus Annalibus Trevirensibus T. II. pag. **21.** *imperatoris, cum curia Leodii peracta Aquasgrani peteret, mandatum de pace ad Godefredum archiepiscopum Treverensem inseruit, quod ita se habet:*

25 Non omittendum fuit, ut de pace quam in paschali curia nostra instauravimus firmavimusque te quidquam celaremus. Quare, ut eam tota diocesi provinciaque tua, uti quidem coepisti, melius excolere in posterum queas, te graviter etiam et serio moneo atque adhortor. Nemo igitur, sive in ministeriis sive in servitiis agat, in episcopatu tuo audeat praedas agere, grassari incendiis, aut in villas praediaque violenter irrumpere, aut eorum
30 omnino quidquam designare, quae iam pridem nostra et apostolici Calisti sanctione fuere vetita. Rumore etiam nuntiisque ad me prolatum est, Wilhelmum palatinum Sigefridi filium, armatorum globo septum, istuc in vestratem agrum parare iam irruptionem. Eius, volo, conatibus, pro illa quam hucusque mihi probasti fide, contractis fidissimorum hominum tuorum auxiliis, quam primum obviam eas, et illius vim a tuorum cervici-
35 bus depellas.

ORDO CORONATIONIS ROMANAE.

Hoc potissimum loco formulam coronationis Romanae, post tempora imperatorum stirpis Franconicae certe haud amplius adhibitam, et ex codicibus Gemundensi et regio Parisiensi N. **3866.** *sec. XII. a Martenio in libro de antiquis ecclesiae ritibus T. II. p.* **577**. *descriptam, inserendam duximus.*

BENEDICTIO AD ORDINANDUM IMPERATOREM SECUNDUM OCCIDENTALES.

Consecratio. Exaudi, Domine, preces nostras, et famulum tuum illum ad regendum illud imperium constitue, ut per te regere incipiat, et per te regnum fideliter constituat. Per Christum.

Consecratio. Prospice, omnipotens Deus, serenis obtutibus hunc gloriosum famulum tuum illum, et sicut benedixisti Abraham, Isaac, et Iacob, sic illi largiaris benedictiones spiritualis gratiae, eumque omni plenitudine tuae potentiae irrigare atque perfundere digneris, ut tribuas ei de rore coeli, et de pinguedine terrae abundantiam frumenti, et vini, et olei, et omnium frugum abundantiam, ex largitate divini muneris longa per tempora, ut illo regnante sit sanitas corporis in patria, pax inviolata sit in regno, et dignitas gloriosa regalis palatii. Concede ei maximo splendore regiae potestatis oculis omnium luce clarissima coruscare atque splendescere, qua splendidissima fulgoris maximo perfusa lumine videatur. Tribue ei omnipotens Deus, ut sit fortissimus protector patriae, et consolator ecclesiarum atque coenobiorum sanctorum, maxima pietate regalis munificentiae, atque ut sit fortissimus regum, triumphator hostium ad opprimendos rebelles et paganas nationes, sitque suis inimicis satis terribilis proxima fortitudine regalis potentiae. Optimatibus quoque atque praecelsis proceribus ac fidelibus sui regni sit munificus, et amabilis, et pius, et ab omnibus timeatur atque diligatur. Reges quoque de lumbis eius per successiones futurorum temporum egrediantur regnum regere illud; et post gloriosa tempora atque felicia praesentis vitae gaudia in perpetua beatitudine habitare mereatur. Per Christum.

Et mittat pontifex coronam auream super caput eius, his verbis[a]*:* Per eum cui est honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen.

Gladii traditio. Accipe gladium per manus episcoporum licet indignas, vice tamen et auctoritate sanctorum apostolorum consecratas, tibi regaliter impositum, nostraeque benedictionis officio in defensione sanctae ecclesiae divinitus ordinatum; et esto memor de quo psalmista prophetavit dicens: Accingere gladio super femur tuum potentissime, ut in hoc per eumdem vim aequitatis exerceas.

Expleta oratione a pontifice, antequam lector ascendat in ambone, pronunciant duo diacones sive cantores, respondente illis schola scriniorum hoc modo:

Exaudi Christe. *Respondet schola:* Domino nostro illi a Deo decreto summo pontifici et universali papae vitam.

Cantores: Exaudi Christe. *Respondet schola similiter:* Exaudi Christe. *Item cantores:* Salvator mundi. *Respondet schola:* Tu illum adiuva.

Cantores: Exaudi Christe. *Respondet schola:* Domino nostro illi augusto, a Deo coronato, magno, et pacifico imperatori vitam. *Item cantores per tres vices*: Sancta Maria. *Respondet schola:* Tu illum adiuva. Sancta Maria. *Respondet schola:* Tu illum adiuva.

Cantores: Exaudi Christe. *Respondet schola:* Tuisque praecellentissimis filiis regibus vitam: *Item cantores per tres vices*. Sancte Petre. *Respondet schola:* Tu illos adiuva.

Iterum cantores: Exaudi Christe. *Respondet schola:* Exercitui Francorum, Roma-

a) *codex Pariensis haec habet:* Accipe coronam a domino Deo tibi praedestinatam. Habeas, teneas, possideas, ac filiis tuis* post te in futurum ad honorem Deo auxiliante derelinquas. *Deinde sequitur oratio:* Deus pater aeternae gloriae (*Mabill. Mus. Ital. II.* 402.), *postea missa pro imperatore:* Deus regnorum.

*) *ita correxi, codex* filius tuus.

1125. norum, et Teutonicorum vitam et victoriam. *Iterum cantor ter:* Sancte Theodore. *Respondet schola:* Tu illos adiuva.

Iterum cantores: Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. *Respondet similiter:* Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. *Cantores:* Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. *Respondet similiter:* Rex regum. Christus vincit, Christus regnat. *Respondet similiter, sed tantum semel:* Rex noster. Christus vincit, Christus regnat. Spes nostra Christus vincit. Gloria nostra Christus vincit. Misericordia nostra Christus vincit.

Auxilium nostrum Christus vincit. Fortitudo nostra Christus vincit. Victoria nostra Christus vincit. Liberatio et redemtio nostra Christus vincit. Victoria nostra Christus vincit. Arma nostra Christus vincit. Murus noster inexpugnabilis Christus vincit. Defensio nostra et exultatio Christus vincit. Lux, via, et vita nostra Christus vincit. Ipsi soli imperium, gloria, et potestas per immortalia saecula. Amen. Ipsi soli virtus, fortitudo, et victoria per omnia saecula saeculorum. Amen. Ipsi soli honor, laus, et iubilatio per infinita saecula saeculorum. Amen.

LOTHARII III. IMP. CONSTITUTIONES.

CONVENTUS MOGUNTINUS.

1125. Aug.

Encyclicam principum de eligendo rege in curia Moguntiae servavit Udalricus Babenbergensis Nro. 320. pag. 334. 335.

A.[a] Moguntinus, F. Coloniensis, Ou. Constantiensis, B. Wormatiensis, A. Spirensis per Dei misericordiam archiepiscopi et episcopi; Ou. Fuldensis abbas, H. quoque dux, F. dux[b], G. Palatinus comes, B. comes de Sulzbach, et caeteri utriusque professionis principes; qui exequiis imperatoris intererant, venerabili fratri O. Babenbergensi episcopo, hinc fraternas in Christo orationes, inde fidelissimum devotae servitutis obsequium. Postquam dominus imperator viam universae carnis ingressus est, et nos exequias eius cum iusta devotione et reverentia complevimus, ipse ordo rei et temporis qualitas exigere videbatur, ut de statu et pace regni aliquid conferremus, si non abesset prudentiae vestrae consilium, et aliorum principum tanto negocio utile et pernecessarium, quam expectare pergrave erat et difficile. Sedit omnium nostrum sententiae, si tantum vestrae non displicuerit concordiae, curiam in festo beati Bartholomaei apud Moguntiam celebrare, et ibidem convenientibus principibus de statu et successore regni, ac negotiis necessariis, prout Spiritus sanctus aspiraverit, ordinare. Nullum tamen praeiudicium deliberationi et voluntati vestrae facientes, nihil nobis singulare, ac privatum in hac re usurpamus; quin potius discretioni vestrae hoc adprime intimatum esse cupimus, quatenus memor oppressionis, qua ecclesia cum universo regno usque modo laboravit, dispositionis

a) Adalbertus Moguntinus, Fridericus Coloniensis, Oudalricus Constantiensis, Buggo Wormatiensis, Arnolphus Spirensis, Oudalricus Fuldensis abbas, Henricus quoque dux [Bavariae], Fridericus dux [Sueviae] Godefredus palatinus comes, Beringarus comes de Sultzbach. *Goldast.* b) F. dux *deest in Zwetlensi.*

1125. Aug. divinae providentiam invocetis, ut in substitutione alterius personae sic ecclesiae suae et regno provideat, quod tanto servitutis iugo amodo careat, et suis legibus uti liceat, nosque omnes cum subiecta plebe temporali perfruamur tranquillitate. Contestamur etiam dilectionem vestram, ut pacem, credito vobis coelitus populo, infra praescriptum curiae terminum, et ultra ad quatuor hebdomas ordinetis, quatenus omnibus tutior fiat concur- 5 sus ac reditus, et ut curialiter, more videlicet antiquorum principum, cum propria impensa neminem pauperem laedentes conveniatis.

1127. Aug. 27.

CONSTITUTIO DE INVESTITURA ET AMISSIONE FEUDI.

Edimus eam ex libris Feudorum lib. II. t. 52. §. 3. ope codicum 10 *5) bibl. universitatis Gottingensis olim Schwarziani, sec. XIV. fol. 6) bibl. publ. Francofurtanae sec. XIV. fol. 7) bibl. reg. Parisiensis Nro. 4440. sec. XIV. fol. 8) bibl. regiae Monacensis olim Kaisersheimensis sec. XIV. Habetur etiam in codice 9) bibl. regiae Monacensis olim Augustano p. 256 Nro. 16 sec. XIV.* 15

Quoniam [a] inter dominum et vassallum nulla fraus nec [b] ullum malum ingenium debet intervenire, idcirco per hanc legem praesentem sancimus, si vassallus non dolose [c] per annum et diem steterit, quod [d] a domino sui beneficii investituram non [e] petierit, feudum non ob hoc amittat. Dolus enim abesse videtur, si iusta [f] causa inpediente steterit. Dat. 6. Kal. Septemb. anno a nativitate [g] Domini 1127 [h] indictione 5. 20

a) In tempore lotharii agusti etc. eugenio pape 5. Imper. lo. et a. et c. eug. pape et universo populo quin 6. Impr. Lotharius Eug. uniuerso populo 7. Imperator Lotharius augustus etc. Eugenio papae et uniuerso populo 8. b) neque et quamvis malum 6. nec quoduis 7. 8. c) dolose *corr.* dolo sed 5. d) quod domino beneficii sui beneficii inv. 6. e) non accepit vel petierit 7. non acceperit uel pecierit 8. f) v. sinistra 6. g) a natiuitate *desunt* 7. h) CC.XXXVII. *corr.* M.CC.XXVII. 5. MCXXXII. 7. indictione V. *desunt* 7. 8. 25

1130. Oct.

CONVENTUS WIRZIBURGENSIS.

Litteras ad Ottonem episcopum Babenbergensem de curia adeunda ex Udalrico Babenbergensi Nro. 349. pag. 357. 358. proferimus.

L. Dei gratia Romanorum rex, Ottoni dilecto fidelique suo Babenbergensi episcopo, gratiam suam et omne bonum. Propter instans et valde necessarium ecclesiae et regni ne- 30 gotium Wirtzburch gratia Spiritus sancti tractandum, de infirmitate tua, quae adventum tuum ad nos tardavit, dolemus, quia prudentiae tuae discretione ac consilio ad opus ecclesiae et regni potissimum nunc indigemus. Verum, quia virtus in infirmitate perficitur, in ea caritate, quam ecclesiae, pro qua Dei gratia semper devote laborasti, debes, commonemus te et quam intime rogamus, ut si alio vehiculo non possis, navigio saltem 35 ad nos et ad conventum venerabilium confratrum et coepiscoporum tuorum Wirtzburch una nobiscum adventum tuum desiderabilem praestolantium venire properes. Vale.

CORONATIO ROMANA.

1133. Iuni 4.

Sententiam in Anacletum papam a principibus regni prolatam ex Dacherii Spicilegio T. III. p. **485. 486.** *et Schatenii Ann. Paderb. p.* **730,** *qui apographo Baluzii usus est, proponimus. Iuramentum a* 5 *Lothario in coronatione sua praestitum iam pridem a Baronio editum exscripsimus ex Cencii libro censuum in Archivo Vaticano mbr. anni circiter* **1400.** *fol.* **133'.**

IN ANACLETUM PAPAM SENTENTIA.

Lotharius Dei gratia Romanorum rex, regibus, archiepiscopis, episcopis, principibus, 10 et universis Dei fidelibus, ad quos litterae istae pervenerint, salutem.

Maiestatis divinae dispensationi et consilio placuit nos patronum ac defensorem sanctae ecclesiae Romanae statuere, ideoque necesse habuimus pro ipsius liberatione propensius laborare. Cum igitur ascitis nobis archiepiscopis, episcopis et abbatibus, principibus, ducibus, comitibus et marchionibus regni nostri; episcopos etiam, comites, et alios 15 barones Italiae nobiscum ducentes, bellico apparatu stipati, ad Urbem proficisceremur, nuntios schismatici illius Petri Leonis frequenter habuimus. Qui nimirum ex parte illius iustitiam praetendentes, ipsi in ius ire parato non debere audientiam denegari, nec hostilibus impugnationibus molestari, publicis clamoribus asserebant. Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, idipsum episcopis et cardinalibus, qui cum domno papa 20 Innocentio erant, significare coacti sumus. Ipsi vero, tamquam canonicarum sanctionum et institutionum ecclesiasticarum non ignari, universam Dei ecclesiam iam super hoc promulgasse sententiam, Petrum Leonis ac complices suos damnasse asserentes, quod erat universitatis non debere privatum fieri responderunt.

Nos autem idipsum cum patientia supportantes, et patrem nostrum papam Innocen- 25 tium ad Urbem cum gloria duximus, et Lateranensi cathedrae restituimus, atque in monte Aventino castrametati fuimus. Ibique Petrus Leonis aures nostras, et principum nostrorum, per Petrum olim Portuensem episcopum, et per alios fautores suos praetendendo iustitiam, sollicitare non destitit. Qui etiam, munitiones et obsides se nobis daturos ad sufficientiam pro servando iudicio, et viva voce et litteris promiserunt. 30 Pacem igitur sine effusione sanguinis reformare in Dei ecclesia cupientes, quae nobis illi dixerant, fratribus qui cum domno papa Innocentio erant per nos ipsos significavimus. Caeterum ipsi, utpote pacis amatores, de iustitia confidentes, tam personas suas, quam Leonis, et filiorum suorum, necnon Centii, Petri Fraiapanis, et Petri Leonis, et munitiones in manu nostra libere obtulerunt. Adversa vero pars dies redimere cupiens, 35 sub velamine fraudulentarum promissionum nos aliquanto tempore a nostra intentione retraxit. Tandem quia ipsi saepe commoniti, implere quod promiserant noluerunt, tamquam fallaces et perfidi, et tam divinae quam regiae maiestatis rei, cum Petro Leonis eiusque complicibus damnati sunt, et hostes a principibus nostrae curiae iudicati, videlicet Nortberto Magdeburgensi cancellario nostro, et A. Bremensi[1] archiepiscopis et D. Osem- 40 burgensi, B. Padelbronnensi, An. Brandenburgensi, et B. Parmensi, R. Albensi, O. Astensi, O. Cremonensi, G. Yporiensi, episcopis, et abbatibus, Henrico Fuldensi, Alberone Noemburgensi, et Luneburgensi: proceribus, Alberone et Henrico marchionibus, Othone, Sigifredo vexillifero, Herimanno, Wilhelmo de Lomello, Gothone de Marchuingo, Hildebrando, et Tancredo de Prato comitibus, et Alberto de Castello.

45 1) Adalbero archiepiscopus Bremensis erat, Dethardus episcopus Osnaburgensis, Bernhardus Paderbornensis, Anshelmus Havelbergensis.

1133. Iuni 4.

CORONATIO.

Hoc est iuramentum quod dominus rex Lotharius tempore heresis filii Petri Leonis domino pape Innocentio prestitit ante fores basilice sancti Salvatoris que Constantiniana appellatur, in die qua coronatus est ab ipso Innocentio antequam coronam acciperet, domino Cencio Fraiapane iuramentum computante, et Octone nepote suo ac ceteris nobilibus Romanis ibi existentibus: 5

Ego Lotharius rex promitto et iuro tibi domino pape Innocentio tuisque successoribus securitatem vite et membri et male captionis, et defendere papatum et honorem tuum, et regalia sancti Petri· que habes manu tenere, et que non habes iuxta meum posse recuperare. 10

SENTENTIAE DE FIDELITATE FACTA
FRAGMENTUM.

Prodit hic ex libris Feudorum lib. II. tit. 52. *§.* 2, *ope codicum* 5) *Gottingensis* 6) *Francofurtani* 7) *Parisiensis N.* 4440. 8) *Monacensis olim Kaisersheimensis; et habetur in codice* 9) *Monacensi olim Augustano p.* 256. *N.* 16. 15

Imperator Lotharius augustus [a] etc. universo populo.

Satis bene dispositum ad utilitatem regni et ad [b] perniciosam pestem destruendam, in scriptis inserere curavimus. Quidam miles bina [c] beneficia a duobus dominis, prout solitum est, acquisivit; qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio [d] quod ad eum pervenit, fidelitatem nullo anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater pro suo beneficio [d] alteri [e] domino suo similiter, quia nullum alium dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit. Defuncto posteriori fratre sine filiis, utrumque [f] feudum in unam [g] venit ut prius personam, et [h] sic dominus posterior [i] talem fidelitatem quaerit, qualem eius frater fecerat. Quas amputantes altercationes, sancimus, quod frater fecit [k] nichil superstiti obesse, licet [l] in secundam et tertiam generationem et usque in infinitum pervenerit [m], si hoc actum erit [n]. 20 25

a) *deest* 7. b) *deest* 6. c) m. b. ab tua arbitriis dominis 6. d) beneficio *usque* beneficio *desunt* 6. e) alter d. pro s. s. 6. f) utique 5. 6. 7. 8. g) querimonia 5. 6. 7. 8. h) *deest* 5. 6. i) *deest* 6. k) fecit scilicet iurando simpliciter nichil 7. fecit scilicet in dando simpliciter nil *Spang*. fecerit nichil fecit superstiti 6. l) nec in secunda et tertia generatione, ne usque 6. m) peruenitis 6. peruenit 5. n) si h. a. e. *desunt* 7. erit etc. 6. 30

1136. Sept.

CURIA PLACENTINA.

Litteras de expeditione Italica ex archivis S. Victoris Massienliensis valde vitiosas Martenius in Coll. I. p. 717 *typis vulgavit.* 35

1136. Sept.

L. Dei gratia Romanorum imperator augustus, Arelatensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Saepenumero scripsimus vobis, requirentes fidelitatis et subiectionis tuae debitum; quod quia non mancipatur effectui, vis quantum in te est, potestatem imperii nostri in 5 partibus tuis satis indiscrete contemnere: quod quantum divinis et humanis legibus contrarium sit, si recte adverteris, ipse nosti. Nos itaque, Dei annuente clementia, et principum imperii [a] nostri suppeditante industria, potestatem [b] Romani imperii, quae apud vos tam adtenuata est et oblivioni proxima, prout oportet, reparare curabimus, adeo ut fideles nostros debitis honoremus [c] beneficiis, et eos qui rebellare conantur iuribus [d] no- 10 stris, affligamus. Ea propter tibi tamquam fideli et principi nostro mandando praecipimus, quatenus in festo sancti Michaelis in Placentia cum militia tua nobis occurras, animatus tam ecclesiae quam imperio debitum consilium et auxilium exhibere [e]. In [f] consilio principum ac dilectum capellanum nostrum tibi direximus, quem quasi [*] a latere nostro delegatum in omnibus audias, et ei fidem adhibeas; sciens pro certo, quod si te [g] nostro 15 conspectui non praesentaveris, et subventioni ecclesiae Romanae debitisque [h] imperii bosequiis nisi adfueris, offensam nostram graviter incurristi, et nos de eiusdem ecclesiae consilio et principum nostrorum in te animadvertemus.

a) *ita correxi*, principii nostri *Martene*. b) *vocem eiusmodi supplendam esse patet; Martene lacunam indicavit.* c) honeremus *M.* d) *legendum videtur:* conantur, viribus nostris affligamus. e) *ita correxi Martenii lectionem* 20 auxilium . . . . exercendis. f) *legendum videtur:* Igitur consilio p. ac ecclesiae dil. *) *ita correxi;* si *M.* g) q. si te *voces lacunae Martenii inscripsi.* h) debitis quam *M.*

CONSTITUTIO DE FEUDORUM DISTRACTIONE.

1136. Nov. 6.

Prodit hic iterum ex codicibus 1) *bibl. Vaticanae Palatino Nro.* 772. 25 *membr. in fol. sec. XII. cui post legem Langobardorum una cum Friderici legibus manu eius aevi inscripta fuit, atque* 2) *bibl. regiae Parisiensi Nro.* 4617. *membr. in fol. sec. XII., in quo aeque legi Langobardorum subiicitur. Textus qualem in editis libris Feudorum II.* 52. 1. *et apud Muratorium ex Gothofredi editione legimus, ma-* 30 *gis cum codice Parisiensi congruit, et Ictorum calamis correctus fuisse videtur.* 3) *C. bibl. universitatis Halensis m. s. XIV. quem beneficio V. Cl. Pernice professoris doctissimi evolvere mihi licuit, ut plurimum Parisiensi consonus, nonnunquam tamen et Vaticanum sequitur, aliquotiens ab utroque recedens propriam lectionem, sed quam* 35 *notatu dignam non iudicarem, exhibet. Quibus accedunt* 4) *C. regius Monacensis olim civitatis Augustanae pag.* 256. *N.* 14. *mbr. sec. XIII.* 5) *C. universitatis Gottingensis, olim Schwarzii, sec. XIV.* 6) *bibl. publ. Francofurtensis m. sec. XIV.* 7) *regius Parisiensis N.* 4440. *sec. XIV. et* 8) *regius Monacensis olim Kaisersheimensis sec.* 40 *XIV. Extat et in codice* 9) *regio Monacensi olim Augustano p.* 256. *N.* 16. *sec. XIV.*

1136. Nov. 6.

Lotharius [a] divina favente clementia [b] tertius Romanorum imperator, pius, felix [c], universo populo. Imperialis benivolentie [d] proprium iudicamus subiectorum commoda [e] investigare, et eorum [f] diligenti cura mederi calamitatibus, similiter bonum publicum [g] statum ac dignitatem imperii [h] privatis commodis preponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam presentium noverit universitas, qualiter dum aput Roncalias secundum antiquorum consuetudinem imperatorum [i] pro iustitia et pace regni componenda sederemus [k], omnia quae ad honorem imperii [l] spectare videntur sollicite indagantes, pernitiosissimam pestem et rei publice non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas enim [m] interpellationes ad nos factas didicimus [n], milites [o] beneficia passim distrahere, ac ita omnibus exhaustis [p], suorum seniorum servitia subterfugere; per quod vires imperii maxime attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis [r] exutos ad felicem nostri nominis expeditionem transducere non [s] valeant. Hortatu itaque atque consilio archiepiscoporum, episcoporum [t], ducum, marchionum, comitum palatinorum, ceterorumque nobilium [u], simul [v] et [w] iudicum, hac edictali lege in [x] evum Deo propitio valitura decernimus, nemini licere beneficia que a suis senioribus habet, absque [y] ipsorum permissu [z] distrahere, vel aliquod commertium [*] adversus tenorem nostre constitutionis excogitare, per quod imperii vel dominii [a] minuatur utilitas. Si quis vero contra [b] saluberrima nostre constitutionis [c] precepta ad huiusmodi illicitum commertium accesserit, vel aliquid in fraudem [d] legis machinari temptaverit, pretio ac beneficio se cariturum cognoscat [e]. Notarios [f] vero qui super [g] tali contractu libellum vel aliud instrumentum conscripserint, post ammissionem officii [h] infamie periculum sustinere sanccimus [i]. Data [k] die 6. mensis Novembris, indictione 15 [l].

a) Lottarius 1. b) d. gratia 7. 8. c) f. inclytus ac triumphator semper augustus 2. 3. 4*. 6. (7. 8.) *post* inclitus *insert* uictor 4. u. p. *Mur.* d) obediencie 3. e) c. s. 2. 3. f) e. e. d. c. m. 2. 3. 4. 5. *M.* g) reipublicae bonum st. *M.* 2. 5. 8. h) i. omnibus p. c. p. 2. 3. 6. i) *deest* 1. k) consideremus 2. 8. *M.* l) i. romani 2. 5. 7. 8. *M.* r. i. 6. m) et enim 2. 3. 4. 5. 7. 8. n) comperimus 5. *M.* o) m. sua b. 2. 4. 5. 7. 8. *M.* m. b. sua 3. 6. p) exaustis 1. r) b. suis e. *M.* s) nullo modo t. v. 2. 3. 4. 5. *M.* minine t. v. 6. 7. 8. t) *deest* 1. u) nobili 1. v) similiter 4. *M.* w) etiam 2. 5. 6. 7. 8. *M.* x) in omne e. 2—8. *M.* y) sine 2. *M.* z) permissione *M.* *) commentum 7. a) dominorum 2—8. *M.* b) c. haec s. 2. 3. 4. 5. *M.* c. huius saluberrime 6. 7. c) legis 2—8. *M.* d) f. huius 1. 2. 3. 4. 5. *M.* f. nostre legis 7. e) agnoscat 2. 3. 4. *M.* f) Notarium . . . conscripserit 2. 4—8. *M.* Notarius . . . conscripserit 3. g) s. hoc tali 3—5. h) o. ipsum i. 2. 5. *M.* o. ipse i. 3. ipsius officii i. 4. i) *reliqua desunt* 6. 7. 8. k) VII. die 2. *M.* l) XV. anno MCXXXVI. *M.* nouembris. M.C.XXXVI. 3. 4. 5.

CHUONRADI III. REGIS CONSTITUTIONES.

1144. 1147.

CURIA RATISBONENSIS.

Litteras ex codice Tegernseensi a Pezio in Cod. Dipl. I. pag. **326**. *editas hic proponimus.*

C. Dei gratia Romanorum rex, abbati de Tegrinse gratiam suam et omne bonum.

Satis mirari non valemus, et vehementer nostra regia turbata est serenitas, quod curiae praeteritae apud Baveberg una cum aliis principibus interesse neglexisti, et hoc,

quod iure imperii ibidem nobis facere debueras, adhuc quasi inconsulte distulisti. Quapropter volumus et mandando firmiter praecipimus, quatenus omni posthabita occasione, in festo sancti Iohannis in curia Ratisponensi obviam nobis venire studeas, et debitum servitii ibidem plenarie persolvas. Nos enim in praesentia principum, si quas de illatis iniuriis ad nos habes deferre querimonias, benigne et misericorditer exaudiemus, et plenariam faciendo iustitiam in antiqua libertate conservare curabimus.

1144. 1147.

LITTERAE AD HEINRICUM REGEM, FILIUM.

1148. Apr. Mai.

Ineditas hucusque proponimus ex codice saeculi XII, olim Malmundariensi, epistolarum Wibaldi, diligentissime cum editis collato a V. Cl. atque de re nostra meritissimo D. Ritz serenissimi Borussiae regis in provincia Aquisgranensi regenda a consiliis.

Cuonradus Dei gratia Romanorum rex, iuniori regi Heinrico gratiam suam et omne bonum. Quoniam hactenus paternae reverentiae nostrae inspectu et fidelium nostrorum ammonitu, sicut audivimus, tam honestati quam virtuti viriliter studuisti, et in his ad honorem et utilitatem regni et nostram pro tempore satisfecisti, paterna viscera nostra, si aliquo labore affecta fuerant, bonae indolis tuae fama refocilasti. Paterne igitur te monemus atque monendo praecipimus, si ut patrem nos diligis, si vereris ut dominum, quod in bono proposito tuo animum ponas constantissimum; unde honor tuus ac noster de die in diem exaltabitur, et emulorum nostrorum iniqua rabies amputabitur. Si autem haec mandata nostra neglexeris, omni honore a nobis tibi collato et adhuc tibi conferendo inerciam tuam privabimus, nec amodum filium nostrum dilectum te iudicabimus. De conventione avunculi tui tecum et reconciliationis conditione, videlicet ut castrum, ministeriales et allodia sua benevolentia usque ad reditum nostrum possideas, in litteris tuis audientes gratum habemus. Audivimus etiam de ministerialibus nostris, quod quidam eorum devote ac fideliter tanquam nobis tibi servirent, quidam vero te dominum suum propter absentiam nostram abnegantes, servitio tuo se subtraxerunt; unde dignam sententiam eis indicimus. Quod si Dominus prosperum reditum nobis concesserit, malos male perdemus, bonos autem, fideles tuos scilicet ac nostros, digne remunerabimus. De quibus igitur, contemptoribus videlicet nostris, specialiter in aliis litteris tibi mandabimus, iudicio curiae tuae condemnari vel a regno eici eos praecipimus. Item omnia servitia nostra ac reditus nostros, si parcere eis non valeas, honori tuo libenter dimittimus, praeter reditus quos integre nobis reservari volumus. Sani et incolumes Iherosolymam usque pervenimus. Heinrico notario nostro praecipimus, quatinus tanquam nobis tibi fideliter serviat, ut post reditum nostrum remunerationem dignam recipiat.

HEINRICI REGIS CURIA WIRZBURGENSIS.

1148. Sept. 8.

Litteras regis invitatorias ad Wibaldum, abbatem Stabulensem et Corbeiensem, in Martenii Collectione amplissima T. II. p. 89 *et* 93

1148. Sept. 8. *extantes, aeque ac reliqua inde desumta, ope codicis unici Malmundariensis sec. XII. recognovimus.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex, Wibaldo venerabili Corbeiensi abbati, gratiae et dilectionis suae plenitudinem.

Gratiarum actiones tuae discretioni referimus, qui fidelitatis et dilectionis constantiam quam domino et patri nostro deferre consuevisti, post discessum eius, memor qua familiaritate dilectionis ei iunctus fueris, etiam nobis ad nostri honoris incrementum, tum apud regni principes, tum apud dominum papam, devotissime exhibuisti, unde nimirum voluntati tuae obsequi deinceps erimus parati. Verumtamen quia communicato principum consilio, in nativitate sanctae Mariae Franckenvort curiam celebrare statuimus, rogamus dilectionem tuam, ut eidem curiae interesse non renuas, et ad informandum regni statum et pacem firmandam consilio et auxilio nobis assistas. Et quoniam omnia negotia nostra tam privata quam publica per te ordinari desideramus, et ut in eadem curia nos et negotia nostra manuteneas expetimus, calendis Septembris ut Nurenberch nobis occurras, volumus. Cetera nuntius; de statu vero domini et patris nostri, sicut in litteris suis nobis mandavit, tibi scribere curamus.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex, Wibaldo abbati Corbeiensi et Stabulensi, intimae dilectionis suae plenitudinem.

Discordia, quae nuper in Suevia suborta est, a proposito nostro in parte nos declinare compellit. Cum enim Nurenberch moram facere proposuerimus, ad componendos tumultus Suevorum divertere compellimur. Unde dilectionem tuam quam intime rogamus, ut eodem termino quem Nurenberch tibi praefiximus, Winisberch nobis occurrere non graveris. Quod si fieri non potest, omni occasione postposita, curiam Frankenevort indictam nobiscum celebres. Caetera nuntius.

1149. Aug. 15.

CURIA FRANCONOFURTANA.

Ex Wibaldi epistolis p. 361; *quacum conferenda est illa Heinrici regis ad Wibaldum.*

Conradus Dei gratia Romanorum rex, Wibaldo Corbeiensi et Stabulensi abbati, gratiam suam et omne bonum.

Certi sumus, quod de numero fidelium nostrorum praecipuus inopinatum reditum nostrum summa cordis alacritate suscipias, et prosperitati nostrae tamquam specialis regni et noster amicus plurimum congaudeas. Quod autem in adventu nostro ecclesia et regnum in reformatione pacis proficiat, orationibus sanctae ecclesiae, et tam consilio quam auxilio fidelium regni, obtinere desideramus. Industriae igitur tuae mandando committimus, quatinus omni occasione postposita, ad curiam quam in assumptione sanctae Mariae Frankenvort celebraturi sumus, venire non differas, ubi tam de privatis quam publicis negotiis nostris familiari tecum consilio convenire intendimus. Quae Corbeiensi ecclesiae pro tua dilectione in abbatiis, Caminata videlicet et Visebacho, contulimus, ad usus eius Deo annuente conservabimus, certi, quod Corbeienses pecuniam, quam iuramenti assertione promiserant, indubitanter nobis persolvant.

1151. Sept. 15.

EXPEDITIO ROMANA.

Laudata est ea in curia Wirzburgensi, ad quam rex Wibaldum litteris infra vulgatis invitavit. Nomina principum qui ibi aderant ex alia Wibaldi epistola ad Manuelem imperatorem patent; litteris 5 regiis ad Italiae civitates, ad Romanos, ad papam, ineditam hucusque chartam de promissis Romanorum ex codice Malmundariensi adiungere licet.

LITTERAE ENCYCLICAE.

Cuonradus Dei gratia Romanorum rex, Wibaldo Corbeiensi abbati, gratiam suam et 10 omne bonum.

Discretioni tuae volumus esse cognitum, quod octava die post proximam nativitatem sanctae Mariae nonnulli principum nostro se conspectui praesentabunt apud Herbipolim, de negotiis ecclesiae et regni et de nostra expeditione nobiscum tractaturi. In quibus et tua opus habemus praesentia utpote cum quo familiarius et plenius singula 15 intendimus pertractare. Per praesentia igitur scripta sollicitudini tuae mandamus, quatinus omni dilatione et occasione postposita, in termino supra memorato, modico comitatu contentus, nostro te conspectui repraesentes.

LITTERAE AD CIVITATES ITALIAE.

Cuonradus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, consulibus, capitaneis, et 20 universo populo Pisano, tam minoribus, quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Post reditum nostrum a Iherosolimitana expeditione, omnem animi nostri intentionem converteramus, ut absque morae prolixioris interventu, ad res Italiae ordinandas et pacandas ingrederemur. Inde fuit, quod legatos excellentissimi fratris nostri Graecorum 25 imperatoris ad universitatem vestram direximus, de fide et constantia vestra plurimum confidentes, quatinus ipsorum industria, et vestra potenti virtute, hostis utriusque imperii usque ad adventum nostrum sine intermissione bellicis incursibus quassaretur. Decet itaque patriae principem grates ac benevolentiam rependere his, qui ad tam egregium opus peragendum animo et opere inparati non fuerunt, sicut illis non immerito pena 30 debetur acerbior, qui tantos rei publicae provectus demoliri temptaverunt. Sed ardentissimum nostrae voluntatis studium manus divina, quam nemo mortalium potuit evadere, inmissa coelitus infirmitate aliquamdiu repressit; sed recuperata per eumdem misericordissimum Deum sospitate, transacto sacri pentecostes festo, generalem curiam apud Ratisponam celebrantes, expeditionem nostram regio more versus Italiam cum 35 magno principum favore et totius militiae alacritate indiximus. Similiter et apud Herbipolim mediante mense Septembre factum est, ita deinceps firmato mentis proposito, ut ad omnes regni nobis a Deo concessi partes celerius accedentes, et pace per Dei gratiam ubique firmata, sic ad Urbem, et ad vos pervenire valeamus, ut tam bene merentibus praemia, quam rebellibus poenam rependere debeamus. Ad huius rei evidentem notitiam 40 atque certitudinem faciendam, direximus praesentes legatos nostros, viros utique illustres ac nobis inter principes nostros familiarissimos, Arnoldum videlicet Coloniensis ecclesiae venerabilem archiepiscopum, Wiboldum Stabulensem et Corbeiensem abbatem, Heinricum curiae nostrae notarium, ad reverendum patrem nostrum papam Eugenium et ad urbem Romam, necnon ad ceteras urbes Italiae. Quos venientes ad urbem vestram, 45 quae semper ab initio in pace et in bello terra marique imperii Romani consuevit esse domicilium, honorifice, ut vestra probitas consuevit, suscipiatis, et tam de militum, quam de navium numero, quas in expeditionem Siciliae ob perpetuam felicis remunerationis

1151. Sept. 15. mercedem exhibebitis, per illorum notitiam nos certos efficiatis. Porro de verbo, quod de inimicorum vestrorum sempiterna humiliatione nobis per legatos nostros, scilicet Constantiensem et Basiliensem episcopos, atque marchionem de Montefarrato suggessistis, preces vestras exauditas esse sciatis, et quidquid super hoc praedicti nuntii nostri vobis confirmaverint, nos esse observaturos non dubitetis, scientes quod inimicis vestris inimici sumus, et odientes vos affligemus. 5

LITTERAE AD ROMANOS.

Cuonradus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, praefecto Urbis, consulibus, capitaneis et omni populo Romano tam minoribus quam maioribus, gratiam suam et bonam voluntatem. 10

Post reditum nostrum a Iherosolimitana expeditione, litteras universitatis vestrae frequenter accepimus, in quibus continebatur, quanto fidei ac devotionis studio pro personae nostrae dignitate provehenda et imperii Romani statu reformando indefessis animis decertetis. Et licet epistolarum de . ulsi[a] tantis rebus, quas perferebant, impares viderentur, pergratam tamen animo habemus vestram benevolentiam ex coepto tenore procedentem, et[b] imperiali retributione honorare decrevimus. Proinde a vestra prudentia, sicut oportuit, decenter invitati, expeditionem Ytalicam et adventum nostrum ad Urbem magno cum principum nostrorum favore et totius militiae alacritate efficaciter ordinavimus, primo quidem in celebri curia Rathisbonae, secundo in civitate Erbipoli, firmato deinceps proposito nostro, ut ad ceteras regni nostri partes celerius accedentes, pace per Dei misericordiam ubique[c] firmata, ad res Urbis et Ythaliae pacandas et firmandas sic transeamus, ut tam fidelibus gratiam quam rebellibus poenam Deo adiutore retribuere valeamus. Ea propter mittimus ad universitatis vestrae experientiam legatos nostros, viros utique illustres ac moderatos, Arnoldum videlicet nostrae curiae cancellarium Coloniensis ecclesiae electum archiepiscopum, et Wibaldum Corbeiensem abbatem, et Heinricum notarium, imperio nostro fidelissimos ac familiarissimos, ut per eos voluntatis nostrae et consilii certitudinem adiscatis. Quo circa industriae vestrae attente mandando committimus, quatinus eosdem legatos nostros pro nostra reverentia et Urbis disciplina honeste suscipiatis, et ab ipsis tamquam ab ore nostro, quae in hoc temporis statu agenda sunt, accipiatis, et eos honorifice et commode, quo itineris res postulat, perducatis. 15 20 25 30

PROMISSA ROMANORUM.

Hec sunt que senatores promittunt facere, et adtendere et sacramento firmare voluerunt et volunt. Ipsi vobis fidelitatem iurabunt, cum beneficio quingentarum librarum secundum quod consueverunt Romani iurare pontificibus Romanis. Quatuor de populo per unamquamque contradam facerent iurare securitatem et pacem vobis et rebus vestris et omnibus ecclesiis et omnibus ad vestram curiam venientibus et redeuntibus et personis et rebus episcoporum et cardinalium. Regalia vobis integre restituent, excepto quod in Reiano et Maliano arx non fiat. Pecuniam ablatam ecclesiis et regalibus, excepta que expensa est in guerra Bitervii[d], bona fide recuperare studebunt et reddent. Fortitudines omnes extra Urbem reddent. Munitiones sancti Gregorii et turrim de Sclaceis dabunt ad tenendum talibus hominibus qui vobis placeant et illis usque ad quatuor annos; quibus expletis, reddentur dominis suis. Et si Romam reversi fueritis, ita cum eis agere poteritis, quod non tenebuntur per medium annum, et rogant ut pacem de Bitervio cum honore vestro et Urbis et senatus, sicut pater et dominus, et pacem inter Urbem et extra in quantum potestis provideatis. Quicquid vobis de his placuerit, nobis statim rescribite; et inter predictos iurabunt Nicolaus, Syxtus, et Guido recuperata gratia vestra, precibus senatorum. 35 40 45

LITTERAE AD PAPAM.

Carissimo in Christo patri suo Eugenio sanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Cuonradus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam. 50

a) *ita codex.* b) *vocem inserui.* c) *ita correxit M.* vestroque *codex.* d) *i. e.* Viterbii.

Sicut paternitatis vestrae benevolentiam in omnibus nostris nostrorumque negotiis saepe et nunc experti sumus, sic etiam adhuc in cunctis sentire non dubitamus, celsitudini vestrae hoc repromittentes, quod ad promovendum ecclesiae Dei et vestrum honorem, quanta debemus diligentia, semper erimus parati. Inde est, quod nos generalem 5 curiam aqud Herbipolim medio mense Septembri celebravimus, ibique expeditionem Italicam receptis a principibus, qui convenerant, fide et sacramentis efficaciter ordinavimus: in qua rite peragenda, quoniam praesentia et consilio dilecti nostri Har. venerabilis Bremensis archiepiscopi carere nec debemus nec volumus, paternitatis vestrae serenitatem attenta benevolentia rogamus, ut diem et terminum pro conservanda Bremensis ecclesiae 10 dignitate sibi constitutum benigne illi remittatis, et causam ipsius usque ad nostrum adventum differatis, hac interposita conditione [a], ut in nostro adventu eadem causa in vestra praesentia secundum tenorem veritatis et iustitiae terminetur. Confisi enim de vestra sinceritate fretique consilio dilecti nostri O. cardinalis vestri, qui tunc praesens erat, praefatum archiepiscopum, cum iam ad iter faciendum succinctus esset, apud nos 15 retinuimus, ut in tanta et tam celebri expeditione eum promtiorem habere valeamus. Sanctitati vestrae attente commendamus carissimum nobis Corbeiensem abbatem Wibaldum, virum utique prudentem, et tam vobis quam sacrosanctae matri nostrae Romanae ecclesiae per omnia fidelissimum, ut eum pro nostrae dilectionis et petitionis intuitu clementer excipiatis, tam in privilegiis suis confirmandis, quam in aliis suis petitionibus 20 benigne exaudiatis, et aliqua vestrae benedictionis et gratiae praerogativa insignitum, ad nos cum gaudio celerius remittatis.

1151. Sept. 15.

a) nr constantia *cod.*

FRIDERICI I. IMP. CONSTITUTIONES.

ELECTIO REGIA.

1152. Mart.

25 *De electione et coronatione sua Fridericus Eugenium papam certiorem fecit per litteras, quibus et capitula electionis continebantur. Eas ex codice Wibaldi Malmundariensi proponere iuvabit, addito Eugenii responso.*

Dilectissimo [a] in Christo patri suo Eugenio sanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, 30 Fridericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, filialem per omnia dilectionem et debitam in Domino reverentiam.

Mart. 5—9.

Patrem patriae decet veneranda priscorum instituta regum vigilanter observare, et sacris eorum disciplinis tenaci studio inhaerere, ut noverit regnum sibi a Deo collatum legibus ac moribus non minus adornare, quam armis et bello defensare. Solemnem 35 itaque imperii Romani morem a proavis nostris, imperatoribus videlicet et regibus, ad nos transmissum sequentes, legatum nostrum, virum et discretum et honestum E. venerabilem Bavenbergensem episcopum, adiunctis sibi H. Trevirensi electo, et A. Everacensi abbate ad vestrae sanctitatis praesentiam et ad Urbem destinare curavimus, ut tam ex

a) Martene p. 516.

1152. Mart. 5—9. praesentis paginae indicio quam ex ipsorum viva voce de nostris provectibus et totius ecclesiae ac regni statu certiores esse possetis. Itaque quando placuit terribili, et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terrae, in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum, felicis memoriae patruum ac nutritorem nostrum gloriosum Romanorum regem Conradum de praesenti vita evocare, universi principes 5 regni, tamquam divino spiritu suscitati, decima septima die post depositionem eius, in oppidum Frankenevurt, tam per se ipsos quam per responsales honoratos convenerunt, et absque ullius morae interiecto spatio, eadem die cum ingenti divinitus data concordia, ipsi principes et ceteri proceres cum totius populi favore et alacritate nos in regni fastigium elegerunt. Quinta postmodum die, id est transacta proxime mediante quadragesima, 10 pari et eodem consensu cum benevola populi acclamatione in oppido Aquisgrani nos per sacratissimas devoti filii vestri Arnoldi Coloniensis metropolitani, et venerabilium episcoporum manus oleo sanctificationis regaliter unxerunt, et in solio regni cum benedictione solemni collocaverunt. Nos vero in multiplicibus regiae dignitatis ornamentis, quibus partim per laicorum principum obsequia, partim per venerandas pontificum benedictiones 15 vestiti sumus, regium animum induimus, tota mentis virtute intendentes, ut iuxta professionis nostrae formulam, quam ab orthodoxis praesulibus in ipso regni throno et unctione sacra accepimus, honorem vobis et dilectionem, et sacrosanctae matris nostrae Romanae ecclesiae et omnibus ecclesiasticis personis promtam et debitam iustitiam ac defensionem exhibeamus, viduis ac pupillis, et universo populo nobis commisso, legem 20 et pacem faciamus et conservemus. Cum enim duo sint, quibus principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, omnium Christi sacerdotum obedientiae devoti colla submittere parati sumus, ut propitia divinitate, temporibus nostri principatus, verbum Dei expedite currere non prohibeatur, et paternas regulas ac decreta sanctissimis diffinita conciliis nullus audeat absque poenae gravioris vin- 25 dicta violare, quatenus per studii nostri instantiam catholica ecclesia suae dignitatis privilegiis decoretur, et Romani imperii celsitudo in pristinum suae excellentiae robur, Deo adiuvante, reformetur. Et quoniam beatitudinis vestrae animum de obitu praedicti serenissimi principis scimus non immerito perturbatum, vobis tamquam patri carissimo constanter promittimus, quod sicut eidem glorioso quondam regi in regni solio successimus, 30 ita hereditariam dilectionem tam ad vestram personam omnino specialem, quam ad sacrosanctae matris Romanae ecclesiae promtissimam ac devotissimam defensionem suscepimus, hac scilicet ordinis ratione, ut quaecumque ad liberationem et honorationem apostolicae sedis intenderat et ordinaverat, nos constanter perficere studeamus, ita ut iuxta felicem, ad sanctum virum, Domini promissionem inimicis vestris inimici simus, et 35 odientes vos affligamus. Sane praenominatos legatos nostros benignitati vestrae attente committimus, ut eos pro nostrae dilectionis intuitu benigne tractetis, et in suis petitionibus clementer exaudiatis, intime etiam rogantes, ut dominum abbatem de Evera nobis tam in divinis quam in rebus humanis necessarium liberum nobis remittatis.

Mai 17. Eugenius[a] episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Friderico, illu- 40 stri Romanorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Nuntiis egregiae tuae nobilitatis et litteris benigne ac honeste susceptis, et ipsorum fideli et prudenti narratione, et illarum diligentissima inspectione, personam tuam iam pridem nobis dilectam, post decessum patrui tui recolendae memoriae Conradi Romanorum regis, pari voto et unanimi consensu principum in regni fastigium promotam esse 45 manifeste cognovimus. Quod tanto uberiore exultatione suscepimus, quanto per dilecti filii nostri O. presbyteri cardinalis narrationem et tuarum litterarum susceptionem spem certiorem de tua industria iam antea tenebamus. Deo igitur, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, de corde gratias debitas persolventes, quod de tua strenuitate, divina clementia disponente, tam concorditer factum esse cognovimus, be- 50 nigno favore sedis apostolicae approbamus. Credimus enim, quod bonum a iam dicto patruo tuo et praedecessore firmiter nobis et ecclesiae Romanae promissum, per generosae devotionis tuae studium, desideratum a nobis, auxiliante Domino, sortietur effectum. Nos siquidem ad honoris et exaltationis tuae augmentum, pro debito commissi nobis officii, superna cooperante gratia, attentius intendimus laborare. Eapropter de communi- 55

a) Martene pag. 518.

cato fratrum nostrorum consilio, legatum de latere nostro ad tuam serenitatem disposuimus in proximo destinare, per quem intentionem et propositum nostrum tuae gloriae disposuimus aperire. Interim autem regiam dignitatem tuam attente monemus, ut professionis regiae formam perspicaci lumine mentis semper attendas, et ecclesiae Dei et ecclesiasticis personis promtam et debitam iustitiam ac defensionem infatigabiliter et semper exhibeas: viduis, pupillis, orphanis et universo populo regimini tuo subiecto sine tarditate pacem et iustitiam facias, ut ipsi de tua protectione ac defensione pro regiae dignitatis excellentia muniti, et tibi devote obedientes laetentur, et tu de regia sollicitudine apud homines gloriam, et apud illum, per quem reges regnant, cum sanctis regibus vitam percipere merearis aeternam. Datum Signiae 16[a]. Kal. Iunii.

1152. Mai 17.

a) *editio perperam* VI.

PACTUM CUM BERTOLFO DUCE.

1152. Mai.

Ex Wibaldi codice epl. 350, *apud Martenium* 353.

Haec est conventio inter dominum regem Fridericum et ducem Bertolfum. Dominus rex dabit eidem duci terram Burgundiae et Provinciae, et intrabit cum eodem duce in praedictas terras, et adiuvabit eum easdem terras subiugare per bonam fidem ex consilio principum, qui in eadem expeditione erunt. De terra quam modo habet comes Willehelmus Matisconensis ex parte neptis suae faciet duci iustitiam, aut ex consilio principum, aut ex iudicio ipsorum dominatum et ordinationem utriusque terrae dominus rex habebit, quamdiu in ipsis terris fuerit. Post discessum regis dux utrasque terras in potestate et ordinatione sua retinebit, praeter archiepiscopatus et episcopatus, qui specialiter ad manum domini regis pertinent. Si quos autem episcopos comes Willehelmus vel alii principes eiusdem terrae investierint, eosdem dux investiat. Et quod haec conventio ex parte domini regis observabitur, fide data firmaverunt Heinricus dux Saxoniae, dominus Welpho, Arnoldus cancellarius, comes Oudelricus de Lencenburch, comes Egeno, Oudelricus comes de Hournunge, Marcquardus de Grounbach, Arnoldus de Biberbach, Otto palatinus comes de Witelinesbach, Waltherus dapifer, Hildebrandus pincerna, Cuonradus Colbo et frater suus Sigefridus. Dux Bertolfus habebit cum domino rege mille loricatos equites, quamdiu dominus rex in eisdem terris fuerit. In Italicam expeditionem ducet cum domino rege, quamdiu in ipsa expeditione fuerit, quingentos loricatos equites et quinquaginta arcobalistarios. Et quod dux haec omnia servabit sine dolo et sine fraude, dabit domino regi in pignore allodium suum, castrum scilicet Thecche, cum omnibus ministerialibus et praediis ibidem pertinentibus, Hetligen, Williggen et Erstem cum omnibus eorum pertinentiis. Et quod dux haec omnia observabit, iuraverunt homines sui Burchardus et Wernherus. Dominus autem rex expeditionem in praedictas terras movebit a proximis Kalendis Iunii, quae sunt in indictione 15. infra annum.

CURIA WIRZIBURGENSIS.

1152. Oct. 13.

Indicta est Wibaldo abbati litteris istis:

Fridericus Dei gratia Romanorum rex, Wibaldo Corbeiensi abbati, gratiam suam et omne bonum.

1152. Oct. 13.

Praeter communem caritatis legem, qua cunctos regni principes honorare compellimur, personam tuam speciali dilectione complectimur, et ea, quae ad honorem tuum spectare noscuntur, libenter volumus per omnia promovere. Super iniuriis igitur ecclesiae Corbeiensi illatis debita tibi affectione compatientes, discretioni tuae commonendo consulimus, ut adversa quae existunt, in praesentiarum aequanimiter sufferas, nostramque 5 vindictam mitigato animo praestolari non graveris. In brevi etenim, cum temporis opportunitas se nobis, Domino favente, praebuerit, talem tibi vindictam faciemus, quod alii similia committere trepidabunt. Praeterea te ignorare nolumus, quod tertio idus Octobris curiam generalem, ex consilio principum, vita comite, Wirceburc celebraturi sumus. In qua praesentiam tuam nobis cupimus exhiberi. 10

1153. Mart. 23.

PACTUM CUM EUGENIO III. PAPA.

Pactum quale a legatis Friderici et papae initum est, extat inter epistolas Wibaldi abbatis, apud Martenium T. II. Ampliss. Collectionis ep. **385**, *cuius textum emendavimus ope codicis Malmundariensis. Confirmationem regiam primus Baronius ad a.* **1152.** *pag.* **378** *ex codice* 15 *Cencii Vaticano evulgaverat, tantis vero mendis refertam, ut nostram codici* **1**) *Vaticano Nro.* **2040** *mbr. sec. XIV. XV. ubi folio* **53'** *legitur, innixam, merito multo emendatiorem censeas. Nec tamen vel ita omnia sanata fuisse contendimus; nota enim temporis quo pactum a rege confirmatum fuisse legimus, medela indiget, qua anno* 20 *incarnationis* **1153.** *regni* **2.** *indictioni* **1.** *adsignetur, quum et Fridericum die* **23** *Martis anni* **1152** *Coloniae moratum, et legatos Eugenii, pacti ut videtur portitores, Bernardum tt. S. Clementis et Gregorium tt. S. Mariae in Transtiberim cardinales, prout ex litteris papae ad Wibaldum scriptis patet, mense demum Februario aut* 25 *Martio anni* **1153** *Alpibus traiectis in Germaniam advenisse constet.*

In nomine Domini amen. Haec est forma concordiae et conventionis inter dominum papam Eugenium et dominum regem Romanorum Fridericum constituta, mediantibus cardinalibus Gregorio sanctae Mariae trans Tyberim, Ubaldo sanctae Praxedis, Bernhardo sancti Clementis, Octaviano sanctae Ceciliae, Rollando sancti Marci, Gregorio sancti Angeli, 30 Widone sanctae Mariae in Porticu, abbate Brunone de Caraville, ex parte domini papae: Anselmo Havelbergensi, Herimanno Constantiensi episcopis, Outhelrico de Lenceburch, Widone Werra, Widone Blandratense comitibus, ex parte domini regis. Dominus siquidem rex iurare faciet unum de ministerialibus in anima regis, et ipse idem manu propria data fide in manu legati domini papae promittet, quod ipse nec treuam 35 nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio Siciliae, sine libero consensu et voluntate Romanae ecclesiae et domini papae Eugenii, vel successorum eius qui tenorem subscriptae concordiae tenere cum rege Friderico voluerint, et pro viribus regni laborabit Romanos subiugare domino papae et Romanae ecclesiae, sicut umquam fuerunt a centum annis et retro. Honorem papatus et regalia beati Petri sicut devotus et specia- 40 lis advocatus sanctae Romanae ecclesiae contra homines pro posse suo eidem conservabit et defendet, quae nunc habet. Quae vero nunc non habet, recuperare pro posse iuvabit, et recuperata defendet. Graecorum quoque regi nullam terram ex ista parte maris concedet. Quod si

forte ille invaserit, pro viribus regni, quantocius poterit ipsum eiicere curabit; haec omnia faciet et observabit sine fraude et malo ingenio. Dominus vero papa apostolicae auctoritatis verbo una cum praedictis cardinalibus in praesentia praescriptorum legatorum domini regis promisit, et observabit, quod eum sicut carissimum filium beati Petri honorabit, 5 et venientem pro plenitudine coronae suae sine difficultate et contradictione, quantum in ipso est, imperatorem coronabit, et ad manutenendum, atque augendum, ac dilatandum honorem regni pro debito officii sui iuvabit; et quicumque iustitiam et honorem regni conculcare aut subvertere ausu temerario praesumserint, dominus papa a regiae dignitatis dilectione praemonitus, canonice ad satisfactionem eos commonebit. Quod si 10 regi ad apostolicam admonitionem de iure et honore regio iustitiam exhibere contemserint, excommunicationis sententia innodentur. Regi autem Graecorum ex ista parte maris terram non concedet; quod si ille invadere praesumserit, dominus papa viribus beati Petri eum eiicere curabit. Haec omnia ex utraque parte sine fraude et sine malo ingenio servabuntur, nisi forte libero et communi consensu utriusque immutentur.

1153. Mart. 23.

15 CONFIRMATIO REGIA.

Venerabili in Christo patri [a] Eugenio Dei gratia apostolicae sedis pontifici, Fridericus Dei [b] gratia Romanorum imperator augustus, filialem dilectionem et debitam in Christo reverentiam.

Regiae maiestatis dignitas postulat, quae ad pacis et concordiae bonum spectare no- 20 scuntur, attenta sollicitudine [c] stabilire, et [d] ut inter regnum et sacerdotium indissolubili caritate bonum ipsum [e] perpetuo perseveret, diligenti studio et exacta diligentia laborare [f]. Huius itaque rationis prospectu concordiam inferius annotatam, quae inter nos et vos, Deo auctore statuta est, sicut ab utraque parte stabilita est et ordinata, ne aliquid arbitrio nostro immutasse videamur, per eadem verba praesentis serie scripti praecipimus 25 adnotari.

In nomine Domini amen. Haec est forma concordiae et conventionis inter dominum papam Eugenium, et dominum Fridericum Romanorum regem [g] constituta, mediantibus Gregorio sanctae Mariae in [h] Transtiberim, Ubaldo sanctae Praxedis, Bernardo sancti Clementis, Octaviano sanctae Caeciliae, Rolando sancti Marci, Gregorio sancti An- 30 geli, Guidone sanctae Mariae in Porticu, et Brunone abbate de Claravalle, ex parte domini papae: Anselmo vero Havelbergensi, Hermanno Constantiensi episcopis, Outhelrico [i] de Lenzeburc, Guidone Guerra, et Guidone Balandratensi comitibus, ex parte domini regis. Dominus siquidem rex unum de maioribus ministerialibus regni fecit in animam regis iurare, et ipsi idem manu data propria fide promisit in manu legati domini papae, quod 35 ipse nec treugam nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio [k] Siciliae [l], sine libero consensu et voluntate [m] Romanae ecclesiae et domini papae Eugenii, vel successorum suorum qui tenorem subscriptae concordiae cum eodem rege Friderico tenere voluerint, et pro viribus laborabit Romanos subiugare domino papae et Romanae ecclesiae sicut melius fuerunt a centum retro annis. Honorem papatus et regalia beati Petri, 40 sicut devotus et specialis advocatus sanctae Romanae ecclesiae contra omnes homines pro posse defendet et conservabit quae nunc habet, quae vero nunc non habet recuperare pro posse curabit, et recuperata defendet, Graecorum quoque regi nullam terram ex ista parte maris concedet. Quod si forte ille invaserit, pro viribus [n] regni, quanto citius poterit, ipsum eicere curabit. Haec omnia faciet, sine fraude et malo ingenio.

45 Dominus vero papa apostolicae auctoritatis verbo una cum praedictis cardinalibus in praesentia praescriptorum legatorum domini regis promisit, et observabit, quod eum sicut carissimum beati Petri filium honorabit, et venientem pro coronae suae plenitudine, sine difficultate et contradictione, quantum in eo est, imperatorem coronabit, et ad manutenendum atque augendum et dilatandum honorem imperii sui, pro debito officii iuva- 50 bit, et quicumque iustitiam et honorem regni conculcare aut subvertere ausu temerario praesumpserit, dominus papa a regiae dignitatis dilectione praemonitus, eos ad satisfactionem canonice commonebit. Quod si regi ad apostolicam commonitionem de iure et

a) domino *Baron.* b) eadem *B.* c) solicitudine 1. d) *deest* 1. e) *deest* 1. f) laborari 1. g) imperatorem 1. *B.* h) *deest B.* i) ulrico 1. k) R. rege S. *Bar.* l) scicilie 1. m) volumptate 1. n) iuribus 1.

1153. Mart. 23.

honore regio iustitiam exhibere[a] contempserint, excommunicationis sententia innodentur. Regi autem Graecorum ex ista parte maris terram non concedet: quod si ille invadere praesumpserit, dominus papa viribus beati Petri eum reicere curabit. Haec omnia ex utraque parte sine fraude et malo ingenio[b] servabuntur, nisi forte libero et communi consensu utriusque immutentur. 5

Testes autem sunt, quorum nomina infrascripta cernuntur.

Arnoldus Coloniensis archiepiscopus, Hermannus Constantiensis episcopus, Anselmus Havelbergensis episcopus, Arditio Cumanus episcopus, Curiensis episcopus, Wibaldus[c] Stabulensis abbas, Albertus Coloniensis decanus, magister Henricus notarius, Godefridus Viterbiensis cappellanus regis. Ex laycis quoque Woelpho dux, marchio Hermannus de Baden, comes Ulricus de Lenzburch, comes Wernerus de Lenzburch, Anselmus camerarius et ministerialis regni. 10

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Arnoldus cancellarius recognovi.

Dat. Constantiae, decimo Kalendas Aprilis, indictione decimaquinta, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo secundo, regnante domino Friderico Romanorum rege[d] glorioso, anno vero regni eius primo. 15

a) exibere 1. b) humano i. 1. malitia *B*. c) Ubaldus 1. d) *deest* 1.

1153. Iun. 14.

SENTENTIA DE BONIS MENSAE EPISCOPALIS
NON ALIENANDIS.

Damus eam ex Schannati Vindemiis T. II. pag. **113.** 20

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex augustus. Quoniam ordinatione excellentissimae maiestatis in culmine imperii constituti summam rerum regendam suscepimus, dignum duximus singulis personis, et cunctis ecclesiis in nostro imperio sitis sua iura inviolabiliter conservare, et ecclesias Dei tam opibus quam dignitatibus locupletare. Eo nimirum aequitatis et nostrae praeceptionis favore Coloniensi ecclesiae clementer providentes, possessiones quae quorundam archiepiscoporum negligentia a mensa seu eleemosyna episcopali alienata fuere, sicut in conspectu patrui nostri serenissimi Romanorum regis Conradi tertii, charissimo nostro ac prudentissimo nostri aevi principe Arnoldo II. Coloniensi archiepiscopo ab innumeris principibus et tota curia Coloniae iudicatum est, decrevimus auctoritate nostrae maiestatis confirmare, et rei gestae seriem praesenti pagina certissime annotare. Coloniensis siquidem ecclesia, opibus et dignitatibus olim florentissima, nunc quorundam negligentia archiepiscoporum et praecipue Friderici, qui ob quosdam bellorum tumultus gratiam imperatoriae maiestatis offendit, et in eadem bellorum tempestate bona de mensa et eleemosyna episcopali inbeneficiavit, graviter attrita est et conquassata, et quia Coloniensi sede vacante, divina favente gratia electus est ibidem in archiepiscopum Arnoldus maior in Colonia praepositus, et domini Conradi tertii Romanorum regis cancellarius; vir utique praeclarus genere, expertissimus prudentia, spectabilis honestate; hic cum a clero et populo uniformiter ac regulariter in archiepiscopum electus ad pontificalem dignitatem traheretur, et a gloriosissimo domino Conrado tertio Romanorum rege investituram episcopatus, sub obtentu regiae gratiae, ecclesia humiliter et cum lacrymarum devotione ad pedes eius prostrata, saepius iuberetur, modis omnibus renisus est, constantissime praetendens episcopatum usque adeo distractum et laceratum esse, ut suas pro

1153. Iun. 14.

eo divitias, suam pacem pro tanta inquietudine nullatenus velit commutare, humiliter etiam proponens se ad pontificale onus omnino esse insufficientem. Verum serenissimus augustus dominus Conradus tertius Romanorum rex, praedicti electi personam toti regno et sanctae ecclesiae catholicae salutiferam agnoscens, motus etiam lacrymosis precibus 5 devotissimi cleri et populi, eidem electo alienatorum restaurationem et lapsorum reparationem clementer obtulit et firmiter promisit. Post haec vero in eadem urbe memoratus dominus Conradus tertius Romanorum rex in celebri curia a multis et praecipuis regni principibus iudicium requisivit super bonis a mensa seu eleemosyna Coloniensi archiepiscopi alienatis, et iidem principes et tota regia curia iudicium dedit, quod quoti- 10 diana servitia ad episcopalem mensam pertinentia nequaquam inbeneficiari vel invadiari iure possint, eo quod regno et ecclesiae debeantur: quod si quis fecerit, successori suo nullum faciat beneficii praeiudicium, vel apud eum ratum iure beneficii teneatur. Ex hoc sano iudicio piissimus Romanorum rex Conradus praefato Arnoldo, tunc Coloniensi electo, in omnibus bonis quae ab episcopatu alienata fuerant, regia authoritate pacem 15 indixit. Primo vero nostri principatus anno in burgo Tremonia a multis principibus in nostro conspectu antefato Arnoldo venerabili Coloniensi archiepiscopo iudicatum est, quatenus omnia bona quae Fredericus quondam Coloniensis archiepiscopus in eo bellorum tumultu, quo gratiam imperatoriae maiestatis offendit, inbeneficiavit, ad potestatem archiepiscopi redire debere, nec tales donationes, quae contra pacem regni factae dignos- 20 cuntur, aliquam vim iuris habere; secundo vero nostri principatus anno, in festo pentecostes in urbe Wormatia curiam solemnem celebrantes, rogati sumus per praefatum Arnoldum venerabilem Coloniensem archiepiscopum testimonium veritatis audire; unde iudicio curiae idem Arnoldus Coloniensis archiepiscopus legitimo testimonio nobilium virorum, videlicet comitis de Arnisbergh et Marcwardi de Grumbach, in nostro con- 25 spectu et principum praesentia comprobavit, praefatum iudicium se coram domino Conrado Romanorum rege tertio Coloniae accepisse, scilicet, ut nulli episcoporum licitum sit bona ad mensam pertinentia inbeneficiare vel invadiare, quod si quis fecerit, successori suo nullum faciat beneficii praeiudicium, nec apud eum ratum iure beneficii sive pignoris teneatur: inde illustris dux Bavariae Henricus patruus noster a nobis commoni- 30 tus iudicavit, Coloniensem archiepiscopum ita legitime iam dictum produxisse testimonium, ut iure nostra sit illi auctoritate confirmandum, consequenter iudicium approbantibus multis principibus, quorum nomina in testimonium huius pagina subternotata sunt.

Ut igitur ea quae ad nostram cognitionem perveniunt, et iudicialis sententiae finem accipiunt, perpetuo robore illibata et inconvulsa permaneant, praesentem paginam omni 35 aevo valituram conscribi, et nostrae imaginis caractere signari iussimus, firmisse statuentes, ut iudicium quod coram gloriosissimo Conrado Romanorum rege patruo nostro, Coloniae, sicut praescriptum est, de possessionibus Coloniensis episcopatus a principibus prolatum et in nostra postmodum praesentia praefato modo apud Wormatiam legitimo testimonio comprobatum est, iudicium quoque quod de bonis Coloniensis archiepiscopa- 40 tus per Fredericum quondam archiepiscopum alienatis in nostro conspectu apud Tremoniam, sicut praescripsimus, est promulgatum, nullus hominum audeat temerare, et omnia bona quae praefatus Arnoldus venerabilis Coloniensis archiepiscopus his fretus iudiciis recollegit, scilicet thelonium urbis Coloniae et multa episcopalia servitia, nemo ab ipsius usu et potestate, suorumque successorum, avellere praesumat. Nihilominus etiam 45 sanximus et in perpetuum confirmamus, quatenus quascunque possessiones idem Coloniensis archiepiscopus, data pecunia, ecclesiae conquisivit vel requisivit, ipse suique successores perpetua pace possideant, videlicet Udenkirchen, cum ministerialibus cum servis et ancillis, et omnibus appenditiis suis, in Wisfalia curiam nomine Homede, curiam quoque Anerust, Prumeam, Segerode, Wermunte, Wynusen, bona quoque quae habent 50 ministeriales in Geversdorp, confirmamus eidem Arnoldo archiepiscopo, quicquid auxiliante divino favore ecclesiae suae de coetero acquirere vel colligere iure poterit. Quod si qua saecularis vel ecclesiastica persona hanc nostram violaverit sanctionem, regiae maiestatis offensam se noverit incurrisse, quousque a sua praesumptione manum retrahat, et pro mandati regii transgressione 20 libras auri in camera nostra persolvat.

55 Huius rei testes sunt Cunradus Wormatiensis, Guntherus Spirensis, Burckardus Argentinensis, Cunradus Augustensis episcopi; Waltherus maioris ecclesiae in Colonia praepositus, Albertus decanus, Depoldus Xantensis praepositus, Nicolaus abbas de Sige-

1153. Iun. 14. berg, Arnoldus praepositus sancti Andreae, Udalricus de Susatz praepositus; Henricus dux Bavariae, Henricus dux Saxoniae et multi principes. De familia sancti Petri Hermannus advocatus, Henricus de Wolmundestein, Henricus de Alphein, Adolphus dapifer, Randulphus pincerna, Rapoto de Udenkirchen, Almericus de Wormisdorp et alii multi. 5

Signum domini Friderici Romanorum regis invictissimi.

Ego Arnoldus cancellarius recognovi.

Datum in urbe Wormatia 18. Kal. Iulii anno dominicae incarnationis 1153. indict. 1. regnante glorioso rege Friderico, anno regni 2. in Christo feliciter, Amen.

1154. Dec. 5.

CURIA RONCALIAE. 10

Constitutionem a Lupi in codice Diplomatico Bergomatis T. II. pag. 1129. ex Canc. B. Fasc. 6. Arch. cathedralis eius temporis editam, iterum proponimus.

Fridericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Imperialem decet solertiam ita rei publicae curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas in- 15 corrupta persistat et singulorum status iugiter servetur illesus. Quapropter dum ex predecessorum nostrorum more in universali curia Runcalie pro tribunali resideremus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicam accepimus querelam, quod beneficiati eorum [a] feuda que ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, vendiderant, et quadam collusione nomine libelli alienave- 20 rant, unde debita servitia amittebant et honor imperii et nostre felicis expeditionis complementum plurimum minuebant. Habito igitur consilio episcoporum, ducum, marchionum, comitum simul et palatinorum iudicum et aliorum procerum, hac edictali lege Deo propitio perpetuo valitura sancimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere vel impignorare vel quoquo modo alienare, sine permissione illius domini ad 25 quem feudum spectare dinoscitur. Unde imperator Lotarius tantum in futuro cavens, ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum sed etiam omnes huiusmodi illicitas alienationes hactenus perpetratas hac presenti sanctione cassamus et in irritum deducimus, nulla temporis prescriptione impediente; quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis convalescere 30 non debet. Callidis insuper quorundam machinationibus obviantes, qui pretio accepto quasi sub colore investiture quam [b] sibi licere dicunt, feuda vendunt et ad alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostre constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus, pena auctoritate nostra imminente, ut venditor et emptor qui tam illicite contraxisse reperti fuerint, feudum amittant, et ad dominum 35 libere revertatur. Scriba vero qui super hoc instrumentum conscripserit, post amissionem officii cum infamie periculo manum amittat. Preterea si quis infeudatus sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat, et ad dominum redeat. Firmiter etiam statuimus tam in Italia quam in Alemannia, ut quicunque indicta publice 40 expeditione Romana ad suscipiendam imperii coronam, vocatus a domino suo in eadem expeditione spatio competenti temere servire supersederit, feudum quod ab episcopo vel ab alio domino habuerit amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnimodis liberam habeat facultatem.

Data Runcaliae per manum Everardi Bavenbergensis [c] episcopi 5. die Decembris 45 1154. indict. 3.

a) corum *L.* b) *ita correxi;* quem *Lupi. cf. constit. a.* 1158. c) baaurbergensis *Lupi.*

CORONATIO ROMANA.

1155. Iun. 18.

Ordinis secundum quem Fridericus coronam imperii suscepit, meminit eius aevi auctor in vita Adriani apud Cencium et Cardinalem de Arragonia. Videtur esse ordo ab eodem Cencio sec. XII. servatus et apud Muratorium in Antiqq. T. I. p. **163**, *atque e pontificali Arelatensi saec. XIV. et Constantinopolitano sec. XIII. apud Martene de ritibus ecclesiae T. II. pag.* **592**. *vulgatus, cuius textum hic referre iuvabit. Ante coronationem inter Fridericum, Adrianum IV. et Romanos acta, apud Ottonem Frisingensem et Cencium leguntur.*

Incipit ordo Romanus ad benedicendum imperatorem, quando coronam accipit. Promissio imperatoris: *In nomine Christi promitto, spondeo, atque polliceor ego N. imperator coram Deo et beato Petro, me protectorem ac defensorem esse huius sanctae Romanae ecclesiae in omnibus utilitatibus, in quantum divino fultus fuero adiutorio secundum scire meum et posse.* De hinc orationem primam det Albanensis episcopus ante portam argenteam basilicae sancti Petri: *Deus, in cuius manu corda sunt regum, inclina ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae tuae, et imperatori nostro N. famulo tuo tegimen tuae appone sapientiae, ut haustis de tuo fonte consiliis, et tibi placeat, et super omnia regna praecellat.* Orationem vero secundam det episcopus Portuensis intra ecclesiam beati Petri in medio rotae: *Deus, inenarrabilis auctor mundi, conditor generis humani, gubernator imperii, confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui patriarchae nostri Abrahae praeelegisti regem seculis profuturum, tu praesentem regem hunc cum exercitu suo per intercessionem omnium sanctorum uberi benedictione locupleta, et in solium regni firma stabilitate connecte. Visita eum, sicut Moysen in rubo, Iesum Nave in proelio, Gedeon in agro, Samuelem in templo, et illa eum benedictione siderea, ac sapientiae tuae rore perfunde, qua beatus David in psalterio, Salomon filius eius te remunerante percepit e caelo. Sis ei contra acies inimicorum lorica, in arduis galea, in prosperis patientia, in protectione clypeus sempiternus. Praesta, ut gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligant caritatem, abstineant se a cupiditate, loquantur iustitiam, custodiant veritatem; et ita populus ille pullulet coalitus benedictione aeternitatis, ut semper maneant tripudiantes in pace victores. Quod ipse praestare dignetur etc.* Deinde vadant ante confessionem beati Petri apostoli, et prosternat se pronum in terra. Et archidiaconus faciat letaniam. Qua finita, episcopus Ostiensis ungat ei ex oleo exorcizato brachium dextrum et inter scapulas, et dicat hanc orationem: *Domine Deus omnipotens, cuius est omnis potestas et dignitas, te supplici devotione atque humillima prece deposcimus, ut huic famulo tuo prosperum imperatoriae dignitatis concedas effectum, ut in tua dispositione constituto ad regendam ecclesiam tuam sanctam nihil ei praesentia officiant futuraque non obsistant, sed inspirante sancti Spiritus tui dono, populum sibi subditum aequo iustitiae libramine regere valeat, et in omnibus operibus suis te semper timeat, tibi iugiter placere contendat. Per etc.* Sequitur haec oratio: *Deus Dei filius Iesus Christus dominus noster, qui a patre oleo exsultationis unctus est prae participibus suis, ipse per praesentem sacri unguinis effusionem, spiritus Paracliti super caput tuum infundat benedictionem, eamdemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili et tractabili dono invisibilia percipere, et temporali regno iustis miserationibus exsequuto, aeternaliter conregnare merearis; qui solus sine peccato vivit, et gloriatur cum Deo patre in unitate Spiritus sancti, per etc.* Demum vero pontifex Romanus sursum ante altare imponit ei diadema in capite, dicens: *Accipe signum*

1155. Iun. 18. *gloriae, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut spreto antiquo hoste, spretisque contagiis vitiorum omnium, sic iudicium et iustitiam diligas, et ita misericorditer vivas, ut ab ipso domino nostro Iesu Christo in consortio sanctorum aeterni regni coronam percipias. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit etc.* [a]

a) *hic desinit Cencius et pontificale Arelatense; Constantinopolitanum ita pergit:* His dictis, ante altare sancti 5 Mauritii procedit inunctus, et est ibi usque epistolam et cantilenam fere peractam. Aliquibus tamen videtur ab Ostiensi episcopo coram altari sancti Mauritii, nec alias inungi. Interpolata ergo cantilena, coram altari beati Petri praesentatur inunctus domino papae in supereminenti specula residenti Is itaque tunc ad ipsum altare descendit, et gladium vaginatum de altari sumit, et inuncto tradit, curam intelligens imperii totius in gladio sic dicens: Accipe gladium desuper beati Petri corpore sumptum. His verbis expletis, accingit illi ensem iterans 10 ita dictum: Accingere gladio tuo super femur, etc.

Mox ut coronandus accinctus ense fuerit, eximit eum de vagina viriliterque ter illum vibrat, et vaginae continuo recommendat. Eo igitur sic accincto, et beati Petri milite mirabiliter facto, subsequenter apostolicus de altare diadema sumit, et ponit in capite coronandi, et dicit: Accipe diadema regni, coronam imperii, signum gloriae, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. 15

Illico procidens imperator osculatur apostolicos pedes. Quibus gloriosissime gestis apostolicus ad eminentiam remeat speculae tribunalis, et imperator ad faldistorium scandit, in amplo gradu sub apostolici dextra praeparatum, et post missam ad castra revertitur coronatus.

Sciendum quod peracta commonitione cum impositione diadematis, dicere si forte velit apostolicus, valet orationes huiuscemodi: Dominus vobiscum. Prospice quaesumus omnipotens Deus, serenis obtutibus, etc. Benedic, 20 Domine, hunc principem nostrum ill. etc. Deus pater aeternae gloriae sit adiutor tuus, etc. Missa pro imperatore. Deus regnorum omnium.

IN BENEDICTIONE REGINAE VEL IMPERATRICIS.

Ad ingressum ecclesiae sic oratur: Omnipotens sempiterne Deus, fons et origo totius bonitatis, etc. Item benedictio ante altare. Deus qui solus habes immortalitatem, etc. In sacri olei unctione dicendum: Spiritus sancti 25 gratia nostrae humilitatis officio, etc. Ad coronae impositionem. Officio nostrae indignitatis.

1155. Oct. med.

CURIA RATISBONENSIS.

Litteras ad eam [1] *invitatorias ex codice Tegernseensi Pezius in Cod. dipl. I. p.* **410.** *edidit.*

F. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus; abbati de Tegrinse gratiam 30 suam et omne bonum.

Quia Deo auctore omnia in Italia gloriose peregimus, sani et incolumes redeuntes, terram Teutonicam propter absentiam nostram diversis hinc inde malis perturbatam, ad bonum pacis et tranquillitatis reformare intendimus. A Bavaria itaque incipientes, ut maxima quae in ea exorta sunt mala eradicemus, et ad pacem eam revocemus, curiam 35 generalem Ratisbonae a festo sancti Michaelis ad 14 dies [a] celebrandam indiximus, cui te interesse sub obtentu gratiae nostrae praecipimus.

a) *deest apud Pez.*

1) cf. Ottonis Frising. L. II. c. 29.

CURIA NORIMBERGENSIS.

1156. Iul.

Encyclicam de expeditione Mediolanensi in curia Norimbergensi laudata, auctore Ottone Frisingensi II. 30. *proferimus. In emendando Ottone et Radevico usi sumus codice eximio bibliothecae palatinae* 5 *Vindobonensis inter historicos prof. Nro.* 233 *insignito.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto patruo suo Ottoni Frisingensi episcopo, gratiam suam et omne bonum. Quia divinae providentiae clementia, Urbis et Orbis gubernacula tenemus, iuxta diversos eventus rerum, et successiones temporum, sacro imperio et divae rei publicae consulere debemus. Cum enim ea 10 quae necessitatis causa instituta fuerint, cessante necessitate cessare debeant, expeditionem, quam proxime Wirzeburch propter invasionem Graecorum in Apuliam iurari praecepimus, post fugam eorum tibi caeterisque principibus relaxamus, ut ad alia imperii negocia promptiores eos invenire possimus. Verum quia Mediolanensium superbia iamdiu caput contra Romanum erexit imperium, et modo sua fortitudine totam Italiam subver- 15 tere, vel suo nititur subiugare dominio, ne tanta praesumptio nostro tempore praevaleat, vel gloriam nostram plebs improba usurpare vel conculcare valeat, futuris casibus viriliter occurrere, et ad destructionem eorum omne robur imperii excitare intendimus. Ex iudicio igitur principum expeditionem contra Mediolanum a proxima pentecoste ad annum iuratam tibi indicimus, quam intime rogantes et praecipientes, quatenus ad eam 20 nobiscum peragendam, a vigilia pentecosten ad annum, Ulmae nobis indubitanter occurras; certus, quod nec te, nec aliquem principum nostrorum montem Apenninum transire cogemus.

CONVENTUS RATISBONENSIS.

1156. Sept.

Ad acta eius pertinent constitutio de institutione ducatus Austriae 25 *et constitutio pacis. Illam saepius typis expressam varieque agitatam, postquam anno* 1821 *in tabulario imperiali Vindobonensi authenticam, aurea bulla munitam, optime servatam, et vere authenticam agnovi, beneficio Chmelii nostri diligentissime exscriptam iterum proponimus. Constitutionem pacis in libris Feudorum L. II. tit.* 27. *sine die* 30 *et consule servatam, ope codicum* 1) *Halensis sec. XIV.* 4) *Monacensis olim Augustani* 5) *Gottingensis olim Schwarziani* 6) *Francofurtani* 7) *Parisiensis Nro.* 4622. 8) *Monacensis olim Kaisersheimensis sec. XIV. restitutam, duce Ottone Frisingensi lib. II. cap.* 32. *ad hunc conventum referendam esse censuimus, quum certe primis Friderici* 35 *annis, imperio nondum suscepto, promulgata sit.*

CONSTITUTIO DUCATUS AUSTRIAE.

Sept. 17.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Amęn. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Quamquam rerum commutacio ex ipsa corporali institucione possit firma consistere, nec ea que legittime geruntur ulla possint refragacione

1156. Sept. 17.

conuelli, ne tamen rei geste ulla possit esse dubietas, imperialis debet intervenire auctoritas. Noverit igitur omnium Christi imperiique et nostri fidelium presens etas et futura posteritas, qualiter nos, eius cooperante gratia, a quo celitus pax missa est hominibus super terram, in generali nostra curia Ratispone in nativitate sancte Marie celebrata, in praesentia multorum religiosorum et catholicorum litem et controversiam, que 5 inter karissimum nostrum patruum Heinricum ducem Austrie et inter nepotem nostrum karissimum Heinricum ducem Saxonie, diu agitata extitit, super ducatum Bavarie et super marchia a superiori parte fluminis Anasi terminavimus hoc modo; quod dux Austrie resignavit nobis ducatum Bawarie et dictam marchiam, quos tenebat, qua resignacione facta, mox eundem ducatum Bawarie in beneficium contulimus duci Saxonie, predictus 10 vero dux Saxonie cessit et renunciavit omni iuri et accioni, quas habebat, ad dictam marchiam cum omnibus suis iuribus et beneficiis. Ne autem in hoc facto honor et gloria patrui nostri karissimi aliquatenus minuatur, de consilio et iudicio principum illustri Wadizlao duci Boemiae sentenciam promulgante, quam ceteri principes approbabant, marchionatum Austriae et dictam marchiam supra Anesum commutavimus in 15 ducatum. Eundemque ducatum cum subscriptis iuribus privilegiis et graciis omnibus liberalitate cesarea contulimus predicto Heinrico nostro patruo karissimo, praenobili sue uxori Theodorae et liberis eorundem, ob singularem favorem quo erga dilectissimum patruum nostrum Heinricum Austriae, eius conthoralem prenobilem Theodoram et eorum successores, nec non erga terram Austriae quae clippeus et cor sacri Romani imperii esse 20 dinoscitur, afficimur, de consilio et assensu principum imperii dictis coniugibus, eorum in eodem ducatu successoribus, nec non prefate terre Austriae subnotatas constituciones, concessiones et indulta, auctoritate imperiali in iura plena et perpetua redactas donavimus liberaliter vigore praesencium et donamus. Primo quidem, quod dux Austriae quibussvis subsidiis seu serviciis tenetur, nec esse debet obnoxius sacro Romano imperio, 25 nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrii fecerit libertate, eo excepto dumtaxat, quod imperio servire tenebitur in Ungariam duodecim viris armatis per mensem unum sub expensis propriis, in eius rei evidenciam, ut princeps imperii dinoscatur; nec pro conducendis feodis requirere seu accedere debet imperium extra metas Austrie, verum in terra Austrie sibi debent sua feoda conferri per imperium et locari. Quod si sibi dene- 30 garetur, ab imperio requirat et exigat litteratorie trina vice, quo facto iuste sua possidebit feoda sine offensa imperii, ac si ea corporaliter conduxisset. Dux eciam Austrie non tenetur aliquam curiam accedere edictam per imperium seu quemvis alium, nisi ultro et de sua fecerit voluntate. Imperium quoque nullum feodum habere debet Austrie in ducatu; si vero princeps aliquis vel alterius status persona nobilis vel ignobilis cuius- 35 cumque condicionis existat haberet in dicto ducatu possessiones ab ipso iure feodali dependentes, has nulli locet seu conferat, nisi eas prius conduxerit a duce Austrie memorato; cuius contrarium si fecerit, eadem feoda ad ducem Austriae devoluta libere sibi ex tunc iure proprietatis et directi dominii pertinebunt, principibus ecclesiasticis et monasteriis exceptis dumtaxat in hoc casu. Cuncta eciam secularia iudicia, bannum silvestrium 40 et ferinarum, piscine et nemora in ducatu Austriae debent iure feodali a duce Austriae dependere. Eciam debet dux Austriae de nullis opposicionibus vel obiectis quibuscumque nec coram imperio nec aliis quibuslibet cuiquam respondere, nisi id sua propria et spontanea facere voluerit voluntate; sed si voluerit, unum locare poterit de suis vassallis seu homolegiis et coram illo secundum terminos praefixos parere potest et debet iusticie comple- 45 mento. Insuper potest idem dux Austrie, quando inpungnatus fuerit ab aliquo de duello, per unum ydoneum non in enormitatis macula retentum vices suas prorsus supplere; et illum ipsa eadem die seu princeps vel alius quisquam pro alicuius nota infamie non potest impetere, nec debet impugnare. Preterea quidquid dux Austrie in terris suis seu districtibus suis fecerit vel statuerit, hoc imperator neque alia potencia modis seu viis 50 quibuscumque non debet in aliud quoquo modo in posterum commutare. Et si, quod Deus avertat, dux Austriae sine herede filio decederet, idem ducatus ad seniorem filiam quam reliquerit devolvatur. Inter duces Austriae qui senior fuerit dominium habeant dictae terrae, ad cuius eciam seniorem filium dominium iure hereditario deducatur, ita tamen, quod ab eiusdem sanguinis stipite non recedat, nec ducatus Austrie ullo unquam tem- 55 pore divisionis alicuius recipiat sectionem. Si quis in dicto ducatu residens, vel in eo possessiones habens, fecerit contra ducem Austriae occulte vel publice, est dicto duci in rebus et

corpore sine gracia condempnatus. Imperium dicto duci Austriae contra omnes suos iniuriatores debet auxiliari et succurrere quod iusticiam assequatur. Dux Austriae principali amictus veste, superposito ducali pilleo circumdato serto pinnito, baculum habens in manibus, equo assidens, et insuper more aliorum principum imperii, conducere ab imperio feoda sua debet. Dicti ducis institucionibus[*] in ducatu suo Austriae est parendum; et potest in terris suis omnibus tenere Iudeos et usurarios publicos quos vulgus vocat gawertschin, sine imperii molestia et offensa. Si quisbusvis curiis publicis imperii dux Austrie praesens fuerit, unus de palatinis archiducibus est censendus, et nichilominus in consessu et incessu ad latus dextrum imperii post electores principes obtineat primum locum. Dux Austriae donandi et deputandi terras suas cuicumque voluerit habere debet potestatem liberam, si quod absit sine heredibus liberis decederet, nec in hoc per imperium debet aliqualiter impediri. Prefatus quoque ducatus Austriae habere debet omnia et singula iura privilegia et indulta que obtinere reliqui principatus imperii dinoscuntur. Volumus eciam, ut si districtus et diciones dicti ducatus ampliati fuerint ex hereditatibus donacionibus empcionibus deputacionibus vel quibussvis aliis devolucionum successionibus, praefata iura privilegia et indulta ad augmentum dicti dominii Austriae plenarię referantur. Et ut hec nostra imperialis constitucio omni evo firma et inconvulsa permaneat, praesentes litteras scribi et sigilli nostri inpressione fecimus insigniri, adhibitis idoneis testibus quorum nomina haec sunt: Pilgerimus patriarcha Aquileiae, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Otto Frisingensis episcopus, Counradus Pataviensis episcopus, Eberhardus Babenbergensis, Harmannus Brixiensis, Harthuicus Ratisbonensis, Tridestinus episcopus, dominus Welfo dux, Conradus frater imperatoris, Fridericus filius regis Counradi, Heinricus dux Carinthiae, marchio Engielbertus de Hystria, marchio Adalbertus de Staden, marchio Deiepaldus, Hermannus comes palatinus de Reno, Otto comes palatinus, et frater eius Fridericus, Gebehardus comes de Sulzbach, Rodulfus comes de Swineshud, Engelbertus comes Hallensis, Gebahardus comes de Burchuse, comes de Buthena, comes de Pilstein, et alii quam plures.

1156. Sept. 17.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. (L. M.)

Ego Rainaldus cancellarius vice Arnoldi Magontini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Dat. Ratisbone 15 Kal. Octobr. indictione 4. anno dominicae incarnationis 1156, regnante domino Friderico Romanorum imperatore augusto in Christo feliciter amen; anno regni eius 5. imperii 2.

CONSTITUTIO DE PACE TENENDA ET EIUS VIOLATORIBUS.

Sept. 18.

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator[a] semper augustus, episcopis, ducibus, comitibus, marchionibus et omnibus[b] ad quos litterae istae pervenerint, gratiam suam et pacem et dilectionem. Quoniam divina praeordinante clementia, solium regiae maiestatis conscendimus[c], dignum est, ut cuius praecellimus munere, illi omnino pareamus in operatione[d]. Inde est, quod nos, tam divinas quam humanas leges in suo vigore manere cupientes, et ecclesias sive ecclesiasticas personas sublimare[e], et ab incursu sive[f] invasione quorumlibet defensare intendentes, quibuscumque[g] personis ius suum conservare[h] volumus, et pacem diu desideratam et antea toti terrae necessariam, per universas regni partes habendam regia auctoritate indicimus. Qualiter autem eadem pax tenenda sit et servanda[i], in subsequentibus[k] evidenter declarabitur.

1. Si quis hominem infra pacem constitutam occiderit, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc probare possit, quod vitam suam defendendo illum occiderit[l]. Si autem manifestum omnibus hoc[m] fuerit, quod non necessario, set voluntate[n] illum occiderit, tunc neque per duellum, nec quolibet[o] alio modo se excusabit, quin[p] capitali dampnetur sententia[q]. Si vero pacis violator a facie iudicis fugerit[r], res eius mobiles a iudice in populo publicentur, et dispensentur; heredes autem[s] sui hereditatem quam

a) i. et s. 4. 7. 8. b) m. rectoribus 1. 4. rectoribus *corr.* et omnibus 5. c) ascendimus 7. d) opere 6. e) sublevare 6. 7. 8. f) i. et ab inuasione 4. 7. 8. g) quibuslibet 1. h) observare 1. 4. 5. i) et s. *desunt* 1. k) sequentibus 1. l) d. hoc fecit scilicet occiderit 1. d. illum occiderit 6. m) *deest* 4. 6—8. n) uoluntarie 7. 8. uoluntatem *corr.* uoluntarie 5. o) *deest* 1. p) quin in 1. q) pena 1. r) surgerit 1. s) enim 1.

*) i. et destitutionibus Frid. II. confirmatio a. 1245.

1156. Sept. 18.

ille tenebat recipiant, tali conditione imposita[a], ut iureiurando spondeatur, quod ille pacis violator numquam de cetero ipsorum voluntate aut consensu aliquod emolumentum inde percipiat. Quod si heredes, neglecto postmodum iuris rigore, hereditatem ei dimiserint, comes eandem hereditatem regiae ditioni assignet, et a rege[b] iure beneficii[c] recipiant.

2. Si quis alium infra pacis edictum vulneraverit, nisi duello quod vitam suam defendendo hoc fecerit probaverit, manus ei[d] amputetur, et sicut superius dictum[e] est, iudicetur; iudex[f] ipsum et res eius secundum rigorem iustitiae strictius persequatur[g].

3. Si quis alium ceperit, et absque effusione sanguinis fustibus[h] percusserit[i], quod crines eius aut barbam expilaverit, 10 libras ei cui iniuria illata esse videtur per compositionem impendat, et iudici 30[k] libras persolvat. Si vero temerarius absque percussione eum invadat, quod vulgo dicitur asteros hant[l, 1] calida[m] manu, verbis[n] contumeliisque male tractaverit[o], 10[p] libras pro tali excessu componat, et iudici[q] decem persolvat[r]. Quicumque suo iudici pro excessu viginti libras vadiaverit[s], praedium suum[t] illi pro pignore tradat, et intra 4 septimanas vadiatam[u] pecuniam persolvat; et[v] si intra[w] 4 septimanas praedium suum solvere neglexerit, et heredes sui, si voluerint, hereditatem recipiant, et comiti intra[x] 6[y] septimanas 20 libras persolvant; sin autem, comes eandem hereditatem regiae potestati consignet, proclamancium[z] dampnum restituat, et praedium a rege beneficiali iure optineat.

4. Si[*] clericus de pace violata pulsatus fuerit, et[a] notatus et proscriptus fuerit, aut pacis violatorem in contubernio suo habuerit, et de hiis in praesentia sui episcopi et[b] sufficienti testimonio convictus fuerit, comiti in cuius comitatu idem clericus hoc perpetraverit, 20 libras persolvat, et de tanto excessu secundum statuta canonum episcopo satisfaciat. Si autem idem clericus inobediens extiterit, non solum officio et beneficio ecclesiastico privetur, verum etiam tamquam[c] proscriptus habeatur.

5. Si iudex pacis aliquem violatorem clamore populi ad[d] castrum alicuius domini secutus fuerit[e], dominus idem cuius esse castrum cognoscitur ad faciendum iustitiam illum producat; quod si de sua diffisus fuerit innocentia, et ante iudicis conspectum venire formidaverit, si mansionem in castro habeat[f], dominus eius omnia mobilia[g] sub iuramento iudici repraesentet, et eum de cetero in domo sua tamquam proscriptum[h] non[h] recipiat; si vero mansionem in castro suo[i] non habuerit, dominus eius secure eum[k] adducere faciat, ac postmodum iudex cum populo eum tamquam pacis violatorem persequi[l] non desistat[m].

6. Si duo homines pro uno beneficio contendunt[n], et unus super eodem[o] beneficio investitorem[p] producit[q], illius testimonium, cum investitor donum investiturae recognoscit, comes primo[r] recipiat; et si idem probare poterit ydoneis testibus, quod absque rapina hoc[s] idem beneficium habuit, remota controversiae[t] materia, illud optineat: quod si de rapina praesente iudice convictus fuerit, rapinam dupliciter solvat, beneficio[u] careat, nisi iustitia et iudicio dictante illud[v] in posterum requirat.

7. Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes uterque diversos investitores, iudex in cuius praesentia causa ventilatur, a duobus requirat boni testimonii hominibus, in provincia eorundem litigatorum commorantibus, per sacramentum quod iuraverint[w], quis illorum absque rapina eius beneficii possessor extitit, et cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quiete optineat, nisi iudicio et iustitia dictante[x] alter de manu sua illud[y] eripiat.

8. Si rusticus militem de violata pace pulsaverit[z], de manu sua iurabit, quod non voluntate[*], set necessitate hoc faciat; manu quarta[a] se miles expurgabit.

a) interposita 4—8. b) regio *corr.* rege 5. regio 7. 8. c) beneficia 1. 7. 8. d) eius 4. e) diffinitum 7. 8. f) i. in omnia (*delet.*) 5. i. in causa i. 4. 7. 8. g) consequatur 4. 5. 7. 8. h) *deest* 1. 6. i) p. ita quod 6. p. et 5. p. vel 4. 7. 8. k) XX *corr.* XXX 5. viginti 4. 7. 8. X 6. l) quod sanctos hant 6. cisteros hant 5. et steros habeat 4. cisteros 7. cysteros 8. m) callida 4. 5. n) verberibus 4. 5. o) tractauerat 1. p) V. 4—8. q) i. pro excessu 7. 8. r) p. et i. d. 1. d. libras p. 7. 8. componat — decem *desunt* 4. 5. (*alia manu inserta*). s) inuadiauerit 4. 5. 8. 9. t) s. illud i. 1. u) inuadiatam 4. 7. 8. uadiatam *addito* in 5. v) qui *corr.* quod 5. w) infra *corr.* intra 5. infra 4. x) infra 5. y) V. 1. (6.) z) pro clamatori etiam 4. 5. 7. 8. *) et 1.
a) id 4. id est 5. 7. 8. b) etiam 7. *deest* 5. c) e. t. *desunt* 1. 6. d) aut 1. e) f. et d. 1. f) habuerit 4. 5. g) m. sua 4. *in marg.* 5. h) p. nomine non 1. i) *deest* 4. 5. 7. 8. k) *deest* 1. 6. l) prosequi 5. m) desinat 4. n) contendant 1. o) eidem 1. p) inuestitus est 1. q) *deest* 6. r) *deest* 4. s) *deest* 1. 6. t) coutrouersia 1. controuersia sine materia 6. controuersia manna *corr.* controuersie materia 5. u) b. uero c. 5. 7. 8. v) illum 1. aliud 6. w) iurauerant 4. x) indicante 5. y) illum 1. z) pulsans, manu s. iurauerit 4. 5. 7. 8. *) uiolate uoluntate 1. uoluntarie 4. a) *deest* 1.

1) cf. *haistera hand* et *asto animo* legum antiquarum.

1156. Sept. 18.

9. Si miles rusticum de violata pace pulsaverit, rusticus [a] manu sua iurabit [b], quod non voluntate [c] set necessario [d] hoc fecit [e]; de duobus unum rusticus eligat, an [f] divino, an [f] humano iudicio innocentiam suam ostendat, aut 6 [g] testibus ydoneis, quos iudex elegerit, se expurget.

10. Si miles adversus militem pro pace violata [h] aut aliqua capitali causa [i] duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat.

11. Post natale sanctae Mariae unusquisque comes 7 boni testimonii viros sibi eligat, et de qualibet provincia [i*] sagaciter [k] disponat, et quanto praetio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter provideat; quicumque vero contra deliberationem ipsius intra terminum anni modium altius et carius vendere praesumpserit, tamquam violator pacis habeatur, et totidem 30 [l] libras comiti persolvat, quanti modios [m] altius vendidisse convictus fuerit.

12. Si quis rusticus arma vel lanceam portaverit vel gladium, iudex in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel 20 solidos pro ipsis accipiat [n] a rustico.

13. Mercator negotiandi causa per provinciam transiens, gladium suum suae sellae alliget, et [o] super [p] vehiculum [q] suum ponat, ne [r] umquam laedat innocentem, set ut se a praedone defendat.

14. Nemo retia sua aut laqueos aut alia quaelibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos [s], apros, lupos capiendos.

15. Ad palatium comitis nullus miles ducat [t] arma, nisi rogatus a comite. Publici latrones et convicti antiqua dampnentur sententia.

16. Quicumque advocatiam suam vel aliud quodlibet beneficium inornate [u] tractaverit, et a domino suo ammonitus fuerit, et non resipuerit, in sua perseverans [v] insolentia [w], ordine iudiciario tam advocatia [x] quam beneficio [y] exutus, si postmodum ausu [z] temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro violatore habeatur pacis.

17. Si quis 5 solidos aut valens [*] fuerit furatus, laqueo suspendatur; si minus, scopis [a] forfice [b] excorietur et tondatur.

18. Si ministeriales alicuius domini inter se gwerram habuerint, comes sive iudex, in cuius regimine [c] ea fecerint, leges et iudicia exinde [d] persequatur [e].

19. Quicumque per terram [f] transiens equum suum pabulare voluerit [f], quantum propinquo [g] secus viam stans in loco amplecti potuerit, ad refectionem et [h] respirationem [i] equi sui, impune ipsi equo porrigat. Licitum [k] sit, ut [l] herba et viridi sylva sine vastatione [m] aliqua quilibet utatur pro sua comoditate et usu [n] necessario [o].

a) *deest* 4. 7. 8. pulsans 7. 8. b) iurauerit 6. 7. 8. c) uoluntarie 7. 8. d) necessitate 5. 7. 8. e) facit 5. faciat 7. 8. f) aut . . aut 4. 7. 8. g) V. 4. VII. 6. 7. 8. VI. *corr.* VII. 5. 6. h) *deest* 1. 6. i) pena *al.* causa 5. i*) p. habendis 5. p. cum hiisdem (?) *in loco raso* 4. cum hiis habendis 8. k) *deest* 4. l) XX 4. 7. 8. m) m. siue maldios (*delet.*) 5. m. siue maldros 7. m. siue maldios 8. n) recipiat 5. 7. 8. o) uel 5. 7. 8. p) sub 7. 8. q) sub nauiculum 6. veyculum 1. r) non ut umquam (*delet.*) 5. s) aduersus 1. t) ferat 1. 5. u) i. *corr.* enormiter 5. enormiter 7. 8. v) perdurans 5. w) insollercia 4. 8. x) aduocaciam 1. y) b. priuatis vel exutus 7. 8. z) aut si 1. *) u. uel amplius f. 4. (aut) 7. 8. a) ab opis et fornice 6. cophis 4. b) forpice 4. 5. 7. 8. c) regno 5. d) *deest* 4. e) persequantur 4. f) *deest* 1. 6. g) propinquius 4. 5. 7. 8. secundum. h) *deest* 1. 6. i) reparacionem (4.) 5. k) l. etiam 4. 5. 7. 8. l) uti 1. m) u. et noxa quilibet 4. u. et noxia q. 7. u. et noxa qualibet 8. n) et usu *desunt* 4. o) n. Hic finitur lex domni Frederici, consuetudines regni incipiunt 5. Hic incipiunt consuetudines regni et finitur lex 1.

CURIA WORMATIAE.

1157. Apr.

Sententiam in ea contra thelonea in Moeno fluvio latam et a Schultes in histor. Schriften I. pag. **352** *vitiose evulgatam, optime edidit Boehmerus noster in Codice diplomatico Francofurtano p.* **15. 16.**

1157. Apr.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si ea que a predecessoribus nostris regibus et imperatoribus statuta et confirmata sunt nostris oraculis roboramus, si etiam illa que negligentie iactura corrupit vel desuetudo inumbravit imperiali nostra auctoritate dilucidando corrigimus et in melius commutamus, saluti nostre consulimus et regium ministerium 5 susceptum a Domino exercemus. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium presens etas et successura posteritas, quod cum divina largiente gratia, Urbis et Orbis corona et dignitate percepta, ab Ytalia redeuntes Wirzheburc venissemus, maxima civium ac negociatorum querimonia nobis occurrit, pro eo quod a Babenberc usque Maguntiam in fluvio Mogo nova et inconsueta omnique ratione carentia thelonea per 10 plurima loca a mercatoribus exigerentur, eademque occasione frequentius expoliarentur mercatores. Unde quia ex assumpte potestatis debito pacientibus iniuriam nostrum est prebere solatium, ex iudicio principum qui presentes erant, palatino comite Hermanno de Rheno sententiam proferente, precepimus, ut in proxima nativitate Domini futura omnes qui in prefato flumine theloneum solebant accipere, nostro se conspectui praesen- 15 tarent, et sua thelonea imperatorum vel regum donationibus sibi esse collata per privilegia coram posita monstrarent; ea vero thelonea que imperatorie vel regie donationis auctoritate carerent, nostro iudicio perpetualiter amputarentur. Ad quam dumtaxat curiam cum illorum nulli nostro se conspectui presentassent, neque sua thelonea predictis rationibus roborassent, nos ex iudicio principum omnia thelonea a Babenberc usque 20 Maguntiam perpetualiter dampnavimus; exceptis tribus, quorum unum est apud Nuwestat semper in mense Augusto per septem dies ante assumptionem sancte Marie et septem post, et dantur de singulis novis navibus singuli quatuor denarii; et apud Ascafenburc similiter; tercium theloneum est apud Frankenfort, quod est imperiale. Ad tollendam itaque omnis inconsueti thelonei occasionem seu nefande exactionis insolentiam, imperiali 25 auctoritate precipimus, ut mercatores per Mogum ascendentes seu per ripam fluminis, que via regia esse dinoscitur, funes trahentes, nullus umquam occasione thelonei aut aliter quomodolibet inquietare presumat. Decernimus igitur, ut nullus regum aut imperatorum seu aliqua alia ecclesiastica secularisve persona hanc nostram institutionem infringere aut violare presumat, sed maneat eis quorum collata est usibus perpetuo va- 30 litura. Quod si aliquis huic nostro privilegio in posterum temere contraire presumpserit, decernimus ut penam centum librarum auri optimi camere nostre componat et imperatorie proscriptioni subiaceat. Ceterum ut supradicte imperiales decisiones vel constitutiones rate semper et illibate permanere debeant, firmissimum eis nostre auctoritatis robur accommodavimus; quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observe- 35 tur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum alii ab inicio rei sententiam principum approbant, alii confirmationis huius fidem amministrant. Testes vero sententiae sunt hii: Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Gebehardus Wirzheburgensis episcopus. Eberhardus Bambergensis episcopus. Guntherus Spirensis episcopus. Wiggerus Brandenburgensis 40 episcopus. Marquardus Fuldensis abbas. Fridericus dux Suevorum filius Conradi regis piisimi. Marchio Albertus. Marchio Cunradus. Ludewicus lantgravius Turingie. Otto palatinus comes de Widelinesbach. Berhdolfus comes de Andesse. Poppo burcgravius Wirzheburgensis, et frater eius Berhdoldus. Ludewicus comes de Rienegge. Wolframus comes de Wertheim. Rapoto comes. Marquardus de Grunbach. Godefridus de 45 Luden. Walterus de Scipphe. Testes vero confirmationis sunt hii: Arnoldus Maguntinus archiepiscopus. Cunradus Wormaciensis episcopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus. Guntherus Spirensis episcopus. Albertus Tridentinus episcopus. Gebehardus Wirzheburgensis episcopus. Marquardus Fuldensis abbas. Matheus dux Lotharingie. Hermannus palatinus comes Rheni. Ludewicus lantgravius Thuringie. Emecho comes de 50 Liningen. Godefridus comes de Spanheim et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris gloriosissimi.

Ego Reinoldus cancellarius vice Arnoldi Maguntini archiepiscopi et archicanc. recognovi.

Datum Wormacie 8. Idus Aprilis indict. 5. anno dominice incarnationis 1157. regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius 5. 55 imperii vero 2. Actum in Christo feliciter. Amen.

CURIA BISUNTINA.

1157. Oct.

Acta eius debemus Radevico lib. I. cap. **9. 10. 15. 16.** *unde litteras Friderici encyclicas seligimus.*

Cum divina potentia, a qua omnis potestas in coelo et in terra, nobis, christo eius, 5 regnum et imperium regendum commisserit, et pacem ecclesiarum imperialibus armis conservandam ordinaverit: non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni vestrae, quod a capite sanctae ecclesiae, cui Christus pacis ac dilectionis suae characterem impressit, causae dissensionum, seminarium malorum, pestiferi morbi venenum, manare videntur. De quibus, nisi Deus avertat, totum corpus ecclesiae commaculari, 10 unitatem scindi, inter regnum et sacerdotium scisma fieri pertimescimus. Cum enim nuper in curia Bisuntii essemus, et de honore imperii et salute ecclesiarum debita sollicitudine tractaremus, venerunt legati apostolici, asserentes, se talem legationem nostrae afferre maiestati, unde honor imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum prima die adventus sui honorifice suscepissemus, et secunda ut mos est ad 15 audiendam legationem eorum cum principibus nostris consedissemus, ipsi quasi de mammona iniquitatis inflati, de altitudine superbiae, de fastu arrogantiae, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem apostolicis litteris conscriptam nobis praesentaverunt, quarum tenor talis erat: quod prae oculis mentis semper deberemus habere, qualiter dominus papa insigne imperialis coronae nobis contulerit; neque tamen poenitentia move- 20 retur, si maiora excellentia nostra ab eo beneficia suscepisset. Haec erat illa paternae dulcedinis legatio, quae unitatem ecclesiae et imperii confovere debuit, quae vinculo pacis utrumque colligare studuit, quae ad utriusque concordiam et obedientiam animos audientium allexit. Certe ad vocem illam nefandam, et omni veritate vacuam, non solum imperialis maiestas debitam indignationem concepit, verum omnes principes qui aderant 25 tanto furore et ira sunt repleti, quod sine dubio illos duos iniquos presbyteros mortis sententia damnassent, nonnisi hoc nostra intercepisset praesentia. Porro quia multa paria litterarum apud eos reperta sunt, et schedulae sigillatae, ad arbitrium eorum adhuc scribendae, quibus, sicut hactenus consuetudinis eorum fuit, per singulas ecclesias Teutonici regni conceptum iniquitatis suae virus respergere, altaria denudare, vasa domus Dei 30 asportare, cruces excoriare, nitebantur: ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem qua venerant via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque per electionem principum a solo Deo regnum et imperium nostrum sit, qui in passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis regendum orbem subiecit, cumque Petrus apostolus hac doctrina mundum informaverit, Deum timete, regem honorificate: quicunque nos imperialem coronam 35 pro beneficio a domino papa suscepisse dixerit, divinae institutioni et doctrinae Petri contrarius est, et mendacii reus erit. Quia vero hactenus honorem ac libertatem ecclesiarum, quae iamdiu indebitae servitutis iugo depressa est, a manu Aegyptiorum studuimus eripere, et omnia eis dignitatum suarum iura conservare intendimus, universitatem vestram super tanta ignominia nobis et imperio condolere rogamus, sperantes, ne ho- 40 norem imperii, qui a constitutione Urbis et christianae religionis institutione ad vestra usque tempora gloriosus et imminutus extitit, fidei vestrae indivisa sinceritas, tam inaudita novitate, tam praesumptuosa elatione imminui patiatur: sciens omni ambiguitate remota, quod mortis periculum ante vellemus incurrere, quam nostris temporibus tantae confusionis opprobrium sustinere.

1158. aestate.

LEGATIO ITALICA.

Reinaldo cancellario et Ottoni comiti palatino, imperatoris in Italia legatis, haec fidelitatis sacramenta ab omnibus civitatibus praestita sunt, teste Radevico I. 19.

Ego iuro, quod amodo in antea ero fidelis domino meo Frederico Romanorum imperatori contra omnes homines, sicut iure debeo domino et imperatori, et adiuvabo eum retinere coronam imperii, et omnem honorem eius in Italia, nominatim et specialiter civitatem illam[a], et quicquid in ea iuris habere debet, vel in omni virtute comitatus vel episcopatus N. regalia sua ei non auferam ibidem, nec alibi, et si fuerint ablata, bona fide recuperare et retinere adiuvabo. Neque in consilio ero neque in facto, quod vitam, vel membrum, vel honorem suum perdat, vel mala captione teneatur. Omne mandatum eius, quod ipse mihi fecerit, per se, vel per epistolam suam, aut per legatum suum, de facienda iustitia, fideliter observabo, et illud audire, vel recipere, vel complere nullo malo ingenio evitabo. Haec omnia observabo fide bona, sine fraude. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta quatuor euangelia.

a) illam — episcopatus *desunt in cod. Vindob.*

1158. Iun. 14.

CURIA AUGUSTANA.

Litteras Adriani papae excusatorias imperatori praesentatas ex Radevico I. 22. sistimus.

Ex quo universalis ecclesiae curam, Deo prout ipsi placuit disponente, suscepimus, ita in cunctis negotiis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore nostro et veneratione sedis apostolicae debuisset accendi. Unde sine grandi admiratione non ferimus, quod, cum, audito ex suggestione quorundam animum tuum aliquantulum contra nos fuisse commotum, duos de melioribus et maioribus fratribus nostris, Rolandum scilicet cancellarium tituli sancti Marci, et Bernhardum tituli sancti Clementis presbyteros cardinales, qui pro tuae maiestatis honore in Romana ecclesia soliciti semper extiterant, pro voluntatis tuae cognitione ad tuam praesentiam direximus, aliter quam imperialem decuerit honorificentiam, sunt tractati. Occasione siquidem cuiusdam verbi, quod est „beneficium" tuus animus, sicut dicitur, est commotus, quod utique nedum tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, et quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono et facto est editum, et dicitur beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum. In qua significatione in universo sacrae scripturae corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei, non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione, et bono facto ipsius gubernari dicimur et nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene et honorifice imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Unde quod quidam verbum hoc, et illud scilicet „contulimus tibi insigne imperialis coronae", a sensu suo nisi sunt ad alium re-

torquere, non ex merito causae, sed de voluntate propria, et illorum suggestione qui pacem regni et ecclesiae nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum „contulimus“ nil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus. Sane quod postmodum personas ecclesiasticas a debita sacrosanctae Romanae ecclesiae visitatione, ut dicitur, revocare iussisti, si ita est, quam inconvenienter actum sit, tua, fili in Christo charissime, discretio, ut credimus recognoscit. Nam si aliquid apud nos amaritudinis habebas, per nuntios et litteras tuas nobis fuerat intimandum, et nos honori tuo curavissemus, sicut filii charissimi, providere. Nunc igitur ad commonitionem dilecti filii nostri Henrici Baioariae et Saxoniae ducis, duos de fratribus nostris Henricum tituli sancti Nerei et Achillei, et Iacinctum sanctae Mariae in Cosmidin diaconos cardinales, prudentes siquidem et honestos viros, ad tuam praesentiam destinavimus, celsitudinem tuam monentes et hortantes in Domino, quatenus eos honeste et benigne recipias, et quod ab eis ex parte nostra tuae magnificentiae fuerit intimatum, a sinceritate cordis nostri noverit tua excellentia processisse, ac per hoc cum eisdem filiis nostris, mediante iam dicto filio nostro duce, ita celsitudo tua studeat convenire, ut inter te ac matrem tuam sacrosanctam Romanam ecclesiam, nullius discordiae seminarium debeat remanere.

1158. Iun. 11.

CONVENTUS BRIXIAE.

1158. Iul.

Brixiae imperator leges pacis in exercitu conservandas statuit, quarum tenorem ex Radevico I. 26. discimus:

1. Statuimus, et firmiter observari volumus, ut nec miles nec serviens litem audeat movere. Quod si alter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferari signa castrorum, ne inde sui concitentur ad pugnam. Quod si lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, gladio scilicet, lancea, vel sagittis: sed indutus lorica, scuto, galea, ad litem non portet nisi fustem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur signa castrorum, nisi quaerendo hospitium suum. Sed si miles vociferatione signi litem commoverit, auferetur ei omne suum harnascha, et eiicietur de exercitu. Si servus fecerit, tondebitur, verberabitur, et in maxilla comburetur, vel dominus suus redimet eum cum omni suo harnascha.

2. Qui aliquem vulneraverit, et hoc se fecisse negaverit, tunc si vulneratus per duos veraces testes, non consanguineos suos, illum convincere potest, manus ei abscidatur. Quod si testes defuerint, et ille iuramento se expurgare voluerit, accusator si vult, potest iuramentum refutare, et illum duello impetere.

3. Si quis homicidium fecerit, et a propinquo occisi vel amico, vel socio, per duos veraces testes non consanguineos occisi, convictus fuerit, capitalem sententiam subibit. Verum si testes defuerint, et homicida se iuramento expurgare voluerit, amicus propinquus occisi duello eum potest impetere.

4. Si extraneus miles pacifice ad castra accesserit, sedens in palefrido sine scuto et armis, si quis eum laeserit, pacis violator iudicabitur. Si autem sedens in dextrario, et habens scutum in collo, lanceam in manu, ad castra accesserit, si quis eum laeserit, pacem non violavit.

5. Miles qui mercatorem spoliaverit, dupliciter reddet ablata, et iurabit quod nescivit illum mercatorem. Si servus, tondebitur, et in maxilla comburetur, vel dominus reddet pro eo rapinam.

6. Quicunque aliquem spoliare ecclesiam vel forum viderit, prohibere debet; tamen sine lite: si prohibere non potest, reum accusare debet in curia.

1158. Iul.

7. Nemo aliquam mulierem habeat in hospitio: qui vero habere praesumpserit, auferetur ei omne suum harnasch, et excommunicatus habebitur, et mulieri nasus abscidetur.

8. Nemo impugnabit castrum, quod a curia defensionem habet.

9. Si servus furtum fecerit, et in furto fuerit deprehensus, si prius fur non erat, non ideo suspendetur, sed tondebitur, verberabitur, et in maxilla comburetur, et eiicietur de exercitu, nisi dominus redimat eum cum omni suo harnasch. Si prius fur erat, suspendetur.

10. Si servus aliquis culpatus et non in furto fuerit deprehensus, sequenti die expurgabit se iudicio igniti ferri, vel dominus eius iuramentum pro eo praestabit. Actor vero iurabit, quod aliam ob causam non interpellat eum de furto, nisi quod putat eum culpabilem.

11. Si quis invenerit equum alterius, non tondebit eum, nec ignotum faciet, sed dicet marschalcho, et tenebit non furtive, et imponet ei onus suum. Quod si ille qui amisit equum, in via deprehenderit oneratum, non deiiciet onus eius, sed sequens ad hospitium, recipiet equum suum.

12. Si quis vero villam, vel domum incenderit, tondebitur, et in maxillis comburetur, et verberabitur.

13. Faber non comburet carbones in villa, sed portabit ligna ad hospitium suum, et ibi comburet: quod si in villa fecerit, tondebitur, verberabitur, et in maxillis comburetur.

14. Si quis aliquem laeserit, imponens ei quod pacem non iuraverit, non erit reus violatae pacis: nisi ille probare possit duobus idoneis testibus, quod pacem iuraverit.

15. Nemo recipiet hospicio servum qui sine domino est: quod si fecerit, reddet in duplo quicquid ille abstulerit.

16. Quicunque foveam invenerit, libere fruatur ea. Quod si ablata fuerit, non reddet malum pro malo, non ulciscetur iniuriam suam, sed conqueretur marscalco iustitiam accepturus.

17. Sed si mercator Teutonicus civitatem intraverit, et emerit mercatum, et portaverit ad exercitum, et carius vendiderit in exercitu, camerarius auferet ei omne forum suum, et verberabit eum, et tondebit, et comburet in maxillam.

18. Nullus Teutonicus habeat socium Latinum, nisi sciat Teutonicum; sed si habuerit, auferetur ei quicquid habet.

19. Si miles militi convitia dixerit, negare potest iuramento: si non negaverit, componet ei 10 libras monetae, quae tunc erit in exercitu.

20. Si quis invenerit vasa plena vini, vinum inde extrahat ita caute, ne vasa confringat, vel ligamina incidat vasorum, ne ad damnum exercitus totum vinum effundatur.

21. Si castrum aliquod captum fuerit, bona quae intus sunt auferantur: sed non incendatur, nisi forte hoc marscalcus faciat.

22. Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis, feram quam invenerit, et canibus agitaverit, sine alicuius impedimento habebit.

23. Si quis per canes leporarios feram fugaverit, non erit necessario sua, sed erit occupantis.

24. Si quis lancea vel gladio feram percusserit, et antequam manu levaverit, alter occupaverit, non occupantis erit; sed qui occiderit eam, sine contradictione obtinebit.

25. Si quis birsando feram balista vel arcu occiderit, eius erit.

Hanc treugam archiepiscopi, episcopi, abbates, datis pro se dextris firmaverunt, et violatores pacis pontificalis officii severitate coercendos promiserunt.

1158. Sept. 8.

CONVENTIO CUM MEDIOLANENSIBUS.

Ex Radevico lib. I. cap. 41. haec fuit:

In nomine domini nostri Iesu Christi. Haec est conventio, per quam Mediolanenses in gratiam imperatoris redituri sunt, et permansuri.

5 Cumas et Laudam civitates ad honorem imperii relevari non prohibebunt, et amodo non impugnabunt, nec destruent, et a fodro et in viatico et ab omnimoda exactione se ibidem per omnem eorum ditionem continebunt, et ultro se non intromittent, ut sint liberae illae civitates, sicut Mediolanenses ab ipsis sunt liberi; excepto respectu iuris ecclesiastici, quod habent ad archiepiscopum et ecclesiam Mediolanensem.

10 Omnes Mediolanenses communiter a minoribus usque ad maiores, ab annis 14 et supra, usque ad annos 70 fidelitatem domino imperatori iurabunt sine malo ingenio, et observabunt.

Palatium imperiale ad honorem domini imperatoris arbitratu bonorum elevabunt, et cum debito honore bona fide observabunt.

15 Pecuniam pro emendatione iniuriarum domino imperatori vel dominae imperatrici sive curiae promissam, statutis temporibus persolvent, hoc est, tertiam partem infra 30 dies, ex quo haec pactio confirmata fuerit: aliam vero tertiam partem infra octavam beati Martini: tertiam autem residuam partem infra octavam epiphaniae. Hisque sic persolutis, nullis privatis teneantur promissionibus. Pecuniae promissae summa haec est. 20 Novem milia marcarum argenti sive auri, vel monetae eiusdem aestimationis et precii.

Pro his tantum praetaxatis capitulis, bona fide complendis et conservandis 300 obsides dabunt, capitaneos, valvassores, populares, quales approbati fuerint a domino archiepiscopo Mediolanensi, et comite Blandratensi, et marchione [a] Montisferrati, et tribus consulibus, si haec domino imperatori placuerint, iuramento astrictis, ad hanc ele- 25 ctionem fideliter faciendam. Obsides vero in partibus Italiae omnes serventur, praeter 50 vel pauciores, per interventum regis Boemorum Labezlai et aliorum principum ultra montes, si domino imperatori placuerit, deferendos. Quibus autem commissi fuerint obsides in Italia, iurent in praesentia Mediolanensium ad haec praedestinatorum, quod praefixo tempore transacto infra octo dies ex quo requisiti fuerint a Mediolanensibus, eos 30 eis libere reddant, ut illi secure eos habeant, si praetaxata capitula ab eis observata fuerint. Tres vero principes Alemaniae dextras dabunt, quod obsides illi qui ultra montes deferentur, si qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur.

Consules vero, qui nunc sunt ex auctoritate et concessione domini imperatoris, usque ad Kalendas Februarii proxime venturas perseverent, et pro consolatu suo domino im- 35 peratori iurent. Venturi vero consules a populo eligantur, et ab ipso imperatore confirmentur, quorum medietas ad ipsum veniat, dum in Longobardia fuerit: alias autem eo existente, duo ad eum ex consulibus veniant, et iuramento facto, officium consulatus sui a domino imperatore recipiant, pro se et sociis suis facturis idem iuramentum domino imperatori coram communi suae civitatis. Si autem legatus a domino imperatore desti- 40 natus fuerit in Italiae partes, eadem coram ipso et per ipsum fiant.

Legati vero domini imperatoris in Italiam directi, si civitatem adierint, in palatio sedeant, et placita ad eos delata ad honorem imperii diffiniant.

Antequam castra ab obsidione moveantur, captivi omnes reddantur in potestatem regis Boemi, qui et securitatem per se et honestos principes eis faciat, quod captivos 45 illos domino imperatori reddat, si eis dominus imperator pacem fecerit cum Cremonensibus, Papiensibus, Novariensibus, Cumanis, Laudensibus, Vercellensibus, non solum autem Mediolanensibus verum etiam confoederatis eorum, Terdonensibus, Cremensibus et Insulanis: salvo honore domini imperatoris, et illibatis amicitiis Mediolanensium et in suo statu permanentibus. Si vero pax ei cum praedictis civitatibus facta non fuerit,

50 a) m. Guilhelmo M. *Urstisius.*

1158. Sept. 8. captivi veteres eis reddantur, nec ob id gratia domini imperatoris ipsi et amici eorum priventur.

Regalia, veluti monetam, thelonium, pedaticum, portus, comitatus, et alia similia, si qua sunt, commune Mediolanensium dimittet, et ultra se non intromittet, et si quis per divisum [a] haec obtinere voluerunt, et iusticiam inde coram domino imperatore vel 5 nuncio eius facere noluerit, Mediolanenses vindictam de eo pro sua possibilitate sument in persona et possessione, et regalia domino imperatori restituent sine fraude et malo ingenio.

Hoc pacto et ordine dominus imperator Mediolanenses Cremenses cum 120 marcarum emendatione recipiet [b], et eos et amicos eorum in plena curia publice a banno 10 absolvet, et captivos eorum omnes, veteres et novos, eis reddet, statim postquam obsides imperatori dederint, et captivos tam veteres quam novos in manum regis Boemorum reddiderint.

Datis autem obsidibus et captivis, altera die vel tertia, exercitus ab obsidione recedet, et dominus imperator Mediolanenses et eorum res clementer tractabit. 15

Commune Mediolani praefatas conditiones servabit plenarie, bona fide, sine fraude et malo ingenio, quantum non permanserit per iustum impedimentum, et per parabolam Friderici Romani imperatoris, vel nuncii eius, aut eius successoris.

Collectam praedictae pecuniae liceat modo facere Mediolanenses ab his, quos in sua societate habere consueverant, praeter Cumanos, Laudenses, et eos qui de comitatu Si- 20 friensi fidelitatem domino imperatori nuper iuraverunt.

a) violentiam *Urst.* b) c. in gratiam suam r. *Urst.*

1158. Nov. 11. sqq.

CURIA RONCALIAE.

Acta celebris huius conventus uberius a Radevico in gestis Friderici lib. II. c. 1—8 *recensita nec tamen integra, ex* 1) *codice Radevici* 25 *Palatino Vindobonensi, hist. pr. N.* 233. 2) *Cod. bibliothecae Palatinae in Vaticano Nro.* 772 *sec. XII. et* 3) *Cod. regio Parisiensi Nro.* 4617 *sec. XII. additis lectionibus nonnullis librorum Feudorum ex codicibus* 3*) *Halensi* 4) *Monacensi olim Augustano* 5) *Gottingensi,* 6) *Francofurtano,* 7) *Parisiensi N.* 4440. 8) *Monacensi olim* 30 *Kaisersheimensi et Parisiensi Nro.* 3922*A.; Privilegium scolasticum ex codice palatino Vindobonensi inter Salisburgenses Nro.* 343. *mbr. sec. XIII. fol.* 23—25. *proponimus.*

ORATIO IMPERATORIS.

Nov. 14. Cum placitum sit ordinationi divinae, ex qua omnis potestas in coelo et in terra, Ro- 35 mani nos imperii gubernacula tenere, non immerito quae ad statum eius dignitatis pertinere noscuntur, quantum Deo propitio valemus, prosequimur. Cumque imperialis maiestatis hoc esse non ignoremus officium, ut studio nostrae vigilantiae ac poenarum metu improbi et inquieti coerceantur, boni subleventur, atque in pacis tranquillitate foveantur, ita novimus, quid iuris, quid honoris tam divinarum quam humanarum legum 40 sanctio culmini regalis excellentiae accommodaverit. Nos tamen regium nomen habentes, desideramus potius legitimum tenere imperium, et pro conservanda cuique sua liber-

tate et iure, quam, ut dicitur, omnia impune facere, hoc est, regem esse, per licentiam insolescere, et imperandi officium in superbiam dominationemque convertere. Deo favente, mores non mutabimus cum fortuna. Quibus initio partum est, his artibus retinere curabimus imperium, nec per nostram desidiam quenquam eius gloriam et excellentiam 5 imminuere patiemur. Quia ergo vel bello vel pace clarum fieri licet, nec refert utrum melius sit patriam armis tutare seu legibus gubernare, altero alterius auxilio indigente: bellorum motibus propitia divinitate sedatis, ad leges pacis negocia transferamus. Nostis autem, quod iura civilia nostris beneficiis in summum provecta, firmata, ac moribus utentium approbata, satis habent roboris; regnorum vero leges, in quibus quod ante 10 obtinebat, postea desuetudine inumbratum est, ab imperiali remedio vestraque providentia necesse habent illuminari. Sive ergo ius nostrum, sive vestrum in scriptum redigatur, in eius constitutione considerandum est, ut sit honestum, iustum, possibile, necessarium, utile, loco temporique conveniens. Ideoque tam nobis quam vobis, dum ius condimus, cautius praevidendum est; quia cum leges institutae fuerint, non erit liberum 15 iudicari de eis, sed oportebit iudicare secundum ipsas.

1158. Nov. 11.

ORATIO ARCHIEPISCOPI MEDIOLANENSIS.

Nov. 11.

Haec est dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea! Vere dies haec dies gratiae, dies est laeticiae, qua in [a] medio populi sui victor inclytus, triumphator pacificus, non belli minas intentans, non crudele aliquid vel tyrannicum intonans, sed pacis 20 leges disquirens, in medio populi sui mitissimus residere dignatur. Felix tandem Italia post multa secula inventa, quae modo principem invenire meruisti, qui nos homines, imo proximos, ac fratres recognoscat. Tu nimirum es, o clarissime princeps, et singularis orbis et Urbis imperator, qui licentiam primo homini indultam, iamque diu abrogatam, rursus in usum ac in verae sententiae consuetudinem revocasti, ubi dictum est: 25 *Crescite et multiplicamini, et dominamini piscibus maris et volatilibus coeli.* Quantos, o Italia, passa es reges, imo tyrannos, qui hoc tibi mandatum per contrapositionem interpretarentur, versa vice dominantes hominibus, imo prementes quosque bonos et sapientes, rationeque, utpote rationales, uti cupientes, pisces maris, lubricos scilicet, rapaces, et coeno voluptatis deditos, et altum inaneque sapientes demulcerent, et iniqui iniquos in 30 suis impietatibus contra ius fasque confoverent. Novimus, qualia aliquando simus passi imperia, iniusta, superba, crudelia. Novimus iniqua dominatione nihilominus insontes sicuti sontes circumventos. Meminimus sine extanti crimine factas proscriptiones locupletium; magistratus, sacerdotia nefaria turpique conventione commutata, et alia multa, quae libido dominantium imperaret, nostris sub oculis irreverenter perpetrata. Gaudea- 35 mus ergo et exultemus, et demus gloriam Deo, post tam turbidi temporis tempestatem serenum nobis pacis diem illuxisse. Dum tibi, serenissimo domino nostro, placet imperium tuum per innocentiam servare potius atque tueri, quam per scelus crescere et per sanguinem subiectorum incrustari. Domineris, o augustissime imperator, piscibus maris et volatilibus coeli. Nam et divinum iudicium superbis resistit, humilibus autem 40 dat gratiam. De nobis fidelibus tuis, de populo tuo consultare placuit tuae potentiae super legibus et iusticia atque honore imperii. Scias itaque omne ius populi in condendis legibus [b] tibi concessum. Tua voluntas ius est, sicuti dicitur: *Quod principi placuit, legis habet vigorem, cum populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concesserit.* Quodcunque enim imperator per epistolam constituerit, vel cognoscens de- 45 creverit, vel edicto praeceperit, legem esse constat. Profecto secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi quem sequuntur incommoda, ut videlicet omnibus debeas imperare, qui omnium nostrum sustines onera tutelae.

CONSTITUTIO DE REGALIBUS.

Nov. medio.

Regalia [c] sunt hec: Arimanie [d], vie publice, flumina, navigabilia, et ex quibus fiunt [e] 50 navigabilia, portus, ripatica, vectigalia que vulgo dicuntur tholonea [f], monete, mulctarum penarumque compendia, bona vacantia, et que indignis legibus auferuntur, nisi que

a) i. m. p. s. *desunt V.* b) *deest* 1. c) regalie 5. 7. regale 3*. d) arimandie 2. 4. 5. 7. almanie 6. e) fuerit 1. f) thelonea 2. theolonia 6.

1158. Nov. medio. spetialiter[a] quibusdam conceduntur, et bona contrahentium incestas nuptias, et dampnatorum et proscriptorum secundum quod in novis constitutionibus cavetur, angariarum et parangariarum[b] et plaustrorum, et navium[c] prestationes, et extraordinaria[d] collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam, argentarie, et palatia in civitatibus consuetis, piscationum reddi- 5 tus, et salinarum[e], et bona committentium crimen maiestatis, et dimidium thesauri inventi in loco Cesaris, non data opera[f], vel in loco religioso; si data opera, totum ad eum pertinet[g].

CONSTITUTIO PACIS.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper[h] augustus, universis suo sub- 10 iectis imperio. Hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, ut omnes nostro subiecti imperio veram et perpetuam pacem inter se observent, et ut inviolata inter omnes perpetuo servetur. Duces, marchiones, comites, capitanei, valvassores, et omnium locorum rectores cum omnibus locorum primatibus et plebeis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum iureiurando obstringantur[i], ut pacem teneant, et rectores locorum 15 adiuvent in pace tuenda, atque vindicanda, et in fine uniuscuiusque quinquennii[k] omnium sacramenta de praedicta pace tenenda renoventur.

Si quis[l] aliquod ius de quacumque re vel facto contra aliquem habere[m] putaverit, iudicialem adeat[n] potestatem, et per eam ius sibi competens exequatur. Si quis vero temerario ausu predictam pacem violare presumpserit, si civitas est, pena 100 librarum 20 auri camere nostre inferenda puniatur. Oppidum vero 20[o] librarum auri multetur. Duces vero[p] et marchiones et comites 50 auri libras prestent. Capitanei quoque et maiores varvassores[q] 20 libris auri puniantur. Minores autem varvassores et omnes alii predicte pacis violatores 3 libras auri[r] inferre conpellantur, et damnum[r*] passo secundum leges resarciant[s]. Iniuria seu furtum legittime puniatur. Homicidium quoque et mem- 25 brorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur. Iudices vero et locorum defensores, vel quicumque magistratus ab imperatore vel eius voluntate constituti seu confirmati, qui iustitiam facere neglexerint et pacem violatam vindicare legittime supersederint, damnum omne iniuriam passo[t] resarcire compellantur; et insuper, si maior iudex est, sacro erario penam librarum auri 10 prestet. Minor autem pena trium 30 librarum auri mulctetur. Qui vero ad predictam penam persolvendam inopia dignoscitur laborare, sui corporis coertionem cum verberibus patiatur, et procul ab eo loco quem inhabitat 50 milibus[u] per quinquennium[v] vitam agat. Conventiculas quoque omnes et coniurationes in civitatibus et extra, etiam occasione parentele, et inter civitatem et civitatem, et inter personam et personam, seu inter civitatem et personam, omnibus 35 modis fieri prohibemus, et in preteritum factas cassamus, singulis coniuratorum pena unius libre auri percellendis. Episcopos quoque locorum ecclesiastica censura violatores huius sanctionis, donec ad satisfactionem venerint, coercere volumus. Receptatoribus etiam malefactorum qui predictam pacem violaverint, et predam ementibus nostram indignationem subituris, eadem pena feriendis. Preterea bona eius publicentur, et domus 40 destruatur, qui[w] pacem iurare et tenere noluerit, et lege pacis non fruatur. Illicitas quoque exactiones maxime ab ecclesiis, quarum abusus iam per longa tempora inolevit, per civitates et castella omnimodo condempnamus et prohibemus; et si facte fuerint, in 1 duplum reddantur. Item[1] sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum

a) q. s. que q. 1. b) pangariarum 1. *deest* 8. c) n. et pontium p. 7. d) extraordinariam collationem 1. 45 e) psalmarum 2. f) n. d. o. *desunt* 7. 8. g) pertineat 2. 3*. 5. 6. h) *deest* 1. et semper 2. i) abstringantur 1. astringatur 4. 7. k) quinquenni 1. l) q. vero 2. 3*. 4. 5. 6. 7. 8. m) se habere 2. 3*. 4. 5. 6. 7. 8. n) ad i. redeat p. *Rad.* et i. habeat p. 2. 3*. (5.) 6. o) XXX. 5. p) autem 2. q) uauassores *Rad.* val̄ 2. *constanter.* ualuassores 6. r) auri uel VI. 1. r*) dannum 1. s) reseruetur 1. resarcient 6. t) et iniuriam pacis *Rad.* iniuriam pacis 2. 3*. u) miliaria *Rad.* 2. 3*. 5. 6. v) p. q. *desunt* 7. w) destruatur. Qui 2. 3*. 4. 50

1) Haec constitutio de sacramentis puberum habetur et in Codice L. II. tit. 28. et glossa Guizzardini (sec. XIII. glossatoris) addit: *Haec constitutio facta fuit in insula reniben ad instantiam domini Martini, que constitutio in caput eius retrocessit, quia omnia sua bona per minorem alienata sunt.* Contra Hugolinus *Roncalia* nominat.

V. Cl. C. de Savigny cui ista debemus (Römische Rechtsgeschichte T. IV. p. 164) locum Guiz- 55 zardini ita emendat *in insula Reni Bononiae*, et legem anno 1155, (aut 1159, 1162, 1167) latam atque postea in curia Roncaliae legibus insertam fuisse contendit; nos Radevicum et codicum saeculi XII. sententiam sequimur.

suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur[a]. Per vim autem vel iustum metum etiam a maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum faciant, extorta, nullius esse momenti iubemus. Ad[c] hec qui allodium suum vendiderit, districtum et iurisdictionem imperatoris vendere non presumat; et si fiat[d], non valeat[e].

1158. Nov. medio.

5

CONSTITUTIO DE IURE FEUDORUM.

p. 96.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, universis[f] nostro subiectis imperio. Decet imperialem[g] sollertiam ita rei publice curam gerere et subiectorum comoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, et singulorum status iugiter servetur inlesus. Quapropter dum ex predecessorum nostrorum more, universali 10 curia Roncalie pro tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum et feuda quae[h] vassalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, vendiderant[i], et quadam collusione nomine libelli vendiderant; unde debita servitia ammittebantur[k], et honor imperii et nostre felicis expeditionis complementum minuebatur[l]. Habito igi-15 tur consilio episcoporum, ducum, marchionum, comitum, simul etiam palatinorum iudicum, et aliorum procerum, hac edictali[m] lege, Deo propitio, perpetuo[n] valitura sancimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quoquo modo[o] alienare, vel pro anima iudicare, sine permissione maioris[p] domini ad quem feudum spectare dignoscitur. Unde imperator Lotharius[q] tantum in futuro cavens, ne fie-20 ret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum sed etiam huiusmodi prius illicitas alienationes hactenus[r] perpetratas hac presenti sanctione cassamus et in irritum deducimus, nullius temporis prescriptione inpediente, emptori bone fidei[s] de pretio actione contra venditorem competente[t]. Callidis insuper quorundam machinationibus obviantes, qui pretio accepto quasi sub colore 25 investiture, quam sibi licere dicunt, feuda vendunt et in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostrae constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus. Pena auctoritate nostra inminente, ut venditor et emptor qui tam illicita[u] contraxisse reperti fuerint feudum ammittant, et ad dominum libere revertatur. Scriba vero qui super hoc instrumentum sciens conscripserit, post ammissionem officii 30 cum infamie periculo manum ammittat. Preterea si quis infeudatus maior 14[v] annis sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit quo[w] feudi investituram a suo[x] domino non petierit, transacto hoc spatio feudum ammittat, et ad dominum redeat. Firmiter etiam statuimus tam in Italia quam in Alamannia[y], ut quicumque indicta publice expeditione a domino suo vocatus ad eandem expeditionem spatio competenti venire 35 temere supersederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium redditus feudi unius anni domino non subministraverit, feudum quod ab episcopo vel ab alio domino habeat ammittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnibus modis habeat facultatem. Preterea ducatus, marchia, comitatus, de cetero non

a) custodiatur 1. c) *hic tit. LIV. Feud. incipit.* d) fecerit *Rad.* e) *hic lex apud Radevicum et in codd. Va-* 40 *ticano, Parisiensibus* 4617 *et* 3922*A. explicit; at Halensis et reliqui Feudorum codices haec addunt:* Si vero[a] contigerit allodium aliquod etiam in feudum datum conferri[b] ecclesie, vel oblatione[c] fidelium, vel per emptionis et venditionis[d] alteriusve huiusmodi contractum, infeudatus[e] nisi per graciam ecclesie tamquam de novo recuperet[f], feudum quod habebat retinere non poterit. Et ut[g] equitas que in paribus causis paria iura desiderat, per universitatem tocius imperii servetur, firmiter statuimus tam in Ytalia quam in Alamannia[h], ut quicumque indicta pu-45 blica expeditione[i] ad suscipiendam imperii coronam, regem aut sub rege dominum suum non adiuvaverit, aut eundo[k] cum ipso aut pro quantitate feudi stipendia milicie persolvendo, si de vocatione legitima a domino suo convici poterit[l] vel per pares feudum perdat et dominus in suos usus illud habeat[m] redigendi liberam[n] facultatem. *cf. supra lin.* 33 *sqq.* f) u. n. s. i. *desunt apud Radev.* et 2. uniuerso populo 6. g) I. d. *Rad.* 2. 6. h) q. ab eis tenebantur 7. 8. vassali 1. i) *deest apud Rad.* k) amittebant *R.* 2. l) inpediebatur 2. 4. m) edi-50 tali 1. n) perpetuo et imperpetuum 4. o) quomodolibet *R.* quocunque modo 2. 3*. 4. 7. 8. quocunque alio modo 6. p) m. magni domini uel 4. q) lottarius 1. l. uel lodouicus 4. r) actenus 1. s) f. ex empto actione de pretio 2. f. emptione de pretio 6. t) actionem c. v. competere 2. u) illicitas alienationes 2. (6.) v) XXV. *Paris.* 3922*A.* w) quod *R.* 2. 6. x) proprio 2. 6. *R.?* y) alamania 1. *idem codex hic et pag.* 112 Fredericus *legit.*

55 a) v. non c. 7. b) conferre 6. c) oblationi 6. d) p. e. conditionis 3*. 4. e) i. datum 6. i. n. p. g. e. *desunt* 4. f) recipere 6. reciperit 4. 8. reciperet 7. g) p. Ut autem 6. h) alemannia 3*. i) e. romam ad 6. 7. 8. k) ad eundum 3*. l) c. per pares suo poterit f. 6. m) r. h. liberam facultatem 6. n) *deest* 3*.

1158. Nov. medio.

dividantur. Aliud autem feudum, si consortes voluerint, dividatur, ita ut omnes qui partem feudi habent [a], iam divisi vel dividendi, fidelitatem faciant. Ita tamen, ut vassallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur, nec dominus feudum sine voluntate vassallorum ad alium transferat. Insuper si filius vassalli dominum offenderit, pater a domino requisitus, deducat filium ad satisfaciendum domino, vel ad [b, 1] se filium separet, alioquin feudo privetur. Si vero pater vult [c] deducere, ut filius satisfaciat, et filius contempnit, patre mortuo in feudum non succedat, nisi prius satisfaciat domino; parique modo vassallus pro omnibus suis domesticis faciat. Illud quoque precipimus, ut si vassallus de feudo suo vassallum alium habuerit, et vassallus vassalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante [d] habuit, feudo suo privetur et ad dominum suum [e], a quo ipse tenebat, revertatur, nisi prius requisitus ab eo, paratus fuerit satisfacere maiori domino quem offendit; et nisi vassallus idemque dominus, a suo domino requisitus, eum qui maiorem dominum offendit requisierit ut satisfaciat, suum [f] ammittat.

Preterea si de feudo inter duos vassallos controversia sit, domini sit cognitio, et per eum controversia terminetur. Si [g] vero inter dominum et vassallum lis oriatur, per pares curie a domino sub debito fidelitatis coniuratos [h] terminetur. Illud quoque sancimus, ut in omni sacramento fidelitatis nominatim [i] imperator excipiatur.

Nov.

PRIVILEGIUM SCOLASTICUM.

Habita super hoc diligenti episcoporum, abbatum, ducum, comitum [*], iudicum et aliorum procerum sacri nostri palacii examinatione, omnibus qui studiorum causa peregrinantur scolaribus, et maxime divinarum atque sacrarum legum professoribus, hoc nostre pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca in quibus litterarum exercentur studia, tam ipsi quam eorum nuncii veniant, et habitent in eis, secure. Dignum namque existimamus, ut bona facientes nostra laude et protectione tueantur, quorum scientia mundus illuminatur ad obediendum Deo et nobis, eius ministris, vita subiectorum informatur, quadam eos speciali dilectione ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, cum amore scientie facti exules, de divitibus pauperes semetipsos exinaniunt, vitam suam omnibus periculis exponunt, et a vilissimis sepe hominibus, quod graviter ferendum est, corporales iniurias sine causa perferunt! Hac igitur generali et in eternum valitura edicimus lege, ut de [k] cetero nullus ita audax inveniatur, qui aliquam scolaribus iniuriam inferre presumat, nec ob alterius provincie delictum [l], quod aliquando ex perversa consuetudine fieri audivimus, aliquod dampnum eis inferat; sciturus, huius constitucionis temeratoribus et illius temporis, si ipsi hoc vindicare neglexerint, locorum rectoribus restitutionem rerum ab omnibus in quadruplum exigendam, notaque infamie ipso iure eis irrogata, dignitate sua inperpetuum careant. Verumtamen si eis litem super aliquo negotio quispiam movere presumpserit, huius rei optione scolaribus data, eos coram domino aut magistro suo vel ipsius civitatis episcopo, quibus hanc iurisdicionem dedimus, conveniant. Quod si [m] vero ad alium iudicem trahere temptaverint eum, et si iustissima causa fuerit, pro tali conamine a debito cadat. Hanc autem legem inter imperiales constituciones sub titulo *ne filius pro patre etc.* inseri iubemus [n]. Dat. apud Roncalias, anno Domiai 1158, mense Novembri.

a) *deest* 1. b) a *R.* 2. cum 6. c) vult eum d. ut s. *R.* 2. 6. d) antea h. *R.* 2. e) ad d. sui domini 2. dominum domini sui 6. f) feudum *R.* f. suum 2. s. feudum 6. g) si — terminetur *desunt* 2. h) coniuratio *R.* i) *deest* 6 *) *ita correxi;* omnium *c. et edd.* k) dei *c.* l) d. sive debitum *Spangenberg.* m) *deest c.* n) *Sequentia desunt in codice Vindobonensi, extant in Authentica* Habita IV. 13.

1) *i. e.* a.

1159. Apr.

CURIA BONONIENSIS.

Agit de ea Radevicus L. II. cap. 30. 31. *unde imperatoris orationem ad Cardinales, Adriani papae legatos, et epistolam ad Eberhardum archiepiscopum Salisburgensem depromere iuvat.*

5

ORATIO IMPERATORIS.

Quamvis non ignorem, ad tanta negocia non ex animi mei sententia, sed ex consilio principum me respondere debere, sine praeiudicio tamen sapientum, hoc absque consultatione respondeo. Episcoporum Italiae ego quidem non affecto hominium, si tamen et eos de nostris regalibus nihil delectat habere. Qui si gratanter audierint a Romano 10 praesule: quid tibi et regi? consequenter quoque eos ab imperatore non pigeat audire: quid tibi et possessioni? Nuncios nostros non esse recipiendos in palatiis episcoporum asserit. Concedo, si forte aliquis episcoporum habet in suo proprio solo, et non in nostro, palatium. Si autem in nostro solo et allodio sunt palatia episcoporum, cum profecto omne quod inaedificatur solo cedat, nostra sunt et palatia. Iniuria ergo esset, si 15 quis nuncios nostros a regiis palatiis prohiberet. Legatos ab imperatore ad Urbem non esse mittendos affirmat, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit, cum universis regalibus. Haec res, fateor, magna est et gravis, graviorique et maturiori egens consilio. Nam cum divina ordinatione ego Romanus imperator et dicar et sim, speciem tantum dominantis effingo, et inane utique porto nomen ac sine re, si urbis Romae de manu 20 nostra potestas fuerit excussa.

EPISTOLA IMPERATORIS.

Quandoquidem fidelitatis tuae constantiam, quam pro consuetudine exhibere soles imperio, frequenter experti sumus, quae apud nos sunt, discretioni tuae significamus, et prudentiae tuae consilium advocamus. Venerunt siquidem ad nos duo cardinales a papa 25 missi ad hoc, ut inter nos et illum fieret concordia. Dixerunt igitur, quod papa illam requireret pacem atque concordiam, quae inter papam Eugenium et nos facta fuerat et scripta. Nos respondimus, quod pacem quidem inviolabiliter huc usque tenuissemus, de caetero autem neque eam tenere, neque ea teneri vellemus, quomodo ipse prior eam violasset in Siculo, cui ipse sine nobis reconciliari non debuisset. Adiecimus tamen, quod 30 omnem iusticiam dare et accipere parati essemus, sive secundum humana, sive secundum scripta divina. Si vero iusticia gravis videretur, consilio principum et religiosorum virorum, pro amore Dei et ecclesiae, libenter nos supponeremus. Placuit verbum nostrum cardinalibus. Dixerunt tamen, nisi prius cognita papae voluntate, super hoc se nihil posse vel audere. Missis nunciis verbum nostrum cognovit papa, mandavitque sicut 35 prius, aliam se nolle concordiam, quam illam quae inter papam Eugenium et nos facta fuisset. Nos supradicto modo hoc recusavimus, et in praesentia et testimonio omnium Teutonicorum et Longobardorum episcoporum, et laicorum principum, et baronum, et vavassorum, omnem iusticiam atque consilium obtulimus, ut et nos acciperemus iusticiam. Praesentes ibidem fuere Romanorum civium legati, qui cum indignatione mirabantur 40 super his quae audierunt. Mandavit enim papa nova et gravia et nunquam prius audita, quae sine consilio tuo et aliorum fidelium imperii pertractari non possunt. Haec discretioni tuae communicavimus, ut si qua tibi super his occurrerint, nosse veritatem non sit inutile. Rogamus etiam, ut si necesse fuerit, et nos tibi mandaverimus, ad nos pro tanto negocio venire non differas.

1159. Apr. ex. Mai.

CURIA RONCALIAE.

Pertinet ad eam fortasse epistola imperatoris ad Albertum Frisingensem episcopum, quam a Tengnagelio p. **388, 389** *vulgatam, ope codicis palatini Vindobonensis a V. Cl. de Bucholtz cum editis collati repetimus.* 5

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto suo A. Frisingensi episcopo, gratiam suam et omne bonum. Cum coeli stupeant et totus orbis contremiscat, et cuncta turbari constet elementa a facie scelestissimae perfidiae, a nece piacularis malitiae, ab auditu nefandissimae traditionis, quam quaedam civitates Longobardiae, Mediolanum scilicet, Placentia, Cremona, Pergamum, Brixia, Parma, Mantua, et marchia 10 Veronensis contra nostram maiestatem, contra imperii honorem, sine causa, sine aliqua praecedenti culpa, commiserunt, super re tam horrida credimus nimirum fidem tuam condolere, et omnia viscera tua conturbari. Non enim in nostram solummodo redundat rebellio personam, quia iugo dominationis nostrae proiecto, Teutonicorum imperium quod multo labore, multisque dispendiis, ac plurimorum principum et illustrium viro- 15 rum sanguine emptum et hactenus conservatum est, refutare et exterminare conantur; dicentes: *nolumus hunc regnare super nos; nec Teutonici amplius dominabuntur nostri.* Quia vero, antequam nostris temporibus imperium destrui patiamur, et in posteros nostros tantae confusionis et iacturae dispendia transmittamus, maluimus honestam mortem inter hostes. . . . 20

1159. aestate.

CURIA PARMENSIS.

Notatur in chronico S. Pantaleonis una cum morte Arnoldi archiepiscopi Moguntiensis ad annum **1160**, *sed quum et hic et obitus Adriani papae ad annum* **1161** *relatus a.* **1159** *contigerint, curia Parmensis quoque ei adscribatur necesse est. Datas ibi Friderici impe-* 25 *ratoris litteras ex codice regio Hannoverano fol.* **521** *proponimus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, dilecto suo E. Iuvaviensis ecclesiae metropolitano, gratiam suam et omne bonum. Quanto tempore inextinguibilis discordia et controversia inter patruum nostrum episcopum Patavinum, et patruum nostrum ducem Austriae iam fuerit, scimus quod a memoria tua non excidit. In tantum 30 itaque eorum inimicitiae accreverunt, quod etiam in generali curia nostra Parmae universi regni nostri principes non modicum commoti sunt, et ut manum nostram imperialem apponere maturaremus, communi voto petierunt. Quorum iustis petitionibus acquiescentes, tum quia lege naturae nobis astricti sunt, tum quia fidelitate qua imperio nostro tenentur, ad hoc devenimus, quod te, qui assertor es veritatis et amator concor- 35 diae et pacis, in iudicem eis praefigeremus. Inde est, quod tuam industriam monemus devote rogantes et firmiter praecipientes, quatenus assumptis viris catholicis, episcopo

videlicet Brixiensi et Gurcensi, et si etiam fieri potest marchionem de Styria, locum convenientem, diem certum et congruum praedicto Patavino episcopo et duci praefigas, et auditis utriusque partis allegacionibus, plene et praelucide abominabiles et execrabiles lites eorum et contentiones, si umquam fieri potest, toto nisu, omni cordis et mentis af-
5 fectu decisas, radicitus extirpare deliberes. Et si hoc nulla arte, nullo ingenio promovere potes, firmissima illorum securitate recepta et data treugua pacem inter ipsos*, usque nos cum paucis ad ipsos in brevi procedamus, vel ipsi secundum quod mandatum a nobis acceperint in confiniis Marchiae nobis occurrant.

1159. aestate.

ELECTIO PAPAE.

1159. Sept.

10 *Post Adriani IV. obitum cardinalibus in diversas partes abeuntibus, Fridericus scisma ecclesiae evertere conatus, litteras per imperium et ad extera regna misit, quarum tenorem ex codicibus Vindobonensi et Londinensi a Tengnagelio et Rymero editis intelligimus. Radevicus deinde lib. II. capp.* 50 *sqq. initia scismatis refert, unde litte-*
15 *ras imperatoris quibus Rolandum et episcopos ad concilium invitat capp.* 55. 56. *proponimus.*

Sept. 16.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto et fideli suo Eberhardo venerabili Saltzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Intimamus dilectionis tuae auribus, quod nuntium tuum ideo tamdiu detinuimus, ut aliqua
20 nova de negotiis nostris, quae per legatos nostros Romae tractabantur, per apices nostros tuae charitati panderemus. Cum autem essemus in eorum quotidiana exspectatione, et interim nuntii papae cum ipsis de verbo pacis et concordiae agerent, divina providentia, quae in sui dispositione nunquam fallitur, ipsum papam in nocte beati Egidii de medio transtulit. De cuius obitu literas accepimus. Quum vero substituenda necessario
25 esset talis persona, quae ad universorum salutem fidelium, ecclesiarum Dei statum in unionem pacis reformaret, et ipsum imperium ac fideles imperii honestius tractaret, pro electione pontificis facienda iam in Romana ecclesia partes esse audivimus, et plurimum inde dolemus. Inde est, quod pro huius rei novitate tibi nuncianda, nuntium tuum dilectioni tuae remittimus, fidelitatis tuae sinceritatem commonentes intime, hor-
30 tantes, et quam[a] maxime rogantes, ut si forte pro aliquo Romanae sedis electo assensus discretionis tuae requisitus fuerit, non statim, quasi praecipitata ratione, vel nobis inconsultis, favorem tuum adhibeas, sed ne imperium nostris temporibus in se ipsum divisum desoletur, ad unitatem nobiscum studeas operam dare. Idem quoque tuis suffraganeis et coepiscopis nunciandum et praecipiendum attentius rogamus.
35 Praeterea dilectionem tuam volumus non latere, quod iuxta petitionem regis Francorum venerabilem legatum nostrum O. Papiensem episcopum, prudentem ac discretum magnaeque sanctitatis virum, a curia nostra transmisimus, qui duo tanti nominis regna, Anglorum videlicet ac Francorum, ipsosque reges ad firmam pacem et stabilem amicitiam vice nostra commoneat, auctoritate reformet, et supra firmissimum dilectionis et
40 amicitiae nostrae fundamentum cum omni plenitudine et integritate stabiliat. Noveris etiam, quod haec tria regna in tantam nostrae voluntatis et dilectionis unitatem inclinata firmabuntur, quod ex quo primum stabilita fuerunt, nunquam in tam concordi pace ligata manserunt.

*) *scil.* statuas a) quia *ed.*

1159. Sept. 16.

De caetero noster praedictus legatus hoc verbum electionis de Romano pontifice in cordibus eorum ita firmabit, ut ipsi una nobiscum unum inde velint sapiantque, nec in aliquam personam favorem suum tam subito ponant, nisi quam nostrum trium unicus laudaverit assensus. De his autem omnibus per Alemanniam et Burgundiam et Aquitaniam apices nostros direximus, universitatem fidelium hoc scire volentes, quod ad kathedram tanti regiminis aliam personam nullatenus recipere intendimus, nisi quam ad honorem imperii et quietem et unitatem ecclesiae unanimi et concordi assensu fideles elegerint. Post reditum vero legatorum nostrorum quaecunque de negotiis imperii et ecclesiae nobis attulerint, per maiores nuntios nostros fidelitati tuae insinuabimus, et ex consilio discretionis tuae universa tractabimus.

Data in obsidione Chremae 16. Kal. Octobris.

Oct. 23.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Rolando cancellario, caeterisque cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum pontificem, salutem et omne bonum. Quoniam divina praeordinante clementia, Romani imperii gubernacula suscepimus, oportet ut in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cuius munere, cuius voluntate dignitatis nostrae apicem adepti sumus. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus ecclesiis in imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, sacrosanctae Romanae ecclesiae tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura et defensio et divina providentia creditur nobis esse commissa specialius. Ea propter de discordia, quae in substituendo Romanum pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes ne occasione huius schismatis ecclesia Christi sanguine redemta debeat dilacerari, praesertim cum robur ecclesiae foris titubare videatur, quoniam unitas ipsius scissura domestica interius dilaniatur. Ut autem huic pesti competens et Deo gratum exhibeamus remedium, religiosorum virorum consilio generalem curiam et conventum in octava epiphaniae Papiae indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius imperii nostri et aliorum regnorum, scilicet Angliae, Franciae, Ungariae, Daciae, archiepiscopos, episcopos, abbates, et viros religiosos ac Deum timentes, quatenus remoto omni seculari iudicio, hoc tam magnum ecclesiae negocium ecclesiasticarum tantum personarum sententia ita sopiatur, ut et Deo debitus exinde honor deferatur, et ecclesia Romana sua integritate et iusticia non possit a quoquam privari, vel status Urbis, quae caput imperii nostri est, inquietari. Proinde eruditioni vestrae mandamus, et ex parte Dei omnipotentis et totius ecclesiae catholicae praecipimus, ut ad eandem curiam sive conventum veniatis, ecclesiasticarum personarum sententiam audituri et recepturi. Testis enim nobis est Deus, quia in hac curia nec amore nec odio alicuius personae quicquam aliud quaerimus, quam honorem Dei, et ecclesiae suae unitatem. Quod si ad tam celebrem ecclesiae conventum examinationis causa venire volueritis, charissimi principes nostri et ecclesiae catholicae Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis, patres et episcopi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus, una cum comite Palatino, consanguineo nostro, aliisque legatis nostris, securum vobis conductum praestabunt. Si vero iusticiam Dei et ecclesiae in tam sollemni conventu recipere nolueritis, videat Deus et iudicet. Nos autem ipsius favente gratia, qui dat salutem regibus, iusticiam Dei, quae nullum magis quam imperatorem Romanum decet, prosequemur.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Hartmanno Brixinensi episcopo salutem et omne bonum. Quod in passione sua Christus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana ecclesia et in imperio Romano credimus mirabili providentia declarasse, cum per haec duo rerum capita et principia totus mundus tam in divinis quam in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus papa, unus imperator sufficiat, et una ecclesia Dei esse debeat, quod sine dolore dicere non possumus, duos apostolicos in Romana ecclesia habere videmur. Defuncto itaque Adriano papa, in Kal. Septembris, cardinales, qui columnae immobiles esse videbantur quibus sancta et universalis firmissime inniteretur ecclesia, non quae Dei sunt, sed sua quaerentes, et unitatem ecclesiae scindentes, duos pontifices elegerunt, et ambos consecraverunt. Pro tanta namque et tam perniciosa ecclesiae iactura, tota nimirum Italica ecclesia conturbatur, et dissensiones[*] schismate orto in capite, iam in inferiora membra defluxisset, et totum

[*] dissensionis

ecclesiae corpus defoedasset, nisi nos consilio et auxilio religiosorum virorum, qui spiritu Dei aguntur, tam impudicae iniquitati iusticiae rigorem opposuissemus. Ne itaque in tantae discrimine discordiae universalis ecclesia periclitari possit, Romanum imperium, quod ad remedium tam perniciosi morbi divina clementia providit, universorum saluti debet sollicite providere, et ne tanta mala in ecclesia Dei praemineant, futuris casibus solerter obviare. Coadunatis itaque in unum omnibus episcopis, tam Italicis, quam Teutonicis, caeterisque principibus, ac viris religiosis, qui zelum Dei et ecclesiae habere videbantur, quod facto opus esset diligenter investigavimus, ex decretis Romanorum pontificum et statutis ecclesiae veraciter accipientes, quod exorto schismate in Romana ecclesia ex duorum apostolicorum dissensione, ambos vocare, et secundum sententiam et consilium orthodoxorum litem decidere deberemus. Ex consilio itaque omnium qui aderant episcoporum, caeterorumque principum, curiam solennem, et generalem conventum omnium ecclesiasticorum virorum, in octava epiphania Papiae celebrandam indiximus, ad quam ambos qui se dicunt Romanos pontifices vocavimus, omnesque episcopos imperii nostri, et aliorum regnorum, Franciae videlicet, Angliae, Hispaniae, atque Ungariae, ut eorum in praesentia nostra iusto declaretur examine, quis illorum regimen universalis ecclesiae de iure debeat obtinere. Quia vero ad unitatem ecclesiae reformandam sapientia admodum nobis necessaria est, ut ea nequaquam carere valeamus, dilectionem tuam attentissime rogamus et rogando commonemus, quatenus pro fidelitate ecclesiae et imperii ad praedictam curiam omni occasione remota venias, ut in adventu tuo unitas et pax et tranquillitas ecclesiae reformetur. Interim autem praedictae scissurae in neutram partem assensum tuum declines, nec tanquam iustam et rationabilem aliquatenus recipias.

1159. Oct. 23.

Data Cremae, 10. Kal. Novembris.

Oct. 28.

F.[a] Dei gratia Romanorum[b] imperator et semper augustus, dilectissimo amico suo H. illustri Anglorum regi, salutem et indissolubilem dilectionis affectum. Cum Christus ecclesiam suam, quam pretioso sanguine redemit, unicam et indivisam Petro prae ceteris apostolis singulari et speciali privilegio gubernandam commiserit, constare videtur, quod unus in Romana ecclesia pontifex esse debeat, qui unius Dei et Petri vicarius, unius et universalis ecclesiae gubernator existat; unde nos, qui unitatem colimus et omnes unum corpus sumus ecclesiae, non dolere non debemus, quod, scissa illa tunica inconsutili, unitate scilicet ecclesiae, duos apostolicos in Romana ecclesia videmus habere.

Defuncto enim A. papa 3. Kal. Septembris, cardinales, qui columnae immobiles esse videbantur quibus sancta et catholica inniteretur ecclesia, non quae Dei sunt set sua quaerentes, et unitatem ecclesiae scindentes, duos pontifices eligerunt, et ambos consecraverunt. Pro tanta itaque et tam perniciosa ecclesiae iactura, tota nimirum ecclesia Italica conturbatur, et dissensiones scismatis ortae in capite, iam in inferiora membra defluxissent et totum corpus ecclesiae commaculassent, nisi nos, consilio et auxilio religiosorum virorum qui spiritu Dei aguntur, tam impudicae iniquitati iustitiae rigorem opposuissemus.

Ne itaque in tantae discrimine discordiae universalis ecclesia periclitari possit, Romanum imperium, quod ad remedium tam perniciosi morbi divina providit clementia, universorum saluti debet solicite providere, et ne tanta mala in ecclesia Dei promineant, futuris casibus sollerter obviare: coadunatis etenim in unum episcopis, tam Italicis quam Theutonicis, caeterisque principibus ac viris religiosis, qui zelum Dei et ecclesiae habere videbantur, quod facto opus esset diligenter investigavimus; ex decretis Romanorum pontificum et statutis ecclesiae veraciter accipientes, quod exorto scismate in Romana ecclesia ex duorum apostolicorum electione, ambos vocare, et secundum sententiam orthodoxorum litem decidere debeamus.

Ex consilio itaque omnium, qui aderant, episcoporum, caeterorumque principum, curiam solennem et generalem conventum omnium ecclesiasticorum virorum in octabis epiphaniae Papiae celebrandum indiximus; ad quam ambos, qui se dicunt Romanos pontifices, omnesque episcopos imperii nostri vocavimus. Sane, cum sis unum de principalibus membris ecclesiae, sine cuius consilio et auxilio tam arduum tamque necessa-

a) ex bibl. Cotton. Faustina B. I. 36. editum in Rymeri Foederibus ad a. 1157. b) romanus *ed.*

1159. Oct. 28. rium negotium salutarem effectum sortiri nec debet, nec probatur si fieri posset, pro reformanda unitate ecclesiae etiam personae tuae sublimitas insudare deberet.

Set quia hoc, iam diu desiderabile, votum nostrum necessariae causae praepediunt, dilectionem tuam modis quibus possumus exoratam esse cupimus, quatinus collegio venerabilium episcoporum regni tui, et abbatum, aliorumque orthodoxorum, quorum sapientia 5 et religione Anglorum praefulget ecclesia, quotquot potes, nobis transmittas, et praedicto sacro conventui facias interesse: ut eorum caeterorumque ecclesiasticorum virorum salubri dictante consilio, unitas Romanae ecclesiae, eo mediante qui facit utraque unum, reformetur, et status ecclesiarum deinceps, nulla dissensionum turbine collisus, nostris temporibus incolumis in sua tranquillitate possit permanere. 10

Interim autem in neutram partem praedictae scissurae assensum tuum declines; nec tanquam iustam et rationabilem aliquatenus recipias.

Personam tuam et statum regni tui incolumem per longa tempora Deus omnipotens conservare dignetur.

Data in obsidione Cremae, 5. Kal. Novembris. 15

1160. Ian. 27.

EXPUGNATIO CREMAE.

Litteras ea de re encyclicas tum ex Radevico II. 63. *tum ex codicibus Vindobonensi Tengnagelii et regio Hannoverano pag.* 425. 429. *inter se collatis evulgamus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Scire credimus pru- 20 dentiam vestram, quod tantum divinae gratiae donum, ad laudem et gloriam nominis Christi, honori nostro tam evidenter collatum, occultari vel abscondi tanquam res privata, non potest. Quod ideo dilectioni vestrae ac desiderio significamus, ut sicut charissimos et fideles, vos participes honoris et gaudiorum habeamus. Proxima siquidem die post conversionem sancti Pauli, plenam victoriam de Crema nobis Deus contulit, sicque 25 gloriose ex ipsa triumphavimus, quod tamen miserae genti quae in ea fuit, vitam concessimus. Leges enim tam divinae quam humanae summam semper clementiam in principe esse debere testantur [a].

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto suo R.[b] Gurcensi episcopo gratiam suam et omne bonum. Dilectioni tuae significare dignum duxi- 30 mus, quod Cremam 6. Kal. Februarii, divina nobis auxiliante dextera, devictam funditus destruximus, ita tamen, quod habitatoribus suis vitam tantum suppliciter a nobis postulantibus in persona propria pepercimus. Quod quia tibi gratum esse indubitanter scimus, mandamus tibi, quam intime rogantes, quatenus una nobiscum omnipotenti Deo grates condignas agas, et ut is, qui salutem dat regibus, hostium victoriam nobis tribuat, in- 35 cessanter implores. Praeterea te scire volumus, quod in omnibus gravaminibus et adversitatibus tuis tibi tanquam dilecto ac fideli nostro condolemus, et in reditu nostro, vita comite, omnia mala tibi adversantia sedare intendimus.

Data in triumpho Cremae 6. Kal. Februar.

a) *exemplar Eberhardo Salisburgensi archiepiscopo inscriptum in codicibus palatino Vindobonensi et regio Hannove-* 40 *rano fol.* 425 *ita pergit:* Praeterea tuae sinceritati (sanctitati *Hannov.*) super hoc quod nobis transmisisti maximas et dignas agimus grates. De cetero, quoniam tota ecclesia tam Teutonica quam Italica pro controversia Romanae ecclesiae in unum Papiae congregata est, rogamus et propensius te monemus, certi, omnino certissimi, de tua dilectione esse volentes, ut quicquid ecclesia tota iudicaverit, tu quoque nobiscum teneas et ratum habeas. Orationibus tuis apud Dominum nos commendantes (commendatos *codd. Vind. et regius Hannov.*). b) Romano. 45

CONCILIUM PAPIENSE.

1160. Febr.

Acta eius apud Radevicum l. II. c. **64—72** *extant, unde nos sequentia depromenda statuimus, addita ex codice Elnonensi apud Martene Anecdot. 1.* **447**. *epistola Concilii ampliori, quae apud Radevicum* 5 *abbreviata tantum, sed textu minus corrupto, legitur.*

ORATIO IMPERATORIS.

Quamvis noverim, officio ac dignitate imperii penes nos esse potestatem congregandorum conciliorum, praesertim in tantis ecclesiae periculis — hoc enim et Constantinus et Theodosius, nec non Iustinianus, seu recentioris memoriae Carolus magnus et Otto im- 10 peratores fecisse memorantur — auctoritatem tamen diffiniendi huius maximi et summi negocii, vestrae prudentiae vestraeque potestati committo. Deus enim constituit vos sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et quia in his quae ad Deum sunt, non est nostrum de vobis iudicare, tales vos et taliter in hac causa hortamur habere, tanquam solius Dei de vobis expectantes iudicium.

15 ## ACTIO CONCILII.

Haec sunt capitula, quae in concilio Papiae super electionem domini papae Victoris canonice probata sunt. Dominus Octavianus, et nemo alius, Romae in ecclesia beati Petri, petitione populi et consensu, ac desiderio cleri, a cardinalibus manto indutus est solenniter, et praesente cancellario, et non contradicente, in cathedra beati Petri colloca- 20 tus est, et a cardinalibus et clero Romano *Te Deum laudamus* solenniter ei cantatum est, et nomen ei Victor impositum est. Ibi multitudo cleri et populi Romani venit ad pedes eius. Tunc scriniarius secundum antiquam Romanorum consuetudinem ascendens in altum, voce magna clamavit ad populum dicens: Audite cives Romani, et coetus rei publicae. Secunda feria pater noster Adrianus mortuus est, et proximo sequenti sabbato 25 dominus Octavianus cardinalis sanctae Ceciliae in Romanum pontificem electus et immantatus est, et in cathedra beati Petri collocatus est, et papa Victor est nominatus; placet vobis? Respondit magna voce clerus et populus: Placet. Secunda et tertia vice interrogatus populus si placeret, clara voce respondit: Placet. Deinde cum bandis et aliis papalibus insignibus dominus papa cum laudibus in palatium deductus est.

30 His itaque rite peractis, capitulum beati Petri statim venit ad pedes eiusdem papae Victoris, et obedivit, ac debitam ei[a] reverentiam exhibuit, clerus et populus, multitudo magna similiter obedivit. Sequenti vero die proxima rectores cleri Romani accedentes ad dominum cancellarium et ad cardinales qui cum eo erant, voluerunt cognoscere si immantatus esset, sicut quidam dicebant: et non invenerunt eum immantatum, neque ali- 35 qua specie dignitatis variatum: et habito cum eo et cardinalibus suis colloquio, cognoverunt ab ore eius et suorum, quod nunquam fuerit immantatus, et quod hoc ei falso imponebatur. Quo audito et cognito, rectores ad pedes domini papae Victoris venerunt, et obedientiam et reverentiam exhibuerunt. De omnibus supra dictis capitulis testes fuerunt, Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri, et omnes fratres eius, et duo 40 rectores cleri Romani, Blasius scilicet presbyter et Manerius presbyter, et septem archipresbyteri Romanae urbis, et quatuor alii, tam diacones quam subdiacones.

Deinde prior Lateranensis et sui canonici obedierunt.

Clerici de patriarchia sanctae Mariae maioris obedierunt.

Abbas de patriarchia sancti Pauli per suos nuncios obedit, et in signum obedientiae 45 de bonis ecclesiae suae illi misit.

a) *deest V.*

1160. Febr.

Abbas de patriarchia sancti Laurentii cum suis monachis obedit.
Abbas Cirengii obedit.
Abbas sancti Sylvestri cum suis monachis obedit.
Abbas sancti Alexii in monte Aventino cum suis monachis obedit.
Abbas sancti Blasii cum suis monachis[a] obedit. 5
Conventus sanctae Sabinae obedit.
Conventus sanctae Mariae in Capitolio obedit.
Conventus monachorum[b] sanctorum Cosmae et Damiani obedit.
Abbas sancti Valentini obedit.
Magister fratrum templi Hierosolymitani in monte Aventino cum suis fratribus[c] obedit. 10
Cardinalia sancti Marcelli obedit.
Clerici de cardinalia sanctorum Apostolorum obediverunt.
Clerici de cardinalia sancti Petri ad Vincula obediverunt.
Clerici de cardinalia sancti Sylvestri obediverunt.
Clerici de cardinalia sancti Sixti obediverunt. 15
Clerici de cardinalia sanctae Sabinae obediverunt.
Clerici de cardinalia sanctae Sabilinae[*] obediverunt.
Cardinalia sancti Ciriaci apud thermas Diocletiani obedit.
Clerici de cardinalia sanctae Mariae trans Tyberim obediverunt.
Clerici de cardinalia sanctae Mariae in Porticu obediverunt. 20
Clerici de cardinalia sancti Nicolai in Carcere obediverunt.
Monasterium sanctae Agathae obedit.
Archipresbyter sancti Apollinaris obedit.
Archipresbyter sancti Triphi obedit.
Archipresbyter sancti Bartholomaei obedit. 25
Ecclesia sancti Celsi obedit.
Ecclesia sanctae Mariae in Monasterio obedit.
Ecclesia sanctae Mariae in Palaria obedit.
Ecclesia sancti Salvatoris de Curte obedit.
Archipresbyter sancti Vincentii cum suis obedit. 30
Archipresbyter sanctae Katharinae cum suis[d] obedit.
Archipresbyter sancti Thomae de Parrione obedit.
Archipresbyter sanctae Anastasiae cum suis obedit.
Archipresbyter sancti Salvatoris de Campo cum suis obedit.
Archipresbyter sanctae Mariae in monte Celso cum suis obedit. 35
Et multae aliae ecclesiae et monasteria obedierunt, quas vix enumerare valemus.

Post promotionem domini Victoris canonici beati Petri miserunt ad Rolandum cancellarium canonicos suos, qui viderent an esset immantatus, sicut quidam credebant, aut aliquo modo promotus. Unde bis missi inquisitores, bis retulerunt, eum non esse immantatum nec aliqua promotionis specie variatum. Sequenti vero die, ut omnis dubi- 40 tatio tolleretur, miserunt canonici quosdam de suis, ut mensae cardinalium qui interant, interessent, et viderent si saltem in mensa locum digniorem solito obtineret, aut etiam benedicendo mensam primus esset, vel aliquo modo inter cardinales loco, vel dignitate, seu veste dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo senserunt eum promotum vel mutatum. Atque in hunc modum perscrutati sunt canonici statum can- 45 cellarii per singulos continuos novem dies.

Basso et Ioannes de Romano dicunt: Postquam cancellarius, sedente domino Victore in cathedra, in munitionem se recepit, Ioannes Phizutus clericus, et Ioannes de bucca lata laicus, voluerunt immantare cancellarium, qui cum iniuria repulit eos dicens: De me non facietis ridiculum, ibi est papa: ite ad eum, et obedite ei. 50

Presbyter Blasius et presbyter Magnerius, rectores cleri Romani, dicunt se cum tribus aliis rectoribus cleri, sequenti die post promotionem domini Victoris accessisse ad cancellarium et ad omnes cardinales qui cum eo erant, et non viderunt eum immantatum nec aliquo modo promotum: et antequam discessissent, audierunt duabus vicibus ab ore cancellarii, quod nec erat, nec fuit immantatus. In praesentia etiam ipsorum 55

a) *deest V.* b) *deest V.* c) *deest V.* d) c. s. *desunt V.* *) S. Sabae?

1160. Febr.

rectorum et in praesentia eorum qui ibi erant, testificatus est Otto cardinalis de carcere, quod dominus Octavianus nullam violentiam vel iniuriam intulit cancellario.

Item dixit Otto: Pro nihilo adscribitur hec iniuria domino cancellario, quia nullus ei mantum abstulit, quia nunquam habuit. His omnibus ita peractis et cognitis, recto-
5 res isti iverunt ad dominum Victorem, et obedientiam ei fecerunt, et praeceperunt clero, ut ei obediret. Quod et factum est.

Presbyter Barro et presbyter Ioannes, capellani de cardinalia cancellarii, dixerunt, se sequenti die post promotionem domini Victoris ad cancellarium accessisse, et dixisse ad eum sic: Audientes vos esse immantatum gaudebamus, et nunc quia aliter videmus,
10 dolemus. Qui dixit eis: Pro me nolite gaudere vel dolere, quia ego nec fui, nec sum immantatus: ite et obedite ei quem videtis immantatum. Haec verba taliter ab ore cancellarii processisse, commisit presbyter Barro, et presbyter Ioannes, quibusdam ex nostris clericis praesentibus, ut iurent in animabus eorum ita verum esse.

Clerici de cardinalia sancti Chrysogoni dixerunt, se sequenti die post promotionem
15 domini Victoris accessisse ad cardinalem suum, qui erat cum cancellario, et interrogasse eum dicentes: Omnes clerici vadunt ad pedes domini papae, quid faciemus et nos? Qui respondit: Ite ad eum sicut alii.

Multi ex nostris dicunt vidisse cancellarium undecimo die ab Urbe exisse, sine manto, sine stola, sine albo equo, et sine omni habitus munitione, cum pellibus nigro
20 pallio coopertis, et cum nigro almutio usque ad Cisternam.

Ioannes de Romano dicit, audivisse Ioannem Neapolitanum, et Bonandiem, et quosdam alios cardinales dicentes apud Cisternam: Quoniam modo sumus sine pastore et sine capite, faciamus nobis dominum: et postea immantaverunt eum, et cantaverunt ei *Te Deum laudamus* apud Cisternam.

25 Ioannes de sancto Stephano et Wolframmus[a] dicunt, se audivisse, quod papa Adrianus dixit ad eos cum de Urbe exiret: Octavianus, inquit, quem ego misi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenses: sed ego mandavi Mediolanensibus, ut non curent de eo, sed fortiter se habeant, tam ipsi quam Brixienses, contra imperatorem: et ego cum eis disposui, quod imperator propter eorum impedimenta non poterit Romam
30 venire. Item etiam cum cardinalibus ita disposui, quod Octavianus non erit papa post mortem meam.

Gimundus et Wolframmus[b] dicunt, se audivisse ab ore episcopi Sabinensis, quod libenter rediret ad dominum Victorem: sed ita adiuratione est astrictus, quod sine periurio non potest.

35 Episcopus Aletrinus in praesentia domini Guidonis Cremensis cardinalis, et Gimundi, et Ioannis Gaietani, et aliorum multorum, dixit: Non possum ad dominum Victorem venire, quia talem securitatem feci cancellario et suis apud Anagniam, quod non possum ad eos venire usque ad Kalendas. Post Kalendas autem veniam: interim tamen habeo eum pro domino et pastore meo. Itaque Kalendis transactis, cum infirmitate
40 teneretur, misit domino Victori obedientiam per clericum quendam, quem habemus praesentem.

De omnibus supradictis capitulis testimonium perhibuerunt praedicti rectores cleri Romani, et septem archipresbyteri supra memorati, et alii multi honesti et religiosi clerici Romani, et Petrus Urbis praefectus, et Stephanus de Tebaldo, et Stephanus Nortmannus,
45 et Ioannes de sancto Stephano, et Ioannes Gaietanus, et Wolframmus[c] de Gidocica, et Gimundus de domo Petrileonis, et multi alii illustres Romani et nobilissimi, qui omnibus his interfuerunt, et omnia viderunt et tractaverunt.

EPISTOLA IMPERATORIS.

Febr. 14.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilectissimo suo
50 Eberhardo venerabili Saltzburgensi archiepiscopo, et suffraganeis eius, Alberto Frisingensi episcopo, Hartmanno Brixinensi, et Romano Gurcensi, totique provinciae Saltzburgensi, gratiam suam et omne bonum. Si sacro concilio Papiae interfuissetis, omnia quae ibidem vel in Romana ecclesia facta sunt, oculata fide cognoscere possetis. Ne autem ab

a) bolframmus *V*. b) golframmus *V*. c) golframmus *V*.

1160. Febr. 14.

his qui pravis delationibus et mendaciis iam fere totum orbem resperserunt, veritas possit obnubilari vel vestra sinceritas trahi in contrarium, quanto brevius possumus, seriem totius rei, sine aliqua falsitatis commixtione, mera veritate vobis significare dignum duximus. Luce clarius constat, quod papa Adriano adhuc vivente, Rolandus cancellarius et quidam cardinales non attendentes illud dominicum: *Sit sermo vester, est est, non non*, conspiratione facta cum Wilhelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, et cum caeteris hostibus imperii, Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, ne forte per mortem papae Adriani tam iniqua factio evanesceret, iuramenti vinculo invicem sese constrinxerunt, ut defuncto papa nullus alius ei substitueretur, nisi qui in eadem conspiratione cum eis convenisset. Hac de causa duodecimo die post electionem domini Victoris papae, eo sedente in sede beati Petri, iam dicti conspiratores egressi ab Urbe, ad Cisternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viventium, se contulerunt, et idolum sibi Rolandum cancellarium erexerunt, dicentes, hunc esse Simonem Petrum, qui apostolicae dignitatis apicem tam nefaria invasione attingere praesumebat. Quod haec conspiratio facta fuerit, et ille iam dictus Rolandus per eam hoc modo intraverat, non est ficticium, sed religiosis viris ab illo qui facit manifesta consilia cordium, mirabiliter est declaratum. Dum haec Romae agerentur, et nos, quid super tanto schismate agendum esset, viros religiosos, archiepiscopos videlicet et episcopos, consultaremus, supervenerunt, quasi missi a Deo, Tarentasinus archiepiscopus, abbas Claravallensis, abbas Moremundensis, et alii abbates numero decem, postulantes pacem Mediolanensibus: qui recepto a nobis verbo, dum Mediolanum pro investiganda eorum voluntate adirent, acceperunt ab eis tale responsum: Domini patres, nos tenemur astricti iuramento domino papae et cardinalibus, quod non debeamus redire ad gratiam imperatoris sine eorum voluntate, et ipsi econtra sine nostra voluntate nullam pacem facere possunt. Responderunt eis[a] abbates: Vos de caetero non tenemini domino papae, quia mortuus est, et illi statim subiunxerunt: Si mortuus est papa, nos ideo non sumus absoluti, quia nihilominus tenemur cardinalibus, et ipsi tenentur nobis. Haec praedicti patres abbates in responsis a Mediolanensibus testificati sunt coram multis religiosis viris. Praeter haec multa experimenta factae conspirationis per litteras in via deprehensas accepimus, sicut nuncius iste plenius vidit et audivit. Sane ex concilio orthodoxorum, sicut alia vice meminimus vobis mandasse, generalem conventum religiosorum Papiae indiximus, ad quem ambos qui se dixerunt Romanos pontifices, non ad iudicium seculare, sicut ora mendacium astruunt, sed ad examen ecclesiae, per duos venerabiles episcopos, Verdensem videlicet et Pragensem, convocavimus. Alter vero, eo quod puriorem haberet conscientiam, dominus Victor videlicet, iudicio ecclesiae ultro se obtulit: altero, videlicet Rolando, contumaciter renitente et dicente, quia cum ipse omnes deberet iudicare, ipse a nullo vellet iudicari. Habito itaque venerabili concilio, in quo patriarcha Aquileiensis et multi archiepiscopi et episcopi religiosi convenerant, per octo continuos dies maxima gravitate, diligentissima examinatione, semota omni laicali persona, tractatum est, quis ex duobus summi pontificatus apicem de iure deberet obtinere. Post longam itaque deliberationem, quia illa nefandissima conspiratio Deo et ecclesiae admodum odibilis, manifestis indiciis non solum probata, verum in facie totius ecclesiae coram posita relevata est, et in domino Victore nihil reprehensibile inventum est, nisi quod pauciores numero cardinales omnino a conspiratione illa exortes, eum pro bono pacis inter regnum et sacerdotium conciliando elegerunt; et invocata sancti Spiritus gratia, ecclesia Dei Rolandum cancellarium conspiratorem et schismaticum, discordias et lites et periuria bona esse euangelizantem, condemnavit, et dominum Victorem papam in patrem spiritalem et universalem pontificem confirmavit. Quem nos ecclesia duce secuti approbamus, et universalis ecclesiae patrem et rectorem, cooperante divina clementia, fore denunciamus. Hoc itaque factum divinis suffultum praesidiis, et in apostolica stabilitate supra petram, Christum videlicet, firmiter fundatum, a vestra beatitudine, pro pace totius ecclesiae et salute imperii approbari, et ab omni ecclesia vestrae sanctitati commissa teneri et conservari rogamus et praeoptamus.

Data Papiae, 15. Kal. Martii.

a) ei *V*.

EPISTOLA CONCILII.

1160. Febr.

P.[a] Dei gratia Aquilegiensis patriarcha, Ar. Moguntinus, R. Coloniensis, W. Magdeburgensis, et H. Bremensis archiepiscopi, et universi episcopi et abbates et viri religiosi in concilio Papiae congregati, regibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, marchionibus, et omnibus Christi fidelibus ad quos litterae istae pervenerint[b], salutem et orationes in Christo.

Quia sedis apostolicae turbatio christianorum animos admodum sauciavit, nos qui ad resecanda schismata[c] Papiae fuimus congregati, qualitatem causae modumque negotii et sacri concilii statutum universitati vestrae plenarie duximus intimandum; quatenus per scripta praesentia mera veritate monstrata, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperunt, vehementer expellant, et amodo per scripta schismata non seducantur. Cum igitur orthodoxorum Papiae congregatorum universitas in nomine Domini[*] consedisset, causa per septem continuos dies, remoto omni saeculari iudicio, legitime et canonice agitata, ac diligenter inspecta, sufficienter et canonice in conspectu concilii per testes idoneos est comprobatum, dominum papam Victorem et nullum alium in basilica beati Petri a saniori parte cardinalium, petitione populi, consensu et desiderio cleri Romani fuisse electum, et solemniter immantatum; et quia praesente et non contradicente Rollando quondam cancellario, in cathedra beati Petri fuerit collocatus, et quod ibi[**] ei a cardinalibus et clero Romano *Te Deum laudamus* gloriose est decantatum, et inde ad palatium cum bandis et aliis papalibus insignibus est deductus. Probatum, quod eo tempore quo electio Romae celebrabatur, erant in urbe tantummodo 22 cardinales, ex quibus cum dominus Victor, tunc Octavianus, et Rollandus segregati fuissent, remanserunt tantummodo 20 electores, ex quibus 9 sanioris consilii et nulla coniuratione foederati, quorum vox prima erat in electione una cum capitulo beati Petri, petitione populi, consensu et desiderio cleri, annuente ordine senatorum et nobilioribus Romanis, dominum elegerunt Victorem. Et clerus et populus secundum consuetudinem interrogatus per scrinarium, si placeret? tribus vicibus clara voce responderunt *placet*. Probatum est etiam, quod Rollandus post domini Victoris promotionem 12.[c*] die ab Urbe egressus, apud Cisternam[d] in finibus terrae Siculi[e] in loco non celebri primo est immantatus. Probatum est, quod in secunda die post promotionem domini Victoris, Rollandus interrogatus a rectoribus cleri Romani et a clericis de sua cardinalia[e*], si domino Victori esset obediendum, expresse confessus est se numquam fuisse immantatum, et expresse dixit: Ite[f] et obedite ei, quem immantatum esse videtis. Super his capitulis fuerunt testes, et sub stola tactis sacrosanctis euangeliis iuraverunt dominus Petrus Christianus, decanus basilicae sancti Petri, cum duobus fratribus suis, in persona sua et totius capituli beati Petri, ubi corpus ipsius apostolorum principis requiescit, quae est mater nostra et caput omnium ecclesiarum, cuius etiam plenum testimonium habebamus; similiter iuraverunt religiosi et honestissimi rectores et praelati cleri Romanae urbis, qui omnia viderunt et tractaverunt, quorum nomina sunt haec: dominus Basilius archipresbyter, dominus Mainerius archipresbyter, Ioannes archipresbyter, Aimerardus archipresbyter, Bernardus archipresbyter, item Ioannes archipresbyter, Gentilis presbyter, Tholomeus archipresbyter, Benedictus diaconus, magister Gerardus, Nicolaus et alii religiosi et honesti clerici Romani. Praeterea Petrus illustris Urbis praefectus, Stephanus de Tebaldo, Stephanus Normannus, Guimundus filius Petri Leonis, Ioannes de Stephano, et alii principes et nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi imperatoris venerant, in conspectu concilii super iam dictis capitulis omnes pariter testimonium perhibuerunt et iurare voluerunt. Sed nos quia religiosorum archipresbyterorum multorum et capituli beati Petri testimonium sufficiens habebamus et abundantissimum, duximus laicis in hac parte parcendum. Deinde venerabiles episcopi Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis, Otto Palatinus comes, et Herbertus praepositus, quos dominus imperator ex consilio duodecim episcoporum et multorum religiosorum abbatum[g] aliorumque religiosorum tunc praesentium Romam delegaverat, ut partes ante concilii praesentiam Papiam revocarent, in conspectu concilii testimonium perhibuerunt, quod R. cancellarium et partem eius ternis edictis per intervalla temporum peremtorie et solemniter ad praesentiam ecclesiae Papiae tunc congregandae, remoto omni saeculari iudicio, vocaverunt; et quod R. cancellarius et sui

a) I. *ed.* b) perueniunt *ed.* c) s. et pacem ecclesiae reformandam *Radev.* *) i. n. D. *desunt M.* **) *deest M.* c*) III. *M.* d) c. in qua Nero imperator quondam ab Urbe profugus latitauit primo est i. *Radev.* e) Sicilii *M.* e*) cardinalitate *M.* f) ita *M.* g) XXII. ep. et Cisterciensis et Claravallensis abbatum *Rad.*

1160. Febr.

cardinales viva voce et ore proprio iudicium vel examen aliquod ecclesiae se nolle recipere manifeste dixerunt. Ostensum est, quod iidem legati R. suisque sequacibus securissimum conductum, sub fide sacramenti in eundo ad concilium et redeundo praestare voluerunt. Ad maioris quoque securitatis plenitudinem dominus papa Victor arces et castella et fratres ac nepotes suos obsides eis obtulit, si in facie ecclesiae secum in iudicio sistere voluissent. Rollandus vero, qui ante huiusmodi vocationem per litteras et per legatos suos iudicium multotiens postulaverat, has omnes vocationes et securitatis promissiones contumaciter et superbe contemsit. Praeterea coniurationem inter hunc* et suos sequaces cardinales cum Mediolanensibus et Siculo nefandissime perpetratam, et per ipsos coniuratores, et per litteras Rollandi Mediolanensibus directas, et aliis manifestissimis argumentis deprehendimus et cognovimus. Cuius coniurationis tenor et continentia talis erat, ut numquam alter sine altero cum Romano imperio pacem teneret, et si interim papam Adrianum mori contingeret, unum de illis cardinalibus et non alium in papam eligerent, qui eadem coniuratione teneretur. Per scripta etiam Rollandi suo sigillo bullata et in orbe transmissa et in conspectu concilii recitata, mendacia manifestissima et detestabilia deprehendimus in haec verba: Testamur Deum, quem nullum latet secretum, quod non mendacium fingimus, sed meram sicut est loquimur veritatem, quia duo tantum elegerunt Octavianum Iohannes sancti Martini et G. Cremensis cardinales, ceteri vero in nostram personam convenerunt. In his itaque verbis venerabile concilium non solum mendacia manifestissime deprehendit, sed etiam detestabile periurium recognovit. Praeter eos namque cardinales quos dominum Victorem elegisse Rollandus asseruit, habuimus in facie concilii electorem et consecratorem domini papae Victoris domnum Y. Venuscii scilicet episcopum, omnium cardinalium priorem et antiquiorem, cuius erat prima vox in electione pontificis. Habuimus et praesentem domnum W. cardinalem sancti Petri ad Vincula, quem advocati domni papae Victoris in praesentia omnium domnum Victorem se elegisse affirmaverunt, et ipse W. in medio concilii hoc audivit et non negavit. Nam domnus C. cardinalis sancti Adriani infirmitate detentus per cyrographum nobis voluntatem suam exposuit, et per nuncium iurare praecepit, domnum Victorem se elegisse, et ei obedisse, et eum et non alium in dominum et papam velle se habere. Magister Ro. cardinalis sanctae Mariae in Via lata, sicut pro certo cognovimus, eum elegit, et ei obedivit. Propter quod etiam, dum ad concilium tenderet, a fautoribus Rollandi Pisis captus est et crudelissime verberatus, et in carcerem trusus. G. Sabiniensis episcopus, et Ar. cardinalis et alii multi obedierunt domino Victori, qui ut accepimus varia spe pecuniarum seducti, postea abierunt retrorsum. Praeterea nos antiquorum vestigia et Romanae ecclesiae consuetudinem imitantes, librum de vita et ordinatione Romanorum pontificum super similibus causis in medio concilio fecimus recitari, ubi manifestissime comperimus, quod in huiusmodi negotiis illum semper sancta statuit ecclesia praeferendum, qui petitione populi, consensu et desiderio cleri, a cardinalibus prior est in cathedra beati Petri collocatus. Illud etiam quod de Anacleto et domino Innocentio nostris temporibus accidisse recolimus, ad memoriam concilii nihilominus est revocatum, quod licet una et eadem die ambo immantati fuissent, ille potius est ab ecclesia approbatus, cuius immantatio aliqua diei parte praecessit. A saeculo non est auditum, quod post unius immantationem die transacta, alius postea fuerit immantatus. Rollandus autem non una tantum, sed undecima transacta die post immantationem domini Victoris fuit immantatus. Praeterea vidimus scripta Henrici Pisani cardinalis ad dominum imperatorem directa, in quibus expresse continebatur, quod nullum vellent ecclesiae subire iudicium vel examen. Super haec omnia idem Henricus et Otto cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano, qui tempore concilii et ante apud Ianuam morabantur, et Ioannes Anagninus, et Ioannes Pitutus*, qui a Rollando transmissi tunc apud Placentiam morabantur, per octo continuos dies a toto concilio sunt expectati, et per litteras et nuncios concilii sunt vocati, et contemserunt venire. Ex his igitur nobis sufficienter instructis, et veritate hinc inde plenarie declarata, placuit reverendo concilio, ut electio domini Victoris, qui tamquam agnus mansuetus et innocens ecclesiae iudicium venerat humiliter suscepturus, approbaretur et confirmaretur: et electio Rollandi penitus cassaretur. Et factum est ita. Electione itaque domini Victoris, remoto omni saeculari iudicio, sancti Spiritus gratia invocata, confirmata et recepta, christianissimus imperator noster post omnes episcopos et post omnem clerum ultimus, ex consilio et petitione concilii electionem domini Victoris recepit et approbavit,

*) haec *M*

*) Piozutus S.R.E. subdiaconi *Rad.*

1160. Febr.

et post eum omnes principes eius, et innumerabilis hominum multitudo, quae praesens erat, interrogata tribus vicibus, si ei placeret, respondit cum gaudio magna voce: Placet. Sequenti die proxima, id est prima sexta feria quadragesimae, domnus Victor cum processione ab ecclesia sancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hospitatus, ad cathedralem ecclesiam gloriose deductus est. Ibi religiosissimus imperator ante ianuas ecclesiae eum suscepit, et descendenti de equo strepam humiliter tenuit; et apprehensum per manum usque ad altare conduxit, et pedes eius est osculatus, et nos omnes, patriarcha, archiepiscopi, episcopi et abbates, et omnes principes, cum universa multitudine quae praesens erat, pedes apostolicos osculati sumus. Proxima autem die sequenti, id est sabbato, habito generali concilio, domnus papa et nos cum illo Rollandum olim cancellarium, nunc schismaticum, et principales eius fautores, accensis candelis anathematizavimus, et tradidimus eum satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. De cetero ex parte Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum, et virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad resecanda schismata convenerunt, universitatem vestram imploramus, et monemus in Christo, ut ea quae ecclesia Dei Papiae congregata ad honorem Creatoris et sponsae suae matris vestrae sanctae Romanae ecclesiae tranquillitatem et ad salutem omnium christianorum fideliter ordinavit, vos omni dubio et ambiguitate remota, irrefragabiliter rata firmaque teneatis, orantes, ut redemtor noster Iesus Christus universalem pontificem et papam Victorem, de cuius sanctitate et religione omnimodo confidimus, per tempora longa conservet, et praestet ei omnimodam tranquillitatem et pacem, ita quod per eum Deus omnipotens honoretur, et ecclesia Romana et omnis christiana religio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio plenius legentibus elucescat, dignum duximus, ut omnium consensus nostrum et nomina subscribantur. Ego Peregrinus[a] Aquileiensis patriarcha, cum fratribus suffraganeis interfui etconsensi. Ego Arnoldus Moguntinus, Ego Reinoldus Coloniensis, Ego Wicmannus[b] Magdeburgensis, Ego Ardwicus Bremensis archiepiscopi, interfuimus et cum omnibus suffraganeis nostris consensimus. Hellinus[c] Trevirensis archiepiscopus, Ebrardus Salzburgensis archiepiscopus, Arelatensis archiepiscopus, Viennae archiepiscopus, G. electus Ravennas, omnes per legatos suos et litteras suas consenserunt[c*]. Rex Hungarorum, Rex Danorum, Rex Bohemiae per legatos suos et litteras suas consenserunt. Archiepiscopus et dux Poloniae per legatos et litteras suas consenserunt. Episcopus Ripensis, Episcopus Augustidunensis, Episcopus Tridentinus, Episcopus Paduanus, Episcopus Feltrensis, Episcopus Tarvisinus[d], Episcopus Mantuanus, Faventinus, Veronensis[e], Pergamenus, Imolensis, Mutinus, Laudensis, Firmanus, Ferentinus, Terdonensis, Aquensis, Astensis, Taurinus, Vercellensis, Iporensis, Cumanus, Novariensis, Germonensis[f], Gebentinus, Tullensis, Virdunensis, Basileensis, Argentinus, Warmacensis, Traiectensis, Verdensis, Abelenbergensis, Pragensis, Ratisbonensis, Pataviensis, item Augustensis, Bambergensis, Melfitanus; hi omnes interfuerunt et consenserunt. Est autem numerus archiepiscoporum et episcoporum qui praesentes fuerunt, et qui litteris suis consensum suum praebuerunt, centum quinquaginta tres. Abbatum vero et archidiaconorum et praepositorum multorum regnorum inaestimabilis multitudo interfuit, et cum desiderio consensit. Interfuit etiam dux Saxoniae et Bawariae, dux Welfo[g], dux Zaringiae, dux Suevorum, comes Palatinus de Rheno, Palatinus de Saxonia, de Bawaria, et alii marchiones et comites, quorum nomina ignoramus.

a) *Radevicus hos testes adducit:* Ego Peregrinus Aquileiensis patriarcha cum meis suffraganeis interfui et consensi. Ego Arnaldus archiepiscopus Moguntinus cum 14 suffraganeis interfui et consensi. Ego Hartuicus * Bremensis archiepiscopus cum suffraganeis meis interfui et ** consensi. Ego Hellinus Treuerensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Ego Reinaldus Coloniensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. Ego Wickmannus Magdeburgensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi Bizuntinus archiepiscopus per legatum et episcopum Basiliensem consensit. Arelatensis archiepiscopus consensit. Lugdunensis archiepiscopus cum suis suffraganeis consensit. Viennensis archiepiscopus cum suis suffraganeis consensit. Henricus rex Anglorum per literas et legatos suos consensit. Rex Ungarorum per literas et legatos suos consensit. Rex Boemorum consensit. Rex Danorum consensit. Guido electus Rauennatensis consensit. Episcopus Firminus consensit. Episcopus Ferentinus consensit. Mantuanus consensit. Pergamensis consensit. Fauentinus consensit. Abbatum vero et archipresbyterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit et consensit. Longobardorum inaestimabilis multitudo interfuit et consensit. Universi fere principes Romani imperii, tam Teutonici, quam Italici, tam in Urbe, quam extra Urbem interfuerunt, et assensum cum ingenti desiderio praebuerunt. b) wimannus *M.* c) Beluinus *M.* c*) concesserunt *M.* d) Flectrentis E. Telgusinus *M.* e) Verogensis *M.* f) Cremonensis. g) Wlfo *M.*

*) hartbicus *V.* **) i. et *desunt V.*

1160.
Iun.
Iul.

CURIA CREMONENSIS.[a]

Litteras imperatoris ad curiam Cremonensem invitatorias ex codicibus Vindobonensi apud Tengnagelium p. **400** *et regio Hannoverano fol.* **449**. *proponimus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, fideli suo Eberhardo venerabili Salzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Quanto maiori largitate antecessorum nostrorum, regum et imperatorum, ecclesiam Salzburgensem decoratam fuisse cognovimus, eo maiori pietate et ampliori dilectione dignitatem Salzburgensis ecclesiae semper confovere studuimus et modis omnibus promovere. Inde cum nos de te, tanquam de excellentiori et clarissimo principe nostro, plurimum speraremus, et de tuae sanctitatis reverentia in necessitatibus sanctae ecclesiae Dei et imperii non modicam fiduciam haberemus, cum status ecclesiae Dei in pendulo nutaret, ad Papiensem curiam, ubi tam ecclesiastici principes quam seculares pro gloria Dei et honore imperii promovendo sollenniter convenerant, tuam personam sacris apicibus nostris et nunciis evocavimus, et quare non veneris admodum nos admirati sumus. Praeterea indicto generali concilio pro necessitatibus imperii et ecclesiae celebrando in dominica *vocem iucunditatis* tuam sanctitatem, tuam reverentiam scriptis et nuntiis iterato sollicitavimus, et attentissime rogavimus, ut diligentissime perspectis schismatibus et pressuris, in quibus sancta Dei ecclesia fluctuans laborabat, tuam laudabilem praesentiam sacro conventui exhiberes, et ad tollenda de medio tanti mali scandala prudentiae tuae consilium opemque necessariam negotio tam arduo non negares; sed nec sic tuam personam evocare valuimus. Unde quia tua res agitur paries cum proximus ardet, et quia publica res ista fuit, non privata, ubi de animarum salute agebatur, miramur nos primitus, mirantur et universi principes nostri tam seculares quam ecclesiastici, qui ad excolendam vineam Dei non timuerunt portare pondus diei et aestus, quare te subtraxeris, et magna suspicione te suspectum habent, quod in tempore tribulationis te ipsum quasi murum inexpugnabilem pro domo Israël non opposueris. Mandamus itaque tuae discretioni, monentes et studiosius te rogantes, ut remota omni occasione et dilatione tuam ipsius praesentiam in proxima nativitate sanctae Dei genetricis Mariae nobis et curiae nostrae exhibere non differas Cremonae, assumpto tecum fideli nostro venerabili episcopo Brixiensi.

Friderico Romanorum imperatori semper augusto, Eberhardus Iuvavensis ecclesiae minister indignus, tam devotum quam debitum servitium et orationis affectum. Litteras dignationis vestre nuper accepimus, in quibus respectum gratiae vestrae circa nos cognovimus, in quibus etiam vestrae maiestatis excellentia praesentiam personae nostrae sibi mandavit exhiberi. Nos igitur considerantes auctoritatem mandati vestri, et difficultatem executionis eiusdem, utrobique coartamur, ne vel ausu temerario videamur imperiali contraire mandato, vel difficultatum pressi pondere ab eiusdem executione retrahamur. Denique ut omittamus caetera, locus et tempus, quando et ubi praesentiam nostram vobis sumus exhibituri, valde sunt nobis contraria. Praeterea tota nostra provincia sic subitanea calamitate bellorum et incendiorum opprimitur, ut nisi divina gratia et vestra imperiali sublevetur auctoritate, in desolationem tota redigatur. Veruntamen per omnia haec iter quidem nostrum retardari necesse est, sed non impediri, nisi divina nobis voluntas obstiterit, ullo modo putamus, si tamen per vestram excellentiam securum habere possimus conductum. Ad cuius rei certitudinem cognoscendam praemittemus ante nos nuntium nostrum. Dominus ad tuendam et conservandam pacem et unitatem ecclesiae suae illustratione spiritus sui cor nostrum inclinare et confortare dignetur.

a) alia Cremonae curia indicta fuerat dominica ante ascensionem Domini. ex chron. S. Pantaleonis p. 911.

ENCYCLICAE DE HOSTE FACIENDA.

1160. Aug.

Post proelium ad Carcanum et anno sequenti missas litteras ex codice Vindobonensi apud Tengnagel p. **394—396 401—403** *et in codice regio Hannoverano fol.* **438. 440. 451—453.** *et* **519.** *proponimus.*

5 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto et fideli suo P. venerabili Aquileiae patriarchae, gratiam suam et omne bonum. Litteras a tua dilectione nobis transmissas, ea qua decuit benignitate suscepimus, quarum tenore diligentius inspecto, tuae devotionis desiderio satisfacientes, de statu nostro tibi rescribimus et eventu, ut si forte aliter, quam res acciderit, apud te divulgatum fuit, veritatem tu ipse cogno-10 scas et referas. Sumus itaque per gratiam Dei in bono statu, quia salus et vita et prosperitas nos et nostra cum gaudio comitantur. Quia vero secundum varium eventum belli diversi diversa referunt, hanc veritatem rei de nobis accipias. Quod Mediolanenses castrum quoddam nomine Sarkanum, situm iuxta Cumas, cum sua fortitudine obsederunt, et nos fideles nostros qui in castro erant liberare volentes, congregata multitudine 15 Longobardorum infinita, ad locum accessimus, eosque qui nostros obsederunt, ex omni latere obsedimus, ita quod nullatenus manus nostras evadere poterant, nisi forte ex desperatione, vel ex periculo mortis, per nos et per medium exercitum nostrum impetum facerent, et transire fugientes tentarent. Quod et ita contigit.

Mane enim in vigilia beati Laurentii ipsi armati per medios nostros irruperunt, et 20 quasdam acies nostrorum Longobardorum violenter penetraverunt, quibus nos cum Teutonicis nostris quamvis paucis, adiunctis et aliquibus Longobardis, audacter et viriliter resistentes obviam venimus, ubi ergo ex utraque parte multi corruentes interierunt. Praeterea vexillum eorum, quod in curru superbe erexerant, in lutum deiecimus et destruximus, ibique plusquam 30 eorum milites qui ad custodiam solius vexilli fuerant deputati, trun-25 cavimus, ipsosque per Dei adiutorium viribus nostris in fugam convertimus, et ad castra sua retro cedere compulimus, campumque cum honore et victoria tenuimus, quamvis Longobardi innumerabiles a latere nostro per fugam recessissent, quamvis etiam interfectis aliquibus de nostris magnum damnum recepissemus; illi profecto tot et tanta damna suorum acceperunt, quod nos damna nostra, respectu illorum, nulla reputavimus. 30 Cum enim corpora suorum occisorum ipsi recolligerent, 75 currus ad civitatem Mediolanensium transferrent, non fuit currus aliquis in quo tres vel quatuor mortui non iacerent. Sic hostibus fugatis nos ad Cumanam civitatem cum multis captivis reversi sumus. Qui aliter de nobis praedicant, scias non esse euangelii quod euangelizant.

Quicunque etiam statum reverendissimi papae Victoris minorari et attenuari praedi-35 cant, scias omnino falsum esse, quia iam multa regna, Hispaniae, Ungariae, Daciae, Boëmiae, comes quoque Barholi et comes sancti Egidii cum tota Provincia et Burgundia ei obediunt, et de die in diem dilatatur et crescit. Scire praeterea debet tua dilectio, quod omnes principes Alemanniae expeditionem nostram promiserunt et iuraverunt omnemque ornatum grisiorum et variorum communi consilio postposuerunt, solis cibariis et armis 40 contenti in expeditione ipsa. Unde quia sicut persona tua grata nobis est, ita et necessaria, mandamus dilectioni tuae et fidem tuam monemus, ut de honore imperii nostri sicut alii principes et fideles nostri, cogites et disponas, et 14. die post pascha cum honesta milicia ad nos Papiae venias, certus existens, quod nulli principum expeditionem remittemus, quamvis multi quaerant absolvi, et quicunque remanebit, contra nostram 45 voluntatem remanebit. Si vero ante hunc terminum nos videre volueris, gratum valde est nobis. Veruntamen hoc pro constanti habere debes et tenere, quod ab expeditione tuam personam nullo modo absolvemus.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Eberhardo Saltzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Tuam experientiam minime latere

1160. Aug. credimus, qualiter non pro cumulandis divitiis ad usum nostrum aut filiorum nostrorum, sed solummodo ad pacis reformationem et augmentum imperii dispendio tam rerum nostrarum, quam fidelium nostrorum instantia, etiam attritione proprii corporis incessanter laborassemus. Nunc vero, quia contumacia Mediolanensium, a primaevo pacis inimicorum et ecclesiarum temeratorum, bono nostro proposito, instinctu diaboli, obstare pro 5 viribus nititur, te una cum aliis principibus caeterisque imperii fidelibus in subsidium nostrum evocare decrevimus. Unde dilectioni tuae mandamus, atque sub debito fidelitatis praecipimus, quatenus omni occasione postposita, cum membrum imperii censearis, et hactenus sibi fidelis exstitisti, ne regnum aliquatenus in tempore nostro vacillet et diminucionem sentiat, cum militia tua 14. die post pascha Papiae exercitui nostro accedas. 10 Nam quicunque nobis in auxilium occurrerint, nos et successores nostros ditare et sublimare diligenter intendere incunctanter scias, quia finem toti negocio nostro cum victoria brevi ut arbitramur Dei nutu imponemus. Si quis autem se nunc temporis aliquatenus subtraxerit, hunc nec nobis nec imperio nostro fidelem esse censeamus.

1160. Sept. Oct. Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Eberhardo venerabili 15 Saltzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Cum sacri imperii nostri dispositio consilio principum, et maxime religiosorum, frequenter indigeat, cur toties rogatus a nobis et diligenter invitatus, semel saltem ad festum beatae Mariae venire nolueris, de prudentia tua satis mirari non possumus, sed et universis principibus imperii admodum videtur extraneum. Praeterea cum Saltzburgensis ecclesia tanto amplioris 20 servitii debito teneatur imperio, quanto amplius ab imperiali munificentia prae caeteris ditata et exaltata, collatis sibi beneficiis et honoribus gaudere dinoscitur, miramur et de ratione non videmus, quare in summis imperii necessitatibus quibus tanto iam tempore tam fortiter, auxiliante Deo, insudavimus et insudamus, tanti servitii intolerabilem defectum perferre debeamus. 25

Cum igitur quantumcunque religiosus ab ipsa veritate quae sunt caesaris caesari reddere iubeatur, et tua dignitas non solum qualicunque pecunia, sed et personis et armatura laboribus nostris adesse debeat; per haec imperialia scripta tuae fidelitati tam praecipiendo quam rogando mandamus, quatenus ad proximum pascha pro magnitudine facultatis et debiti cum militia nobis succurras, et 15. die post diem paschae in campo 30 Veronae cum reliquis exercitibus te praesentes, teque ita facturum nunc statim in manum praesentium latoris, capellani et nuncii nostri Burem Coloniensis, fideli et firma promissione certificare non differas. Quod si animum prudentiae tuae ab his averteris et omnino venire nolueris, indubitanter scire te volumus, quod nos, favente et semper nos praecedente Dei clementia, cum consilio principum et religiosorum ita de Saltzbur- 35 gensi ecclesia ordinabimus, ut et honor Dei et religio non imminuatur, et debitum servitium imperio de caetero rationabiliter exsolvatur.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, fideli suo R. venerabili Gurcensi episcopo, gratiam suam et omne bonum. Cum ab ipsa veritate omnis homo, sed et quantumcunque religiosus, quae sunt caesaris caesari reddere iubeatur, et 40 Saltzburgensis ecclesia quam maximi servitii debito sacro teneatur imperio, mirari non sufficimus, quare Saltzburgensis archiepiscopus, toties rogatus et vocatus, nec ad consilium, nec ad expeditionis auxilium venire noluerit, et terminum, quem per proprium capellanum suum nobiscum in festum beatae Mariae condixerat, tam incurate neglexerit. Nunc autem per praesentium latorem fidelem capellanum nostrum, Burem Co- 45 loniensem, iterum ad expeditionis auxilium cum personis et armaturis ipsum evocamus, et ut tua diligentia ad id faciendum eum studiose commoneat solerter et intentissime rogamus. Quod si pro consuetudine sua venire noluerit, de contemptu et iniuria tam tuae dilectioni conquerimur, quam et omnibus imperii principibus ibi conqueri necessarium habemus. 50

Nos autem, si necesse fuerit, de Saltzburgense ecclesia ita cum consilio principum et religiosorum ordinabimus, quod et honor Dei non minuetur, et religio ecclesiae non subvertetur, si, Deo volente, imperio debitum servitium exsolvetur. Novit Deus, qui corda scrutatur, quod nos virtutem in quolibet homine, magis autem in eo, cuius pro-

positum in virtutibus decorari, diligimus et reveremur; et nisi supremis iniuriis coacti, ad molestiam cuiusquam, non nisi multum inviti provocamur. De caetero praefatum capellanum nostrum dilectioni tuae committimus, ut ex parte nostra diligenter audias, et ad ea quae ei dedimus in praeceptis ipsum consiliis et conductu adiuves, quatenus et 5 pro his et pro omnibus fidelibus servitiis tuis et multa dilectione tua nobis ad promerendum semper simus attenti.

1160. Sept. Oct.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Eberhardo venerabili Saltzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Inter anxias et innumeras tribulationes, quibus, exigentibus peccatis hominum, iam diu universalis laborat ecclesia, 10 consilium religionis tuae multo tempore requisivimus, ut discretio tua, quae directo tramite ad summum bonum attingere nititur, iter salutis nobis ostenderet, et ab errore minus eruditorum animos declinaret. Non solum autem praesentiam tuam admodum necessariam imperio subtraxisti, verum nos et omnes principes et fideles nostros, secus quam decet honestatem tuam, immoderatis verbis cum offensione aggravasti. Sane cum 15 legationis tuae nuntius ad nos venisset, et servitium pecuniae tuae pro redemptione expeditionis nobis obtulisset, nos communicato cum principibus nostris consilio, pecuniam tuam cum honore non potuimus accipere, quia nostrae consuetudinis non est alicuius pecuniam accipere, et odium in mente contra eum retinere. Cum autem, sicut decet imperialem excellentiam, nobis personam tuam exhibueris, tunc nos magis de tuo ad- 20 ventu gaudere poterimus, et de instanti necessitate imperii et ecclesiae tecum et cum caeteris imperii principibus tuo consilio salubrius tractare poterimus et ordinare.

1162?

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, dilecto et fideli suo Eberhardo venerabili Saltzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Tuae fidelitatis exhibitio, quam in promovendis imperii negociis saepe experti sumus, pluri- 25 mam de te nobis fiduciam administrat, ut in his quae contra honorem coronae nostrae aliquo modo emergant, tuum consilium et auxilium, aliorumque nostrorum fidelium diligentius requiramus. Unde quia duae civitates in Marchia, Padua et Vincentia, cornua rebellionis et superbiae contra nos et imperium exercent, et ex* fidelibus infideles effecti in periurium contra nos lapsi sunt, scire volumus fidelitatem tuam, quod nos super easdem 30 civitates ad retundendam eorum superbiam, validam expeditionem nostram indiximus et confirmavimus. Tua igitur ope opus habentes, tuam fidelitatem maxime hoc tempore sollicitamus et summopere commonemus, ex habundantia cordis nostri rogantes, quatenus honorem imperii et nostram dilectionem, qua te semper amplectimur, ante oculos mentis tuae modo reponas, et ad vindicandas iniurias imperio et nobis sine culpa nostra 35 irrogatas contumaciter, apud Tarvisium in pentecosten, cum quantis potes viribus, ad nos venimas, ita quod hoc servitium erga te semper debeamus promereri.

DEDITIO MEDIOLANI.

1162. Mart. 1.

Encyclicas ea de re litteras ex chronico Reicherspergensi et codice Vindobonensi apud Tengnagel p. 406. proponimus, quibus in univer- 40 *sum consonant litterae ad comitem Suessionensem datae et apud Martene Coll. I. p. 473 ex codice Elnonensi vulgatae.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus[a], Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Dignum aestimamus, ut hi, qui

*) *deest H.* a) A. dilecto suo R. Gurcensi episcopo *Vindob.*

1162. Mart. 1. tribulationibus nostris et imperii, personarum servitio [a] et rerum dispendio hactenus fideliter communicaverunt, a Domino, qui consolatur nos in tribulatione nostra, consolationis gaudia recipiant, et felicissimis eventibus nostris ac gloriosissimis triumphis, quales nulli antecessorum nostrorum concessos esse credimus, grata vicissitudine participent et congratulentur. Tuae ergo dilectioni, quae omnem honorem nostrum sitibundo pectore anhelare luce clarius constat, significandum duximus, quia in virtute Dei, per quem reges regnant et potentes faciunt iustitiam, felicem et gloriosam de Mediolano victoriam cum plenitudine honori adepti sumus. In Kalendis enim Martii, prima videlicet die mensis, hostes imperii Mediolanenses, submota omni simulatione fraudis qua in prima deditione dolose nos circumvenerunt, summa necessitate famis et inediae coacti ad curiam nostram apud Laudam venerunt, et nudos gladios in cervicibus suis deferentes, et maiestati nostrae reos se esse profitentes, personas, res, ipsamque civitatem absque omni tenore et sine aliqua conditione interposita in nostram potestatem cum plena deditione reddidere. Praeterea [b] 4. Nonas eiusdem mensis Mediolanenses cum omni militia et viribus civitatis ad nos redeuntes, vexilla et universa signa bellica, clavesque civitatis, et consulatus dignitates maiestati nostrae resignaverunt, refutantes omnia genera armorum, omnem potestatem, nisi quam cum gratia et permissione nostra possent obtinere; iuraverunt insuper quaecunque eos iurare fecimus, scilicet quod universa mandata nostra, sicut de personis et rebus et de ipsa civitate ordinaremus, bona fide et sine fraude observarent; et de his omnibus observandis 400 obsides meliores et maiores de civitate nobis dederunt. Ex sententia ergo divina, cuius iudicia abyssus multa, qui frangit omnem [c] superbum, ne de caetero praedictis hostibus occasio malignandi et facultas rebellandi praestetur, fossata complanamus, muros subvertimus, turres omnes destruimus, ipsamque civitatem iu ruinam et desolationem ponimus [d], sicque ad promovenda alia negotia, et ad plenariam imperii reformationem exercitum nostrum et victrices aquilas [e] feliciter convertemus. De caetero dilectos et fideles nostros nuncios O. Veronensem episcopum et C. capellanum nostrum in occursum sibi apud Tridentum transmittimus, qui iuxta magnificentiam imperii et honorem tuum ad curiam nostram te perducant.

a) periculo *Vind.* b) Praeterea — dederunt *desunt Vind.* c) omne *Vind.* d) *deest R.* e) et a. triumphales, prout uoluerimus convertemus. *reliqua desunt Vind.*

1162. Aug.

CONCILIUM BISUNTINUM.

Litteras encyclicas ex codice Vaticano bibl. Christinae Nro. 179 *a Schannato descriptas edidit Harzheim Conc. T. III. p.* 390. 391. *praeterea apud Duchesnium et Freherum I.* 420 *et ad episcopum Augustanum directae ex codice Vindobonensi apud Tengnagel p.* 437 *et in codice Hannoverano fol.* 481. *leguntur, qui tamen epistolam ad ducem Lotharingiae directam haud exhibet. Epistolam ad archiepiscopum Lugdunensem ex Freheri SS. inseruimus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto suo .. archiepiscopo gratiam suam et omne bonum. Inter innumeras et intumescentes tempestatum procellas, quibus iam diu navicula Petri quassata, et inter pressuras diversas, quibus sancta Dei ecclesia frequenter afflicta et tribulata est, tandem verus ille mediator Dei et hominum Christus Iesus, qui ecclesiam suam, velut unicam sponsam, proprio charactere sui pretiosi sanguinis insignivit et redemit, consolationis gratiam, quam ascendens

1162. Aug.

in coelum suis fidelibus repromisit, inquiens: *Non relinquam vos orphanos; ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi*, evidentibus et manifestis declaravit indiciis. Ipse enim sicut stella matutina in medio nebulae oriens, solita pietate ecclesiam suam in tribulatione respexit, et surgens imperavit ventis et mari, et 5 facta est tranquillitas magna.

Pro illa siquidem controversia, quae inter nos et regem Francorum pro schismate Romanae ecclesiae iam diu agitabatur, aspirante Spiritus sancti gratia, qui facit habitare unanimes in domo Domini, mediantibus hinc inde legatis, tandem pari voluntate et unanimi consensu inter nos convenit: Quod nos videlicet una cum archiepiscopis, epi-10 scopis, et patribus orthodoxis ac viris religiosis, baronibus, et universis utriusque regni principibus 4. Kalendis Septembris, in die videlicet decollationis sancti Iohannis baptistae, super fluvium Saonam, in episcopatu Bisuntino, concilium generale pariter celebraturi sumus; in quo rex Francorum, dilectus consanguineus noster, cum universis archiepiscopis, episcopis*, et omnibus regni sui principibus, et tota Gallicana ecclesia, reverendum 15 patrem nostrum, dominum papam Victorem, sicut per sacramenta et firmissimas securitates praeordinatum est, in apostolicum et universalem sanctae Dei ecclesiae pontificem recipiet, et debitam ei exhibebit reverentiam. Verum quia hoc negotium tam arduum, tamque salubre et tam necessarium, ubi de reconciliatione sanctae Dei ecclesiae et totius christianitatis in commune agitur, sine tuae discretionis caeterorumque principum ac 20 Christi fidelium praesentia consummari non debet nec potest, exoramus te et monemus, in ea fide, quam debes imperio et sanctae Dei ecclesiae et animae tuae, quatenus omni occasione summota, cum sapientibus[a] et magis idoneis et literatis[b] personis tui episcopii[c] apud Bisuntium 4. die ante praedictum terminum, familiariter more curiae nobis occurras, ad concilium nobiscum processurus. Et quia abundans cautela non nocet, 25 milites tui, quos tecum adduces, in[d] armis et clypeis sint muniti; insuper temptoria deferas, quia propter domorum raritatem necessaria erunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negotium domini papae Victoris ad gloriam Dei et ad pacem et unitatem sanctae ecclesiae et omnimodum honorem imperii honesto fine terminabitur[f]. Denique omnibus in ordine clericali constitutis scribimus, suadendo et rogando, quatenus ad praefatum 30 concilium veniant, aut ruentibus rebus suis succurrant.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, fideli suo M. duci Lotharingiae, gratiam suam et omne bonum. Quoniam in schismate, quod est in Romana ecclesia, universus orbis in se ipsum divisus est, et tota christianitas non modica perturbatione concutitur, nos tota animi compassione sanctae Dei ecclesiae doloribus 35 condolemus, totius consilii et auxilii propensiorem curam et sollicitudinem adhibere cupientes, ut totius dissensionis discrimine sublato, ecclesia Dei, sicut in unitate fidei, ita sub unius pastoris regimine in unum ovile congregetur.

Inde est, quod ex consilio principum cum dilecto consanguineo nostro L. illustri rege Francorum, 4. Kalendis Septembris, in die videlicet decollationis sancti Iohannis 40 baptistae, super fluvium Saonam concilium celebrare statuimus: in quo, aspirante Spiritu sancto, qui facit unanimes habitare in domo Domini, speramus, ut ecclesiasticae pacis et unitatis status reformetur, et dominus papa Victor apostolicae sedis gubernacula debeat obtinere.

Verum quia hoc negotium tam arduum, tamque salubre, et tam necessarium, ubi 45 de reconciliatione sanctae ecclesiae et salute totius christianitatis in commune agitur, sine tuae discretionis prudentia consummari nec debet nec potest, exorantes commonemus te in ea fide, quam debes imperio et sanctae Dei ecclesiae et animae tuae, quatinus omni occasione summota, apud Bisuntium quarto die ante praedictum terminum, familiariter more curiae nobis occurras, ad concilium nobiscum processurus.

50 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto suo E. venerabili Lugdunensi archiepiscopo et primati Galliarum, gratiam suam et omne bonum. Imperialis nostrae sollicitudinis propositum, quod Lugdunensem ecclesiam ac civitatem

*) *deest H.* a) sapientioribus *V.* b) et l. *desunt V.* c) *ita correxi;* p. episcopus a. *H.* tuae dioceseos *V.* d) *deest H.* f) terminatur *H. ubi sequentia desunt*

1162. Aug. a diutinis laboribus suis exuere, et in antiquae dignitatis suae statum reformare decrevimus, pro tua fideli erga nos devotione in pectore nostro incessanter vigilat, quoadusque Deo opitulante debitum sortiatur effectum. Unde et propitia divinitas, quae piis omnium consiliis interesse et ea promovere consuevit, congruam nobis hoc tempore opportunitatem obtulit, ut partes Burgundiae, immo ipsam civitatem Lugdunensem, in 5 propria maiestatis nostrae persona quantocyus adeamus, ac ruinas eius in status sui decorem cooperante Deo erigamus. Comes siquidem Henricus Trecensis quum ad curiam nostram in legatione domini sui regis Francorum venisset, et reverendum patrem nostrum papam Victorem humili veneratione honorasset, studiose a nobis postulavit, quatenus ad colloquium inter nos et eum regem habendum accederemus; tantumque huic 10 verbo institit, quoadusque universorum nostrorum principum consilio, colloquium indiximus 4. Kal. Septembris, ad pontem Saone, inter Divionem et Dolum, cum archiepiscopis, episcopis [a], abbatibus, aliisque cleri nostri prioribus illo venturi. Quia ergo tua diligens prudentia in eodem colloquio nobis plurimum necessaria est, venerabilitati tuae studiose mandando iniungimus, quatenus ad idem colloquium omnes suffraganeos tuos evoces, et 15 cum universis prioribus, abbatibus, et cleri celebritate omni remota occasione venias, quia nos ibidem divina gratia promovente, super ecclesiae Dei restituenda unitate et super domini papae Victoris confirmatione finem imponemus. Interea vero consilium non fuit, ut militiam prout dictum erat transmitteremus, quia quaecunque sunt in bellicis rebus agenda seu disponenda, per praesentiam nostram convenienter adimplere cura- 20 bimus. Dominus quidem papa nobiscum aderit, et oportebit propter defectum domorum in tentoriis habitare.

a) *deest.*

1164. Nov. 18.

CURIA BABENBERGENSIS.

Litteras ex codice regio Hannoverano fol. 508. *proponimus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, clero Salzburgensi 25 gratiam suam salvo iure imperiali, beneficiatis vero et ministerialibus gratiam suam et omne bonum. Scire debet universitas vestra, quod nos montana Lombardiae feliciter transivimus, et usque Ulmam gloriose et prospere pervenimus. Ibi accepto consilio principum, curiam solennem apud Pabenberch in octava sancti Martini celebrandam indiximus, ad quam universitatem vestram vocamus, ut illuc una cum dilecto patruo nostro 30 electo vestro veniatis, et quicquid archiepiscoporum et episcoporum sententia super ecclesiae vestrae negocio iudicaverit recipiatis. Vobis quoque omnibus tam clericis quam laicis, excepto maiore praeposito, qui nos et imperium graviter offendit, ad praedictam curiam veniendi, manendi, et ibi agendi et redeundi securum conductum patruum nostrum, electum vestrum, donamus, vel quemcunque alium de principibus volueritis. 35

CURIA WIRZBURGENSIS.

1165.

Encyclicas de curia celebrata et decreta synodi ex codice regio fol. **490.** *atque ex Baronio ad annum* **1166.** *atque Chesnio et Origg. Guelf. T. III. p.* **482,** *proponimus.*

5 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, fidelibus suis choro et omni clero Patavino, abbatibus, praepositis, presbyteris et parrochianis, beneficiatis quoque ministerialibus Patavianis, gratiam suam et omne bonum. Sicut dilectio vestra novit, curiam Wirziburgensem quam in pentecosten indixeramus, nos una cum principibus universis, tam secularibus quam ecclesiasticis, gloriose convenimus, ut * inter caetera 10 de statu ecclesiae sanctae et praecipue de negocio domini Paschalis papae, quod in cordibus multorum dubium habebatur, communicato universorum consilio, principum videlicet et omnium clericorum atque laicorum qui aderant, feliciter et magnifice roboravimus. Invocata enim Spiritus sancti gratia, dominum Paschalem papam et eius honorem in hunc modum stabilivimus et confirmavimus, quod nos propria manu nostra su-15 per sanctorum reliquias publice iuravimus, quod de caetero Rolandum scismaticum nunquam pro papa recipiemus, et si ipse decesserit, eius successorem quem pars adversa substituet, similiter nunquam recipiemus. Dominum vero Paschalem papam de caetero sicut universalem et catholicum patrem cum obedientia et honore et reverentia habebimus et tenebimus, et ab ipso eiusque parte nunquam recedemus quam diu ipse vivet et 20 nos vivemus. Si autem ab hac vita nos decedere contingeret, noster successor quem principes universi substituent in imperium, hunc honorem et hanc partem nostram tuebitur semper atque tenebit. Hoc idem iuramentum omnes archiepiscopi, episcopi et electi qui interfuerunt numero 40, super sancta Dei euangelia manu propria unusquisque sub stola sua fecerunt et publice firmaverunt. Et ad removendam pro parte nostra om-25 nem ambiguitatem, omnes electi, primus Coloniensis, dein caeteri, sacros ordines in sabbato quatuor temporum ad laudem Dei et ad honorem imperii Wirziburg cum omni devotione susceperunt. Similiter universi principes seculares, dux Saxoniae, et A. marchio senior, et Palatinus comes de Rheno, et landtgravius et reliqui omnes super sanctorum reliquias publice ad ipsum iuraverunt. Honorabiles quoque legati regis Angliae 30 amici nostri ab ipso ad nos transmissi, in praesentia totius curiae nostrae super sanctorum reliquias ex parte regis Angliae iuraverunt, quod ipse rex [a] cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, et dominum Paschalem papam quem nos tenemus, nobiscum tenebit, et nostram partem manu tenebit, et de Rolando schismatico amplius de caetero se non intromittet. Nos itaque in vestra dilectione et fidelitate fiduciam quam plurimam habentes, 35 mandamus vobis attentius monentes et praecipientes, quatenus praedictum iuramentum, quod nos propria manu nostra coram principibus iuravimus, et ipsi principes iuraverunt et firmaverunt, cum universis fidelibus ecclesiae vestrae faciatis et teneatis. In omni etiam publica missa, sicut a nobis et a principibus edictum et sancitum est, publicam orationem pro domino papa Paschali nominatim et assidue faciatis recitari. Edictum quoque 40 et sancitum est et statutum, ut haec omnia iuramenta infra 6 hebdomadas ab omnibus compleantur. Quod si aliquis in imperio nostro huic confirmationi et edicto nostro aliquo modo se opponendo contradixerit, certum sit apud vos, quod sicut publicus hostis Dei et imperii absque spe recuperationis iudicatus est et damnatus.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto fideli et con- Iul. 1. 45 sanguineo suo Henrico comiti Trecarum, gratiam suam et omne bonum. Cunctis populis quos clementiae nostrae regit imperium, iam dudum innotuisse credimus, qualiter exorta quondam inter ecclesiae Romanae cardinales de apostolatu discordia, in reges et regna impetu pestifero est diffusa, pro qua ad optabile pacis bonum revocanda, quantos post beatae memoriae papae Victoris electionem ac confirmationem catholicam, Papiae,

50 *) et? a) i. q. i. rex, *desunt in codice regio, nos ea supplevimus.*

1165. Iul. 1. Laudae, Mediolani, Laone atque in diversis imperii finibus, in corpore nostro labores tam nos quam invicti principes nostri pertulerimus, quantas rerum copias zelo iustitiae impenderimus, in extremis quoque mundi partibus iam auditum non dubitamus. Denique beatissimo papa Victore ad paradisi gaudia assumpto, et in eius locum ab episcopis cardinalibus almae sedis apostolicae domino Paschali, viro christianissimo, in praesentia 5 episcoporum et religiosorum Lombardiae ac Tusciae, illustris quoque praefecti urbis Romae ac multorum nobilium Romanorum catholice substituto, ipsum etiam dominum Paschalem ex ecclesiae ac principum imperii iudicio atque consilio in papam et patrem catholicum solenniter recepimus, debitoque honore venerari semper intendimus. Proinde obstinata schismaticorum perfidia, mortem viri iusti suis successibus aperta fronte ad- 10 scribens, syreneis suis blanditiis fidelium quorundam nostrorum animos adeo molita est de novo immutare, ut nisi morbis novis nova maturius remedia obiicerentur, pars nostrorum non modica videretur ex fiducia nostrae lenitatis seducenda. Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accensi, cum regem Francorum qui nulla nostra culpa praeeunte, una cum Rulando imperii nostri hoste publico eiusque sequacibus impe- 15 rialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros ammonitus irrevocabilem persensissemus, universis imperii nostri principibus in sancto * pentecostes curiam generalem Wirzeburc indiximus, quorum coetu celeberrimo ibidem solenniter praesidente, ecclesiae Dei statum ac domini Paschalis papae negotium serio ac magnifice duximus roborandum. Invocata igitur devotissime Spiritus sancti gratia, et universorum 20 qui aderant consilio communicato, ad removendam pro parte nostra omnem prorsus ambiguitatem ipsi nos manu propria super sanctorum reliquias iuramentum publice praestitimus, quod Rollandum schismaticum, vel eius successorem, quem pars ipsius elegerit, in papam nunquam recipiemus, nec ad eum recipiendum assensum unquam alicui praebebimus. Nulli etiam fautorum eius gratiam nostram unquam reddemus, nisi ab errore 25 viae suae ad unitatem ecclesiae suae fuerit conversus. Dominum vero Paschalem papam manu tenebimus semper atque promovebimus, eique tanquam patri catholico et universali pontifici obedientiam, honorem, ac reverentiam exhibebimus, et ab ipso eiusque parte vita comite nunquam recedemus. Electos quoque qui sub eo aut eius successore, quem pars ipsius elegerit, consecrationem receperunt, vel adhuc receperint, honore 30 aut ordinibus suis pro eius obedientia privari nunquam permittemus, et huius absolutionem sacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus. Praeterea noster in imperio successor, quem principes universi elegerint, hunc honorem ecclesiae Dei et imperii et hanc partem nostram sub eodem iuramento tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque iuramentum archiepiscopi omnes et episcopi, atque electi, qui interfuerunt 35 numero 40, super sancta Dei euangelia manu propria unusquisque sub stola sua praestiterunt et publice firmaverunt. Nihilominus principes seculares universi, dux videlicet Saxoniae ac Bavarie, marchio Albertus senior, Cunradus Palatinus comes de Rheno, et Ludovicus landgravius, et reliqui omnes super sanctorum reliquias publice ad ipsum iuraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo fecit unius voluntatis, 40 quod electi omnes qui praesentes aderant, primo Reinoldus Coloniensis electus et Italiae archicancellarius, deinde caeteri omnes in sabbato quatuor temporum, ad laudem Dei et honorem imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis et ab universis decretum est, ut quicunque supersunt ordinandi, in proximis quatuor temporibus similiter exequantur, alioquin dignitatis ad quam electi sunt honore, omni remota dilatione, 45 priventur. Ad hoc honorabiles legati illustris amici nostri Henrici gloriosi Anglorum regis, ad nos ab ipso transmissi, in totius curiae nostrae praesentia super sanctorum reliquias ex parte regis Angliae publice nobis iuraverunt, quod rex ipse cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, dominum papam Paschalem quem nos tenemus, nobiscum tenebit, de Rollando autem schismatico manutenendo nullatenus de caetero se intromittet. 50

Quia vero iustitiae, quam hostes ecclesiae ac nostri, sive superbia sive ex causae suae diffidentia, devitaverunt, nos semper hactenus stare parati, nunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsi, a schismaticorum communione omnis homo, omnis ordo, caveat. Favor enim illorum etsi aliquo modo visus est venialis, in posterum prorsus erit irremissibilis. Ad perfectum vero huius negotii 55

*) festo *Chesnius* sacra pentecoste *Harzheim*.

firmamentum ex totius Herbipolensis concilii decreto firmissime praecipimus, ut si quis ad sui mandatum antistitis, aut praesidis provinciae, vel domini sui, sacramentum supra dictum non praestiterit, si clericus sit aut monachus, ecclesiastico privetur honore, si laicus, allodia et beneficia quaecunque possidet, nostra ipsi auctoritate a suo iudice vel 5 domino prorsus adimantur. Data Wirzburg Kalendis Iulii[a]. 1165. Iul. 1.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, ducibus, marchionibus, comitibus et omnibus fidelibus suis salutem et omne bonum. Cunctis notum est populis, qualiter exorta quondam inter ecclesiae Romanae cardinales de apostolicatu discordia in reges ac regna impetu pestifero 10 est diffusa. Pro qua ad optabile pacis bonum revocanda quantos post beatae memoriae papae Victoris electionem ac confirmationem catholicam Papiae, Laudae, Mediolani, Laonae atque in diversis imperii finibus, in corpore nostro labores tam nos, quam incliti principes nostri, pertulerimus, quantas rerum copias zelo iustitiae impenderimus, in extremis quoque mundi partibus iam auditum non dubitamus. Denique beatissimo papa 15 Victore ad paradisi gaudia assumpto, et in eius locum ab episcopis ac cardinalibus almae sedis apostolicae domino Pascali, viro christianissimo, in praesentia episcoporum et religiosorum Longobardiae ac Tusciae, illustris quoque praefecti urbis Romae, ac multorum nobilium Romanorum, catholice substituto; ipsum etiam dominum Pascalem, ex ecclesiae ac principum imperii iudicio atque consilio, in papam et patrem catholicum 20 sollempniter recepimus, debitoque honore semper venerari intendimus. Proinde obstinata scismaticorum perfidia, mortem viri iusti suis successibus aperta fronte anhelans, sireneis suis blandiciis fidelium quorundam animos adeo molita est de novo immutare, ut, nisi morbis novis nova remedia maturius obiicerentur, pars quorundam nostrorum non immodica videretur ex fiducia nostrae lenitatis seducenda. Igitur zelo reformandi 25 decoris domus Dei ardentius accensi, cum regem Francorum, qui nulla nostra culpa praeeunte, una cum Rolando, imperii nostri hoste publico, eiusque sequacibus imperialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros ammonitus irrevocabilem persensimus, universis nostri imperii principibus in sancto pentecoste curiam generalem Wirzeburch indiximus. Quorum coetu celeberrimo ibidem solempniter cele- 30 brato, ecclesiae Dei statum ac domini papae Pascalis negotium serio ac magnifice duximus roborandum. Invocata igitur devotissime Spiritus sancti gratia, et universorum, qui aderant, consilio altius communicato, ad removendam omnem prorsus ambiguitatem, ipsi nos manu propria super sanctorum reliquias iuramentum publice praestitimus, quod Rolandum scismaticum, vel eum quem pars ipsius elegerit, in papam[b] nunquam reci- 35 piemus, nec ad eum recipiendum alicui unquam assensum praebebimus: nulli etiam fautorum eius gratiam nostram unquam reddemus, nisi ab errore viae suae ad unitatem ecclesiae fuerit conversus: dominum Pascalem papam manutenebimus semper atque promovebimus, eique tanquam patri catholico et universali pastori, obedientiam, honorem atque reverentiam exhibebimus, et ab ipso eiusque parte, vita comite, nunquam recede- 40 mus. Electos quoque, qui sub eo aut eius successore, quem pars ipsius electione et consecratione receperunt vel adhuc receperint, honore aut ordinibus suis pro eius obedientia nunquam privari permittemus: et huius absolutionem sacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus. Praeterea nostri imperii successor, quem principes universi elegerint, hunc honorem Dei ecclesiae atque imperii et hanc partem nostram sub eodem 45 iuramento tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque iuramentum archiepiscopi omnes, episcopi atque electi, qui fuerunt numero 40, super sancta Dei euangelia manu propria, unusquisque sub stola sua, praestiterunt, et publice firmaverunt. Nichilominus universi principes seculares, dux scilicet Saxoniae ac Bavariae, marchio Adelbertus senior, Conradus Palatinus comes Rheni, et Lodoycus lantgravius, ac reliqui omnes, super reli- 50 quias sanctorum id ipsum iuraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo fecit unius voluntatis, quod electi, qui praesentes aderant, primo Raynaldus, Coloniensis electus et Ytaliae archicancellarius, deinde cuncti, omnes in sabbatho quatuor temporum ad laudem Dei et honorem imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis et ab universis decretum est, ut, quicunque supersunt ordinandi, Iul. 2.

55 a) Data — Iulii *exhibet Baronius ex codice Vaticano epistolarum Alexandri III.* b) *ita correxi;* propria *Origg. G.*

1165. Iul. 2. in proximis quatuor temporibus similiter exsequantur; alioquin dignitatis honore, omni remota dilatione, priventur. Ad hoc honorabiles legati illustris amici nostri H. gloriosi Anglorum regis, ad nos ab ipso transmissi, in totius nostrae curiae praesentia super sanctorum reliquias ex parte regis Angliae nobis iuraverunt publice, quod rex ipse cum toto suo regno in parte nostra fideliter stabit, dominum papam Pascalem, quem nos tenemus, nobiscum tenebit; de Rolando autem manutenendo se de cetero non intromittet. Nos vero, in tua dilectione et fidelitate plurimam fiduciam habentes, mandamus, attentius monentes et postulantes, quatenus, convocatis in unum omnibus ecclesiae fidelibus, clero videlicet, beneficiatis et ministerialibus, abbatibus et praepositis, praelatis et presbiteris parochianis, hoc idem praedictum iuramentum, ut ipsi principes iuraverunt et confirmaverunt, ipse coram omnibus publice facias: tuos quoque archidiaconos, et praepositos, et ecclesiarum praelatos et abbates, et omnes villarum presbyteros de toto episcopatu tuo hoc ipsum iuramentum distincte iurare facias, et in publica eorum missa, sicut edictum est et sancitum a nobis et a principibus, publicam orationem pro domino papa Pascali nominatim et assidue facias recitari. Edictum quoque et statutum est, ut haec omnia iuramenta infra sex ebdomadas ab omnibus compleantur. Quod si aliquis clericorum vel laycorum huic confirmationi et edicto nostro aliquo modo se opponendo contradixerit, ex totius Herbipolensis concilii decreto firmissime praecipimus, ut, si quis ad mandatum sui antistitis, aut provinciae praesidis, vel domini sui, sacramentum non praestiterit, si clericus sit vel monachus, ecclesiastico privetur honore; si laycus, allodia et beneficia, quaecunque possidet, nostra ipsi auctoritate a suo iudice vel domino prorsus adimantur, et toto imperio nostro eiiciatur.

Actum est hoc anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1165[a]. apud Wirzeburg 6. Nonas Iulii[b].

a) *ita correxi;* 1166. *edd.* b) *ita correxi;* Iunii *edd.*

1165. Sept. 26.

CONSTITUTIO DE BONIS CLERICORUM DECEDENTIUM.

Ineditam hucusque debemus Boehmero nostro, qui eam ex copiario ecclesiae Wormatiensis iam in tabulario Darmstadiensi adservato, membr. sec. XIV. fol. 55. exscripsit.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Quemadmodum divinis humanisque laudibus inretractabiliter obnoxius tenetur, quisquis vel tyrannica violentia vel aliqua detestabili versutia sancte Dei ecclesie, que nos in divine adoptionis hereditate parit, dampna aliqua vel detrimentum molitur, sic omnis qui defensioni provectionique eius ac libertati consulit, certam remunerationis fiduciam apud illum tremendum iudicem sibi prospicit. Eapropter noverit omnium Christi imperiique[a] nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas, qualiter quidam canonicus sancti Pauli in Wormacia, nomine Wernherus, in lecto infirmitatis sue positus, cum iam de vita desperaret et supreme voluntatis iam instaret articulis[b], convocatis aliquibus concanonicis suis et matre et ceteris propinquis, testamentum suum fecit, et unicuique ecclesie in Wormacia et matri sue et cuicunque volebat persone, tum pro remedio anime sue, cum[c] pro humanitatis officio, mobilia bona sua distribuit, et nemine hanc donacionem contradicente, ipse in fata concessit. Contigit postmodum, ut Gundolfus, vitricus defuncti maritus scilicet matris eius,

a) que *deest in codice.* b) articulus? c) tum?

1165. Sept. 26.

nomine, hereditatem que matri contingebat, cuius ipse legitimus procurator extitit, cuncta prius in testamento ordinata studio malignandi repeteret, et testamentum modis omnibus infringere laboraret, asserens, dictante iusticia neminem in lecto infirmitatis sue aliquid de bonis suis vel mobilibus, preter quinque solidos, erogare aliquid [*] sine consensu heredum suorum. Unde sepenumero contra ecclesiam Wormaciensem querimonia mota, decisa non fuit. Tandem nobis Wormacie existentibus et curiam sollempnem celebrantibus, predicta causa inter clericos et laycos, diversa hinc inde sencientes, coram nobis diu ventilata est; et quesita sententia a clerico et layco, clericus ultimam voluntatem cleri de rebus mobilibus ratam et irrefragabilem esse asseruit, quam sententiam laycus penitus contradixit. Post longam itaque huius cause disceptationem et diutinam tam implicate rei ambiguitatem [a], clerus ex sanctione canonum, ex legibus divorum augustorum, ex decretis Romanorum pontificum, predictam sententiam ratam et nulla refragatione evacuandam comprobavit.

Nos igitur, predecessorum nostrorum divorum imperatorum, magni Constantini videlicet et Iustiniani et Valentiniani, necnon Karoli et Ludowici, vestigiis inherentes, et sacras leges eorum tanquam divina oracula venerantes, imitari non erubescimus Constantinum imperatorem de sacrosanctis ecclesiis et rebus et privilegiis eorum constituentem ac dicentem: Habeat unusquisque licenciam decedens bonorum quod optaverit relinquere, et non sint cassa iudicia. Nihil est enim, quod magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus et licitum, quod iterum non redit, arbitrium.

Item sacratissimam legem Valentiniani imperatoris praefecto praetorio [b] Palladio conscriptam recolimus: Verum sive testamento quocunque iure facto, seu codicillo, vel sola nuncupatione, legato sive fideicommisso, aut mortis causa, aut alio quocunque ultimo arbitrio, aut certe inter viventes habita largitate, sive contractu venditionis sive donationis, aut alio quocunque titulo, quisque ad prefatam venerabilem ecclesiam patrimonium suum, partemve certam patrimonii, in fundis, prediis seu domibus, vel annonis, mancipiis vel colonis eorum, peculiis, voluerint pertinere, inconcussa sine ulla penitus immutatione conserventur.

Hiis sacris legibus, et Karoli et Ludowici, quibus par circa cultum divine religionis et catholice fidei studium fuit, institutionibus eruditi, sententiam venerabilis cleri Wormaciensis ecclesie, decedenti bonorum suorum mobilium, quod optaverit, cuilibet ecclesie seu persone in ultima voluntate relinquere, aut pro remedio anime sue, vel alio quovis respectu tribuere, et testamentum facere sub testimonio adminus duorum confratrum suorum, sane huic libertati perpetuam tribuimus firmitatem.

Et ne hec nostre perhennitatis statuta, audaci spiritu et mente sacrilega quisquam hominum temeranda crediderit [c], presentem inde paginam conscribi, et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, pene mille librarum auri et banni nostri huius sacre legis violatorem condempnantes, adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina hec sunt: Cuonradus episcopus. Sifridus prepositus de domo. Henricus decanus. Henricus cantor. Ulricus magister scolarum. Albertus custos. Conradus de Hisehuse [d] prepositus. Emicho prepositus sancti Pauli. Conradus prepositus sancti Andree. Syfridus prepositus sancti Martini. Hermannus abbas Fuldensis. Ulricus dux Boemorum. Marquardus de Grunbac. Symon comes de Sarebruggen. Emicho comes de Lyningen. Ulricus de Horningen [d]. Folmarus comes de Sarewerde. Gotefridus comes de Sponheim. Walterus de Huse. Bertholdus de Sconenburc. Wernherus de Bonelande. Syfridus vicedominus. Borchardus frater eius. Wernherus theolonarius et Gislebertus frater eius. Gerlacus et Rikezo scultetus. Dudo et frater eius. Rumandus et Wichnandus. Syfridus. Wichnandus.

Ego Heinricus imperialis aule prothonotarius vice Christiani Moguntinensis electi et archicancellarii recognovi.

Datum Wormacie 6. Kalendas Octobris, anno dominice incarnationis 1165, indictione 13, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 13., imperii vero 11. Actum in Christo feliciter, amen.

*) *huius vocis loco legendum videtur* debere *vel* posse a) diutina t. i. r. ambiguitate *codex.* b) *ita legendum; licet scriptor codicis siglas* p. p. *legerit*: pape *exaraveritque.* c) credidit *codex.* d) *lege* Nuenhusen *i. e. Neuhausen prope Wormatiam.* BÖHMER. d) horvingen *codex; cf. supra pag.* 91 *et infra pag.* 143.

1167. Iul.

PACTUM CUM ROMANIS

Ex Godefridi annalibus apud Freherum T. I. p. 338.

Pactum quod pepigerunt Romani cum domino Friderico imperatore et semper augusto. Iuraverunt praesentes, et iurabunt futuri senatores et totus populus Romanus domino Friderico imperatori fidelitatem, et quod iuvabunt eum coronam imperii Romani retinere, et defendere eum contra omnes homines: et iustitias suas tam intra Urbem quam extra Urbem iuvabunt eum retinere, et quod nunquam erunt tam in consilio quam in facto, ubi dominus imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in persona patiatur: et quod senatum nonnisi per eum vel per nuncium suum ordinabunt, sine fraude et malo ingenio. Dominus imperator confirmabit senatum perpetuo in eo vigore, in quo nunc est, et augebit eum tali tenore, ut senatus per eum ordinetur et ei subiectus fiat, et faciet inde privilegium cum sigillo auri, in quo contineantur haec, videlicet confirmatio senatus, et quod faciet salva omnia iusta testamenta populi Romani quantum ad imperatorem pertinet, quod ea illis non auferet*, et bonos usus Urbis et locationis libellos tertii et quarti generis conservabit, et praecipiet in eodem privilegio non aufferri Romanis in toto imperio suo plateaticum, portaticum, aut ripaticum, et si** aufferre praesumpserit, incidat in poenam 100 librarum auri. Haec omnia cum subscriptione principum curiae fient.

1168. Iul. Wirzburg?

SENTENTIA DE SUPELLECTILI EPISCOPORUM, DE IURE BENEFICIALI IN PRAEBENDIS ET ECCLESIIS PLEBANIS.

Edimus eam ex copiario ecclesiae Verdensis membr. sec. XIII. quod iam in tabulario regio Hannoverano adservatur. Data esse videtur initio episcopatus Hugonis episcopi, qui annis 1167—1180 *sedit atque anno* 1168 *comitiis Wirceburgensibus adfuit.*

Ne episcopus respondeat heredibus antecessoris sui.

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, universo clero, beneficiatis et ministerialibus Verdensis ecclesie, gratiam suam et omne bonum. Notum facimus universitati vestre, quod dilectus et fidelis noster H. episcopus vester, quasdam questiones in facie curie nostre coram nobis deposuit, de quibus universalis curie nostre, presentibus principibus et magnatibus regni nostri, sententia hoc dictavit: quod dilectus noster, prefatus episcopus vester, in suppellectile predecessoris sui heredibus ipsius nichil hereditarii iuris secularis controversiam nusquam nisi in curia nostra ad discutiendum debeat[a] transferre. Ius quoque beneficiale in prebenda fratrum memorate ecclesie et ius beneficiale in plebanis ecclesiis, post mortem concessoris cessatum esse iudicamus. Universitati ergo vestre firmiter mandando precipimus, ut prefatas curie nostre sententias ratas teneatis, et illibatas semper observetis.

*) *ita correxi;* auferret F. **) qui *aut* si quis *legendum est.* a) debent *codex.*

SENTENTIA DE DOTE ECCLESIARUM CONTRA ADVOCATOS.

1170. Iun. 23.

Prodit hic prima vice ex copiario ecclesiae Verdensis mbr. sec. XIII. quod hodie in tabulario regio Hannoverano adservatur.

5 **Ne advocati aliquod ius habeant in dote sacerdotis.**

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator augustus. Imperatorie maiestatis est officium, negotiis imperii iuxta legum instituta et canonum decreta pacem et iustitiam providere, et precipue ecclesie Dei, cuius precibus et oratione promoveri speramus et in Domino confidentius regnare. Ea propter notum facimus universis imperii nostri fi-
10 delibus, tam futuris quam presentibus, quod dilectus ac fidelis noster imperii princeps, Hugo venerabilis ecclesie Verdensis episcopus, ad curiam nostram veniens sententiam requisivit, utrum cuiquam advocato liceat aliquod ius posse vel debere exercere in dotem alicuius ecclesie, vel[a] clerici in ea manentis, vel in rebus suis, vivi, seu morientis. Habita itaque super huius questione diligenti principum deliberatione, in presentia ipsorum
15 a marchione Ottone de Misna super huius rei negotio iudicium requisivimus. Ipse igitur, habito universorum principum et nobilium atque aliorum sapientum consilio, generalem in generali curia sententiam protulit: nullum prorsus advocatum aliquod ius habere in dotem alicuius ecclesie, nec in rebus clerici in ea manentis, nec in vita nec in morte. Cui omnes applauserunt, et unanimi acclamatione rationabilem assensum prae-
20 buerunt. Quocirca eidem sententie auctoritatis nostre maiestatem clementer applicantes statuimus et firmiter sancimus, ne aliquis persona humilis vel magna, vel ecclesiastica seu secularis, audeat obviare huic iudicio tam sollempniter et rationabiliter celebrato. Unde et presentem paginam[b] conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo corroborari. Quicumque ergo eam infregerit, vel saltem infringere temptaverit, maiestatis nostre reus
25 et a gratia nostra proscriptus erit, rebus et persona publicatus. Ipse vero episcopus, ecclesiastico iure, poterit et debebit anathematis gladio eos ferire. Quod ratum habebimus et usque ad condignam satisfactionem inconvulsum. Datum Herbsfordie, anno dominice incarnationis 1170, indict. 3, 9. Kal. Iulii.

a) ut *codex*. b) paginem *codex*.

---

30 # CONVENTUS APUD TULLUM.

1170.

Pactum ibi inter imperatorem et Ludovicum VII. Franciae regem firmatum, ex edicto Friderici apud Martenium Coll. II. pag. **880** *discimus. Adscribendum videtur autumno anni* **1170**.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Fredericus Dei gratia Romanorum imperator
35 augustus, omnibus in perpetuum. Amicus noster carissimus Ludowicus Francorum rex, et nos inter Tullum et Vallemcolorum [1] pro negotiis regni et imperii convenimus, ubi ex utraque parte habuimus magnam baronum copiam. Inter cetera de expellendis maleficis hominibus, qui Brabantiones sive Coterelli dicuntur, tale fecimus utrimque pactum

1) Vaucouleurs.

1170. et statutum. Nullos videlicet Brabantiones vel Coterellos, equites seu pedites, in totis terris nostris, regni scilicet aut imperii infra Rhenum et Alpes et civitatem Parisius, aliqua occasione aut werra retinebimus amodo, neque nos neque homines nostri, nisi forte aliqui in terra alicuius baronis infra hos terminos iam uxorem duxerint, aut aliquis baronum aliquem secum ante istam conventionem in perpetuum retinuerit. Quod ut inviolabiliter omni tempore observetur, nos fecimus pro nobis Matthaeum ducem Lotharingiae hoc fiduciare, et rex ipse comitem Trecensem Henricum. Sed archiepiscopi et episcopi et ceteri barones qui affuerunt, quisque pro se hoc fiduciaverunt, et a reliquis archiepiscopis, episcopis et laicis infra praescriptos terminos constitutos, qui tunc non affuerunt, eamdem accepimus securitatem, tali conditione, quod si quis maleficos illos homines amodo retinuerit, archiepiscopus vel episcopus suus illum nominatim et excommunicabit, et totam terram suam tenebit sub interdicto, donec illi cui malum per eos fecerit, damnum suum ad probationem restituat, et episcopo dignam faciat emendationem; et tam archiepiscopi quam episcopi, quam barones, cum armis contra ipsum et super terram suam ad destruendum ibunt infra 40 dies postquam inde fuerint commoniti, donec illi cui malum factum erit, damnum suum fuerit restitutum, et domino terrae digne fuerit emendatum. Si quis etiam maleficos illos retinuerit, pro legitimo in nulla curia vel causa recipietur, donec, sicut praediximus, rem emendaverit. Si quis etiam eamdem securitatem voluerit, eamdem similiter subibit sententiam. Si vero malefactor adeo potens fuerit, ut a vicinis constringi non possit, nos de nostro et rex similiter de suo in propria persona sumemus vindictam, et quam cito vocabit, in eum cum armis insurgemus.

1173. Iul. 2.

SENTENTIA DE BONIS CLERICORUM DECEDENTIUM.

Proferimus eam ex Würdtweinii Subsidiis T. I. p. 367. *Conferenda est cum ea constitutio supra pag.* 138 *edita.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clemencia imperator Romanorum semper augustus. Imperatoria maiestas que regis regum et Domini dominancium vicem gerit in terris, in gubernacione universitatis hominum sue iurisdictioni attinentium illis qui sunt de sorte Domini et de sanctuario Dei, motu pietatis et salutis sue intuitu specialem defensionis et protectionis gratiam debet impendere, et iura sua inviolata eis conservare, ut ab omni perturbatione liberi et securi, servicio Dei possint vacare, ita ut in monte contemplacionis Deo mente excedant, et pro his qui in hac valle ploracionis naufragosa tempestate fluctuant orationibus suis intercedant. Noverit igitur fidelium Christi et imperii nostri presens etas et secutura posteritas, qualiter venerabilis clerus, videlicet prelati et subditi Maguntine civitatis, ad nostram venientes presenciam, querimoniam coram nobis deposuerunt, quod quidam burgenses de civitate sua gravem eis irrogassent iniuriam, et iura eorum tam scripta[a] consuetudinaria, temeraria presumpcione violassent. Asserebant enim, quendam canonicum sancti Victoris infirmitatis molestia gravatum, iuxta consuetudinem longo et communi usu totius cleri approbatam, de mobilibus suis que habebat infra emunitatem, donationem in ultima voluntate fecisse et quosdam fratres suos fidecommissarios constituisse, qui eo decedente uti ipse ordinaverat res illas distribuerent. Cum autem canonicus ille diem clausisset extremum, fratres sui ea que fidei eorum commiserat executioni mandare volebant; sed cognati fratris defuncti effectum rei impediebant, asserentes se exheredatos esse per inofficiosum quod factum esset testamentum, idcirco donationem in irritum esse revocandam. Honorabilis vero clerus Maguntinus cum instrumentis suis astabat, probationem suam nobis offerens, quod donatione antecessorum nostrorum divorum augustorum et episcoporum suorum

a) s. quam c. *legendum est.*

auctorabili concessione per quadraginta annos et amplius sine interruptione talem in emunitatibus suis libertatem optinuissent, quod omnia mobilia sua quolibet tempore cui vellent possent donare; et hoc idem ex scripto iure asseverabant. Laici autem pro parte sua multa in contrarium allegabant; et ita hinc inde lis diu est agitata. Ut ergo hanc litem possemus dirimere et eam debito modo diffinire, placuit nobis a Wormaciense episcopo Cunrado et aliis episcopis presentibus, cancellario quoque nostro Godefredo, nec non abbatibus et aliis personis ecclesiasticis in iure ecclesiastico peritis, veritatem cognoscere. Illi vero cum omnibus ecclesiasticis personis que aderant, in presentia nostra testati sunt, illam emunitatis libertatem quam Maguntinus clerus sibi vendicabat, in multis imperii nostri servari ecclesiis; et item ius scriptum super presenti negotio nobis distinxerunt, asserentes quod clericus qui tempore ordinationis sue nichil habens aliqua de rebus ecclesie conquisisset, nullum testamentum posset facere, sed post decessum suum omnia ecclesie deberet relinquere. Asseverabant etiam, quod clericus mobilia sua, que vel de proprio vel ex mera alicuius liberalitate vel successione cognationis vel aliquo lucrativo titulo ad eum devenissent, cui vellet posset donare, sive inter vivos sive in ultima voluntate; si vero intestatus moreretur, omnia ad usum ecclesie redirent cui ipse vivens ministrabat; patrimonium autem quod hereditario iure ad clericos devenisset, illis qui in linea agnationis seu cognationis eis essent proximi, post mortem suam relinquere deberent. Taliter itaque instructi ab episcopis et ecclesiastici iuris peritis, antecessorum nostrorum divorum augustorum facta et orthodoxorum patrum statuta dignum duximus venerari, et idcirco universum Maguntine civitatis clerum et canonicos in tribus municipiis degentes, videlicet Aschaffenburg, Franckenfurt et Pingia, in libertate emunitatis quam longa consuetudine optinuerunt, et in scripto iure quod auctoritate Romane ecclesie et sanctorum patrum traditione acceperunt, ob amorem dilectissimi nostri Christiani, archiepiscopi eorum, qui in servicio nostro et imperii diutino et multo labore magnam beneficii gratiam meruisse dinoscitur, auctoritate nostra confirmantes, imperiali lege sancimus, ut mobilia sua que infra emunitatem habuerint, ecclesiis seu personis pro arbitrio suo inter vivos seu in ultima voluntate donandi liberam habeant facultatem. Pro maiore autem huius nostre confirmationis et sanctionis auctoritate, hanc paginam conscribi et aurea bulla nostra iussimus insigniri, pena centum librorum auri et banni nostri huius sacre legis violatores condempnantes, adhibitis idoneis testibus quorum nomina sunt hec: Cunradus Wormaciensis electus, Rudolfus Argentinensis episcopus, Ludewicus Basiliensis episcopus, Sigehardus abbas Laurisheimensis, Arnoldus maior prepositus Maguntinus, Wernherus prepositus sancte Marie in Campis, Heinricus maioris ecclesiae decanus, Hermannus cantor, Udalricus magister scolarum in ecclesia sancti Petri, Gernotus magister scolarum in ecclesia sancti Stephani, Arnoldus Spirensis ecclesie decanus, Andreas magister scolarum, Iohannes prepositus sancti Germani; Cunradus Palatinus comes Rheni, Hugo comes de Dagesburg, Embricho comes de Liningen, Rupertus comes de Nassowa, Otto comes de Huneburc, Godofridus comes de Spanheim; Ulricus de Horningen, Waltherus de Husen, Wernherus de Bolanden, Waltherus dapifer, Cunradus pincerna, Wolfram, Heinricus marscalcus, Ludewicus, Colbo, Hunfridus et Heinricus frater eius de Valkenstein, Sifridus de Lapide, Burcardus vicedominus Wormaciensis, Wernherus et Giselbertus frater eius, et plures alii.

Signum domini Frederici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefredus cancellarius vice domini Christiani Maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1173, indictione 6. regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 22. imperii vero 20. Datum Spire 6. Nonas Iulii feliciter Amen.

1172. Iul. 3.

1173.

MANDATUM DE ADIUVANDO EPISCOPO AD EXPEDITIONEM ITALICAM.

Ex Schannati Vindemiis T. II. p. **118**. *qui illud ex autographo descripsit.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, venerabili conventui Wirceburgensis ecclesiae et toti familiae, gratiam suam et omne bonum. Necessitatis articulus fidem amicorum examinat, et universos imperii fideles et amicos ad auxilium suum vocat et invitat. Satis evidenter ad universitatis vestrae pervenit noticiam, quod in transacta nuper expeditione proditores nostros Longobardos adeo rebelles et contumaces invenimus, ut pravis et iniquis machinationibus suis gloriam nominis nostri et excellentiam Romani imperii penitus destruere et ad nichilum reducere fraudulenter attemptarent. Oportuit itaque consuetis eorum periuriis et ingeniis fallacibus non solum sagaci consilio, sed et armis et viribus totius imperii festinanter obviari, ne pestis perfidiae, quae totam Italiam veneno suo polluerat, Greciam quoque vel Siciliam in partem suam alliceret, et ad coronae nostrae detrimentum, utranque vel alteram falsis suggestionibus invitaret. His et aliis similibus causis cogentibus, carissimum nostrum R.[a] Wirceburgensem electum, de cuius fide ac dilectione certa nobis erat fiducia, ad succurrendum imperio et nostrae maiestati confidenter vocamus, sicut et alios principes, qui nomen et honorem nostrum diligunt, et imperio servire tenentur. Eapropter universitatem vestram attente commonitam et exoratam esse volumus, mandantes et districte precipientes, ut iam dicto dilecto nostro ad expeditionem nostram venire volenti, tam fructuosum consilium et auxilium exhibere studeatis, quod ei sit honestum et utile, per quod etiam gratiam nostram vobis multipliciter augeatis. Specialiter autem et praecipue rogamus et petimus, ut sine omni hesitatione et dilatione concedatis ei pignora ecclesiae, quorum precio pecuniam 350 marcarum ad instantem expeditionis necessitatem possit mutuare; quidquid enim de rebus episcopatus pro pignore ecclesiae sibi credito vobis nomine pignoris obligaverit, confidenter recipiatis, pro certo scientes, quod nullum amittendi periculum vos oportet timere, quin per ipsum, vel si ipse forte prius, quod absit, decesserit, per eius successorem sine dubio redimantur. Cuius rei sic exequendae securitatem per nos et filium nostrum Heinricum[b] regem vobis praestamus, et per presentem cartam confirmamus.

a) Reinhardum. b) H. Henricum *Schannat.*

1174. Dec. 21.

SENTENTIA DE NON ALIENANDIS BONIS COMITATUUM.

Ex Bibliotheca Sebusiana Guichenonii Centur. II. p. **231**.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus divina favente gratia Romanorum imperator semper augustus. Imperialis excellentiae benignitas iustis honestorum petitionibus inclinari consuevit, et eas personas beneficiorum gratia obligare, quas ob fidei suae claritatem et nobilitatis praerogativam dignas censuit honorari. Notum sit igitur universis imperii nostri fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod Guilelmus Forcalcherii comes, praesentiam nostrae maiestatis adiit, postulans a nobis, ut eum de comitatu For-

1174. Dec. 21.

calcherii investire dignaremur; cuius personam, sicut nostram decuit clementiam, honorifice suscipientes et petitionis suae affectum diligenter attendentes, habito cum principibus nostris consilio, praedicti comitatus investituram cum omnibus pertinentiis eius in omni plenitudine honoris, sicut antecessores sui tenuere, in feudum ei solemniter dedimus et concessimus. Ipse vero fecit nobis hominium et fidelitatem iuravit, sicut [*] quod per collatum beneficium ad omne mandatum nostrum stare proposuit, et honorem imperii et coronae nostrae gloriam usquequaque promovere firmissime compromisit. His itaque peractis [**], comes sibi dari petit sententiam, si de iure in irritum debet revocari, quidquid ab antecessoribus de iurisdictione et de iure hospitiorum et dignitate comitatus alienatum esse constaret, sive per venditionem, donationem, seu per quamlibet subtractionem spontaneam, vel violentiam. Prolata [a*] igitur est sententia in medium a fideli nostro Henrico marchione Wercio de Vasto, et ab omnibus unanimiter approbata; quod nequaquam firmum ac stabile deberet aut posset permanere, si quid [a] de comitatus iurisdictione et dignitate ab aliquo supradictorum modorum fuisset alienatum vel diminutum, nulla in praesentibus futuris litibus defensione, subscriptione, praescriptione temporis huic restitutioni seu privilegio opponenda. Nos itaque eandem sententiam iustam et ratam esse decernentes, iam dicto fideli nostro Guillelmo comiti comitatus dignitatem, iurisdictionem et regalia cum omni plenitudine honoris et utilitatis, nostra imperiali authoritate restituimus, et in perpetuum, salva imperiali iustitia, confirmamus. Statuentes et sub poena banni nostri firmiter et districte praecipientes, ne qua persona parva vel magna, saecularis vel ecclesiastica, praenominato fideli nostro vim in his seu iniuriam aliquam inferre praesumat; et si facere attentaverit 50 libras auri pro satisfactione componat, dimidium camerae nostrae, et dimidium comiti, cui iniuria cognoscitur esse illata. Ut huius autem donationis gratuita collatio rata semper et inconcussa permaneat, praesentem inde cartam conscribi, et sigillo nostrae maiestatis iussimus roborari. Huius rei testes sunt, Philippus Coloniensis archiepiscopus, Arnoldus Treverensis archiepiscopus, Hermannus Bambergensis episcopus, Cono Ratisbonensis episcopus [b], Hugo Verdensis episcopus, Conradus Palatinus comes, Henricus comes de Diest, Albertus comes de Herbestein, Fridericus comes de Altena, Henricus marchio de Vasto, Guilelmus marchio Montisferrati et filius eius, Umbertus comes Blandratensis, Guido de sancto Nazario, Arnaudus Flotta, Petrus Grossus Forcalcherii praepositus, Petrus Pelican eiusdem ecclesiae canonicus, Bertrandus de sancto Maximo, Guilelmus de Fontana, Petrus de Mota, et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Gothofredus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italiae regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1174 [c] indictione 7. regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 23. imperii vero 21. Datum in episcopatu Papiensi in obsidione Roboreti 12 Kal. Ianuarii foeliciter.

*) scilicet? **) pactis *ed.* a*) probata *ed.* a) sicut *ed.* b) *ita correxi; editi:* Hermannus Ubelgensis episcopus, Coronensis, Bononiensis episcopus. *Cuno et in Friderici dipl. a.* 1175 *Apr.* 23. *Hugonem praecedit.* c) *ita correxi hic et infra lectionem editorum* MCLXIIII *et* XXII Kal. *litera* X *librarii vitio in locum non suum transposita.*

CONCORDIA IMPERATORIS ET SOCIETATIS LOMBARDIAE.

1175. April.

Edidit eam Muratorius ex tabulario Mutinensi in Antiqq. T. IV. p. 275.

April 16.

In nomine Domini. Talis concordia facta est inter dominum Federicum Dei gratia Romanorum imperatorem et Lombardos et Marchianos et Venetos atque Romaniam, et omnem eorum societatem tam locorum quam personarum, quod tres persone debent eligi a parte domini imperatoris, et tres ex parte civitatum, que persone visis litteris

1175. April. missis ab imperatore consulibus Cremone, et litteris a consulibus civitatum datis consulibus Cremone, Poncio vel aliis sociis, de pace et concordia imperatoris et eius partis et civitatum omnium et earum partis, debet iurare, quod bona fide et sine fraude visis supradictis litteris concordiam facient inter imperatorem et eius partem et Lonbardos et eorum partes, neque amore neque timore neque odio vel ullo alio modo permittent, 5 quin ex utriusque litteris extrahentur ea, quae eis videantur superflua et incongrua; adiungent ea, quae eis videantur necessaria et magis utilia et congrua ad pacem et concordiam inter dominum imperatorem et Lombardos et civitates, et omnem suam societatem confirmandam et tenendam. Et imperator et eius curia, et civitates et eorum partes, debent facere securitatem in arbitrio praedictorum sex electorum stare; et si disen- 10 serint in aliquo, arbitrio consulum omnium Cremonae similiter stare. Et isti sex debent arbitrari predicta usque ad medium Madium. Et si disenserint in aliquo, tunc consules omnes Cremone debent predicta arbitrari de eo, de quo disenserint usque ad quindecim dies; et imperator statim debet facere pacem omnibus civitatibus et earum societati osculo pacis interveniente, et ita ut firmum teneatur a civitatibus, decem homines 15 de unaquaque civitate debent iurare, quod ita firmum sit, et habeant ab ipsis omnibus civitatibus: et ipsi decem tales, quales imperator elegerit, debent esse, et facere fidelitatem domino imperatori, et filio eius Henrico regi: vassallus sicut vassallus, civis sicut civis. Et comes Savoie, et ceteri principes imperatoris, concordes fuerunt cum domino Ecilino et cum consulibus civitatum et aliis sapientibus civitatum ibidem existentibus, quod 20 quidquid iuretur aut fiat a parte Lombardorum et eius societatis, non debent esse alicuius momenti, nec debent obesse alicui, nisi concordia et pax facta fuerit ab imperatore et eius parte omnibus civitatibus et locis et personis societatis Lombardie, Marchie, Venecie, Romanie. Et isti tunc de unaquaque civitate iuraverunt ita attendere et firmam tenere. De Mediolano Ubertus de Landriano: de Brixia Albricus de Cauriano: de Verona Vivianus Advocato- 25 rum: de Placentia Guilielmus: de Tervisio Gerardinus de campo sancti Petri: de Vicentia Guazo filius Guazonis potestas: de Bergamo Ubertinus de Carcere potestas: de Parma Niger Crassus potestas: de Laude Lanfrancus: de Vercello Iohannes Benedictus: de Tertona Cassianus: de Novaria Petrus Cavallacius: de Regio Albertus de Bonezo: de Ferraria Guidoctus: de Alexandria Succus de Strata consul, et dominus Ecilinus, et dominus 30 Anselmus de Dovaria, rectores Lombardie. Et hec omnia facta sunt et ordinata in concordia principum electorum a domino imperatore: hii sunt Coloniensis archiepiscopus, frater imperatoris, comes Savoie, Otto Palatinus comes, Enricus Guertius, cancellarius imperatoris. Ipsi vero, qui capti sunt ab utraque parte, debent reddi. Et hoc actum et patratum et statutum fuit die Mercurii, qui fuit 15. exeunte Aprili, in territorio 35 Papie, in campo subtus Muntebellum inter exercitum imperatoris et Lonbardie.

April 17. Altera vero die Iovis, qui fuit 14. exeunte Aprili, in curia imperatoris, Ubertus de Clemento consul Papie per se, et verbo Ranerii de sancto Nazario et Carboni Truvamal consulum Papie, per se omnes et pro aliis suis sociis consulibus Papie, et toto communi Papie, iuravit tenere et habere firmam treuguam in personis et rebus omnium 40 Alexandrinorum, id est illius loci, quem Paleam vocant, hinc usque ad medium mensem Iunii. Hoc idem iuravit marchio Gulielmus Montisferrati per se et per suos filios, et omnes personas, quas mittere aut trahere sine fraude potest. Testes qui aderant, fuerunt Otto comes Palatinus de Guitilibach, marchio Enricus Guercius, Ubertus de Incisa, dominus Ecelinus de Arnaria, Marcius de Castello, Vivianus Advocati consules Veronae, 45 Maleadobatus de Parma, Sylus iudex Papie, Adam Fantolinus notarius in campo exercitus imperatoris: erat enim sub castro Montisbelli in territorio Papie. Item in eorumdem presentia, et archiepiscopi Coloniensis, et Treverensis archiepiscopi, comitis Uberti de Savoia, et Garzapanis, Capitislupi de Tervisio, et cancellarii, comitis Schenelli, Girardini de campo sancti Petri, et aliorum multorum in curia imperatoris, idem domi- 50 nus imperator fecit pacem osculo, interveniente domino Ecilino, et Anselmo de Dovaria, vice et nomine omnium civitatum, et locorum et personarum societatis Lonbardiae, Marchie, Venecie, et Romanie: et ita ut suprascriptum est, treugam Alexandrie constituit. Negocium Alexandrie, et de tota ea discordia, que inter Lombardos et ipsum imperatorem est, et de emendatione, debet remanere in arbitrio illorum sex electorum, qui 55 electi sunt vel electi erunt. Et si disenserint in aliquo, arbitrio omnium consulum Cremone de eo, de quo disenserint . . . . . . *

*) stabitur?

Factum in territorio Papie infrascriptis locis, anno a nativitate Domini millesimo centesimo septuagesimo quinto, imperante Federico, anno imperii eius vigesimo, indicione octava. 1175. April.

Ego Fantolinus notarius domini Guelfonis ducis, et ab imperatore Federico confir-5 matus postea, rogatus praedictis interfui, et iussione consulum et rectorum Lombardie et Marchie et Romanie scripsi.

Ego Petrus domini Federici imperatoris notarius, autenticum huius exempli vidi, legi et sic in eo continebatur, sicut in hoc legitur exemplo preter literas plus minusve, et hoc exemplum scripsi.

10 Enricus Guercius fecit securitatem per manum et osculum, quod imperator Federicus tenebit firmam treuguam Alexandrinis usque ad medium Iunium. Et illud idem fecit comes Savoie: et ita si non tenuerit imperator, quod venient et mittent se in carcerem ad Vercellas in potestate Lonbardorum. Otto Palatinus comes, et cancellarius illud idem fecerunt de treugua tenenda ab imperatore osculo et pace, excepto quod non debent se 15 mittere in carcerem Lombardorum.

PACTUM ANAGNINUM.

1176. Oct.

Conditiones pacis inter ecclesiam et imperium Anagniae a. **1176.** *ictae, et Baronio qui anno* **1607** *ultimum Annalium tomum edidit incognitae, a.* **1610** *a Goldasto in Constitutt. T. III. p.* **360.** *ex ta-* 20 *bulis Anagninis vulgatae sunt; promissionem legatorum imperatoris de conditionibus illis observandis Pagius ex carta originali Tabularii Vaticani primus edidit.*

CONDITIONES PACIS.

Fridericus imperator Alexandrum pontificem in catholicum et universalem pontificem 25 recipiet, ac debitam ei reverentiam adhibebit, perinde ac catholici ipsius antecessores catholicis eius antecessoribus praestiterunt, eademque successoribus eius catholice ineuntibus exhibebit.

2. Reddet veram pacem Alexandro et omnibus successoribus eius, et universae Romanae ecclesiae.

30 3. Quaecumque possidet, aut tenet, sive praefecturam, sive rem aliam, quam Romana ecclesia habuit, et ipse vel per se vel per alios abstulit, bona fide restituet, salvo omni iure Romanae ecclesiae. Quasque possessiones restituet, ad eas etiam retinendas auxilio erit.

4. Imperator et pontifex ad honorem et iura ecclesiae atque imperii conservanda 35 se invicem adiuvabunt. Pontifex ut benignus pater devotum et carissimum filium et imperatorem christianissimum; imperator, ut devotus filius et christianissimus imperator dilectum reverendum patrem et beati Petri vicarium.

5. Quae a tempore schismatis, vel occasione ipsius, aut sine ordine iudiciario ecclesiasticis ab imperatore vel suis erepta sunt, eis restituentur.

40 6. Beatrix imperatrix recipiet Alexandrum pontificem in catholicum et venerabilem pontificem. Henricus rex, filius eorum, similiter recipiet eum, atque ei et catholicis successoribus eius debitam reverentiam adhibebit, et sacramento eodem se obstringet, quo se imperator obstrinxerit.

7. Fridericus imperator, et Henricus rex filius eius, pacem veram reddent Guliel-45 mo regi Siciliae ad annos quindecim, sicut per sequestres pacis est constitutum.

1176. Oct.

8. Imperatori Constantinopolitano, et adiutoribus ecclesiae Romanae, pacem reddent, nec mali quidquam referent per se vel per suos pro opera ecclesiae Romanae impensa.

9. De controversiis, quae ante tempora Hadriani pontificis inter ecclesiam et imperium versabantur, sequestres ex parte pontificis et imperatoris constituent, quibus mandabitur, ut eas pro arbitrio transigant. Quod si illi non consenserint, iudicio stabitur pontificis et imperatoris, vel eorum quos ipsi delegaverint.

10. Christiano cancellario Moguntinus archiepiscopatus, Philippo Coloniensis concedetur, et plenissimo iure firmabitur.

11. Primus archiepiscopatus qui in Teutonico regno vacaverit, Conrado auctoritate pontificis et auxilio imperatoris deferetur, qui idoneus videatur.

12. Ei qui se Calistum appellat, abbatia tribuetur. Illi qui dicuntur eius cardinales, loca repetent quae primum habuerunt, nisi ea sponte et iudicio dimiserant, et in ordinibus, quos ante schisma habuerant, relinquentur.

13. Gero nunc dictus Alberstatensis deponetur, et Ulricus restituetur.

14. Alienationes a Gerone factae, et beneficia data similiter, et ab omnibus intrusis, auctoritate pontificis et imperatoris delebuntur, et suis ecclesiis restituentur.

15. De electione Brandeburgensis[1] episcopi, qui in Bremensem archiepiscopatum electus[a] fuerat, cognoscetur: et, si rite factum fuerit, ad eam ecclesiam traducetur. Et quaecumque a Baldevino[2], qui nunc praeest Bremensi ecclesiae, alienata sunt, prout rite factum visum fuerit, eidem ecclesiae restituentur.

16. Quae Salisburgensi ecclesiae tempore schismatis adempta sunt, ei plene reddentur.

17. Omnes clerici ex Italia, aut aliis regionibus, quae sunt extra Teutonicum regnum, dispositioni et iudicio Alexandri pontificis et successorum eius relinquentur. Si vero imperator rogarit pro ordinibus aliquorum, usque ad decem vel duodecim, exaudietur.

18. Garsidonius Mantuanus episcopatui quondam suo restituetur, ita ut ille, qui nunc est episcopus Mantuanus, ad episcopatum Tridentinum traducatur: nisi forte inter pontificem et imperatorem convenerit, ut alius ei episcopatus indulgeatur.

19. Archiepiscopus de Savo in archipresbyteratum quondam suum, et alia beneficia quae ante schisma habuit, restituetur.

20. Omnes ordinati a quondam catholicis, in Teutonico regno restituentur ordinibus suis ita perceptis.

21. De Argentinensi et Basiliensi dictis episcopis, qui ordinati fuerunt a Vidone Cremensi, in eodem regno praedicti sequestres rem committent decem vel octo hominibus, quos ipsi elegerint, qui iureiurando affirmabunt, se illud consilium pontifici atque imperatori daturos, quod se iuste dare posse sine animae suae atque ipsorum detrimento statuerint, et pontifex atque imperator eorum consilio obtemperabit.

22. Pontifex et omnes cardinales recipient Beatricem uxorem Friderici imperatoris in catholicam et Romanam imperatricem, eamque aut Alexander pontifex aut legatus eius coronabit, et Henricum filium eorum in catholicum et Romanum regem.

23. Pontifex et cardinales pacem reddent Friderico imperatori, et Beatrici imperatrici, et Henrico regi filio eorum, et omnibus adiutoribus eorum pontifex et omnes cardinales promittent, se observaturos hanc pacem in verbo veritatis, et privilegium condent subscriptione omnium cardinalium, et cardinales scriptum praedictae confirmationis condent sigillis suis appositis.

24. Pontifex subito advocato concilio, prout subito advocari potuerit, cum cardinalibus, episcopis et aliis religiosis hominibus, qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes, qui hanc pacem violare voluerint, deinde in generali concilio.

25. Plerique nobilium Romanorum et capitaneorum Campaniae hanc pacem firmabunt.

26. Imperator pacem cum ecclesia, et pacem cum rege Siciliae ad quindecim annos, et inducias cum Lombardis a proximis Kalendis Augusti usque ad sex annos firmabit iureiurando suo, principumque suorum, mandabitque Lombardos, qui in parte sua sunt, prout in tabulis induciarum communibus est descriptum, eas inducias confirmare. Si quis vero ex parte imperatoris has inducias iurare noluerit, imperator praecipiet

1) Sifridi. 2) *ita correxi;* ab Aldeuino *Goldast eiusque sequaces omnes.* a) lectus *ed.*

omnibus, qui in parte sua sunt, pro officio fidelitatis et gratiae suae, ut nullum praestent auxilium, et volentibus offendere, ne impedimento sint. Si quis offenderit, culpa vacuus sit. Nec mandatum hoc revocabit imperator, donec induciae stabunt.

1176. Oct.

27. Henricus rex, filius eius, pacem cum ecclesia et cum rege Siciliae ad quinde-
5 cim annos, et inducias cum Lombardis ad sexennium scripto confirmabit, ac sui principumque suorum subscriptione.

28. Si vero, quod absit, pontifex praemoriatur, Fridericus imperator, et Henricus rex filius eius, hanc formam pacis et compositionis firmiter observabunt successoribus eius, et universis cardinalibus, et toti Romanae ecclesiae, et regi Siciliae, et Lombardis,
10 et caeteris qui secum sentiunt. Et si, quod absit, imperator praemoriatur, pontifex, et cardinales, et ecclesia Romana praedictam pacem firmiter observabunt successori eius, et Beatrici uxori, et Henrico filio eius, et omnibus ex Teutonico regno, et caeteris adiutoribus eorum, et successores pontificis similiter observabunt.

PROMISSIO LEGATORUM.

15 Nos legati domini imperatoris C. Maguntinus et W. Magdeburgensis archiepiscopus, et Warmacensis electus sacrae aulae imperialis protonotarius, ad pacem ecclesiae et imperii ordinandam destinati promittimus, et fidem damus, quod dominus imperator et sui dominum papam A. recipient, reverentiam exhibebunt, et veram pacem relinquet dominus imperator domino papae A. et successoribus suis, et toti Romanae ecclesiae, et
20 praefecturam Urbis, et terram comitissae Mathildae restituet ei, et quod ordinatum est de Calixto ex parte sua observabit, et quantum in se erit operam dabit efficacem, ut dominus papa assequatur quod a nobis et vobis scripto est ordinatum. Haec omnia faciet dominus imperator, sicut a vobis domini cardinales, qui ad ordinandam pacem ex parte ecclesiae estis constituti, et nobis in scripto communiter disposito, est ordinatum,
25 pace de ceteris plene disposita, sicut scripto ordinavimus, vel ordinaverimus nos vel alii qui ad haec disponenda et complenda fuerint constituti. De regalibus vero beati Petri, et aliis possessionibus, quas dominus imperator abstulit, vel sui vel alii, favore ipsius iuramus, quod ipsum faciemus iurare, quod scilicet ea, quae habet de praedictis ipse, vel sui, bona fide restituet. De his quae alii habent, bona fide operam dabit studiosam, ut
30 similiter restituantur. Et iuramus, quod bona fide operam dabimus, ut ea quae iuraverit exequatur, cum pax plene fuerit disposita de rege Siciliae, et Lombardiae, sicut ordinaverimus, vel ordinandum statuerimus. Et de ceteris quae in scripto praedicto continentur, ut impleantur sicut ordinavimus, vel simul ordinaverimus, operam bona fide dabimus. Promittimus etiam et iuramus, quod si dominus imperator, quod absit, mortuus
35 fuerit ante complementum pacis, communi scripto dispositae, domina B. imperatrix, et domini Henricus, atque filius eius, et principes formam pacis communi scripto dispositam complebunt, iurabunt, et observabunt, sicut communiter est ordinatum, vel communiter ordinabitur a mediatoribus utriusque partis a domino papa A. et successoribus suis, et universis cardinalibus, et toti Romanae ecclesiae.

40 Praeterea domino papae, et universis cardinalibus, et clericis et famulis, et rebus eorum universis in comitatu eorum existentibus, firmam et plenam securitatem ex parte domini imperatoris, et suorum omnium damus ineundo Venetias vel Ravennam, et cetera loca, ad quae procedere disposuerunt, et in quibus fuerint et manendo et redeundo, sive pax compleatur, sive disrumpatur: et si disrumpatur, quod Deus avertat, iuramus,
45 quod post disruptionem per tres menses firmam treguam observabit dominus imperator et sui domino papae Alexandro et toti terrae suae, quam ipse tenet, et rex Siciliae, vel alii per eum; et sicut promittimus et damus cum iuramentis, quod dominus imperator per se ex parte sua observabit, ita quod nec per se, nec per suos, aliquod gravamen seu impedimentum, eis scienter inferet, vel inferri consentiet: et si quis eo ignorante intu-
50 lerit, bona fide emendari faciet. Praecipiemus etiam, et a domino imperatore districte mandari et praecipi faciemus per terras suas universales sub poena personarum et rerum, balivis suis universis et aliis nobilibus per terras et castra constitutis, et per balivos aliis quibus praecipi oportebit, ut nullos ad dominum papam A. vel suos procedentes, vel ad eos venientes, vel ab eis redeuntes, vel quos miserint, offendent, vel offendi per-

1176 Oct. mittent: et si quis eis ignorantibus offenderit, quam citius poterunt, bona fide facient emendari. Faciemus etiam, quod dominus imperator in praesentia nuncii, quem dominus papa et cardinales nobis direxerint, vel cardinales suos promiserint facere iurari in anima sua, quod praedictam securitatem mutua bona fide, sicut per nos mandatum est, observabit et faciet observari. Ceterum postquam dominus imperator iuraverit ea quae 5 communiter disposuimus eis iuraturum, nos a iuramento erimus absoluti, excepto quod tenebimur de his, quae praecise iuravimus, et excepto quod tenebimus iuramento, quod bona fide operam dabimus, ut cetera, quae in communi scripto continentur, impleantur.

1177.

CONCILIUM RAVENNAE.

Litteras ad patriarcham Aquilegiae invitatorias ex codice Tegernsenensi B. Pez in codice Dipl. T. I. p. **414.** *et* **415.** *vulgavit.* 10

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto suo fideli O. patriarchae Aquilegiensi, gratiam suam et omne bonum.

Sicut liquido universis imperii principibus et fidelibus constat, ad sopiendum scismatis periculum perseveranter intendere non cessamus, ab eo, inquam, tempore, quo id ad 15 inficiendum corpus ecclesiae universalis primum coepit pullulare. Pluribus itaque viis hinc inde praetentatis hactenus, consentientibus tandem nobis utrimque tam domini G. papae, quam eius, quem Alexandrum nominant partem foventibus, universos imperii ecclesiasticos principes proxime ad concilium evocavimus. Intervenientibus autem necessariis et fere inevitabilibus impedimentis, terminum eiusdem concilii, communicato 20 utriusque partis consilio, prorogare decrevimus, praesertim ut his, qui de remotis terrae spatiis venturi sunt, prudenti provideremus remedio. Noverit itaque tuae fidelitatis dilectio, quoniam eliminato universo scismatis errore, pax et unitas ecclesiae reformata, tam iuramentis quam scriptis hinc inde sigillatis, inconvulsa firmitate roborata est, quae Ian. 25. utique in concilio Ravennatensi, in conversione sancti Pauli celebrando praesente utrius- 25 que partis principali capite toti ecclesiae promulganda est. Ad huius ergo venerabilis concilii conventum tuae prudentiae praesentiam exhiberi desiderantes, fidelitati tuae in bona fide consulimus et praecipiendo mandamus, quatenus, si prius non potes, saltem in conversione sancti Pauli omni dubitatione remota, Ravennam venias, quia tuae prudentiae consilium in hoc salutari negotio perficiendo necessarium habemus. 30

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilecto et fideli suo O . . . Aquilegiensi patriarchae, gratiam suam et omne bonum.

Sicut dudum per litteras nostras dilectioni tuae mandavimus, ita per nuntium tuum Febr. 2. iterum te certificamus, quod concilium in festo beatae Mariae purificationis apud Ravennam indubitanter est celebrandum. Dilectioni tuae, de qua bene confidimus, mandamus 35 monentes, et attente rogantes, quatinus assumptis tecum praelatis tui principatus et caeteris religiosis ac prudentibus et discretis viris, quoscunque habere poteris, remota omni occasione ad praedictum concilium venias, sciens, quod in tam arduo ecclesiae negotio praesentiam tuam necessariam habebimus. De allodio, de quo nobis scripsisti, libenter te manutenere curabimus, quia ecclesiae quaeque meliora cupimus. 40

MANDATUM DE SUBSIDIO SOLVENDO.

1177.

Ex codice Tegernseensi edidit B. Pez in Cod. Dipl. I. p. 407.

F. Dei gratia Romanorum [a] imperator et semper augustus, fideli suo abbati Campidonensi, gratiam suam et omne bonum.

5 Noverit tua discretio, quod ad firmam ecclesiae unitatis consummationem in illo pacis tractatu, per viros magnos et discretos pluribus laboribus et expensis composito, ordinatum est, ut ab ecclesiasticis principibus per terram Teutonicam mille marcarum summa persolvatur. Quare tibi ad solvendum decem marcae tantum sunt assignatae. Mandamus ergo dilectioni tuae, monentes et praecipientes, quatenus ipsas omni [b] occasione 10 remota, in octava paschae H. de Bretice in pondere [c] Coloniensi de puro argento persolvas.

a) romanus *ed.* b) *deest in editis.* c) *ita correxi;* in potidem *edidit et sic in codi legi scribit Pezius.*

CONVENTUS VENETUS.

1177.

Acta eius ex Gestis Alexandri III. apud Cencium, a Nicolao Cardi- 15 *dinali de Arragonia descriptis* [1] *atque a Baronio adductis, ex Romualdi Salernitani, qui legationi Wilhelmi Siciliae regis praeerat, chronico, cum codice Vaticano* 3973 *a V. Cl. Roestell professore publico Berolinensi in usus nostros collato, tum ex Libro Albo in tabulario secretiori Vindobonensi a me evoluto, ex chartis tabularii* 20 *Mutinensis et Bononiensis apud Muratorium in Antiquitatibus T. IV. pag.* 278 *seqq. et Mittarellum in SS. Faventinis pag.* 603—606, *atque ex codd. regio Parisiensi N.* 3088 *et Musaei Britannici saec. XII. inter libros Regis* 6. *C. II. signato, restituere aggressus sum.*

CONVENTIO PRAEVIA [2].

Iul. 22.

25 In nomine domini nostri Iesu Christi. Societas Lombardiae et Marchiae et Romaniae et Veronae et Veneciae optat atque desiderat habere pacem et concordiam et gratiam domini F. imperatoris, hoc modo, videlicet ut dominus imperator habeat pacem et concordiam cum sacrosancta Romana ecclesia, omnium fidelium matre, et eiusdem ecclesiae suo pontifice domno Alexandro. Et nos civitates, scilicet Cremona, Mediolanum Lauda, Pergamum, Ferraria, Bri- 30 xia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Venetia, Bononia, Ravenna, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Terdona, Alexandria, Vercelle, Novaria, Opizo marchio Malaspina, comes de Bertenore, Ruffinus de Trino, et omnes castellani et persone, qui sunt in unitate ecclesie Dei et nostra, volumus facere domino imperatori F. accepta ab eo pace, omnia, quae antecessores nostri a tempore mortis posterioris Henrici impera- 35 toris antecessoribus suis sine violentia vel metu fecerunt. Si de hoc orta fuerit questio, quod predicte civitates, marchio, et comes, et singule persone omnes huius societatis, vel loca, vel antecessores nostri eius antecessoribus a praedicto tempore fecerint sine violentia vel metu, hoc declaretur sub iuramento per consules illius civitatis, cum qua

1) cf. Annales nostros T. V. p. 97. 2) ex tabulario Mutinensi apud Murat. Antiqq. IV. 277.

1177. Iul. 22. questionem habuerit. Si cum marchione, vel comite, vel alia persona eiusdem societatis nominata vel non nominata, vel loco contentionem habuerit, hoc declaretur per consules illius civitatis, de cuius comitatu vel episcopatu fuerit. Et si de cetero ambe partes super his contente, et totum hoc, quod praefate civitates et loca et marchio et comes et cetere persone modo tenent, ut a suprascripto tempore tenuerunt, libere et quiete te- 5 neant. Et nominatim consulatum more solito habeant, sub quo homines cuiusque civitatis vel comitatus ad iusticiam faciendam se distringant. Et fodrum et coltam prestent et omnia alia more civitatum faciant. Et restituat ipse dominus imperator omnes possessiones et omnia iura civitatibus et locis, archiepiscopis, episcopis, et abbatibus, et ceteris clericis nostrae partis, et marchioni, et comiti, et Ruffino, et omnibus aliis personis 10 societatis quae habuerunt; cassatis omnibus privilegiis et cartis et datis et investituris in aliquam civitatem vel locum, seu personam, de his collatis. Et hec ab ipso domino imperatore perpetuo serventur; et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartulis, quae aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum, seu aliquis locus cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas ulla vel locus sive persona conventionem vel 15 datum seu cartulam sponte servare voluerit. Item dominus imperator remittat et remittere faciat omnes offensas, omnia maleficia, que aliqua predictarum civitatum, vel aliquis locus vel marchio sive comes, aut aliquis clericus vel laicus quocumque tempore, quacumque occasione, ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit. Et liceat predictis civitatibus et locis et personis munitiones civitatum et castrorum, et eadem castra habere 20 et tenere et meliora facere, et nova edificare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone, et aliarum civitatum et personarum et locorum inter se factis; et Alexandria in suo statu, restitutis possessionibus Oberto de Foro, et suis convicinis omnibus, perpetuo permanente.

Denique civitates petunt super omnibus in perpetuum observandis, quod dominus 25 imperator cum omnibus qui in exercitu sunt, eisdem civitatibus et locis et personis universis societatis tam clericis quam laicis plenissimam securitatem faciat. Et ut liceat civitatibus, domini imperatoris permissu, et aliis omnibus societatis, eamdem societatem firmam tenere; et iuramenta quaecumque voluerint inter se facere et renovare, et semper in unitate ecclesiae permanere, ut si quando imperator vel eius suc- 30 cessor, aut alius contra hanc concordiam venire tentaverit, possint ecclesiam manutenere, et se vicissim adiuvare et defendere. Item volumus, ut sententiae usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a predictis personis vel rectoribus late, nec appellatione suspense, vel si super causam appellationis late fuerint, firma permaneant: et ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat. Captivi quoque hinc inde absol- 35 vantur et reddantur. Hec sunt ea, quae intelligimus, dominum imperatorem habere debere, et antecessores suos habuisse: scilicet fodrum regale et consuetum, et consuetam paratam, cum vadit Romam, gratia accipiendae coronae; et debet habere quietum et consuetum transitum, et sufficiens mercatum; et transeat pacifice, ita ut in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciat; et fidelitatem a vassallis recipiat, omni 40 offensione remissa; vassalli etiam expeditionem ei faciant, secundum quod soliti sunt, et est antiqua consuetudo, cum pergit Romam, causa accipiendae coronae. Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam a clericis quam laicis fuerunt detenta, vel per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat, nec de cetero impediat. Consuetudines etiam et comoditates, quas civitates et omnes de societate habere consueve- 45 runt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis cambiatorum et negociatorum, macellis, domibus, quas habent edificatas in viis publicis vel supra vel iuxta vias publicas, et eternas consuetudines antiquas, eisdem civitatibus et omnibus de societate quiete habere et tenere permittat. Si autem de supradictis aliqua contentio inter imperatorem et civitates vel loca sive personas societatis orta fuerit, per consules civitatis, cum qua 50 contentio habuerit, vel loca seu personas sui comitatus, secundum mores et consuetudines civitatis et loci decidatur, iureiurando praestito ab ipsis consulibus, quod mores et consuetudines tam imperatori quam civitati vel loco seu persone servabunt.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Archiepiscopus Coloniensis, et Gualfredus de Plozasca, et Rainerius de sancto Nazario ex parte imperatoris F., et ex parte societa- 55 tis Albertus de Gambara Brixiensis, et Gerardus Pistus Mediolanensis, iuraverunt ad sancta Dei euangelia, quod secundum brevia imperatoris et societatis, firmando, addendo,

abstrahendo, secundum quod melius eis visum fuerit, bona fide et sine fraude ad honorem Dei concordabunt se, per quod melius pax fieri possit et teneri inter ipsum, et Lombardos, et Marchiones, atque Veneciam, et illos de Romagnola, qui sunt de societate, dehinc usque ad medium Madium, vel ad alium terminum, consensu utriusque partis datum. Illud idem iurare debet unus de Verona.

1177. Iul. 22.

IURAMENTA IN ANIMA IMPERATORIS DE PACE ECCLESIAE[3].

Iul. 23. Venetiis.

Ego comes Dedo[a] iuro, quod domnus imperator mandavit mihi, ut in anima sua iurarem iuramentum, quod nunc facturus sum, et postquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex eodem[b] mandato imperatoris iuro in anima sua, quod ex quo venerit Venetias, omni quaestione et contradictione semota, faciet iurari in anima sua, quod pacem ecclesiae, sicut disposita est per mediatores et scripta, et pacem regis Siciliae usque ad quindecim annos, sicut scripta est, et treugam Lombardorum, sicut est per mediatores utriusque partis dispositum, et in scripto, quod est apud eosdem mediatores, continetur, bona fide servabit, et principes suos hoc ipsum iurare faciet.

Ego Sigilboth[4] iuro, quod ex quo domnus imperator venerit Venetias, praedictum iuramentum[c] pacis ecclesiae, et regis Siciliae, et treugae Lombardorum faciet praestari in anima sua, et principes suos[d] similiter iurare faciet[5].

LITTERAE PAPAE[6].

Iul. 26.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis, abbatibus et aliis ad generale capitulum Cistercii convenientibus salutem et apostolicam benedictionem.

Habetis nunc, per Dei gratiam, materiam exsultationis et gaudii, de quo merito potestis immensas omnipotenti Deo gratias agere, qui, cum habitet in altissimis, humilia respicit de supernis et facit in se credentes debita felicitate gaudere. Habemus quidem prae oculis illius devotionis sincerissimae puritatem, quam huius turbationis tempore circa nos et Romanam ecclesiam laudabiliter exhibuisse noscimini, et recognoscimus vos pro pace ecclesiae apud Deum assiduis orationibus intercessisse, quorum tandem intercessionibus excitatus, ad eius imperium, omni tempestate pacata, naviculam Petri de profundo pelagi liberavit et portum sibi salutis et quietis indulsit. Sane karissimus filius noster in Christo F.[e] illustris Romanorum imperator, inspirante Domino, in cuius manu corda sunt regum et principum, per studium et laborem fratrum nostrorum et venerabilis fratris nostri P. Claromontensis episcopi, et dilecti filii abbatis Bonevallis ad devotionem nostram rediit et ad catholicam unitatem, et abrenuncians scismati, cum principibus Theotonici regni, tam ecclesiasticis quam secularibus, proximo die dominico ante festum beati Iacobi apostoli, praesente innumera multitudine virorum et mulierum, in Domino altis vocibus exsultante, venit Venetiam ad praesentiam nostram, et nobis sicut summo pontifici reverentiam et subiectionem impendit, et recepto pacis osculo, nos in ecclesiam beati Marci usque ad altare humiliter et devote dextravit. In festo beati Iacobi, ab eodem imperatore rogati, ad eandem ecclesiam venimus ibi celebraturi missarum solemnia, et cum audiret nos advenire, continuo nobis obviam venit, et nos a dextero latere cum ea, qua decuit, reverentia et humilitate suscipiens, in praescriptam ecclesiam introduxit, et finita missa, quam a nobis, licet indignis, reverenter audivit, nos

a) Diedo *Bar.* b) *deest A.* c) V. i. ipsum *B.* d) *deest A.* e) et *cod.*

3) d. Iul. 22. Clugiae conventa ex Card. de Aragonia et Baronio. 4) Camerarius imperatoris. 5) Codex Londinensis hanc formam exhibet: Ego N. qui sum princeps imperii Romani iuro in anima ipsius imperatoris, quod quando Venetias venerit, faciet iurare in anima propria pacem perpetuam sanctae ecclesiae, treuiam regis Siculi in quindecim annos, et treuiam Lombardorum in sex annos, atque omnia capitula quae in hac scedula continentur. 6) ex cod. regio Parisiensi N. 3088. edita prius a Martene Anecd. I. 1847. alias mutatis mutandis ad archiepiscopum Remensem vide in Anselmi Gemblacensis chronico apud Pistorium ed. Struv. I. 984, ad Petrum abbatem Casinensem apud Baronium p. 695 ad Rogerum archiepiscopum Eboracensem ibid. p. 696. litteras postea scriptas v. ibidem.

1177. Iul. 26. usque ad portam ecclesiae dextravit, et omnem honorem et reverentiam nobis exhibuit, quam praedecessores eius nostris exhibuerunt antecessoribus. Monemus itaque universitatem vestram attentius et hortamur, quatenus sicut omnipotens Deus magnificavit misericordiam suam nobiscum in facto ecclesiae et eius negotia in manu nostra direxit per suam ineffabilem pietatem: ita ei immensas laudes et gratias exsolvatis, ipsumque assiduis orationibus pulsetis et precibus, ut ecclesiam suam protegere et conservare dignetur et pacem sibi divinitus datam augeat et perpetuam optinere faciat firmitatem[7].

LITTERAE IMPERATORIS.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et aliis patribus Cisterciensis ordinis salutum et dilectionis integritatem. Quoniam de unitate et concordia ecclesie et bono statu imperii nostri sanctitatem vestram gaudere non dubitamus, idcirco ad universitatem vestrae religionis imperiales apices mittere dignum duximus, insinuantes vestre dilectioni, quoniam omnipotentis Dei nutu, cuius occulto iudicio quandoque discordiae mala creantur et ipso miserante discordes ad concordiam revocantur, dominum A. in patrem spiritualem et summum pontificem recepimus. Notum autem vestre facimus religioni, quoniam cooperantibus dilectis nostris viris magnae sanctitatis et discretionis, episcopo scilicet Claromontensi et abbate Bonevallis, qui studiose et efficaciter pro pace et concordia inter nos et iam nominatum A. Romane ecclesie summum pontificem laboraverunt, discordia et lis que diu viguerat, penitus est sopita, et dilectio que inter nos perierat, ipsis mediantibus est reformata. Quapropter vestre sanctitati praesentes litteras dirigimus, modis omnibus rogantes, ipsorum perfecte bonitati super omnibus grates referentes, tam vobis quam ipsis de pacis reformatione congaudentes, ita ut ad honorem Dei et ecclesie in bono statu et Dei timore diu possimus perseverare, ipsi omnium conditori atque gubernatori piissimas preces fundatis.

Aug. 1.

PACIS CONCLUSIO.

ORATIO PAPAE[8].

Haec est dies, fratres carissimi, quam fecit Dominus; exultemus, et laetemur in ea, quia hic filius noster Romanorum imperator illustris mortuus fuerat, et revixit; perierat, et inventus est. Nam postquam cordi eius supernae radius claritatis illuxit, totius falsitatis depulsa caligine, de errore ad veritatem rediit, de tenebris ad lumen transiit, de schismate ad unitatem accessit, et ad caulas matris ecclesiae tamquam ovis erratica repedavit. Exultet igitur fidelium votiva religio, quia hodie pater iuniorem recepit filium, catholicum principem Romanum recuperavit imperium; mater ecclesia suum evagantem in vagina convertit gladium; navis piscatoris egregii, quae, culpis exigentibus, adversitatum turbine pene demersa iam fuerat, nunc procellis cessantibus, ad litus solidum et verae quietis portum illaesa pervenit. Ecclesiae suae preces pro bono pacis frequenter effusas Dei filius clementer audivit, et eam cum suo principe in pace et concordia collocavit. Inde est, quod, destructis adversitatibus et erroribus universis, secura iam pace fruitur, et iucunda securitate laetatur. Cesset igitur antiqua discordia, finem accipiat inveterata malitia; una fides, unus Dominus, una sit et ecclesia. Schisma in unitatem transeat, et divisio ad caritatem accedat. Omnis iam ad pacem ecclesia redeat, et ad matris suae gremium filiorum numerositas gratiosa recurrat. Sit Deo gloria in altissimis, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Et quia nos imperatoris nostri pium animum et benignam agnoscimus voluntatem, eum intra nostrae mansuetudinis brachia tamquam carissimum filium benignius amplexamur, et tam ipsum, quam uxorem, et eius filium in catholicos principes paterno affectu recipimus, et ipsis honorem debitum impendere procuramus; Deum et apostolos nostros affectuose rogantes, ut ipsos ecclesiae suae servent incolumes, et per longa tempora custodiant defensores.

7) epistola ad Rogerum archiepiscopum Eboracensem data est Venetiis in Rivoalto 7. Kal. Augusti, epistola ad archiepiscopum Remensem Venetiae in Rivoalto 6. Kal. Augusti. 8) ex Romualdo.

ORATIO IMPERATORIS IN LINGUA TEOTONICA[9].

1177. Aug. 1.

Maiestati nostrae satis gratum residet et acceptum, quod Deus omnipotens, cuius manu principum corda tractantur, cuius arbitrio eorum voluntates et consilia diriguntur, nostrae conscientiae puritatem attendens, ex diversis mundi partibus viros providos et 5 discretos huic curiae voluit interesse, ut ipsi errorem nostrum et conversionem nobis referentibus manifeste cognoscerent, dehinc ad propria redeuntes, devotionem nostram, quam erga Dei ecclesiam gerimus, publice praedicarent. Totus igitur mundus evidenter agnoscat, quod licet nos Romani imperii dignitate et gloria fulgeamus, tamen a nobis humanae conditionis proprium dignitas Romana non abstulit, nec ignorantiae vitium 10 maiestas imperialis exclusit. Nam suggestione pravorum hominum ignorantiae fuimus tenebris involuti, et per viam veritatis credentes incedere, extra iustitiae semitas nos invenimus. Ecce enim Dei ecclesiam, quam credebamus defendere, impugnavimus, et quam sperabamus extollere, pene destruximus. Occasione[a] domini nostri Iesu Chrisi tunica inconsutilis est divisa, et quantum in nobis fuit, per hereses et schismata violata. 15 Decepit nos causae meritum, et color negotii perturbavit, quia dum in facto ecclesiae potius virtutem potentiae, quam rationem iustitiae, voluimus[b] exercere, constat nos in errorem merito devenisse. Iustitia enim fortitudinem[c] respuit, aequitas violentiam non admittit. Sicque factum est, quod ille, qui humilia respicit, et alta a longe agnoscit, potentiam nostram et adversae partis humilitatem considerans, more suo potentes de 20 sede deposuit, et humiles exaltavit. Sed quia divina clementia nos ad correctionem nostram ad tempus errare voluit, sed deviare in perpetuum non permisit: universa haec fidelium turba cognoscat, quod nos de caetero, errore totius falsitatis abiecto[d], ad veritatem convertimur, de schismate ad unitatem redimus, et ad gremium matris nostrae sacrosanctae Romanae ecclesiae gratanter accedimus; domnum Alexandrum, qui est in prae- 25 sentiarum, et successores eius in catholicum papam recipimus, et ipsi tamquam patri debitam reverentiam exhibere proponimus. Pacem nostram ecclesiae, illustri regi Siciliae, et Lombardis, sicut inter nos ordinatum est et dispositum, reddimus.

TREUGA CUM LOMBARDIS[10].

10

Inter dominum imperatorem et partem suam, Cremonam, Papiam, Ianuam, Ter- 30 donam, Asti, Albam, Aquis, Taurinum, Yporeiam, Vintimiliam, Savonam, Albigaunum, Casalem sancti Evasii, Montem Vellii, Imolam, Faventiam, Ravennam, Forum Livii, Forum Pompilii, Cesenam, Ariminum, Castrocarium, marchionem Montisferrati et filios suos et omnem terram quam tenent, comites de Blanderato cum omni terra sua quam tenent, marchiones de Vasto cum omni terra sua quam tenent, marchiones de Busco cum omni terra 35 quam tenent, comites de Lomello cum omni terra sua quam tenent, et cetera loca nominata et innominata, et ceteras personas nominatas et innominatas, que sunt in parte imperatoris; et societatem Lombardorum, scilicet Venetiam, Tarvisium, Paduam, Vincentiam, Veronam, Brixiam, Ferrariam, Mantuam, Bergamum, Laudum, Mediolanum, Cumas, Novariam, Vercellas. Alexandriam, Cassinum[e] et Belmontem, Placentiam, Bobium, Opizonem Malaspinam, 40 Parmam, Rhegium, Mutinam, Bononiam, homines de sancto Cassiano, et Dociam[f], et cetera loca et personas episcoporum, clericorum et laicorum Lombardie, Marchie[g], Romagnole, que sunt in societate Lombardie, cum omnibus que habent et tenent, treugua constituta est ab istis Kalendis Augusti usque ad sex annos, que sic firmabitur. Dominus imperator faciet iurari in anima sua, et filius suus Henricus rex similiter et prin- 45 cipes Alamanie iurabunt, qui presentes sunt, et Guarscedonius[h] et marchio Montisferrati et filii sui, et marchiones de Vasto et de Busco, comites de Blandrato et de Lomello, et consules Cremone et Papienses et credentie ipsorum, et unus in publica concione in animabus populi ex mandato ipsius populi. Idem fiet in aliis civitatibus, que sunt ex parte domini imperatoris, quod scilicet bona fide sine fraude et malo ingenio pre-

50 a) O. nostra *M.* b) uolumus *codex.* c) *ita cod. Vat.* tyrannidem *editi.* d) obiecto *cod.* e) Carsinum *M.* f) Docciam *M.* g) Exarchatus *M.* h) Guarsendonius *M.*

9) a Christiano, archiepiscopo Moguntino et archicancellario, in linguam latinam versa; ex Romualdo. 10) ex Mittarelli SS. Favent. et Muratorii Antiqq. T. IV. p. 283.

1177. Aug. 1. dictam treuguam observabunt predictis civitatibus et locis et personis nominatis et non nominatis predicte societatis, ita quod usque ad sex annos non offendent eos per se vel per alios in personis vel rebus, quas habent vel tenent; continebitur etiam in iuramento, quod homines societatis et eorum res securi sint in terra imperatoris, sicut tempore pacis; et e converso Cremonensibus quoque et Papiensibus et aliis civitatibus locis et personis de parte imperatoris eadem fiet et observabitur securitas a societate Lombardie. Securi autem ut tempore pacis sic intelligimus, ut bona fide abstineant imperator et sui ab iniuriis personarum societatis et damnis [a] rerum;[a] similiter societas abstinebit ab iniuriis personarum et a damnis rerum partis domini imperatoris. Similiter consules civitatum societatis, et credentie earum, et quinquaginta [b] homines civitatis, in qua non [c] erunt credentie, et potestates civitatum, in quibus non [d] erunt consules, et unus similiter in anima populi cuiusque civitatis, et Opizo Malaspina et filius eius iurabunt, se observaturos predictam treuguam domino imperatori et civitatibus et locis et personis, que sint [f] ex parte imperatoris. Ad observationem autem treugue de singulis civitatibus utriusque partis et de terra marchionis Montisferrati duo eligentur, qui iureiurando firmabunt, quod bona fide dabunt operam ad observandum treuguam; et si qua civitas vel locus vel persona infregerit, eque bona fide dabunt operam efficacem ad emendandum infra quadraginta dies, nisi prorogaretur de consensu partium. Iuramento autem consulum [g], credentiae [h] populi, et potestatum, et 50 [i] bonorum hominum qui iurabunt, marchionum et comitum, continebitur, quod bona fide et efficaciter iuvabunt [k] ad hec electos [l], ut treuga emendetur infra prestitum tempus. Si contigerit, quod aliqua predictarum civitatum vel locorum vel personarum, que sunt ex parte societatis, offenderit aliquam civitatem, locum vel personam, que sunt ex parte imperatoris, et non fuerit emendatum per treuganos [m], qui ad hoc electi sunt, imperator vel alii, qui sunt ex parte sua, non propterea frangant treuguam, sed civitates societatis et alii de societate ponant eam [n] sub banno iuxta arbitrium treuganorum [o]. Si vero civitas locus vel persona ex parte imperatoris fregerit treuguam adversus civitatem vel locum vel personam [p] societatis, non ob hoc treugua frangatur, sed similiter emendabitur. Si vero aliqua civitas, locus vel persona offenderit aliam civitatem, locum vel personam eiusdem societatis [*], imperator vel sui non se intromittent. Idem servetur in parte imperatoris. Imperator vero usque ad sex annos predictos non compellet aliquem clericum vel laicum predicte societatis iurare sibi fidelitatem, nec sententiam dabit, nec faciet dari in aliquem predicte societatis pro fidelitate et servitio sibi non exhibito, vel investitura sibi non petita infra predictum tempus treugue. Preterea nullum locum vel personam predicte societatis trahet ad iudicium tempore treugue pro preteritis negotiis.

11

SACRAMENTUM IN ANIMA IMPERATORIS [11].

Anno a nativitate Domini 1177. imperante imperatore Frederico anno imperii eius 23. indictione 10 die lune, qui fuit primus Augusti, in palatio Gradensis patriarche, in presentia cardinalium, videlicet D. Willelmi episcopi Portuensis, D. Ubaldi episcopi Ostiensis, D. Hiacynthi, D. Petri de Bona, Iohannis de Neapoli, Ardiccionis de Pladana, D. Corradi, D. Manfredi de Lavagna et aliorum cardinalium multorum, D. Romualdi archiepiscopi de Salerno, et comitis Rogerii de Apulia, et Dominici de Bricis, patriarche de Aquileia, D. patriarche de Grado, episcopi Padue, Iohannis episcopi Mantue, episcopi Brixiensis, episcopi Papie, D. Albericonis episcopi de Rhegio, D. Bonifacii episcopi de Novaria, D. Wale [q] episcopi de Aquis, episcopi de Taurino, electi de Aste, episcopi de Ramene, episcopi Placentie, Oderici episcopi de Tarvisio, episcopi de Ceneta, D. Salomonis episcopi de Tridento, Grunde de Verona et Henrici de Aicarda et aliorum multorum, coram D. Alexandro sanctae Romane ecclesiae summo pontifice, comes Henricus de Des [r], presente D. Frederico Romanorum imperatore et eius verbo iuravit in animam imperatoris, quod dominus ipse imperator observabit treuguam Lombardis cunctis et

a) damnis — et *desunt Mitt.* b) *deest Mitt.* c) in quantum *M.* d) *deest M.* f) sunt *M.* g) *deest Mitt.* h) credentiarum *M.* i) X. *Mitt.* k) iurabunt *M.* l) *deest M.* m) treugarios *M.* n) ea *M.* o) treugariorum *M.* p) personas *M.* *) *ita correxi;* civitatis *M. Mitt.* q) Vale *Mitt.* r) *i. e.* Dietz.

11) ex iisdem.

omnibus personis de societate Lombardie, Marchie, et Romagnole, secundum quod ordinatum et dispositum est a mediatoribus utriusque partis, et secundum quod continetur in scripto quod apud cardinales est et apud Lombardos in concordia, tenor cuius scripti superius legitur; et quod bona fide daret operam, ut ita secundum quod in eo scripto continetur, 5 treugua attendatur; et quod faceret principes Alamanie, qui cum eo sunt, iurare illam treuguam, prout statutum est, tenere, et filium suum Henricum regem et homines civitatum Lombardie et alios, qui sunt in eius parte de partibus Lombardie, faciet iurare ipsam treuguam firmam, prout in eo scripto treugue continetur, et quod bona fide dabunt operam, ut teneantur infra hos quadraginta dies, nisi concordia rectorum Lom- 10 bardie remanserit, parabola videlicet communiter data. Preterea D. Wicomannus Magdeburgensis archiepiscopus, D. Philippus archiepiscopus Coloniensis, Christianus Maguntinus archiepiscopus, Arnoldus Treverensis archiepiscopus, Conradus electus Vormatiae, Gottifredus imperialis aule cancellarius, iuraverunt unusquisque pro se, bona fide obtinere treuguam omnibus de societate Lombardie, Marchie et Romagnole, prout per mediatores 15 utriusque partis ordinatum est, eo[a] in scripto quod apud Lombardos est et apud cardinales continetur, tenor cuius scripti superius legitur, et ita per bonam fidem servare, et quod bona fide darent operam, ut servaretur. Factum in Venetiis suprascripto loco.

1177. Aug. 1.

Ego Fatolinus notarius D. Welphonis[b] ducis, et ab imperatore Frederico confirmatus postea rogatus predictis omnibus interfui et scripsi.

20 IURAVERUNT SEQUENTES PRINCIPES ITA[12].

12

Ego C. Maguntinensis, ego P. Coloniensis, ego W. Magdeburgensis, ego A.[c] Treverensis, archiepiscopi, ego D.[d] Pataviensis, ego C. electus Wormatiensis, ego W.[e] imperialis aulae protonotarius, ego C. quondam[f] Mantuanus episcopus, ego G.[g] cancellarius, et ego C. comes, iuramus in animabus nostris[h] super haec sancta Dei euangelia, quod 25 pacem ecclesiae atque imperii, et pacem regis Siciliae usque ad quindecim annos, et treugam Lombardorum usque ad sex annos, sicut statutum et scriptum est per mediatores utriusque partis, bona fide servabimus, et absque fraude: sic nos Deus adiuvet et haec sancta Dei euangelia. Ex parte vero Siciliae regis eodem modo iuravit R.[i] Salernitanus archiepiscopus, et R.[k] Andrensis comes. Ex parte vero Lombardorum iura- 30 verunt, qui praesentes aderant, de Mediolano Gerardus Pistis[l], et Rogerius[m] Marcellinus consul. De Placentia Guillielmus Leccacorus[n]. De Brixia Albertus de Gambara. De Bergamo Albertus Albertonis[o]. De Verona Cothus[p] consul. De Parma Vetulus. De Regio Arcemanus[q]. De Bononia Pinamonte[r] potestas eorum. De Novaria Guillielmus Gibuini[s]. De Alexandria Ubertus de Foro. De Padua Tessulinus[t] potestas. De Vin- 35 centia[u] Ezulinus.

PAX CUM REGE SICILIAE[13].

Aug.

ORATIO ROMUALDI ARCHIEPISCOPI SALERNITANI.

Dominus noster, gloriosus rex Siciliae, dominum imperatorem, qui est in praesen- 40 tiarum, sicut carissimum amicum et fratrem suum devote pariter et affectuose salutat, et per nos magnificentiae imperiali significat, quod, quum hoc anno nuncii sui ad dominum papam pro bono pacis Anagniam advenissent, scripsit dominus papa domino nostro glorioso regi, ut aliquos de latere suo ad eum mitteret, qui cum eo tractandae pacis colloquio interessent. Dominus autem rex devotissimus filius eius ad petitionem 45 illius comitem Rogerium, virum utique providum et discretum, et de sanguine regio ortum, et me cum eo ad eius praesentiam destinavit, ut in perficienda pace adiutores

a) et *Mitt.* b) Velbonis *Mitt.* c) B. *edd.* d) P. *Baronius.* e) R. imperiali auctoritate p. *Bar.* Ar. *edd.* f) *deest Baron.* g) C. *Bar.* h) in manibus vestris *Bar.* i) Romualdus *B.* k) Rogerius *B.* l) Piscis *B.* m) R. et M. consules *B.* n) Letatorius *B.* lectacormius *et* lecacornus *ms. Mediolan.* o) B. Alberatus *B.* p) Cae- 50 cius *B.* Cochus *ms. Mediol.* q) Antenianus *B.* r) Picamontes *B.* s) Gueliri *B.* t) Tessulanus *B.* u) Venetia Gozelinus *B.*

12) ex gestis Alexandri ap. Murat. III. 471. et Baronium. 13) ex Romualdo.

1177. Aug. essemus pariter et praesentes; non quod dominus noster rex pacificus cum domino imperatore aliquam credat habere discordiam. Ipse enim sicut catholicus princeps, et pacis filius, omnes christianos principes diligit, et quantum in eo est, cum illis pacem et concordiam habere credit. Solos inimicos crucis Christi crudeli odio mari et terra persequitur. Inde est, quod non parcit pecuniae, non indulget expensis, sed singulis annis 5 biremes suas praeparat, et cum eis armatam militiam destinat, ut hostes christianae fidei devincat pariter et confundat, et euntibus ad sepulcrum Domini securum iter praeparet et expediat. Alii mundi principes subditos suos vehementer impugnant, et cum inimicis fidei pacem facere non formidant, de sepulcro Domini, quod a Sarracenis impugnatur, non multum cogitant, et eum, qui solus ipsum defendere nititur, impedire festinant. 10 Alii, quae sua sunt, quaerunt. Solus rex noster, quae Iesu Christi sunt, devotus inquirit. Quum ergo ipse in Dei servitio tam sanctam et puram devotionem habeat, vos, domine imperator, qui ecclesiae Dei specialis estis filius et defensor, singulari amoris privilegio prae ceteris mundi principibus dominum regem et venerari debetis pariter et amplecti, qui Dei ecclesiam semper intendit extollere, et inimicos eius non desinit impugnare. Nulla 15 etiam inter vos et dominum regem discidii causa vel odii seminarium intervenit. Dominus enim rex a magnificentia vestra se numquam offensum meminit, vel vos in aliquo offendisse cognoscit; sed certum apud eum et firmum existit, quod si imperialis maiestas cum regia magnificentia perfectae pacis vinculo fuerit counita, ecclesiae Dei et toto orbi magnum poterit commodum provenire. 20

ORATIO IMPERATORIS PER GOTIFREDUM CANCELLARIUM.

Salutes ex parte illustris regis Siciliae per vos magnificentiae nostrae transmissas ea, qua decet, reverentia et honore suscipimus, et eidem loco et tempore opportuno rependere multiplices procuramus. Quod autem tam idoneas et elegantes personas ad pacis nostrae colloquium destinavit, nostrae excellentiae satis gratum residet et acceptum: quia 25 ex legatorum suorum scientia, probitate simul, et facecia, delegantis domini auctoritatem perpendimus, et a nobis merito in numero summorum principum reputatur, qui talibus et tantis personis praeesse dignoscitur. Quod vero significastis, eum erga serenitatem nostram amicam gerere voluntatem: hoc verum esse, rerum experientia comprobavimus. Nam licet popularis opinio nos ad invicem esse crederet inimicos, tamen inter 30 nos haberi pacem et concordiam operis exhibitio demonstravit, quia eum et terram eius numquam offendimus, et nos ab eo in nullo offensos veraciter profitemur. Et quia ipse prae universis mundi principibus inimicos crucis Christi mari et terra persequitur, et cum hostibus christianae fidei guerram semper et discordiam habere dignoscitur, nos illi tamquam catholico principi et pacis filio, pacem nostram gratanter offerimus, et eum sincerae 35 caritatis brachiis amplexamur. Nam in veritate cognoscimus, quod ex hoc mutuae dilectionis affectu ecclesiis Dei proveniet non parva utilitas, christianis omnibus, et praecipue ad Domini sepulcrum euntibus, magna securitas, infidelibus autem terror, confusio pariter et egestas.

PRIVILEGIUM PACIS.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Nos Fredericus Dei gratia Ro- 40 manorum imperator et semper augustus, et Heinricus rex filius noster, interventu venerabilis patris nostri Alexandri Dei gratia summi pontificis, et fratrum suorum cardinalium, pro parte nostra et haeredum nostrorum paciscimur vobiscum, domine Willelme, eadem gratia illustris rex Siciliae, quod amodo usque ad quindecim annos observabimus vobis, et haeredibus vestris, et universo regno vestro, et toti terrae dominationis vestrae, ve- 45 ram et firmam pacem. Et quod per nos, vel per quoslibet alios, mari, vel terra, vos praedictum illustrem regem, et haeredes vestros, aut regnum vestrum, et terram dominationis vestrae, sicut praescriptum et determinatum est, usque ad quindecim annos non invademus, nec invadere faciemus, nec vobis, aut regno vestro, et iam dictae terrae dominationis vestrae guerram aliquo modo faciemus. Et ut haec omnia suprascripta 50 firmiter et illibata a nobis supradicto Frederico Dei gratia Romanorum imperatore et

semper augusto, et Heinrico filio nostro rege, et haeredibus nostris, tam vobis supradicto illustri regi Willelmo, quam haeredibus vestris, et regno vestro, et toti terrae dominationis vestrae attendantur, et observentur: nos praedictus imperator bona fide, sine fraude et malo ingenio, in praesentia beatissimi patris nostri papae Alexandri, et cardinalium, et legatorum vestrorum Romualdi venerabilis Salernitani archiepiscopi, et Rogerii egregii comitis Andriae, et principum ac fidelium nostrorum, a comite Henrico de Diessa in anima nostra, supra sancta Dei euangelia, et sanctorum reliquias iurari fecimus, et Heinricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua idipsum iurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem indictionis undecimae. Et principes nostros idem iurare fecimus, videlicet Maguntinum archiepiscopum, Arnoldum Treverensem archiepiscopum, Corradum Guormaciensem electum, Godefridum imperialis aulae cancellarium, Wortwinum protonotarium, markyionem Theodericum de Lusiz, Florentium comitem Holandiae, comitem Dedonem de Groyx, comitem Henricum de Diessa, comitem Roupertum de Durna. Ad huius autem pacti, promissionis et iuramenti nostri et Heinrici regis filii nostri, et principum nostrorum, memoriam et inviolabile firmamentum, praesens privilegium nostrum per manus Wortwini protonotarii nostri scribi fecimus, et imperiali sigillo nostro aureo sigillatum, et praedictorum principum iuramento communitum, vobis suprascripto illustri regi Willelmo fecimus assignari. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Augusti, decima indictione.

1177. Aug.

LITTERAE IMPERATORIS AD CLERUM SALZBURGENSEM[14].

Aug. 9.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilectis suis omnibus praelatis ac ministerialibus Salzburgensis ecclesiae, et universo clero et populo ipsius ecclesiae per Karinthiam et Marchiam constitutis, gratiam suam et omne bonum. Cum Deo pacis auctori et amatori placuit Romanum imperium in unam vocare concordiam cum Romana ecclesia, et pacis iocunditate post diutinos labores universam respirare ecclesiam, subiit animum pro Salzburgensis ecclesiae statu solicitos esse, et eius restaurationi diligenter intendere. Et quoniam per duos sibi invicem oppositos ecclesia graviter distracta fuerat, nec aliqua spes supererat, ut manus quae distraxerant, in integrum possent distracta restituere, tam domno papae, quam fratribus eius dominis cardinalibus, nobis quoque et maioribus imperii principibus visum fuit utile, utrosque removeri, et alium, per quem facilius reformari posset ecclesia, substitui. Post multam igitur deliberationem in gratia et beneplacito domni papae, ac nostro, uterque super hoc verbo se posuit suoque iuri, quod in Salzburgensi ecclesia quisque videbatur habere, in manus domini papae ac nostras penitus abrenunciavit. Vacante sic ecclesia, praelatos Salzburgenses et alios qui cum ipsis aderant, de facienda in alium electione diligenter convenimus. Sed, licet nobis magna supplicarent instantia, ut ad vestram usque omnium praesentiam differretur electio, tamen domni papae mandato ac nostro, et omnium principum consilio, quoniam saepe nocet differre paratis, ad electionem accesserunt, et de gremio ecclesiae Romanae, domnum videlicet Chunradum consanguineum nostrum Palatinum, in ecclesia vestra enutritum, in pastorem et episcopum animarum suarum concorditer et unanimi voto elegerunt. Quam utique electionem domnus papa totaque curia ratam habuit et confirmavit, nosque de regalibus ipsum investivimus cum ea integritate, qua archiepiscopus Eberhardus decedens illa tenuisse dinoscitur. Nam generali principum sententia iudicatum est, quidquid vel per nos dum eiusdem ecclesiae bona in nostra teneremus potestate, vel per quoslibet alios infeudatum, vel quocunque modo sub hoc tempore est alienatum, inane prorsus esse debere et irritum. Quamvis ergo maiestas nostra saepe numero a vobis graviter laesa sit, et acriter, ultra quam vellemus, provocata, tamen divini timoris intuitu, ac beati Ruodberti reverentia, et ex consueta imperialis mansuetudinis clementia, tam vos quam Salzburgensem ecclesiam serena pietate proponimus respicere, et in antiquum statum nostrae auctoritatis munimine revocare.

14) ex chronico Reicherspergensi, ubi et Alexandri papae eadem de re litterae habentur, pag. 254. 255.

1177. Aug. 9. Universitatem igitur vestram diligenter commonitam esse cupimus, ut, quod tam a domno papa quam a nobis ad honorem et restaurationem ecclesiae Salzburgensis in spiritualibus et in temporalibus modo factum est, debita reverentia et alacritate recipiatis, ac ratum teneatis; et domno Chunrado archiepiscopo vestro, dilecto consanguineo nostro, ea fide et devotione et obedire et servire studeatis, ut nostrae benignitatis affectum merito super hoc experiri debeatis. Si quis vero, quod non credimus, his, quae magna consilii maturitate ad utilitatem et reformationem Salzburgensis ecclesiae nunc ordinata sunt, contraire praesumpserit, et a domno papa excommunicationis sententiam recipiet, et nostrae maiestatis indignationem proculdubio sentiet. Datum Venetiae[15].

Aug. 15.

CONFIRMATIO PACIS IN CONCILIO[16].

Excommunicatio violatorum pacis per Alexandrum papam: Nos ex parte Dei omnipotentis, et beatae Mariae semper virginis, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et omnium sanctorum, excommunicamus, et a gremio matris ecclesiae separamus omnes personas, tam ecclesiasticas quam saeculares, quaecumque pacem, quae inter ecclesiam et imperium modo facta est, et pacem regis Siciliae usque ad annos quindecim, et treguas Lombardorum usque ad annos sex, aliquo modo disturbare vel impedire praesumserint. Et sicut hae candelae extinguuntur, sic eorum animae aeternae visionis lumine et claritate priventur.

Sept. 17.

IMPERATORIS[17] PROMISSIO DE PACE OBSERVANDA.

Reverendo in Christo patri domno papae Alexandro, sacrosanctae Romanae ecclesiae summo et universali pontifici, Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, debitam obedientiam et filialis devotionis affectum. Cum imperatoria maiestas a rege regum ad hoc in terris ordinata sit, ut per eius operam totus orbis pacis gaudeat incremento, nos, quos Deus in solio Romani imperii constituit, eam diligentius amplecti et ferventius conservare debemus et volumus. Inde est, quod pacem ecclesiae et imperii, secundum quod a principibus nostris et a cardinalibus Romanae ecclesiae disposita est et ordinata, et in scripto principum nostrorum sigillis eorum signata continetur, sicut per interpositam personam secundum formam, quae in scripto continetur, iurari fecimus, sic praesenti scripto nos firmiter observare promittimus, confirmamus, et ratum inposterum permanere volumus, et sic deinceps firmiter observabimus, et faciemus quantum in nobis fuerit Deo propitio observari. Datum apud Venetias in palatio ducis 15. Kalendas Octobris, indictione 10.

LITTERAE PRINCIPUM IMPERII DE CONFIRMATIONE PACIS[18].

Domino suo ac patri venerando, Alexandro Dei gratia sanctae Romanae sedis et catholicae ecclesiae summo pontifici et universali papae, Christianus Maguntinus archiepiscopus, Philippus Coloniensis archiepiscopus, Wiecmannus Magdeburgensis, Arnoldus Treverensis, archiepiscopi, Conradus Wormatiensis electus, Godefridus cancellarius, Wortwinus[a] protonotarius, F.[b] comes Hollandiae, T.[c] marchio de Luzis, et frater eius Dedo, H.[d] comes de Dietsa[e], R.[f] comes de Durna, filialis devotionis obsequium cum debita obedientia et subiectione. Commoda, quae ex consummata pace ecclesiae et imperii toti mundo proveniunt, ipsa innumerata mala, quae inde vitantur, manifeste ostendunt. Sicut enim ab utriusque concordi providentia orbis terrarum ad salutem et tranquillitatem regitur, ita sub eorum divisione a propria debiti status rectitudine distrahebatur. Gaudeat itaque tellus iam desiderabilis roris visitatione respersa, tam gratiosae pluviae inundatione foecundata, per quam fidelis populi arida sitis depellitur, et omnium iurgio-

a) Worumnus *Mur.* b) Florentius. c) F. *Baronius.* d) Heinricus. e) Diersa *Mur. Bar.* f) Rupertus.

15) litterae Alexandri 5. Idus Augusti datae sunt. 16) ex Romualdo. 17) ex gestis Alexandri. Extat authentica in tabulario Vaticano. 18) ex gestis Alexandri.

rum scandala et scandalorum incendia suffocantur. Nos ergo, pater sanctissime, de tanto concordiae fructu laetantes, ipsam sacratissimam ecclesiae et imperii pacem, sicut ab utriusque partis mediatoribus est disposita et in commune scriptum redacta, et pacem illustris regis Siciliae usque ad quindecim annos, et treugam Lombardorum a proximis Kalendis Augusti usque ad sex annos, sicut a mediatoribus est ordinata et nostris iuramentis firmata et in scriptum communiter redacta, quod scilicet scriptum propriis subscriptionibus ipsorum mediatorum hinc inde confirmatum est et sigillis ipsorum corroboratum, nostri consensus studio et vigore confirmamus, et ratam et inconcussam tenemus, et ut sic observetur, operam dabimus. Et ut haec nostrae confirmationis pagina subsecutis temporibus firma et illibata permaneat, eam propriis subscriptionibus communiri, et nostrorum sigillorum appositione fecimus insigniri. Ego Christianus Maguntinae sedis archiepiscopus subscripsi. Ego P. Coloniensis archiepiscopus et Italiae archicancellarius subscripsi. Ego C. Wormatiensis electus subscripsi. Ego G. imperialis aulae cancellarius subscripsi. Ego W. protonotarius subscripsi.

1177 Sept. 17.

PAX CUM VENETIS[20].

Sept.

In nomine domini nostri Iesu[a] Christi, anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septuagesimo septimo, in mense Septembris indictione 10. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator augustus, damus et reddimus per sacramentum factum a quodam nuntio nostro in anima nostra firmam pacem domino Sebastiano duci Venetiae et omnibus successoribus suis et omnibus Venetis, ut salvi et securi sint per universum imperium nostrum et per universam terram dominationis nostrae quam modo habemus vel quam[b] in antea acquisituri sumus et per universam fortiam nostram, et ubicumquae eos invenerimus vel fortiam habuerimus eundo stando et redeundo in personis et rebus. Si autem contigerit quod offensio facta fuerit, et civitas vel persona requisita fuerit, et infra quadraginta dies offensio emendata non fuerit per consules vel per pottestatem aut per iustitiarios vel per amicabilem compositionem, quam cito hoc nobis significatum fuerit sine fraudulenta mora et sine fraude faciam illud emendare. Quod si prosequi non potuerit suas iniurias et suas rationes, tunc liberam habeat licentiam ipse dux et Venetici prosequendi suas iniurias et suas rationes; et propter hoc pax quae ordinata est in communi[c] non dissolvatur.

Actum Venetiae super solarium praedicti ducis.

Praedictus dominus imperator hoc instrumentum fieri praecepit.

Ego Martinus papalis et imperialis aulae notarius, praecepto domini imperatoris hoc instrumentum scripsi.

PROMISSIO DE FEUDIS[21].

Sept.?

In nomine sanctae et individue Trinitatis. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, pro interventu venerabilis patris nostri domini Alexandri pape et fratrum suorum cardinalium, promittimus tam Lombardis quam Marchianis et illis de Romania, et reliquis de societate ipsorum, vassallis nostris, et hiis qui debent esse vassalli nostri, quod pro fidelitate nobis non prestita vel servitio non exhibito, aut investitura non petita, quamdiu treugue duraverint, nullum de societate ipsorum post treuguam iudicabimus, nec iudicari faciemus, nec propter hoc cuilibet de societate feudum auferemus. Hoc actum in civitate Parme in canonica sanctae Marie.

a) yesu *Alb.* b) quę *Pact.* c) comuni *Alb.*

20) exscripsi ex Libro Albo et Copia de Patti in tabulario secretiori Vindobonensi; ex apographo libri Albi descriptam vulgavit Muratorius SS. T. XXII. p. 518. 21) ex Mittarelli SS. Favent. p. 605. et Muratorii Antiqq. Tradita est charta ex mandato Alexandri III. 6. Id. Oct., a Cardinali Alberto rectoribus societatis Lombardie d. 11. Kal. Nov. 1177.

1177. Dec. 4.

CONSTITUTIO AUXIMANA.

Editam a Sarti in libro de claris archigymnasii Bononiensis professoribus T. II. p. **69.** *ex codice Vaticano, et a Canciani T. V. pag.* **47. 48.** *ex codice meliori* **1)** *Dolleonio, iam ope codicis* **2)** *Vaticani Nro.* **1435.** *fol.* **226.** *a Blumio nostro collati, quem eundem ac illum unde editio princeps manavit esse crediderim, et* **3)** *regii Monacensis olim Kaisersheimensis membr. sec. XIV. a V. Cl. Föringer in usum nostrum ultro collati, in quo post Feudorum L. II. c.* **54** *habetur, recognovimus.*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et[a] semper augustus, cunctis imperio nostro[b] subiectis.

1. Hac edictali lege in perpetuum valitura decernimus, ut nullus[c] iudex, magnus vel parvus, archiepiscopus seu abbas, vel marchio vel comes, vel vicecomes[d] vel quilibet noster nuntius[e], de sententia diffinitiva ultra 12 denarios de libra ab actore vel a reo accipiat secundum quantitatem[f] in libello comprehensam; de sententia vero possessionis 6[g] denarios de[h] libra. Quae iudicatura sic percipienda est[i], ut ille qui maior est[k] iudex vel vicarius, habeat medietatem[l]; iudices autem medietatem aliam[m]. Haec[n] autem in civilibus causis; idem[o] in peccatis[p] criminalibus, si perventum fuerit ad pecuniae[q] extimationem.

2. De bonis autem dampnatorum seu proscriptorum, secundum quod in nostris[q*] constitutionibus cavetur, sic iubemus in ipsos[r] observari.

3. De bonis vero decedentium[s] sine liberis vel sine testamento, secundum quod in legibus Romanorum imperatorum statutum[t] est, sic ratum esse statuimus[u].

4. Si quis vero miserabili personae fortuna naufragiorum aliquid abstulerit, poenae antiquae[v] legum subiaceat.

5. Si quis nuntiorum nostrorum[w] contra hoc legum statutum venire[x] praesumpserit et ausus[y] fuerit, 20 librarum[y*] argenti poenae subiaceat, insuper mulctandus prout[z] animi nostri motus suggesserit; quod sic volumus intelligi, si sit civitas, dux, marchio, seu[*] comes[a], vel vicecomes, vel aliqua persona magna[b], vel castrum magnum. Si vero parva persona est[c], poenae unius marchae[d] subiaceat, aut[e] corporalem[f] castigationem sustineat[g].

6. Praeterea volumus, ut nullus iudex die[h] peremptorii edicti[i] sententiam proferre audeat[k], quia ista tota dies[k*] datur vocato ad iustitiam[l], nisi immineat necessitas[m] iudici absentem vocare.

Actum est hoc 1177[n]. die dominico 4. die mensis Decembris[o] indictione decima. Data aput Auximon; ad perpetuam rei memoriam. Amen[p].

a) *deest* 1. b) n. i. 2. *Sarti.* cunctis modo (*multo posteriori manu corr* suo) imperio 3. c) ullus 2. d) vel vicecomes *desunt* 2. *Sarti.* e) noncius 2. f) qualitatem 1. g) VII. 2. *Sarti.* h) pro 1. i) est ille 2. *Sarti.* est uero i. 3. k) est maior 2. 3. l) i. a. m. a. *desunt* 2. *Sarti.* m) aliam medietatem habeat 3. n) Hoc 2. *Sarti.* H. a. *desunt* 3. o) at *Sarti.* c. et tum 2. *deest* 3. p) *ita emendavi.* peccun *Canciani; deest* 2. 3. *Sarti.* q) pena exactionem 3. q*) q. novis 2. 3. *Sarti.* r) i. i. *desunt* 3. s) desendencium 3. t) staut *aut* stant 3. u) sic tamen habemus 3. v) penis antiquarum legum 3. w) *ita* 3. n. in eorum 2. n. meorum 1. nuntius .... *Sarti.* x) uenire stant (*aut* staut) 3. y) auso 3. y*) libras *edd.* z) p. animisi sit ciuitas. dux marchio nostri outus suggesserit mulctatus 2. prout nostri animi uceus subgesserit multandus 3. p. ausa sit ciuitas dux marchio ..... mulctandus *Sarti.* *) uel 3. a) vel vicecomes *post* persona magna *scribitur in* 2. *Sarti.* b) m. p. 2. 3. c) sit 2. *Sarti.* d) marchiae 3. e) vel 2. 3. *Sarti.* f) cā penali 3. g) *deest* 3. h) *deest* 3. i) p. e. d. 2. *Sarti.* k) ꝑf'eudat 3. k*) ista dies tota 3. d. iudici tota 2. d. iudicii tota *Sarti.* l) instanciam 3. m) uecofitas 3. n) Mill. C. LXXII. 1. o) mense decembri *Canc.* p) *Data est ita in Vat.:* Die domini nostri mensis decembris 1177. indictione 10. data apud auximon. *Sarti:* die domini 4. mensis decembris 1177. indict. 10. data apud auximum. *in Monacensi* uocare. Datum die dominica 4. Octob. apud auxilinem.

CURIA GEILENHUSANA.

1180. April.

Ex actis eius sistimus constitutionem ducatus ecclesiae Coloniensis in Westfalia primum a Gelenio vulgatam, cuius authenticum aurea bulla munitum sed lectu difficillimum ut asseritur, in tabulario re- 5 *gio Berolinensi adservatur, et sententiam de advocatis ecclesiarum et de munitionibus in civitate episcopali non erigendis, quam pridem in Ochs historia Basileensi editam, iam beneficio V. Cl. Wackernagel professoris publici in academia Basileensi, ex autographo diligentissime descriptam iterum proponere licet.*

10 ## CONSTITUTIO DUCATUS COLONIENSIS IN WESTFALIA.

April 13.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Quoniam humana labilis est memoria, et turbae rerum non sufficit, praedecessorum aetatis nostrae divorum imperatorum et regum decrevit authoritas, litteris annotare, quae fluentium temporum antiquitas a notitia hominum consuevit 15 alienare. Proinde tam praesentium quam futurorum imperii fidelium noverit universitas, qualiter Henricus quondam dux Bavariae et Westphaliae, eo quod ecclesiarum Dei et nobilium imperii libertatem, possessiones eorum occupando, et iura eorum imminuendo, graviter oppresserit, ex instanti principum querimonia, et nobilium plurimorum, quia citatione vocatus maiestati nostrae praesentari contempserit, et pro hac contumacia 20 proscriptionis nostrae inciderit sententiam, deinde quoniam in ecclesiis Dei et principum et nobilium iura et libertatem grassari non destiterit, tam pro illorum iniuria, quam pro multiplici contemptu nobis exhibito, ac praecipue pro evidenti reatu maiestatis et sub feodali iure legitimo, trino edicto ad nostram citatus audientiam, eo quod se absentasset, nec aliquem pro se misisset responsalem, contumax iudicatus est, ac proinde 25 tam ducatus Bavariae, quam Westphaliae et Angariae, quam etiam universa, quae ab imperio tenuerit beneficia, per unanimem principum sententiam in solemni curia Wirziburc celebrata, ei abiudicata sunt, nostroque iuri addicta et pōtestati. Nos itaque habita cum principibus deliberatione, communi ipsorum consilio, ducatum, qui dicitur Westphaliae et Angariae, in duo* divisimus, et consideratione meritorum, quibus dilectus prin- 30 ceps noster Philippus Coloniensis archiepiscopus ob honorem imperialis coronae promovendum et manutenendum, nec rerum dispendia nec personae formidans pericula, gratiae imperialis promeruit privilegium, unam partem, eam videlicet quae in episcopatum Coloniensem et per totum Patheburnensem episcopatum protendebatur, cum omni iure et iurisdictione, videlicet cum comitatibus, cum advocatiis, cum conductibus, cum man- 35 sis, cum curtibus, cum beneficiis, cum ministerialibus, cum mancipiis, et cum omnibus ad eundem ducatum pertinentibus, ecclesiae Coloniensi legitimo donationis titulo imperatoria liberalitate contulimus, et requisita a principibus sententia, an id fieri liceret, adiudicata, et communi principum et totius curiae assensu approbata, accedente quoque publico consensu dilecti consanguinei nostri, ducis Bernhardi, cui reliquam partem du- 40 catus concessimus, praememoratum archiepiscopum Philippum portione illa ducatus, suae collata ecclesiae, vexillo imperiali solemniter investivimus. Hanc igitur legitimam maiestatis nostrae donationem et investituram Coloniensi ecclesiae et saepe dicto principi nostro Philippo archiepiscopo, omnibusque suis successoribus confirmamus, et in omne posteritatis aevum eis ratam permanere volentes, ne quis eam ausu temerario infringere 45 vel quomodolibet violare attemptaverit, imperiali edicto inhibemus, et hanc nostram constitutionem praesenti privilegio aurea excellentiae nostrae bulla insignito corroboramus authentice, testibus annotatis qui huic facto interfuerunt. Sunt autem hi: Arnoldus Trevirensis archiepiscopus, Wigmannus Madeburgensis archiepiscopus, Conradus Salsburgensis, Sifridus Bremensis electus, Conradus Wormaciensis episcopus, Rudolphus Leo- 50 diensis episcopus, Bertramus Metensis episcopus, Arnoldus Osnaburgensis episcopus, Con-

*) deest.

1180. April 13. radus abbas Fuldensis, Adolphus abbas Hirsfeldensis, Lotharius praepositus Bunnensis, Luduicus Palatinus Saxoniae et landgravius Thuringiae, Bernhardus dux Westphaliae et Angariae, Godefridus dux Lotharingiae, Fridericus dux Sueviae, Otto marchio de Brandeburg, Theodoricus marchio de Lusiz, Dedo comes de Groix, Sifridus comes de Orlamunde, Robertus comes de Nassove, Emicho comes de Linninche, Engelbertus comes 5 de Monte, Theodoricus comes de Hostaden, Gerardus comes de Nurberc, Henricus comes de Arnisberc, Hermannus comes de Ravinsberch, Henricus comes de Kuc, Wernerus comes de Vittinckinstein, Widikindus de Waltecke, Fridericus de Arrifurde, Hartmannus de Butingin, Wernerus de Boulande, Conradus pincerna, Henricus marscalcus de Bappenheim, Sibodo de Groix camerarius, et alii quam plures. 10

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus imperialis aulae cancellarius vice Christiani Moguntinensis sedis archiepiscopi et Germaniae archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis **1180.** indict. **13.** regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius **29.** imperii vero **26.** feliciter Amen. 15

Datum in solemni curia in Gelinhusen in territorio Moguntino Idibus Aprilis.

1180. Apr.

SENTENTIA DE ADVOCATIIS EPISCOPORUM ET MUNITIONIBUS.

F. Dei gracia Romanorum imperator et semper augustus, Wernero Basiliensi advocato et universis baronibus et ministerialibus ecclesiae Basiliensis, graciam suam et omne bonum. Universitati[a] vestrae notum esse volumus, quod ad postulacionem fidelis 20 nostri[b] Hugonis Basiliensis episcopi, querentis[c] si vacante qualibet advocacia maior ipsius civitatis advocatus aliquid in ea iuris haberet, a cunctis principibus clericis et laicis qui aderant in loco qui dicitur Geilenusen, per fidelitatem a nobis interrogatis, iudicatum est, quod episcopus vacantem sibi cuiuscunque loci advocaciam vel in manu sua quantocunque vult tempore retinere potest, vel alii cuicunque dare; ita quod si eciam 25 maior civitatis advocatus hoc contradicere voluerit, ipsius contradictio vel peticio in hac re nullum penitus habebit vigorem. Hoc eciam in iamdicto loco et a principibus ibidem congregatis iudicatum est, nulli personae licere municionem aliquam novam que vulgo dici possit wicborc in civitate praeter ipsius episcopi voluntatem vel erigere vel erectam tenere. Principes vero qui in confirmacione praedictarum sentenciarum conve- 30 nerunt, hi sunt: archiepiscopus Coloniensis, archiepiscopus Magdeburgensis, archiepiscopus Bremensis, archiepiscopus Treverensis, archiepiscopus de Salceburc, episcopus de Lutheche, episcopus Wormatiensis, episcopus de Osenbruche, episcopus de Verdene, episcopus de Regenespurch, episcopus de Babenberh, cancellarius Gotfridus, dux de Limpurh, comes Theto, comes Berchtholdus de Anedes, comes Symon de Sarebruche, comes 35 Engelbreht de Bergen, comes Tiodericus de Landesperh, marchio Otto de Orlemunde, comes Embecho de Liningen, comes Sigefridus de Orlagemunde, marchio Thiodericus de Anhalt, marchio Berchtholt de Ystiriche, Palatinus de Witilitelispach Otto senior, comes Heinricus de Cug, comes Heinricus Rasp nepos imperatoris, comes de Lono, comes de Arensperh, comes de Veltheim, comes Herardus de Alcena, comes Rudolfus 40 de Cigena, comes Albertus de Eberstein, dominus Egelolfus de Urselingen, dominus Wernherus de Bolande, et multi alii liberi et ministeriales.

a) universitatis *corr.* universitati. b) hic tribus litteris spatium vacat. c) . . . rentis *corr.* querentis.

1182. Mai 31.

CURIA MOGUNTINA.

Sententiam de libertate clericorum a collectis ad usum imperii sol- 45 vendis ex diplomatario ecclesiae Wormatiensis membranaceo anno **1400** *circiter exarato, quod hodie in tabulario Darmstadiensi adservatur, exscripsit nobisque transmisit Boehmerus noster.*

1182. Mai 31.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus divina favente clemencia Romanorum imperator augustus. Ad eterni regni meritum et ad imperii temporalis incrementum apud regem regum nobis proficere non ambigimus, si ecclesiis Dei iura sua eis conservando imperiali clementia salubriter provideamus. Universis igitur imperii nostri 5 fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod Wormaciensis ecclesie canonici ad nostre maiestatis accedentes presentiam, sua nobis conquestione monstrarunt, quod cives Wormacienses ecclesie sue ministros indebite vexarent et ad solvendas de suo peculio collectas, que in civitate ad nostrum fiunt obsequium, ipsos acriter angariarent. Dum itaque in curia Maguncie celebrata, presentibus tam canonicis quam civibus Wor- 10 maciensibus, super hac questione sententiam requireremus, a curia nostra iudicatum fuit, quod universi ecclesiarum ministri ab huiusmodi exactionibus liberi esse debeant et immunes, hii videlicet, qui fratribus et ecclesie cottidie in propria persona deserviant, nec mercimoniis operam dant, nec foro rerum venalium student, nec pro subterfugio nostre collecte obsequio fratrum se applicant. Nos itaque omnes huiusmodi ecclesie 15 Wormaciensis ministros, qui certi et publici mercatores non sunt, ab omnibus angariis et perangariis, ab exactionibus et collectis, auctoritate imperiali absolvimus, et, ut ecclesie ac fratribus libere servire possint ac devote, immunes esse decernimus. Statuentes, ut quecunque persona, parva seu magna, hanc nostram constitucionem violare seu quolibet modo[a] attemptare presumpserit, centum libras auri componat, quarum una me- 20 dietas fisco imperiali, altera vero ecclesie et fratribus iniuriam passis persolvatur. Ut igitur hec in omne evum rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus communiri.

Huius rei testes sunt: Philippus Coloniensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Ulricus Spirensis episcopus, Arnoldus maior prepositus in Maguncia, Ru- 25 dolfus imperialis aule prothonotarius, Heinricus decanus maior[b] ecclesie in Maguncia, Sifridus magister scolarum, Hermannus cantor, Ruckerus archipresbiter, Meinhardus decanus Wormaciensis, Conradus magister scolarum, Conradus cellerarius, magister Gerhardus, Ludowicus. Laici: Heinricus comes de Dietse, Hartmannus de Budingen, Dudo cammerarius. Cives Wormacienses: Wernherus thelonearius, Wigandus, Gernodus, 30 David, et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus imperialis aule cancellarius vice Christiani Maguntinensis sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis 1182, indictione 15. regnante Friderico 35 Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 31, imperii vero 28. Datum Maguncie in sollempni curia, 2. Kal. Iunii.

a) *deest in cod.* BOEHMER. b) maioris *legendum esse videtur.* BOEHMER.

RECONCILIATIO TERDONAE.

1183. Febr. 4.

Ex Muratorii Antiquitatibus T. IV. pag. **290.**

40 In nomine domini nostri Iesu Christi. Haec est forma reconciliationis, qua civitas Terdona et eius habitatores ad gratiam domini imperatoris redierunt. Dominus imperator per interpositam personam, scilicet per Conradum de Belalus, super animam suam fecit iurare, quod civitas Terdona de cetero non destruetur nec per se nec per aliquem suorum: sed potius habet eam salvare et custodire, necnon personas et res eorum civium 45 bona fide et sine fraude, ad honorem et utilitatem imperii, et ipsius civitatis Terdonae. Nec ipsam civitatem dabit alicui homini: et suos castellanos permittet et consentiet sub-

1183. Febr. 4. iacere civitati Terdonae, sicut castellani Papienses subiacent civitati Papiae; nec habet eos castellanos civitati Terdonae auferre, nec per se nec per alium. Maiores exactiones non exiget a civibus Terdonae et ab oppidanis, sed quomodo ipse exiget a Papiensibus et eorum castellanis, secundum quantitatem personarum et aeris. Et hoc bona fide et sine fraude. Privilegia vero et donationes, quae quasve fecit de civitate Terdonae, vel 5 de castris et villis et possessionibus ipsius episcopatus, praesertim de Serravalle et de aliis, sine fraude bona fide revocat et cassat, et cassata non confirmabit. Possessiones ecclesiae Terdonae, quas nunc habet et tenet, sive per se sive per alium non habet auferre. Et faciet marchionem de Monteferrato quiescere de oppido Statiani, ne episcopus de cetero inquietetur a marchione occasione datae pecuniae. Et habet iubere Papiensi- 10 bus, ut de cetero teneant pacem Terdonensibus, et ut iuvent se cum eis de omnibus guerris eorum suis sumptibus, et faciant vivam guerram inimicis Terdonae. Et praecipiet Papiensibus, quod remittent omnes suprascriptos castellanos Terdonensibus, quos nostra remittimus et confirmamus auctoritate. Castellanos vero eos intelligimus, qui in montanis et planis habitant, praesertim illos de Copara, de Azano, de Castro Novo, de 15 Bagnolo, de Pontecurono, de Puzolo, de monte Merlino, de Vipegolo, de Bagnara, de monte Legali, de Belignano, de Faurega, de Gremiasco, de monte Acuto, de Dernice, de monte Ebore, de Merlasino, de Boligo, de Brusa moneca, de Liprando, de monte Iardino, de monte Iaro, de Savignone, de Grondona, de Persio, de Pobleto, de monte Alto, de Arquada, de monte Cuco, de Praecipiano, de Serravalle, de Cassiano, de Sta- 20 tiano, de Brion, de Nova, de Bosco, de Villa, de Olasca, de Sarzano. Et facit finem de omnibus maleficiis, quae Terdona domino imperatori vel suis militibus vel praedictis fecerunt; et malum meritum non reddet Terdonensibus. Marchas, quas olim dabant Terdonenses, remittit, nec de cetero eas exiget. Et faciet hominibus de Serravalle finem de omnibus maleficiis, quae erga dominum imperatorem vel suos fecerunt. Et permittit 25 hominibus Terdonae habere consulatum, et macella et molendina et vias publicas habere et tenere, sicut permittit Papiensibus. Sicut Conradus Belalus iuravit pro domino imperatore, et pro se, sic et principes et nobiles subscripti iuraverunt pro se.

Theodoricus marchio de Landesbe, Florentinus comes Hollandiae, Bernardus comes Saxoniae, Conradus de Monteferrato, Recherius comes de Blanderan, Conradus de Boresbe, 30 Constantinus de Berga, Cono de Nunxeberc*, Henricus marscalcus, Walterius dapifer, Conradus pincerna. Insuper iuravit archiepiscopus Coloniensis cancellarius imperialis, Gotefredus comes, Henricus de Ditze. In hac autem conventione comprehendit dominus imperator, quod civitas Terdona, et eius districtus non recipiat aliquem vel aliquos homines, qui de octo villis infrascriptis apud Paleam collecti sunt. Si vero recepti fue- 35 rint infra octo dies ab eo die, quo ab imperatore Federico vel a marchione de Monteferrato vel eorum certo nuntio requisiti fuerint, vel a rege vel a suo nuntio certo, eos dimittant vel restituant. Sunt autem hae villae: Marenge, Gamondi, Oville, Four, Bergul, Solere, Vagent, Rovere.

*) Münzenberg.

Actum anno Domini 1183. indictione 1. regnante domino Federico Romanorum 40 imperatore invictissimo, pridie Nonas Februarii.

SACRAMENTUM TERDONENSIUM.

In nomine domini Iesu Christi. Hoc est sacramentum fidelitatis, quod iuraverunt consules Dertonenses, Ido, Ubertus, et Buscho, cives Dertonenses, domino Federico imperatori, et filio eius regi Henrico, et dominae Beatrici Romanorum imperatrici augustae. 45 Ego iuro ad sancta Dei euangelia, quod ab hac die in antea semper ero fidelis domino Federico imperatori, et domino Henrico regi Romanorum, et dominae Beatrici imperatrici augustae. Nec ero in facto, quod perdant vitam vel membra vel honorem. Et bona fide et sine fraude iuvabo eos tenere regnum Italiae et honorem coronae; et nominatim civitatem Dertonae, et episcopatum et comitatum; et dare eis civitatem ad of- 50 fensionem et defensionem. Et si perdiderint regnum Italiae vel civitatem, et episcopatum et comitatum Dertonae, bona fide et sine fraude iuvabo eos recuperare, et recuperata tenere. Et credentias, quas ipsi per se vel per certos suos nuntios mihi insinuaverint, vel per literas, secretas tenebo, nec pandam ad detrimentum personarum, vel ho-

noris eorum. Et pacem faciam omnibus amicis eorum et servabo; et guerram vivam faciam omnibus inimicis eorum; nec guerram recredutam faciam hostibus eorum et imperii, secundum mandatum domini imperatoris, vel domini regis, vel dominae imperatricis, vel legati, quem ipsi ad hoc factum destinaverint. Et nos operam dabimus bona 5 fide et sine fraude, quod omnes homines civitatis Dertonae fidelitatem in hac eadem forma iurent domino imperatori Federico, et suo filio regi Henrico, et dominae Beatrici augustae imperatrici. 1183. Febr. 4.

Anno domini 1183. indictione 1. pridie Nonas Februarii.

PACTA PLACENTINA.

1183.

Debemus ea praecipue Muratorio, qui ea ex tabulario communita- 10 *tis Mutinensis in Antiqq. suis T. IV. pag.* **292** *sqq. evulgavit; sacramentum pacis Savioli in Ann. Bolognensibus T. II. P. II. p.* **118. 119.** *ex charta tabularii communitatis Placentiae addidit.*

POTESTAS IMPERATORIS.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, dilectis ac fidelibus 15 suis, Astensi episcopo, marchioni Henrico Guerce, et fratri Theodorico, gratiam suam et bonam voluntatem. Quia vestrae devocionis ac studii fidem in multis rerum experimentis probatam nobis et cognitam habemus, magna imperii negocia industrie vestre sincera fidelitate tractanda committere non dubitamus. Itaque verbum tractandae pacis et concordiae inter nos et Lombardos eos, qui rebelles sunt imperio, sinceritati vestrae propo- 20 nendum et consummandum committimus, plenam vobis nostrae auctoritatis potestatem conferentes, ut quaecumque vos acceptaveritis, nos quoque acceptemus, et quae promissione vel iuramento firmaveritis, nos rata habeamus et exsequamur [a].

RESPONSUM EX PARTE IMPERATORIS AD PETITIONEM SOCIETATIS.

25 In Christi nomine. Super questione regalium sic respondemus. Facta vobis civitatibus societatis et personis concessione regalium et consuetudinum vestrarum in perpetuum, tam in civitate quam extra civitatem, videlicet, ut in ipsa civitate et suburbiis seu cohaerentibus edificiis, veluti in castro Veronae, et Brixiae, omnia in integrum habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis per commune et divisum, seu tenetis; et si quid in 30 ea amplius, ad imperium pertinet. Extra vero omnes consuetudines sine contradictione domini imperatoris F. et successorum eius exerceatis, quas quidem quondam exercuistis, vel modo exercetis, scilicet in fodro, in exercitu, in munitionibus civitatum, et in iurisdictione plena, in pascuis, molendinis, in aquis, aquarum usibus, in pontibus, toloneis, et communanciis, et in ceteris, que ad commoditatem civitatum et personarum societa- 35 tis spectant; ita ut unaquaeque civitas predicta habeat in suo episcopatu et comitatu seu districtu, nisi consuetudo, aut pacti tenor restiterit. Et ita ut ex presenti concessione imperiali nullum preiudicium iuri aut consuetudini alicuius civitatis, nec aliquod ius acquiratur super his, de quibus discordia est. Volumus, ut alia regalia in hunc modum cognoscantur. Homines tam de civitate quam de episcopatu eligantur viri 40 bone opinionis, et qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra civitatem nec contra imperatorem privato vel speciali odio teneantur. Qui iurent bona fide, et sine fraude perquirant, et inquisita consignabunt ea, que specialiter ad imperatorem spectant: et quod concorditer dixerint, obtineat. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaveritis, censum duarum mille marcharum per singulos annos petimus, ita 45 tamen quod competenti moderamine moderetur etiam quantitas ista, si enormis visa

1183. fuerit. Si quis autem super his, quae vobis concessa sunt, vel promissa, sive in civitate sive extra civitatem, querimoniam apud imperatorem vel eius nuntium deposuerit, eius querimoniam dominus imperator non admittet, nec eius nuntius, sed silentium eis imponet. Hoc, quod dominus imperator, vel eius antecessor rex, vel imperator, vel alius, qui pro eo tenebat, episcopis, clericis, vel aliis quibuscumque personis clericis vel 5 laicis ante tempus guerre dedit, vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum dominus imperator habeat, nec possessionem de predictis inquietabit, salvis superioribus concessionibus et promissionibus civitatibus factis in integrum, et pro eo solita servicia exhibeantur, sed census non prestetur, sentenciis, transactionibus, refutationibus, privilegiis in dampnum alicuius ecclesiae, vel civitatis, persone, societatis, datis vel factis, 10 cassatis. Regalia et commoditates, quas pro bono pacis civitatibus vel personis societatis superius concessimus seu promisimus in civitate vel extra, liberas ab omni prestatione census esse statuimus. Privilegia omnia, et data, et concessiones, que in preiudicium ecclesiarum vel civitatum vel locorum, vel personarum societatis occasione guerrae vel discordiae ecclesiae, vel in iniuriam alicuius predictarum a domino imperatore vel 15 nuntiis eius indulta sunt, cassentur, et in irritum deducantur. In civitate illa, in qua episcopus apostolicus habet comitatum, cives illius civitatis non teneantur ab imperatore consulatum recipere. In civitate vero, in qua episcopus per privilegium imperatoris comitatum habet, si consules per ipsum episcopum auctoritatem consulatus recipere solent vel volent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin ab imperatore vel 20 nuntio eius gratis in Lombardia recipiant vel requirant. Ita quod investitura uni consuli vel pluribus facta omnium nomine vel requisita sine fraude, sufficiat: nec cogatur ipse vel eius successor, denuo ab eo investituram recipere vel requirere, donec imperator idem vixerit. Cum autem imperator defunctus fuerit, vel regnum filio suo concesserit, simili modo in Lombardia a filio eius vel successore investituram recipiant vel 25 requirant. In causis appellationum si quantitas centum librarum imperialium excesserit, appellatio ad imperatorem licite fiat: ita tamen quod non cogantur in Alamanniam ire; sed imperator habeat proprium nuntium in civitate vel episcopatu, consilio consulum civitatis electum, qui de ipsa appellatione infra civitatem illam vel episcopatum cognoscat et diffiniat. Consules, qui in civitatibus constituuntur, tales sint, qui fidelita- 30 tem fecerint domino imperatori, vel faciant sicut cives in ipsa civitate, antequam consulatum recipiant. Vassalli imperatoris ab eo investituram recipiant et fidelitatem faciant sicut vassalli. Cives vero secundum consuetudinem obtinentem ante regnum domini Federici. Vassalli tam clerici quam laici, qui investituram tempore guerrae non postulaverunt, vel debita servicia imperatori non exhibuerunt, vel occasione societatis eum 35 offenderunt, hac occasione feudum non amittant, nec propterea in ius vocentur.

Libellarie et precarie in suo statu permaneant, secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante domini Federici imperatoris ...... [a] nisi in ea civitate, que sponte eam servare voluerit. Dampna omnia et iniurias, quas dominus imperator per se vel per suos ab universitate societatis vel ab aliquo de societate vel coadiutoribus societatis 40 sustinuit, gratis remittet, et remitti faciet a suis qui dampna sunt passi, et plenitudinem gratie sue eis dabit. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro dampno civitatis non faciet. Civitates munire, et extra munitiones facere eis liceat; nec alicui de societate, qui non sit in comitatu vel episcopatu vel districtu alicuius civitatis vel de societate, castrum vel civitatem vel ullam munitionem facere vel reficere liceat, absque con- 45 silio et voluntate ipsius civitatis. Item societatem, quam nunc habent, tenere, et quociens voluerint, renovare eis liceat. Pactiones timore imperatoris vel per impressionem nuntiorum eius extorte in irritum deducantur. Pacta Placentinorum et episcopi Paduani et Veronensium et Vicentinorum civium, et si que sunt similes, et si quid ex his pactionibus debetur, remittatur. Sententie quoque, que de iure secundum leges contra ali- 50 quem vel aliquos de societate late sunt, teneant; si tamen contra eos tenerent, si graciam imperatoris haberent. Que vero contra aliquem de societate vel aliquos late sunt occasione guerre vel discordie ecclesie vel societatis, in irritum deducantur. Possessiones quas quisque de societate a tempore regni eius tenebat, seu tenuit, si ablate sunt ab his, qui non sunt de societate, restituantur; vel si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi 55 per electos arbitros ad cognitionem regalium imperii assignentur, salvis superioribus

a) constitutione?

1183. concessionibus seu permissionibus. Alexandria, Dei gratia, misericordia imperialis benevolentie, civitas remaneat, et statum civitatis obtineat, et omni privilegio civitatum societatis gaudeat intra et extra, et earum consuetudinibus libere utatur. Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii et Mar-
5 ciane et Burgarie et in aliis comitatibus modo exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradictione domini imperatoris Federici et successorum eius: salvis pactis, datis et concessionibus, et in suo robore durantibus, que Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergami, Novarie, Laude, nec propter hanc concessionem ledendis. Opizoni marchioni omnem offensam, quam cum societate vel per se vel per aliquam aliam per-
10 sonam contraxit, imperiali clementia remittet, et in plenitudinem gratie sue eam* recipiet. Nec per se, nec per interpositam personam pro preteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferet lesionem, nec ad rationem faciendam eam* compellet; et possessiones, quas habet in Tertona et episcopatu, ei restituantur. Omnes de societate, qui fidelitatem domino imperatori iurabunt, in sacramento fidelitatis adiicient, quod possessiones et
15 iura, que dominus imperator in Lombardia habet et possidet extra societatem, iurabunt, eum bona fide manutenere, si opus fuerit, et super hoc si per imperatorem vel eius nuntium requisiti fuerint; et si amiserit, recuperare; ita videlicet quod finitime civitates obnoxie sint principaliter ad hoc faciendum; et si opus fuerit, alie teneantur ad competens auxilium prestandum. Civitates societatis, que sunt extra Lonbardiam in suo con-
20 finio, similiter teneantur facere. Si qua civitatum ea, que in conventione pacis ex parte imperatoris statuta sunt, omnino non observaverit, cetere civitates ad id observandum bona fide compellent. Imperatori intranti in Lombardiam causa suscipiende corone fodrum consuetum et regale, qui solent et debent, parabunt. Vias et pontes bona fide et sine fraude et sufficienter reficient in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens sibi et
25 suis eunti et redeunti bona fide et sine omni fraude parabunt. Si qui ex parte imperatoris de possessionibus suis expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno dato, et offense remittantur: salvis prioribus omnibus concessionibus seu permissionibus, et salva compositione, de qua actum fuit inter Papienses et parentes Egidii de Prando pro morte eius, nisi possessor munitus fuerit privilegio, vel investitura imperatoris vel regis, seu
30 alio iure, et nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat. Quo casu arbitrio boni viri volumus pro restitutione succedere, pactis inter civitates factis, presertim ante imperium domini imperatoris, in suo robore durantibus, veluti quod factum fuit inter Bononienses et Faëntinos et Imolenses. Si quando controversia de feudo orta fuerit inter dominum imperatorem et alium qui sit de societate, per pares illius civitatis et episco-
35 patus, in qua discordia agitur, secundum consuetudinem Lombardie in eodem episcopatu et civitate terminetur.

*) eum *) eum

PETITIO SOCIETATIS.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen. Nos sumus in concordia, quod civitates et persone, que sunt in societate Lombardie, et esse intelligimus, sine fraude talem
40 pacem et concordiam habeant cum domino imperatore Federico, recuperata eius gratia: scilicet ut imperator habeat omnia illa, que sui antecessores habuerunt a predictis civitatibus et personis, vel suis antecessoribus, sine manifesto metu et violentia a tempore postremi Henrici imperatoris: videlicet fodrum regale et consuetum, sive consuetam paratam, et consuetum transitum, et sufficiens mercatum. Et debet transire pacifice, ita
45 quod in episcopatu vel comitatu aliquo fraudulentam moram non faciet. Vassalli quoque fidelitatem imperatori et filio eius Henrico regi faciant, et expeditionem, et faciant secundum quod soliti sunt, et est antiqua consuetudo, remissa omni offensione. A civibus quoque secundum mores civitatum fidelitatem suscipiat ipse et filius eius, remissa omni offensione[a]; et similiter remissa omni offensione civitatibus et locis et
50 personis, que sunt vel fuerunt ex parte imperatoris. Regalia vero, que per eum vel antecessores eius tam clericis quam laicis fuerunt detenta, et per ipsum seu antecessores eius investita, quiete dimittat, nec de cetero impediat. Cetera vero regalia consueta, que fuerunt detenta ab antecessoribus eius, sine manifesto metu et violentia a tempore

a) A ciuibus *usque* offensione *bis leguntur apud Muratorium.*

1183. postremi regis Henrici, habeat et teneat. Sin autem de predictis rebus vel aliis quibuscumque orta fuerit contentio inter imperatorem et civitates et loca et personas, eligantur sex boni viri et idonei, tres ex parte imperatoris, et tres ex parte civitatum vel civitatis vel locorum vel persone, cum quo vel cum qua civitate imperator contentionem habuerit: qui sex iureiurando prestito causam illam examinent, et in veritatem, prout melius 5 poterint, inquirant; et illam causam bona fide et sine fraude diffiniant: et quod dixerint, ab utraque parte teneatur et firmetur. Et nominatim liceat predictis civitatibus et personis singulis habere consulatum vel potestatem more solito; sub quo homines eius civitatis et eius episcopatus et districti se conveniant et distringant ad iustitiam faciendam et punienda delicta, secundum quod a civitatibus statutum est vel fuerit: ita quod pre- 10 dicte civitates et persone ab imperatore, qui pro tempore est vel erit, vel ab eius misso in Lombardia, pro ipso consulatu vel potestate semel investituram accipiant pro communi civitatis. Et liceat predictis civitatibus et personis vel rectoribus earum colligere fodrum, et facere coltam, et omnia alia, sicut consueverunt, sine prohibitione imperatoris vel eius missi, salvo domino imperatori ius appellationum et ordine in sententiis. 15 Consuetudines quoque et commoditates, quas civitates et homines de societate habere consueverunt in pascuis, piscationibus, molendinis, furnis, tabulis cambiatorum et negociatorum, macellis, domibus, quas habent edificatas in viis publicis, et ceteras consuetudines antiquas, eisdem civitatibus et omnibus de societate quiete habere et tenere permittat. 20

Praeterea dominus imperator nullam exactionem pecuniariam habeat in civitatibus societatis vel suburbiis civitatum vel in civibus. Item dominus imperator remittat et remitti faciat omnes offensas et maleficia, que aliqua predictarum civitatum, vel aliquis locus, vel marchio, vel comes, vel aliqua persona huius societatis quocumque tempore, quacumque occasione, ei vel imperio vel alicui sue partis fecerit. Et liceat predictis ci- 25 vitatibus, locis, et personis munitiones civitatum et castrorum, et eadem castella habere et tenere et meliora facere et nova edificare et reficere, salvis conventionibus et concordiis Cremone et aliarum civitatum et personarum et locorum, inter se factis, et nominatim salvis conventionibus et pactis de Crema non restauranda; et de municionibus et castris inter Oleum et Aduam non faciendis, sicuti continetur sine fraude in privilegiis 30 et cartis Cremonensium, et a civitatibus et ab imperatore sibi factis. Item sententiae usque modo a consulibus civitatum seu locorum sive a praedictis personis vel rectoribus latae, nec appellatione vel aliqua legitima contradictione suspensae, vel si super causam appellationis vel contradictionis latae fuerint, firmae permaneant, et ut de criminibus iam commissis criminalis accusatio non fiat. Item dominus imperator restituat omnes 35 possessiones et omnia iura civitatibus et locis et omnibus personis, que sunt de societate, que habuerunt et tenuerunt, si per imperatorem vel eius nuntium vel per interpositam personam, occasione sui banni vel sue malivolentie, vel aliter malo ordine amiserunt. Similiter civitates et loca et persone societatis restituant omnes possessiones et iura imperatori vel alicui civitati vel hominibus sue partis ablatas predicto modo, cassatis omni- 40 bus privilegiis et datis et cartis et investituris in aliquam civitatem vel locum seu personam de his collatis: salvis datis et privilegiis et cartis communi Cremone de Crema factis: et cassatis omnibus conventionibus et datis et cartis, que aliqua suprascriptarum civitatum vel personarum, seu aliquis locus, cum eodem imperatore vel eius nuntio fecit, nisi civitas illa vel locus seu persona conventionem vel datum sive cartulam sponte 45 servare voluerit. Denique predicte civitates et loca et persone debent habere plenam et idoneam securitatem et sufficientem super his omnibus observandis tam ab ipso imperatore quam ab omnibus principibus, qui secum sunt in exercitu. Et debet licere civitatibus et aliis hominibus societatis sine prohibitione domini imperatoris eamdem societatem firmam tenere et iuramenta, quandocumque voluerint, facere inter se et renovare. 50 Et si quando imperator vel eius successor contra hanc concordiam venerit, liceat civitatibus et personis huius societatis se vicissim, non obstante sacramento aliquo, adiuvare et defendere. Et e contrario si civitas aliqua vel locus vel persona societatis voluerit infringere hanc concordiam domino imperatori, possint alie civitates vel loca vel persone adiuvare imperatorem et debeant, non impediente sacramento societatis. Captivi quoque 55 ab utraque parte absolvantur et reddantur. Semper in unitate ecclesie permanere liceat: nec cogat dominus imperator predictas civitates vel loca vel personas societatis, cleros

1183.

vel laicos aliqua ratione de his, que spectant ad obedientiam vel observationem ecclesie vel apostolici, nec ea occasione debeat eis offendere in rebus vel in personis. Item dominus imperator permittat habitatores Alexandrie redire ad sua loca propria cum personis et rebus cum plenissima securitate, et habitent et morentur, sicuti sui antecessores 5 fecerunt.

CONCESSIO EX PARTE IMPERATORIS.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Dominus imperator Fredericus, et filius eius Henricus, concedent vobis, civitatibus locis et personis societatis, regalia et consuetudines vestras tam in civitate quam extra civitatem iu perpetuum, videlicet, ut in ipsa ci-10 vitate omnia in integrum habeatis sicut hactenus habuistis vel habetis. Extra vero omnes sine contradictione exerceatis consuetudines, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis, scilicet in fodro, et nemoribus, et pascuis, et pontibus, aquis, et molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis, in exercitu, in municionibus civitatum, in iurisdictione, tam criminalibus quam in pecuniariis, intus et extra, et in ceteris, quae ad com-15 moditatem spectant civitatum. Volumus, ut regalia, quae vobis concessa non sunt, in hunc modum cognoscantur. Episcopi loci et homines tam de civitate quam de episcopatu eligantur viri bonae opinionis, et qui ad hoc idonei esse credantur, tales, qui nec contra civitatem nec contra imperatorem privato vel speciali odio teneantur, qui iurent, quod bona fide et sine fraude perquirent et inquisita consignabunt ea, quae specialiter ad im-20 peratorem spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaveritis, censum duarum millium marcharum per singulos annos petimus. Si quis autem super his, quae vobis concessa sunt vel permissa, sive in civitate sive extra civitatem spectant, querimoniam apud imperatorem deposuerit, eius querimoniam dominus imperator non admittet, et silentium ei imponet. Hoc, quod dominus imperator vel eius antecessor, rex 25 vel imperator, episcopis, ecclesiasticis, civitatibus, vel aliis quibuscumque personis clericis vel laicis ante tempus guerrae dedit, vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum dominus imperator habeat, salvis superioribus concessionibus. Et pro eo ei solita servicia exhibeantur, si census non praestetur. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate vel extra, illorum regalium nomine non 30 intelligimus, pro quibus census debeat praestari. Privilegia omnia et data et concessiones, quae in praeiudicium vel damnum civitatum vel locorum vel personarum societatis, occasione guerrae vel iniuria alicuius predictorum a domino imperatore vel a nuntiis eius indulta sunt, cassantur, et in irritum deducuntur. In civitate illa, in qua episcopus per privilegium imperatoris vel regis comitatum habet, si consules per ipsum episcopum 35 auctoritatem consulatus recipere solent, ab ipso recipiant, sicut recipere consueverunt. Alioquin unaquaeque civitas a domino imperatore consulatum recipiat. Consequenter prout in singulis civitatibus consules constituentur, a nuntio ipsius, qui sit in civitate vel episcopatu, investituram recipient. Et hoc usque ad quinquennium. Finito quinquennio, unaquaeque civitas mittat nuntium ad dominum imperatorem pro recipienda 40 investitura. Et sic in posterum, videlicet ut finitis singulis quinquenniis ab ipso recipiant infra quinquennia, et a nuntio eius, sicut dictum est, nisi imperator in Lombardia fuerit: tunc enim ab ipso recipiant. Eadem observentur in successore ipsius. Et omnes investiturae gratis fiant. Cum autem imperator defunctus fuerit, vel regnum filio concesserit, simili modo a filio vel eius successore investituram recipient. In causis appellatio-45 num, si quantitas viginti quinque librarum imperialium excesserit, appellatio ad ipsum licite fiat, salvo iure et moribus Brixiensis ecclesiae in appellationibus, ita tamen, quod non cogantur in Alamanniam ire. Si imperator habeat proprium nuntium in civitate vel episcopatu, quod de ipsa appellatione cognoscat et iuret, quod bona fide causas examinabit et diffiniet secundum leges et mores illius civitatis infra duos menses a conte-50 statione litis, vel a tempore appellationis receptae, nisi iusto impedimento vel consensu utriusque partis remanserit. Consules, qui in civitatibus constituuntur, tales sint, qui fidelitatem fecerint imperatori, vel facient, antequam consulatum recipiant. Vassalli, qui tempore guerrae vel treuguae non postulaverint investituram, vel debita servitia non exhibuerint imperatori, hac occasione feudum non amittant. Libellariae et precariae in

1183 suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege domini imperatoris Frederici. Vassalli imperatoris ab eo investituram recipiant, et fidelitatem facient, sicut vassalli; ceteri omnes, sicut cives, a sexdecim annis usque ad septuaginta, nisi sint tales personae, quibus debeat et possit sacramentum remitti. Damna omnia, et ablata, et iniurias, quas dominus imperator per se vel per suos ab universitate 5 societatis, vel ab aliquo de societate, vel ab aliquo de adiutoribus societatis sustinuit, per se vel per suam partem gratis remittet et plenitudinem gratiae suae eis dabit. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro damno civitatis non faciet. Civitates munire, et extra munitiones facere eis liceat. Item societatem, quam nunc habent, tenere, et quoties voluerint, renovare eis liceat. 10

Pactiones timore imperatoris, vel impressione nuntiorum eius factae, pro infectis habeantur, nec pro eis aliquod exigatur, puta Placentinorum, scilicet pactum pontis Padi, et fictum eiusdem pontis et regalium, et datum et pactum, quod episcopus Ugo fecit de castro Arcuato, et si qua alia facta sunt similia ab ipso episcopo, vel a communi, vel a suis de societate cum domino imperatore vel eius nuntio, ipso ponte remanente cum 15 omnibus suis utilitatibus Placentinis: ita tamen quod teneantur semper solvere fictum abbatissae sanctae Iuliae de Brixia. Et si quae sunt similes. Sententiae quoque, quae iure et secundum leges et consuetudines contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt, teneant, si tamen de iure contra eos tenerent, si gratiam imperatoris haberent. Quae vero contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt occasione discordiae ecclesiae, 20 in irritum deducantur. Possessiones, quas quisque de societate ante tempus guerrae iuste tenebat, si per vim ablatae sunt ab his, qui non sunt de societate, sine fructibus et damno restituantur: vel si eas recuperaverint, quiete possideant, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium imperatoris assignentur. Obizoni marchioni omnem offensam, quam domino imperatori vel alicui suae partis fecit, postquam in societate fuit, ipso, vel per 25 aliquam personam cum societate, vel defendendo aliquem de societate, imperiali clementia et per suam partem remittet, et in plenitudinem gratiae sue eum recipiet, nec per se nec per interpositam personam pro praeteritis offensis sibi vel parti ipsius aliquam inferat laesionem vel occasionem. Amplius eam iurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consuevere in comitatibus Seprii et Martianae et Bulgariae, et in aliis comitatibus, 30 exceptis locis, quae Pergamenses per commune modo tenent inter Adduam et Oleum, et excepto Rumano Veteri et Bariano, et eam, quam modo exercent, libere et quiete habeant et possideant, et sine contradictione domini imperatoris Friderici et successorum eius. Salvis pactis et datis et concessionibus, et in suo robore durantibus, quae Mediolanenses per commune fecerunt civitatibus Pergami, Novariae, Laudae, nec propter 35 hanc concessionem laedendis. Nec ullum praeiudicium fiat iuri aut consuetudini alicuius civitatis societatis, nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis propter praedictas concessiones. Et propter praedictas concessiones pacta inter civitates societatis quaedam facta, nihilominus firma et rata permaneant; nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in episcopatu Laude propter praedictas concessiones. Salvo iure Medio- 40 lanensibus aquae Lambri et in pedagio, si quod habent. Omnes de societate, qui fidelitatem domino imperatori iurabunt, in sacramento fidelitatis adiicient, quod possessiones et iura, quas dominus imperator in Lombardia habet et possidet, extra societatem iurabunt ea bona fide manutenere, si opus fuerit et super hoc per imperatorem vel eius certum nuntium requisiti fuerint, et si amiserit, recuperare: ita videlicet, quod finitimae 45 civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum, et si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium praestandum. Civitates de societate, quae sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter teneantur facere. Si qua vero civitatum, quae in conventione pacis ex parte imperatoris statuta sunt, non observaverit, ceterae civitates ad id observandum bona fide compellent, pace nihilominus in suo robore permanente. Im- 50 peratori intranti in Lombardiam fodrum consuetum et regale, quod solent et debent, et quando solent et debent, praestabunt; et vias et pontes bona fide et sine fraude sufficienter reficient in eundo et redeundo. Mercatum sufficiens sibi et suis eunti et redeunti bona fide et sine fraude praestabunt. In omni decimo anno fidelitates renovabunt in his, qui domino imperatori eas non fecerint, cum ipse petierit per se vel per suum 55 nuntium. Si qui ex parte imperatoris de possessionibus suis iustis expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno, nisi in causa principali suae proprietatis iure possit se

1183.

tueri possessor. Salvis prioribus concessionibus; et omnes offensae eis remittantur. Eodem iure servando his, qui sunt ex parte imperatoris circa restitutionem, nisi civitas teneatur iuramento, ut non restituat, quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere. Et si qua controversia de feudo orta fuerit inter dominum imperato-
5 rem et alium, qui sit de societate, per pares illius civitatis vel episcopatus, in quo discordia agitur, secundum consuetudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi dominus imperator in Lombardia fuerit: tunc enim apud ipsum, si sibi placuerit, causa agitabitur. Item volentibus venire contra pacta non per violentiam facta, et iuramenta firmata inter civitatem et civitatem societatis, vel civitatem societatis et alias
10 personas* dominus imperator audientiam negabit.

Item dominus imperator restituet stratam Veronensibus, et nominatim recipiet dominum Icilinum in plenitudinem gratie sue, et omnem offensam ei remittet. In causis, que terminate sunt ante tempus pacis, dominus imperator appellationes ad se factas non recipiet. Ecce nomina principum et militum, qui iurare debent: archiepiscopus
15 de Maganza, archiepiscopus de Colonia, archiepiscopus de Salseburgo, episcopus de Panbergis, episcopus de Guarmasia, episcopus de Straseburgo, episcopus de Baselea, episcopus de Spira, episcopus de Renesburgo, et cancellarius imperatoris: abbas de Volt, dominus imperator F. et rex Henricus eius filius, et alius eius filius qui est dux, de Saxonia Bernardus dux, et dux Guelphus, et dux de Zarengo, et dux de Boioëria, et dux
20 de Austorico, et dux de Stira, et dux de Boëmia, dux de Carantana, et marchiones de Saxonia, scilicet marchio Tiris, et frater eius comes Dede; et landegravii*, qui sunt imperatoris nepotes, et frater imperatoris, comes Henricus de Decio, et comes de Savolia, comes Palatinus de Doënga, Guarnerius de Balenda, Cona de Miciborgo, Enricus marescalcus, Conradus de Scainke, Rodulfus camerlengus, Albertus de Grognengo, Al-
25 bertus de Adelburgo; et omnes qui habent aministrationem ab imperatore in Lonbardia et Marchia et Romania, infra mensem ex quo ceperit aministrare. Hec sunt nomina civitatum, que debent iurare ex parte imperatoris, scilicet Cremona, Pavia, Aste, et Terdona. Nomina civitatum et locorum et personarum societatis, cum quibus dominus imperator facit concordiam, et que debent iurare ex parte societatis, he sunt: Vercelle, No-
30 varia, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Ferraria, Bononia, Inmola, Faëntia, castrum sancti Cassiani, Mutina, Regium, Parma, Placentia cum Bobio, plebs de Grabadona, marchio Opizo. Dominus Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, et filius eius rex Henricus iurare debet per se, aut per aliam personam, cui nominatim parabolam dabit, ut iuret in
35 anima sua, quod ipse dominus imperator bona fide et sine fraude servabit concordiam pacis scriptam per dominum Guilielmum Astensem episcopum, et marchionem Henricum, qui dicitur Guercius, et fratrem Tedericum et Rodulfum camerlengum; qui mandatum pacis habuerunt ab imperatore, et ex altera parte nuntios civitatum et locorum et personarum societatis; et quod bona fide et sine fraude faciet iurare praedictos prin-
40 cipes tam clericos quam laicos, et milites et consules et potestates predictarum civitatum, quod ipsi facient omnes homines sue credentie et unum hominem in publica concione in anima populi iurare pro sua civitate, quod bona fide servabunt pacem et concordiam quantum ad eos pertinebit, civitatibus, locis et personis societatis, sicut continetur in scriptis factis inter* episcopum Astensem et marchionem Henricum, et fratrem Tedericum,
45 et Rodulfum camerlengum; et ex altera parte rectores et consules civitatum societatis. Dominus imperator iurabit, et duo predicti filii eius et principes, qui presentes erunt in colloquio, quod statutum est per predictos nuntios imperatoris usque ad octavam pentecosten proximam. Et sic alii principes et milites supra nominati, qui absentes erunt, usque ad Kalendas Septembris proximas iurabunt, et consules predictarum civitatum
50 infra tres menses iurabunt, et facient iurare, sicut superius dictum est, ex quo requisitum fuerit a nunciis civitatum societatis post reditum, nisi remanserit iusto impedimento, aut per parabolam parcium, quousque data fuerit. Alioquin ponet in bannum illam civitatem, que noluerit predictum iuramentum facere, infra duos menses postquam inde ex parte societatis requisitus fuerit. Nec extrahet eam de banno, nisi compleverit hoc, pro
55 quo in banno posita fuerit. Rectores cum consulibus, qui sunt hic, iurabunt, quod pacem istam, sicut in scripto continetur, bona fide et sine fraude observabunt erga dominum imperatorem Fridericum et filium eius regem Henricum; et ea, que in instrumento

*) p...... *Mur.*

*) landegrandi *Mur.*

*) in *Mur.*

1183. pacis continentur, bona fide et sine fraude adimpleri facient. Insuper quod credentias, et ceteros consules, vel potestates de singulis civitatibus in eundem modum iurare facient. Item quod pecuniam, quam domino imperatori debent, scilicet quindecim millia librarum imperialium, et mille libras imperiales, quas debent Astensi episcopo et marchioni Henrico Guercio et Rodulfo camerlengo, et preposito* sancti Antonini, bona fide constitutis terminis persolvent Mediolani pro porcione sibi a sociis concorditer iniuncta. Item convenit inter predictos nuntios domini imperatoris, rectores, et consules societatis, quod si qua civitas aut locus societatis non iuraverit ad terminum, quo alie civitates iurabunt, et in terminis statutis de pecunia paranda non solverit, dominus imperator ponet eam vel eum in bannum infra duos menses, ex quo requisitus fuerit, neque extrahet eum de banno, donec duplum solverit eius, quod parare debuerit. Ceteri vero de porcione eius non teneantur, sed ad competens auxilium parandum ad id recuperandum teneantur. Hanc pacem iurabunt rectores et alii homines de societate: ita* si placuerit civitatibus Ferrarie, Imole, Faventie, et episcopatibus, videlicet Feltre, Bellune, et Cenete, salvis pactis et datis inter homines predictorum episcopatuum et civitatis Tarvisii, iurare similiter a proximo die Mercurii usque ad tres septimanas; alioquin que videbuntur per fraudem pacem recusare, teneantur rectores et alii, qui iuraverunt, exinde precise.

*) proposito *Mur.*

*) item?

SACRAMENTA PACIS [a].

April 30.

Anno dominice incarnationis 1183º., indictione 1., die sabbati, pridie Kalend. Madii in civitate Placentie infra ecclesiam sancti Antonini, in presentia domini Tedaldi Placentini episcopi, Ardicionis prepositi maioris ecclesie Placentine, Petri Diani prepositi ecclesie sancti Antonini, Guillielmi et Armanni de Cario, Petri vicecomitis, Caponis, Bonizonis de Andito, Arnaldi Stricti, Bonizonis Agadi, Grimerii Codeporci, Bosonis Peluti, Iacobi de Surrexio, Bernardi Ardecionis, Isembardi, Bosoni, Roberti Muglani, Iohannis advocati, Iohannis Gnanfi, et aliorum multorum tam ecclesiasticorum quam laicorum de civitate Placentie, et in presentia Ardici de Bonate de Mediolano, Rolandi de Guarino de Bononia, Boccaccii de Minerva de Brixia, Vegli iudicis de Parma, Anrici de la Fratta et Oldrevandi de magistro Gualfredo de Bononia, Martii de Castello et Viviani advocati de Verona, Caspii de Vercello, Alberti cambiatoris de Regio, et multorum aliorum de civitatibus societatis Lombardie, Marchie et Romagnole, post missam in nomine sancti Spiritus solemniter celebratam, invocato nomine domini nostri Iesu Christi, iurata fuit pax inter dominum Federicum imperatorem et filium eius Henricum regem, nec non et societatem Lombardie, Marchie et Romagnole, hoc modo videlicet. Dominus Gulielmus Astensis episcopus et dominus marchio Henricus Guercius, nuntii domini imperatoris, qui plenam potestatem et licentiam habebant a domino imperatore tractandi super verbum pacis inter eum et societatem Lombardie et componendi, sic ut quodunque ipsi acceptarent sacramento vel alia promissione ipse ratum haberet, ut in litteris ipsius

a) *alteram eadem de re chartam Muratorius T. IV. p.* 291. *proposuit, quam hic referre iuvabit:* Anno dominicae incarnationis 1183, indictione 1, die sabbati, pridie Kalendas Madii, in civitate Placentiae, infra ecclesiam sancti Antonini, in praesentia domini Tebaldi Placentini episcopi, et cleri eiusdem civitatis, et marchionis Opizonis Malaspinae, et rectorum et consulum et multorum sapientum societatis Lombardiae, Marchiae, et Romaniae, et magnae partis populi Placentiae. Dominus Gulielmus Astensis episcopus, et marchio Henricus Guercius, et frater Theodoricus et Rodulfus camararius, fecerunt legi literas sigillatas sigillo domini imperatoris Federici, in quibus continebatur: Quod dominus imperator dederat licentiam praedictis Astensi episcopo et marchioni Henrico et fratri Theodorico, tractandi verbum pacis inter ipsum dominum imperatorem, nec non et Lombardos; et totum, quod ipsi acceptarent vel iuramento vel alia promissione ratum haberent. Quibus literis lectis, praedicti Astensis episcopus, et marchio Henricus et Rodulfus tale fecerunt iuramentum:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Iuro ego, quod faciam dominum imperatorem Federicum, et filium eius regem Henricum, habere ratam et firmam concordiam pacis inter nuntios imperatoris, scilicet dominum Guillielmum Astensem episcopum, et marchionem Henricum Guercium, et fratrem Theodoricum, et Rodulfum camararium, et rectores Lombardiae, et Marchiae atque Romaniae scriptam. Et eos iuramento firmare faciam, sicut in praesenti scripto pacis continetur. Hoc totum adtendam et adimplere faciam usque ad octavam pentecoste proxime venientis, nisi remanserit iusto Dei impedimento. Quo transacto, infra octo dies similiter attendam et adimplere faciam, ut superius dictum est, nisi remanserit per parabolam nuntiorum vel rectorum societatis sponte datam, et per omnes terminos mihi datos sic observabo.

Deinde frater Theodoricus in suo ordine, bonitate, et legalitate promisit, quod illi iuraverunt; et facere dominum imperatorem sic adimplere et attendere. Huic facto interfuere testes dominus Armannus et Guillielmus de Cario, Capo, Petrus vicecomes Placentiae, Arnaldus Strictus, Gumerius Codeporco, Robertus Moglarius de civitate Placentiae, et multi alii de civitatibus et societate Lombardiae.

domini imperatoris ibi publice lectis suoque sigillo corroboratis continebatur, et Rodulfus camerlengus similiter nuntius domini imperatoris directus ab eo ad componendum et tractandum de ipsa pace, ut in litteris aliis domini imperatoris, licet non ibi publice lectis, continebatur, manu propria iuraverunt ad brevem continentem sic: *Iuro ego, quod faciam dominum imperatorem Federicum et filium eius Henricum regem habere ratam et firmam concordiam pacis inter nuntios domini imperatoris, scilicet dominum Guilielmum Astensem episcopum, et marchionem Henricum Guercium, et fratrem Teodoricum, et Rodulfum camerarium, et rectores Lombardie Marchie et Romagnole scriptam, et eos sacramento firmare faciam, sicut in presenti scripto pacis continetur. Hoc totum attendam et adimplere faciam usque ad octavam pentecostes proxime venientis, nisi iusto impedimento Dei remanserit; quo transacto, infra octo dies similiter attendam et adimplere faciam sicut superius dictum est, et non*[*] *remanserit parabola nuntiorum vel rectorum societatis sponte data; et per omnes terminos tamen datos sic observabo.* Et frater Teodoricus qui eandem licentiam et potestatem habebat, ut in ipsis literis ibi lectis continebatur, quod ipsi tres iuraverunt promisit in suo ordine legalitate et bonitate per stipulationem domino Guidoni de Landriano rectori vice omnium aliorum rectorum. Ex[a] parte societatis Lombardie Marchie et Romagnole iuravit in primis dominus Opizo marchio Malaspina, semper firmam tenere pacem, sicut in brevi ibi presenti super quem iuravit scripta erat inter predictos nuntios domini imperatoris et rectores societatis ipsius, tamen in iis capitulis solummodo qui ad ipsum marchionem spectant. Deinde iuravit dominus Guido de Landriano semper firmam tenere pacem sicut in ipso breve pacis continebatur, et adimplere iuraverunt similiter Oprandus de Martinengo de Brixia consul et rector, dominus Arduinus confanonerius de Placentia consul et rector, Arlottus de Mutina consul et rector, Atto Ficianus de Pergamo consul et rector, Leazer de Lauda consul, Ardricus de Sala potestas Laude, Arcichellus de Verona nuntius potestatis Verone vice et parabola potestatis ut in iuramento addidit, Parisius de Regio consul et rector, Alexander de Mantua consul et rector, Iohannes de Bonaparte de Tarvisio consul et rector, Oprandus de Vicentia rector, Antonius de Andito de Placentia potestas Bononie, Robertus vicedominus de Novara consul et rector, Bartolomeus de Vercellis rector in hoc tantum, Martius iudex consul plebis Grabadone; consules Mediolani, Pinamons de Vimercato, Flamingus, Adobatus Bultraffus; consules Placentie, Niger Fugaciola, Gherardus Ardicionis, Iacobus Strictus, Guttentesta, Ianonus Buccamara, Azo de Vico Iustino, consul de Tarvisio Guido, consules de Novaria, Oprandus de Archamaregnario, Liprandus Cercamondo.

Ego Bonusdies notarius sacri palatii interfui et per voluntatem ambarum partium et preceptum hanc cartam scripsi. Duas feci uno tenore, unam Placentinis unam Veronensibus.

1183. April 30.

[*] nisi

a) *ita distinxi;* rectorum *ex Savioli.*

PAX CONSTANTIAE.

1183. Iun. 25.

Editam a Muratorio in Antiqq. T. IV. ex codd. Mutinensi, Estensi, Regiensi, Brixiensi, apographo Sanctae Iuliae Brixiensis, et Romano, cum editione Cancianii T. V. codice Dolleonii nixa, Würdtweiniana Subs. Nov. T. XII. ex codice Vaticano Nro. **1989** *valde mendoso quique reliquis nulla ratione aequari possit, et Saviolii Ann. Bolognesi II.* **133.** *ex tabulario Bononiensi, collatam sistimus.*

1183. Iun. 25.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia [a] Romanorum imperator et semper augustus, et Heinricus sextus, filius eius, Romanorum rex et semper augustus.

Imperialis clementiae mansueta serenitas eam semper in subditis suis dispensationem favoris et gratiae habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessuum delicta debeat et possit corrigere [b], magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis et piis affectibus misericordiae Romanum imperium regere et rebellium insolentiam ad debitam fidem et debitae devotionis obsequium revocare. Eapropter cognoscat universitas fidelium imperii tum praesentis aetatis quam [c] successurae posteritatis, quod nos solita benignitatis nostrae [d] gratia ad fidem et devotionem Lombardorum qui aliquando nos et imperium nostrum offenderant [e], viscera innatae nobis pietatis aperientes, eos et societatem eorum ac fautores in plenitudinem gratiae nostrae recepimus, offensas omnes et culpas quibus nos ad indignationem provocaverant clementer eis remittentes, eosque propter fidelia devotionis [f] suae servitia quae nos ab eis credimus certissime recepturos, in numero dilectorum [g] fidelium nostrorum computandos censemus. Pacem itaque nostram quam eis clementer indultam concessimus, praesenti pagina iussimus subterscribi, et auctoritatis nostrae sigillo communiri. Cuius hic est tenor et series [h].

1. Nos Romanorum imperator Fridericus et filius noster Heinricus Romanorum rex, concedimus vobis civitatibus locis [i] et personis societatis, regalia et consuetudines vestras tam in civitate quam extra civitatem, videlicet Veronae et castro [k] eius et suburbiis [l], et aliis civitatibus locis et personis societatis in perpetuum; videlicet ut in ipsa civitate omnia habeatis sicut [m] hactenus habuistis vel habetis.

2. Extra vero omnes consuetudines sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis.

3. Scilicet [n] in fodro [o], et nemoribus, et pascuis, et pontibus, et aquis, et molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis, in exercitu [p], in munitionibus civitatum, in iurisdictione tam in criminalibus causis quam in pecuniariis, intus et extra, et in ceteris quae ad commoditatem spectant civitatum.

4. Volumus, ut regalia quae vobis concessa non [q] sunt, in hunc modum cognoscantur. Episcopus loci et homines tam de civitate quam de episcopatu eligantur [r], viri [s] bonae opinionis et qui ad hoc idonei [t] esse credantur, tales qui nec contra civitatem nec contra nostram maiestatem privato vel speciali odio teneantur; qui iurent, quod bona fide et sine fraude perquirent, et inquisita consignabunt ea quae specialiter ad nostram spectant excellentiam. Si [u] autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint, censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit.

5. Si quis autem super his quae vobis concessimus vel permisimus sive in civitate sive extra civitatem, querimoniam apud maiestatem nostram deposuerit, eius querimoniam non admittemus, et silentium ei [v] imponemus.

6. Hoc quod nos vel antecessor noster rex vel imperator, episcopis ecclesiis vel civitatibus vel aliis quibuscumque personis, clericis vel laicis, ante tempus guerrae dedit vel quolibet concessionis titulo concessit, firmum et ratum habemus, salvis superioribus concessionibus, et pro eo solita servitia nobis exhibeantur, sed census non praestetur.

7. Commoditates quas pro bono pacis civitatibus concessimus in civitate vel extra, illorum regalium [w] nomine non intelligimus pro quibus census debet praestari.

8. Privilegia omnia et data et concessiones, quae in praeiudicium et damnum civitatum [x] vel locorum vel personarum societatis occasione guerrae in iniuriam alicuius praedictorum a nobis vel a nuntiis nostris indulta sunt, cassentur et in irritum deducantur.

9. In civitate illa in qua episcopus per privilegium imperatoris vel regis comitatum

a) d. gratia f. *C.* b) magis tamen *usque* regere *desunt in Brix. Vat.* c) q. futurae seu s. *C.* d) gratia — offenderant *desunt Vat.* e) offenderunt 4 *codd. Mur. et Bonon.* f) devotae sinceritatis suae *Brix. Reg. Bon.* g) *deest C.* h) et s. *desunt C.* i) *deest C.* k) castris *C.* l) suburgis *C.* m) s. h. h. v. h. *desunt apud Mur.* n) similiter *C.* o) frodro *Brix.* foro *V.* p) exercitum *C.* q) nunc *C.* vobis non concessimus *Brix. Rom. Vat. Bonon.* r) de ep. in hunc modum e. *Bon.* s) e. et v. *C.* t) h. boni et i. *C.* u) Si — visa fuerit *desunt Vat. Rom. Brix. Mut. C. Bon.* v) eis *Bon.* w) *vox adest in C. V. Bon. deest Mur.* nomine nostro non *Rom.* x) ciuitatis *C.*

habet, si consules per ipsum episcopum consulatum recipere solent, ab ipso recipiant sicut recipere consueverunt; alioquin unaquaeque civitas a nobis consulatum recipiet [a]. Consequenter, prout in singulis civitatibus consules constituentur, a nuntio nostro, qui sit in civitate vel episcopatu, investituram recipient [b]. Et hoc usque quinquennium. Finito quinquennio, unaquaeque civitas mittat ad nostram praesentiam nuntium pro recipienda investitura, et sic in posterum, videlicet ut finitis singulis quinquenniis a nobis recipiant, et infra quinquennium a nuntio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus; tunc enim a nobis recipient.

1183.

10. Eadem observentur in successore nostro. Et omnes investiturae fiant gratis.

11. Cum autem nos imperator divina vocatione [c] decesserimus, vel regnum filio nostro concesserimus, simili modo a filio nostro [d] vel eius successore investituram recipietis [e].

12. In causis appellationum si quantitas viginti quinque librarum imperialium summam excedat, appellatio ad nos fiat, salvo iure et moribus [f] Brixiensis ecclesiae in appellationibus; ita tamen, ut non cogantur in Alamanniam ire, sed nos habebimus proprium nuntium in civitate vel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat [g], et iuret quod bona fide et sine fraude [h] causas examinabit et diffiniet secundum mores et leges illius civitatis infra duos menses a contestatione litis vel a tempore appellationis receptae [i], nisi iusto impedimento vel consensu utriusque partis remanserit.

13. Consules qui in civitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam consulatum recipiant.

14. Vasalli nostri a nobis investituram accipiant et fidelitatem faciant sicut vasalli; caeteri omnes [k] sicut cives, a quindecim [l] annis usque ad septuaginta, nisi sint tales personae quibus debeat et possit sacramentum remitti sine fraude.

15. Vasalli qui [m] tempore guerrae vel treugae [n] non postulaverunt investituram vel debita servitia nobis non exhibuerunt, hac occasione feudum non amittant.

16. Libellariae et precariae in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque civitatis, non obstante lege nostra quae dicitur Imperatoris Friderici [o].

17. Damna omnia et ablata et iniurias quas nos per nos et per [p] nostros ab universitate societatis vel ab aliquo de societate vel coadiutoribus societatis sustinuimus, et per nos et per nostram partem gratis remittimus, et plenitudinem nostrae gratiae eis damus.

18. Moram superfluam in civitate vel episcopatu pro damno civitatis non faciemus.

19. Civitates munire [q] et [r] extra munitiones eis facere liceat.

20. Item societatem quam nunc habent tenere, et quotiens voluerint, renovare eis liceat.

21. Pactiones [s] timore nostro [t] vel impressione [u] nuntiorum nostrorum factae [v] pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur; puta [w] Placentinorum, scilicet [x] pactum pontis Padi, et fictum [x*] eiusdem pontis et regalium, et datum, et pactum quod episcopus Hugo [y] fecit de castro Arquato [z], et si qua alia similia sunt facta ab ipso episcopo vel a [*] communi vel ab aliis de societate nobiscum vel nuntio nostro, ipso ponte remanente cum omnibus suis [a] utilitatibus Placentinis; ita tamen quod teneantur semper solvere fictum [b] abbatissae sanctae Iuliae de Brixia; et si quae aliae [c] sunt similes.

22. Sententiae quoque quae de [d] iure et secundum leges et consuetudines contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt teneant, si tamen de iure contra eos tenerent si gratiam nostram [e] habuissent.

23. Quae vero contra aliquem vel aliquos de societate latae sunt occasione guerrae [f] vel [g] discordiae ecclesiae [h], in irritum deducantur.

24. Possessiones [i] quas quisque de societate ante tempus guerrae iuste [k] tenebat, si

a) recipiat *codd. plurimi Mur. Bon.* b) recipiant *idem.* c) uoluntate *Mut. Reg.* d) *deest C.* e) recipient *Bon.* f) more *Brix.* g) cognoscet *C.* h) et s. f. *desunt C. Bon.* i) recepto *Bon.* k) homines *Bon.* l) XVI. *Est. Brix. Rom. Vat. Bon.* m) q. pro t. *C.* n) *deest C.* o) Frederici *C. Murat.* p) *deest C.* q) murare C. r) uel *M.* s) Pactationes *C.* t) n. habitae v. i. n. n. pro *C.* u) vel permissione *Est. Rom.* per impressionem *Iul. Br.* v) f. cassentur et p. *Mut. Reg.* w) Pacta Pl. *Mur. Bon.* x) sed *V.* x*) i. q. affictus, census, locatio. y) Ugo *Brix. Rom. C.* z) arcoato *Brix.* arcoate *V.* arcuato *Rom.* archoate *Bon.* *) *deest C.* a) cum s. aliis u. *C.* b) fictium *Brix.* c) *deest Mur. V. Bon.* d) *deest C.* e) n. non h. *Mur.* f) vel d. *usque* non sunt de societate *desunt V.* g) seu *M. Bon.* h) *ita C. Bon.; deest M.* i) P. omnes q. *Mut. Est. Reg.* k) *deest Bon.*

1183. per vim ablatae sunt ab his qui non[*] sunt de societate, sine fructibus et damno restituantur; vel si eas[a] recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis assignentur.

25. Opizoni marchioni omnem offensam quam nobis vel alicui nostrae partis fecit postquam[b] in societate fuit[c], per se vel per aliquam personam cum societate[d] vel defendendo aliquem de societate, imperiali clementia per nos et nostram partem ei remisimus[e], et in plenitudinem nostrae gratiae eum recipimus; nec per nos nec per interpositam personam pro praeteritis offensis sibi vel parti eius[f] aliquam inferemus iniuriam[g] laesionem vel coactionem.

26. Amplius eam iurisdictionem quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii[h] et Martexanae[i] et Burgariae[k] et in aliis comitatibus, exceptis locis quae Pergamenses modo per[l] commune tenent inter Adduam[m] et Ollium[n], et excepto Romano veteri et Bariano[o], et eam quam modo[p] exercent, libere et quiete habeant et possideant sine contradictione nostra et successorum nostrorum, salvis pactis et datis et concessionibus in suo robore durantibus, quae per[q] commune Mediolanenses fecerunt[r] civitatibus Pergami[s], Novariae, Laudi[t], nec propter hanc concessionem laedendis.

27. Nec ullum praeiudicium fiat iuri aut consuetudini alicuius civitatis societatis, nec aliquod ius acquiratur in detrimentum alicuius civitatis societatis propter concessiones praedictas.

28. Pacta inter civitates[u] quondam facta nihilominus firma et rata permaneant.

29. Nec aliquid intelligatur[v] acquisitum Mediolanensibus in episcopatu Laudensi propter praedictas concessiones, salvo iure Mediolanensibus[w] aquae[x] Lambri, si[y] quod habent, et in pedagio.

30. Omnes de societate qui fidelitatem nobis iurabunt, in sacramento fidelitatis adiicient, quod possessiones et iura quae nos in Lombardia habemus et possidemus extra societatem[y*], iuvabunt nos bona fide manutenere si opus fuerit, et cum[z] super hoc per nos vel per certum nuntium nostrum requisiti fuerint, et si amiserimus recuperare; ita videlicet, quod finitimae civitates obnoxiae sint principaliter ad hoc faciendum, et si opus fuerit, aliae teneantur ad competens auxilium praestandum.

31. Civitates de societate quae sunt extra Lombardiam, in suo confinio similiter[*] teneantur facere.

32. Si qua vero civitatum ea quae in conventione pacis ex parte nostra statuta sunt non observaverit, ceterae civitates eam[**] ad id observandum bona fide compellent, pace nihilominus in suo robore permanente.

33. Nobis intrantibus in[a] Lombardiam fodrum consuetum et regale qui debent et solent et quod[b] solent et debent praestabunt, et vias et pontes bona fide et sine fraude et sufficienter reficient in eundo et redeundo; mercatum sufficiens nobis et nostris euntibus et redeuntibus bona fide sine fraude[c] praestabunt.

34. In omni decimo anno fidelitates renovabunt in his qui eas nobis non fecerint[d], cum nos petiemus vel per nos vel per[e] nuntium nostrum[f].

35. Si qui ex parte nostra de suis iustis possessionibus expulsi sunt, restituantur sine fructibus et damno, nisi in causa principali seu proprietatis iure possit se tueri possessor, salvis prioribus concessionibus; et omnes offensae eis remittantur. Eodem iure servando in[g] his qui sunt ex parte nostra circa restitutionem, nisi civitas teneatur iuramento ut non restituat; quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere.

36. Et si qua controversia de feudo orta fuerit inter nos et alium qui sit de societate, per pares illius civitatis vel episcopatus in quo discordia agitur, secundum consue-

*) nunc *Bon.* a) aliquis *C.* b) priusquam *Iul. Brix.* c) fuerit *C.* d) societate *usque* societate *desunt Bon.* e) remittimus *Bon.* f) ipsius *Mur. Bon.* g) *deest C.* h) Sceprii *Rom.* Sepii *C.* Seputi *V.* i) Martianae *C. Rom.* Marctianae *Iul. Brix.* Martesane *Bon.* k) bulgarie *Bon.* l) pro *Mut. Reg. Iul. Brix.* m) aduam *C. Iul. Brix.* abduam *Mut. Reg. Bon.* addam *Rom.* adam *V.* n) oluum *C.* oleum *Br. Rom. V.* olleum *Bon.* o) buriano *Est. Rom.* luriano *Reg.* p) m. tenent exerceant l. et q. habeant *Bon.* q) pro *Mut Reg. Brix.* r) f. et c. *C.* s) pergama *C.* t) laudis *Brix.* laude *Reg. Mut. Rom. Iul. Br.* u) praedictas c. *V.* c. societatis q. *Mur. Bon.* v) intelligitur *C.* w) *deest Mur.* x) i. mediolanensibus aquae labrensis, quod habent in pedargio *C.* y) et in p. si quod habent *Brix. Rom. Bon.* y*) civitatem *C. V.* z) *deest C. Bon.* *) ita *C.* **) *deest C. Brix.* a) *deest V.* per *C.* b) qui *C.* quando *Mur. Bon.* c) s. f. *desunt Bon.* d) fecerunt *Mut. Reg. Rom.* e) n. v.p. *desunt C.* f) nuntios nostros *Bon.* g) *deest Mur.*

tudinem illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus; 1183.
tunc enim in audientia nostra [a], si nobis placuerit, causa agitabitur.

37. Item volentibus venire contra pacta, non per violentiam facta et iuramento firmata, inter civitatem et civitatem [b] societatis vel civitatem [c] et alias personas societa-
5 tis [d], nos audientiam denegabimus.

38. Item nos restituimus stratam Veronensibus. Et nominatim recipimus Azolinum [e] in plenitudinem gratiae nostrae, et omnem offensam ei remittimus.

Hanc igitur pacem secundum formam praescriptam et sicut per mediatores pacis, videlicet Willielmum Astensem episcopum, et Heinricum marchionem Saonensem [f], et [g]
10 fratrem Theodoricum [h] de Silva benedicta, et Rodulfum camerarium nostrum, una cum eis bona fide intelleximus, et secundum tenorem quo eandem pacem et concordiam intimari et [i] iurari fecimus, et secundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum [k] ratam haberi et conservari [l] statuimus, et [m] ut firma permaneat et inconcussa [n], praesentem paginam nostri impressione sigilli fecimus communiri.

15 Nomina vero civitatum quibus gratiam nostram reddidimus [o] et praescriptam fecimus [p] concessionem seu permissionem, haec sunt: Vercellae, Novaria, Mediolanum, Lauda, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Bononia, Faventia, Mutina, Regium, Parma, Placentia; istis autem civitatibus et locis pacem firmam [q] servare [r] volumus et gratiam nostram reddimus.

20 Praescriptam autem concessionem seu [s] permissionem eis [t] non facimus, videlicet Imolae, Castro sancti Cassiani, Bobio, Plebi de Grabadona [u], Feltrae, Belluno [v], Cenetae, Ferrariae; autem [w] gratiam nostram reddimus, et praescriptam concessionem eis [x] facimus seu permissionem, si infra duos menses post reditum Lombardorum a curia nostra, de pace praescripta cum eis concordes fuerint.

25 Hanc itaque pacem et concordiam, sicut supra scriptum est, tam nos quam filius noster Heinricus Romanorum rex, per camerarium nostrum Rodulphum in animam [y] nostram iurari fecimus.

Hi sunt principes et nobiles curiae qui praescriptam pacem [z] per se firmam tenere iuraverunt: Hermannus Monasteriensis episcopus, Heinricus Curiensis electus, Thietelmus
30 Augiensis abbas, Godefridus imperialis aulae cancellarius; Otto dux Bawariae, Fridericus dux Suaviae filius noster, Bertoldus dux de Zaringen, Bertoldus marchio Ystriae [*], Hermannus marchio Veronae, comes Heinricus de Dietse, comes Theopaldus de Leschemunde [a], comes Ludowicus frater cancellarii de Helfenstein [b], Rodulphus [c] camerarius, Wernerius de Bonlandia, Cuono de Muncenberc, Conradus pincerna.

35 Hi sunt nuntii qui ex parte Lombardorum pacem praescriptam et concordiam receperunt, et in praesentia nostra iuramento confirmaverunt:

De Mediolano: Guido de Landriano, Pinamundus de Vicomercato, Adobatus Butrafus [d], Willelmus Burrus [e], Wertius [f] de Buxolo [g] Ardericus de Bonate [h], Rogerius [i] Marzelinus, Lotherius medicus.

40 De Brixia: Obrandus de Martenengo, Gezo de Turbiaco, Desiderius iudex, Rodulphus de Concissio, Bochasius de Minerbio, Albericus de Capriano.

De Placentia: Gerardus de Arditione, Iacobus Strictus, Hermannus de Cario, Caupo iudex.

De Pergamo: Albertus de Mapello, Atto Ficianus, Iohannes de Piterengo, Lanfrancus de Monacho, Albertus Attonis, Albertus Albertanus.

45 De Verona: Cozo iudex, Ubertinus de Carcere, Valerianus de Castello, Martinus de Castello, Thebaldinus de Raymundo, Thebaldinus de Nasinguerra.

a) audientiam nostram si hoc n. *C.* b) et c. *desunt C.* et civitates *Mut. Reg.* c) civitates *Mut. Reg. Brix. Rom. Bon.* d) *deest Mut. C. V.* e) azolinum *C.* ezilinum *Brix.* izillinum *Est. Rom.* egelinum *V.* f) savonensem *Iul. Br.* scaonensem *Brix.* schmensem *V.* g) et eius f. *C.* h) tidericum *Reg. Est. Rom.* fridericum *Iul. Br.*
50 et principem tidericum *V.* i) i. et *desunt Mur. V. Bon.* k) int. perpetuo *C.* l) confirmari *C. Rom.* m) *deest C.* n) inconuulsa *C. Rom. Brix. Est. Iul. Br.* o) reddimus *C. Mut. Reg.* p) facimus *Mur.* q) *deest C. Brix. Rom. Bon. Iul. Br.* r) servari *Mur. Bon.* s) et *C.* t) *deest Bon.* u) gravatona *C.* grabedona *Mur.* gambadona *V.* gabadona *Rom.* v) bellunae *C. deest Rom. Est.* w) Cenetae. Ferrariae autem *Mur.* autem *deest Rom. Est. Bon. Supplendum:* eis autem etc. x) *deest Mut. Reg. Est.* y) anima nostra *Brix. Rom.*
55 *Bon.* z) p. et concordiam *Mut. Reg.* *) B. m. Y. *desunt Rom. qui plurima nomina corrumpit.* a) lehelmond *Brix.* elmoldo *Rom.* elimode *V.* helmonde *Bon.* b) Helfensten *Iul. Br.* Helfestein *Rom.* Helfensta *Brix.* Belfestin *Reg.* Holfestem *Mut.* Elfesten *C.* Elfinstein *V.* elfenstein *Bon.* c) *hic et tres sequentes desunt in Rom. Vat.* d) bultraphus *Mut. Brix.* e) birrus *C.* f) guercius *Mur.* g) Ustiolo *Bon.* h) uonate *C.* albericus de bonago *Bon.* i) rozevius *C.* *Varias nominum Langobardorum lectiones videsis apud* Mur. *Canc. et Saviolium.*

1183. De Vicentia: Pileus iudex, Ubertinus de Fonteviva, Kardenavarius, Marcus de Pauliano.

De Padua: Ianfus [a], Ezelinus iudex, Englescus de Funtegliva.

De Tarvisio: Florius iudex, Gombertinus de Anardone.

De Mantua: Alexandrinus, Iacobus de Amica, Agnellus iudex, Henricus de Angelo. 5

De Faventia: Bernardus iudex [b], Ugolinus de Azo.

De Bononia: Antoninus potestas, Rolandus Guarini, Matthaeus Rodulfi.

De Mutina: Arlotus iudex, Raynerius de Buccabadata.

De Regio: Albertus cambiator, Rolandus de Caritate.

De Parma: Iacobus Petri Bavae, Maladobatus iudex, Vetulus iudex, Conradus Bulzoni. 10

De Laude: Vincentius de Fussiraga, Anselmus de Summaripa [c].

De Novaria: Opizo de Briona, Thedisius Caballatius, Wido de Boniprando [d].

De Vercellis: Meardus et Vercellinus [e].

Hae sunt civitates et loca quae pacem praescriptam sub iuramento Lombardorum nobiscum receperunt, et eadem pro se iuraverunt: Papia, Cremona, Cuma, Terdona, 15 Asta [f], Cesarea [g], Ianua, Alba, et aliae civitates et loca et personae quae sunt et fuerunt ex [h] parte nostra.

Haec sunt nomina consulum et [i] nuntiorum qui investituram consulatus a nobis nomine civitatum receperunt: de Mediolano Adobatus, de Placentia Gerardus Arditionis, de Laude Vincentius, de Verona Cozius, de Vicentia Pileus, de Padua Ianfus, de Tarvisio 20 Florius, de Mantua Alexandrinus, de Faventia Bernardus, de Bononia Antoninus, de Mutina Arlotus, de Regio Rolandus, de Parma Iacobus Petri Bave, de Novaria Opizo, de Vercellis Meardus, de Pergamo Atto Ficianus [k].

Signum domini Friderici (*L. Monogr.*) Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus imperialis aulae cancellarius, vice Christiani Maguntinae sedis archi- 25 episcopi et [l] archicancellarii recognovi.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1183, indictione prima, regnante domino Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 32, imperii vero 29.

Data apud Constantiam in solemni curia 7. [m] Kalendas Iulii.

IURAMENTUM NUNTIORUM SOCIETATIS LOMBARDIAE. 30

In [n] Christi nomine. Iuro ego, quod amodo ero fidelis domino imperatori Friderico et eius filio regi Heinrico. Non [o] ero in consilio vel facto, quod ipsi perdant vitam vel membrum aut mentem [p] seu coronam imperii vel regni. Et si scivero aliquem fecisse vel facere volentem per se [q] vel per alium, domino imperatori vel regi vel nuntio eorum sine fraude manifestabo. Et eum [r] adiuvabo honorem coronae [s] tenere, et si per- 35 diderit, recuperare bona fide in episcopatu et comitatu adiuvabo. Insuper pacem domini Friderici imperatoris et filii eius regis Heinrici et suae partis factam cum societate Lombardorum et civitatibus [t] eius societatis, sicut scriptum est, inde sine fraude infra 15 dies post iuratam bono intellectu et sigillo domini imperatoris sigillatam observabo bona fide et sine fraude. Et hoc iurare faciam omnes masculos mecum habitantes, a quinde- 40 cim [u] annis supra usque ad 70, infra 15 dies postquam iuratum habuero, exceptis servis; et qui per me iurare noluerint, infra tertium diem imperatori vel regi vel suis nuntiis per breve manifestabo.

Data 1183, indictione 1.

a) Gnanfus *C.* b) Bernardus sapiens *Bon.* c) S. Manfredus de Soldano. *Bon.* d) Guido Smaragdi *Bon.* e) Mar- 45 cellinus *Bon.* f) Aequi *Bon.* g) Cesaria *C. Mut.* Cesaria *Rom. Est.* Cesana *Reg.* *Cesaream esse Alexandriam, Muratorius Sigonium secutus observavit; nec Carlonio assentiri possumus,* Cesenam *legenti, loco inter Astam et Ianuam Lombardiae civitatem indicante.* h) in *C.* i) c. et *desunt C.* k) *Codd. Iul. Brix., Romanus, Bonon. et Vat. haec addunt:* Et isti similiter ex parte imperatoris iuraverunt: Cona, Conradus pincerna, Guarnerius, Rodulfus camerarius pro se. l) a. et ierman archicancellarii *C.* a. et germaniae a. *Bon.* m) VI. *C.* n) *deest* 50 *in Mut. et V.* o) nec *C.* p) a. m. *desunt C.* q) me *C.* r) *deest Mur.* s) h. c. *desunt C.* t) *deest C.* u) sexdecim *C.*

RECONCILIATIO CAESAREAE.

1184. Mart. 11.

Pactum quo Caesarea, i. e. Alexandria, civitas in gratiam imperatoris rediit, ex Moriondi Monumentis Aquensibus T. 1. pag. **81**. *sqq. proponimus.*

5 Sub hac forma recipit dominus Fridericus imperator homines de Caesarea, quae posita est super ripam Tanari, in gratiam suam et bonam voluntatem. Praedicti homines tradunt se in potestatem domini imperatoris sub hoc tenore. Exibunt omnes a civitate tam masculi, quam foeminae, et manebunt foris, quousque nuncius imperatoris reducat eos in civitatem, et civitatem eis reddat auctoritate imperatoris, et imperator fundat 10 hanc civitatem ex septem locis, scilicet Gamundio, Marinco, Bergolio, Roboreto, Solerio, Oviliis, et quadraginta familiis Quargnenti, et imponet ei nomen Caesarea. Dominus imperator habebit theloneum pontis super Tanarum, et pedagium civitatis, et curariam rerum venalium, et omnia iura, et regalia extra civitatem, iura etiam, et possessiones, quas marchiones iuste ab imperio tenuerunt. Et homines civitatis masculi 15 a quatuordecim annis supra ad septuaginta annos iurabunt fidelitatem imperatori Frederico, et Henrico filio eius regi; pacem et concordiam facient, et guerram movebunt ad mandatum imperatoris et eius nuncii, et post quoslibet annos renovabunt sacramentum fidelitatis. Et recipient honorifice nuncium domini imperatoris, qui colliget intra civitatem regalia et iura imperatoris, et omnia iura eius extra civitatem, sicut supra dictum 20 est. Nuncius quoque domini imperatoris praestabit conductum per terram, et dabit tutores pupillis, et curatores, et restituet minores, et appellationes fient ad eius audientiam, et duella, quae firmantur ante consules, fient in praesentia nuncii et consulum. Dominus quoque imperator remittit eis offensas, et reddit eis gratiam suam, et fautoribus eorum, specialiter hominibus de Cassino, et Bellomonte; et dat Caesareae statum civitatis, eo 25 tamen tenore, quod nulli civitati, nulli loco, nulli personae sua iura tollat, seu diminuat, cuilibet scilicet suo iure servato. Imperator dabit eis consules, qui iurabunt civitatem conservare, et regere ad honorem imperatoris. Illi facient iustitias intra civitatem, et bonas consuetudines exercebunt, et punient maleficia. Imperator amicos et fideles suos, qui in vicinia Caesareae sunt, faciet iurare, quod ipsi Caesareae praestent 30 auxilium, et Caesarea versa vice iurabit praestare illis auxilium. Sunt autem hi, Papienses, Derthonenses, Hastenses, Aquenses, Albenses, homines de Casali, marchiones de Vastis, marchiones de Bosco, marchiones de Occimiano. Imperator Caesaream civitatem et homines eam inhabitantes ad manus suas et ad usum suum tenebit, et nullum marchionem, potestatem, seu dominium habebit in civitate. Consules eligentur a communi, 35 qui annuatim recipient consulatum ab imperatore, vel a filio eius rege, si alteruter eorum fuerit in Italia. Si neuter eorum erit in Italia, accipient investituram consulatus a nuncio imperatoris annuatim sine remuneratione. Si vero nuncius non erit in Italia, quinque tantum annis ibunt in Teutoniam accipere investituram ab imperatore. Caesarea vero non recipiet homines Papienses, nec de civitate Papiae, nec de terra Papien- 40 sium, specialiter homines Guidonis de Petra, et illos de Sala, et illos de Bassignana; et quos nunc tenet, dominis suis debita servitia exhibere permittet. Similiter Papienses et Guido non recipient homines de Caesarea, nisi ex beneplacito utrorumque. Item magister Anselmus de Conzano, et Thebaldus Vascus[a]. Nuncii civitatis Caesareae iuraverunt fidelitatem Friderico imperatori, et filio eius Henrico regi, quod observabunt ea, 45 quae supradicta sunt, et facient concives suos iurare, quod observabunt ea quae praescripta sunt. Item Rodulfus camerarius ex mandato imperatoris, et Henrici filii eius regis, iuravit in animam ipsorum, quod conservabunt hominibus Caesareae ea, quae praescripta sunt in hoc chirographo, quamdiu Caesarea ipsis fidelitatem servaverit. Huius rei testes

a) Vasonus *in alio exemplari.* MORIONDI.

1184. Mart. 14. sunt Fridericus dux Suevorum, Rodulfus imperialis aulae protonotarius, comes Albertus de Curstem, Conradus castellanus de Nuremberg, Henricus comes de Assidorf, Albertus de Clemente, Filippus de Casali, Gerardus de Novaria, Lafrancus de Cuma, Sirus Salimbenus de Papia, Pallinerius de Ossana[a], Petrus de Visconte, Malevasci de Brixia, Picelmilia de Vella, et alii quamplures. 5

Actum in palatio Nuremberg, anno incarnationis Domini nostri 1184, indictione 2[b], pridie Idus Martii.

a) *in alio exemplari* Osasena. MORIONDI. b) *in alio per errorem* indictione I. MORIONDI.

1186. Iun.

RECONCILIATIO SENARUM.

Ex Muratorii Antiquitatibus T. IV. pag. 467. 10

Haec est forma compositionis, per quam Senenses veniunt ad gratiam domini imperatoris, et regis Henrigi. In primis resignabunt serenissimo regi comitatum Senensem, et omnia bona et possessiones et iura, quae fuerunt comitissae Mathildae, et comitis Ugolini, si qua habent: et quicquid pertinet ad marchiam Tusciae. Resignabunt etiam et restituent omnia castra et possessiones omnes, et specialiter castrum sancti Quirici, et 15 omnia regalia, iura, et iurisdictiones, quae pertinent ad imperium infra civitatem et extra. Et nominatim monetam, et pedagium, sive teloneum, quam facere consueverunt, vel faciunt. Iurabunt etiam fidelitatem domino regi a quindecim annis usque ad septuaginta. Praeterea restituere debent ecclesiis, et nobilibus de comitatu Senae omnes possessiones, castra et iura, si qua abstulerunt. Insuper, si quos nobiles iuramento pro ali- 20 quo facto adstrinxerunt, eos a vinculo iuramenti absolvent. Coniurationem nullam facient vel compagniam nec securitatem sine parabola domini regis, vel imperatoris, cum aliqua persona, civitate, vel loco. Et si aliquam fecerunt, coniuratores absolvent ad mandatum domini regis. Praeterea illa duo castra, scilicet Montem Acutum, et Orgiam, consignabunt et tradent in potestatem domini regis, salvo tamen iure eorum, si quod 25 habent in iam dictis castris: ita quod dominus rex cognoscat per se, vel per fideles suos de curia sua, de iure eorum et illorum, qui de iam dictis castris conqueri voluerint. Et si cognitum fuerit, iam dicta castra pertinere ad Senenses de iure, eis restituet. Servire etiam debent iam dicti Senenses domino regi de pecunia sua in quatuor milibus librarum, et dominae quoque reginae sexcentas libras dabunt, et curiae quadringentas. Pacem 30 et guerram facient omnibus, quibus dominus rex praecipiet, vel certus nuntius eius, sicut est legatus Italiae, vel alius nuntius ad hoc destinatus. Et specialiter pacem servabunt Vulterrensi episcopo, et hominibus de monte Alcino, et aliis fidelibus imperii, iuxta mandatum domini regis. Ecclesias ab omnibus exactionibus et oneribus servabunt immunes ad mandatum domini regis, et nominatim ecclesias Vulterrani episcopi. Domi- 35 nus vero imperator, et rex suscipient Senenses in plenitudinem gratiae suae, remittendo eis omnes offensas, quas eis, et imperio, aliquo modo fecerunt: salvis etiam eis allodiis et beneficiis suis, et pignorationibus, quae vel quas iuste habent, vel tenent.

Anno Domini 1186, mense Iunii, indictione 4.

RECONCILIATIO CREMONAE.

1186. Iul. 6.

Ex Muratorii Antiquitatibus T. IV. pag. 471.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1186, indictione 4. die dominico, qui fuit sestus intrante mense Iulii, Henricus Dei
5 gratia Romanorum rex invictissimus augustus recepit Odonem de Comite, et diaconum de Persico, a parte et nomine totius communis Cremone, et pro diviso, seu vice singularum personarum, in plenitudinem gratie sue, et remisit eis nomine communis, et divisim, omnes offensiones et damna, et malefitia, et indignationes. Et ibi loci predictus rex Henricus fecit iurare .... et super suam animam, quod apud se causa huius
10 Cremonenses de offensionibus, damnis, malefitiis, imperio vel Federico patri suo, vel sibi a parte communis Cremone, vel divisim illatis, et quod propter hoc, quod olim contigit inter dominum imperatorem et Cremonenses, vel inter se et Cremonenses, non incurret contra eos Cremonenses in his, qui president, neque in bonis, neque in aliis.

Actum sub temptorio regis Henrici feliciter, quando erat in obsidione Urbis veteris.
15 Interfuerunt ibi testes rogati ab ipso rege: Philippus de Bolanda, Golferamus de Petra, Otto Frangenspanem prefectus Rome, Guilielmus de Bara filius Salienbene, Valla de Palatio, Ido de Terdona, Vercellinus Balbus, Rafinus Tortus, Bertoldus de Camio.

Ego Albertus sacri palatii . . . predictis interfui, et rogatus ab ipso domno rege scribere, scripsi.

---

20 # CONSTITUTIO CONTRA INCENDIARIOS.

1187. Dec. 30.

Edimus eam ex Meichelbeck historia Frisingensi T. I. part. instrument. p. 567. *ubi ex libro magno Traditionum Frisingensium transscribitur, recognitam ope editionis principis Chronici Urspergensis a.* 1515., *unde et in libros Feudorum V. t.* 10. *recepta est, atque codicis Palatini Vin-*
25 *dobonensis in Catalogo Iuris civilis N.* 18. *fol.* 196. *sec. XIII., a Kopitario nostro atque V. Cl. ab Eichenfeld in usus nostros exscripti.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Decet fidelitati [a] nostrae tempora, generali populorum provintiarum tranquillitati circumspectionis nostrae studio provideri, ut, dum in subiectis dominationis virtute pollemus, reprobos quoslibet
30 ac scelerosos a subditorum iniuriis aequitatis nostrae correctione compescamus [b]. Considerantes quippe, quae dampna quantaeque desolationes hominum et provintiarum per seditiones et incendia provenerint, et quantos praeterita [c] futurorum timores reportent, ea quae de coniventia [d] et consilio principum et aliorum fidelium nostrorum, tam liberorum quam ministerialium, ad reprimendas incendiariorum insolentias imperialis nostra
35 sanxit auctoritas, universis [e] imperii [f] fidelibus nota [g] fieri volumus, et sicut in castro

a) *ita codd.* felicitatis *legendum videtur.* b) arceamus aeq. n. c. *Ursp.* c) praeterea *U. V.* d) conueniencia *Meich.* conscientia *U.* e) universalis *U.* f) i. nostri (*adiect.*) *V.* g) notum *M.*

1187. Dec. 30.

nostro Nuorinberc[a] ordinata et confirmata sunt, firmiter indicimus observanda. Primum igitur[b] de incendiariis dicimus[c] generaliter[d], ut, si liber homo, ingenuus, ministerialis, vel cuiuscunque fuerit conditionis, incendium commiserit pro werra propria[e], pro amico, pro parente, vel causae cuiusquam alterius occasione, de sententia et iuditio imperiali proscriptioni statim habeatur subiectus. Hic excipiuntur, si qui[f] forte manifesta werra castra[h] manifeste capiunt[i], et si qua[k] ibi suburbia aut stabula aliave tuguria praeiacentia[l] igne succendunt[m]. Excipiuntur et iudices, quos in malefactores incendii penam, iustitia permittente[n], exercere contingit. Quod si aliquis in ducatu alicuius incendium fecerit, ipse dux[o] proscriptum nostrum eum[p] pronuntiet, ac deinde iustitiae suae auctoritate eum proscribat. Idipsum faciant marchiones, palatini comites, landgravii[q], et comites alii, nec alicui eorum liceat talem absolvere[r], nisi domino imperatori. Quicunque etiam incendiarium in domo sua scienter receperit[s], et consilium auxiliumve ei impenderit, dampnum et iniuriam passo pro facultate sua restituat; iudici vero decem libras monetae de illa diocesi, in qua commissum est, persolvat, ac domino imperatori pro voluntate et gratia sua componat[t]. Si quis autem super hac culpa innocentiam suam[u] ostendere voluerit, cum duobus viris veracibus in praesentia iudicis se expurget. Si quis autem cuiquam imposuerit, quod incendiarium receperit, et de hoc ipsum in[v] iure voluerit convenire, hoc nequaquam ei[w] liceat, nisi praestito primo[x] calumpniae sacramento. Dominus etiam imperator proscriptorum neminem a sententia proscriptionis absolvat, nisi de illicitis[y] primo[z] dampnis cum iniuriato conponat, et nisi consentiente[*] iudice hoc faciat. Proscriptum vero, quem pro incendio sententiam proscriptionis incurrisse omnibus notum[a] fuerit, diocesanus episcopus, si ad satisfactionem inobediens extiterit[b], a communione ecclesie Dei et fidelium Christi abiciat et extraneum[c] reddat, nec eum absolvat, quoadusque laeso dampnum restituat; et e converso, quem episcopus legitimis induciis citatum iustitia dictante excommunicaverit, et hoc iudici insinuaverit, iudex eum banno proscriptionis condempnet, nec[d] prius eum absolvat, quam coram episcopo de his, pro quibus condempnatus[e] est[f], satisfaciat. Quod si a proscriptione illa praedicto modo fuerit absolutus, et episcopo suo voluerit obedire[g], incendium primum[h] abiuret; deinde sit in arbitrio episcopi, qualem ei penam iniungat, visitandi videlicet[h*] sepulchrum Domini, aut limina Iacobi apostoli. Si autem proscriptus eo, quo[i] dictum[k] est, modo desideraverit absolvi[l], domino imperatori fines imperii sui[m] per annum et diem abiuret. Si quis autem a proscriptione et excommunicatione simul[n] infra annum et diem non fuerit absolutus, universo iure et[o] honore et legalitate sua[p] privatus habeatur, ita ut in ferendo testimonio, vel ad causandum[q] de cetero nequaquam sit admittendus. Omni quoque feodali[r] iure perpetuo carebit. Item si in reisa alicuius domini, cum ipso domino cuius est reisa aliquis fuerit, qui incendium, ut sepius contingit[s], faciat, dominus ipse cuius est reisa iurabit super reliquias, quod non fecerit conscientia, voluntate[t] vel mandato suo; reum autem abiciet[u] a se, et nunquam recipiet[v]; quod si postea[w] illum ante[x] satisfactionem receperit, tenetur universum dampnum, quod ille[y] commisit, restituere. Item si contingat[z] dominum aliquem in villa aliqua hospitari violenter, et fortuitu evenerit domum aliquam incendi, et ille cui fit dampnum dominum inpetierit, quod mandato[*] vel voluntate ipsius factum sit, primum praestet sacramentum calumpnie; deinde dominus expurget se sola manu, quod voluntate, mandato suo[a], vel conscientia sua factum non fuerit, et dampnum damnificato restituat. Item si incendiarius captus fuerit, et coram iudice negare voluerit incendium se commisisse, nisi[b] forte notorium per provintiam fuerit, iudex si possit eum cum septem idoneis testibus convincere, capite plectatur. Sed si notorium est[c], nullius requiren-

a) nuornberc *M.* nurinberc haec o. *U.* nurenberch *V.* b) sit *M.* c) *i. q.* edicimus. — dominis *M.* demandamus *U.* d) generale *M.* e) sua *V.* f) quis *M.* h) castrum *M.* i) capit *M.* k) quis *M.* l) praeiacent *U. V.* m) succendat *M.* n) exigente *U.* permittente *in loco raso V.* o) *deest U.* p) n. e. *desunt U.* q) lanterauii V. r) t. a. tale *V.* s) recipit *M.* t) disponat *U.* u) s. probare vel o. *U.* v) *deest U.* w) ei fieri l. *U.* x) primo praestito *V.* y) illicitis *M. U.* ill : : etis *V. quod lectioni* illatis *ansam praebere Kopitarius observavit.* z) d. p. *M.* *) consciente *U. V.* a) notorium *M.* b) fuerit *V.* existit e c. *M.* c) e. eum r. *U.* d) et nec *U.* e) dampnatus *M.* f) erat *V.* g) o. v. *V.* h) primo *U.* h*) i. ad visitandum s. D. *U.* i) ut *U.* k) praedictum *V.* l) d. se a. *V.* m) *deest U.* n) similiter *U.* o) *deest U.* p) *deest M. U.* q) iudicandum *U.* r) feudali *U. V.* s) contigit *M.* t) vel m. vel v. sua *U.* u) aproiciet *M.* abiciat *V.* v) recipiat *V.* w) *deest U.* post *V.* x) post *U.* y) *deest M.* z) contingit *V.* *) m. suo vel voluntate vel conscientia sua factum sit, damnum damnificato restituat (*media desunt*). *U.* a) *deest V.* b) si f. n. non fuerit, per provinciam iudex *U.* c) fuerit *U.*

1187. Dec. 30.

dum est testimonium, sed statim decollandus. Item si castellani alicuius[a] domini descendentes a castro domini sui incendium fecerint, domino absente a provintia, castrum domini propter hoc non erit comburendum, sed bona incendiariorum, quaecumque extra castrum reperta fuerint, comburantur. Post reversionem vero domini, si dominus incendiarium retinere voluerit, et a se non pepulerit[b], castrum eius similiter erit comburendum. Item si proscriptus propter incendium[c] in aliquam domum confugerit, de qua non possit haberi nisi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis pro incendiario[d] reputandus, sed dampnum pro incendio restituere debet. Item si incendiarius super castrum aliquod agitatus confugerit, et domini[e], cuius est castrum, fortassis dominus vel vassallus vel consanguineus fuerit, dominus ille non debet eum persequentibus repraesentare, sed iuvabit eum a castro in silvam, vel alias ubi securus sibi videatur[f]. Quod si nec dominus, nec vassallus, nec cognatus fuerit, persequentibus eum statim repraesentet, vel cum eo in eadem culpa sit. Statuimus etiam[g] et eodem firmiter edicto sancimus, ut quicumque[h] alii dampnum facere, aut ipsum ledere intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium suum diffiduciet[i] eum. Quod si lesus diffiduciatum se fuisse[k] negare voluerit, nuntius idem, si vivus est, iuret, quod contradixerit ei ex parte domini sui, loco et tempore designato. Si mortuus est nuntius, iuret dominus, iunctis sibi duobus veracibus viris, quod contradixerit ei, ne dolo mediante de fide violata quis possit[l] inculpari[m]. His sancientes adicimus, ut, quicumque[n] treugas alicui dederit, nisi ibidem exceptum fuerit et determinatum, quo tenore servet vel non servet eas, contradicere eas[o] ante terminum statutum nequaquam possit. Quod si fecerit, ut[p] violator fidei iudicetur. Item quicumque[q] nuntium aliquem pro eo, quod contradicturus mittitur, laeserit, fidem suam violavit, et de cetero omni honore suo carebit, et in posterum nullus ei contradicat. De filiis quoque sacerdotum, dyaconorum ac[r] rusticorum statuimus, ne cingulum militare aliquatenus assumant, et qui iam assumserunt, per iudicem provintiae a militia pellantur. Quod si dominus alicuius eorum in militia eum contra iudicis interdictum retinere contenderit[s], ipse dominus in 10 libris iudici condempnetur; servus autem omni iure militiae privetur. Item[t] si quis comes post iudices statuat, imperatori 30 libras solvat; post iudex[tt] 10 libras. Statuimus etiam, ut, si quis vineas aut pomaria[u] exciderit, proscriptioni et excommunicationi incendiariorum subiciatur. Ut autem haec tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, et eo quo edicta[v] est tenore inconvulsa consistat, eam legibus praedecessorum nostrorum imperatorum atque regum iussimus interseri, et perpetuo iure servari. Cui si quis ausu temeritatis contraire praesumserit, Dei omnipotentis et nostrae perpetuo sit reus indignationis. Fiat, fiat. Amen[w].

Actum Nuremberc[x] in praesentia principum, consilio[y] et consensu eorum, anno dominicae[z] incarnationis 1187, indictione 6.[*], 3.[a] Kalendas Ianuarii.

a) cuiusquam *U.* b) reppulerit *U.* c) I. si incendiarius proscriptus *V.* d) quis incendiarius *U.* e) dominus *U. V.* f) securus sit iudicatus *M.* g) St. quin et *M.* h) quisquis *M.* i) diffiduciat *corr.* diffiduciet *V.* k) *deest M.* l) valeat *U.* m) i. p. V. n) quisquis *M.* o) eis *U. deest M.* p) *deest M.* q) qui *U.* quisquis *M.* r) *deest U.* s) contendit *M.* t) Item *usque* iudex 10 libras *desunt U. V.* tt) iudici? u) pomeria *M. V.* v) dicta *U. V.* w) *deest U. V.* x) nurnberc *M.* nurenberch *V.* y) *deest M.* z) *deest M.* *) i. VI. *desunt U.* a) IIII. *M.*

HEINRICI VI. IMP. CONSTITUTIONES.

1190. Iul. 11.

SENTENTIA DE DECIMIS NON ALIENANDIS.

Ineditam hucusque exscripsimus ex copiario ecclesiae Verdensis mbr. sec. XIII. quod in tabulario regio Hannoverano adservatur.

SENTENCIA HEINRICI IMPERATORIS DE DECIMIS NON ALIENANDIS. 5

Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Dignum est et tam equitati quam publice honestati consentaneum, ut ea que in presentia maiestatis nostre iustitia mediante diffiniuntur, ad perpetuam ipsorum stabilitatem irrefragabili regie dignitatis auctoritate confirmentur. Universis itaque tam presentibus quam futuris imperii fidelibus notum fieri volumus, quod cum dilectus princeps noster Rodolfus 10 venerabilis Verdensis episcopus in curia nostra Mersburc celebrata sententiam inquireret, utrum videlicet liceret aliquem episcoporum decimam suis temporibus non provenientem in feodo dare, seu alio modo ab ecclesia alienare, Otto Misnensis marchio super hoc requisitus, consentientibus principibus qui tunc aderant, talem dictavit sententiam, quod scilicet non liceret alicui episcopo decimam quamcumque, cuius usus suis temporibus non 15 contigisset provenire, per infeodacionem sive vendicionem, aut per alium quemcumque alienationis modum, ab ecclesia sua nullatenus alienare. Quam sententiam utpote iustam ratam habemus, et regia auctoritate confirmamus; statuentes et generali edicto precipientes, ne ulla humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis persona prememorato Verdensi episcopo in decimis que in Verdensi episcopatu suis temporibus provenerunt, sive 20 in aliis quibuscumque bonis ad eum pertinentibus, ullam violentiam aut iniuriam presumat inferre, et si quispiam etiam temporibus antecessorum suorum aut huiusmodi decimas aut alia bona ecclesie sibi sine ipsorum auctoritate usurpavit, universa exinde percepta[a] eidem episcopo cum integritate restituat. Predicte sententie subscripti principes nobiles et ministeriales interfuerunt, ipsamque approbaverunt: Conradus Magontinus 25 archiepiscopus, Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus, et alii quam plures.

Acta sunt hec apud Mersburc, anno dominice incarnationis 1189. 17. Kalendas Novembris.

Datum Fulde per manum Heinrici imperialis aule prothonotarii, anno Domini 1190. indictione 8. 5. Idus Iulii. 30

a) p̄cepta *codex.*

1190. Iul. 14.

SENTENTIA DE FILIIS MINISTERIALIUM EX LIBERIS MATRIBUS.

Debemus eam copiario ecclesiae Verdensis mbr. sec. XIII. in tabulario regio Hannoverano extanti. 35

DE FILIIS MINISTERIALIUM ET[a] LIBERIS MATRIBUS.

1190. Iul. 14.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis, clero, inbeneficiatis et ministerialibus Verdensis ecclesie, gratiam suam et omne bonum. Notificamus vobis, quod dilecto principe nostro Rodolfo episcopo Verdensi in presentia nostra sententiam 5 inquirente, utrum videlicet proles ministerialium ecclesie ex liberis matribus genita, ratione patrum ecclesie pertinere, an ratione matrum libera debeat permanere, Otto Babenbergensis[b] episcopus super hoc requisitus, consentientibus Coloniensi archiepiscopo Philippo et Wigmanno Magdeburgensi archiepiscopo, Sifrido Hersfeldensi abbate, Conrado Palatino comite Reni, et aliis principibus, comitibus, nobilibus, et ministerialibus 10 qui tunc aderant, talem dictavit sententiam, quod filii ministerialium ecclesie cuiuslibet ex liberis matribus progeniti, et filie similiter, patrum imitando conditionem ecclesie debeant esse ministeriales. Quam sententiam utpote iustam approbantes, ratam habemus, et regia auctoritate confirmamus.

Datum Fulde, anno dominice incarnationis 1190. indictione 8., 2. Idus Iulii.

15 a) *ita codex.* b) habenbergensis *codex.*

CORONATIO ROMANA.

1191. April 15.

Coronationis imperatoriae ordinem duplum servavit nobis Cencius Cardinalis, Coelestini III. camerarius, in libro censuum anno 1192. *conscripto. Et prolixior quidem de coronandis imperatore et imperatrice agens,* 20 *pontificis siglam C. prodit, quare ad coronationem aut Heinrici III. et Agnetis per Clementem II., aut Heinrici VI. et Constantiae per Coelestinum III. referendus est. At veritati propius accedere videtur, eam a Cencio formam libro pontificiae curiae in usum conscripto illatam fuisse, qua anno proxime superiori coronatio ipso ad-* 25 *sistente peracta fuerat; et Heinrici III. coronationem paullo aliter perpetratam esse oportuit, quod coronandus ipse prius pontificem constituisse legitur, ideoque ea quae in forma sequenti ad exceptionem regis advenientis per pontificem spectant, haud quadrarent. Textum a Muratorio in Antiqq. Italicis T. I. vulgatum repetimus, ad-* 30 *iectis lectionibus, maximam partem minoris pretii,* 2) *codicis Chisiani a Mabillonio descripti et a Martenio T. II. libri de antiquis ecclesiae ritibus p.* **846**. *vulgati.*

Incipit ordo Romanus ad benedicendum imperatorem, quando coronam accipit a domino papa in basilica beati Petri apostoli ad altare sancti Mauricii[a].

35 Die dominico[b] descendit[1] electus cum coniuge sua ad sanctam Mariam Transpadinam[2], quae est iuxta Terebintum: ibique recipitur honorifice a praefecto Urbis et comite palatii Lateranensis, et uxor eius a dativo iudice et arcario[c]. Et deducitur per

a) mauricii martyris 2. b) d. summo mane electus imperator cum coniuge sua descendit 2. c) archario 2.

1) scil. a monte Gaudii, monte Mario. 2) S. Maria Transpontina inter castellum S. Angeli et 40 basilicam S. Petri, in via Borgo nuovo, sed olim in latere meridionali et paulo propius castellum quam recentior ecclesia habetur constituta erat

1191. April 15.

porticum, clericis Urbis omnibus indutis cappis, planetis, dalmaticis, et tunicis, cum thuribulis, cantantibus: *Ecce mitto angelum meum*, usque ad suggestum areae[a] superioris, quae est in capite graduum[3] ante portas aereas sanctae Mariae in Turri. Ibi[4] sedet[b] dominus papa in sede sua, circumstantibus episcopis et cardinalibus diaconis, et ceteris ecclesiae ordinibus. Tunc electus imperator cum coniuge sua et omnibus baronibus suis, clericis et laicis, osculantur pedes domini papae: et regina in partem cum supradictis ductoribus suis recedente, electus iurat fidelitatem domino papae in hunc modum: *In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego N. rex, et futurus imperator Romanorum, promitto, spondeo, polliceor, atque per haec euangelia iuro coram Deo et beato Petro apostolo, tibi[c] N. beati Petri apostoli vicario fidelitatem, tuisque successoribus canonice intrantibus; meque amodo protectorem ac defensorem fore huius sanctae Romanae ecclesiae, et vestrae personae, vestrorumque successorum in omnibus utilitatibus, in quantum divino fultus[d] fuero adiutorio, secundum scire meum ac posse, sine fraude et[dd] malo ingenio. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei[e] euangelia.* Ibique camerarius domini papae, electi pallam accipit sibi habendam. Deinde quaerit ab eo dominus papa ter[f], si vult habere pacem cum ecclesia. Eoque ter respondente: *Volo*, dominus papa dicit: *Et ego do tibi pacem, sicut Dominus[g] dedit discipulis suis.* Osculaturque frontem eius et mentum, rasus enim esse debet, et ambas genas, postremo os. Tunc surgens dominus papa, ter quaerit ab eo, si velit[h] esse filius ecclesiae. Et illo ter respondente: *Volo*, dominus papa dicit: *Et ego te recipio in[i] filium ecclesiae.* Et mittit eum sub manto, et ille osculatur pectus domini papae; et accipit[5] eum[6] per dexteram manum, et cancellarius eius[7] sustentat eum[8] a sinistra. Electus vero ducitur per dexteram ab[k] archidiacono domini papae; et sic intrat[9] per portam aeream[l], clericis beati Petri[m] cantantibus: *Benedictus dominus Deus Israël*, usque ad portam argentariam[n.10]. Ibi dimittit eum dominus papa orantem, quem lento subsequitur gradu regina cum supradictis[o] ductoribus suis usque ad supradictam portam argenteam. Electus vero completa oratione surgit, et episcopus Albanensis dat[p] super eum hanc primam orationem: *Deus,* p. 163. *in cuius manu corda sunt regum, inclina ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae tuae, et principi nostro famulo tuo N. tegimen[q] tuae appone sapientiae, ut haustis de tuo fonte consiliis, tibi placeat, et super omnia regna praecellat. Per etc.*

Scrutinium.

Post dominus papa ingreditur ecclesiam beati Petri, clericis eiusdem[r] ecclesiae[s] cantantibus responsorium: *Petre amas me?* Quo completo, dominus papa benedicit. Deinde sedet in sede sibi praeparata in dextera parte eiusdem rotae[11]. Completa oratione Albanensis episcopi, ingreditur electus et sedet in praedicta sede, archipresbitero cardinalium et archidiacono hinc inde eum ducentibus[t], et iuxta eum sedentibus, ut doceant qualiter debeat domino papae in scrutinio respondere. Dominus[u] papa facit scrutinium in hunc modum. Septem episcopis sedentibus ad dexteram eius[v], secundum ordinem suum, episcopi Theutonici sedeant ad dexteram electi, cardinales et ceteri ordines ecclesiae sedeant. Dominus papa dicit: *Antiqua sanctorum patrum institutio[w] docet et praecipit, ut quisquis eligitur, ut praeesse debeat, antea diligentissime examinetur cum omni caritate de fide sanctae Trinitatis, et interrogetur de diversis causis vel moribus, qui[x] suo regimini congruunt, secundum apostolicum dictum:* Manum cito nemini imposueris. *Et ut etiam is[y], qui ordinandus est, antea erudiatur, qualiter eum in ea praelatione constitutum oporteat conversari, ut excusabiles sint, qui ei manus imponunt. Eadem itaque auctoritate et praecepto interrogamus te, dilectissime[z] fili, caritate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua[*] capax est natura, divino servitio mancipare volueris?* Respondet ita: *Toto corde volo in omnibus obedire et consentire.* Interro-

a) arcae 2. *falso.* b) sedens 2. c) et B. Petri successori domno nostro papae fidelitatem eiusque successoribus 2. d) fulcitus 2. dd) ac 2. e) *deest* 1. f) *deest* 1. g) Christus 2. h) vult 2. i) ut 1. k) ad archidiaconum 1. l) aeneam 2. m) p. psallentibus et cantantibus 2. n) argenteam seu argentariam 2. o) *deest* 2. p) dicit 2. q) regimen divinae sapientiae, et haustus de tuo fonte concede, ut consiliis tibi placeat et super omnia praecellat 2. r) Postea 2. s) *deest* 2. t) ductantibus 2. u) Domno autem papa faciente s. respondet in h. m. 2. v) suam 2. w) constitutio 2. x) quae 2. y) Et ut e. is *desunt* 2. z) *deest* 2. *) *deest* 2.

3) basilicae S. Petri. 4) in suggestu areae. 5) imperator. 6) papam. 7) imperatoris. 8) papam. 9) ex area in porticum ante foras basilicae. 10) per quam intratur in basilicam. 11) rotae eiusdem basilicae; scilicet lapidis rotundi porphyretici in pavimento navis principalis basilicae conspicui. Infra vocatur rota mediana. Rotae tales plurimae adhuc conspiciuntur in pavimento basilicarum Urbis.

gatur: *Vis mores tuos ab omni malo temperare et*[a] *quantum poteris, Domino adiuvante, ad omne bonum commutare?* Respondet: *In quantum possum, volo.* Interrogatur: *Vis sobrietatem cum Dei auxilio custodire?* Respondet: *In quantum possum*[b], *volo.* Interrogatur: *Vis semper divinis mancipari negotiis, et a lucris*[c] *turpibus esse* 5 *alienus, quantum te humana permittit fragilitas?* Respondet: *In quantum possum, volo.* Interrogatur: *Vis humilitatem et patientiam in temetipso custodire, et alios ad hoc inclinare?* Respondet: *In quantum possum, volo.* Interrogatur: *Pauperibus et peregrinis, omnibusque indigentibus vis esse propter nomen Domini affabilis, et misericors?* Respondet: *Volo.* Et dicat dominus papa: *Haec omnia et cetera bona tribuat* 10 *tibi Dominus, et custodiat te atque corroboret in omni bono.* Et respondent omnes: *Amen.* Interrogatur: *Credis secundum intelligentiam tuam et capacitatem sensus tui sanctam Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate Deitatem*[d], *coëssentialem et consubstantialem, coaeternum et coomnipotentem, uniusque voluntatis, potestatis et maiestatis, creatorem omnium* 15 *creaturarum, a quo omnia, et in quo omnia, quae sunt in caelo et in terra, visibilia et invisibilia?* Respondet: *Assentio, et ita credo.* Interrogatur: *Credis singulam quamque in sancta Trinitate personam, unum Deum verum, plenum et perfectum?* Respondet: *Credo.* Interrogatur: *Credis ipsum Dei Filium verbum Dei aeternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem*[f], *et coaequalem per omnia Patri divi-* 20 *nitate*[g], *temporaliter natum de Spiritu sancto ex Maria semper*[h] *virgine cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex Patre aeternam, alteram ex Maria*[i] *temporalem, Deum verum, et hominem verum, proprium in utraque natura*[k] *atque perfectum, non adoptivum, neque phantasticum, unicum et unum*[l] *Deum, Filium Dei in duabus naturis, sed in unius personae singularitate, impassibilem et immortalem divini-* 25 *tate*[m] *sed in humanitate pro nobis et pro nostra salute passum vera carnis passione, et sepultum, ac resurgentem a mortuis die tertia vera carnis resurrectione; die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua resurrexit*[n], *et anima ascendisse*[o] *in caelum, et sedere ad dexteram Dei Patris, unde venturus est iudicare vivos et mortuos, et reddere unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive* 30 *mala?* Respondet: *Assentio, et per omnia credo.* Interrogatur: *Credis etiam Spiritum sanctum, plenum et perfectum, verumque Deum ex Patre et Filio procedentem, coaequalem et coëssentialem et coomnipotentem et coaeternum per omnia Patri et Filio?* Respondet: *Credo.* Interrogatur: *Credis hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed unum Deum omnipotentem, aeternum, invisibilem, et incommutabilem?* Respondet: 35 *Credo.* Interrogatur: *Credis sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram ecclesiam, in qua unum datur baptisma, et vera omnium remissio peccatorum?* Respondet: *Credo.* Interrogatur: *Anathematizas etiam omnem haeresim extollentem se adversus sanctam*[p] *ecclesiam catholicam?* Respondet: *Anathematizo.* Interrogatur: *Credis etiam veram resurrectionem carnis eiusdem, quam nunc gestas, et vitam aeternam?* 40 Respondet: *Credo.* Interrogatur: *Credis etiam novi et veteris testamenti, legis et prophetarum et apostolorum unum esse auctorem Deum, et Dominum omnipotentem?* Respondet: *Credo.* Et dicatur ei: *Haec fides augeatur a Domino ad veram et aeternam beatitudinem, dilectissime*[q] *in Christo fili.* Et respondent[r] omnes: *Amen.*

1191. April 15.

Tunc vadit dominus papa ad secretarium[12], et induit se pontificalibus indumentis 45 usque ad dalmaticam, quibus[s] indutus sedet. Interim episcopus Portuensis in medio rotae medianae dat[t] hanc orationem super electum: *Deus inenarrabilis auctor mundi etc.* sicut in unctione regis. Finita oratione, vadit electus ad chorum sancti Gregorii[13] cum praedicto cardinalium archipresbitero, et archidiacono: quibus quasi magistris uti debet in toto officio unctionis. Et induunt eum amictu, et alba, et[u] cingulo. Et sic dedu- 50 cunt eum ad dominum papam in secretarium. Ibique facit[v] eum clericum. Et concedit ei tunicam et dalmaticam et pluvialem et mithram, caligas et sandalia, quibus utatur in corona sua. Et sic indutus stat ante dominum papam.

12 P. 163. 13

Verum completo scrutinio, exit[w] Ostiensis episcopus ad portam argenteam, ubi re-

Benedictio reginae.

a) et — commutare *desunt* 2. b) i. q. p. *desunt* 2. c) *deest* 2. d) *deest* 2. f) et omnipotentem 2. g) P. et 55 Divinitati 2. h) *deest* 2. i) matre 2. k) unaquaque 2. l) unicum eternum 2. m) dignitate 2. n) surrexit 2. o) ascendere 2. p) *deest* 2. q) dulcissime 2. r) respondeant 2. s) qua 2. t) dicit 2. u) cum 2. v) faciat 1. w) stat 2.

12) nobis: sacristei. 13) capellam S. Gregorii.

1191. Apr. 15.

gina cum iudicibus et baronibus suis praestolatur, et dat ei[a] hanc orationem: *Omnipotens aeterne Deus, fons et origo bonitatis, qui semen et sexus fragilitatem nequaquam reprobando adversaris*[b], *sed dignanter comprobando potius eligis, et qui infirma*[c] *mundi eligendo quaeque fortia confundere decrevisti, quique aeternae gloriae virtutisque tuae triumphum in manu Iudith feminae Iudaicae plebi de hoste saevissimo resignare voluisti, respice, quaesumus, ad preces humilitatis nostrae, et super hanc famulam tuam N. quam supplici devotione in reginam eligimus*[d], *benedictionum tuarum dona multiplica, eamque dextera tuae potentiae*[e] *semper et ubique circumda, ut verbo muniminis tui undique firmiter protecta, visibilis seu invisibilis hostis nequitias triumphanter expugnare valeat, et una cum Sarra atque Rebecca, Lia et Rachel, beatis reverendisque feminis, fructu uteri sui foecundari, seu gratulari, mereatur ad decorem totius regni, statumque sanctae Dei ecclesiae regendum, nec non protegendum, per Christum dominum nostrum, qui ex intemerato beatae Mariae virginis utero nasci, visitare ac renovare hunc dignatus est mundum. Qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per immortalia secula seculorum. Amen.* Qua oratione completa, unus de cardinalibus presbyteris, cui prior praeceperit, et de diaconibus similiter unus, cui archidiaconus iusserit, reginam deducant usque ad altare sancti Gregorii; ibique exspectet, donec dominus papa cum sua processione exeat.

Unctio regis.

Completis igitur omnibus supradictis, ministri induant dominum papam planetam et pallium; et imposita mithra procedat, ordinibus de more procedentibus. Post quem[f] vadat electus cum supradictis ductoribus suis, quem sequatur uxor eius usque ad arcam beati Petri. Tunc primicerius cantat introitum cum schola, et *Kyrie Eleison*, et silet. Dominus papa ascendit ad altare, et post confessionem dat pacem diaconibus, et incensat. Post incensum ascendit ad sedem. Electus vero inter haec et uxor eius prosternuntur[g] ante arcam beati Petri, et archidiaconus facit letaniam. Qua finita exuitur, solo pluviali dimisso. Episcopus Ostiensis ungat[h] brachium dextrum de oleo exorcizato, et inter scapulam[i], et dicit: *Domine Deus omnipotens, cuius est omnis potestas et dignitas, te supplici devotione atque humillima prece deposcimus, ut huic famulo tuo prosperum imperatoriae dignitatis concedas effectum, ut in tua dispositione constituto, ad regendam ecclesiam tuam nihil ei praefinita officiant, futuraque non obsistant; sed inspirante sancti Spiritus tui dono, populum sibi subditum, aequo iustitiae libramine regere valeat, et in omnibus operibus suis te semper timeat, tibique iugiter placere contendat. Per dominum etc.* Sequitur oratio: *Deus Dei filius Iesus Christus dominus noster, qui a Patre oleo exsultationis unctus est*[k] *prae participibus suis, ipse per praesentem sacri unguinis infusionem*[l], *spiritus paracliti super caput tuum fundat benedictionem, eamdemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat: quatenus hoc visibili et tractabili dono invisibilia percipere, et temporali regno iustis moderaminibus exsequuto, aeternaliter cum eo regnare merearis. Qui solus sine peccato rex regum vivit et gloriatur cum Deo Patre in unitate eiusdem Spiritus sancti, etc.*

p. 164

Unctio reginae.

Post regis unctionem sequitur[m] benedictio reginae ante altare: *Deus, qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibilem, cuius providentia in sui dispositione non fallitur; qui fecisti quae futura sunt, et vocas ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt: qui superbos aequo moderamine de principatu eiicis, atque humiles dignanter in sublime provehis: ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Esther reginam Israël, causa salutis, de captivitatis suae compede solutam ad regis assumi thalamum, regnique sui consortium transire fecisti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis nostrae benedictione, christianae plebis gratia salutis, ad dignam sublimemque regis nostri copulam, regnique sui participium misericorditer transire concedas. Et ut regali foedere coniugii semper manens pudica, proximam dignitatis palmam continere queat, ubi Deo vivo et vero in omnibus et super omnia iugiter placere desideret, et te inspirante, quae tibi placita sunt, toto corde perficiat. Per dominum nostrum Iesum Christum.* Sequitur: *Sacri unctio olei in pectore reginae Spiritus sancti gratia humilitatis nostre officio copiosa descendat, ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali oblita pinguescis*[n] *exterius, ita eius invisibili unguimine delibuta impinguari merearis in-*

a) dicit 2. b) aversaris 2. c) infima 1. d) elegimus 2. e) dextere tue potentia 2. f) quae 2. g) profunduntur 2. h) ungit 2. i) scapulas 2. k) unctus, et pro 2. l) ungiminis unctionem, infusionem 2. m) sequatur 2. n) pinguescit 1.

terius, eaque spirituali unctione perfectissime semper imbuta, et illicita declinare tota mente et spernere discas seu valeas, et utilia animae tuae iugiter[a] *cogitare, optare, atque operari queas, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et eodem Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.*

1191. April 15.

5 Post haec dominus papa descendit a sede, et vadit ad altare sancti Mauritii[14], sequente electo et regina. Et domino papa stante super limen in introitu altaris, electus stet ante eum in medio rotae; ad cuius dexteram stet regina cum[b] sex episcopis palatii Lateranensis in rotis quae ibi[c] positae sunt circumstantibus[d], septimo in officio altaris domino papae serviente. Tunc oblationarius[e] prior et secundus sumant[f] coronas electi 10 et reginae de altari sancti Petri, et ponant super altare sancti Mauritii. Tunc dominus papa det anulum[g] electo, et dicat: *Accipe anulum, signaculum videlicet sanctae fidei, soliditatem regni, augmentum potentiae; per quem scias triumphali potentia hostes repellere, haereses destruere, subditos coadunare, et catholicae fidei perseverabilitati connecti*[h]. *Per etc.* Oratio post anulum datum: *Deus, cuius est omnis potestas et digni-* 15 *tas, da famulo tuo prosperum suae dignitatis effectum, in qua te remunerante permaneat, semperque teneat, tibique iugiter placere contendat. Per Christum*[i] *etc.* Hinc[k] cingit eum gladio, et dicit: *Accipe hunc gladium cum Dei bene+dictione tibi collatum, in quo per virtutem Spiritus sancti resistere et eiicere*[l] *omnes inimicos tuos valeas, et cunctos sanctae Dei ecclesiae adversarios, regnumque tibi commissum tutari, atque* 20 *protegere castra Dei, per auxilium invictissimi triumphatoris*[m] *domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre in unitate Spiritus sancti vivit et regnat in secula seculorum. Amen.* Oratio post gladium: *Deus, qui providentia tua caelestia simul et terrena moderaris, propitiare christianissimo regi nostro, ut omnis hostium suorum fortitudo virtute gladii spiritualiter*[n] *frangatur, atque pro illo pugnante*[o] *penitus conteratur. Per* 25 *Christum etc.*

Coronatio imperatoris. Anulus. Gladius.

Hinc[p] coronetur. Tunc archidiaconus accipiat coronam de altari sancti Mauritii, et porrigat domino papae. Quam quum dominus papa posuerit super caput electi, dicat hanc orationem: *Accipe signum gloriae in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; ut spreto antiquo hoste, spretisque contagiis omnium vitiorum*[q], *sic iudicium et iusti-* 30 *tiam diligas, et ita misericorditer*[r] *vivas, ut ab ipso domino nostro Iesu Christo in consortio sanctorum aeterni regni*[s] *coronam percipias. Qui cum patre etc.*

Corona. p. 165.

Impositio coronae super caput reginae. Quam quum imponit dominus papa super caput eius, imponant manus[t] septem episcopi; et dicat dominus papa alta voce, septem[u] episcopi taceant: *Accipe coronam regalis excellentiae, quae licet ab indignis, episcopo-* 35 *rum tamen manibus capiti tuo imponitur. Unde velut haec exterius auro est et gemmis redimita, ita tu interius auro*[v] *sapientiae, virtutumque gemmis decorari contendas, quatenus post occasum huius seculi cum prudentibus virginibus sponso perenni domino nostro*[w] *Iesu Christo digne et laudabiliter occurras, ianuamque caelestis regni cum eodem ingredi merearis. Qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus* 40 *per infinita secula seculorum. Amen.*

Coronatio imperatricis.

Heic det dominus papa sceptrum imperatori, et dicat: *Accipe sceptrum regiae potestatis insigne, virgam scilicet rectam regni, virgam virtutis, qua te ipsum bene regas, sanctam ecclesiam populumque christianum tibi a Deo commissum regia virtute ab improbis defendas, pravos corrigas, rectos pacifices, et ut viam rectam tenere pos-* 45 *sint, tuo iuvamine dirigas; quatenus de temporali regno ad aeternum pervenias, ipso adiuvante, cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.* Oratio post datum sceptrum: *Omnium Domine*[x] *fons bonorum, cunctorumque Deus institutor profectuum, tribue, quaesumus, famulo tuo N. adeptam bene regere dignitatem, et a te sibi praestitum honorem corroborare dignare. Honorifica eum prae cun-* 50 *ctis regibus terrae, uberi*[y] *eum benedictione locupleta, et in solio regni firma stabilitate consolida. Visita eum in sobole. Praesta ei prolixitatem vitae. In diebus eius semper*

Sceptrum.

a) *deest* 2. b) *deest* 2. c) sibi 1. d) secundum antiquam consuetudinem loquitur *in margine* 1. *et textui inseritur in* 2. e) oblationis 2. f) sumunt . . . ponunt 2. g) annulum 1. h) connectere 2. i) Dominum 2. k) Hic 2. l) reiicere 2. m) triumphantis 2. n) spiritualis 2. o) pugnare 2. p) Hic coronatur 2. q) visionum 2. 55 r) misericordiae 2. s) r. tui c. 2. t) manum 2. u) et s. 2. v) *deest* 2. w) *deest* 2. x) D. deus 2. y) Verbi 1.

14) in navi transversali sinistra, latere orientali; cf. Ill. Bunsen opus egregium, descriptionem Urbis T. II.

1191. April 15.

oriatur iustitia, ut[a] *cum iocunditate et laetitia aeterno glorietur in regno; per Dominum etc.*

Laudes.

Post haec dominus papa cum suis ministris ad altare beati Petri revertitur. Tunc praefectus Urbis et primicerius iudicum deducant imperatorem; imperatricem vero praefectus navalis[b] et secundicerius iudicum. Quibus in locis suis iam stantibus, dominus papa incipit: *Gloria in excelsis Deo etc.* Et schola respondet. Deinde dicit hanc orationem: *Deus regnorum omnium etc.* Qua finita, archidiaconus cum ceteris palatii diaconibus et primicerio et subdiaconis inter[c] crucem et altare incipiunt has laudes: *Exaudi Christe.* Schola[d] cum notariis in choro respondet[e]: *Domino nostro C.*[f].[15] *a Deo decreto summo pontifici et universali papae, vita.* Et hoc ter. Iterum dicit archidiaconus cum adstantibus sibi: *Exaudi Christe.* Et schola cum notariis respondet[g]: *Domino nostro N. a Deo coronato, magno et pacifico imperatori, vita et victoria:* tribus vicibus. *Exaudi Christe.* Respondet schola: *Dominae nostrae N. eius coniugi, excellentissimae imperatrici, vita*: tribus vicibus. Item: *Exaudi Christe.* Respondet: *Exercitui Romano et Theutonico vita et victoria:* tribus vicibus. Item: *Salvator mundi tu*[h] *illum adiuva:* ter. Item *sancta Maria*: Respondent[i]: *tu illos adiuva:* tribus vicibus. Item: *Sancte Michael.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. *Sancte*[k] *Gabriel.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. *Sancte*[l] *Raphael.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. *Sancte Petre.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. *Sancte Paule.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. *Sancte Iohannes.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. *Sancte Gregori.* Respondent: *tu illos adiuva*: ter. *Sancte Maurici.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter. [*Sancte*[m] *Mercuri.* Respondent: *tu illos adiuva;* ter.] Item: *Christus vincit; Christus regnat; Christus imperat.* Respondent: alii similiter ter[n]. *Spes nostra.* Respondent: *Christus vincit. Salus*[o] *nostra.* Respondent: *Christus vincit. Victoria nostra.* Respondent: *Christus vincit. Honor noster.* Respondent: *Christus vincit. Gloria nostra.* Respondent: *Christus vincit. Murus noster inexpugnabilis*[p]. Respondent: *Christus vincit. Laus nostra.* Respondent: *Christus vincit. Triumphus*[q] *noster.* Respondent: *Christus vincit. Ipsi laus, honor, et imperium per immortalia secula seculorum. Amen.* Hac laude finita, legitur epistola, et cantatur graduale et *Alleluia.* Post quae imperator et imperatrix deponunt coronas. Tunc legitur euangelium. Post quod imperator deponit gladium, et ascendit ad sedem domini papae, imperatrice sequente[r]. Et offert domino papae panem simul, et cereos, et aurum. Singillatim vero imperator[s] vinum, imperatrix aquam, de quibus debet ea die fieri sacrificium. Quibus finitis, revertuntur ad loca sua. Quum autem praefatio incipit, imperator extrahit pluvialem[t], et induitur manto proprio. Quum datur[u] pax Domini, ascendit ad communicandum, indutus proprio manto, et imperatrix cum eo. Et accepta communione, iterum[v] redeunt ad loca sua.

Missa.

Finita vero[w] missa, accedat ad imperatorem comes palatii, et discalciet[x] eum sandaliis et caligis, et calciet eum ocreas imperiales et calcaria sancti Mauritii. Et acceptis coronis sequantur[y] dominum papam pergentem ad equitandum, deducti usque ad equos[z] a supradictis ductoribus. Quum dominus papa venerit ad equum, imperator teneat stapham; et coronetur, et intret[*] in processionem. Imperator cum suis ductoribus eum sequatur. Imperatrix vero cum ductoribus suis sequatur imperatorem. Ceteri barones sequantur. Clerici Urbis omnes, sicut soliti sunt, laudes faciant per loca sua. Iudaei similiter in loco suo. Coronetur civitas, campanae sonent omnes. Camerarii imperatoris praecedant, et sequantur, nummos proiicientes, et[a] equitantium iter non impediatur. Quumque pervenerint ad ascensorium[b], prior cardinalium[c] sancti Laurentii foras muros, incipit[d] laudes, sicut mos est, et ceteri respondent[e]. Quibus finitis, imperator descendit[f], et tenet stapham domino papa descendente, deposita prius corona. Deinde ducitur dominus papa ab imperatore et praefecto Urbis usque ad cameram maioris palatii: ubi

a) et 2. b) navalium 2. c) intra 2. d) et schola 2. e) respondente 2. f) N. 2. g) respondente 2. h) tu — Maria *desunt* 1. i) *deest* 2. k) Item s. 2. l) sancte R. R. Tu i. a. ter *desunt* 1. m) sancte Mercuri respondent Tu illos adiuva. ter. *desunt* 2. *et in* 1. *addita videntur vitiose, loco sanctae Mariae quae ibi excidit.* n) *deest* 2. o) spes 2. p) *vox haec post* laus nostra *habetur* 2. q) triumphator 2. r) i. s. et o. d p. *desunt* 2. s) i. *deest* 2. t) pluviale 2. u) dicitur 2. v) *deest* 2. w) *deest* 2. x) discalciat . . . calceat 2. y) sequuntur 2. z) equum 2. *) intrat in processione. Et i. 2. a) ut 2. b) ascenserium 2. c) cardinalis 2. d) incipiat laudem 2. e) respondeant 2. f) descendat et teneat st. domni p. descendentis 2.

15) Coelestino.

inde separentur. Imperatrix vero deducitur a primicerio[a] et secundicerio iudicum usque ad cameram Iuliae imperatricis; in qua ipsa comedere debet cum episcopis et ceteris baronibus suis. Camerarii imperatoris cum camerario domini papae dent presbyterium[16] omnibus ordinibus sacri palatii, pontifice et imperatore in camera pausantibus[b]. Quo peracto[c], comedat imperator ad dexteram domini papae, ceteris in locis suis sedentibus. Finito prandio surgat unus ex diaconibus, quem archidiaconus iusserit, et legat lectionem, qua perlecta surgant[d] cantores, et cantent quod soliti sunt. Finito cantu, surgant omnes cum benedictionibus. Dominus papa redeat ad cameram suam, imperator ad cameram Iuliae.

Electus descendens de monte Gaudii, et veniens ad ponticellum, iurat hoc sacramentum Romanis: *Ego N. futurus imperator iuro, me servaturum Romanis bonas consuetudines*[e], *et firmo chartas tertii generis et libelli sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei euangelia.* Ad portam Collinam[17] similiter iurare debet. In gradibus sancti Petri similiter *.

a) p. et *desunt* 2. b) pransantibus 2. c) finito 2. d) surgunt 2. e) suas *additur a.* 1311.

16) i. e. donativum. 17) porta porticus Romanorum audit supra pag. 68. lin. 15.

*) Cum superioribus plurimum consentit ordo a Martenio ex ms. pontificali ecclesiae Apamiensis in Syria anno 1214 scripto, editus in libro de antiquis Ecclesiae ritibus T. II. p. 589 sqq.; quem, licet ad auctoritatem Ordinis Cenciani minime accedat, ob nonnulla paullo aliter expressa hic subiicimus:

Incipit ordo qualiter rex Teutonicus Romam ad suscipiendam coronam imperii venire debeat, ibique per manum Romani pontificis in imperatorem coronari.

Postquam enim a principibus suis electus fuerit in regem et iuxta morem inunctus, debet mittere honoratos nuncios de principibus quidem viros ecclesiasticos et saeculares ad Romanum pontificem, significans ei tam per eos quam per litteras suas promotionem suam, et quod velit sibi omnimodis obedire tamquam patri, et ad defensionem ecclesiae secundum scire suum ac posse omni vitae suae tempore viriliter stare. Hos ergo legatos Romanus pontifex recipere debet honorifice, et eorum dictis clementer et honorifice respondere. Quod si iidem nuncii diem ex parte domini sui petant, quo Romam venire velit in imperatorem coronandus; tunc Romanus pontifex unum vel duos de fratribus suis cardinalibus ad ipsum mittere debet circa tempus quo ipse rex venturus est, ut simul cum ipso Romam veniant. Est autem consuetudo, ut antequam ingrediatur Italiam, in praesentia cardinalium super sancta euangelia manu propria iuret, cuius iuramenti tenor et forma in registris Romanorum pontificum continetur.

Postquam vero Romam venerit, die qua coronandus est honorifice suscipitur in processione ab episcopis et cardinalibus Romanae ecclesiae in gradibus beati Petri, ibique osculum pacis dat omnibus. Deinde hinc inde sustentatus a duobus archiepiscopis vel episcopis regni sui cum venerit ad ecclesiam sanctae Mariae in Turri, ibi quoque aliud iuramentum facit super sancta euangelia iuxta morem praedecessorum suorum in praesentia cardinalium. Quo facto deducitur processionaliter sicut prius; et cum intraverit portam basilicae beati Petri, quae quondam fuit argentea, et nunc quoque argentea vocatur, episcopus Albanensis primam super caput ipsius dat orationem dicens: *Dominus vobiscum. Oremus. Deus cuius in manu corda sunt regum*, etc. ut in ordine Romano.

In eumdem quoque modum episcopus Portuensis dat secundam orationem in medio rotae maioris, quae primum occurrit infra ecclesiam beati Petri. *Dominus vobiscum. Oremus. Deus inenarrabilis auctor mundi*, etc. ut in ordine Romano, usque ad illa verba inclusive, *ut semper maneant tripudiantes in pace victores. Quod ipse praestare dignetur.*

Deinde deducitur ante confessionem beati Petri, ibique prosternit se pronum in terram, et archidiaconus facit letaniam. Qua finita, episcopus Hostiensis vel in eodem loco, vel ante altare sancti Mauricii, sicut aliquando a multis actum esse dicitur, debet ei inungere brachium dextrum de oleo exorcizato et inter scapulas, dicens hanc orationem: *Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Domine Deus omnipotens cuius omnis potestas*, ut in ord. Rom. Alia. *Deus Dei filius Iesus Christus dominus noster, qui a Patre oleo exultationis est unctus prae participibus suis, ipse per praesentem sacri unguinis infusionem spiritus paracliti super caput tuum infundat benedictionem, eamdemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili et tractabili dono invisibilia percipere et temporali regno iustis miserationibus exsecuto aeternaliter regnare merearis; qui solus sine peccato rex regum vivit et gloriatur cum Deo patre in unitate Spiritus sancti.*

Demum vero ascendit sursum ad altare beati Petri, ibique Romanus pontifex dat ei nudum ensem sic dicens:

Accipe gladium imperialem ad vindictam quidem malorum, laudem vero bonorum, in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti. Amen. Et dat ei osculum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Et dat ei osculum.

Ipse autem imperator acceptum gladium de

1191. April 19.

SENTENTIA DE BONIS ECCLESIASTICIS NON ALIENANDIS.

Proferimus eam ex Würdtweinii Subsidiis novis dipl. T. X. p. **160**.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Notum fieri volumus universis imperii fidelibus presentem paginam intuentibus, quod fideli nostro Conrado Argentinensi episcopo in sentencia querente, si aliquis episcoporum possit infeodare vel alio modo alienare de hiis bonis que pertinent ad suam coquinam vel ad aliquod officiorum suorum? adiectum est etiam inquirendo, utrum aliquis possit edificia ponere infra ambitum atrii quo palatium eius cingitur. Astantibus igitur plurimis principibus et magnatibus imperii eisque consentientibus, talis in presencia nostra dictata est super hoc sentencia, quod nullus episcoporum vel abbatum imperio pertinentium possit vel debeat aliquid de bonis ad coquinam vel ad aliud officium suum pertinentibus infeodare vel alienare; quod si forte aliquem episcoporum seu abbatum facere contigerit, talis infeodatio seu alienacio a successore episcopo potest et debet de ratione in irritum revocari. De abbatibus idem est iudicium. Item si quis in atrio palacii episcoporum vel abbatum edificaverit, successores eorum poterunt ea pro voluntate sua funditus extirpare. Hanc itaque sententiam utpote iustam ratam habemus et eam imperiali auctoritate confirmamus.

Data in Silva Libertina anno Domini 1191. indictione 9. 13. Kalendas Maii, presentibus hiis: patriarcha Aquileiensi Godefrido. Philippo Coloniensi archiepiscopo. Ottone Bambergensi episcopo. Ottone Frisingensi episcopo. Ottone duce Boemie. Cunrado duce de Rotenberc. Cunrado duce Spoleti. Henrico marchione de Romersberc. Roberto de Durnei. Heinrico Testa marscalco; et aliis multis.

1192. Nov. 17.

SENTENTIA DE FEODIS MINISTERIALIUM

Prodit hic prima vice subsidio copiarii ecclesiae Verdensis membr. sec. XIII. in tabulario regio Hannoverano adservati.

manu pontificis primum vibrat, et statim in vaginam reponit. Et tunc Romanus pontifex accingit eodem gladio eum sic in vagina reposito, ita dicens: (*formula deest*)

Consequenter dat ei sceptrum dicens: *Accipe sceptrum regni, virgam videlicet virtutis et aequitatis, quo intelligas mulcere pios et terrere superbos. Virga aequitatis, virga regni tui, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.*

Tunc imponit diadema in capite eius dicens: *Accipe signum gloriae, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut spreto antiquo hoste, spretisque contagiis vitiorum omnium, sic iudicium et iustitiam diligas, et ita misericorditer vivas, ut ab ipso domino nostro Iesu Christo in consortio sanctorum aeterni regni coronam percipias. Per.* Quo facto, dat ei osculum.

His ita peractis, Theutonicis in sua lingua cantantibus laudes, Romanus pontifex ascendit ad cathedram suam, et imperator deducitur ad locum quemdam honorabilem prope cathedram. Et tunc Romanus pontifex induitur vestimentis pontificalibus, et peragit missam ordine suo.

MISSA PRO IMPERATORE.

Oratio. *Deus regnorum omnium, et christiani maxime protector imperii, da servo tuo imperatori nostro triumphum virtutis tuae scienter excolere, ut qui tua constitutione est princeps, tuo semper sit munere potens. Per.*

Secreta. *Suscipe, domine, preces et hostias pro salute famuli tui N. supplicantis, et in protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula, ut superatis pacis inimicis, secura tibi serviat Romana libertas. Per.*

Postcommunio. *Deus qui ad praedicandum aeterni regis euangelium, Romanum imperium praeparasti, praetende famulo tuo imperatori nostro arma caelestia, ut pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per.*

SENTENCIA H. IMPERATORIS DE FEODIS MINISTERIALIUM.

1192. Nov. 17.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, universis imperii fidelibus ad quos presens pagina pervenerit, gratiam suam et omne bonum. Constitutus in presentia nostra dilectus noster Rodolfus Verdensis episcopus, in sententiam que-5 sivit, si ministerialis ecclesie sue feodum quod habet ab ecclesia iure ministerialium, filio suo qui non est sue conditionis, vel alii persone, in fraudem ecclesie vel subterfugium possit concedere. Super quo sententiatum[a] est et consensu principum nobilium et ministerialium imperii nostri legitime comprobatum, quod nullus ministerialis alicuius ecclesie feodum quod habet ab ecclesia iure ministerialium, filio suo qui sue non est 10 conditionis, vel alii persone, in fraudem ecclesie vel subterfugium potest vel debet concedere. Quam sententiam imperiali auctoritate confirmamus, precipientes, ut sicubi ministerialis ecclesie tale quid in fraudem ecclesie sue perperam fecisse dinoscitur, eius factum non valeat et omnino revocetur, dignaque satisfactio domino suo vel episcopo super hoc exhibeatur. Huius rei testes sunt Heinricus Pragensis episcopus, Bertoldus 15 Cicensis episcopus, et alii quam plures.

Datum apud Aldemburc 15. Kal. Decembris.

a) sententiarum *codex*.

SENTENTIA DE AEDIFICIIS IN PLATEA PUBLICA CONSTRUCTIS.

1192. Nov. 17.

20 *Prima iam vice prodit ope copiarii ecclesiae Verdensis membr. sec. XIII. in tabulario regio Hannoverano adservati.*

DE EDIFICIIS CONSTRUCTIS IN PUBLICA PLATEA.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, universis imperii fidelibus presentem paginam intuentibus gratiam suam et omne bonum. Dilectus noster 25 Rodolfus Verdensis episcopus in sententiam quesivit, si alicui liceret in publica platea vel in loco publico, domos vel aliqua edificia construere sine concessione sui episcopi vel domini, et quod concessio episcopi diutius valere non debeat quam ipse vixerit. Hanc itaque sententiam imperiali auctoritate confirmantes, precipimus districte, ut ubicumque in civitate Verdensi, vel alias, quispiam domos vel edificia aliqua contra concessionem 30 predicti fidelis nostri Rodolfi episcopi in publica platea vel loco publico exstruxerit, episcopus liberam habeat licentiam et potestatem predicta in usus suos trahendi, nullumque ius vel consuetudo contra hoc ipsi opponatur, set super hoc digna satisfactio ipsi episcopo exhibeatur. Huius rei testes sunt Heinricus Pragensis episcopus, Bertoldus Sicensis episcopus, et alii quam plures.

35 Datum apud Aldemburc 15. Kal. Decembris.

1193. Iun. 29. Wormatiae

PACTUM CUM RICHARDO REGE ANGLIAE.

Ex Rogeri de Hoveden Annalibus ed. **1601.** *pag.* **728. 729.**

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Haec est forma compositionis inter dominum[a] imperatorem semper augustum, et dominum Richardum illustrem regem Angliae. Dominus imperator mittet nuncios suos, cum nunciis domini regis, qui Lun- 5 donias ibunt, et ibi recipient centum millia marcarum puri argenti ad pondus Coloniae. Quae pecunia a nuntiis imperatoris accepta et ponderata, sigillabitur in praesentia nuntiorum ipsius, et in conductu regis per regni sui terminos ducetur: ita ut si eam in regno suo perdi contigerit, periculo regis perdatur. Postquam vero ad terminos imperii venerit dicta pecunia, per nuntios regis nuntiis domini imperatoris praesentabitur, qui 10 eam illico ibi recipient, et si forte in partibus imperii eam perdi contigerit, periculo imperatoris perdetur, et rex in ea non tenebitur, nec obsides sui. Alia quoque quinquaginta millia marcarum argenti dabit rex imperatori, et duci Austriae, et pro illis ponet obsides: scilicet, domino imperatori pro triginta millibus marcarum sexaginta obsides; duci vero Austriae septem obsides pro viginti marcarum millibus. Solutis ergo centum 15 millibus marcarum, et datis obsidibus, rex libere recedet. Si autem dominus rex solverit promissionem, quam domino imperatori de Henrico quondam duce Saxoniae fecerat, imperator de quinquaginta millibus marcarum regem liberum dimittens et absolutum, pro ipso rege solvet duci Austriae viginti millia marcarum, et rex non tenebitur dare duci Austriae septem obsides, nec imperatori sexaginta. Cum igitur rex praedictam 20 promissionem de Henrico quondam duce Saxoniae impleverit, et centum millia marcarum solverit, libere recedet. Praeterea rex fecit iurare in animam suam, quod neptem suam filiam comitis Brittanniae tradet nuptui filio ducis Austriae infra septem menses postquam liberatus fuerit et in terram suam redierit, et eam transmittet usque ad introitum imperii, si eam recipere voluerint: et si noluerint, erit absolutus. Item si pro- 25 missio de Henrico quondam duce Saxoniae completa non fuerit, quinquaginta millia marcarum, quae residua sunt, solventur infra septem menses, postquam dominus rex in terram suam redierit. Cum autem rex liberatus fuerit, et redire voluerit, imperator dabit ei conductum per terram suam usque ad fines imperii sui, et in portu illo, ubi mare intrabit, quam diu ibi stabit, donec prospero vento recedat. Praeterea ea omnia, 30 quae tam in his, quam in aliis familiaribus literis sigillatis sigillis imperatoris et regis, super contractibus, qui inter eos ordinati sunt[b], uterque pro parte sua rata et firma habebit, et bona fide observabit.

a) *inserendum* Heinricum. b) continentur *supplendum*.

1194. Ian. 14.

LEGATIO ITALICA. 35

Expeditionem in Siciliam suscepturus, imperator legatum in Lombardiam praemisit, a quo treuga statuta est, in Moriondi Monumentis Aquensibus T. I. p. **103—105.** *primum evulgata.*

TREGUA TRASARDI LEGATI IMPERIALIS.

Anno dominicae incarnationis 1194. indictione 12. 14. die mensis Ianuarii. Ego Tra- 40 sardus, legatus aulae imperialis, statuo et praecipio firmam treguam esse omnibus, et in-

1194. Ian. 11.

ter omnes civitates et loca, quae iuraverunt stare mandatis domini imperatoris, et meo, et super discordiis et guerris, quas habebant ad invicem, ita scilicet, ut homines omnium praedictarum civitatum et locorum secure vadant, et redeant, per aquam et terram, in rebus et personis et mercatis, et quocumque voluerint, et nullus offendat alterum.
5 De blava vero quod statuerunt, civitas unaquaeque de suo, non mutamus omnino, sed si aliqua persona de praedictis civitatibus et locis voluerit [a] ducere blavam aliunde per terram et episcopatum alterius civitatis, non prohibeatur. Si qua vero de praedictis civitatibus vel locis fregerit hanc treguam, praecipio, ut restituat laesis omnia ablata et damna infra quindecim dies, et insuper solvat centum imperiales mihi, vel certo nuncio
10 meo, infra mensem postquam fuerit requisitus, pro poena persolvat. Quod si persona specialis, vel personae, hanc treguam fregerint, praecipio, ut civitas vel locus, de cuius districtu est illa persona, vel personae, restituat laesis omnia ablata et damna illata infra quindecim dies. Sed si talis persona fregerit treguam, quae non habet unde restituat, de persona illius iustitiam faciant; quam si habere non possent, banno supponant, nec
15 relaxabunt bannum, donec satisfactum fuerit damnum passis. Praeterea si quod castrum, villa, vel locus, vel persona alicuius praedictarum civitatum vel locorum, treguam hanc fregerit, praecipio, ut civitas vel locus, de cuius districto est illud castrum, villa, vel locus, vel persona, quae treguam fregit, infra quindecim dies restituat damnum passis omnia ablata et damna. Quod si civitas vel locus, ad quem pertinet
20 restitutio, infra quindecim dies, sicut statutum est, eam non fecerit, ipsa civitas vel locus solvat nobis, vel certo nuncio nostro, libras centum imperiales pro poena infra unum mensem postquam inde fuerit requisitus. Idem statuo de marchione Montisferrati, et eius terra atque hominibus. Item praecipio, ut omnes captivi rustici, et alii, qui ostiatim mendicant, et omnes alii, quos consules praedictarum civitatum vel loco-
25 rum cognoverint vel bona fide crediderint ita pauperes esse, ut in captivitate se non possint de suo procurare [b], infra quatuor dies postquam fuerint domi praefati consules, libere et absolute dimittantur. Omnes autem quicumque fuerint capti infra tempus treguae, quam statui, absolute, et omni occasione remota, libere dimittantur, tam pauperes quam divites, infra quatuor dies. Hanc enim treguam secundum praedictum
30 tenorem qualiter supra legitur, per omnia observari praecepit praefatus dominus Trasardus, et sub debito sacramenti, videlicet Mediolanensibus, Placentinis, Caesariensibus, Cremensibus, Grabadonensibus, Demaxinis [c], Clavensibus, Papiensibus, Cremonensibus, Laudensibus, Bergomensibus, et Cumanis, qui ibi erant in sua persona, et iuraverunt stare suo mandato, sicut instrumentis inde factis continetur.

35 Actum in palatio Vercellensis episcopi praesentia domini Alberti Vercellensis episcopi. Interfuerunt testes de civitate Vercellarum Guido advocatus, Bemundius, Martinus Bischerius, Gulielmus de Biogracano, Rombellus, Bussanus, Nicolaus de Fontaneto, Ioannes de Oliva, Arditio Alzatus, Landricus Caraita, et multi alii qui ibi erant in plena curia.

IURAMENTUM DE TREGUA SERVANDA.

40 Anno Domini 1194. 12. die mensis Ianuarii, indictione 12. Hoc est iuramentum pacis et concordiae factae sub domino Trasardo legato domini Henrici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, super guerris et discordiis Lombardiae. Ego iuro ad sancta Dei euangelia, quod bona fide et sine fraude et malo ingenio observabo et attendam omnia praecepta, quae dominus Henricus Dei gratia invictissimus Romanorum imperator et semper augustus, vel do-
45 minus Trasardus ipsius domini imperatoris in Italia legatus, faciet mihi super guerris et discordiis, quae habet cum Papiensibus, Cremonensibus, Laudensibus, Bergomensibus, Cumanis, Parmensibus, marchione Montisferrati, et marchione Moruello, et omni eorum parte, scilicet de pace, et tregua, et iustitia facienda, et rebus ablatis, et damnis datis tempore treguae factae per ipsum dominum Trasardum restituendis. Insuper omnia alia prae-
50 cepta, quae faciet mihi pro praedictis omnibus, observabo. Praeterea observabo et attendam omnia praecepta, quae faciet mihi de stratis aperiendis, et mercatis ducendis tam per aquam, quam per terram, et hoc sacramentum faciam fieri ab omnibus, quos voluerit, de civitate, et terra, et loco meo. Hoc autem sacramentum fecerunt sicut su-

a) *ita correxi;* noluerit *ed.* b) *hic lacuna indicatur in ed.* c) *forte* de Caxinis. MORIONDI. — *infra* Domasium *vocatur.*

1194. Ian. 14.

pra legitur pro hominibus de Mediolano Bertrammus Scaccabarocius, Roglerius de Lampugnano, Roglerius de Rollate consules, et Guido vicecomes, Ugo camerarius, Albertus de Lampugnano, Laurentius Corbus, Passaguerra, et Praeaneus consul negotiatorum etc., et de Placentia Gulielmus Scorpia consul, et Guido de Runcoveteri, Arnaudus Strictus de Caesarea, Balduinus, et Bonifacius de Cremona, Antonius de Granzis, et Benzonus de Domasio, Martinus iudex de Grabadona, Thomas Porta de Graveria, Obertus de Rovaglia. 5

Actum in palatio Vercellensis episcopi praesentia domini Alberti Vercellensis episcopi, et ipsius domini Trasardi. Interfuerunt testes dominus Ottobonus, Bazzanus Vercellensis ecclesiae canonicus, et magister Ugo Novariensis canonicus, presbiter Rubaldus Mortariensis canonicus, frater Iacobus de Laude, et multi alii, qui ibi erant in plena ecclesia. Unde plures chartas uno tenore scripta sunt. 10

1195. Apr. 12.

CURIA BARENSIS.

Encyclicas de auxilio Terrae Sanctae in curia Barensi decreto, ex Godefridi chronico ope codicis bibl. ducalis Guelferbytanae emendato proponimus. 15

Heinricus Dei gratia Romanorum [a] imperator, rex Siciliae et semper augustus, dilectis ac fidelibus suis archiepiscopis, abbatibus, et ęcclesiarum praelatis, gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre duximus significandum, quod per gratiam Dei regno Siciliae nobis subiugato et in bonum statum redacto, ad honorem eius qui brachia sua extendit, in crucem pro nobis immolatus, recolentes miseriam et angustias, que terra promissionis, peccatis [b] exigentibus, feritate paganorum intolerabiliter oppressa sustinet, in sollempni curia apud Barum in festo resurrectionis Domini celebrata pro redemptione eiusdem terrae mille quingentos milites, et totidem sargantos, in expensis nostris a Marcio usque ad annum transmittere decrevimus, et hoc manifestę spopondimus, unicuique militi 30 uncias auri, et tantum annonae quae ei ad annum sufficiet, daturi. Pecuniam vero ubicumque naves ascendent, eis dabimus: annonam autem traduci faciemus, et ex illa parte maris, ubi naves applicuerint, eis praesentabimus. Milites itaque et sarganti iurabunt obedire illi quem magistrum eis ac ducem constituemus, et per annum stare in servitio Dei. Et si aliquem eorum ex hoc mundo migrare contigerit, quicquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli assignare poterit, set pro consilio magistrorum ac ducum exercitus alii qui vicem eius compleat et pro ipso serviat, assignabitur. Mandamus igitur universitati vestre rogantes, ut hanc voluntatem nostram militibus et bonis hominibus in dyocesi vestra constitutis insinuarę curetis: ut si qui eorum ad propulsandas iniurias Christo et christianitati illatas instinctu divino ire voluerint, infra terminum praedictum ad iter se praeparent. 20 25 30 35

Datum apud Tranum 2. Idus Aprilis.

a) roman' *codex*. b) p̄ ceteris *codex*.

1195. Oct. 27.

SENTENTIA DE TESTIBUS IURE FEODALI.

Vulgamus eam auxilio copiarii ecclesiae Verdensis mbr. sec. XIII. in tabulario regio Hannoverano adservati. 40

QUI POSSINT TESTIMONIUM FERRE IN IURE FEODALI.

1195. Oct. 27.

Heinricus Dei gratia Romanorum et regni Cecilie et Apulie imperator et semper augustus, universis Verdensis ecclesie fidelibus, prelatis, clero, liberis et ministerialibus, gratiam suam et omne bonum. Dilectus noster Rodolfus sancte Verdensis ecclesie episcopus in 5 curia nostra sententiam requisivit, si aliquis homo suus qui nullum ab eo tenet beneficium, possit homini suo ab eo inbeneficiato in feodali causa testimonium ferre; et item, si ministerialis ecclesie qui nullum tenet beneficium ab eo, valeat ferre testimonium ministeriali beneficiato in iure feodali. Super hoc[a] itaque data est sententia, et a fidelibus imperii, tam liberis quam ministerialibus approbata, quod nec liber nec ministerialis, qui 10 non habet beneficium a domino, debeat ferre testimonium pro beneficiato in causa feodali contra beneficiatum vel contra dominum.

Data Geilenhusen anno dominice incarnationis 1195. indictione 14. 6. Kalendas Novembris.

a) hac *codex*.

---

15 SENTENTIA DE CITATIONE SUPER FEODO.

1196. Iun. 3.

Prodit hic prima vice descripta a Boehmero nostro e copiario ecclesiae Trevirensis circa annum 1300 *exarato, quod iam in tabulario Berolinensi regio adservatur.*

Heinricus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, univer-20 sis hominibus Treverici archiepiscopatus, graciam suam et omne bonum.

Quia questio apud vos fuit, quod dilectus noster Iohannes Trevericus archiepiscopus homines suos super feodo ad ius per 14 dies debebat vocare, quidam affirmabant per sex septimanas per ternam vocationem; curie nostre dictavit sententia, quod idem archiepiscopus homines suos super feodo ad 14 dies tantum per ternam vocacionem vel 25 ad sex septimanas peremtorie teneatur citare. Mandamus sibi[a] et districte precipimus, ut nullus omnino contra hanc sententiam venire presumat.

Datum apud Bopardiam 3. Nonas Iunii.

*) igitur?

CONSTITUTIO PRO MERCATORIBUS.

1196. Iun. 21.

30 *Autographum huius privilegii in tabulario civitatis Argentinensis adservatum Schöpflinus in Alsatia diplomatica P. I. p.* 305. *exscripsit; extat editio altera in Wenckeri apparato arch.* 160.

Heinricus sextus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Siciliae. Ad imperialis excellentiae cumulum et honoris accedit incrementum, cum per auctoritatis 35 nostrae limam quae secus ordinata sunt resecamus, et ea ad formam iustitiae divina sata-

1196. Iun. 21. gimus reducere constitutione. Quapropter notum facimus universis imperii fidelibus praesentibus et futuris, quod nos adtendentes gravamen et contra iuris rationem statutum, universos imperii nostri mercatores per aquarum decursus cum mercimoniis suis euntes cum rebus suis eos ab hac penitus excludimus consuetudine inordinate statuta, ne periculum naufragii cum rerum suarum dimisione perpessi, aliquod in bonis suis 5 idcirco dispendium sustineant vel iacturam; statuentes et imperiali sanctientes edicto, ut nulla omnino persona alta vel humilis hanc nostram audeat infringere constitutionem vel ei temere contraire. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, praesentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri.

Dat. apud Ehinheim 8. Kal. Iulii indict. 14. 10

? 1196. Aug. 6.

CONSTITUTIONIS DE CAUSIS FEUDI AMITTENDI FRAGMENTUM.

Habetur in libris Feudorum constitutionibus Lotharii et Friderici I. subiecta, lib. II. tit. 57., *nec ea solum ratione sed etiam ob voces* dominus *et* feudum *Heinrico VI. imperatori potissimum adscribenda esse videtur. Textum ope codicum seculi XIV. scilicet* 5) *Gottingensis olim Schwarziani,* 6) *Francofurtani,* 7) *Parisiensis Nro.* 4440, 8) *Monacensis olim Kaisersheimensis et* 9) *Monacensis olim Augustani N.* 16. *proferimus.* 15

IMPERATOR HEINRICUS AUGUSTUS UNIVERSO POPULO. 20

Si vasallus inhonestis factis atque indecentibus machinationibus dominum suum [a] offenderit, insidiisque eum clandestinis [b] vel manifestis appetierit [c], vel inimicis eius suas amicitias copulaverit, atque in aliis [d] sic versatus est, ut [e] potius inimicus quam fidelis esse credatur [f], vel [g] si eum cucurbitaverit [h], seu in campestri bello suum dominum dereliquerit [i], feudo privabitur. Quod [k] non obtinere sancimus, nisi [l] quinque testibus summae atque [m] integrae opinionis probatum fuerit manifeste. 25

Dat. 8. Idus [n] Augusti feliciter [o]. Deo gratias [p].

a) *deest* 7. 8. 9. b) clandestinum 6. c) apeciis (v. i. e. s. a. *desunt*) 6. d) aliis aliis 7. e) *deest* 6. f) ostendatur 6. g) scilicet 5. h) concubitauerit 6. i) dereliquerit *corr.* reliquerit 9. k) *deest* 6. l) *deest* 6. m) *deest* 6. n) ħ hus 6. o) *temporis indicatio deest* 7. 9. p) Deo gr. *ex codd.* 5. 6. 8. *recepi.* 30

PHILIPPI ET OTTONIS IV. REGUM CONSTITUTIONES.

ELECTIO PHILIPPI REGIS[1].

1198. Mai. 28.

Ex regestis Innocentii III. a Baluzio editis, inter epistolas de nego-
5 *tio Imperii Nro.* **12.** *et* **14.**

Ep. 12. Reverendo in Christo patri et domino Innocentio sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, salutem et filialem devotionem. Paternitatis vestrae nuntios Sutrinensem episcopum et abbatem sanctae Anastasiae, viros religiosos et discretos, quos ad nostram destinastis praesentiam, benigne
10 recepimus, tum propter vestram et Romanae ecclesiae reverentiam, tum etiam ob ipsorum honestatem, et ea quae ex parte vestra ipsi nobis intimarunt, ad plenum liquidoque collegimus intellectu. Quod autem praefatos viros tamdiu nobiscum detinuimus, nec eos vestrae remisimus sanctitati, scire vos cupimus id alia de causa non accidisse, nisi quod nostrorum hactenus praestolantes finem negotiorum, vobis eos post hac remittere dispo-
15 sueramus, et per eos quid ecclesiae et imperii commodis conduceret et dilectionem discretioni vestrae insinuare. At nunc, quia divina faciente clementia, per quam universos actus nostros cupimus feliciter prosperari, honor noster debitum sumpsit incrementum, et quicquid contra nos adversitatis hactenus emerserat, pene sopivimus et pro nostra credimus deducere voluntate, accepto consilio familiarium nostrorum et fidelium curiae
20 nostrae, praenominatos viros ad vos usque remittimus; de quorum non immerito confidentes prudentia, verbum nostrum per eos vestrae edisserendum duximus sanctitati, rogantes attentius et hortantes vos ut verbis ipsorum fidem adhibeatis indubitatam, et ea quae a nobis acceperunt vobis proponenda, pie, sicut convenit, et affectuose audire procuretis.

Ep. 14. 25 Reverendo in Christo patri et domino Innocentio sanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Germaniarum principes et magnates, in Christo filii, Magdeburgensis archiepiscopus, Trevirensis archiepiscopus, Bisuntinae sedis archiepiscopus, Ratisponensis episcopus, Frisingensis episcopus, Augustensis episcopus, Constantiensis episcopus, Eistedensis episcopus, Wormatiensis episcopus, Spirensis episcopus, Brixiensis electus, Hildesemen-
30 sis episcopus imperialis aulae cancellarius, abbas Fuldensis, abbas Hersveldensis, abbas de Tegerse, abbas Elwacensis, item rex Boemiae, dux Saxoniae, dux Bavariae, dux Austriae, dux Meraniae, dux Lotharingiae, marchio Missenensis, marchio Brandeburgensis marchio Moraviae, marchio de Rumesperc, aliique totius Alemanniae nobiles, debitum et paratum cum omni devotione et obsequio famulatum. Apostolicae beatitudinis emi-
35 nentia, quae piis supplicantium desideriis et affectibus gratam semper consuevit impertiri benevolentiam et assensum, firmam universitati nostrae certitudinem administrat, quod in iis quae a sanctitate vestra iustissime postulamus, benignitatem apostolicam debeamus

1) Negotium Imperii in curia Romana non sine pecuniae favore gestum fuisse, e. g. ex litteris Iohannis regis Angliae apud Rymer I. p. 78. pro 2125 marcis eam in rem versis patet; cf. p.
40 96. ibid.

1198. Mai 28. et in exaudiendo persentire facilem et in exequendo quod petimus fructuosam. Quocirca magnitudini vestrae duximus declarandum, quod mortuo inclito domino nostro Henrico Romanorum imperatore augusto, collecta multitudine principum, ubi nobilium et ministerialium imperii numerus aderat copiosus, illustrem dominum nostrum Philippum in imperatorem Romani solii rite et solemniter elegimus, quo nec ingenuitate sublimiorem 5 nec honorum luce magis conspicuum neque ad sceptra et regimina sacri imperii gubernacula nec ad ecclesiam Dei, sicut dignum est et expedit, defensandam potiorem potuimus invenire. Verum quoniam propter paucos principes iustitiae resistentes ad negotia imperii utiliter pertractanda ad haec usque tempora non convenimus, nunc deliberatione habita, cum praedicto domino nostro rege Philippo apud Nurenberc solemnem curiam 10 celebravimus, unanimiter ita domino nostro, disponente altissimo, contra turbatores suos adiutorium praestituri, quod nullus in imperio et in terris quas serenissimus frater suus habuit, ipsius audebit dominium recusare. Quocirca dignitatis apostolicae clementiam omni studio et attentione rogamus, ut precum nostrarum interventu, qui Romanae ecclesiae statum optimum semper diliximus, ad iura imperii manum cum iniuria nullatenus 15 extendatis, diligentius attendentes quod non sustinemus ius ecclesiae ab aliquo diminui aut infringi. Igitur favorem vestrum et benevolentiam excellentissimo domino nostro fructuosius impendatis, et eius honores ac commoda ita, ubi potestis, erigere dignemini cum effectu, ut iustitiae non dominetur iniquitas, sed subdatur semper falsitas veritati. Monemus insuper et precamur, ut dilecto amico nostro devoto et fideli domini nostri 20 regis Philippi Marcualdo marchioni Anchonensi, duci Ravennensi, procuratori regni Siciliae, imperialis aulae senescalco, in negotiis domini nostri apostolicam praestetis benevolentiam et favorem, nec resistentibus ei praebeatis adiutoria, sicut de vestra confidimus sanctitate; certissime scientes, quod omnibus viribus quibus possumus Romam in brevi cum ipso domino nostro divinitate propitia veniemus pro imperatoriae coronationis digni- 25 tate ipsi sublimiter obtinenda. Haec omnia vobis tam ex nostra, qui praesentes existimus, quam ex parte aliorum principum scripsimus, quorum nuntios et litteras habuimus, qui etiam domino nostro fidelitatem fecerunt et hominium; quorum nomina sunt haec: Patriarcha Aquilegiensis, archiepiscopus Bremensis; Verdensis, Halverstadensis, Merseburgensis episcopi, Nuwenburgensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Babeburgensis 30 episcopi, Pataviensis, Curiensis, Tridentinus episcopi, Metensis, Tullensis, Verdunensis, Leodiensis episcopi, comes Palatinus Burgundiae, dux Caringiae, dux Karinthiae, dux de Bites, marchio de Lannesperc, marchio de Voheberc, comes Palatinus de Tuing[1], comes Palatinus de Witelinesbach, et alii quamplures comites et nobiles, quorum hic nomina reticemus. 35

Datum Spirae 5. Kal. Iunii.

1) i. e. Tubingen.

1198. Iun. 29.

PHILIPPI PACTUM CUM PHILIPPO II. REGE GALLIAE.

Ex Leibnitii Codice iuris gentium p. 6. *collato cum Martenii Coll. T. I. p.* 1017, *ubi ex codice Colbertino habetur, quem et Leibnitio* 40 *usui fuisse, lectiones eius probare videntur.*

Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus etc. Notum etc. quod propter dilectionem, quam mutuo habuerunt erga dominum Philippum regem Franciae genitor noster Fridericus, et Henricus frater noster, piae recordationis Romanorum imperatores, hanc confoederationem propter bonum pacis et publicam utilitatem cum carissimo 45

1198. Iun. 29.

amico nostro Philippo illustri rege Francorum duximus ineundam, in hunc modum: Quod nos ei adiutores erimus, nominatim contra Richardum regem Angliae, et comitem Othonem nepotem suum, et Balduinum comitem Flandriae, et Adulphum[a] archiepiscopum Coloniae, et contra omnes alios inimicos eius, ubicumque cum honore nostro id facere poterimus, bona fide et sine malo ingenio, quando locum et tempus id faciendi habebimus. Si aliquis de imperio nostro faceret eidem Philippo regi Franciae malum vel ipsius regno, si ille qui deliquisset non emendaret, hoc per nos vel per nuncios nostros, per pacem vel per rectum, in marchia competenti infra quadraginta dies postquam sciverimus per praedictum regem Francorum, si fuerimus citra montes, vel episcopus Mettensis hoc sciverit. Si fuerimus ultra montes, dominus rex Franciae poterit se vindicare de eo sine interceptione[b], et nos iuvabimus eum bona fide. Nos non retinebimus in imperio nostro aliquem hominem de regno Franciae, sive clericum sive laicum, contra voluntatem carissimi nostri amici praedicti regis Francorum. Et quandocumque voluerit dictus rex, poterit se vindicare de comite Flandriae, de terra quam idem comes habet[c] in imperio, tam in feodo quam in dominio. Et hoc sine interceptione nos bona fide promittimus, quod si sciremus, quod aliquis quaereret malum Philippo regi[d] Franciae vel eius regno, nos bona fide id disturbaremus; et si non possemus, nuntiaremus eidem regi. Et quando, Deo volente, coronati fuerimus in imperatorem, has conventiones regi Franciae renovabimus, et sigillo nostro confirmabimus. Nos autem in manu Nevelonis venerabilis Suessionensis episcopi fiduciavimus, quod omnia praedicta bona fide observabimus. Id etiam de mandato nostro dilecti principes nostri, Conradus Wircenburgensis, B. Metensis, Diethelmus[e] Constantiensis, episcopi; Theodericus quoque de Greuch, Fridericus de Ceolre[f], Hartemannus[g] de Kirchberg, Godefridus de Vehingre[h], Everardus de Everstein comites, et de latere nostro Trusardus camerarius noster, Guarnerus de Rossewich[i], Warnerus de Bollanda, Warnerus de Ceanque[k] milites iuraverunt, quod bona fide studebunt, quod haec a nobis observentur et teneantur; id quoque adhuc unum archiepiscopum, et unum episcopum iurare faciemus.

Datum Wormatiae 3. Kalendas Iulii, anno Domini 1198. regni vero nostri primo, per manum Conradi, imperialis aulae protonotarii[l].

a) *ita correxi.* Harnulphum *L.* Havilphum *M.* b) interruptione *M.* c) tenet *M.* d) Philippi regis *M.* e) Othiethelmus *L.* f) *ita correxi.* de Ceolte *Leibn.* Ecolre *M.* g) Hermannus *coniicit Leibn.* h) Vehingen *idem.* i) Rassevac *M.* k) W. Ceangue *M.* l) cancellarii *M.*

OTTONIS CORONATIO AQUISGRANENSIS.

1198. Iul.

Ex Innocentii III. Regestis apud Baluzium, unde et acta annorum **1201. 1207. 1208** *et Ottonis coronationis Romanae acta depromsimus.*

Ep. 3.

*) *leg.* favente

Sanctissimo in Christo patri ac domino spirituali Innocentio sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Otto divina faciente* gratia Romanorum rex et semper augustus, salutem ac filialis devotionis affectum cum debita reverentia. Navicula Petri quibusdam retro temporibus persecutionum fluctibus est agitata, et nisi ecclesia Dei in petra Christo fundata fuisset et solidata, iam pravorum persecutionibus inclinata funditus corruisset. In ipsa etenim persecutione progenitor noster Henricus dux Saxoniae in fide sanctae Romanae ecclesiae indesinenter perseverans, et voluntati atque iniquae dominationi Friderici quondam imperatoris nullatenus acquiescens, matrem suam spiritualem, sanctam videlicet Romanam ecclesiam, in omnibus est imitatus; ideoque praevalente impiorum persecutione, honoris sui dignitate privatus, exilio cum liberis et familiaribus suis addictus fuit et expositus. Volens igitur Dominus ecclesiae suae statum in melius reformare et fidem

1198. Iul. ac devotionem iamdicti patris nostri in suis posteris remunerare, sua ineffabili clementia effecit, quod nos ab optimatibus et principibus imperii, ad quos de iure spectat electio, ad regni gubernacula ex inopinato vocati sumus et electi; in sede quoque Augustorum apud Aquisgranum locati, consecrationem et coronationem a manu Adolfi Coloniensis archiepiscopi, praesentibus principibus, ea qua decuit solemnitate cum plenitu- 5 dine regiae dignitatis accepimus. Cupientes igitur gressus nostros ab ipso dirigi per quem reges regnant et potentes scribunt iustitiam, dignum duximus ipsa electionis nostrae hora iuramento firmare, quod possessiones et iura Romanae ecclesiae aliarumque ecclesiarum imperii firma et illibata servabimus, et quod consuetudinem illam detestabilem, qua episcoporum, abbatum, principum de hac vita migrantium bona tempore mor- 10 tis relicta quidam nostri antecessores hactenus occupabant, omnino in posterum dimittemus, et de beneficentia nostra principibus ecclesiasticis in perpetuum relaxamus. Petimus ergo et cum instantia paternitati vestrae supplicamus, quatenus fidem ac devotionem nostram considerantes, merita quoque patris et avunculi nostri regis Angliae, qui nunquam ab obsequio ecclesiae Romanae recesserunt, ad memoriam revocantes, iniu- 15 rias etiam Philippi ducis Sueviae quondam ducis Tusciae et patris et fratris eius non dissimulantes, nos regiam dignitatem adeptos ad imperii consecrationem vocare dignemini, illos insuper episcopos et abbates ac laicos principes qui iam dictum Philippum ducem Sueviae in excommunicatione vestra detentum in regem nominare et fidelitatem ei iurare praesumpserunt, ab observatione illiciti iuramenti absolvatis, et maiestati no- 20 strae obedire ecclesiastica censura compellatis, et excommunicationem ipsius ducis Sueviae per Theutoniam et universos fines imperii publice denuntiari faciatis. Vestris quoque precibus, pater sanctissime, altissimum exoretis, ut vias et actus nostros in pace et tranquillitate dirigat, et quod iustitia, constantia, et veritas in corde nostro vigeat; ut per ipsius auxilium, de vultu Domini iudicium nostrum prodeat, et promissum nostrum 25 perpetua et inviolabili firmitate ad honorem Dei et ecclesiae ipsius nobis adimplere et conservare concedat. Ad haec, paternitati vestrae significamus, quod dilectos et fideles nostros legatos, videlicet G. principem nostrum abbatem Indensem, B. praepositum Bunnensem, H. sancti Gereonis in Colonia scholasticum, H. priorem Werdinensem, et H. Aquilegiensem gloriosissimi regis Angliae avunculi nostri capellanum, et fidelem nostrum M. 30 de Villa civem Mediolanensem, pro consummatione honoris nostri ad vestram transmittimus sanctitatem. Quicquid igitur cum praefatis legatis nostris a vestra tractatum vel ordinatum fuerit providentia, id maiestatem nostram in omnibus et per omnia ratum et firmum habituram, praesentibus litteris sanctitati vestrae significamus.

Ep. 10. Sanctissimo patri ac domino Innocentio sacrosanctae Romanae sedis summo pontifici, 35 principes et barones Alamanniae, clerici et laici, debitam in Christo reverentiam et sinceritatem obsequii. Cum placuisset ei qui aufert spiritum principum, et magnus et terribilis est super reges terrae, dominum Henricum imperatorem de medio auferre, necessarium nobis visum fuit de substituendo rege tractatum et colloquium habere. Convenimus ergo saepius, et miserias et oppressiones quas hactenus sustinueramus recensen- 40 tes, per universos principes regni animos nostros ereximus, et quid honori ecclesiae Dei et paci ac quieti subiectorum potissimum expediret deliberantes, nunc unum nunc alium quasi finaliter eligere putabamus. Verum quia non est prudentia, non est potentia, non est consilium, nisi per Deum, placuit ei qui Abrahae filium immolare volenti victimam providit, et David fratribus iuniorem de postfoetantes accepit, atque Matthiam 45 ex discipulorum numero ad sortem apostolatus elegit, serenissimum dominum nostrum Ottonem, quondam Henrici ducis Saxoniae filium, ad regimen Romani imperii de terra peregrinationis suae ex inopinato offerre nobis. Invocata itaque sancti Spiritus gratia, pradictum dominum Ottonem, christianae fidei cultorem devotissimum, atque sanctae Romanae ecclesiae advocatum et defensorem fidelissimum, et iudiciariae potestatis ob- 50 servatorem iustissimum, de longa et antiqua regum prosapia ex utraque linea spectabiliter editum, ad Romani regni fastigium iuste ac rationabiliter elegimus, et sicut debuimus, ipsius electioni consensimus, ipsumque in Augustorum sede a Karolo magno apud Aquisgranum huic dignitati deputata locavimus, et corona et diademate per manum domini Adolfi Coloniensis archiepiscopi ea qua decuit solemnitate feliciter decoravimus. 55

1198. Iul.

Nos autem principes, qui iam dictum dominum Ottonem in regem elegimus, feoda nostra quae ab imperio tenemus a manu ipsius recipientes, hominium sibi fecimus et fidelitatem iuravimus. Tantae igitur dignitatis munus excellentissimus princeps divinae potius gratiae quam suis meritis ascribens, primitias huius honoris offerens Domino, propria 5 voluntate iuramento firmavit in primis sacrosanctae Romanae ecclesiae, deinde omnium ecclesiarum, iura bona fide servare ac manutenere, et subiectos imperii, exheredatos maxime et a suis possessionibus violenter eiectos, in sua iustitia pro posse iuvare et conservare. Pravam insuper illam consuetudinem, quam imperatores antecessores sui in occupandis rebus mobilibus vel sese moventibus decedentium episcoporum vel abbatum principum huc 10 usque servaverant, penitus extirpans, nos ecclesiasticos principes ab hac indebita vexatione regali benevolentia liberos dimisit, et decedentium bona suis successoribus servanda liberaliter statuit. Paternitati ergo vestrae dignum supplicare duximus, quatenus fidem et devotionem domini nostri regis attendentes, merita quoque illustrissimi patris sui Henrici ducis Saxoniae, qui ab obsequio sacrosanctae Romanae ecclesiae nunquam recessit, me-15 moriter tenentes, paci et quieti vestrae et nostrae intuitu Dei ac nostri providentes, ipsius electionem ac consecrationem auctoritate vestra confirmare et imperiali coronationi annuere paterna pietate dignemini. Sanctitatem insuper vestram obnixe rogamus, quatenus principes ac barones a tam rationabili electione discordantes ecclesiastica censura ad concordiam revocetis, et ab illicita fidelitate partis adversae clave Petri resolu-20 tos ad praestandam domino nostro regi fidelitatem et subiectionem auctoritate vestra compellatis. Ut autem a domino rege nostro iura Romanae ecclesiae, ut praedictum est, integra et illibata serventur, nos in bona fide spondemus, et pro rege nostro fide iubemus.

† Ego Adolfus Coloniensis archiepiscopus elegi et subscripsi. † Ego Gerardus Indensis 25 abbas elegi et subscripsi. † Ego Heribertus Werdensis abbas elegi et subscripsi. Ego Henricus dux Lotharingiae, qui et Brabantiae, marchio Romani imperii, elegi et subscripsi. Ego Henricus comes de Kuke consensi et subscripsi. † Ego Berhardus Padeburnensis episcopus elegi et subscripsi. † Ego Thiotmarus Mindensis episcopus elegi, et consecrationi cooperatus fui. † Ego Widikindus Corbeiensis abbas elegi et subscripsi.

1198. Iul.? 1201. Iun. 8.

30 OTTONIS IURAMENTUM PAPAE.

Ex Innocentii III. Regestis ep. 77. Extat authenticum eius olim aurea bulla munitum in tabulario Vaticano, et a viro erudito qui Parisiis catalogum tabularii confecit, anno **1198** *adscribitur. Cf. et Raynaldum in Annalibus p.* **69**. *et iterum p.* **184**.

Ep. 77.

35 Ego Otto Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, tibi domino meo Innocentio papae, tuisque successoribus et ecclesiae Romanae, spondeo, polliceor, promitto, et iuro, quod omnes possessiones, honores, et iura Romanae ecclesiae pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam, et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo, quas autem nondum 40 recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor, et quaecunque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra quae est a Radicofano usque Ceperanum; exarchatus Ravennae, Pentapolis, Marchia, ducatus Spoletanus, terra comitissae Mathildis, comitatus Brittenorii, cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis impera-45 torum a tempore Lodoici. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum

1201. Iun. 8. omni iurisdictione, districtu, et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesiae ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis recipiam procurationes ab illis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesiae Romanae regnum Siciliae. Tibi etiam domino meo Innocentio papae et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam de- 5 voti et catholici imperatores consueverunt sedi apostolicae exhibere. Stabo etiam ad consilium et arbitrium tuum de bonis consuetudinibus populo Romano servandis et exhibendis, et de negotio societatis Tusciae et Lombardiae. Similiter etiam consilio tuo et mandato parebo de pace vel concordia facienda inter me et Philippum regem Francorum. Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, 10 subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero praedicta tam iuramento quam scripto firmabo cum imperii fuero coronam adeptus.

Actum Nuxiae in Coloniensi diocesi anno incarnati verbi 1201, 6. Idus Iunii, in praesentia Philippi notarii, Aegidii acolythi, et Riccardi scriptoris praefati domini papae.

1202. Sept.

OTTONIS PACTUM CUM ADOLFO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI. 15

Prodit iam prima vice ex codice bibl. olim Paulinae Monasteriensis, iam regiae Berolinensis, epistolas Innocentii III. ad ecclesiam Coloniensem pertinentes complexo, cuius uberiorem notitiam debemus V. Cl. Roestell diligenti operis nostri fautori, qui flagitantibus nobis 20 pactum utrumque Coloniense inde descriptum transmisit. Quae littera obliqua exprimuntur, in codice deleta supplere conatus sum. Causam huius pacti ex Godefridi annalibus ad a. 1202 *discimus.*

QUOMODO ADOLFUS SECUNDO IURAVIT REGI OTTONI ET DE COMPOSICIONE EORUM. 25

Iurabunt priores Colonienses, praepositi, abbates, decani, et scolastici, quod bona fide archiepiscopum Coloniensem inducent ad constans et fidele obsequium regis Ottonis, nec in vita Ottonis regis alii regi adhereat; quod si non servaverit, obedientiam quam ipsi debent subtrahent, et domino papae eam servabunt; obsequium autem archiepiscopo ab eis debitum regi Ottoni impendent, donec archiepiscopus ad obsequium regi Ottoni 30 ab ipso secundum formam iuramenti sui debitum revertatur. Nobiles terre qui iuramentis archiepiscopo Coloniensi sunt astricti, qui nunc sunt presentes, et alii cum eorum haberi potest copia, coram rege et archiepiscopo iurabunt, quod inducent archiepiscopum Coloniensem ad constans et fidele obsequium regis Ottonis, et quod alii regi non adherebit. Quod si non fecerit, cum castris suis, et terris, ac hominibus suis, regi Ottoni 35 servient, et non archiepiscopo, donec archiepiscopus resipiscat, et ad regem Ottonem predicto modo revertatur. Ministeriales sancti Petri 20 iurabunt pro se et pro aliis ministerialibus, ita quod alios bona fide ad idem servandum inducent, quod archiepiscopum inducent, et cetera ut supra. Quod si non fecerit, obsequium quod archiepiscopo debent, ipsi subtrahent, et regi Ottoni praestabunt, donec et cetera ut supra. 24 burgen- 40 ses iurabunt pro se et pro aliis burgensibus, secundum formam iuramenti ministerialium. Si autem inter regem et archiepiscopum variatum fuerit, ut rex dicat: „archiepiscopus

debito ac fideli modo mihi non adheret," archiepiscopus econtra asserat, tres priores, tres nobiles, tres ministeriales, tres burgenses, de iuratis convenient, et dictis eorum credetur vel pro rege vel pro archiepiscopo; et secundum eorum 12 dicta omnes iurati aut archiepiscopo adherebunt aut regi, secundum prescriptam formam. Ante omnia rex 5 dabit fidem in manu *domni* legati [2], quod ea quae praescripta sunt habebit rata, archiepiscopus similiter. Rex Otto monetam Aquensem a domno Walramo [3] expediet, et t*am* rex quam Galramus illi monete renunciabit in perpetuum, et domnus legatus sub anathemate prohibebit monetam in Coloniensi scemate cudi Aquis numquam, vel alibi, extra civitatem Coloniensem, et scribet Romano pontifici ut sententiam suam confirmet. 10 Rex theloneum Dus*burgense* dimittet nec umquam resumet, et domnus legatus similem sententiam proferet, cum confirmatione Romani pontificis. Rex et archiepiscopus cum suis familiaribus tractabunt cum effectu, qualiter turrim regiam [4] apud Werthe cum suo theloneo destruant. Privilegium quod intercesserunt inter regem et archiepiscopum legetur in publ*ico*, et profitebitur rex in publico, se iurasse ut diligenter ob*servet* quae 15 in privilegiis scripta sunt, et quod ea numquam violabit. Archiepiscopus dabit inducias regi usque ad festum sancti Iohannis baptiste pro . . . marcis pro quibus obligaverat duci Brabantie curtem *Sinz*eche, et sit in optione regis in presenti fideiussores idon*eos* dare, vel si rex pecuniam non solverit, in festo sancti Iohannis civitas Tremonia sit ypotheca archiepiscopi, donec persolvatur *ei pe*cunia predicta. Iuramenta priorum, nobilium, 20 et ministerialium prestab*unt* successores et heredes decedentium. Et si rex indebite Coloniensem archiepiscopum vel Coloniensem ecclesiam tractaverit, predicti quatuor ordines obsequium suum regi subtrahent, donec satisfaciat; et hec iurab*unt*. Burgenses civitatis Coloniensis iurabunt fidelitatem regi Ottoni sub *hac* forma: quod ab hac die in antea fidelitatem ei servabunt, Coloniensem civitatem ipsi custodient, contra omnem ho- 25 minem, quam di*u ecclesiam* sancti Petri, archiepiscopum Coloniensem, priores, nobiles, infeodatos, et ministeriales sancti Petri, ac civitatem Coloniensem, in suo iure conservaverit.

1202. Sept.

2) Guidonis episcopi Penestrini. 3) de Limburg. 4) *vox dubia in codice* ROESTELL.

OTTONIS PACTUM CUM IOHANNE REGE
30 ANGLIAE.

1202. Sept. 8.

Proponimus illud iterum ex tabulis authenticis in tabulario serenissimae familiae Welficae adservatis.

Iohannes Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitanie, comes Andegavie, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Ad 35 universorum notitiam volumus pervenire, quod nos in nomine domini nostri Iesu Christi confederati sumus dilecto nepoti nostro, Othoni, Dei gratia illustri Romanorum regi et semper augusto, de regno nostro contra omnes homines, ad ipsum et imperium suum et iura sua custodienda et defendenda, et ad impendendum ei fidele consilium et auxilium, ad iura sua perquirenda et manutenenda. Per hanc autem confederationem remisse 40 sunt hinc inde et perdonate omnes querele et omnes indignationes, si que fuerunt inter nos, antequam ista fieret confederatio. Et ut ista confederatio maiorem et firmiorem optineat stabilitatem, omnia supradicta fideliter et bona fide conservanda per manum comitis Willelmi marescalli iuravimus. Domini etiam H. Canterb. et G. Eboracensis et W. Rothomagensis archiepiscopi et G. Wintoniensis et E. Eliensis, et I. Norwicensis et 45 Ph. Dunolmensis episcopi in verbo sacerdotali promiserunt, et R. comes Leycestriae et

1202. Sept. 8. R. comes Cestriae et W. comes Arundell. et G. filius Petri comitis Essex iustitiarius noster, et comes W. marescallus, et W. comes Warenne, et R. comes de Clara, comes Rogerius Bigot, Willelmus de Breosta, R. constabularius Cestriae, Robertus filius Walteri, Willelmus Briewerus et Hugo Bardus super sacrosancta iuraverunt, quod bona fide et sine malo ingenio consilium et auxilium et suum fidele posse apponent, ut ista con- 5 federatio, sicut supra scriptum est, teneatur ex parte nostra, et in perpetuum fideliter observetur.

Acta sunt ista apud Susam 8. die Septembris, anno regni nostri quarto.

1205. c.

PHILIPPI PROMISSA PAPAE.

Vulgavit ea Harzheim in Conciliis Germaniae T. III. pag. **467**. *ex* 10 *codice bibliothecae Ottobonianae a Schannato descripta. Adscribenda esse videntur anno* **1205**, *quo Diethelmus episcopus Constantiensis die* **12**. *Aprilis obiisse dicitur; certe Philippi litteras infra sequentes et legationem praecesserunt, quum haec per Ottonem de Salem, proxime sequentes per Martinum priorem Camaldulensem, tertiae de-* 15 *mum litterae per Henricum de Smalekke Romam delatae sint.*

Ego Philippus, Romanorum rex, semper augustus etc. Antequam Martinus, prior Camaldulensis, et frater Otto, monachus de Salem, venirent ad me, tractaturi

1. De pace ecclesiae et imperii, voveram Deo et sanctis eius, me iturum ultra mare, ad liberandum terram promissionis a gentium feritate, et iterum post eorum 20 adventum, audito verbo eorum de tractatu pacis, de concessione domini apostolici, in manu praedicti prioris, vice domini apostolici, vovi et promisi Deo et sanctis eius, et eidem priori loco dicti domini apostolici, me opportuno tempore ecclesiae et imperio et liberationi terrae praedictae, bona fide absque omni fraude, illuc iturum, et opitulante Deo, terram illam pro posse meo liberaturum. Huius voti testes sunt: Ditthalmus Con- 25 stantiensis episcopus, Eberhardus abbas de Salem, Petrus abbas de Burgo sancti Sepulchri, frater Otto de Salem, Henricus dapifer de Wittingen, Henricus de Smalekke, Henricus marescallus de Papenheim, Henricus notarius.

Insuper promisi, me facturum omnia hic subscripta:

2. Omnia bona, tam Romanae ecclesiae quam aliarum ecclesiarum, quae antieces- 30 sores nostri, reges vel imperatores, iniuste abstulerunt vel detinuerunt, vel ego abstuli vel iniuste detineo, restituam et ab eis quiete ac pacifice possideri permittam.

3. Omnes abusus, quos antecessores mei in ecclesiis habuerunt, ut puta mortuis praelatis bona ipsorum vel ecclesiarum eorum accipiebant, perpetuo relinquam.

4. Electiones episcoporum et aliorum praelatorum canonice fieri permittemus, 35 omnia spiritualia pontifici relinquentes.

5. Monasteria irregulariter inventa, in quantum maiestati imperiali congruit, cum adiutorio domini apostolici, regularibus conventibus, scilicet Cisterciensi, Camaldulensi, Praemonstratensi, subiiciemus, et operam dabo, ut tam monasterialis quam clericalis ordo, ea, qua decet, religione vivat et honestate. 40

6. Advocatos, sive patronos ecclesiarum, ab exactionibus, angariis, et perangariis, in quantum potero, cessare compellam.

7. Si omnipotens Deus regnum Grecorum mihi vel leviro meo subdiderit, ecclesiam Constantinopolitanam Romanae ecclesiae, bona fide et sine fraude, faciam fore subiectam. 45

8. Romanae ecclesiae in omnibus, et per omnia, fidelis et devotus atque filius et defensor semper ero.

1205. c.

9. Generalem legem statuam et observari faciam semper et ubique per totum imperium, ut, quicunque excommunicatus fuerit a domino apostolico, in banno statim sit imperiali.

10. Insuper pro pace et amicitia inter me et dominum apostolicum semper servanda 5 et omnimoda suspicione auferenda, ut ipse semper mihi sit benignissimus pater, et ego ei fidelissimus et optimus filius, filiam meam nepoti eius in coniugium dabo, et alias vel alios de cognatione mea, secundum voluntatem suam, generi suo copulari faciam.

11. De omnibus excessibus meis ad mandatum et voluntatem domini apostolici Deo et ecclesiae plene satisfaciam.

10 Haec et omnia in praesentia domini episcopi Constantiensis, et domini Martini prioris Camaldulensis, et domini Eberhardi abbatis de Salem, et domini abbatis Petri de Burgo sancti Sepulchri, et fratris Odonis de Salem, praesentium latoris, Henrici dapiferi de Walpur, Henrici mareschalli de Bappenheim, Helferici notarii, me facturum et observaturum, bona fide et sine omni fraude, iuravi.

15

PHILIPPI PACTUM CUM COLONIENSIBUS.

1206.

Ex eodem codice membr. saeculi XIII. cuius supra pag. 206. *mentionem fecimus. Quae littera obliqua exprimuntur, in codice legi non potuerunt, atque a nobis ex coniectura supplentur.*

HEC EST FORMA COMPOSICIONIS INTER PHILIPPUM REGEM ET 20 CIVES COLONIENSES.

Hec est forma composicionis statute inter Philippum regem et cives Colonienses. Universitas civium Coloniensium bona fide per litteras et nuncios laborabit apud dominum papam pro domino Adolfo, ut ipse sedem Coloniensem optineat; et si id quoquomodo apud dominum papam poterit obtineri, vel per gratiam vel per iusticiam, civitas Colo- 25 niensis gratum habebit eum, et serviet ei, in quibus debet, tamquam domino. Si vero id apud dominum papam nullomodo obtineri poterit, cives ab am*icis* suis et cognatis qui huic composicioni interfuerunt, videlicet, duce Lotharingie, comit*e* Gelrense, comite Iuliacense, comite de Monte, comite de Hostaden, comite de K*uke*, Hermanno advocato, deinceps nullatenus inquietabuntur. Et quemcumque dominus re*x* principaliter, et dux Lo- 30 tharingie, cum prescriptis magnatibus terre, pro episcopo habe*re* voluerint, civitas ipsum pro episcopo habebit, excepto domino Adolfo. I*tem* dominus rex omnia iura et consuetudines a patre vel a fratre suo imperatoribus a*ugustis* vel ab altero eorum per privilegia ipsis concessas, autentico privilegii sui *ei* confirmabit, et inviolabiliter observabit. Item quicquid cives Colonienses vel *in* sale vel in vino seu quacumque alia re, per in- 35 debitam exactionem cuiquam *dam*ni intulere, de eo ipsi de cetero absque omni iuris vindicta liber*i* et absoluti remanebunt; et quicquid etiam occasione gwerre ipsis civibus dampni illatum est, sine omni querela inultum remanebit. Item de voluntate et gratia domini regis erit, quascumque municiones de propriis rebus et muris suis construxerint. Item clerici quicumque sive laici qui in hac forma composicionis remanere voluerint, 40 salvi sint tam in rebus quam in personis. Qui vero eam recusaverint, pro inimicis imperii habeantur, nec aliqua eis in civitate habitacio concedatur, nec etiam aliquam vel in rebus vel in personis pacem habere debent. Item quicumque habentes possessiones infra muros civitatis, tempore gwerre a defensione civitatis se subtraxerunt, de singulis marcis redituum persolvent marcam nummorum. Item cuicumque civium Adolfus ar-

1206. chiepiscopus quondam, vel Bruno archiepiscopus, monete vel telonii reditus impignoraverint, ipsi debitum suum recipient, et nichil praeter sortem; exceptis feodis et *teloneo* de Erempozzen, qui optinebit pignora et beneficia in moneta, secundum privilegium ab Adolfo archiepiscopo sibi collatum. Ita quod predicti creditores certam debiti sui reddant rationem coram eis, quos magnates terre ad hoc constituerint; persolutis vero debitis si quid 5 superfuerit, ad consilium regis et prescriptorum magnatum erit. Item cives Colonienses inducias habent de fidelitate facienda domino regi usque ad dominicam Invocavit me, et statim illo termino elapso facient ei fidelitatem tamquam domino et regi suo; et quod istud tunc fiat, iuratum est Colonie a duobus milibus hominum et amplius; et ne violetur hec composicio, data fide promisit dux Lotharingie, et prescripti comites. Item 10 si occasione huius composicionis quisquam cives Colonienses gravare praesumeret, dominus rex principaliter ipsos manutenebit, et magnates etiam terre ipsos omnibus modis iuvabunt. Ipsi etiam burgenses ad hec observanda magnatibus terre assistent. Item exactiones indebitas quas facere consueverunt tempore gwerre, de cetero non recipient; et per hanc formam composicionis in continenti in gratia domini regis erunt, et salvis 15 rebus et personis per totum imperium, quocumque voluerint, ibunt.

1206.

PHILIPPI SCRIPTUM ET LEGATIO AD PAPAM.

Extant et apud Raynaldum ad a. **1206**.

Ep. 136. Scriptum est et multiplici utriusque testamenti auctoritate posse probari credimus, quoniam in manu mediatoris Dei et hominum sunt omnium potestates et iura regnorum. 20 Ipse enim Altissimus, dominus et rex caeli et terrae, cui voluerit et quando voluerit dabit illud. Equidem ipse mutat regna, et transfert et curvat imperia. A plena notitia vestra, pater sanctissime, minime credimus alienum, quid factum sit Romano imperio divina permissione sic ab aeterno provisum et praeordinatum. Scit satis prudentia vestra, qualiter post mortem dilecti domini ac fratris nostri Henrici Romanorum im- 25 peratoris augusti turbatum fuerit imperium, et multis turbationum incursibus non minus mirabiliter quam miserabiliter lacerari coepit et agitari, et per omnes angulos et fines suos ita concuti, ut a prudentibus non immerito desperari posset ipsum Romanum imperium diebus nostris in pristinum statum nunquam posse reformari, cum quilibet iam sine iudice viveret et sine lege, et quicquid libitum foret, faceret pro motu et arbitrio 30 suae voluntatis. Nos inter haec malorum initia, ut vobis constat, in Tuscia fuimus constituti, ab inde revertentes in Alamanniam non sine periculo et labore; et tunc totam Theutoniam minus bene dispositam reperimus et inordinatam. Qualiter demum, pater reverende, nos animum concepimus ad obtinendum Romanum imperium per iustam principum electionem, cum pura simplicitate et simplici veritate sub testimonio illius qui 35 secretorum scrutator est, et cui omnia nuda sunt et aperta, vobis duximus significandum, nihil falsitatis admiscentes, nec subtrahentes aliquid veritati. Sciat igitur vestra reverenda paternitas, quod cum nos de partibus Tusciae reversi fuissemus in Alamanniam, totam terram non minus turbatam invenimus, quam mare ab omnibus ventis posset conturbari. Tunc nos omnes imperii principes, qui in diebus illis in Alamannia 40 fuerant, nam, ut scitis, quidam eorum transfretaverant, litteris et nuntiis nostris sollicitare coepimus, ut ipsi filio dilecti domini ac fratris nostri Henrici Romanorum imperatoris augusti, quem iam eis in dominum ac regem elegerant, et cui iuraverant fidelitatem, sicut ex iuramento tenebantur, assisterent et ipsum vellent habere pro rege; et nos, tum quia de iure naturali et legali ad hoc tenebamur, tum etiam pro conservando 45 honore imperii, onus tutelae subire voluimus, usque dum ipse puer ad eam perveniret aetatem, quod ipse per se regere posset imperium et iura eius requirere; ad quod nul-

lum eorum prorsus potuimus inducere. Asserebant enim, se ex electione illa quam in eum fecerant, et ex praestito sibi sacramento non teneri. Nam affirmabant, antequam ipse puer fuisset baptisatus haec fuisse facta, et ideo nullius esse valoris. Dicebant ipsum puerum non sufficere ad regimen imperii, nec decere nec expedire ipsos principes et Romanum imperium sine domino fore et imperatore. Insuper allegabant, ipsum puerum esse electum maxime pro summa patris potentia, et ut per hoc patri placere possent. Et sic nullo modo eos ad hoc potuimus inducere, ut ipsi iamdictum puerum pro domino et rege vellent habere, ad quod nos, Deo teste, omni studio et omni ingenio fideliter laboravimus. Ipsi vero principes constanter alium regem sibi creare voluerunt, et diversi diversos. Quidam principum, de quibus vobis constat, ut credimus, cum duce Bertoldo Zaringiae tractatum habere coeperunt, ut ipsi eum in regem eligerent, pro quo ipse cum eis plusquam sex millia marcarum expendit: qui cum post multam hanc expensam in negotio processum optatum habere non posset, ipse tanto labori et futuris expensis se subtrahens, ab incepto negotio conticuit. Tunc iidem principes cum duce Bernardo Saxoniae consimilem coeperunt habere tractatum; et ipse de partibus Saxoniae usque ad partes Rheni, videlicet Andernacum, venit sub hac spe, quod ab eis eligi deberet in regem. Sed cum ipse, sicut vir prudens et circumspectus, videret hoc non posse fieri sine pecuniae suae maxima effusione, considerans etiam quod ipse depressus gravissima corporis sui gravitate tanto labori non sufficeret, se subtraxit ab eis ingeniose. Tunc quoque omnes principes Saxoniae, Bawariae, Austriae, Olinae[a], Karintiae, Civeniae[b], Franconiae, et multi alii magnates et nobiles nobis consuluerunt, ut nos laborare vellemus pro imperio; ad quod ipsi dicebant suum nobis velle praestare consilium et favorem. Nos tamen adhuc in tantum pro puero laboravimus, quod a multis principibus et fidelibus nostris ignominiose obiectum est, nos non audere recipere imperii dignitatem. Dicebant etiam iidem principes, nullum alium principem sufficere ad sustinenda onera imperii vel in divitiis condigne posse respondere imperii dignitati. Vidimus etiam, quod si nos non reciperemus imperium, talis debebat eligi, cuius generatio ex summa antiquitate nostram exosam habebat generationem, et cum quo nos nunquam pacem et concordiam habere possemus. His igitur omnibus inspectis et consideratis, animum ad hoc applicuimus, ut nos per iustam et concordem principum electionem imperium obtineremus. Dicimus hoc quoque in fide Iesu Christi, in qua salvari cupimus, quod hoc non fecimus ob alicuius honoris ambitionem, non ob fastum gloriae et potentiae, non ob aliquam rerum avaritiam. Pro his omnibus onus et laborem regiminis imperii nunquam affectassemus vel suscepissemus. Indubitanter enim credere potestis, immo vere scire, quod tunc inter omnes principes imperii nullus nobis fuerit ditior, nullus potentior, nullus gloriosior. Habuimus enim amplissimas et diffusas possessiones, habuimus etiam castra plurima et fortissima et inexpugnabilia. Habuimus etiam tot ministeriales, quod nos eos sub aliquo certo numero vix comprehendere potuimus. Habuimus castella, civitates, villas, burgenses ditissimos. Habuimus pecuniam multam nimis in auro et argento et in multis gemmis pretiosis. Habuimus etiam in potestate nostra sanctam crucem, lanceam, coronam, indumenta imperialia, et omnia insignia imperii. Benedixerat quoque nobis Deus in multis bonis, et crescere fecerat et auxerat domum nostram. Hereditas etenim multa ceciderat nobis in praeclaris; ideoque necesse nobis non fuit, ut nos ambitiose laboraremus pro imperio obtinendo. Nullus in regem potuit eligi qui plus nostro non indigeret et voluntario obsequio quam nos eius gratia et benevolentia videremur indigere. Nulla igitur ambitione, sed pro causis supradictis, nos in Romanorum regem eligi permisimus et consensimus in ea feria sexta qua canitur: Fac mecum Domine signum in bonum. Fecit quoque nobis Deus signum in bono. Multi enim nos viderunt et oderunt, et confunduntur. In ipso quoque exordio electionis inter hoc in firmo habuimus proposito, ut nos principaliter defensores essemus ecclesiarum et restauratores, et ut cultum Dei et religionem christianam pro posse nostro semper ampliaremus, et ut iustitiam faceremus omnibus oppressis et iniuriam patientibus, et ut dignis supplicio numquam parceret oculus noster, iuxta iuris aequitatem et rigorem sub temperamento iustitiae et misericordiae in omnibus negotiis nostris procedendo; sicque nos post ipsam electionem nostram per continuas decem septimanas sine contradictione fuimus in imperii quieta possessione. Medio quoque tempore cum maximo et gloriosis-

a) Boemiae? b) Meraniae? Caringiae? Lotharingiae?

1206. simo exercitu ad sedem Aquensem pro recipienda corona ire volentes, astutia et dolis adversariorum nostrorum circumventi, exercitum nostrum remisimus; accepto tamen prius ab eis sacramento, quod etiam ipsi in nos vota sua deberent transfundere. Cumque nos ipsi sic decepissent, recepta multa pecunia a rege Angliae, qua magni viri saepe corrupti sunt, consanguineum nostrum dominum Oddonem comitem Pictaviae elegerunt. 5 Haec de processu electionis nostrae in fide veritatis, licet, ut putamus, multotiens vobis aliter suggestum sit, vera esse non dubitetis. Ceterum de domino Liupoldo hoc scitote. Contigit statim post mortem Conradi Maguntini archiepiscopi, nos venisse Maguntiam et eius interesse sepulturae. Et tunc concordi et unanimi electione cleri, accedentibus votis ministerialium et omnium eorum quorum intererat, et assensu et mirabili clamore 10 populi, ipse Liupoldus fuit electus, sicque nobis praesentatus. Et quia nostrum non est discutere de episcoporum electione, tantummodo ut ipsa sit concors et unanimis, de regalibus eum investivimus. Postmodum dominus Siffridus apud Pinguiam, ut vere putamus, a tribus vel ad plus a quatuor se permisit eligi. Sed cum nos a dilecto fideli nostro Waltero patriarcha Aquilegensi et a latore praesentium venerabili priore volun- 15 tatem vestram intelleximus, statim concepimus animum dimittendi Liupoldum ob honorem et reverentiam sanctitatis vestrae et ob dignitatem sacrosanctae Romanae ecclesiae; quam nos recognoscimus esse matrem et dominam omnium ecclesiarum, et quam nos semper revereri volumus et honorare sicut matrem nostram catholicam et apostolicam, et pro posse et viribus nostris eam semper defendere volumus et efficaciter suae inten- 20 dere exaltationi. Ita quoque volumus dimittere Liupuldum, ut et vos inspecto honore imperii, cuius exaltationi et honori vos tenemini, plenitudine auctoritatis, quae apud vos est, dominum Siffridum cessare faciatis; et nos tunc ad voluntatem vestram et pro honore vestro ipsum dominum Siffridum in gratiam nostram recipiemus, quamvis in multis gravissime ipse nos offenderit, et vel in curia nostra honorifice tenebimus eum, vel 25 de bonis nostris honestos redditus sibi assignabimus quousque nos provideamus ei in loco magnae et honestae dignitatis, accedente ad hoc auxilio vestro et apostolica auctoritate, quod, ut putamus, fieri posset in brevi. Ad haec, sicut petistis, pro reverentia vestra, et licet nobis non multum esset honorificum vel expediens, inter nos et dominum Oddonem treugas libenter admisissemus, si praefati nuntii vestri usque ad eum per- 30 venisse potuissent. Praeterea pro reformanda pace et concordia inter vos et nos, inter sacerdotium et imperium, quam nos semper desideravimus, subiciemus nos vestris cardinalibus et nostris principibus, qui tales sint, qui ut viri catholici, pacem et concordiam sine omni scrupulo dolositatis debeant affectare. Item si nos in aliquo vos vel sacrosanctam Romanam ecclesiam offendisse videmur, nos ad satisfaciendum vobis supponi- 35 mus nos vestris cardinalibus et nostris principibus, qui vobis et nobis et familiares sint, viri probati et perfecti. Si vero vos in aliquo nos vel imperium laesisse videmini, nos pro honore domini nostri Iesu Christi, cuius vicem in terris geritis, et ob reverentiam beati Petri principis apostolorum, cuius vicarius estis, et ob salutem nostram, conscientiae vestrae super iis vos relinquimus. Cum enim nos pie credamus et ante passionem 40 et post passionem dominum nostrum Iesum Christum beato Petro apostolo claves regni coelorum contulisse et tradidisse ius ligandi atque solvendi, scimus et protestamur, quod vos, qui in locum suum cum plenitudine potestatis successistis, in huiusmodi articulis ab homine non estis iudicandus, sed iudicium vestrum soli Deo reservatur; cuius iudicium et examen, quod sibi soli debetur, nobis non quaerimus usurpare. Ad haec, pater 45 sanctissime, quod nos putamur a quibusdam aemulis nostris fuisse excommunicationi innodati ab antecessore vestro, nunquam verum esse scitote; et tantum praesumimus de mira honestate vestra et prudentia, quod si super hoc testimonium vestrum invocaremus, vos huius rei diceretis nos esse innocentes, quod utique vere dicere possetis. Et utinam apud ecclesiam triumphantem ab omni vinculo secretae excommunicationis nos sciremus 50 esse solutos, sicut apud ecclesiam militantem, cuius nos membrum esse confidimus, vere scimus nos nullomodo unquam manifeste fuisse ligatos. Super omnibus autem aliis quae nobis obicere decreveritis, sicut devotus filius vester obedienter nos discretioni et ordinationi vestrae submittemus. Confidimus quoque in Domino, quod manifestata vobis tota veritate, et cum plene vobis constiterit, quod multa falsa de nobis saepissime vobis sug- 55 gesta sunt, vos in intimis visceribus paternae vestrae dilectionis nos colligendo, pio nos adhuc affectu diligere debeatis, et cum sciveritis obedientiam et devotionem nostram,

quam nos vobis ut carissimo patri nostro spirituali cum omni humilitate procurabimus exhibere. Scimus quoque verissime, quod in omni nostra tribulatione nunquam adhuc vos vel sacrosanctam Romanam ecclesiam dictis vel factis offendimus, quod etiam, Deo dante, nunquam faciemus. Ceterum verbis latoris praesentium fidem firmam adhibere 5 dignemini.

1206.

Reverendo in Christo patri domino Innocentio sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, salutem et cum omni reverentia filialis dilectionis affectum. Dilectum ac familiarem nostrum Walterum venerabilem Aquilegensem patriarcham et praecipuum imperii principem, una quoque 10 cum ipso alios fideles ac familiares nostros G. burcgravium[a] Magdeburgensem, Henricum de Smalinecht[b], et Everhardum[c] de Lurra[d] praesentium latores, a latere nostro ad vestram destinavimus sanctitatem; quibus dedimus plenitudinem potestatis et auctoritatem omnimodam inter ecclesiam et imperium et inter vos et nos pacem et concordiam reformare, et periculosam regni et sacerdotii scissuram feliciter restaurare. Praedictos 15 itaque nuntios, quos ad tam excellens factum idoneos reputavimus, ad vos accedentes a vestra hilariter postulamus recipi paternitate; rogantes attentius et commonentes, quatenus omnibus his quae ex parte nostra prudentiae vestrae intimaverint, fidem et certitudinem dignemini adhibere. Ipsi enim a nostra sublimitate tali modo et eo fine recessere, quod sacrosancta Romana ecclesia semper in nobis tamquam mater in filio sin-20 ceram dilectionem et debitam inveniet devotionem, dum tamen nos eius et vestrum aliquando sentiamus affectum. Quaecunque etiam praefati nuntii nostri pro nobis polliciti fuerint, ut Romanae ecclesiae benevolentiam habeamus et favorem, nos parati sumus gratanter eadem affectu prosequente complere et ipsorum ordinationem per omnia gratam habere et inconcussam.

Ep. 140.

25 a) burcgrauium *Raynald.* b) *lege* Smalekke. c) Evihardum *Baluz.* d) *lege* Lutra.

PHILIPPI CURIA QUEDLINBURGENSIS*.

1207 Sept. 11.

Philippi regis edictum de collecta pro Terra Sancta, in curia Quedlinburgensi promulgatum, edidit Martene in Thesauro T. I. p. 805.

Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis, archiepiscopis, 30 episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus, liberis, ministerialibus, universisque christianae professionis hominibus per totum imperium ubicumque constitutis, gratiam suam et omne bonum.

Licet occulta Dei iudicia humanus intellectus investigare [nequeat?], quare videlicet divina permissione Terra Sancta, quam dominus noster Iesus Christus pedibus calcavit, potestati 35 Sarracenicae tamdiu sit subiecta, potius tamen pie credendum est quam temere iudican-

*) Philippi charta confirmationis coenobii Berichensis, qua dicitur Egelolfus vir nobilis et religiosus, regem personaliter adiisse et in sententia obtinuisse, „*quod quivis homo nobilis aut liber, carens propinquioribus coheredibus, scilicet uxore simul et pueris, rite potest in predio sue proprietatis domino Deo et eius sancte genitrici ecclesiam fundare vel construere, non obstante si reliquorum here-* 40 *dum aliqui reclamarint*" falsa est, tum propter titulum *imperatoris* Romanorum Philippo perperam tributum, et notam temporis male concinnam: *Datum publice Fulda anno gracie* 1205. 4. *Kal. Oct. indictione* 15. tum quod Egelolfus, teste charta Iohannis praepositi Frideslariensis, iam anno 1200 „*viam universe carnis ingressus fuerat.*" Nec eiusmodi sententiam unquam latam fuisse credam. — Charta sive ut ibi vocatur *notula* (!) post Senkenbergium disq. academic. de testamenti publici 45 origine Gottingae a. 1736. 4. et Oetterum in bibliotheca historica Norimb. 1752. T. I. p. 107. in Varnhagenii Waldecksche Geschichte Göttingen 1825. p. 32. ex copiario antiquo Berichensi denuo evulgata est.

1207. Sept. 14. dum, quod pater misericordiarum veros athletas suos ad palmam victoriae volens incitare et christianae militiae pugnam in exercitium ducere, salutiferae terrae subversionem minatus, ut ad eius salvationem electorum suorum animus vehementius accendatur, et in tam sancto exercitio salvandorum numerus crescat et augeatur. Ad consulendum igitur indifferenter saluti omnium notum sit universis praesentis paginae inspectoribus, quod 5 cum apud Northusen curiam solemnem celebraremus, ibidem ad nos accesserunt viri discreti et providi et nobis valde conniti[a], et ex parte Ierosolymitani patriarchae et magistri militiae domus templi et magistri domus hospitalis, ex parte quoque universorum catholicorum hominum in transmarinis partibus degentium, afflictiones et miserias innumerabiles Terrae Sanctae nobis insinuarunt, id tam viva voce quam scripto veraciter 10 nobis exponentes, quod nisi festinum ab omnibus fidei catholicae hominibus habeant subsidium, Terra Sancta tantum et tale diebus nostris periculorum incidet dispendium, quod vix vel numquam a potestate Sarracenorum poterit liberari et ad solamen totius christianitatis recuperari. Nos itaque audito tam moesto legationis verbo, communicato super ipso universorum principum nostrorum consilio, in hoc piae deliberationis verbo pariter 15 convenimus omnes, ut pro communi omnium salute ad tam sanctum opus generalem per totum Romanum imperium eleemosynarum collectam institueremus, et eam ad conservationem Terrae Sanctae destinaremus. Sub hac autem forma eleemosynae una cum principibus convenimus, ut per singulas imperii provincias de quolibet aratro sex denarii persolvantur; in singulis etiam civitatibus aut villis quilibet mercator vel alterius officii, 20 seu cuiuscumque fuerit homo proprias habens aedes, duos denarios persolvat. Si quid autem praeter id quod constitutum est quisquam intuitu aeternae retributionis erogaverit, super eo copiosam remunerationem in aeterna requie se obtenturum gaudebit. Principibus vero, sive sint clerici sive laici, comitibus quoque et liberis sive quibuscumque nobilibus, nulla eleemosynae summa est constituta, nisi quantum unicuique iuxta arbitrium 25 suum divina gratia voluerit inspirare. Haec autem collecta de nostra et principum constitutione per quinque annos fieri debet, et taliter est quolibet anno expedienda, ut quilibet episcoporum per totam dioecesim suam eam per certos et utiles nuntios colligi faciat; quilibet etiam princeps laicus, sive comes vel alius nobilis, in sui iurisdictione eam cum discretione dari praecipiat; et ita unusquisque eam in ordine suo expediat, ut in 30 proxima nativitate Domini per omnes partes imperii pariter collecta, nuntiis certis ad ipsam deferendam deputatis parata sit assignari. Ad hoc utique tam pium tamque salubre opus feliciter exequendum, omnium catholicorum hominum eo fervore accendatur intentio, sicut desiderat unusquisque, quod pro talento sibi credito condigna ipsum Altissimi retributio comitetur. Latores autem praesentium de consilio principum ad hoc 35 negotium promovendum ordinavimus, monentes attente et rogantes, ut praedicta fidelium eleemosyna ipsis assignetur, eis, qui eam ad subsidium Terrae Sanctae deferre debeant, praesentanda.

Datum in solemni curia apud Quidelingeburc[b] anno Domini 1207. indictione 10. 18. Calendas Octobris. 40

a) cogniti? b) quidelingeberc *Martene.*

OTTONIS IV. IMP. CONSTITUTIONES.

CURIA WIRZBURGENSIS.

1208.

Ex Innocentii III. Registro de negotio imperii ep. 160; *legitur etiam apud Raynaldum ad a.* 1208. 45

Reverendo in Christo patri ac domino carissimo domino Innocentio Dei gratia sanctae Romanae sedis summo pontifici, Otto eadem gratia et sua Romanorum rex et semper augustus, debitam subiectionem ac reverentiam cum filiali dilectione. Quod hactenus fuimus, quod sumus aut erimus, quantum ad regni pertinet promotionem, totum vobis et ecclesiae Romanae post Deum debentes, quod et gratantissime recognoscimus, pro omnibus vestrae gratiae beneficiis uberrimas sanctitati vestrae referimus actiones, erga vos et omnes quibus bonum vultis exhibitam nobis benignitatem studiosissime semper merituri. Vestrae proinde paternitati attentissime supplicamus, ut intuitu omnis devotionis nostrae et honoris Dei ac vestri ipsius, ac promotionis ecclesiae Romanae respectu, ex quo misericordia Dei, ut speramus, consanguineo nostro sublato de medio, tempus vobis contulit faciendi, omne vestrae discretionis consilium et auxilium nostrae promotioni, quae sine dubio vestra est, propensius impendatis. Scire praeterea vos volumus, quod archiepiscopus Magdeburgensis et Halvestadensis et Mindensis episcopi ad nostrum auxilium et servitium accesserunt. De duce Bernardo sciatis, nuntios vestros eo die quo has litteras vobis destinavimus cum ipso fuisse, et eo usque cum ipso actum esse, ut eum omnino speremus in nostra fidelitate et servitio permansurum. Frater noster Palatinus comes Rheni, Deo gratias, ad nostram integre rediit caritatem; et ex quo mortuus fuit consanguineus noster, nobis etiam ignorantibus nos in omnibus quibus promovere potuit non cessavit. Spirensis etiam episcopus nobis securitatem fecit et nostram per omnia studet utilitatem et honorem. Multi praeterea episcopi, barones, abbates, et castellani, et ministeriales, tam in Suevia quam circa partes Rheni superiores et inferiores et alias in imperio constituti, de suo nobis servitio et fidelitate scripserunt, et per fideles nuntios mandaverunt, sed pro angustia temporis et distantia locorum ad nos adhuc corporaliter accedere minime potuerunt. Orientales etiam principes diem quendam, videlicet nativitatem beatae Virginis, Wirceburch statuerunt, quasi de imperio ordinaturi; quo et alios principes venire hortati sunt, et nobis de die et loco mandaverunt. Consuetae igitur benevolentiae vestrae et in omnibus probatae iterum devotissime supplicamus, ut sicut nobis et vobis noveritis expedire, generaliter omnibus principibus, et specialiter ubi necesse vobis visum fuerit et utile, per bonos ac fideles nuntios vestros scribere dignemini, adicientes preces, consilium, et mandatum, bonam vestram voluntatem omnibus declarantes. Perutile autem nobis foret, si haec usque ad diem praenominatam efficere possetis. Archiepiscopos autem Maguntinum et Coloniensem ad nos quantocius redire faciatis. Civitatibus etiam Italiae et Tusciae de nobis scribite, laudantes eas quae hactenus in nostra et vestra devotione permanserunt, et eas quae hactenus nesciebant nos, ad nostrum favorem exhortantes. Rogamus item, ut si de ecclesia Bremensi et eius electis vobis sive per regem Daciae, sive per quemcunque mentio facta fuerit aut petitio, eius negotii executionem usque ad adventum nuntiorum nostrorum, quos vobis super eo idoneos quantocius mittemus, differatis; scientes pro certo, quia secunda electio, sicut et prior, et contra Deum et contra ius et rationem facta est, et neutrius promotio vel vobis vel nobis noscitur expedire. Super omnia autem nos et causam nostram immo vestram vestro subicimus consilio et voluntati, certissimi, ut quod paterne erga nos coepistis, in quo bene hactenus perseverastis, ad laudem et gloriam Dei et ecclesiae Romanae et utilitatem optime perficere debeatis.

1208.

CURIA AUGUSTANA.

1209. Ian. 13.

Sententiam Ottonis regis de liberis et bonis ministerialium, de teloneis novis et banno episcopali, ex Origg. Guelficis T. III. pag. **789.** *proferimus.*

Otto quartus Romanorum rex semper augustus. Ea quae facta sunt coram nobis in iudicio in praesentia multorum principum, quae ad utilitatem communem praesentium

1209. Ian. 13. et futurorum spectare videntur, publico scripto et authentico sunt committenda, ne a memoria hominum elabantur, et ut in consimilibus casibus facilius homines ea possint expediri [a]. Constitutus igitur in praesentia nostra in solemni curia apud Augustam in multorum hominum et aliorum principum praesentia dilectus fidelis noster Fridericus Tridentinus episcopus, quaesivit in sententia, si ministerialis alicuius ecclesiae duceret in uxorem aliquam mulierem liberam, si pueri inde suscepti vel esse debeant liberi vel esse debeant iuxta conditionem patris ecclesiae ministeriales? Et dictatum est in sententia, quod pueri ex huiusmodi matrimonio nati, esse debeant ipsius ecclesiae ministeriales cuius et pater est ministerialis; alias enim omnes ministeriales omnium ecclesiarum imperii deperirent. Item quaesivit in sententia, si aliquis ministerialis alicuius ecclesiae de bonis suis, sive patrimonialibus sive feudalibus, aliquid possit alienare vel in aliquam aliam personam transferre sine manu et domini sui licentia et voluntate? Et dictatum est in sententia, quod hoc fieri non possit; quia sic ecclesiae ad nimiam paupertatem redigerentur. Item quaesivit in sententia, si aliquis sine regia licentia et authoritate novum possit instituere teloneum? Et data est super hoc sententia, quod nullo modo hoc fieri possit vel debeat; et si factum fuerit, irritum sit et inane. Item quaesivit in sententia, si episcopus Tridentinus aliquos pro suis factionibus et excessibus banniret, si non illud bannum confirmare deberemus? Et datum est in sententia, quod si ipse Tridentinus episcopus septem idoneis testibus probare possit, aliquos homines pro excessibus et factionibus suis banniisse, quod nos hoc bannum deberemus confirmare. Cum igitur ipse Tridentinus episcopus hoc statim septem idoneis testibus probasset, nos bannum suum regia authoritate confirmavimus. Proscribimus igitur et bannimus Adelpertum, et quosdam fratres suos, Arnoldum de Mos, et filium suum Ruodegerum de Iwo, Henricum Crassi, Henricum de Porta, Andream et Bertoldum de Burgonovo, Henricum de Bozano, Vitaldum et Bonaventuram, et filios Muscardi, et omnes eorum complices. Mandamus igitur et praecipimus sub districtu gratiae nostrae, ut nemo istos bannitos et proscriptos aliquo modo recipere audeat vel aliquod consilium vel auxilium eis impertiri; quod qui facere praesumpserit, in eadem se sciat esse poena et damnatione.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1208, regnante domino Ottone quarto glorioso Romanorum rege augusto.

Datum apud Augustam Idus Ianuarii, indictione duodecima.

a) expedire?

1209. Mart. 22.

CORONATIO ROMANA.

PROMISSIO REGIS [a].

Ep. 189. In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Recognoscentes ab eo nostrae promotionis donum misericorditer processisse, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, ipsum eiusque vicarium et sponsam eius, sanctam ecclesiam, disposuimus et decrevimus magnifice honorare; ut qui nobis in praesenti temporale contulit regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis, reverendissime pater et domine summe pontifex Innocenti, quos pro multis beneficiis nobis impensis sincerissimo veneramur affectu, vestrisque catholicis successoribus et ecclesiae Romanae, omnem obedientiam, honorificentiam, et reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam praedecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur; nihil ex iis volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarius enitescat. Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam praedecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus praelatorum, concedimus et sancimus, ut electiones praelatorum libere ac cononice fiant, quatenus ille praeficiatur ecclesiae vi-

a) authenticum eius chartae extat in tabulario Vaticano et bulla Oddonis aurea munitum est. Sacramentum regis et Raynaldus ad a. 1209 ex Cencio affert.

1209. Mart. 22.

duatae quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dum modo nihil ei obstet de canonicis institutis. Appellationes autem in negotiis et causis ecclesiasticis ad apostolicam sedem libere fiant, eorumque prosecutionem sive processum nullus impedire praesumat. Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in 5 occupandis bonis decedentium praelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu propriae voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum praelatis relinquimus libere disponenda; ut quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem haereticae pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. Possessiones 10 etiam quas ecclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus, et ipsam ad eas retinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum pro viribus erimus adiutores; et quaecunque ad manus nostras devenient, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra quae est a Radicofano usque Ceperanum, 15 marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissae Mathildis, comitatus Britennorii, exarchatus Ravennae, Pentapolis, cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum et regum a tempore Ludovici, ut eas habeat Romana ecclesia in perpetuum, cum omni iurisdictione, districtu, et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesiae ab apostolica sede vocati 20 venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab illis. Adiutores etiam erimus ad retinendum et defendendum ecclesiae Romanae regnum Siciliae ac cetera iura quae ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. Ut autem haec omnia memorato sanctissimo patri nostro Innocentio sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici eiusque successoribus per nos et nostros 25 successores Romanos imperatores et reges observentur, firmaque et inconcussa semper permaneant, praesens privilegium conscriptum maiestatis nostrae aurea bulla iussimus communiri.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi.

Ego Conradus Spirensis episcopus vice domini Siffridi Maguntini archiepiscopi et totius Germaniae archicancellarii, regalis aulae cancellarius, recognovi.

30 Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1209, indictione 12, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius undecimo.

Datum apud Spiram 11. Kalend. Aprilis.

LEGATIO AD PAPAM.

in Lombardia. Ep. 190.

Reverendo in Christo domino et patri suo dilectissimo Innocentio, sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Otto dei gratia Romanorum rex semper augustus, sa-35 lutem in domino et totius filialis dilectionis plenitudinem. Cum nos omnes honorem nostrum, quem obtinendo Romanum imperium, licet cum multo labore et sudore, post Deum vobis adscribimus, non immerito nobis de vobis est praesumendum et in sanctitate vestra est confidendum, quod vos de omni prosperitate et salute nostra sub affectu paternae dilectionis nobis congaudere debeatis. Significamus igitur vestrae sanctitati, 40 quod nos iuxta honorem nostrum et imperii feliciter dispositis et ordinatis in Alemannia nostris et imperii negotiis, cum exercitu forti et glorioso montes magnos transivimus, et iam ad Padum transmeavimus, processuri ad vos, ut recipiamus a manu vestra benedicta benedictionem et consecrationem diadematis imperialis. Receptis denique nuntiis vestris, quos ad nos transmiseratis, videlicet Andrea subdiacono et clerico vestro, 45 et Thurando fratre hospitalis sancti Iohannis, auditis quoque omnibus iis quae ipsi nobis ex parte vestra prudenter et discrete proposuerunt, et iis plene intellectis, habito consilio principum et fidelium nostrorum, nuntios nostros, honestos et solemnes latores praesentium, dilectos fideles nostros, videlicet Conradum Spirensem epispocum et regalis aulae nostrae cancellarium, Cunradum Brixinensem episcopum, Iohannem Cameracensem 50 episcopum, et Henricum Mantuanum episcopum, et magistrum Henricum scholasticum sancti Gereonis in Colonia, Gunzelinum senescalcum nostrum, Cunonem camerarium nostrum, H. de Finabuche, viros utique providos et honestos, ad praesentiam vestrae sanctitatis duximus destinandos, verbum nostrum ad vos deferendum ipsis plenissime committentes. Mandamus igitur vobis et omni precum vos instantia rogamus, ut vos iis omnibus fidem 55 indubitatam adhibeatis, quae ipsi ex parte nostra vestrae proposuerint paternitati.

1209. Oct. 4. in Monte Malo. Ep. 192.

SACRAMENTUM REGIS.

Otto Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum fieri volumus universis praesentem paginam intuentibus, quod nos iuramenta securitatis venerabilibus patribus nostris Innocentio papae et cardinalibus sanctae Romanae ecclesiae et rerum ipsorum et totius populi Romani in coronatione nostra, illuc eundo, ibi stando, et inde 5 redeundo, quae principes, comites, barones, nobiles, et alii imperii fideles de mandato nostro et in nostra fecerunt praesentia, rata habemus, et ea secundum quod in scripto distinctum, et bona fide utrinque est intellectum, nos observaturos promittimus, et firmiter et inviolabiliter faciemus observari.

Datum in castris in monte Malo 4. Non. Octob. indictione decima tertia. 10

1210. Iul. 3.

CONFOEDERATIO CUM EBERHARDO ARCHIEPISCOPO SALISBURGENSI.

Ex autographo usque ad a. 1830 *in tabulario serenissimae familiae Welficae adservato, in Origg. Guelficis T. III. p.* 799. *est expressa.*

E. Dei gratia Salzpurgensis ecclesie archiepiscopus. Notum facimus universis, presen- 15 tem paginam inspecturis, quod nos bona fide et exclusa omni fraude promisimus, et sacramento iuramenti super sancta euangelia confirmavimus, quod nos, occasione discordie inter dominum papam et dominum nostrum O. serenissimum Romanorum imperatorem exorte, memoratum dominum nostrum imperatorem nunquam deseremus; quin nos in omnibus hiis, quae honorem imperii et sue persone respiciunt, promovendis, sibi 20 tanquam legittimo domino nostro, et in rebus et in persona, pro viribus nostris assistemus, et contempto mandato apostolico, si quod forte dominus papa daret in contrarium, ad manutenendum honorem suum et imperii, ipsi domino nostro auxilio pariterque consilio semper aderimus, et bona fide, tum contra papam, tum contra quemlibet alium hominem, nulla impediente occasione, ad conservandum honorem suum et imperii, per- 25 petuo ipsum pro posse nostro iuvabimus. Ad cuius rei certam evidentiam presentem paginam conscribi iussimus, et sigillo nostro consignari.

Datum apud Novum Forum 5. Non. Iulii, indictione 13.

1212. Mart. 20.

CONVENTIO CUM THEODORICO MARCHIONE MISNENSI. 30

Ex autographo usque ad a. 1830 *in tabulario serenissimae familiae Welficae adservato, habetur in Origg. Guelficis T. III. p.* 807.

Hec est forma conventionis facte inter O. invictissimum Romanorum imperatorem semper augustum, et Thidericum marchionem Missenensem et Orientis. Predictus marchio Misnie fide data promisit et iuravit, quod abhinc, ut in antea, domino imperatori 35 assistet, et eum iuvabit, specialiter contra papam Innocentium in presenti discordia, aut si alias eum iniuste vellet gravare; et simili modo contra Odacrium regem Boemie et H. lantgravium Thuringie, et generaliter contra omnem hominem viventem, in omni

1212. Mart. 20.

necessitate sua; et quod nunquam eum deseret; et hec omnia bona fide observabit sine fraude et malo ingenio. Ut autem hec conventio firmius observetur, pro eo et cum ipso, et de sua voluntate et mandato, similiter data fide promiserunt et iuraverunt nobiles et homines sui: Gevehardus de Quernvorde comes, Burchardus de Mannisvelt co-
5 mes, Henricus de Schwartzburc comes, Cunradus de Zana, Henricus de Chorun, Burchardus de Glinde, Guntherus de Rochisberc. Et hoc idem data fide promittent et iurabunt alii nobiles infeudati sui: Hermannus advocatus de Salik, Iohannes de Lubin, Henricus de Scuditz, Dudo de Domo, Harmannus de Lobdiburc, Erkinboldus de Wizenveltz. Hoc idem eodem modo fide data promiserunt et iuraverunt Albertus dapifer de
10 Burne, Cunradus pincerna, Gotzwinus de Branditz, Bodo de Ilburc, Otto de Liechtinhagin[a]. Et hoc idem eodem modo iurabunt alii sui ministeriales, scilicet Henricus de Chamborc, Conradus de Landisperc, Otto advocatus de Ilburc, Otto de Pouch, Henricus de Sladebach, Eckehardus et Henricus fratres de Crozne, Cunradus de Cleberc. Sub hac forma et conditione data fide promissum et iuratum est, et ab hiis,
15 qui nondum iuraverunt, data fide promittetur, et iurabitur, ut, si aliquo modo, quod absit, marchio Misnensis, secundum quod promissum et iuratum est, non observaret, omnes intrabunt Bruniswic, et inde nunquam recedent sine domini imperatoris licentia et voluntate. Insuper ad maiorem securitatem predicte conventionis observande, filios ministerialium suorum tredecim marchio Misnensis domino imperatori pro obsidibus
20 dabit, scilicet filium Gevehardi de Zurbeke, filium Wolcmari de Chanburc, filium Borhardi de Tebezin, filium Ludolphi de domo Grimme, filium Guntheri de Dewitz, filium Hagenonis de Doblin, filium Alberti de Ziznick, filium Friderici Caratz de Donin, filium pincernae Henrici, filium Friderici de Groiz, filium Godefridi Kiseling, filium Thietdoldi de Nidecke. Hec autem conditio observabitur de obsidibus: quod si marchio,
25 quemadmodum promissum et iuratum est, quod absit, non observaverit, liberam habebit dominus imperator facultatem de ipsis obsidibus faciendi, quod ei placuerit, et erit in eo statu, qui vulgariter „vergiselt" dicitur. Predictos autem obsides, secundum dictas conditiones tenebit dominus imperator, a proximo pascha usque ad biennium, et tunc ipsos marchioni restituet, ita tamen, quod tunc patres obsidum, vel alii ministeriales
30 marchionis aeque idonei, et totidem numero, promittent et iurabunt, secundum quod supradicti, tam infeudati quam ministeriales marchionis, promiserunt et iuraverunt. Si vero aliquis denominatorum obsidum vel morte interveniente, vel aliquo casu alio, domino imperatori dari non posset, alius, aeque idoneus, domino imperatori dabitur loco illius, omnibus aliis in suo vigore permanentibus. Ex alia parte dominus Otto Roma-
35 norum imperator promisit fide data T. marchioni Misnensi, quod sibi bonus et propitius dominus abhinc ut in antea erit, et quod ei assistet et eum iuvabit contra omnem hominem in sua iustitia et omni necessitate, et nunquam eum deseret. Et quod regnum Bohemie concedet nepoti marchionis Wratizlao, et ad optinendum eum iuvabit, et optentum defendet, marchione in omnibus et diligenter cooperante; et hoc observabit bona
40 fide et sine fraude et malo ingenio. Et hoc pro eo et de eius voluntate et mandato promiserunt data fide, et iuraverunt, frater eius H. Palatinus comes Rheni; Albertus de Arnistein et Gerhardus burggravius de Liznic, Albertus burggravius de Aldenburc, Gunzcelinus dapifer, Henricus de Coldiz, Henricus de Widha, Henricus de Drackinvelz, Henricus de Crematzove, Hermannus de Schoneburc. Sub hac autem conditione pro-
45 missum est et iuratum, quod si forte, quod absit, ex parte domini imperatoris non observaretur convenientia, omnes isti, qui iuraverunt, civitatem Misnam intrabunt, nec inde recedent sine licentia marchionis, excepto solo dapifero, qui in hoc casu Goslariam intrabit, inde nunquam recessurus sine voluntate et licentia marchionis.

Actum apud Frankinvurt, anno dominicae incarnationis 1212. 13. Kal. Aprilis.
50 indict. 15.

a) liethtinhagin *Editi*.

1212. Mart. 20.

COMPOSITIO CUM LUDOVICO DUCE BAVARIAE.

Ex autographo usque ad a. **1830** *in tabulario serenissimae familiae Welficae adservato legitur in Origg. Guelficis T. III. p.* **810.**

Hec est forma compositionis facte inter dominum O. gloriosum imperatorem Romanorum, et dominum Ludevicum, illustrem ducem Bawarie. Dominus L. dux Bawarie primum data fide promisit, et postmodum sacramento iuramenti firmavit, quod ipse omni tempore vite sue bona fide et sine omni fraude serviet domino imperatori contra papam et contra omnem hominem, nec aliqua unquam occasione emergente a servicio eius recedet. Iuraverunt etiam quidam, et adhuc alii iurabunt, pro eo duodecim subscripti nobiles, quod si dux Bawarie, quod absit, aliquo modo contra promissionem suam veniret, seu ipsam infringeret, quod ipsi bona fide, et sine fraude, dominum imperatorem modis omnibus contra ducem iuvabunt, iuxta mandatum suum. Sunt autem hi nobiles: Rapoto comes Palatinus Bawarie, comes Hainricus de Ortenburch, comes de Moseberc, comes Kalhohus, Hainricus de Lapide, Chuonradus de Horbah, comes Eberhardus de Dornberch, Heinricus de Randeke, Lupus de Lenginvelt, Alrammus de Halse, comes de Valai, comes Sigboto de Niwenborc. Postmodum etiam ad validiorem confirmationem facti iuraverunt quidam, et adhuc iurabunt duodecim subscripti ministeriales, quod si ipse dux aliqua occasione promissionem facti violaret, quod ipsi commoniti, quindecim diebus ante in civitatem Augustam intrabunt, nunquam inde sine licentia domini imperatoris recessuri. Sunt autem hi ministeriales: Sifridus Koph, Otto Koph, Otto Vuoz, Hainricus Vuoz, Cuonradus dapifer, Otto de Rore, Berhtoldus de Schiltperch, Arnoldus de Camera, Ruodigerus de Sandincella, Everhardus de Wittlinspah, Everhardus de Curia, Hainricus de Ruoden. Et ut etiam maior de duce domino imperatori securitas fiat, ipse dux 12 obsides subscriptos dabit domino imperatori, qui a proximo festo pasce ad duos annos in potestate erunt domini imperatoris, et tunc, si dominus dux promissionem factam domino imperatori bene servaverit, dominus imperator obsides illos liberos duci reddet; sed promissiones et iuramenta ipsius ducis et tam nobilium quam ministerialium semper firma et inviolabilia permanebunt. Sunt autem hii obsides: Filius pincernae, filius Hermanni Pedis, filius Bartholdi de Vrowenhoven, filius Henrici de Kranechesberch, filius Friderici de Brunowe, filius Gerungi de Berge, filius Heinrici Dimonis, filius Werneri de Burchusen, filius Grinarii, filius Cuonradi de Vriuntsperch, filius Berhtoldi de Snaitbah, filius Grimoldi de Bullenhusen. E contrario dominus imperator data fide promisit, quod ipse semper domino duci pius et propitius erit dominus, et in omnibus, que honorem et utilitatem ipsius respicient, dominus imperator benigno vultu eum promovebit.

Acta sunt autem hec anno Domini 1212. apud Franchenfort 13. Kal. Aprilis, indictione 15.

1212.

CONFOEDERATIO CUM ALBERTO MARCHIONE BRANDENBURGENSI.

Antea in Origg. Guelficis T. III. p. **812** *editam, iam ex authentico in tabulario serenissimae familiae Welficae adservato iterum proponimus.*

Hec est forma unionis, qua se dominus Otto Romanorum imperator, et Albertus marchio Brandenburgensis, confaederando colligarunt. Imperator marchioni data fide manu

in manum, sicut imperialem excellentiam certitudinem decet facere, promisit, se mediatorem studiosum et efficacem inter regem Daciae et ipsum marchionem et Slavos existere. Si vero medium marchioni competens non invenerit, promisit, regi Daciae suisque fautoribus dedicere, et marchioni contra ipsos, et contra omnem hominem, firmum 5 et constans auxilium cum effectu portare. E contra marchio promisit domino imperatori in terminis sibi finitimis, precipue in Saxonia et Thuringia, contra omnem hominem ad conservandum ei imperium, quantum vires et facultates ipsius admittunt, fideliter servire. Idem etiam 20 familiares marchionis, quorum nomina subscripta sunt, sub forma subscripta iuraverunt. Si marchio promissum infregerit, imperator ipsum super 10 voti violatione conveniet. Accepta conventione, marchio in praesentia imperatoris, productis utrobique conscriptis, innocenciam suam probabit. Si in probatione defecerit, ab inde infra 6 septimanas 20 sacramentales ipsius Brunswic intrabunt, et inde non exibunt, nisi per consensum domini imperatoris. Sine vinculis tamen et captivali custodia manebunt. Nomina sacramentalium: Henricus comes de Zwerin, Iachezo, Fridericus de Has- 15 sele, Theodericus et Henricus fratres de Osterburch, Burchardus de Cocstede, Albertus de Niendorp, Gerrardus de Beliz, Yo de Giserslage, Albertus de Buntveld, Rudengerus de Piulingen, Fridericus de Buoh, Arnoldus Sac, Conradus et Henricus de Saltwedele. Ut autem hec forma rata teneatur et inconvulsa, placuit utrique[a], imperatori scilicet et marchioni, presentem paginam, que pacti certum maneat indicium, inde conscribi et ap- 20 pensione sigilli communiri.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1212. indict. 15. apud Wicense in castris, hiis testibus presentibus: Adolpho et Ludolpho comitibus de Dassela, Bernardo de Dorstat, Hermanno et Henrico comitibus de Hartesburc.

a) *vox bis scripta.*

TESTAMENTUM.

1218. Mai 18.

Iterum exscripsimus illud, editum antea in Originibus Guelficis T. III. p. 363 sqq., ex authentico olim in capitulo Sancti Blasii Brunsvicensis, iam vero in tabulario serenissimi ducis Brunsvicensis et Luneburgensis Guelferbytano, adservato. Adpendet sigillum cerae viridis.

30 In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus, dilectis fidelibus suis, Heinrico fratri suo, Palatino comiti Rheni, ministerialibus suis, et universis burgensibus in Bruneswic et omnibus hoc scriptum intuentibus, salutem in eo qui est salus omnium. Que temporaliter acta sunt, ne instabilem temporis sequantur naturam, testimonio literarum memorie sunt commen- 35 danda. Nos igitur ob remedium anime nostre testamentum nostrum facientes, omni affectione qua possumus te frater Heinrice Palatine comes Rheni, rogamus, ut si Deus in cuius ditione cuncta sunt posita, preceptum suum de nobis fecerit, ut universe carnis viam ingrediamur, quatinus pro amore Dei, et in ea fide qua nobis hominio et fraternitate astrictus es, sanctam crucem, lanceam et coronam, dentem sancti Iohannis baptiste, 40 et imperialia insignia, preter pallium nostrum quod dandum est ad sanctum Egidium, viginti septimanas post decessum[a] nostrum conserves, et nulli hominum sub celo representes, nisi ei quem principes unanimiter elegerint et iuste, aut ei qui nunc est electus, si principes in eum consenserint; et pro hiis representandis, pro honore Dei et nostra salute, nullam acceptes pecuniam, nisi nostrum et tuum patrimonium per ipsa imperialia 45 possis recipere, quod si non potest fieri, super gratiam ipsius qui habiturus est regnum que prefata sunt omnia resignes. Rogamus etiam vos fidissimi ministeriales sub fidelitatis debito, et vos dilecti et fideles cives nostri in Bruneswic, ut hiis omnibus promovendis fideliter et efficaciter sicut vobis confidimus assistatis. Ad hec volumus, ut uxor

a) discessum *corr.* decessum.

1218. Mai 18.

nostra cum dapifero Gunzelino et fidelibus nostris castrum Harlungeberch possideat, donec quicumque rex vel imperator est, aut frater noster, seu uxor nostra, dominabus in Waltingeroth de expeditis bonis annuatim triginta marcas, perpetualiter et inmutabiliter assignet, et eos qui montis heredes sunt a sua portione cedere fatiat per restaurum ipsius beneplacitum, tunc uxor nostra reddat castrum imperio aut fratri nostro; sed si processum non habet de castro ut pretactum est, volumus ut castrum destruatur. Omnes reliquias quas pater noster habuit, et nos habemus, Deo et sancto Iohanni baptiste et sancto Blasio in Bruneswic perpetualiter offerimus, preter unum brachium quod uxori nostre representabitur. Quicquid autem in auro et in gemmis et clenodiis habemus, damus uxori nostre. Castrum in Quidelingeburch destrui volumus antequam abbatisse reddatur; destructa vero munitione, locus cum ecclesia restituatur abbatisse, et nostrum frumentum quod ibi est, et reliqua quibus argentum comparari potest, abbatisse et eius conventui dentur, pro remedio anime nostre, preter balistas que dabuntur transmarinare volentibus ut super hostes Dei torqueantur, et annona que Aschersleve ablata fuit reddi debet hominibus et inter ipsos distribui. Iurabunt itaque Gunzelinus dapifer et Ecbertus filius suus, ut castrum Wallebeke teneant annum, infra quem terminum mittat ad apostolicum frater noster. Si in voluntate ipsius et eorum qui heredes montis sunt castrum habere potest cum salute anime nostre, representabitur fratri nostro castrum; si non potest fieri cum salute anime nostre, castrum destruatur. Advocatiam nostram in Wallebeke quam denariis nostris comparavimus, ipsius loci conventui offerimus. Castrum Hartisburch representabitur imperio et eidem cedet turris quam in eo construximus. Comites de Waldenberch habeant feodum suum, Luthardus de Meinershem feodum suum, Alardus de Burcthorp turrim suam cum feodo suo, et alii sicut ab imperio tenere debent habeant feodum suum. Castrum Lewenburch reddatur Ottoni de Luneburch nepoti nostro, quia patrimonium suum est, et eius cessit portioni. Castrum Varsfelde reddatur Gardolfo de Hathemersleve, sed si frater noster vult habere, dabit pro ipso centum marcas. Omnia bona nostra in Keverlingeburch, et ipsum locum cum ecclesiis, cum agris, cum pascuis, cum pratis, cum silvis et piscaturis, et cum omni illa integritate qua hec et alia omnia ipsi loco contuleramus, Deo et sancte Marie, sancto Iohanni baptiste, et sancto Blasio in Bruneswic, offerimus, eo videlicet ordine, ut conventus de sancto Blasio statuat ibi sacerdotem, diaconum, subdiaconum, ut sint ibi divina in honore Dei et beate Marie virginis, indesinenter, pro anime nostre salute, reliqua vero omnia ad prebendam suam utiliter convertant. Rogamus et te frater karissime, omni qua possumus intentione et diligentia, ut hanc nostram ordinationem firmam et inconvulsam teneas, pro amore Dei et nostra et tua salute, quoniam speramus et credimus istud honestius esse Deo, et anime nostre et tue salubrius, quam prescriptus locus in eo statu quo fuit, contra nostram salutem male periret. Ut autem hec nostra voluntas effectui mancipetur, ad laudem Dei et ad salutem anime nostre hoc scriptum nostro sigillo corroborari fecimus, omnem aditum malignandi usque quaque percludentes. Huius rei testes sunt Sifridus episcopus Hildeneshemensis, Conradus decanus, Conradus cantor, Conradus scolasticus, Heinricus de Tossem, Bertoldus canonicus sancti Mauritii, magister Marsilius canonicus sancte Crucis. Laici vero comes Heinricus de Waldenberch, Luthardus de Meinershem, Gunzelinus dapifer, Alardus de Borhthorp, Wernerus de Lengethe, Bertoldus de Wetelemstide, Heinricus de Urethe, Rotherus de Velthem, Iohannes de Bornem, et alii quam plures.

Dat. Hartisburch, 15. Kalendas Iunii.

FRIDERICI II. IMP. CONSTITUTIONES.

CESSIO COMITATUS FUNDANI INNOCENTIO III.

1212. Apr.

Ex Cencii libro Censuum cod. S. Angeli fol. **173.** *proponimus confirmationem comitatus Fundani ecclesiae Romanae, editam a Ray-*
5 *naldo a.* **1212.** *p.* **205.**

Sanctissimo patri et domino Innocentio summo pontifici, Fredericus Dei et sui gratia rex Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue, in Romanorum imperatorem electus et semper augustus. De gratia vestra quam frequentissime sumus experti indubitatam fiduciam obtinentes, presenti pagina duximus concedendum, quot[a] cum dilectum fidelem no-
10 strum Riccardum Fundanum comitem cedere[b] in fata contigerit, tam de comitatu Fundano quam universa terra citra Garelianum posita libere disponatis, ipsam donando vel obligando, retinendo vel concedendo, seu committendo cuicumque persone iuxta vestre beneplacitum voluntatis. Ad huius autem concessionis nostre memoriam presens privilegium per manus Petri notarii et fidelis nostri scribi precepimus et sigillo nostro iussi-
15 mus roborari, anno, mense et indictione subscriptis[c].

Dat. Rome anno dominice incarnationis 1212, mense Aprilis, 15. indictione.

a) quatenus *R.* b) credere 1. *R.* c) subscripta 1.

FOEDUS CUM PHILIPPO II. REGE FRANCIAE.

1212. Nov. 19.

Prodiit in Origg. Guelf. T. III. p. **816.** *ex chartulario antiquo, et*
20 *apud Martene in Coll. I. IIII. ex codice Colbertino.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae. Notum facimus universis, praesentem paginam inspecturis, quod nos, propter mutuam dilectionem et confoederationem, quam carissimus frater noster, Philippus Francorum rex illustris, habuit ad progenitores nostros, Ro-
25 manos imperatores, confoederationem cum eodem Philippo rege Francorum inivimus in hunc modum, quod nos cum Othone quondam dicto imperatore, et Iohanne rege Angliae, et eorum auxiliatoribus manifestis, nullam pacem faciemus, sine assensu eiusdem regis: nullum etiam de illis, qui eundem inquietant manifeste, recipiemus in terra nostra, ut scilicet potestatem habeamus eum amovendi bona fide. Ad cuius rei certam
30 in posterum memoriam praesentem paginam conscribi iussimus, et maiestatis nostrae bulla aurea consignari.

Datum apud Tullum, anno gratiae 1212. 13. Kal. Decembris, indictione 1.

1213. Iul. 12.

PROMISSIO INNOCENTIO III. PAPAE.

Editam prius a Raynaldo, Goldasto et aliis, Romae constitutus ex originali tabularii Vaticani exscripsi; bulla eius aurea deest, filo serico rubri coloris relicto; membrana nonnullis in locis iniuria temporis corrosa. 5

cf. supra p. 216. 217.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus, et rex Syciliae. Regnum nostrum tunc stabiliri credimus et confidimus, cum Altissimum, de cuius manu ea quae possidemus bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino qui bona tribuit nobis, ad offerendas hostias operis et devotionis astringimur, quanto ipsum misericordem in nobis et mirabilem ex- 10 perimur. Cognoscentes igitur gratiam quae data est nobis ab ipso, habentes quoque pre oculis inmensa et innumera beneficia vestra karissime domine et reverentissime[a] pater, protector et benefactor noster domine Innocenti, Dei gratia summe pontifex venerande per cuius benefitium operam et tutelam aliti sumus protecti pariter ac promoti, postquam in sollicitudinem vestram mater nostra felicis memoriae Constantia imperatrix ex 15 ipso quasi utero nos iactavit, vobis beatissime pater, et omnibus catholicis successoribus vestris, sancteque Romanae ecclesiae spetiali matri nostrae, omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam, semper humili corde, ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici, vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nichil ex his volentes diminui, set magis augeri, ut nostra devotio magis enite- 20 scat. Illum igitur abusum volentes abolere, quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse dinoscuntur, et dicuntur, in electionibus prelatorum, concedimus et sanccimus, ut electiones prelatorum libere fiant, et canonice, quatenus ille prefitiatur aecclesiae viduatae, quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nichil obstet ei de canonicis institutis. Appellationes autem in negotiis 25 et causis ecclesiasticis, ad sedem apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere, pro motu propriae voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut quae sunt Ce- 30 saris Cesari, et quae sunt Dei Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem hereticae pravitatis errore, auxilium dabimus et operam efficacem. Possessiones etiam quas aecclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus, ipsamque ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas autem nondum recuperaverit, ad recuperandum pro viribus 35 erimus coadiutores. Et quaecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra quae est a Radicophano usque Zeperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissae Mahtildis, comitatus Brittenorii, exarcatus Ravennae, Pentapolis, cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum et regum, a tempore Ludowici, ut eas habeat Romana aecclesia 40 in perpetuum cum omni iurisditione, districtu, et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam coronam imperii vel pro necessitatibus aecclesiae ab apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis, recipiemus procurationes sive fodrum ab illis. Adiutores etiam erimus ad rettinendum et deffendendum Romanae aecclesiae regnum Syciliae ac cetera iura quae ad ipsam pertinere dinoscuntur, tamquam devotus filius, et 45 catholicus princeps. Ut autem haec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Innocentio, sacrosanctae Romanae aecclesiae summo pontifici, vestrisque successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur, firmaque et inconvulsa semper permaneant, presens privilegium conscriptum maiestatis nostrae aurea bulla iussimus communiri. Testes autem hii sunt. Sigefridus Moguntinae 50 sedis arciepiscopus apostolicae sedis legatus. Eberhardus Salzburgensis arciepiscopus,

a) reuentissime *authenticum*.

Berardus Barensis arciepiscopus, Chuonradus Ratisponensis episcopus, Otto Wirzinburgensis episcopus, Manegoldus Pattaviensis episcopus, Engelhardus Zizensis episcopus, Odacrius Boemorum rex, Lodwicus dux Bawariae, Liupoldus dux Austriae et Styriae, Hermannus lantgravius Thuringiae, comes Albertus de Eberstein, comes Adolfus de Sowenburc[a], comes Burchardus de Mannesveld, comes Gerhardus de Diets, comes Ludwicus de Wirtemberch, Gebehardus burcravius Meigdeburgensis, Hainricus de Stahhelburch, Waltherus de Langenberch, Hainricus de Chalandrino, marescalcus imperii, Waltherus de Sypf, pincerna imperii, Gwaltherus Gentilis, comestabulus regni Sycilie; et alii quam plures. (1213. Iul. 13.)

Signum domini Frederici secundi Romanorum regis invictissimi (L. M.) et regis Syciliae.

Ego Chuonradus Dei et apostolicae sedis gratia Metensis episcopus, vice domini Sigefridi, Moguntini arciepiscopi et apostolicae sedis legati, ac totius Germaniae arcicancellarii, recognovi.

Acta sunt haec anno domini nostri Iesu Christi 1213, indictione prima, regnante domino Frederico secundo Romanorum rege glorioso et rege Sicilie, anno regni eius Romani primo, Siciliae vero 16.

Datum apud Egram per manus Bertoldi de Niffen, regalis aulae prothonotarii, quarto Idus Iulii[1].

a) *ita charta; lege* Scowenburc.

1) Iuramentum Friderici eodem die et coram iisdem testibus, paucis omissis, „in capella in castro Egrae" praestitum, cum altero infra pag. 232 relato concordat.

SENTENTIA DE PROVENTIBUS BONORUM FEODALIUM.

(1214. Febr. 19.)

Post historiam Tirolensem V. Ill. Liberi Baronis de Hormayr, T. I. P. II. p. **206.** *prodiit emendatior in „Beiträge zur Geschichte von Tirol und Vorarlberg" T. III. Oenoponte a.* **1827.** *pag.* **102.** *unde eam repetimus.*

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, et rex Sicilie. Constitutus in presentia regie eminentie dilectus princeps, vicarius et legatus noster, Fridericus Tridentinus episcopus, per sententiam curie et principum requisivit, si aliquis dominus contulerit alicui vasallo suo feodum de camera non locatum, nec denuntiatum, et si vasallus talis feodi distulerit per aliquos annos feodum illud a domino, unde illud habiturus est, requirere per se vel per certum nuncium, si dominus ille teneatur ultimo anno, quo forte vasallus voluerit petere beneficium suum, de singulis annis solvere proventus feodi detenti, sicut superius prelibatum est, an non? De hoc inquisitus a nobis fidelis noster Chalochus de Chirchperch, per districtum fidelitatis sententialiter protulit, et firmavit, dominum illum nequaquam teneri in solucionem talis feodi, detenta forma supradicta duntaxat, si vasallus potuit requirere feodum suum, et non fecit. Quam sententiam per subsecutionem totius curie nostre confirmatam, ratam habentes, regia confirmamus auctoritate, et perpetuo volumus sine alicuius persone contradictione observari. Ne autem pro temporis transcursu hec iuste lata sententia oblivioni tradatur, hoc scriptum inde fieri iussimus sigillo maiestatis nostre roboratum. Testes qui interfuerunt hii sunt: Otto Frisingensis episcopus, Manegoldus Pataviensis episcopus, Hainricus Eistetensis episcopus, Chunradus Brixinensis episcopus, Ludwicus dux Bavarie, Albertus comes Tirolensis, comes Chunradus de Zolr, Albero de Wanga, Hugo de Tuvers, Dieto de Ravenspach[a] camerarius imperii, Hainricus nobilis de[b] Niffen[c], Anshelmus de Iustingen, et alii quam plures.

Datum Auguste in curia solemni, anno Domini 1214. indictione 2. 11. Kal. Marcii.

a) Ravenspurch? *Hist. Tyrol.* Ravanspurch *habet.* b) *deest in* „Beiträgen." c) Niffer *ibid.*

1215. Oct. 11.

CESSIO COMITATUS SORANI.

Editam a Muratorio in Antiquitatibus, iam ex Cencii libro Censuum Cod. S. Angeli fol. **145**. *iterum proponimus.*

Fredericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie, dilecto fideli suo Riccardo comiti Sorano[a] gratiam suam et omne bonum. Licet ad retribuendum digna pro meritis beatissimo patri ac domino nostro Innocentio summo pontifici, germano tuo, nos insufficientes reputemus, ne tamen iudicari debeamus ingrati, si nichil egerimus quod gratie sue debeat esse gratum, nos fatientes ad presens quod possumus, in posterum dante Domino maiora facturi, omne ius quod habemus in civitate Sorana cum rocca Sorelle, Arpino[b], Arce, Fontana, Pesclo sodulo, Brocco, et rocca de Vivo, quas dudum tibi concessimus et heredibus tuis cum Insula, Castellucio, et terras Iohannis pagani, quas etiam tibi concesseramus, in baronias sacrosancte Romane ecclesie, a qua predictas terras fatemur et recognoscimus nos habere, imperpetuum concedimus et donamus; ita tamen, quod tu et heredes tui terras ipsas cum omnibus pertinentiis et iuribus suis a Romana dumtaxat ecclesia de cetero teneatis, fidelitatis sibi prestito iuramento, servientes eidem de ipsis prout nobis servire tenebamini. Ne vero super hoc aliqua possit in posterum dubitatio suboriri, presentem cartam aurea bulla nostra communitam tibi et heredibus tuis in testimonium duximus concedendam. Huius rei testes sunt: Theodoricus Treverensis archiepiscopus, Berardus Panormitanus archiepiscopus, Conradus Metensis episcopus imperialis aule cancellarius, comes Adolfus de Scowenburc[c], Henricus comes de Geminoponte, et alii plures.

Actum est hoc anno incarnationis Domini 1215. indict. 4. regnante domino Frederico secundo divina favente gratia Romanorum rege et semper augusto et glorioso rege Sicilie, anno Romani regni ipsius tertio.

Datum apud Spiream, anno et indictione suprascriptis, 5. Idus Octobris.

a) c. de Sorano *cod.* b) apino *cod.* c) sowenbruc c.

1216. Mai. 13.

RENUNCIATIO IURI SPOLIORUM.

Ex Cl. Ried. Codice diplomatico Ratisbonensi T. I. p. **312**. *et Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p.* **43**.; *collatis chartis eadem de re in favorem* 2) *Ottonis Wirceburgensis episcopi et* 3) *Sophiae abbatissae Quedlinburgensis die* **11**. *Maii editis, in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p.* **41**. *et apud Erath in Cod. dipl. Quedlinburg. p.* **134**.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus secundus Dei gratia rex Romanorum et Sycilie semper augustus. Illud privilegium quod Rex regum et Dominus dominantium in memoriam ecclesiasticae libertatis pretiosissimo sanguine suo scripsit, ita regio decet custodiri favore, ut nunquam in eo quicquam appareat, quod illius gratie videatur obtenebrare[a] decorem, que a tanto procedit auctore. Ut ergo[b] post terreni regni fastigia securius exspectare possimus ab ipso felicitatis eternae coronam, cum nostre devotionis ministerio permanserit in sue integritatis gloria sponsa Christi, grata sui status debet a nobis incrementa percipere potius, quam ipsius, quasi sub specie quadam servitutis, probrose sinamus indumenta discerpi. Ideoque veterem illam consuetudinem detestantes, quam

v. pag. 224.

a) contenebrare 3. b) igitur 3.

antecessores nostri Romanorum imperatores et reges in cathedrales exercuerunt ecclesias et abbatias que manu regia porriguntur, quod videlicet decedentibus episcopis et prelatis earum, non tam reliquias rerum mobilium eorundem consueverant occupare ac convertere in usus proprios occupatas, quam etiam redditus et proventus per totius primi anni circulum ita prorsus auferre, ut nec solvi possent debita decedentis nec succedenti prelato necessaria ministrari, eidem consuetudini sive iuri vel quocumque vocabulo exprimatur, renunciavimus [a] penitus ob reverentiam Crucifixi, cuius in nostro corpore baiulamus insignia; illud eisdem ecclesiis perpetuo iure donantes, et auctoritate regia statuentes, ut ecclesiarum omnium libertate integra semper in omnibus permanente, res et redditus huiusmodi in solvenda debita decedentium prelatorum et in alios ecclesiarum usus per manus legitime succedentium libere convertantur. Obsecramus igitur easdem ecclesias et in virtute Altissimi [b] contestamur, quatenus ob hanc munificentie nostre gratiam nostrum apud Dominum supplere dignentur piis orationibus inperfectum, et post terminum vite nostre obitus nostri diem anniversarium in perpetue commendationis memoria retinere. Ut autem hec omnia, sicut a nostre bone voluntatis liberalitate procedunt, perpetuis temporibus maneant inconvulsa, presens inde privilegium [c] conscribi precepimus et nostre ymaginis impressione muniri; statuentes, ut quisquis contra hec aliquid attemptare presumpserit, centum libras auri pro pena componat, quarum medietas fisco cedat, et pars altera illis quibus fuerit iniuria irrogata. Testes hii sunt [d]: Albertus [e] Meideburgensis archiepiscopus, Otto Frisingensis episcopus, Chuonradus Ratisponensis episcopus, Otto Herbipolensis episcopus, Sifridus Augustensis episcopus, Sigboto Havelbergensis episcopus, Engelbertus Coloniensis electus, Uolricus Pataviensis electus, Heinricus Hersveldensis abbas, Chuono Elwacensis abbas, Hartmannus Fuldensis electus, Lodewicus comes [f] Palatinus Reni dux Bawarie, Liupoldus dux Austrie Styrieque [g], Otto dux Meranie, Hermannus marchio de Baden, et frater eius Fredericus, Anshelmus marscalcus, Werenherus dapifer de Bonlandia [h], Waltherus de Schipfe [i] pincerna aule regalis, et alii quam plures.

Signum domini Frederici secundi regis Romanorum invictissimi et regis Sicilie. (L. M.)

Ego Chuonradus Metensis episcopus, vice domini Sifridi Moguntini archiepiscopi totius Germanie archicancellarii, imperialis aule cancellarius recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1216, indictione 4. regnante domino Frederico Romanorum rege [k] gloriosissimo et rege Sycilie [l].

Data Herbipoli per manum Berhtoldi regalis aule protonotarii, 3.[m] Idus Maii, anno regni [n] regis Frederici quarto. (Sigillum adpendens).

a) renunciamus 2. 3. b) altissimum 2. 3. c) p. dilecto principi et amico nostro speciali Ottoni Herbipolensi episcopo, et ecclesie suae Wirceburgensi quam pio fauore amplectimur, conscribi precepimus, et nostre ymaginis inpressione muniri, statuentes 2. p. dilectę principi nostrę, dominę Sophię abbatissę in Quitilingeburch et eius ecclesie perpetuo donavimus et conscriptum imaginis nostre impressione muniri precepimus; statuentes 3. d) T. huius rei sunt 2. 3. e) A. M. a. *deest* 2. f) *deest* 1. g) *deest* 2. 3. h) de B. *desunt* 2. 3. i) de S. *desunt* 2. 3. k) r. inuictissimo et semper augusto et rege sicilie. 2. l) anno eius regni Romani IIII. *hic scribuntur in* 3. m) V. 2. 3. n) regni eius quarto 2.

SENTENTIA DE NON ALIENANDIS PRINCIPATIBUS.

1216. Mai 15.

Ex originali, sigillo maiestatis munito, iterum ediderunt Ried in codice diplomatico T. I. p. 314, *et Monumenta Boica, T. XXX. T. I. p.* 48 *et* 46.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Cum ad summam instantiam precum dilecti principis nostri Chunradi, Ratisponensis episcopi, cum ipso episcopo nomine ecclesie sue quoddam concambium fecissemus de duobus principatibus, scilicet de inferiori et superiori monasteriis in civitate Ratispona constitutis, pro quibusdam aliis prediis et possessionibus ad pre-

1216 Mai 15. nominatum episcopum et episcopatum suum pertinentibus, accedens ad presentiam regie excellentie nostre in curia solempni Herbipoli domina Tuta, inferioris monasterii abbatissa, personaliter, nec non domina Gerdrudis, superioris monasterii abbatissa, per suum procuratorem, cum aliqua honesta utriusque capituli parte coram principibus et baronibus atque tota curia nostra gravi querimonia protulit *, se et ecclesias suas indebite a nobis fuisse 5 gravatas, et super hoc adiutorium et sententiam principum postularunt; proponentes firmiter, nullum principatum posse vel debere commutari vel alienari ab imperio vel ad alium principem transferri, sine voluntate presidentis principis illius principatus et de plano consensu eiusdem ministerialium. Super quo facta a nobis inquisitione, per sententiam principum et subsecutionem tam nobilium quam baronum atque ministerialium 10 et omnium qui aderant iudicatum est, nullum principatum posse vel debere nomine concambii vel cuiuscunque alienationis ad aliam personam transferri ab imperio, nisi de mera voluntate et assensu principis presidentis et ministerialium eiusdem principatus. Nos igitur iustitie protectores, nullo conamine iuri reniti volentes, sententiam ipsam duximus approbandam, et quod contra memoratas ecclesias et earum principes pro episcopo 15 et ecclesia Ratisponensi minus debite feceramus, omnino retractamus in continenti presente episcopo prefato. Et ne de cetero similia contingant, decernimus et perpetua firmitudine observandum iudicamus, quod non liceat ulli successorum nostrorum, Romanorum regi seu imperatori, principatum aliquem, ut superius sententiatum est, ab imperio aliquo modo alienare, sed omnes imperii principatus in suo iure et honore illesos 20 observare. Ut itaque dilecta fidelis nostra Gerdrudis et successores eius abbatisse, nec non regalis ecclesia superioris monasterii, hac sententia gaudeant in antea et glorientur in perpetuum, hoc scriptum eis indulsimus sigillo maiestatis nostre roboratum. Huius rei sunt testes: Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Engilbertus electus Coloniensis archiepiscopus, Otto Wirzeburgensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Sifridus 25 Augustensis episcopus, Ulricus Pataviensis electus, Chuno Cluniacensis abbas, Ludowicus dux Bawarie comes Palatinus, Hermannus et Fridericus fratres marchiones de Baden, Gerardus de Diez, Otto dux Meranie, Hermannus [a] et Ludovicus comites de Wirtenberch, Berhtoldus nobilis de Niffen, et filii sui Heinricus et Albertus, Gerardus comes de Rinek, Anshelmus de Iustingen marscalcus imperii, Walterus pincerna imperii, Wern- 30 herus dapifer de Bolandia, Dieto [b] de Ravenspurch camerarius imperii; et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum regis invictissimi secundi et regis Sicilie. (L. M.)

Ego Chunradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi Moguntini archiepiscopi totius Germanie archicancellarii, recognovi. 35

Acta sunt hec Herbipoli anno Domini 1216, regnante gloriosissimo domino Friderico Dei gratia secundo Romanorum rege et semper augusto et inclyto rege Sicilie, anno regni Romani eius 4. Sicilie vero 18. feliciter.

Datum per manus Perhtoldi de Niffen regalis aule prothonotarii, anno prenotato, Idibus Maii, indictione quarta. 40

*) proposuit *in altera charta Mon. B. p.* 49. a) Hartmannus *rectius in altera charta Mon. Boic. p.* 46. b) Diedo *apographa duo bibl. regiae Hannoveranae, anno* 1732 *ex originali monasterii superioris Ratisbonensis desumta.*

1216. Iul. 1.

PROMISSIO DE CORONA SICILIAE AB IMPERIO SEPARANDA.

Post editionem Raynaldi ad a. **1215** *et Origg. Guelf. T. III. p.* **830**, 45 *nostram ex Regestis Honorii III. in tabulario Vaticano T. I. fol.* **35**. *ep.* **146**. *anni primi instituimus.*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Fridericus Dei et sui gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Si-

cilie, cum filiali subiectione debitam in omnibus apostolice sedi obedientiam et reverentiam. Cupientes tam ecclesie Romane quam regno Sicilie providere, promittimus et concedimus statuentes, ut postquam fuerimus imperii coronam adepti, protinus filium nostrum Heinricum quem ad mandatum vestrum in regem fecimus coronari, emancipemus a 5 patria potestate, ipsumque regnum Sicilie, tam ultra Farum quam citra, penitus relinquamus ab ecclesia Romana tenendum, sicut nos illud ab ipsa sola tenemus; ita quod ex tunc nec habebimus nec nominabimus nos regem Sicilie, sed iuxta beneplacitum vestrum procurabimus illud nomine ipsius filii nostri regis usque ad legitimam eius etatem per personam idoneam gubernari, que de omni iure atque servitio ecclesie Romane respon- 10 deat, ad quam solummodo ipsius regni dominium noscitur pertinere; ne forte pro eo quod nos dignatione divina sumus ad imperii fastigium evocati, aliquid unionis regnum ad imperium quovis tempore putaretur habere, si nos simul imperium teneremus et regnum, per quod tam apostolice sedi quam heredibus nostris aliquod posset dispendium generari. Ut autem hec nostra promissio, concessio et constitutio debitum sortiatur effectum, pre- 15 sentem paginam aurea bulla nostra fecimus communiri.

1216. Iul. 1.

Dat. apud Argentinam anno Domini 1216.[a] Kal. Iulii, indic. 4.

a) *ita corrigendum; 1215 Regestum Honorii; sed in transsumpto Innocentii IV. annus 1216 habetur, indictioni quartae congruus.*

SENTENTIA DE IMMUNITATE CIVITATUM 20 IMPERII.

1218. Iul. 22.

A Fischero primum in libro Litteratur des Germanischen Rechts p. **239.** *editam, subsidio* 2) *authentici in tabulario Pataviensi adservati quod in bibliotheca regia Hannoverana descriptum extat, emendavimus. Habetur et in Monumentis Boicis T. XI. p.* **185**.

25 Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sycilie[a], universis presentem paginam inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Significamus vobis, talem in presentia nostra per principes et magnates imperii latam esse sententiam: quod si forte alicui per cirothecam[b] nostram contulerimus[c] forum annuale vel[d] septimanale in quocunque[e] loco, quod comes aut alius iudex aliquis illius provincie non de- 30 beat illic habere iurisdictionem vel aliquam potestatem puniendi maleficia. Sed si forte latro vel fur vel[f] alius maleficus[g] fuerit condempnatus, comiti sive iudici provinciali de loco illo erit presentandus ad sententie in eum late executionem.

Datum[h] apud Wimpinam II. Kal. Augusti, indictione 6.

a) siciliae 2. b) cyrotecam 1. c) contulimus 1. d) aut 2. e) aliquo 2. f) aut 2. g) m. ad mor- 35 tem fuerit c. 2. h) Data 2.

SENTENTIA DE CONSILIIS CIVITATUM EPISCOPALIUM.

1218. Sept. 13.

Editam olim in Ochs historia Basileensi, iam beneficio V. Cl. Wackernagel, professoris publici Basileensis, ex authentico tabularii civi- 40 tatis eius emendatam sistimus.

In nomine sanctae et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sycilie. Ea quae ad libertatem ecclesiarum,

1218. Sept. 13.

necnon ad commoda et honorem seu debitam principum atque fidelium nostrorum quietem, coram eminentia regia iusto ordinis processu de consilio et conssensu principum imperii terminantur, perpetuam a nobis merentur recipere firmitudinem. Constitutus coram regia celsitudine, et coram multis imperii principibus, baronibus atque nobilibus, dilectus princeps noster Heinricus, Basiliensis episcopus, cum multa instantia postulavit, per sententiam requiri: si vel nos vel alius aliquis possemus vel deberemus in civitate cui ipse episcopus preest, consilium civitatis instituere, sine ipsius episcopi voluntate et assensu. Ad cuius non modicam instantiam, cum predilectus princeps noster Theodericus venerabilis Trevirorum archiepiscopus fuisset super hoc a nobis requisitus, ipse cum deliberatione, per sententiam indixit, nos nec posse nec debere in civitate predicti principis Basiliensis dare vel instituere consilium, citra eiusdem episcopi assensum et voluntatem, atque suorum in eodem principatu successorum. Facta igitur secundum iuris ordinem inquisitione per singulos qui aderant, tam a principibus quam nobilibus et baronibus singulisque qui aderant, sententia arciepiscopi fuit per subsecutionem proclamata et confirmata. Nos etiam tamquam iustus iudex, de innata nobis regia circumspectione, eandem approbantes sententiam, iustamque decernentes, consilium quod usquemodo quocumquemodo Basileae fuit, revocamus, deponimus, ac totaliter infringimus, atque privilegium nostrum quod inde habent Baliliensès cassamus omnino, nec eo ipsos de cetero uti volumus. Ad maiorem autem gratie ac dilectionis nostrae circa memoratum episcopum evidentiam, nolumus, immo sub plena gratie nostre interminatione omnino inhibemus, ne Basilienses de cetero consilium, vel aliquam institutionem novam quocumque nomine possit appellari, fatiant aut instituant sine episcopi sui assensu et voluntate. Decernimus igitur et perpetuo observandum iudicamus, ne aliqua persona humilis vel alta, secularis sive ecclesiastica, huic sententiae, nostraeque confirmationi et inhibitioni aliquo umquam tempore se audeat obponere, vel aliqua temeritate que prescripta sunt infringere. Quod qui facere attemptaverit, indignationem gratiae nostrae se noverit cum debita pena incurrrisse. Ad cuius rei evidentiam, robur atque memoriam, hoc scriptum inde fieri iussimus, aureo maiestatis nostre sigillo conmunitum. Hii sunt testes. Uolricus Pataviensis episcopus, Bertoldus Lausanensis episcopus, Uolricus abbas sancti Galli, Hugo abbas Morbacensis, Heinricus maior prepositus Constantiensis regalis aule prothonotarius, Theobaldus dux Lotharingie, Lodwicus dux Bawarie comes Palatinus Reni, comes Ulricus de Quiburch, comes Uolricus de Niwenburch, Hermannus marchio de Baden, comes Burchardus de Mannesvelt, comes Hermannus de Harzburch, Hainricus nobilis de Niffe, Anshelmus de Iustingen marescalcus imperii, Uolricus de Minzenberch camerarius imperii, Eberhardus dapifer de Tanna, Chuonradus de Wintersteten, et alii quam plures.

Signum domini Friderici invictissimi Romanorum regis (L. M.) semper augusti et gloriosi regis Sycilie.

Ego Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi, sancte Moguntine sedis archiepiscopi, totius Germaniae archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini 1218, regnante felicissimo domino nostro Frederico, secundo Romanorum rege semper augusto, et glorioso rege Sycilie, anno Romani regni ipsius sexto, Sycilie vero octavo decimo, feliciter.

Datum Ulmae, anno Domini prenotato, Idibus Septembris, indictione septima.

1218. Dec. 27.

SENTENTIA DE TUTORIA POTESTATE DUCUM.

Ex F. C. Butkens Trophees de Brabant, Preuves pag. **66.** *ubi ex registro cartarum Brabantiae expressa dicitur.*

Fredericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Siciliae, universis ad quos praesens littera pervenerit, notum facimus, quod nobis existentibus apud Francofurt, in praesentia nostra talis fuit lata sententia pro dilecto nostro principe Henrico duce Brabantiae et a principibus approbata, quod de universis bonis quae de ducatu suo moventur, omnium haeredum, mortuis parentibus, de iure tutor habeatur. Et quia sententiae rationabiliter latae debeamus regium praestare firmamentum, ipsam regali confirmamus authoritate; inhibendo et sub obtentu gratiae nostrae praecipiendo, ne aliquis hominum confirmationi nostrae contraire praesumat. Si quis contra attentaverit, sciat se poenam gratiae nostrae graviter incursurum.

1218. Dec. 27.

Datum apud Francofurt sexto Kalend. Ianuarii, indictione septima, anno 1219.[a]

a) qui incipit die 25. Decembris anni 1218.

PROMISSIO HONORIO III. PAPAE.

1219. Sept.

Proponimus eam, promissioni Innocentio III. datae consentaneam, ex Cencii Codice S. Angeli fol. 161. 162.; *authenticum extat in tabulario Vaticano.*

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi Amen. Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum de cuius manu ea que possidemus bona recepimus honoramus; tanto enim Domino qui bona tribuit nobis ad offerendas hostias operis et devotionis astringimur, quanto ipsum misericordem in nobis et miserabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam que data est nobis ab ipso, habentes quoque pre occulis immensa et innumera beneficia vestra, carissime domine et reverentissime pater protector et benefactor noster domine Honori Dei gratia summe pontifex venerande, per cuius beneficium operam et tutelam aliti sumus protecti pariter et promoti, postquam in sollicitudinem vestram mater nostra felicis memorie Constantia imperatrix et regina Sicilie ex ipso quasi utero nos iactavit, vobis beatissime pater et omnibus successoribus vestris catholice sancteque Romane ecclesie, spirituali matri nostre, omnem obedientiam honorificentiam atque reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores nostri catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nichil exinde volentes diminui, set magis augeri, ut nostra magis devotio enitescat. Illum igitur volentes abolere abusum quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse noscuntur et dicuntur in electionibus prelatorem, concedimus et sanccimus, ut electiones prelatorum libere et canonice fiant, quatenus ille preficiatur ecclesie viduate quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nil desit de canonicis institutis. Appellationes autem in negotiis et causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam libere fiant; earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere, pro motu proprie voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut que sunt Cesaris Cesari et Dei Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem heretice pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. Possessiones etiam, quas Romana ecclesia recuperavit ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores, et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anco-

1219. Sept. nitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mathilde, comitatus Britenori, exarchatus Ravenne, Pentapolis, Massa Trabarie, cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad Romanam ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocati fuerimus, de mandato summi 5 pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab ipsis. Omnia igitur supradicta et quecumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam, de voluntate et conscientia consilio et consensu principum imperii libere illi dimittimus, renuntiamus et restituimus, nec non ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet et efficatius intelligi, concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentionis et dissentionis materia, firma pax 10 et plena concordia inter ecclesiam et imperium perseverent. Adiutores etiam erimus ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus, tam citra Farum quam ultra, nec non Corsicam et Sardiniam ac cetera iura que ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. Ut autem hec omnia memorata sanctissimo patri nostro domino Honorio, sacrosancte Ro- 15 mane ecclesie summo pontifici, eiusque successoribus per nos et nostros successores, Romanorum reges et imperatores, observentur firmaque et inconvulsa semper permaneant, presens privilegium conscriptum maiestatis nostre aurea bulla iussimus communiri. Testes hii sunt: Henricus Argentinus episcopus, Henricus Basiliensis episcopus, abbas sancti Galli, Ugo abbas Morbacensis, Golfradus abbas de Wiziburc, Tibaldus dux Lotho- 20 ringie, comes Egeno de Urahe, comes Lodovicus de Virtemberc, comes Everardus de Elfinstein, Heinricus de Niffen, et alii quam plures.

Signum domini Frederici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie.

Ego Conradus Dei et apostolice sedis gratia Metensis Spirensis episcopus imperialis 25 aule cancellarius, vice domini Siffridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1219. mense Septembri, indictione 8, regnante domino Frederico secundo Romanorum rege glorioso et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius in Germania 7, et in Sicilia vigesimo secundo. Feliciter Amen. 30

Dat. apud Agnowe, per manus Henrici regalis aule prothonotarii, anno, mense, et indictione prescriptis.

1219. Sept.

IURAMENTUM FUTURI IMPERATORIS.

Damus illud ex eodem codice, fol. 162; *authenticum in tabulario Vaticano extat.* 35

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ego Fredericus secundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie, tibi domino meo sanctissimo et patri carissimo Honorio papa III. tuisque successoribus et ecclesie Romane, presentibus subscriptis principibus imperii et nobilibus, spondeo, polliceor, promitto, et iuro, quod omnes possessiones, honores, et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et ser- 40 vabo possessiones autem quas ecclesia Romana recuperavit liberas et quietas sibi dimittam, et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor; et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano usque Ceperanum, exarchatus Ravenne, Pentapo- 45 lis, marchia Anchonitanensis, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mathilde, comitatus Britenorii cum adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodoici: has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum coronam imperii vel neces-

1219. Sept.

sitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatis accessero, de mandato summi pontificis accipiam procurationem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Tibi etiam domino meo Honorio pape et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores consueverunt 5 sedi apostolice exhibere. Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero supradicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus. Principes autem imperii et nobiles coram quibus iuravi hii sunt: Henricus Argentinus episcopus, Henricus Basiliensis episcopus, abbas S. Galli, Ugo abbas Morbacensis, Golfra- 10 dus abbas de Wiziburc, Tibaldus dux Lotharingie, comes Egeno de Urahe, comes Lodovicus de Virtemberc, comes Everardus Helfisten, Henricus de Niffen, et quamplures alii.

Actum apud Hagnowe, anno dominice incarnationis 1219, mense Septembri, indictione 8.

SENTENTIA DE ALIENATIONE BONORUM ECCLESIASTICORUM.

1219. Sept. 25.

15

Editam prius a Staphorstio in historia eccl. Hamburg. Ia. **596.** *ope authentici in archivo regio Hannoverano adservati iterum evulgamus.*

FRIDERICI IMPERATORIS IRRITATIO ALIENATIONUM.

20 Fridericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, et rex Sicilie, prelatis, nobilibus, ministerialibus, et tam clero quam populo Bremensis ecclesie, nec non et universis aliis quibus littere presentes oblate fuerint, gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre notum esse cupimus, quod multis nobilibus coram positis, et approbante tota familia curie nostre, per sententiam coram nobis diffinitum est, aliena- 25 tiones reddituum episcopalis mense, factas a Gerhardo pie recordationis archiepiscopo Bremensi, quos titulo pignoris obligasse dicitur, irritas et inanes esse, nec aliquod penitus firmitatis robur habere. Similiter alienationes quas fecit Waldemarus in possessionibus ecclesie, simili iure viribus omnino carere decernimus. Unde mandamus et sub obtentu gratie nostre precipimus, ne quis dilectum principem nostrum Bremen- 30 sem electum, qui liberam horum omnium dispositionem debet habere, in eorum fruitione aliquatenus audeat perturbare, ne sententiam transgressionis edicti nostri in se mereatur excipere.

Dat. Hagenowe 7. Kal. Octobris, indictione 8.

SENTENTIA DE OFFICIIS EPISCOPATUUM.

1219. Sept. 25.

35 *Proponimus eam ex Staphorstii hist. eccl. Hamburg. I.* **596.** *et Lünigio, qui eam Heinrico sexto adscribunt; qui quum nonnisi anno* **1194.** *indictione* **13.** *Siciliae regnum susceperit, nec antea unquam titulo regis Siciliae usus sit, atque Heinricus rex, Friderici filius, regis Siciliae titulo caruerit, sententiam aeque ac anteriorem eadem* 40 *die latam, Friderico imperatori adsignandam esse, patet.*

1219. Sept. 25.

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Siciliae[b], universis ecclesiae Bremensis praelatis, canonicis, nobilibus, ministerialibus et universis ad quos hae litterae pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Notum esse volumus omnibus vobis, quod praesentibus multis magnatibus et sapientibus coram nobis per sententiam diffinitum est, quod mortuo uno episcopo et alio substituto omnia officia vacant, exceptis quatuor principalibus, dapiferi videlicet et pincernae, mareschalci et camerarii. Praeterea omnia quae antecessor alienaverit sine consilio ecclesiae et authoritate imperii, libera redibunt et sine contradictione ad successoris potestatem et ordinationem. Nullus praeterea officialium aliquid sibi dicere iuris potest in rebus episcoporum morientium; imo liberum erit cuilibet episcopo morienti disponere de rebus suis mobilibus, et dare cui voluerit, prout ipse saluti suae et animae viderit expedire.

Datum Hagenowe 7. Kalend. Octobris, indictione 8.

a) Henricus *edd.* H. *loco* F. *legentes.* b) ceciliae *edd.*

1219. Dec. 31.

SENTENTIA DE FEODIS ET RECEPTATORIBUS PROSCRIPTORUM.

Lecta est a. **1220**, *ind.* **8**. *die Mercurii,* **10**. *exeunte Ianuarii Tridenti in palatio episcopatus, atque instrumentum publicum ea de re confectum, quod in tabulario imperiali Vindobonensi adservatur. Unde quum prius a V. Ill. L. B. de Hormayr in historia Tirolensi I. P. II. p.* **208** *et Beiträgen zur Geschichte Tirols II.* **246** *expressa esset, iam beneficio Chmelii nostri iterum exscripta hic sistitur.*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Scicilie, universis fidelibus suis hanc paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Dilectus princeps et fidelis noster, A[b]. Tridentinus ellectus, nuper apud Augustam in presencia nostra constitutus, per sententiam principum et aliorum fidelium nostrorum obtinuit, quod cuicunque pro violenta alicuius mulieris oppressione bona sua in iudicio fuerint abiudicata, idem de cetero sine manu voluntate feodatarii nichil de feodo suo possit aud debeat facere vel ordinare. Item quesivit et obtinuit, quod quicunque aliquem proscriptum vel banitum postquam a suo iudice fuerit denunciatus et interdictus receperit, et conscilium vel adiutorium dederit, eandem penam in persona, domo, ac rebus aliis pati debet et subire, que ipsi proscripto[c] seu banito de iure debetur.

Datum Auguste pridie Kalend.[d] Ian. indict. 8.

a) Fe. *charta.* b) i. e. Albertus. c) *vox deest.* d) *vox deest; at ipsam supplendam esse, Boehmero nostro monente, itinerarium Friderici evincit.*

1220. April.

CURIA FRANCOFURTANA.

Ex actis eius proferre licet mandatum de constitutione vicarii generalis in Italia propter iter Friderici Romanum, ex Senkenbergii codice iuris feudalis p. **549**; *tum chartam confoederationis cum principibus ecclesiasticis, et sententiam contra warandiam thelonei vel mo-*

netae. Confoederationis cum principibus ecclesiasticis exempla quae inspicere licuit, tabulariis diocesis A) Moguntinae aut B) Coloniensis desumta, ipsa origine sua aliquantisper inter se discedunt. Sunt enim A1.) *Gudeni editio ex tabulario Moguntino, ut coniicere licet, desumta, in Cod. dipl. T. I.* 2) *editio Schilteri ex apographo Obrechtii in institutionibus iuris publici Romano-Germanici a.* 1696. *in* 8vo *T. II.* 3) *Würdtweinii in Subsidiis T. IV. editio confirmationis chartae ipsius per Fridericum II. a.* 1234. *Fogie concessae et in civitate Maguntiae a.* 1405 *transsumptae.* 4) *Editio in Monum. Boicis T. XXX. P. I. p.* 96 *ex authentico tabularii Eichstadiensis, olim bulla aurea munito.* 5) *Falkensteinii in Cod. dipl. Nordgaviae editio confirmationis chartae anni* 1234 *Fogie, per Rudolfum I. regem a.* 1275. *Ex tabulariis diocesis Coloniensis prodierunt* B1.) *editio Gelenii in Vita S. Engelberti a.* 1633 *ex tabulario ut videtur Coloniensi;* 2) *chartularium ecclesiae Traiectensis medio saeculo XIV. conscriptum, quod iam in tabulario regio Hannoverano adservatur fol.* 44—46; 3) *editio in Hedae chronico pag.* 193 *et* 201. *ex authentico tabularii Traiectensis, aurea bulla munito, desumta. Editio nostra utriusque classis auxilio instituta, authenticam imperatoris chartam exprimere nititur, numeris tantum capitulorum, qui in chartis desiderantur, adiectis. Editio Senkenbergiana pag.* 14. *ex Schilteriana et Schannatiana (quae Hedam exprimit) conflata, textui Moguntinensi additiones Colonienses inseruit.— Sententiam contra warandiam thelonei vel monetae, ex tabulario Daventriensi Dumbar in historia civitatis eius I. p.* 458. *edidit; litterae executoriales ea de re ad Engelbertum archiepiscopum Coloniensem, in Gelenio de S. Engelberto, Heda p.* 197. *et Dumbario p.* 458. *vulgatae sunt.*

1220. April.

CONSTITUTIO VICARII GENERALIS IN ITALIA.

April 17.

Fridericus Dei gratia Romanorum rex et Siciliae, archiepiscopis, episcopis [a], abbatibus, caeterisque ecclesiarum praelatis, marchionibus, comitibus, capitaneis, valvasoribus, et nobilibus, potestatibus, consulibus seu rectoribus, et communitatibus omnium civitatum, et oppidorum, simul et rectoribus, atque populo, et universis per Lombardiam, Romaniolam, et Tusciam, atque per totam Italiam constitutis, gratiam et bonam voluntatem suam.

1. Post multas imperii perturbationes, post obitum Heinrici [b] patris nostri imperatoris, sedatis Teutonicis seditionibus, et pace ubique constituta, cum iam simus accepturi benedictionem imperialem, ut inde propositum reformandae pacis, et unitatis et concordiae nobis et imperio admodum necessariae, per Lombardiam, Romaniolam, Tusciam seu totam Italiam firmiter habeatis, praemittimus ad vos legatum nostrum a latere episcopum Spirensem et Metensem Conradum, nostrae imperialis aulae cancellarium, ut ipse fidelitates et alia iura a vobis recipiat, et discordiis tollendis nobis viam planam faciat, quatenus adire ad coronam possimus.

2. Notum facimus vobis, quod huic legalem dedimus potestatem, supponendi civitates, burgos, castra, villas, marchiones, comites, capitaneos, et valvasores, seu quoslibet per universam Italiam et partes eius constitutos, banno nostro: et extrahendi: faciendi concessiones, poenas etiam exigendi, conficiendi tabelliones, dandi possessiones et restituendi, habendi etiam ius animadvertendi in facinorosos, nec non vicibus nostris agendi, prout commodum et honestum erit imperio, ratum habituri quicquid ille statuerit, decernimus, ne ab eo fiat appellatio. Mandamus etiam, ut ei, tanquam nobis, obtemperetur.

Datum in Francfort in curia solemni, anno Domini 1220. 15. Kal. Maii.

a) *vox deest apud Senkenberg.* b) Henrici *Senkenberg.*

1220. April 26. 1231. Nov.

CONFOEDERATIO CUM PRINCIPIBUS ECCLESIASTICIS.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus Dei gratia [a] Romanorum rex semper [b] augustus et rex Sicilie, omnibus in perpetuum. Digna recolentes animadversione, quanta efficacia et fide dilecti fideles [c] nostri principes ecclesiastici nobis hactenus astiterunt, ad culmen imperii nos promovendo, promotos in ipso firmando, et demum filium nostrum Heinricum in regem sibi et dominum benivole atque concorditer eligendo; censuimus, eos per quos promoti sumus, semper promovendos, et per quos firmati sumus, una cum ipsorum ecclesiis semper fore nostra defensione contra noxia queque firmandos.

Igitur quia in [d] eorum gravamina quedam consuetudines, et ut verius dicamus abusiones, ex longa perturbatione imperii, que per Dei graciam [e] nunc quievit et quiescit [f], inoleverant, in novis theloneis, in [g] monetis, que se invicem ex similitudinibus ymaginum destruere consueverant, in guerris advocatorum, et aliis malis quorum non est numerus; statutis quibusdam, eisdem abusionibus obviamus.

1. Primo promittentes, quod numquam deinceps in morte cuiusquam principis ecclesiastici reliquias suas fisco vendicabimus. Inhibentes etiam [h], ne laicus quisquam aliquo pretextu sibi eas vendicet, set cedant successori, si antecessor intestatus decesserit. Cuius testamentum, si quod [i] inde fecerit, volumus esse ratum. [Si [k] quis vero contra hanc constitucionem reliquias [l] sibi vendicare presumpserit, proscriptus et exlex habeatur, et feodo [m] sive beneficio [n], si quod habet [o], permaneat destitutus.]

2. Item nova [p] thelonea et novas monetas in ipsorum territoriis sive iurisdictionibus, eis inconsultis seu nolentibus non statuemus de cetero; set antiqua thelonea et iura monetarum eorum ecclesiis concessa, inconvulsa et firma conservabimus, et tuebimur; nec ipsi ea infringemus, nec ab aliis ledi permittemus modis aliquibus, utpote monete [q] turbari et vilificari solent [r] similitudinibus ymaginum, quod penitus prohibemus.

3. Item homines, quocumque genere servitutis ipsis attinentes, quacumque causa se ab eorum obsequiis [s] alienaverint, in nostris civitatibus non recipiemus [t] in eorum preiudicium; et idem ab ipsis inter se, eisque a laicis omnibus, inviolabiliter [u] volumus observari.

4. Item statuimus, ne quis ecclesiam aliquam in bonis suis dampnificet occasione advocatie eorumdem bonorum; set [v] si dampnificaverit, dampnum in duplo restituat, et centum marcas argenti camere nostre solvat [w].

5. Item si aliquis eorum [x] vasallum suum, qui eum forte offendit, iure feodali convenerit, et sic feodum evicerit, illud suis usibus tuebimur; et si ipse feodum de bona et liberali sua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus, amore vel odio non obstante. Quocumque autem modo, sive etiam ex morte infeodati, principi ecclesiastico feodum aliquod vacare contigerit, illud auctoritate propria, immo violentia, nullatenus invademus, nisi de bona voluntate liberalique concessione sua poterimus optinere; set cum effectu suis usibus studebimus defensare.

6. Item, sicut iustum est, excommunicatos eorum, dum tamen ab ipsis viva voce, vel per litteras eorum, vel per honestos nuntios fide dignos nobis denuntiati fuerint, vitabimus; et nisi prius absolvantur, non concedemus [y] eis personam standi in [z] iudicio: sic distinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a respondendo impetentibus, set sine advocatis [*]; perimat autem [a] in eis ius et potestatem ferendi sententias et [b] testimonia, et alios impetendi [c].

7. Et quia gladius materialis constitutus est in subsidium gladii spiritalis, excommunicationem, si excommunicatos in ea ultra sex septimanas perstitisse, predictorum modorum aliquo nobis constiterit, nostra proscriptio subsequetur [d]; non [e] revocanda, nisi prius excommunicatio revocetur.

8. Sic utique, aliisque modis omnibus, iusto videlicet et efficaci iudicio, ipsis prodesse

a) diuina fauente clementia *codices B.* b) et s. *B2.* 3. c) *deest* 1. 2. 3. 5. d) inter 1. e) graciam Dei *B.* f) quiescet 4. *B2.* g) et *B.* h) quoque *B3.* i) quid 3. *B3.* k) si — destitutus *desunt in codicibus A.* l) reliquas *B3.* m) feudo *B1.* n) beneficium *B2.* o) habeat *B1.* p) *deest B3.* q) monetas 1. r) *deest in codicibus A.* s) exsequiis *B2.* t) recepimus 4. u) uniuersaliter 3. 4. 5. *B1.* 2. 3. v) *deest in codicibus A.* w) restituet . . . soluet *B.* x) *deest* 1. 2 earum *B2.* y) concedimus 2. z) *deest* 2. 4. *B2.* *) aduocato *B3.* a) auctoritas 1. 2. *deest B2.* autem si eis ius et potestatem *B1.* autem eius potestatem serendi s. et t. *B3.* b) *deest* 1. c) impetrandi *A.* impendi *B2.* d) subsequatur 2. *B1.* 2. 3. e) nec 1.

1220. Apr. 26.

atque preesse firmiter compromisimus, et ipsi versa vice fide data promiserunt, quod contra omnem hominem, qui tali nostro iudicio ipsis exhibendo violenter restiterit, nobis pro viribus suis efficaciter assistent [a].

9. Item constituimus [b], ut nulla edificia, castra videlicet seu civitates, in fundis ecclesiarum, vel occasione advocacie, vel aliquo quoquam pretextu, construantur; et si qua forte sunt constructa contra voluntatem eorum [c] quibus fundi attinent, diruantur regia potestate.

10. Item inhibemus, ad imitationem avi nostri felicis memorie imperatoris Friderici, ne quis officialium nostrorum in civitatibus eorumdem principum iurisdictionem aliquam, sive in theloneis sive in monetis, seu in [d] aliis officiis quibuscumque, sibi vendicet; nisi per octo dies ante curiam nostram ibidem publice indictam, et per octo dies post eam [e] finitam. Nec etiam per eosdem dies in aliquo excedere presumant iurisdictionem principis, et consuetudines civitatis. Quocienscumque autem ad aliquam civitatum eorum accesserimus sine nomine publice curie, nichil in ea iuris habeant; set princeps et dominus eius plena in ea gaudeat potestate. Sane quanto fidem ampliorem predictorum principum circa [f] nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus semper intendimus prospicere.

11. Et quoniam acta hominum oblivio, inimica memorie, per longam temporum evolutionem sepelire solet, diligentia vigilantiori adhibita hec nostre gracie beneficia ecclesiis impensa perpetuari volumus, statuentes, ut heredes nostri et successores imperio ea rata conservent, et exequantur, et faciant in subsidium ecclesiarum a laicis universaliter observari.

Et ut futuris innotescant [g], et a presentium non excidant memoria sive noticia, ea fecimus huic pagine annotari, et paginam subnotatione nominum eorum qui interfuerunt, principum videlicet, et sigilli nostri munimine insigniri. Testes hii sunt: Sifridus Maguntinus archiepiscopus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Cuonradus [h] Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Eckbertus Babenbergensis episcopus, Cuonradus Ratisponensis episcopus, Hartwicus Eistetensis episcopus, Heinricus Wormatiensis episcopus, Otto Traiectensis episcopus, Theodericus Monasteriensis episcopus, Hugo [i] Leodiensis episcopus, Engelhardus Nuvenburgensis episcopus, Heinricus Basiliensis episcopus, H. . . [k] Havelbergensis episcopus, et alii quam plures.

[Signum domini Friderici secundi Romanorum regis invictissimi et regis Sicilie [l].]

Ego Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini [Sifridi [m]] Maguntini [Maguntine sedis [n]] archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis 1220. indictione 9. regnante domino Friderico secundo Romanorum et Sicilie rege glorioso; anno regni eius in Germania 8, in Sicilia vero 23 [o].

Datum [p] apud Frankenfort 6. Kal. Maii [q], indictione prescripta [r].

SENTENTIA CONTRA WARANDIAM THELONEI VEL MONETAE.

1220. Apr. 30.

Fredericus Dei gratia secundus Romanorum rex semper augustus et rex Siciliae, omnibus ad quos praesens scriptum pervenerit, in perpetuum notum esse volumus, quod nobis apud Frankenvoert in curia solempniter indicta in iudicio praesidentibus, talis data est sententia et a principibus approbata, quod nullam auctoritatem seu warandiam thelonei vel monetae in dampnum sive praeiudicium alicuius prestare possimus. Cum igitur super theloneo et moneta, quae nobilis vir comes Gelriae se asserit tenere a nobis, quaerimoniam non modicam audiverimus, significamus universis, quod nullam warandiam thelonei vel monetae ei facimus; regia maiestate firmiter inhibentes, ne vel the-

a) assistant *A.* b) statuimus *B1. deest B2.* 3. c) *deest B2.* d) *deest B.* e) postea 1. 2. 3. 5. f) in 1. g) innotescat 2. h) *hic testis deest in codicibus B. qui et ordinem episcoporum immutatum sistunt, ita ut duo episcopi archidiocesis Coloniensis, Hugo Leodiensis et Otto Traiectensis, archiepiscopos presse subsequantur et episcopos archidiocesis Moguntinae, immo Eckbertum Babenbergensem, antecedant; ita quoque episcopum Monasteriensem Colon. archidioces. Wormatiensi praeponunt, Havelbergensem plane omittunt.* i) hvicardus 1. huciardus 2. huuardus 3. hevardus 4. hubardus 5. k) N. 2. l) Signum — Sicilie *desunt in codicibus A.* m) *deest A.* n) *deest A.* o) XXIII. 1. 2. 3. 4. 5. *B3.* XXIV. *B1.* XXII. *B2.* p) Data aput Frankefurte 4. q) *deest B3.* r) i. p. *desunt B.*

1220. Apr. 30. loneo apud Aernhem vel Oesterbeke, sive Lobedde, vel in quocumque loco super Renum, vel moneta aliqua de caetero se intromittat, non obstante eo quod se warandiam dicit habere, nec obviantibus literis aliquibus a nobis vel nostris antecessoribus impetratis.

Datum apud Franckenvoert in curia nostra solempniter indicta 2. Kal. Maii.

LITTERAE EXECUTORIALES.

Fredericus secundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Siciliae, fideli et dilecto principi suo Engelberto sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopo, gratiam suam et omne bonum. Nobis apud Frankenvoert [a] in curia nostra [b] solempniter indicta iudicio praesidentibus, talis data est sententia et a principibus approbata, quod nullam auctoritatem thelonei sive warandiam in dampnum vel praeiudicium alicuius praestare possimus. Cum igitur super theloneo, quod nobilis vir comes Gelriae [c] se asserit tenere a nobis, quaerimoniam non modicam audiverimus, regia maiestate tibi mandamus, quatenus auctoritate nostra et sub obtentu gratiae nostrae eidem comiti firmiter praecipias, ut nullum theloneum apud Aernhem [d], vel Oesterbeke, vel Lobedde, vel in quocumque loco super Renum deinceps accipiat, non obstante aliqua warandia quam se dicit habere, nec literis aliquibus obviantibus a nobis vel [e] antecessoribus nostris impetratis.

Datum apud Frankenvoert [f] in curia nostra solempniter indicta 2. Kal. Maii.

a) franckenforde *Gelenius* franckenvorde *Heda*. b) deest *Gelen. Heda*. c) Geldrensis *Gelenius* Gelrensis *Heda*. d) arnhem v. osterbecke seu lobbede *Gelen*. arnhem vel oesterbeke seu lobbede *Heda*. e) et *Dumbar*. f) franckenforde *Gelen*. frankenforde *Heda*.

1220. Sept. 24.

EDICTUM CONTRA STATUTA ECCLESIASTICAE LIBERTATI PRAEIUDICANTIA.

Ex Cencii Camerarii codice S. Angeli fol. 163. *Editum fuerat antea in Lünigii T. XV. p.* 171.

Fredericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie, potestatibus, consulibus ac communitatibus universarum civitatum et castrorum Ytalie. Cum dive memorie imperatores Romani sacrosanctam ecclesiam multiplici libertate dotarint, nos disponente Deo, a quo est omnis potestas, ad fastigium culminis imperialis electi, que pie ab illis et * a sanctissimis apostolice sedis presulibus pro statu ecclesiarum et ecclesiasticorum virorum sunt edita, conservare volumus inconcussa, et illis contraria, sicut ad nos spectare dinoscitur, amputare. Cum igitur ad aures celsitudinis nostre pervenerit, nonnullos vestrum cupidine ceca seductos, quedam detestanda edidisse statuta preiudicantia ecclesiastice libertati ac divino et humano iuri obviantia, manifeste nos ea tanquam de radice pravitatis heretice provenientia [a], presentium auctoritate cassamus, sub pena mille marcarum districtius inhibentes, ne qui vestrum illis de cetero inherere presumant, aut eorum pretextu ecclesias et ecclesiasticos viros contra sanctiones canonicas et legitimas molestare, quinymmo ea de [b] vestris capitularibus seu breviariis tanquam iusto iudicio condempnata penitus abolentes, ecclesias et personas ecclesiasticas permittatis indulta sibi libertate gaudere, si vultis penam effugere prenotatam et indignationem regiam evitare.

Dat. in castris apud sanctum Leonem anno Domini 1220. indictione 9. octavo Kal. Octobr.

*) deest *Cenc*. a) providentia *Cencius*. b) die *Cencius*.

BANNITIO DETENTORUM CASTRI GONZAGAE.

1220. Sept. 30. 1221. Ian.

Authenticum eius extat in tabulario Vaticano. Editionem nostram ex Cencii libro censuum cod. S. Angeli fol. **159.** *paravimus, quum antea pars eius a Raynaldo in Annal. eccl. a.* **1221.** *pag.* **314.** *tota* 5 *vero apud Baluzium Misc. I.* **448.** *ex codice Colbertino, Tiraboschium Mon. IV.* **69.** *et Würdtwein Nov. Subsid. XI.* **1.** *vulgata fuisset.*

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nobis existentibus in pretorio mense Novembris none indictionis in castris apud sanctum Leo- 10 nem, ad monitionem carissimi in Christo patris domini Honorii sancte Romane ecclesie summi pontificis, et nunciorum eius fieri fecimus quoddam scriptum bulla aurea roboratum quod continebat:

Sept. 24. 30.

Fredericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum ad resigna- 15 tionem comitatus terre et poderis quondam comitisse Matildis faciendam sancte Romane ecclesie venerabili matri nostre ad quam pertinet pleno iure, serenitas nostra contra quoslibet detentores speciale mandatum dederit ac etiam generale, tam per literas quam per dilectum fidelem C. venerabilem Metensem et Spirensem episcopum cancellarium nostrum sub pena mille marcarum argenti, et dictus cancellarius castrum Gonzage cum 20 pertinentiis suis, quod est de comitatu comitisse predicte, invenerit occupatum a filiis comitum Alberti de Casalodunensis et Neresii, quibus sub pena predicta iniunxerit resignandum, et eidem super hoc parere contempserint ad non modicam iniuriam regie maiestatis, propter quod sine alia citatione in metum aliorum preter penam predictam animadvertendum erat in eos; tamen ut excellentia nostra pocius ad veniam quam ad 25 vindictam pronior videretur, laboravimus per ipsorum amicos et consanguineos cum citati non comparuerint coram nobis, ut sine metu pene nobis resignarent castrum ipsum, et mandatum nostrum contempserint in hac parte; de consilio venerabilium principum nostrorum, patriarche Aquilegensis, episcoporum Tridentini, Brissinensis, Vincentinensis, Paduanensis, Feltrensis, Mantuani, Cremonensis, Bergamensis, Laudensis, Par- 30 mensis, Astensis et Taurinensis, taliter contra eos duximus procedendum; confirmantes primo quod factum est contra eos de banno et pena iniuncta per cancellarium memoratum, et ex nunc personas ipsorum ponimus sub perpetuo banno imperii, et omnia bona eorum iubemus ubicumque fuerint confiscari sine aliqua spe remissionis seu revocationis, si usque ad diem dominicum proximo venturum dictum castrum cum omnibus perti- 35 nentiis detentis ab eis non resignaverint in manibus Alatrini et Rom. capellanorum domini pape, vel eorum alterius, vel in nostras sancte Romane ecclesie resignandum. Quod si non fecerint, quicumque de bonis ipsorum detineant vel extunc occupaverint sive quocumque alio modo acquisierint, libere possideant et auctoritate nostra detineant. Et super hoc precipimus Cremonensibus, Parmensibus, Reginis, Mutinensibus, Bononiensibus 40 et generaliter omnibus aliis fidelibus nostris, ut memoratis nobilibus et aliis adiutoribus fautoribus et detemptoribus memorati castri faciant vivam guerram, firmiter inhibentes Mantuanis, Veronensibus, Ferrariensibus, Brixiensibus et omnibus aliis fidelibus nostris sub obtentu fidelitatis et gratie nostre, communitatum predictarum cuilibet sub pena mille marcharum, marchionibus, comitibus, baronibus sub pena ducentarum marcarum, mili- 45 tibus centum et aliis inferioribus quinquaginta, quod eis nullum prestent auxilium consilium adiutorium vel favorem. Et tam de castro predicto quam de aliis castris, scilicet Pegugnag. et Bonden.[a] necnon de toto ipso comitatu podere ac terris comitisse predicte, dictos capellanos necnon Romanam ecclesiam investivimus, et eos constituimus possessores, et mandavimus de castris predictis per venerabilem episcopum Tauri-

50 a) Regugnani et Bordeni *ex codice quodam Vaticano Würdtwein.*

1220. Sept. 30. nensem vicarium nostrum in corporalem possessionem induci; precipientes tam militibus et habitatoribus castrorum ipsorum quam omnibus aliis vassallis de ipso comitatu seu et poderis comitisse prefate, quos omnes ad presens absolvimus ab omni iuramento quo nobis tenentur ratione terrarum ipsarum, quod dictis nuntiis domini pape vel alteri eorum, seu cuilibet alii ab ecclesia Romana misso, abiuratis aliis iuramentis contrariis 5 istis, prestent fidelitatis nomine Romane ecclesie iuramentum; quod si non fecerint, sciant se ex nunc omnibus bonis comitatus poderis sive terrarum ab eisdem possessis hac nostra sententia in perpetuum fore privatos, et milites et habitatores ipsius castri Gonzage desuper ponimus imperpetuum banno nostro. Preterea iniungimus firmiter et mandamus potestatibus consulibus seu rectoribus civitatum sub pena mille marcarum, ut omnes pos- 10 sessiones comitatus predicti detentas ab ipsis sub pena predicta mille marcarum sine difficultate ac mora restituant, et absolvant omnes homines de comitatu et terris predictis ab omni iuramento districtu et obligationibus, quibus ratione alicuius iurisdictionis quam hactenus exercuerunt in eos tenentur eisdem; et removeant consules, rectores, baiulos, et siquos officiales posuerint in eis et extra, aut quoscumque posuerunt in banno 15 de terris ipsis; sub obtentu fidelitatis et gratie nostre ipsis nichilominus iniungentes, ut dictis capellanis vel eorum alteri seu cuilibet alii ad hoc a sancta Romana ecclesia destinato ad retinendam possessionem terrarum quas habent, ad recuperandam quam non habent, prestent auxilium, consilium, et favorem. Verum quia ipsi filii dictorum comitum nostram contempserint sententiam et mandatum, predictum castrum infra terminum sibi 20 datum nequaquam ut superius legitur resignantes, nostram promulgatam sententiam contra ipsos et omnes alios detentores comitatus predicti poderis seu etiam terrarum in nostra curia publica publicari fecimus, et ut firma semper et incolvulsa permaneat maiestatis nostre aurea bulla iussimus communiri. Principes autem imperii et prelati et nobiles Ytalie quibus presentibus haec omnia facta sunt hi: Patriarca Aquilegensis, Con- 25 radus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius et totius Ytalie legatus, episcopus Pataviensis, Sifredus Augustensis episcopus, Albertus Tridentinus episcopus, Bertoldus Brixiensis, abbas Augensis, Lodovicus dux Bavarie et comes Palatinus Reni, Anselmus marescallus imperii, et Guarnerius de Bollandia senescalcus, episcopus Taurinensis et Ytalie vicarius, F. Papiensis, O. Laudensis episcopus, M. Mutinensis episcopus, 30 Henricus Bononiensis episcopus, Azo marchio Estensis, Matheus de Corrigia potestas Papiensis, Niger Marianus potestas Parmensis, Berrita potestas Reginus, Egidius potestas Mutinensis, Tisus de Campo sancti Petri et alii plures.

Dat. in castris apud sanctum Leonem 8. Kal. Octobris; et publicatum apud Spinlabert pridie Kalendas mensis eiusdem anno Domini **1220.** indictione 8. 35

Nos autem pre oculis habentes dilectionis et gratie puritatem, quam predictus pater noster summus pontifex in nostra promotione laudabiliter dinoscitur habuisse, et quod de bono in melius ad exaltationem nostram intendit, scriptum ipsum sicut continetur superius, confirmamus et volumus ab omnibus observari, et ad maiorem securitatem presens scriptum fieri fecimus bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa firmatum. 40

Datum Capuae post curiam sollempniter celebratam anno dominice incarnationis **1221.** mense Ianuarii, 9. indictione, et anno imperii nostri **1.** feliciter Amen.

1220.

CORONATIO ROMANA.

Ex actis eius proferimus litteras senatoris populique Romani ad Fridericum, Honorii III. litteras quibus legatos suos ad tractandum cum electo imperatore instruit, utrasque ex Regesto Honorii apud Raynaldum impressas; tum constitutiones post tractatum ab impe- 45

ratore evulgatas, scilicet constitutionem generalem in die coronationis, confirmationem terrae comitissae Mathildis, et litteras imperatoris de expeditione in Terram Sanctam suscipienda. Equidem constitutionem generalem ex Regestis Honorii in tabulario Vaticano Vol. III. fol. 95. 96. *Anno V. Nro.* 483. *exscripsi; ubi inscribitur „littere imperatoris", et in margine codicis haec leguntur:* Diligens diligenter nota. Hec est nova sanctio Friderici secundi imperatoris Romanorum edictaliter edita et publicata in basilica principis apostolorum, in die qua imperiali diadema coronavit cum Romana ecclesia mater sua, lex siquidem constituta[a] de abrogatione et destructione omnium statutorum et consuetudinum adversus ecclesias clericos vel ecclesiasticam libertatem, et de abolitione omnium heresum, et hereticorum diffidatione et banno. *Quum de constitutione ipsa inter legatos et imperatorem tractatum sit, textum Regesti optimae fidei esse, facile intelligitur. Evolvimus praeterea codices saeculi XIV. duos* 2) *Halensem et* 6) *Francofurtanum, in quibus constitutio ab Honorio confirmata post libros Feudorum habetur, tum editionem Riedii in Cod. dipl. Ratisponensi p.* 331. *ex copia anni* 1294. *Oct.* 1. *vidimata profluam; codices alii in bibliotheca Palatina Vindobonensi adservantur, inter Salisburgenses Nro.* 343. *sec. XIII. inter libros Iuris civilis Nro.* 4. *sec. XIII., et inter libros Iuris canonici Nro.* 127. *signatus; versio Germanica habetur in codice Iuris civilis Nro.* 10. *anno* 1482 *conscripta. Litteras imperatoris quibus constitutionem Authenticis inserendam universitati Bononiensi transmisit, ex Savioli*[b] *Annalibus Bononiensibus T. II. p.* 449. *subiecimus.— Confirmationem terrae comitissae Mathildis ex Cencii libro Censuum, cod. S. Angeli fol.* 162. *exscripsimus; impressa typis erat in Würdtwein Subs. Novis T. XI. pag.* 4. *Epistolae de expeditione in Terram Sanctam integrae ex Regestis Honorii T. III. fol.* 88—90. *Anno V. Nro.* 446. 447. 448. *prodeunt, quum antea nonnisi primae earum pars a Raynaldo ad a.* 1221. *et secunda a Baluzio in Miscellaneis vulgatae fuissent.*

LITTERAE ROMANORUM.

Gloriosissimo domino Frederico Dei gratia regi in Romanorum imperatorem electo semper augusto et regi Siciliae, Parendus eadem gratia almae ac venerandae Urbis illustris senator, et populus universus Romanus, salutem et hostium, tam visibilium quam invisibilium, caelitus ac inimicorum crucis victoriam gloriosam, et post imperii terreni sceptra longaeva ac felicissima gaudia regni caelestis ineffabilia, vel aliter salutem et Romani imperii monarchiam feliciter gubernare.

Dulcis et laetabunda materia super receptione litterarum vestrarum nobis a serenitate vestra transmissa publiceque in capitolio perlecta, corda nostra multimodis gaudiis exhilaravit, et gaudia quae se in corde totius rei publicae non capiebant, cum iucunditate foras fecit patenter exire, nec immerito: intelleximus enim tum ex ipsarum serie litterarum, tum per honorabilem, providum et discretum virum . . . abbatem Fuldensem, legatum et nuncium ac principem serenitatis vestrae, quod vos, qui ad Romani imperii apices estis electi, almificam Urbem, senatum, populumque Romanum et totam rem publicam sincera diligitis affectione, et eius augmento et promotioni efficaciter intendere disposuistis; et ut nomine, ita et re Romana res publica imperiali celsitudine decorari, magnificari possit merito et augmentari. Ad quod magnificentiam regiam in-

a) constitututa *cod.* b) *qui eas ex Sarti de Cl. archigymnasii Bononiensis professoribus Vol. II. p. 60 descripsit.*

1220. vitant senatus et Romanorum circa vos stabilis et pura sinceritas et indefessa, et merita fructuosa in vestris agendis a senatu et populo multifariam multisque modis ostensa et in Urbe honorificentia praesentaliter regiae maiestati exhibita. Super quo rerum omnium auctori quantas possumus laudes referimus, qui vos ad fastigia Romani imperii sublimavit, et magnificentiae vestrae caelitus inspiravit, quod talem circa nos et Romanam rem publicam geritis voluntatem, ipsum Altissimum modis quibus possumus deprecantes, ut sublimitatem vestram in tali circa nos conservet sinceritate, et vobis Romani imperii gubernacula concedat per longa temporum spatia feliciter gubernare. Nos ergo de tanta magnificentia indubitata fiducia confidentes, adventum vestrum tota mente cupimus et optamus, parati et expositi in omnibus et ad omnia cum Romanae ecclesiae et almae Urbis honore, quae imperiali debeant et possunt celsitudini complacere; et ille dies nobis iucundus et festivus occurret, quo serenitatem vestram tempore coronationis praesentialiter poterimus intueri, et laudes tantae magnificentiae debitas exhibere; et quidquid profectus poterimus et honoris, imperatoriae maiestati gratanter curabimus exhibere.

Super eo autem, quod per easdem litteras et nuncium rogastis, et monendo sollicitastis, ut Romanorum pontificem, communem omnium patrem, et vestrum et nostrum, sic propensius honorare curaremus, ad ipsius benedictionem et gratiam redeuntes, quod ad instar nostrae devotionis nationes caeterae sint devotae, et vos, qui estis ecclesiae lacte nutriti et obedientiae filius, et Romanae ecclesiae advocatus pariter et defensor, ad grates nobis reddendas sitis omni tempore fortiter illigati, gratum gerimus et acceptum; et regiam serenitatem dignis in Domino laudibus commendamus, et cum multa gratiarum prosequimur actione regiae serenitatis sinceritatem, quam ut ex ipsarum litterarum tenore perpendimus evidenter, vos circa nos gerere plurimum gratulamur.

Proinde praesentibus litteris regiis sensibus innotescat, quod nos in eo proposito firmi sumus et stabiles, ac fuimus semper, ut ea facere velimus et operari, quae Romanae ecclesiae, quae non ab homine, sed ab ipso Iesu Christo est in Urbe fundata, honorem respiciant et incrementum; nec de iis, quae possumus et debemus, quidquam aliquando praetermittere, quod ad conservandum inter nos et Romanam ecclesiam indissolubile vinculum dilectionis et pacis facere videatur, et a benedictione eius et latere nunquam discessimus, nec dante Domino discedemus. Nam Romana ecclesia nostra specialis est mater, quam non offendimus, sed diligimus et veremur. Iucunda satis est, sicut nostis, matris Romanae ecclesiae et filiorum dilectio, cum ipsa mater de nostro profectu, et nos filii versa vice de matris exaltatione laetemur. Et inde est, quod inter alios dilectos filios et devotos, quos ubique terrarum mater sibi ecclesia generavit, nos speciales et proprios reputat, et in nos affectum totius charitatis effundit; et nos inter alios et prae aliis semper habuerit, et habebit, dante Domino, suum propugnaculum speciale, et nos ad depressionem illorum, qui contra ecclesiam matrem et dominam nostram superbiae calcaneum erexerunt, quidquid favoris et auxilii potuimus, curavimus indulgere, utpote qui honorem eius non alienum, sed proprium reputamus. Verum si quae est vel erit, quod absit, discordia inter ipsam et nos, sic ad eam sedandam propensius intendemus, quod in adventu vestro in pace et quiete vestrae coronationis solemnitas in Urbe per summum pontificem peragetur. Rogamus itaque maiestatem regiam, quatenus ecclesie Romane exaltationi ac nostre, prout convenit intendatis, ut de fidelibus fideliores regie magnitudini semper assurgere teneamur, quia quidquid commodi vel honoris ipsi feceritis, nobis, qui sumus ecclesie catholici filii, reputabimus esse collatum.

Nov. 10.

INSTRUCTIO LEGATORUM PAPAE.

Honorius etc. Nicolao episcopo Tusculanensi apostolice sedis legato, et dilecto filio Alatrino subdiacono et capellano nostro. De communi fratrum nostrorum consilio praesentium vobis auctoritate mandamus, quatenus efficaciter studeatis, ut capitularia, quae vobis mittimus praesentibus interclusa, sub competentibus verbis, servata sententia, sub nomine regio in leges publicas redigantur, nobisque mittantur regiae bullae roborata munimine, in die coronationis sub imperiali nomine in basilica principis apostolorum solemniter publicanda. Ad haec prudenter et caute studeatis investigare, ac perspicere regium animum et propositum, tam super vitanda regni atque imperii unione, quam super subsidio Terrae Sanctae, expresse regiis auribus inculcantes, quod videtur contra promissa et pri-

vilegia sua manifeste venisse, cum et filium suum coronatum in regem Siciliae, in Romanorum regem eligi procurarit, et praelatos et magnates regni ad coronam vocarit imperii et ab eis de novo fidelitatis exegerit et exigat iuramenta, per quae in sedis apostolicae, nec non posteritatis suae, dispendium videtur praefata unio procurari; unde 5 multi non immerito admirantur. — 1220. Nov. 10.

Necessitatem vero Terrae Sanctae exaggeretis, sicut res ipsa deposcit, insinuantes regiae celsitudini, quomodo fiducia et spes illius negotii in eo post Deum quasi tota dependet, sicut per nuncios et litteras legati, praelatorum et baronum exercitus christiani evidenter apparet, et quomodo ipsum ita instanter ad coronam vocavimus specialiter hac 10 de causa; et addatis, quod nisi in instanti passagio exercitui christiano magnifice succurratur, est procul dubio formidandum, ne praedictum negotium Terrae Sanctae penitus dissolvatur. Quidquid autem super his poteritis intelligere, nobis curetis quam citius fideliter intimare.

Dat. Lateran. 4. Id. Novemb. pontificatus nostri anno 5.

15 CONSTITUTIO IN BASILICA BEATI PETRI. — Nov. 22.

Fridericus [*] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, ducibus, marchionibus, comitibus, cunctisque populis quos clementie nostre regit imperium, salutem et gratiam.

In die qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperii 20 diadema, curavimus ad Dei et ecclesie sue honorem edere quasdam leges, quas presenti pagine iussimus annotari, per totum nostrum imperium publicandas, per imperialia vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eas quisque in suo districtu irrefragabiliter et inconcusse servetis. Sunt autem hee leges [**].

1. Ad decus et decorem imperii et ad laudem Romani principis nichil magis vi-25 detur accedere, quam ut expurgatis quorundam erroribus et iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cetero ecclesia [a] plena quiete vigeat, et secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam et perversorum iniquitas habundavit, ut non dubitent, contra apostolicam disciplinam et sacros canones, sua statuta confingere adversus ecclesiasticas personas et ecclesie libertatem. Cum ergo ecclesia que nichil debet preter bo-30 num appetere, dispositione divina faciente nichil velit quod nobis eodem cursu voluntatum [b] non placeat, nos Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, hac edictali lege irritamus, et [c] precipimus irrita nuntiari [1] omnia statuta et consuetudines que civitates vel loca, potestates, consules, vel quecumque alie persone contra libertates ecclesie ac personas ecclesiasticas edere, vel servare temptarunt adversus canonicas 35 vel imperiales sanctiones, et ea de capitularibus suis mandamus infra duos menses post huiusmodi publicationem edicti penitus aboleri; et si de cetero similia attemptaverint, ipso iure decernimus esse nulla, et eos sua iurisditione privatos [d], necnon locum ubi deinceps talia presumpta fuerint banno mille marcarum precipimus subiacere. Potestates vero, consules, rectores, statutarii, et scriptores dictorum statutorum, nec non consiliarii 40 locorum ipsorum qui secundum statuta vel consuetudines memoratas iudicaverint, sint extunc ipso iure infames, quorum sententias et actus alias legitimos statuimus aliquatenus non tenere. Qui si per annum huius nostre constitutionis inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium mandamus impune ab omnibus occupari, salvis nichilominus aliis penis contra tales in generali concilio promulgatis. — 1

45 2. Item [2] nulla communitas vel persona, publica vel privata, collectas sive exactiones, angarias vel perangarias, ecclesiis aliisque piis locis aut ecclesiasticis personis imponant, aut [e] invadere ecclesiastica bona presumant; quod si fecerint et requisiti ab ecclesia vel imperio emendare contempserint, triplum refundant, et nichilominus banno imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. — 2

50 3. Item [3] quecumque communitas vel persona per annum in excommunicatione — 3

*) Fridericus secundus divina fauente clementia rom. imperator semper augustus et rex Sicilie. Ad decus *media desunt. Ried.* **) *numeros adiecimus.* a) e. Dei 2. 6. b) uoluntarie 2. uoluntatibus 6. c) et per totam Ytaliam in p. n. 2. d) priuantes superioribus protinus applicanda 2. e) aut i. e. b. p. *desunt* 2.

1) hinc fluxit Auth. C. I. 2. Cassa. 2) Auth. C. I. 3. Item nulla. 3) ibid. Item quaecumque.

1220. Nov. 22. propter libertatem ecclesie facta perstiterit, ipso iure imperiali banno subiaceat, a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.

4 4. Statuimus[4] autem, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili trahere ad iudicium seculare presumat, contra constitutiones imperiales et canonicas sanctiones. Quod si fecerit, actor a iure suo cadat, iudicatum non teneat, et iudex 5 sit ex tunc iudicandi potestate privatus.

5 Sanccimus[5] etiam, ut si qui clericis vel personis ecclesiasticis iustitiam denegare presumpserint, tertio requisiti suam iurisditionem ammittant.

6 5. Chataros[6], paterenos, leonistas, speronistas, arnaldistas, circumcisos, et omnes hereticos utriusque sexus quocumque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia, 10 diffidamus atque bannimus, censentes ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur, ita quod filii ad successionem eorum pervenire non possint, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie iuxta considerationem suspitionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tamquam 15 infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod, si sic per annum permanserint, ex tunc eos sicut hereticos condempnamus.

7 6. Statuimus[7] etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates vel consules seu rectores quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei prestent publice iuramentum, quod de terris sue iurisdictioni subiectis universos hereticos ab ecclesia deno- 20 tatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit in potestatem sive perpetuam vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Alioquin neque pro potestatibus neque pro consulibus habeantur, 8 eorumque sententias decernimus ex tunc irritas et inanes. Si[8] vero dominus temporalis, requisitus et amonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab heretica pra- 25 vitate, post annum a tempore monitionis elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam; qui eam exterminatis hereticis absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent; salvo iure domini principalis, dum modo super hoc nullum prestet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat; eadem nichilominus lege servata 9 contra eos qui non habent dominos principales. Credentes[9] preterea, receptatores, de- 30 fensores et fautores hereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ei 35 super quocumque negotio, set ipse alii respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti.

10 7. Navigia[10], quocumque locorum perveniant, si quo casu contingente rupta fuerint, 40 vel alias ad terram perveniant, tam navigia ipsa quam navigantium bona illis integre reserventur ad quos spectabant ante quam navigium huiusmodi periculum incurrisset, sublata penitus omni consuetudine locorum que huic adversatur sanctioni; nisi talia sint navigia que piraticam exerceant, aut sint nobis vel christiano nomini inimica. Transgressores autem huius nostre constitutionis bonorum publicatione multentur, et si res 45 exegerit, eorum audacia iuxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.

11 8. Omnes[11] vero peregrini et advene libere hospitentur ubi voluerint; et hospitati, si testare voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem; quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem nichil perveniat, set bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur si fieri potest heredibus, vel in pias 50 causas erogentur. Hospes vero si aliquid de bonis talium contra hanc nostram constitutionem habuerit, triplum episcopo restituat, quibus visum[a] fuerit assignandum. Non ob-

a) iustum 2. *deest* 6.

4) ibid. Statuimus. 5) ibid. Statuimus. 6) ibid. I. 5. Gazarenos. 7) ibid. I. 4. Statuimus. 8) ibid. I. 5. Si vero. Concil. Lateran. a. 1216. 9) ibid. Credentes. Concil. Lateran. a. 1216. 55 10) ibid. VI. 2. Navigia. 11) ibid. VI. 59. Omnes peregrini.

stante statuto aliquo aut consuetudine seu etiam privilegio que hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra presumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur in quo deliquerunt; alias[a], prout culpe qualitas exegerit, puniendi. 1220. Nov. 22.

5 9. Agricultores[12] et circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacumque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, ut personam, boves agrorum, instrumenta[b], aut si quid aliud sit quod ad operam rusticanam pertineat, invadere, capere aut violenter auferre presumat. Si quis autem statutum huiusmodi ausu temerario violare presumpserit, in quadruplum ablata restituat, 10 infamie notam ipso iure incurrat; imperiali animadversione nichilominus puniendus[c]. 12

LITTERAE AD UNIVERSITATEM BONONIENSEM.

Federicus Romanorum etc.[d] semper augustus, universis sacrarum legum doctoribu set scholaribus Bononie commorantibus salutem et gratiam suam. Ad honorem omnipotentis Dei et ecclesie sancte sue in die quo de manu sacratissimi patris nostri Honorii 15 summi pontificis suscepimus imperii diadema, edidimus quasdam leges quas presenti pagine fecimus adnotari, per imperialia vobis scripta mandantes, quatenus eas faciatis in vestris scribi codicibus et de cetero legatis solempniter, tamquam perpetuis temporibus valituras.

CONFIRMATIO TERRAE MATHILDIS ROMANAE ECCLESIAE.

1221. Ian.

20 Frederius divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nobis existentibus anno preterito in mense Septembrii 8. indictione apud Agenov fieri fecimus quoddam scriptum ad mandatum carissimi in Christo patris domini Honorii sancte Romane ecclesie summi pontificis et nuntiorum eius quod continebat: In nomine sancte 25 et individue Trinitatis ego Fredericus secundus etc. usque indictione 8. Nos autem pre oculis habentes dilectionis et gratie puritatem, quam predictus pater noster summus pontifex in nostra promotione laudabiliter dinoscitur habuisse, et quod de bono in melius ad exaltationem nostram intendit, scriptum ipsum sicut continetur superius, confirmamus et volumus ab omnibus observari, et ad maiorem securitatem presens scriptum 30 fieri fecimus bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa firmatum. pag. 23.

Datum Capue post curiam sollempniter celebratam, anno dominice incarnationis 1221. mense Ianuarii, indictione 9. et anno imperii nostri 1. feliciter Amen.

EIPSTOLAE DE EXPEDITIONE IN TERRAM SANCTAM.

Febr. 10.

Fridericus secundus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex 35 Sicilie, universis eius fidelibus ad quos littere iste pervenerint, suam gratiam et bonam voluntatem. Post obtentam de multa et varia hostilitate faciente Domino victoriam, post plurimos laboriosos agones, in quibus imperii virtus, et gloria imperatorie maiestatis enituit, decet nos omnium creatorem, per quem vivimus, movemur, et sumus, per quem imperialis culminis optatis felicitatibus gubernamur, toto corde, tota mente, et omni vir-40 tute diligere, et ei devotissime omnibus viribus totaliter adherere: quia etsi successus nobis mundane prosperitatis arrideat, absit, ut favor transitorie felicitatis nos a nostri conditoris amore pariter et timore deflectat. Considerantes igitur, nec sine amaritudine amarissima recolentes, salutifere crucis triumphale vexillum, Dominicam sepulturam, civitatem sanctam, in qua salutem nostram est Dominus operatus, et venerabile templum, 45 et coenaculum grande stratum, in quo Domino pascha discipuli paraverunt, conversa in

a) a. p. c. q. e. p. *desunt* 2. b) boues, agrorum instrumenta, 2. c) Dat. anno dominice incarnationis 1221. mense Decembris, indictionis none RIED. *Eundem annum et mensem indicat codex Vindobon. Iuris canon.* 127. *Sed legendum est:* 1220. mense Novembris, *cui et indictio nona consentit.* d) et *edd.*

12) ibid. VIII. 17. Agricultores.

1221. Febr. 10

theatrum, et seculare ridiculum, ubi Rachel plorat filiorum suorum iugulum; horrendum facinus, et triste spectaculum, tacti dolore cordis intrinsecus et rubore de succursu celeri diebus et noctibus cogitamus, galeas et naves, prout res exigit, magnifice preparantes. In imperialibus itaque humeris in nomine Crucifixi vexillum crucis patenter tempore nostre coronationis ereximus, ut cunctis imperii nostri fidelibus innotescat, quod 5 sicut gratiam nostram diligunt et coronam, ad succursum Terre Sancte se viriliter et potenter accingant. Et licet multi principes, barones et milites vota nostra humiliter prosequentes, insigniti sint signiculo sancte crucis, pauci tamen sunt in articulo necessitatis instantis. Eia milites fideles imperii, arripite velociter arma christiane militie, quia iam Romani imperii victrices aquile prodiere. Duplicis quidem retributionis donativa per- 10 cipiunt, qui celsitudini nostre in proposito huius sancte peregrinationis assistunt; quia preter imperialem gratiam adipiscuntur felicitatem eternam. Quocirca universitati vestre per imperialia scripta mandamus, obsecramus in Domino, rogamus, et hortamur omni affectione qua possumus exorantes, quatinus accensi zelo illius, cuius sponsa ecclesia mater vestra in ea terra captiva miserabiliter detinetur, recolentes etiam qualiter a die- 15 bus antiquis et generationibus seculorum imperatores Romani mundum universum sue subdiderint ditioni auxilio suorum fidelium qui cum eis usque ad effusionem sanguinis laborarunt, non patiamini in nostro pio proposito nos confundi, immo sicut umquam Deum diligitis et gratiam nostram caram habetis, ad succursum Terre Sancte vos sine dilatione pro presenti passagio viriliter accingatis, scientes quod nichil umquam aliquo 20 tempore possetis efficere, per quod taliter omnibus vobis et singulis imperialem redderetis celsitudinem obligatam, maxime cum inimici crucis Christi et hostes nominis christiani pre timore Regis superni et membrorum suorum iam quasi totam quam querimus relinquant Terram Sanctam. Super hoc autem plene credatis et efficaciter impleatis, quecumque vobis ex parte nostra karissimus in Christo pater Hugolinus Hostiensis 25 et Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus duxerit proponenda, quem speciali diligentes affectu, ut personam nostram ab omnibus volumus et precipimus honorari.

Dat. Salerni 4. Id. Febr., indictione 9.

Febr. 10.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, karissimo in Christo patri et amico suo Hugolino eadem gratia Ostiensi episcopo apostolice sedis legato, 30 salutem et sincere dilectionis affectum. Iocunde fame felicitas et felicis rumoris iocunditas, que dilecto fideli nostro . . Regino episcopo referente nostris auribus sonuerunt, immense prosperitatis gaudio fecerunt nos secundum utrumque hominem in Domino prosperari. Retulit namque nobis, venerabilem patrem nostrum Honorium summum pontificem vos promotioni negotii crucis Christi immo totius populi christiani consulto consilio 35 deputasse, vobis per Lombardiam et Tusciam concesso plene legationis officio propter hoc, sicut speramus, feliciter promovendum. Gaudeat igitur Romana ecclesia, quia negotium multis initiatum laboribus, obtatum finem indubitanter assumet. Gaudeamus et nos, quia vir fama integer, religione perspicuus, vita purus, facundia eloquentissimus et claris virtutum et scientie titulis circumspectus, ad animandum eos in quos exprobrantium 40 nomen Christi obprobria ceciderunt tam utiliter quam efficaciter destinatur, ut secularibus desideriis abnegatis vexillum salutifere crucis assumant, ipsum toto mentis desiderio requirentes. Gaudere debet et totus populus christianus, quia terra quam Christus nostra salus proprio sanguine dedicavit, a longo tempore horrendis Agarenorum spurcitiis non sua potentia set nostris peccatis exigentibus conculcata, ipsis ab hereditate Domini brachio 45 virtutis divine reiectis, ad verum et ineffabilem Christi cultum per vestrum ministerium reducetur. Et quidem licet ea simus devotione subiecti sancte Romane ecclesie matri nostre, ut credamus quemlibet missum de latere summi pontificis patris nostri facere dignum fructum, tamen sicut stelle in firmamento a se invicem differentius lumen habent et alia magis alia minus lucet, sic salva reverentia aliorum firmam spem gerimus 50 et indubitatam dante Domino fiduciam obtinemus, quod pre cunctis qui huic essent ministerio deputati, vestrum verbum igne caritatis accensum, gratum fructum afferet nomini sancto Dei, et toti populo Christi caractere insignito. Nam ex retroactis infallibilem de futuris elicimus coniecturam. Ut igitur efficatius et expeditius possitis hoc tam pium et salubre negotium promovere, vobis imperialis celsitudinis auctoritatem plenam 55

concedimus potestatem, ut omnes illos, qui per terram vestrae legationis sunt suppositi nostro banno, dum tamen plene super hoc nostris curaverint obedire mandatis, in favorem predicti negotii, quod magis humeris nostre maiestatis incumbit, et ardentius quam aliquid aliud cupimus promovere, ab ipso banno, cum expedire videritis, absolvere 5 valeatis; quidquid enim super hoc duxeritis faciendum, firmitatem volumus inviolabilem obtinere. Nos enim, qui a matre nostra Romana ecclesia culmina in hoc seculo summe felicitatis accepimus, quidquid sua in hoc negotio et aliis fuerit deliberatione statutum, intemerata volumus stabilitate vigere.

1221. Febr. 10.

Dat. Salerni 4. Idus Februar, indict. 9.

10 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, dilectis fidelibus suis potestati et populo Mediolanensi, gratiam suam et bonam voluntatem. Postquam universorum Dominus et creator multiplici hostilitate devicta, nobis dignatus est facere nomen grande ultra nomen magnorum qui sunt in terra, inter filios suos nos enutriens multiplicatione successuum et exaltacionis, decet omnimodis, ut pro immensis ab 15 eo susceptis beneficiis non existentes ingrati, prerogativa fidei sinceritate devotionis et caritatis ardore nos et imperium nostrum ei qui fecit utraque unum, totis studeamus viribus propensius inherere. Sublimis namque honor et dignitas tam precelsa qua nos omnipotens Dominus eterna sua providentia sublimavit, diligente nos facit consideratione perspicere, quantum contrahamus creatoris offensam, si beneficiorum illius sumus ingrati 20 de cuius inestimabili bonitate tanta principatus amplitudine dilatamur. Considerantes igitur et non sine maxima cordis amaritudine recolentes, civitatem et locum sanctum templum Salvatoris paganorum dominio et Agarenorum subici potestati, matrem ecclesiam sponsam Christi apud inimicos crucis Christi miserabiliter exulare, sepulchrum Domini esse prorsus inglorium quod solebat existere gloriosum, doloribus immensis affligi25 mur, replemur angustiis zelo crucis, et caritatis immense iaculo vulneramur, et preparando magnifice galeas et naves sicut decet imperatoriam maiestatem, de festivo succursu die ac nocte disponimus et sine intromissione aliqua cogitamus. Heu quantum obprobrium, quanta confusio, quantus pudor! non compatiuntur membra capiti suo, quod pro nobis tot voluit obprobria tot supplicia sustinere. Non compatiuntur filii matri, a cuius 30 sunt uberibus satiati, quam inimici crucis percussam et flagellatam suis vestibus spoliarunt. In humeris quidem propriis vexillum suscepimus Crucifixi, qui crucem propter nos cui affigendus fuerat suo corpore baiulavit. Quocirca universitati vestre per imperialia scripta mandamus, obsecramus, rogamus, et hortamur omni affectione qua possumus exorantes, quatinus accensi zelo Christi et nominis christiani, recolentes etiam qualiter a 35 diebus antiquis et generationibus seculorum fidelium suorum auxilio imperatores Romani de hostibus magnifice triumpharunt, non patiamini nos, immo nomen christianum, in tam pio proposito iam confundi, qui ad succurrendum in persona propria potenter accingimus[a] et arma viriliter arripimus militie christiane; immo sicut umquam Deum diligitis et gratiam nostram caram habetis, pro subsidio Terre Sancte sine dilatione in presenti passa40 gio certum numerum militum destinetis, preter retributionem divinam perpetuo vobis et civitati vestre imperatoriam celsitudinem obligantes; maxime cum filii perditionis pre timore illius, quo moriente terra mota est, quo resurgente ad sepulchrum territi sunt custodes, iam quasi totam reliquerint Terram Sanctam. Super hiis autem plene credatis et efficaciter impleatis, quecumque vobis ex parte nostra karissimus in Christo pater Hugo45 linus Ostiensis et Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus, duxerit proponenda; quem speciali diligentes affectu, ut personam nostram ab omnibus volumus et precipimus honorari.

Febr. 10.

Dat. Salerni 4. Idus Februarii, indictione 9.

In eundem modum scriptum est omnibus civitatibus Lombardie et Tuscie.

a) nos accingimus *legendum*.

1222. Mart. 12.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE FEODIS EX CAMERAE PROVENTIBUS.

Ex Monumentis Boicis T. XXX. P. I. pag. 108. *Electi Pataviensis nomen erat Gebhardus.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis fidelibus suis, presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad universitatis vestre noticiam presentis certitudine scripti volumus pervenire, quod ex petitione dilecti et familiaris principis nostri, G. electi Pataviensis, in regie maiestatis nostre conspectu sententiam queri fecimus, si videlicet aliquis teneatur ex iure, ad talium concessionem sive solutionem feodorum, que nec loco nec alia aliqua certitudine, nisi tantum ex camere proventibus, sunt distincta. Et super hoc utique talis sententia data fuit, quod ad huiusmodi feoda conferenda sive solvenda, nemo ex iure vel ex debito tenetur aliquatenus, nisi quantum gratia atque voluntas propria cuilibet persuaserit in hoc facto.

Actum apud Wormatiam, 4. Idus Martii, anno Domini 1222, indictione 10. presentibus Sifrido Maguntino archiepiscopo, Ottone Herbipolensi et Heinrico Wormacensi episcopis, Ludewico comite de Wirtenberch, Wernhero de Bonlande, et aliis pluribus.

1222. Mart. 13.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE NON DISTRAHENDIS HOFMARCHIIS EPISCOPATUUM.

Debemus eam Boehmero nostro, qui eam Monachii a. 1833 *ex schedis b. m. Moritz continuationi Monumentorum Boicorum paratis descripsit.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, universis fidelibus suis, presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre notitiam presentis certitudine scripti cupimus pervenire, quod cum[a] ex petitione dilecti et familiaris principis nostri Gebhardi electi Pataviensis queri per sententiam fecissemus, si quis episcopus possit vel debeat distrahere seu aliquo modo per infeodationes alienare, preter consilium et assensum chori sui atque ministerialium suorum, quicquam de redditibus hofmarchiarum que ad[b] dominicalia pertinere noscuntur, talis in regie maiestatis nostre conspectu sententia data fuit: Quod nulli episcoporum liceat aliquatenus redditus huiusmodi distrahere sive alienare per infeodationes taliter[c] quoquam modo; sed si forsitan per aliquem hoc factum fuerit, talis distractio sive infeodatio firmitatem aliquam non habebit.

Actum Wormacie, 3. Idus Martii, indictione 10. presentibus Sifrido Moguntino archiepiscopo, Chunrado cancellario, Metensi et Spirensi, Ottone Herbipolensi, Heinrico Wormaciensi episcopis, Lodewico comite de Wirtenberch, et aliis pluribus.

a) *ita correxi;* quoniam *Moritz.* b) que ad *supplenda censuit* BOEHMER. c) per infeodationis titulum *fortasse legendum est.*

HEINRICI REGIS CORONATIO.

1222. Mai.

Ex actis eius extat sententia de variis casibus iuris feodalis, apud Butkens trophées de Brabant I. 68. *edita, sed iam melius a Boehmero nostro ex libro copiario ducatus Brabantiensis et civitatis Bruxellen-*
5 *sis mbr. sec. XVI. in tabulario Gandensi adservato iterum exscripta.*

SENTENTIA DE VARIIS CASIBUS IURIS FEODALIS.

Noverint universi, quod cum apud Aquisgranum Henricus rex Romanorum in sollempni curia sederet pro tribunali, sub frequencia principum, precepit Henrico illustri duci Lotharingie et Brabantie, et in fidelitate imperio prestita iniunxit eidem, quod iura
10 imperii firmiter observaret et in terra sua faceret observari, et hoc fecit tam per presentiam principum, quam per obtentum gracie imperii. Inventum igitur et sentenciatum est ibi, quod in iure feodali omnis ministerialis feodatarius [a] eque iudicare possit super feodis nobilium et ministerialium, exceptis tamen feodis principum. Ad hec sentenciatum est ibi, quod quilibet nobilis sive ministerialis feodatarius a domino suo in
15 iure feodali prima citacione ad quindenam potest citari. Iterum si aliquis, sive nobilis sive ministerialis, allodium ducis de duce tenet in feodum, ipse dux ipsum citare potest super illo allodio ad alium locum ubi habet allodium, ubicunque voluerit. Si autem illud feodum sit feodum ab alio principe obtentum, tunc dux suum feodatarium citare potest super quamcunque [b] partem illius feodi, quod ab illo principe descendit. Ceterum
20 quemcunque dux de iure sicut tenetur citaverit, ille si citatus non comparet, ad primam citacionem, emendam solvere tenetur, que bota vocatur. Insuper si dux sententiam ab aliquo requisierit, ille requisitus tenebitur dicere sentenciam infra terminum quo dux sedet pro tribunali illo die, nisi ipse dux de gracia sibi remittat. Ad hec in iure feodali nullus potest esse advocatus nisi sit ipsius ducis feodatarius; advocatum appellamus
25 patronum cause. Additum quoque ibi est per sentenciam, quod servi per stipitem et parentelam ex parte matris provenientem sunt retinendi; homines advocaciarum autem [c] per curiam cui sunt censuales sunt retinendi. Insuper quicunque exactus est pro patrono cause, ille exactus tenetur proponere verbum illius, qui ipsum exegit, et negare non potest, dummodo sciat loqui usualiter. Ad hec ibidem per sentenciam fuit duci adiudi-
30 cata tutela parvulorum usque ad duodecimum annum de feodis, que ab ipso tenentur.

Prolationi istarum sententiarum interfuerunt hii principes et testes: Sifridus Moguntinus, Engelbertus Coloniensis, Theodericus Treverensis archiepiscopi; Conradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, Herbipolensis, Augustensis episcopi; comes de Dysch, comes Palatinus Reni, comes Loduwicus de Wertenberge, Adul-
35 phus comes de Marka, Fredericus comes de Altena, dominus de Hemelsber [d], comes Lutstel de Hostade, comes de Castele, Henricus dapifer de Wolcborch, pyncherna de Cyp, Wernerus de Bollandia, Gerardus de Senceka, et alii quam plures.

Actum apud [e] Aquisgranum, in sollempni curia in nostra coronatione, anno Domini 1222, mense Maio.

40 a) feodotarius *nonnunquam codex.* b) quemcunque *codex.* c) *ita correxi;* advocaciatum aut *codex.* d) Theodoricus de Heinsberge? e) *deest in copiario, legitur in charta eiusdem mensis pro duce Brabantiae apud Butkens p.* 68.

SENTENTIA DE OFFICIATIS PRINCIPUM.

1223. Febr. 5.

Ex authentico tabularii regii Hannoverani iterum descripta, quum antea in Originibus Guelficis T. III. 685 *edita fuisset.*

1223. Febr. 5.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, universis imperii fidelibus hanc paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Constitutus in praesentia nostra dilectus nobis imperii nostri princeps domnus Conradus Hildensemensis episcopus, sententiam imperialis curie nostre sibi postulavit edici super eo, si officiatus aliquis principis cuiuscumque, dapifer scilicet, marscalcus, camerarius vel pincerna, posset principi domino suo ratione sui offitii quemquam ponere subministrum, vel aliquid de rebus eius mobilibus vel immobilibus preter assensum eiusdem principis et eius beneplacitum voluntatis ordinare. Super quo sententiam hanc imperialis curia nostra promulgavit, quod nisi de assensu principis fuerit et eius libera voluntate, nullus talium offitiatorum suboffitiatum quemquam talem domino suo dare potest, nec aliquid de rebus principis disponere preter eius beneplacitum voluntatis. Data est haec sententia assidentibus et assentientibus ipsi sententie hiis imperii nostri principibus, domno A. Magdeburgensi archiepiscopo, domno Warmaciensi, domno Verdunensi, domno Tridentino, domno Nuenburgensi, domno Brixiensi, domno Ymolensi, domno Brandeburgensi episcopis, et domno abbate Morbacensi; astantibus autem laicis eiusdem imperii nostri nobilibus et eidem sententie acclamatibus, marchione de Voburch, Henrico de Waldenberch, pincerna memorati episcopi Hildensemensis, Henrico de Euerstein comitibus; ministerialibus autem imperii, Gunzelino de Wolferbotle, Wernero de Bonlant, et quam pluribus aliis, nobilibus et ministerialibus.

Data Capue anno Domini 1223. Nonas Febr., indict. 11.

1223. Apr. 25.

CONCORDIA CUM COMITE CELANI.

Proferimus eam ex Honorii III Regestis Vol. IV. fol. 75—77. *Anno VII. Nro.* 230.

LITTERE AD DOMINUM PAPAM.

Beatissimo patri domino Honorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Fridericus etc. Quia cuncta negotia nostra que actore Domino terminamus, ad audientiam et notitiam vestram volumus pervenire, ecce quod formam concordie quam cum comite Thomasio de Celano fecimus, sanctitati vestre presentis scripti serie declaramus, cuius continentia talis est. Dominus imperator restituit comiti Thomasio, filiis suis, Raynaldo de Aversa, et omnibus qui cum eis sunt vel fuerunt hactenus, gratiam suam, remittens eis omnes questiones et omnes obiectiones que eis ab aliquibus obici possent, tam pro domino imperatore quam pro aliquo alio homine, de omnibus que commiserunt hucusque; concessit etiam eis et omnibus qui cum eis sunt vel fuerunt, ut omnia mobilia que habent, tam apud se quam apud alios, tam in deposito quam pignore, salva sint et secura ad opus eorum. Et si aliqui eorum qui res ipsas habuerint, ad restituendum contradicere vellent, dominus imperator debet eos cogere ad restitutionem. Persona comitis et omnium supradictorum debent esse salve et secure per manus Romane ecclesie; dictus vero comes debet reddere castra que tenet, scilicet Turrim Celani, Serram Celani, Ovinulum, et Sanctum Potitum, in manibus domini imperatoris vel nuntii qui pro parte domini imperatoris fuerit constitutus. Dominus imperator debet restituere omnibus vassallis qui cum eodem comite fuerunt vel sunt, tam clericis quam laicis, tam illis qui sunt in regno quam illis qui sunt extra regnum, omnia feuda et patrimonia eorum que iuste tenuerunt et possiderunt antequam guerra inciperetur inter dominum imperatorem et dictum comitem, salvo servitio quod inde debetur. Comes debet iurare domino imperatori, quod si rex Ierosolimitanus in proximo passagio transierit, et ipse transibit, et morabitur in ultramarinis partibus per tres annos. Si vero rex non transierit, ipse

1223. Apr. 25.

comes in proximo Augusto recedet de regno et ibit in Lombardiam, et de Lombardia non recedet ut regno appropinquare debeat, nisi cum voluerit ultra mare transire; et postquam transierit, debet moram facere per tres annos; infra quos tres annos si dominus imperator transfretaverit, comes donec dominus imperator in partibus ultramarinis fuerit, 5 non recedet sine speciali mandato suo; set si contingeret dominum imperatorem reverti, extunc si comes revertitur, extra regnum ubi voluerit permanebit, nec regnum sine speciali mandato domini imperatoris intrabit. Comes filium suum et filium Renaldi de Aversa dabit in manus magistri Teutonicorum, tali tenore, quod si forte comes sacramentum predictum non observaret, domus Teutonicorum filium dicti comitis in manibus 10 domini imperatoris vel eius nuntii assignabit; et filium Renaldi de Aversa similiter assignabit, si Renaldus sacramentum quod domino imperatori faciet non servaret. Si vero aliquis vassallorum iamdicti comitis vellet ire cum eo, quicumque remanet loco sui redditus terre sue percipiat, tamquam si terre dominus presens esset. Et si aliquis ipsorum qui cum comite sunt voluerit cartam specialem securitatis habere, dominus impe- 15 rator ei fieri faciet. Dominus vero imperator debet dare comiti Thomasio, uxori eius et suis heredibus, imperpetuum comitatum Molisii, cum civitatibus baroniis feudis et cum omnibus pertinentiis iustitiis et rationibus suis, tam in demanio quam in servitio, salvo servitio quod inde debetur, preter fortelitias castrorum quas ipse dirui voluerit, et preter Roccam Buani tantum, quam dominus imperator in manus suas tenebit, donec im- 20 perator ab ultramarinis partibus revertetur. Dictus autem comes non serviet de demanio comitatus donec extra regnum fuerit; et si aliquis baronum comitatus nollet eidem comiti servitium facere sicut debet, dominus imperator debet ipsum cogere ad faciendum. Concedit etiam dominus imperator eidem comiti et heredibus suis iustitiariatum comitatus eiusdem cum omnibus iustitiis et rationibus iustitiariatui pertinentibus, preter 25 quam de baronibus et militibus comitatus ipsius; qui licet velit, quod de omnibus que ad iustitiariam pertinent, eidem comiti respondeant et intendant, tamen ut fides et devotio, quam imperatorie serenitati opponendo se predicto comiti constanter et firmiter servaverunt, ipsis prodesse in aliquo videatur, statuit, quod cum aliquis ipsorum de aliqua causa appellatus fuerit pro qua honorem personam et terram ammittere debeat, questio 30 coram comite vel coram eo qui pro comite fuerit ventiletur, comes vero vel ille qui statutus fuerit loco sui, que ex utraque parte proposita fuerint vel allegata, in scriptis redigi faciet, et domino imperatori vel eius curie presentabit. Curia vero domini imperatoris, iuxta quod ordo iuris exegerit et expedire decreverit, sententiam promulgabit. Et ut donatio ipsius comitatus firma et rata permaneat, dominus imperator faciet fieri dicto 35 comiti privilegium bullatum bulla aurea, iuxta ordinationem magistri domus Teutonicorum. Faciet etiam dominus imperator restitui dicto Renaldo de Aversa patrimonium suum et omnia que iuste possedit antequam guerra inciperetur, salvo servitio quod inde debetur. Et ut omnia ista que dicta sunt firma et rata permaneant, dominus imperator debet facere publicari omnia pacta coram baronibus et militibus exercitus, et coram 40 nuntiis quos comes super hoc miserit; videlicet quod dominus imperator ea que dicta sunt spontanea voluntate fecit, et faciet inviolabiliter observari. Archiepiscopi vero et episcopi curie domini imperatoris, dux, marescalcus, et omnes comites exercitus, iurabunt super animas suas, quod rogabunt et consulent sine malo ingenio dominum imperatorem, quod omnia supradicta faciat observari; nec erunt in consilio, quod pacta ista aliquatenus 45 infringantur. Omnia vero pacta ista de verbo ad verbum dominus imperator scribi faciet et domino pape significabit; et in fine litterarum debet dominus imperator promittere domino pape et cardinalibus, quod omnia ista sine malo ingenio facit et legaliter observabit. Ut autem que ex parte comitis dicta sunt inviolabiliter observentur, idem comes statim assignabit filium suum in manibus magistri domus Teutonicorum, tali tenore, quod 50 si vellet a pactis aliquatenus resilire, domus Teutonicorum assignabit filium iamdicti comitis domino imperatori vel eius nuntio. Si vero contingeret quod ecclesia Romana iuxta preces imperatoris nollet hec super se recipere, vel dominus imperator a pactis huiusmodi resiliret, domus Theutonicorum restituet comiti filium suum, et in statu suo erunt omnia sicut prius.

55 Dat. apud Piscariam 25. Aprelis, indictionis II.

1223. Iun. 26.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE IURE ABBATIARUM.

Editam a Fischer in libro Litteratur des Germanischen Rechts pag. 235. *denuo vulgavit Kindlinger ex chartulario Corbeiensi saec. XV. in historia Volmesteinensi T. II. p.* 135. *Abbas Corbeiensis cuius rogatu sententia data est, erat Hermannus comes de Dassel.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis infeodatis, ministerialibus, oppidanis, totique familie Corbeiensis ecclesie, gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre duximus significandum, quod coram nobis cum requireretur in sententia, venerabili abbati H. Corbeiensi electo, requisitis omnibus, extitit adiudicatum: quod universa officia ecclesie sue pertinentia vacent, et ad nutum suum sint instituenda, exceptis quatuor officiis principalibus, quorum bona nullius iustitie vel astutie interventu ab ipsis officiis poterunt alienari, officiatorumque filii seniores et legitimi patrum succedent officiis pleno iure. Verum etiam, quod in civitatibus, oppidis et villis campsiones denariorum non fiant, nisi de consensu et voluntate prenominati; et moneta nullatenus est cudenda. Quicumque ministerialis vel officiatus personam domini sui nequiter[a] insequendo vel captivando vel perfide spoliando offenderit, iure suo privari debet et officio, nisi[b] de benivolentia principis relaxetur. Demum quicumque abbas dotem ecclesie, nisi de consensu et communi deliberatione capituli sui, obligaverit, creditor abbatem successorem suum non impetet nec artabit exigente rigore iuris, cuiusquam obligationis vel debiti occasione. Donationes mansorum, concessiones feodorum, obligationes pignorum ante regalium receptionem facte, sint in irritum revocande. Cum itaque universa predicta dictante principum et aliorum magnatum et fidelium imperii sententia sint confirmata, mandamus fidelitati vestrae, sub pena gratie nostre firmiter precipientes, quatenus ea, sicut fidem vestram condecet et honestatem, abbati prenominato tanquam domino vestro illesa et integra conservetis: quod qui non fecerit, indignationem omnipotentis Dei nostreque maiestatis gravem offensam se noverit incursurum.

Datum apud Wirzeburc 6.[c] Kalendas Iulii, indictione 11.

a) n. i. v. c. v. p. s. *desunt apud Fischer.* b) nec *Fischer.* c) V. *Kindlinger.*

1224. Mart.

CONSTITUTIO CONTRA HERETICOS IN LOMBARDIA.

Ex regestis Gregorii IX. anno IV. ep. 103. *apud Raynaldum p.* 416 *expressa, indictione tamen vera a nobis ex regesto restituta.*

Fridericus, etc. Magdeburgensi archiepiscopo, comiti Romaniolae et totius Lombardiae legato, dilecto principi suo, gratiam suam et omne bonum.

Cum ad conservandum pariter et fovendum ecclesiastice tranquillitatis statum ex commisso nobis imperii regimine defensores simus a Domino constituti, non absque iusta cordis admiratione perpendimus, quod hostilis invaleat heresis, proh pudor! in partibus Lombardie, que plures inficiat. (*Hic aliqua desunt*)

Eritne igitur dissimulandum a nobis, aut sic negligenter agemus, ut contra Christum et fidem catholicam ore blasphemo insultent impii, et nos sub silentio transeamus? Certe ingratitudinis et negligentie nos arguet Dominus, qui contra inimicos sue fidei nobis gladium materialem indulsit, et plenitudinem contulit potestatis. Quapropter in exterminium et vindictam actorum sceleris tam nefandi, complicum, et sequatium he-

retice pravitatis, quocunque nomine censeantur, utriusque iuris auctoritate muniti, dignos motus nostri animi exercentes, presenti edictali constitutione nostra in tota Lombardia inviolabiliter de cetero valitura duximus sanciendum, ut quicunque per civitatis antistitem, vel diocesanum, in qua degit, post condignam examinationem fuerit de heresi manifeste convictus, et hereticus iudicatus, per potestatem, consilium, et catholicos viros civitatis et diocesis earundem, ad requisitionem antististis illico capiatur, auctoritate nostra ignis iudicio concremandus, ut vel ultricibus flammis pereat, aut si miserabili vite ad coercitionem aliorum elegerint reservandum, eum lingue plectro deprivent, quo non est veritus contra ecclesiasticam fidem invehi, et nomen Domini blasphemare. Ut autem presens hec edictalis constitutio nostra debeat in hereticorum exterminium firmiter observari, circumspectioni tue committimus, quatenus hanc constitutionem nostram per totam Lombardiam facias publicari, amodo per imperialis banni censuram ab omnibus universaliter observandam.

Data Cathanie anno dominice incarnationis 1224 mense Martii, 12. indictionis.

1224. Mar.

PACTUM CUM LUDOVICO VIII. REGE FRANCIAE.

1224. Nov.

Ex codice Colbertino edidit Martene Coll. T. I. p. **1183**. *quasi anno* **1223**. *ictum, et eisdem verbis p.* **1195**. *anno* **1224**. *adsignatum; additque, idem foedus a.* **1226**. **3**. *Idus Iunii Tridenti Heinricum regem per Hermannum venerabilem Herbipolensem episcopum et Gerlacum de Boutengem coram Milone venerabili Belvacensi episcopo et Roberto de Bovis, regis Franciae legatis, iurasse, et similem confoederationem Fridericum a.* **1227**. *Melfiae cum Ludovico IX. renovasse.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Siciliae, universis praesentem paginam inspecturis, salutem.

Noveritis, quod propter dilectionem, quam nos et progenitores nostri habuimus et habemus erga carissimum amicum nostrum et fratrem Ludovicum illustrem regem Francorum et ipsius progenitores et antecessores, hanc confoederationem cum eodem rege bona fide duximus iniendam, quod nos homines regni sui vel ad regnum suum pertinentes, contumaces vel eidem rebellantes seu moventes guerram contra ipsum regem, vel foris bannitos regni sui, non receptabimus nec receptari sustinebimus in imperio nostro, ubi potestatem habeamus, neque aliquam confoederationem cum eis faciemus, postquam idipsum ab eodem rege nobis fuerit intimatum. Et hanc similiter confoederationem fecit bona fide nobiscum idem rex Ludovicus, quod[a] homines imperii nostri vel pertinentes ad imperium nostrum contumaces, et nobis rebellantes, seu moventes nobis guerram, et foris bannitos regni nostri, non receptabit nec receptari permittet, bona fide, in regno suo ubi potestatem habeat, nec aliquam confoederationem cum eis faciet postquam idipsum fuerit significatum eidem regi. De rege Angliae sic erit, quod nullam cum eo faciemus confoederationem, nec cum heredibus suis, nec a nostris fieri permittemus, ubicumque impediendi habeamus potestatem. Hanc autem confoederationem praecipimus et iniunximus iurandam pro nobis in anima nostra a Renaldo duce Spoleti dilecto familiari, et Iohanne de Traiecto curiae nostrae notario, fidelibus nostris, coram magistro Sim. de Domibus clerico, et Guilielmo de Balneolis, dicti regis legatis.

Actum Cathanae, anno incarnationis dominicae 1223. mense Novembri.

a) qui *Martene.*

1224. Dec. 28.

HEINRICI REGIS SENTENTIA CONTRA COMMUNITATES VASSALLORUM.

In Schoepflini Alsatia diplomatica T. I. p. **351**. *ex transsumpto curiae Basiliensis vulgata est.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus praesentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Dilectus fidelis noster Libaldus de Bafrimont sua nobis conquestione monstravit, quod vasalli et ceteri homines sui de vallibus in Hauspurgh auctoritate propria quasdam communitates, constitutiones, novitates et coniunctiones vinculo fidei firmatas inhierunt, et cum a curia nostra iudicium sibi fieri petiisset, utrum hoc dictis vasallis et ceteris hominibus suis sine licentia et consensu domini sui liceret, iudicatum fuit a principibus et baronibus: quod ipsi vasalli et ceteri homines sine consensu dicti Lebaldi et etiam absque nostra et imperii voluntate nullas communitates, constitutiones, conventiones et novitates poterant attemptare. Unde nos quicquid a predictis vasallis et ceteris hominibus taliter est attemptatum, et precipue coniunctiones fidei interpositione ab eisdem de novo firmatas, penitus revocamus. Ut autem sententia lata a principibus et baronibus imperii pro dicto Libaldo de Bafromont perpetua gaudeat firmitate, presentem paginam exinde conscribi et sigilli nostri munimine fecimus insigniri. Huius rei testes sunt Engelbertus Coloniensis, Theodoricus Treverensis archiepiscopi, Syphridus Augustensis, Willelmus Lausanensis, Henricus Basiliensis episcopi, Hugo abbas Morbacensis, comes Stephanus Burgundiae, Willelmus Gebennensis, Girardus de Dyche comites, Conradus burgravius de Nyremberch.

Datum apud Bernum anno gratiae 1224. indictione 13. 5. Kal. Ianuarii.

1225. Apr. 24.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE VASSALLIS EXCOMMUNICATIS.

Ex V. Ill. Baronis de Hormayr historia Tirolensi T. I. P. II. pag. **278**.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus hee literae ostensae fuerint gratiam suam et omne bonum. Significamus vobis, quod cum dilectus princeps noster H. venerabilis Brixinensis electus coram nobis constitutus requireret in sententia: si ipse vel alter princeps aut episcopus excommunicato cuicunque feudum suum quamdiu in excommunicatione permanserit concedere debeat vel negare, et a principibus et magnatibus imperii adiudicatum et sententiatum extitit eidem, quod unicuique excommunicato feudum suum negare et detinere possit debita ratione. Ad haec coram nobis per sententiam extitit adiudicatum, quod universas obligationes pignorum, concessiones feudorum, seu quascunque alienationes bonorum episcopatus Brixinensis specialiter absque nostro et imperii, ac etiam capituli sui, consensu et assensu factas licite possit et debeat revocare. Quapropter mandamus per gratiam nostram firmiter praecipientes, ut nullus sit qui praedictis sententiis a principibus et magnatibus imperii approbatis derogare audeat vel aliquatenus contraire; quod qui fecerit indignationem et gravem nostram et imperii offensam se noverit incursurum.

Datum apud Lucuam 8. Kalendas Maii indictione 13.

1225. Iul.

LITTERAE DE EXPEDITIONE IN TERRAM SANCTAM.

Extant in Honorii III. Regestis, et in Regestis Urbani IV. Tom. IV. fol. **163. 164.** *Anno III.; edidit eas Raynaldus p.* **347.**

5 Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos transibimus in subsidium Terre Sancte ab instanti Augusto presentis tertiedecime indictionis ad duos annos, et per biennium tenebimus ibi mille milites ad numerum; ita quod si aliquis de ipso numero statuto tempore deesse contigerit, in quinquaginta marchis argenti per annum defectum 10 militis redimemus, pecuniam autem de huiusmodi redemtione collectam nos, si ibi fuerimus, ad testimonium et consilium regis et patriarche Hierosolymitanorum ac magistri domus Theutonicorum, et aliorum proborum hominum de terra, ibidem ad servitium Iesu Christi expendemus in usus eosdem, vel alios, ubi eis magis visum fuerit expedire. Quod si aliquo casu nos acciderit tunc abesse, memorata pecunia in predicto- 15 rum regis et patriarche ac magistri domus sancte Marie Theutonicorum manibus deponetur, per ipsos in Terre Sancte negotio expendenda. Passagium dabimus, si venerint in primo passagio, vel in duobus subsequentibus passagiis, duobus milibus militum, et familiis eorumdem, et pro milite tribus equis; ducemus nobiscum centum calandras, et tenebimus quinquaginta galeas similiter per totum biennium, si necesse fuerit, bona fide 20 armatas. Quod si aliquo tempore illius biennii non esset necesse illas teneri, vel si forsan non possent inveniri homines necessarii apparatui earundem, estimabuntur fideliter sumptus illi, qui in eis tenendis necessarii haberentur, si tenerentur armate eo modo, quo debuissent armari, et tandem* in pecunia numerata persolvemus in ipsius terre negotio expendendam, eo modo per omnia, quo superius de quinquaginta marchis 25 militum est expressum.

Preterea deponemus in manibus predictorum regis et patriarche, ac magistri, et fratrum domus Theutonicorum centum milia unciarum auri, vel equivalentiam in argento iis terminis persolvenda: In instanti passagio Augusti huius tertiedecime indictionis viginti milia, sequenti passagio Marcii 14. indictionis alia viginti milia[a], se- 30 quenti passagio subsequentis Augusti eiusdem quartedecime indictionis viginti milia: alia quadraginta milia in duobus subsequentibus passagiis Martii, et Augusti, anni secundi; ita quod partes memorate pecunie persolute per terminos antedictos ultra mare in singulis passagiis deportentur. Si vero in aliquo termino plus solverimus, quam superius est expressum, tantum minus persolvere tenebimur passagio subsequenti.

35 Quando autem nos in fine biennii ad passagium assignatum transfretare continget, reddentur nobis dicta centum milia unciarum ad expendendum in servitio Dei et Terre Sancte. Et si nos, quod Deus avertat, in terra illa vel citra, ante passagium memoratum obire contigerit, vel alias quacunque de causa forsitan non transierimus, rex et patriarcha et magister domus Theutonicorum predicti, ad laudem et consilium magistro- 40 rum hospitalis et templi ac aliorum proborum hominum de terra, expendent eandem pecuniam bona fide, sicut melius viderint expedire utilitati Terre Sancte, in servitio Iesu Christi, et terre, pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum. Si vero, quod absit, infra scriptum terminum passagio assignatum quidquam humanitus de nobis acciderit, vel si aliquid, vel aliqua forte defecerint de iis, que superius expressa sunt et 45 promissa, regnum nostrum Sicilie remanebit ad omnia obligatum; ita quod quicumque illud tenebit, ea integre tenebitur adimplere.

Nos autem personaliter iuravimus, quod transibimus ultra mare in subsidium Terre Sancte in passagio suprascripto, et Raynaldum natum quondam ducis Spoleti iurare fecimus in anima nostra, nos firmiter et fideliter servaturos reliqua omnia, sicut superius 50 sunt expressa; et predicta omnia observabimus bona fide, lata ex nunc excommunicatio-

*) tantundem? a) s. p. M. 14. i. a. v. m. *desunt in Regesto, sed certe supplenda.*

1225. Iul. nis sententia, in quam incidemus, si non transfretaverimus in passagio suprascripto, vel non duxerimus, vel tenuerimus nobiscum mille milites, vel non miserimus prescriptam pecuniam, sicut superius est expressum. Si autem defecerimus in aliquibus, vel in aliquo ceterorum, ecclesia Romana sententiabit in nos et in terram nostram de spontaneo et iam prestito consensu nostro. Quod si in alicuius termini solutione defecerimus, lata 5 sententia teneamur astricti; ita quod, si post terminum elapsum per testimoniales litteras illorum, qui pro rege ac patriarcha et magistro hospitalis Theutonicorum ad recipiendum statutis terminis ipsam pecuniam statuentur, ecclesie Romane constiterit, nos de huiusmodi satisfecisse defectu, statim super illo articulo absolvemur, nec super aliis occasione illius sententie gravabimur ullo modo. Ad huius autem rei maiorem eviden- 10 tiam presens scriptum fieri fecimus, et bulla aurea nostro typario impressa iussimus insigniri.

Dat. apud sanctum Germanum anno dominice incarnationis **1225.** mense Iulii, **13.** indictionis.

1226. Oct.

CASSATIO CONSULATUUM CIVITATUM PROVINCIAE. 15

Edita in Papon Histoire de Provence T. II. Preuves p. **50.** *ex tabulario regio apud Aquas Sextias.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Siciliae rex, universis per comitatum Provinciae et Forcalquerii constitutis, quibus praesentes litterae 20 ostensae fuerint, fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Pervenit nuper ad notitiam nostram, quod quorumdam civitatum, villarum et aliorum locorum universitates in comitatibus ipsis degentes, proprio motu et voluntate constituerunt iurisdictiones, potestates, consulatus, regimina et alia quaedam statuta, quae ad suae arbitrium voluntatis exercent; et cum iam apud quasdam . . . . . in abusum et pravam consuetudinem 25 inolerunt, allegantibus nonnullis eas[a] que per excessionem super his per comitem Provinciae et Forcalquerii habuerunt atque assensum; cum igitur indecens sit et indignum, ut ab universitatibus talia praesumantur, quae laedunt Romani imperii dignitatem, et in quibus debitae fidelitatis et subiectionis tramitem excedentes, moliuntur sibi partem eorum, quae ad merum spectant imperium vendicare, non[b] comites Provinciae et Forcal- 30 querii eadem concedere potuerunt, quod nostra interest huiusmodi enormitatibus obviare, nos ex imperiali auctoritate tam iurisdictiones, consulatus, regimina, potestates et statuta caetera per universitates civitatum inventa, perque[c] concessiones super his per comites Provinciae et Forcalquerii ab eis obtentas, ex certa scientia revocamus, et inania esse censemus, similia de caetero fieri prohibentes. Mandamus igitur et praesenti sta- 35 tuentes sancimus edicto sub poena . . . . libr. auri, singulis universitatibus iniungentes, quatenus ab eisdem interdicuntur[d] potestatibus, consulatibus, regiminibus et statutis, deinceps omnino cessent, et nulla universitas civitatum, villarum seu locorum ea exercere praesumant, vel inania similia acceptare. Transgressoribus, si qui fuerint, poena imposita puniendis, quam ad comitem Provinciae et Forcalquerii devolvi censemus. Ad 40 huius itaque revocationis memoriam et perpetuam firmitatem, praesentem paginam fieri fecimus, et bulla aurea tipario nostrae maiestatis impressa iussimus insigniri.

Datum Fogiae anno incarnationis dominicae **1226**, mense Octobris, **14.** indictionis.

a) litteras quas per concessionem *fortasse legendum.* b) nec? c) insuperque? d) interdictis?

HEINRICI REGIS CURIA HERBIPOLENSIS.

1226. Nov.

Ex actis eius proponimus cassationem communiae Cameracensis editam a Miraeo in Opp. dipl. T. IV. p. **540.** *et cassationem confoederationis civitatum quarundam ad Rhenum et Moenum sitarum, a Gudeno*
5 *Cod. dipl. T. I.* **493.** *et in Monumentis Boicis T. XXX. P. 1. p.* **143.** *editam.*

CASSATIO COMMUNIAE CAMERACENSIS.

Henricus, divina favente clementia Romanorum rex semper augustus etc. (*nonnulla desunt*) Nov. 7.
Ex sententia principum nostrorum et aliorum nobilium imperii definiendo dicimus, privilegia sive scripta omnia, quae a nobis vel antecessoribus nostris regibus vel impera-
10 toribus Romanis, tam divae memoriae proavo nostro Frederico Romanorum imperatore quam ab aliis, a dictis civibus obtenta, cassa de coetero et inania reputari.

Privilegiis sive scriptis memorati episcopi et ecclesiae suae in suo robore perpetuo duraturis: sicut in aliis solemnibus curiis, tam serenissimi genitoris nostri quam aliorum Romanorum regum sive imperatorum, alias extitit iudicatum et saepius de-
15 claratum.

Hoc addito, quod dicti cives omnia privilegia sua sive scripta reddere teneantur dicto episcopo. Et si quae forte alia scripta quae non sunt reddita, seu per negligentiam, seu per oblivionem, inveniantur, ea penitus cassa et inania reputari, per principum nostrorum sententiam adiudicavimus.

20 Similiter definiendo, quod campana seu campanae, et campanile, quod Bierfrois dicitur, et communia, quam pacem nominant, vel quocumque alio nomine pallietur, in eadem civitate tollantur et destruantur; nulla omnino iurisdictione praedictis civibus penitus reservata: sicut in aliis privilegiis eiusdem episcopi plenius et apertius dignoscitur contineri. Statuentes et firmiter authoritate regia praecipientes, ut nulla om-
25 nino persona etc.

Sifridus Maguntinensis, Theodoricus Trevirensis, Henricus Coloniensis, archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Henricus Eistedensis, Sifridus Augustensis, Bartholdus Argentinensis, Henricus Basileensis, Henricus Wormatiensis, episcopi etc., Ludovicus dux Bavariae, Ludovicus lantgravius Thuringiae, Hermanus marchio de Baden etc., Michael de
30 Hannonia, Wilhelmus, in Antverpia, archidiaconi, Rogerius, decanus, magister Wertens (Wernerus?), Henricus de Colonia, Ellebaldus, presbyteri, Ioannes de Roya, Petrus, thesaurarius sancte Crucis, Brictius levitae, Iacobus de Bethunia, sublevita beatae Mariae, canonici Cameracenses.

Signum Henrici, Dei gratia invictissimi Romanorum regis semper augusti, anno
35 regni eius sexto.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1226. mensis Novembris die 7, indictione 15. etc.

Datum apud Herbipolim, per manum Henrici, imperialis aulae protonotarii, anno mense et indictione praedictis, feliciter. Amen.

40
CASSATIO CONFOEDERATIONIS MOGUNTIAE, PINGUIAE ETC.

Nov. 27.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis huius scripti seriem inspecturis gratiam suam et omne bonum. Regie maiestatis dignatio semper consuevit occurrere petentium iustis votis; quapropter ad instantiam venerabilis et dilecti principis nostri domini Sifridi archiepiscopi Maguntini conquerentis, sibi esse
45 onerosum plurimum et dampnosum, quod ex hominibus suis quidam in nostro se oppido Oppinheim receperunt, communicato consilio dilectorum nostrorum principum qui sollempni nostre curie Wirceburc magnifice affuerunt, statuimus, ut ministeriales, burgenses, sive quicumque alii homines quovis iure prefato archiepiscopo attinentes, cum

1226. Nov. 27. omni integritate reddantur eidem, et nulli ex hominibus eius ultra in predicto opido colligantur. Volumus etiam confederationes sive iuramenta quibus se civitates Maguntia, Pinguia, Wormatia, Spirea, Frankinvort, Geilinhusin, Fridiberc, in preiuditium ecclesie Maguntinensis invicem obligarunt, rescindi penitus et in irritum revocari. Quod ut ratum et inviolabile observetur, paginam istam nostro sigillo fecimus roborari. Cuius 5 facti testes sunt: Theodericus Treuerensis, Henricus Coloniensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Bertoldus Argentinensis, Sifridus Augustensis, Henricus Eistetensis, Henricus Wormatiensis, Engilhardus Nuwinburgensis .... Basiliensis episcopi; Cunradus Fuldensis, Ludewicus Hersfeldensis, Cunradus Laurensis, abbates regales; laici, Ludewicus Palatinus comes Reni et dux Bauwarie, Ludewicus lantgravius Thuringie, et alii 10 quam plures tam seculares quam ecclesiastice persone.

Acta sunt hec apud Herbipolim anno dominice incarnationis 1226. 5. Kal. Decembris, pontificatus nostri [a] anno 26.

a) annus pontificatus ad Sigfridum II. archiepiscopum Mogunt. referendus convenit anno Chr. indicato; praefuit enim ab an. 1200 usque ad an. 1230. MONUM. BOICA. 15

1227. Febr. 1.

PACTA CUM SOCIETATE LOMBARDIAE.

Ex Regestis Gregorii IX. anno I. a nobis descripta; sed antea edita in Muratorii Antiquitatibus T. III. p. 909. *Inscribuntur in Regestis ita:* Tenor litterarum Frederici imperatoris quas idem transmisit bone memorie Honorio pape predecessori nostro super facto Lombardorum. *Addimus litteras Societatis Lombardiae ex eodem Regesto T. I. fol.* 3. *Anno I., ita inscriptas:* Tenor litterarum rectorum societatis Lombardie Marchie et Romaniole quas iidem rectores transmiserunt bone memorie Honorio pape predecessori nostro super facto ipsorum. 20

LITTERAE IMPERATORIS. 25

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio Dei gratia etc. Fredericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus etc.

Causam offense quam nuper quidam de civitatibus locis et personis de Lombardia Marchia et Romaniola, videlicet Mediolanum, Placentia, Vercelle, Bononia, Faventia, Alexandria, Taurinum, Lauda, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Padua, Vicentia, Tervisium, Crema, 30 .. marchio Montisferrati, comes Gotifridus de Blandrato, et quelibet alie persone de locis predictis contra maiestatem nostram et nostrum imperium commiserunt, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terre Sancte, in providentia et dispositione vestra ac fratrum vestrorum venerabilium cardinalium posuimus absolute. Vestra igitur provisione super hoc plenius intellecta, pro reverentia Iesu Christi et ipsius Terre Sancte negotio 35 universis et singulis supradictis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omniaque banna constitutiones et sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus per nos vel per alium aliusve pro nobis imposuit eis seu alicui de civitatibus locis et personis eisdem, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revocamus, et specialiter constitutionem factam de studio et studenti- 40 bus Bononie, universos et singulos qui occasione alicuius predictorum lesi videntur restituentes in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo infamiam omnem et penam que secute sunt ex aliquo predictorum, ita quod ea que per eos medio tempore acta sunt, non obstantibus supradictis robur obtineant quod alias debuerant obtinere. Ad hec civitates loca et personas predictas recipimus in nostre gratie plenitu- 45 dinem, et eis reddimus firmam pacem, reservantes tamen nobis contra predictum marchionem Montisferrati omnia iura, omnesque actiones que nobis competunt, tam de debito quo nostre celsitudini est astrictus, quam de terra que propter ipsum debitum nobis

extitit obligata. Faciemus etiam restitui captos occasione predicte offense cum bonis suis, ac alia que occasione huiusmodi capta sunt vel detenta. Faciemus insuper fieri patentes litteras ex parte carissimi filii nostri Henrici Romanorum regis illustris, quod pacem et remissionem istam ratam habebit et firmam, quodque remittet eis omnem rancorem, 5 malivolentiam, iniurias et offensas. Ad plenam autem certitudinem huius rei presentes litteras iuxta beneplacitum vestrum fieri iussimus sigillo maiestatis nostre munitas.

1227. Febr. 1.

Data Cathanie, 1. die Febr. 15. indictionis.

In eundem modum scripsit idem imperator rectoribus civitatum Mediolani, Placentie, Vercellarum, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurini, Laude, Pergami, Brixie, Man-10 tue, Verone, Padue, Vicentie, Tervisii, Creme, .. Marchioni Montisferrati, comiti Gotifrido de Blandrato, aliisque locis et personis quibuslibet de Lombardia, Marchia, et Romaniola que nuper contra maiestatem imperialem et imperium commiserunt offensam, usque in finem, verbis competenter mutatis.

Data ut supra.

15 ## LITTERAE SOCIETATIS.

Mart. 26.

Sanctissimo in Christo patri et domino reverendo Honorio Dei gratia etc. Pilazarius de Mandello, Iohannes Zavattarius pro communi Mediolanensi, Obertus Strictus, Obertus Lauandarius pro communi Placentie, Lanfrancus de Sala, Vianesius de Lavello longo pro communi Brixie, Tucimannus et Bonifacius de sancto Laurentio pro communi Bono-20 niensi, Marescotus, Anrigetus Ugonis Rogate, pro communi Faventie, Gui. de Carturio, Henricus de Vico ageris pro communi Padue, Iacobus de bono Iudeo, Ugutio Iohannis Gaudentii pro communi Vicentie, Iacobus de Sallerano, Guidottus Sachus pro cummuni Laude, Guirisius, Iohannes Cremascus pro communi Mantue, Ianinus de Iacobo, Albertus de Portu, Pecorarius, Bertholomeus Iudex pro communi Veronensi, Ugatus de Malaparte, 25 Albertus Matoncinus pro communi Tarvisii, rectores societatis Lombardie, Marchie, Romaniole, totaque ipsa societas, sanctorum pedum osculum cum debito famulatu. Inter cetera que mansuetudinis vestre sapientia statuit et ordinavit, sicut vestre nobis littere declararunt, hec de fratrum vestrorum providentia piissime decrevistis, ut nos ad honorem Dei omnipotentis et ecclesie sancte sue ac vestrum, demus maiestati imperatorie 30 pro subsidio Terre Sancte in nostris expensis per biennium milites quadringentos, ac civitatibus locis et personis imperiali celsitudini adherentibus faciamus pacem firmiterque servemus, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas; omniaque banna, constitutiones, sententias, et ordinamenta que fecimus vel imposuimus civitatibus locis et personis imperiali celsitudini adherentibus, et quecumque ex eis vel ob ea 35 secuta sunt, penitus revocemus; ac restituamus captivos qui occasione huius discordie capti sunt cum bonis eorum, et alia que occasione eiusdem discordie capta sunt vel detenta, ita quod adherentes imperiali sublimitati similiter nobis faciant et observent. Alii autem captivi secundum ius restituantur imperii, cum maiestas imperialis legatum suum in Lombardia pro pace reformanda inter discordes duxerit destinandum. Constitutiones 40 vero leges et statuta ab ecclesia Romana et Romanis imperatoribus, et specialiter a clementia domini Friderici Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie contra hereticos, receptatores, defensores, credentes et fautores eorum hactenus promulgata vel imposterum promulganda, recipiamus et observemus inviolabiliter, et efficaciter exequamur; constitutionibus municipalibus editis contra tales, nichilominus in suis locis firmi-45 ter observandis. Civitatum autem aliorumque locorum potestates consules et rectores quocumque nomine censeantur iurent, quod illa fideliter observabunt, idque suos iurare faciant successores, ponentes ea in statutis civitatum aliorumque locorum, ea inde nequaquam imposterum deleturi. Statuta omnia, communia et particularia, facta contra ecclesias et ecclesiasticam libertatem, penitus revocent et de suis constitutionibus deleant, et 50 ea vel eis similia decetero non resumant. Ad hec statuta Lateranensis concilii et constitutiones a vobis et domino imperatore super hiis editas observent, et iurent imposterum observare, suosque iurare faciant successores. Supradicti vero quadringenti milites teneantur ire in passagio domini imperatoris, quod ab ipso imperatore statutum est, et a Romana ecclesia approbatum. Nos igitur omnia que super hiis a vestra sanctitate et 55 vestris fratribus ordinata sunt et statuta volentes inconcussa servare, promittimus nos ea

1227. Mart. 26. omnia, sicut superius plenius sunt expressa, humiliter et fideliter impleturos. Ad plenam autem rei certitudinem presentes litteras iuxta vestrum beneplacitum et mandatum, per manum publicam scribi fecimus et sigillorum nostrorum impressione muniri. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1227. indictione 15. die Veneris, 6. exeunte mense Martio, Brixie in quadam caminata episcopi Brixiensis, coram domino Lanfranco 5 archipresbytero, domino Azone archidiacono, magistro Alberto canonico Brixiensi, fratre Iacobo, fratre Rogerio, fratre Nazario, de ordine fratrum predicatorum, Gasparro Menelocie, Promo de Incoardis, Aldrigotto Marcellino, Lantelino de Puteobonell., et multis aliis testibus rogatis ad postulationem fratris Guale de ordine predicatorum fungentis in hac parte vice domini pape. 10

Ego Gerardus Spalla notarius Placentinus huic interfui, et rogatu atque mandato istorum rectorum hec scripsi.

In eadem forma mandati scripserunt iidem rectores Frederico Romanorum imperatori. Inter cetera etc. usque in finem.

1229.

CORONATIO HIEROSOLYMITANA. 15

Ex actis expeditionis in Terram Sanctam et coronationis Hierosolymitanae proponimus Treugam cum Soldano ex Regestis Gregorii IX. a Raynaldo a. **1229.** *p.* **394.** *adiectis patriarchae Hierosolymitani censuris editam, tum litteras Friderici ad papam ex Regestis Gregorii T. I. fol.* **118. 119.** *Anni III. Nro.* **21.** *Easdem litteras ad principes imperii* 20 *scriptas ex authentico Pataviensi Leibnitius in Mantissa p.* **245** *et L. B. de Hormayr in „Wiener Jahrbüchern" T. XL. p.* **147.** *ediderunt; eiusmodi fere et ad Henricum Anglorum regem datae apud Matheum Paris., ad Italos, Siculos praecipue, apud Ryccardum de S. Germano ad annum* **1229.** *habentur. Nec immerito addendas censuimus epistolas a co-* 25 *mite imperatoris Hermanno de Salza, magistro hospitalis S. Marie domus Theutonicorum in Ierusalem, ad Gregorium IX. scriptas, atque in Regestis eius T. I. fol.* **116. 117. 121.** *Anni III. Nro.* **19.** *et* **23.** *nobis oblatas.*

TREUGA CUM SOLDANO. 30

Febr. 18. Cap. 1. Sultanus Hierosolymam imperatori eiusque prefectis tradit, ut de ea quocunque modo pro arbitrio disponat communiatve[a].

2. Imperator non occupabit attingetve Geemelata, quod Salomonis templum est, nec templum Domini, vel quidquam eorum ambitu complexuque contentum; nec pati debet, Francum ullum, cuiuscunque generis fuerit, ea[b] invadere, sed nullo prorsus immu- 35 tato erunt in potestate ac manu Sarracenorum, qui ea ad orationes suas fundendas suamque legem proclamandam obtinebunt, nulla iis prohibitione aut contradictione facta; clavesque portarum, quae in ambitu locorum sunt, apud eos, qui ad ea loca instruenda curandaque resident, remanebunt, nec in posterum ipsis eripientur.

3. Nulli Sarraceno vetitum erit in Bethlehem libere peregrinationem obire. 40

4. Si quis Francus firmam fidem in maiestatem dignitatemque templi Domini habuerit, eoque ad preces fundendas ingredi voluerit, id illi licebit; at si in eius templi maiestatem dignitatemque non credit, in toto loci ambitu consistere permittendus non est.

5. Si Hierosolymis Sarracenus Sarraceno alteri damnum aliquod intulerit, apud Sar- 45 racenos in iudicium vocabitur.

a) communicatue *Raynald.* b) et *Raynald.*

1229. Mart.

6. Imperator nulli Franco, quisquis ille fuerit, quocunque modo operam prestabit, nec Sarraceno ad confligendum bellumque movendum contra Sarracenos, quicunque ii fuerint, per has inducias belloque moto, nec quemquam impellet, vel mittet, nec cuiquam eorum sese coniunget, qui ad prelium ineundum fuerit progressus, iisve nullo 5 modo adherescet, nec eos commeatu vel viris iuvabit.

7. Imperator avocabit eos omnes, qui meditabuntur cladem aliquam inferre terris sultani Melec Elkemer ac terris, idque suis exercituique ac subditis vetabit, pro quanta in eo erit potestate.

8. Si qui Franci pactiones conventas, aut quarum mentio facta sit in his induciis, 10 transgredi cogitent, imperator sultanum defendere tenetur ac ab ea mente suos, subditosque, exercitumque suum revocare.

9. Tripolis eiusque territorium, Crachum, Castelblancum, Tortosa, Margatum, et Antiochia, et quidquid in iis reperitur, tam in bello quam in induciis, in suo statu relinquatur, ac imperator suis, exercituique suo, inque terris suis commorantibus, qui eo 15 accedent, sive ii Franci fuerint indigene vel exteri, opem dominis dictorum locorum ferre prohibebit.

LITTERAE ENCYCLICAE.

Mart. 18.

Sanctissimo patri in Christo domino Gregorio divina providente clementia sancte Romane ecclesie summo pontifici, Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper 20 augustus, Ierusalem et Sicilie rex, salutem et reverentiam filialem. Letentur in Domino et exultent omnes recti corde, quoniam beneplacitum est ei super populo suo, ut exaltet mansuetos in salute. Laudemus et nos ipsum quem laudant angeli, quoniam ipse est dominus Deus noster qui facit mirabilia magna solus, quique antique sue misericordie non oblitus, ea miracula nostris temporibus innovavit que fecisse legitur a diebus an-25 tiquis. Quia cum ipse, ut notum faciat potentiam suam, semper non in equis aut curribus glorietur, nunc dedit sibi gloriam in paucitate virorum, ut cognoscant et intelligant omnes gentes, quod ipse sit terribilis in magnificentia, gloriosus in maiestate, et mirabilis in consiliis super filios hominum, cum in paucis diebus istis miraculose potius quam virtuose negotium illud feliciter sit peractum, quod a longis retroactis temporibus multi 30 potentes et diversi principes orbis nec in multitudine gentium nec per metum aut quodlibet aliud facere potuerunt. O quam laudanda est clementia Creatoris et quam metuenda est semper potentia virtutis ipsius, quia cum in humilitate mentis et devotione cordis semper processerimus ad servitium sanctum eius, nobis ab ipso principio consilio et auxilio sue non defuit pietatis. O quam glorificanda est ineffabilis misericordia Redemptoris 35 qui super populum suum devotum peccatis nostris facientibus tam diu derelictum, nunc ex alto respiciens, ipsum secundum miserationum suarum multitudinem visitavit. Ecce nunc quidem dies illa salutaris advenit, in qua veri christicole salutare suum accipiunt a domino Deo suo, ut cognoscat et intelligat orbis terre, quia ipse est et non alius qui servorum suorum salutem quando vult et quomodo vult operatur. Credimus itaque, quod ea que 40 in principio accessus nostri ad Accon procurante Altissimo nobis feliciter contigerunt, vestra paternitas plene novit. Nunc autem de subsequentibus prosperis omni gaudio et felicitate maioribus, que operante sola virtute divina nobis postmodum emerserunt, transcursa materia de premissis, ne longus sermo sanctitatis vestre desideria diu teneat in suspenso, vos* reddere volumus plenius certiores. Noveritis igitur sanctissime pater, quod 45 nos spem firmam semper habentes in Deo firmiterque credentes, quod dominus Iesus Christus filius eius pro cuius servitio corpus et animam exposuimus sic devote, nos non relinqueret in tam longinquis regionibus et ignotis, quin saltem ad honorem et gloriam suam consilium et auxilium nobis tribueret in obsequio suo sancto; in eius nomine ad ipsius servitium procedentes, venimus apud Ioppen decimo quinto die mensis Novembris 50 primo preteriti, ut reedificaremus castrum ipsum, quatinus eundi in civitatem sanctam Ierusalem felicior pateret aditus nobis et exercitui christiano. Nec tamen sine temptatione maxima per continuationem dierum octo Christi exercitus fuit ibi, quia cum unusquisque de exercitu necessaria victus pro se et equitaturis suis sufficienter pro diebus pluribus portare per terram cum sommeriis nequivisset, et propter hoc specialiter in portu 55 Accon preparata essent vassella nonnulla que victualium copiam portare debebant, re-

*) quos c.

1229. Mart. 18.

pente ac fortiter turbato aere ventoque flante gravissime et tumescentibus etiam ultramodum procellis, succursus vassellorum illorum per alios continuos octo dies athletis Christi et christiani difensoribus fidei pro peccatis nostris extitit interdictus. Fuit autem tunc murmur et timor maximus apud multos, ne super populum suum Dominus forsitan indignatus, gladio dire famis vellet ipsos penitus delere de terra. Set quia summa 5 est ira Dei misereri potius quam irasci, quia etiam ineffabilis clementia eius ultra quam sustinere potest temptari hominem non permittit, lacrimosis et suplicibus rogatus precibus et excitatus clamoribus valde piis, continuo imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna, dicentibus unanimiter et clamantibus universis: Qualis est hic qui ventis et mari imperat, et ipsi obediunt ei! Statimque vassellorum innumera multitudo 10 cum ingenti copia frumenti, ordei, vini, et necessariorum omnium Ioppen venit. Tunc autem totus exercitus sic fuit satiatus bonis omnibus et refectus, quod preter peregrinos aliquos forte pauperes mendicantes ubique nullus in exercitu fuit alius, quin necessaria recepisset alter pro uno, alter pro duobus mensibus habundanter. Et adhuc secundum miserationem divinam, ut manifestaret apertius gloriam suam nobis, tranquillitate maris 15 et aeris diu ac diu mirabiliter perdurante, vasella predicta redierunt Accon et iterum ac iterum et multotiens postea sunt reversa, et taliter faciendo onerata currebant similiter omni die, quod ex tunc necessariorum omnium habundantia indeficiens et mirabilis in exercitu semper fuit. Existentibus autem nobis ibidem et ad reedificationem ipsius castri magnificam intendentibus, de soldano Babylonie ad nos et a nobis ad soldanum eumdem 20 nuntii plures et pluries iverunt et venerunt hinc inde. Qui soldanus dieta una tantum distans a nobis, et soldanus etiam frater eius qui Scharaph dicitur apud civitatem Gazaram diffusum habentes exercitum, et ex alia parte apud civitatem Neapolim soldanus Damasci cum innumera multitudine militum et peditum gentis sue ad unam dietam prope nos et christianum exercitum morabatur. Et cum de restitutione Terre Sancte 25 ab alterutra partium per internuntios tractaretur, tandem Iesus Christus Dei filius devotam patientiam nostram ex alto respiciens, compatiendo nobis misericorditer in se ipso sic fecit, quod soldanus Babylonie restituit nobis civitatem sanctam Ierusalem, locum videlicet ubi pedes Christi steterunt, locum etiam ubi veri adoratores in spiritu et veritate Patrem patrum adorant. Et ut de restitutione huiusmodi paternitatem vestram certam 30 per singula faciamus, sciatis quod non solum restitutum est nobis corpus civitatis sancte, set tota contracta sicut descendit inde usque ad maritimam et castrum Ioppen, ut peregrini de cetero processum habeant liberum ad Sepulchrum et securum inde regressum; excepto quod cum Saraceni in quadam veneratione templum habeant et illuc secundum ritum eorum ad adorandum in modum peregrinorum accedant, permittamus eos venire 35 libere, verumptamen sine armis et quot voluerimus; nec hospitabuntur ibi set de foris, et facta oratione recedant. Restituta est nobis insuper civitas Ierusalem et tota terra media inter Ierusalem et civitatem ipsam, civitas etiam Nazareth, et tota terra media inter Accon et civitatem eamdem, terra tota Torronis que larghissima est et ampla et satis comoda christianis, civitas quoque Sydonie cum tota planitie et pertinentiis suis; qui locus 40 tanto de cetero erit christianis utilior quanto necessarius hactenus extitit Saracenis et pre locis aliis fructuosus, eo videlicet quod ibi portum habebant et inde arma et necessaria multa alia ad civitatem Damasci et de Damasco ad Babyloniam frequentissime deferebant. Super hec itaque licet nobis secundum pactum reedificare muros civitatis sancte Ierusalem, castrum Ioppen, castrum Sydonis, castrum Cesaree, ac castrum domus sancte Ma- 45 rie Teutonicorum quod in montana Accon edificare ceperunt, quod nullo umquam treuguarum tempore permissum extitit christianis. Idem tamen soldanus usque ad finem treuguarum, que inter nos et ipsum per decennium sunt statute, aliqua castra, vel aliqua edificia de novo facere vel edificare non debet. Sicque die dominico 18. mensis Februarii primo preteriti, die inquam qua Christus Dei filius a mortuis resurrexit, et in 50 memoriam resurrectionis dominice memorialiter colitur et veneratur ab omnibus christianis, huius pacis concordia per iuramentum extitit hinc inde firmata. Denique de consilio et auxilio quod a patriarcha Ierosolimitano, magistris et fratribus religiosarum domorum recipimus in partibus cismarinis, cum tempus et locus fuerit curabimus paternitati vestre apertius nuntiare. Unum tamen de magistro et fratribus sancte Marie Teu- 55 tonicorum dicere possumus et merito non tacere, quod ab ipso adventus nostri principio in servitio Dei nobis tam devote quam efficaciter adstiterunt. Vere nunc igitur nobis

Sudonis *cod.*

omnibus illuxisse visa est dies illa in qua angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Proinde si placet, agat sanctitas vestra gratias Altissimo qui hec fecit, date semper gloriam laudi eius, et in celebritate tanti gaudii tanteque letitie cum timore et amore divino exultantes benedicatis eum qui facit mirabilia 5 magna solus. Sciat autem paternitas vestra, quod die sabathi, 18. huius mensis Martii, predictam civitatem sanctam Ierusalem intravimus cum ingenti gaudio exercitus christiani, et sepulchrum Dei viventis reverenter visitavimus tamquam catholicus imperator, ac sequenti die dominico coronam ibi portavimus ad honorem et gloriam summi Regis, et ad ipsius civitatis reedificationem operam dedimus, et taliter ordinavimus, quod in ab- 10 sentia nostra ita bene et fortiter muris et turribus muniatur, tamquam si ibi presentes essemus, et quod de ea non poterit dante Domino inposterum formidari. Scientes igitur, quod soldanus predictus captivos quos non restituit tempore perdite Damiate secundum pactum tunc temporis habitum inter christianos et ipsum, et alios qui postmodum capti fuerunt, [debet] restituere.

1229. Mart. 18.

15 Data in civitate sancta Ierusalem, 18. Martii secunde indictionis.

EPISTOLAE MAGISTRI DOMUS THEUTONICORUM.

Gregorio sanctissimo et reverendo in Christo patri et domino ac benefactori suo sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, frater Hermannus hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum in Ierusalem minister humilis, cum debita reverentia et devotione 20 oscula pedum beatorum. Rumores et status Terre Sancte et exercitus christiani in passagio autunni preteriti secundum quod tunc erat, vestre satis innotuit sanctitati, set gratiam quam dominus exercituum Deus circa Terram Sanctam non nostris meritis set sola miseratione divina post hec operari dignatus est, dignationi vestre in presentibus significare dignum duximus et utile. Noveritis igitur, quod quintodecimo die mensis Novembris 25 dominus imperator cum omni exercitu christianorum venit Ioppen, ad reedificationem castri illius, ut facilior fieret processus in Ierusalem tempore suo. Et cum exercitus Christi necessaria in someriis per terram per aliquod tempus sufficientia ferre nequivisset, quisque secundum suam possibilitatem barchas cum necessariis in portu Accon oneraverat; set mutato aere et turbato mari tanta tempestas inhorruit, ut vassella cum victua- 30 libus nequaquam exercitui venire possent. Et dum exercitus Christi in multa sic esset ancxietate, fere omne consilium totius exercitus iam desperare cepit, murmurantes nil aliud superesse quam in Accon redeundum. Et dum in tali essemus discrimine, miserator et misericors Dominus qui sanat contritos corde, adiutor in oportunitatibus, serenato aere pacavit mare; et statim tanta navium et barcarum multitudo venit Ioppen cum vi- 35 ctualibus, ut omnis defectus prius habitus mutaretur in habundantiam et plenitudinem omnium necessariorum. Et ab illo tempore semper ulterius tantam fecit misericordiam Deus in aeris temperie, ut indifferenter venirent vassella per mare et abirent, ita quod omnis copia omnium necessariorum habita est semper ulterius. Interea sine mora de communi consilio incepta sunt edificia Ioppen, in fossato, et muris, et turribus erigendis, 40 quod opus memoriale erit in evum omni populo christiano, quia per Dei gratiam ex nimia dilectione et affectu quem* dominus imperator et omnis populus circa ipsum feruebat et laborabat, ante dominicam sexagesime usque adeo fuit promotum, quod a principio sue prime inchoationis numquam extitit tam forte et benefactum. Interea vero dum hec sollicite agerentur, nuntii soldani et domini imperatoris indifferenter ibant hinc inde et 45 revertebantur, tractantes de bono pacis et concordie. Idem vero soldanus Babilonie et frater suus soldanus qui dicitur Sceraph, cum innumerabili exercitu apud Gazaram erant in castris per unam dietam modicam a nobis, et soldanus Damasci cum ingenti exercitu apud Neapolim erant per unam similiter dietam a nobis. Et dum de restitutione Terre Sancte tractaretur, dominus Iesus Christus sua solita providentia ita ordinavit, quod sol- 50 danus restituit domino imperatori et christianis civitatem sanctam Ierusalem cum suis tenimentis, excepto illo quod monasterium illud quod dicitur templum Domini debet esse in custodia Sarracenorum, quia orare diu consueverunt ibidem, ut liberum habeant introitum et exitum illic orationis causa, et christianis similiter ibi orare volentibus sit expositum. Villam etiam que dicitur ad sanctum Gorgium, et casalia que sunt ex utraque

*) l. quo

1229. Mart. 18.

parte vie usque in Ierusalem, reddiderunt; et Ierusalem cum suis tenementis et casalibus que sunt inter Ierusalem et Bethleem restituit; etiam Nazareth cum suis tenimentis et casalia que sunt inter Accon et Nazaret. Reddidit etiam castrum Tyronis cum omnibus pertinentiis et villis et terris. Civitatem etiam Sydonis cum omni planitie que attinet, similiter reddidit, et omnes terras quas christiani tempore pacis habebant et in pace tene- 5 bant. Licet etiam nobis per pactum reedificare Ierusalem in muris et turribus iuxta voluntatem christianorum, et castrum Ioppen, et castrum Cesaree, et Montfort, castrum novum nostrum quod in montanis hoc anno firmare cepimus. Verisimile enim videtur, quod si dominus imperator in gratia et concordia ecclesie Romane transivisset, longe efficacius et utilius prosperatum fuisset negotium Terre Sancte. Predictus vero soldanus 10 Babilonie usque ad finem treuguarum, que inter dominum imperatorem et eum per decennium statute sunt, aliqua castra aut edificia facere de novo aut edificare non debet nec aliquis suorum. Omnes captivi etiam qui in perditione Damiate remanserunt, et qui capti sunt in guerra novissima, totaliter redderentur ex utraque parte. Proponit etiam imperator cum omni populo ascendere Ierosolimam, et ibi in honore Regis regum omnium 15 ferre coronam, sic enim consultum est ei a pluribus, et cum omni diligentia intendere ad reedificationem civitatis Ierusalem. Qualis etiam fuerit exultatio omnis populi in restitutione predicta, vix potest enarrari. Frater etiam Leonardus venit ad nos Ioppen 7. die Martii, referens nobis rumores de partibus cismarinis; quos libenter vellemus esse meliores et de alia maneria quam sint. Ceterum dominus archiepiscopus Reginus qui ad 20 pedes vestre dignationis missus est, discretionem vestram plene novit expedire, qualiter et in quem modum circa dominum imperatorem remanserimus; et dum per eum fueritis expeditus, qua intentione fecerimus et quis fuerit profectus, quicquid super hiis vestra nobis preceperit dignatio, et de preteritis et de futuris parati sumus obedire.

Frater Hermannus hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum in Ierusalem minister 25 humilis, reverentiam debitam et devotam. Noverit discretio vestra, quod dominus imperator cum universo exercitu christiano venit Ierusalem die sabbati 17. Martii, et die dominico sequenti ibi in honore Regis eterni portavit coronam. Consultum etiam fuit ei a multis, ut ibidem sibi faceret divinum officium celebrari, ex quo terram illam de manibus liberaverat Sarracenorum, propter quam excommunicationis erat vinculis inno- 30 datus. Nos vero, sicut ille qui honorem ecclesie et imperii diligit et utriusque exaltationi intendit, restitimus consilio memorato, quia nec ecclesie neque sibi vidimus expedire. Et sic in hoc nostris consiliis acquiescens, non audivit divina, tamen coronam simpliciter sine consecratione de altari accepit, et in sedem, sicut est consuetum, portavit. Ipso quoque die presentibus Panormitano et Capuano archiepiscopis aliisque multis magnatibus, 35 divitibus quoque ac pauperibus, proposuit coram omnibus manifeste verba subscripta, et nobis iniuncxit, ut verba sua ipsis latine et theutonice exponeremus. In primis itaque proposuit, quomodo crucem apud Aquisgranum assumpsit, et quomodo sepius ab ecclesia terminum et indutias transfretandi petiit et impetravit, seseque excusavit, qualiter ardua negotia sepius impedierunt propositum et iter suum. Preterea dominum apostolicum et 40 ecclesiam in multis coram omnibus excusavit, eo quod multum dure obligasset eum ad transfretandum, et quod postea denuntiaverit eum quia non poterat aliter apud homines blasphemias et infamiam evitare, et quod postea ultra mare scripserat contra eum, quia dictum fuerat quod ipse non transfretaverat set iverat ad alias partes pro congregando exercitu contra ecclesiam; quia si dominus papa scivisset intentionem eius, non contra set 45 pro ipso scripsisset; et credebat, quod domino pape displicerent gravamina que ei illata fuerant a quibusdam in partibus ultramarinis, que nocuerunt toti populo christiano. Item exposuit, sicut et ante longe proposuerat toti exercitui christiano, quod pro sedanda discordia que inter ecclesiam et ipsum vertitur, vellet ea facere que ad honorem Dei et ecclesie nec non et imperii viderentur spectare, et tantum stare pro concordia facienda, 50 quod evidenter appareret, quod ex parte sua nullo modo remaneret; et si qua gravamina per ipsum vel suos ecclesie essent illata, taliter vellet delere, quod inimici crucis Christi ac alii falsi christiani qui gaudent de discordia, de pace et concordia confundantur; et quod nolit se extollere nec attendere exaltationem et honorem divinitus sibi collatum, set quanto ipsum Deus exaltaverit, tanto velit se coram Altissimo humiliare, et propter 55

1229. Mart. 18.

eum coram eo qui vice sua est constitutus in terra. Hec et alia hiis similia que longum esset narrare, proposuimus ex parte sua; qualis autem letitia fuerit in introitu suo in Ierusalem et dum verba que prediximus recitarentur, universis christianis et incolis civitatis, vix posset explicari sermone. Hiis ita peractis, venit die Lune sequenti archie-
5 piscopus Cesariensis missus a domino patriarcha, et ecclesiam sancti Sepulchri et omnia loca sancta posuit sub interdicto; pro quo totus exercitus fuit valde turbatus et contra ecclesiam indignatus, quia etiam, quare hoc factum esset, nullam evidentem causam ostendit. Unde etiam dominus imperator commotus, misit pro ipso archiepiscopo Cesariensi qui tamen non comparuit, et pro omnibus prelatis, et conquestus est publice coram eis,
10 quod loca sancta que diu sub potestate Sarracenorum fuerunt et nunc essent divino auxilio liberata, fuissent posita sub interdicto, per patriarcham captivitati et miserie pristine restituta, ex divini officii prohibitione. Asseruit etiam, quod si ipse vel aliquis suorum patriarcham in aliquo offendissent, vellet se omnino proinde committere eorum arbitrio et voluntati. Et sic de rehedificatione civitatis sollicite disposito, ipso die versus Ioppen
15 rediit. Intelleximus autem postmodum, quod dominus patriarcha ideo Ierusalem et loca sancta posuit sub interdicto, quod Sarraceni haberent in custodia templum Domini et templum Salomonis, et quod ibi lex eorum clamatur ab eis et colitur. Sciat autem discretio vestra, quod Sarraceni templum ipsum aliter non tenent, nisi quod pauci sacerdotes eorum senes et sine armis sunt in ipsa domo pro oratione facienda et domo mun-
20 danda. Homines autem imperatoris custodiunt et firmant portas exteriores, ita quod nec ipsis Sarracenis nec aliis introitus patet vel exitus, nisi quantum placet hominibus imperatoris. Hec vidimus et audivimus, et sic in veritate fuit nobis ibidem existentibus ordinatum. Oblationes etiam que in templo Domini offeruntur ad lapidem ubi Iesus Christus fuit oblatus, recipiunt christiani. Dicitur etiam ab antiquis, quod ante ammis-
25 sionem Terre Sancte, Sarraceni fere in omnibus civitatibus christianorum leges suas servabant, et in oratoriis suis eas clamabant, sicut etiam christiani in Damasco et in aliis terris Sarracenorum custodiunt leges suas. Hec vero non ideo vobis scribimus, quod idem placeat domino imperatori, et quod non libenter, si[a] potuisset, aliter ordinasset. Set sicut Deus novit, pacem et treuguas non potuit aliter stabilire. Omnia predicta idcirco vobis
30 scripsimus, ut forte si vobis ab alio aliter scriberetur, sciatis veritatem — sic est ut scripsimus — et omni spiritui non credatis. Et quia scimus etiam, quod pacem et concordiam inter ecclesiam et imperatorem diligitis, et pro ipsa facienda sollicite laboratis, pro quo vos moneremus attente si esset necesse. Ceterum lator presentium frater S. rumores omnes vobis plenius annuntiabit.

35 a) ei *codex*.

ENCYCLICAE AD LOMBARDOS DE SUBSIDIO FERENDO.

1229. Oct. 5.

Servavit eas Ryccardus de sancto Germano in chronico suo, cuius authenticum in Monte Casino a nobis evolutum sic habet:

40 Fredericus etc. potestatibus, consulibus, et consilio civitatum Lombardie, fidelibus suis etc. Ut de nostrorum felicitate successuum certa vos nova letificent, vestris duximus desideriis presentibus intimandum, quod nos de ultramarinis partibus prospere per Dei gratiam redeuntes, de inimicis nostris qui regnum nostrum invaserant feliciter triumphavimus, dum audientes nos contra eos in manu valida et potenti venturos, non ex-
45 pectatis aut expertis viribus nostris, in Campanie finibus fuge sibi presidium elegerunt; sicque Domino cooperante, et nos comitante iustitia, que de celo prospexit, quod ipsi de

1229. Oct. 5. regno nostro, nobis absentibus, per anni dimidium occupaverant, nos brevi dierum spatio recuperavimus et revocavimus ad demanium et dominium nostrum. Volentes igitur imperii et regni nostri quietem et pacem cum consilio vestro disponere, ac in Theutoniam e vestigio properare, fidelitatem vestram monemus, et hortamur attentius, firmiter ac districte precipiendo mandantes, quatinus hiis receptis litteris, in equis et armis 5 decenter armati vestrum ad nos festinetis accessum, quoniam nos universis et singulis pro sui qualitate servitii curabimus respondere.

Datum aput sanctum Germanum 3. Non. Octob. 3. indict.

1230. Apr. 28.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE OCCUPANDIS BONIS MATERNIS. 10

Ex Butkens Trophées de Brabant T. I. Preuves p. 78.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, omnibus ad quos praesens scriptum pervenerit gratiam suam et omne bonum. Notum facimus, quod cum Heinricus maior filius illustris principis ducis Lotharingiae matrem habuerit et illa sit mortua; per sententiam principum in curia est iudicatum, si idem dux de bonis quae possidet aliquid 15 alienaret, vel in manus vellet transferre alienas, dictus Heinricus se de eisdem bonis posset intromittere et occupare licenter ad usus suos et tenere.

Datum Frideberga anno gratiae 1230. proxima dominica post festum paschae, quarto Kalend. Maii, indictione tertia.

1230. Iul.

HEINRICI REGIS TREUGA. 20

Prodit hic prima vice ex codice regio Parisiensi Nro. **5178***A. chart. sec. XVI. ineuntis, unde petentibus nobis descriptam V. Cl. Guérard transmisit. Textum aliquot in locis corruptum ope speciminis scripturae a viro doctissimo ultro additi hinc inde emendavimus. Constitutio a rege quodam Heinrico edita, quum de imperatore et rege* 25 *coniunctis mentionem faciat, Heinrico V. ultimis Heinrici IV. annis, aut Heinrico VI. Friderico patre superstite, aut Heinrico VII. Friderici II. filio adsignari potest. Et Heinricum V. quidem patri rebellem anno* **1105** *Northusae pacem Dei confirmasse legimus, et Heinrico VII. rege, tum Engelbertum archiepiscopum Coloniensem* 30 *pacem firmissimam elaborasse, tum anno* **1230.** *bello inter archiepiscopum Coloniensem et ducem Limburgensem post incendia villàrum et depraedationes et vastationes civitatum et castrorum, iussu regio treugas successisse; sed nec haec nec alia quae hic adduci possent, rei dirimendae sufficiunt. Igitur quum et pax prolixior pace a* 35 *Friderico I. promulgata sequentia regna, et mentio de hereticis iniecta, licet et cum initiis Heinrici V. quadret, Heinrici VII. regis tem-*

pora potissimum innuere videatur, et nonnulla alia in legibus Friderici II. et Heinrici VII. primum mota hic habeantur, ei die **13.** *Iulii apud Wizenberc moranti constitutionem, certa rei scientia destitutus, adscribendam duxi.*

1230. Iul.

Hec est forma pacis quam dominus noster rex Henricus apud Wittenbergam cum principibus ordinavit et coniurari fecit.

1.[a] Clerici, mulieres, moniales, agricole, mercatores, itineratores, piscatores, Iudei, omni die et omni tempore firmam pacem habebunt in personis et in rebus.

2. Ecclesie, cimiteria, aratra, molandina, ville infra sepes suas, eandem pacem habebunt. Strate omnes tum in terra tum in aqua eandem pacem habebunt quam ab antiquitus[b] habuerunt.

3. Quicunque habet manifestum inimicum, et[c] in feria secunda, feria tertia, feria quarta, extra predictas res et loca in persona et non in rebus ledere potest; ita quod eum non capiat. Feria quinta, feria sexta, sabbato, die dominico, omnis homo firmam pacem habebit in personis et in rebus.

4. Quicunque contra pacem ordinatam aliquem occiderit, capite plectetur. Si aliquem vulneraverit, manum perdet. Si aliquem percusserit cum sanguinis effusione, sexaginta solidos iudici componet, et secundum conditionem suam laeso satisfaciet. Si vero res non habuerit de quibus satisfaciat, excorietur.

5. Si aliquis in diebus vel in quibus hostem suum ledere potest ipsum insequatur, et equus[d] contra voluntatem suam infra sepem ville eum pertulit, arma deiciat[e], tam principalis quam complices sui; et, si timore persone statim in eadem villa iurare non audet, postmodum coram iudice, quod non sponte intravit, iurabit.

6. Raptus sive oppressio virginis per capitis decollationem punietur. Si aufugerit, detentor ipse, a quo reus a iudice postulatus fuerit, cum reo pari pene et sententie subiacebit.

7. Viator in via, unum pedem tenens equo suo, cultello gladio vel falce[f] segetes incidere potest, ut ipsum reficiat, ita quod nihil inde deferat. Si autem segetes aliter inciderit et aliquid inde detulerit, pacem violaverit, fur suspendetur.

8. Qui alium clam occiderit, quod mort[g] dicitur, in rota punietur. Si aufugit, et fama publica que vulgo limunt[2] dicitur exstiterit, et reus proprietates et foeuda habuerit, primi sui domini, a quo foeuda tenuit, se[h] de illo infra 14 dies intromittent, et sic a primis usque ad secundos et tertios dominos usque ad dominum imperii, foeuda predicta, si per negligentiam ad ipsum devenerint, retinebit. Proprietates autem ipsorum heredes proximi recipient. Quod si neglexerint infra 14 dies, dominus provincie ea recipiet[i], et sic iterum usque ad dominum imperii producentur. Is autem qui reum receperit et foverit, a die certe scientie cum reo pari pene et sententie subiacebit.

9. Quicunque alterius inimicus extiterit et ipsum defidare voluerit, tribus diebus antequam nocumenta sibi procuraret denuntiet; alioquin et pacis et fidei violator habebitur.

10. Quicunque cultello alium occiderit vel vulneraverit, infamie que mort[k] dicitur, reus erit.

11. Nullus a possessione rerum quas possidet eiicietur, nisi possessio ab eo in iuditio evincatur.

12. Quicunque pacem in se lesam[l] proclamaverit, nisi in proclamatione ante iudicem perseveraverit, pacem violaverit. Si quis predicta fecerit et ea fecisse confessus fuerit, reus iuramento, duobus sibi adiunctis qui nominati fuerint, se expurgabit, quod predicta non fecerit.

13. Quicunque predam[m] que reraup, et predam que sexanraup, et tertium quod

a) *numeros inseruimus.* b) antiquito *codex.* c) eum? d) equis *cod.* e) deicit *c.* f) false *c.* g) mors *c.* h) si *c.* i) recipis *c.* k) mors *c.* l) lech *c.* m) predam *corr.* preda *c.*

1) *in ora folii superiore leguntur haec:* Henricus imperator Romanorum subegit Saxones et fundavit ecclesiam sancte Marie in Traiecto super Renum, iuxta formam in vetustissimo libro ecclesie predicte scriptam. GUERARD. *Heinricus hic imperator, est Heinricus V.* 2) hodie *leumunt.*

1230. Iul.

sach[a] dicitur, commiserit; si flagrante malefitio iudici presentatus fuerit, capite plectetur; si autem anfugerit, et ad iuditium vocatus infra 15 dies non comparuerit, ut reus, ut infamis iudicabitur. Si quis autem talium quempiam a iudice postulatum contra ius manutenere[b] et defendere presumpserit, tam ipse detentor quam locus quilibet in quo manutenetur proscribatur. Quod si detentor post prescriptionem suam bis et tertio a iudice commonitus non resipuerit[c], cum reo pari infamie ac sententie subiacebit. Si autem reus ad vocationem iudicis iuditio se presentaverit et factum negare voluerit, actor vel per se vel ver alium in monomachia convincere potest, et reus in persona propria se defendet. Quod si actor facere noluerit, concedetur reo expurgatio manu septima eorum tantum qui hoc[*] in singulis provinciis sunt electi.

14. Hii autem qui in infamia que loimunt dicitur laborant, ad expurgationem nonnisi in publico iudicio admittentur; quorum tamen expurgationem iudex secundum suum arbitrium potest aggravare. Si autem loimunt contra quemquam probari debet, per plurum ac meliorum illius provincie confessionem hoc fieri debet.

15. Si aliquis in eadem iurisdictione a iudice sibi iustitiam de aliquo postulaverit, iudex infra 15 dies sibi iustitiam faciet. Quod si ille non satisfecerit, ex tunc dabit iudex actori auctoritatem pignorandi, et illud pignus salvum tenebit per 15 dies; quod si redemptum non fuerit, iudicis auctoritas destruetur, et pignorator suo recepto residuum restituet. Si quis pignorationem a iudice licentiatam prohibuerit, tanquam predo a iudice proscribetur.

16. Si autem reus in aliena iurisdictione exstiterit, auctor cum testimonio sui iudicis ad iudicem rei accedet, datis induciis ad arbitrium iudicis secundum locorum distantiam; et si ibidem saticfactionem non habuerit, cum oportunitatem habuerit, secundum formam predictam pignorabit.

17. Si quis proscriptus fuerit, absolvi a proscriptione non aliter poterit, nisi datis duobus vel tribus fideiussoribus, qui tantum habent in eadem iurisdictione feudi vel proprietatis, unde possint dampnum restituere cum debita poena et iudicis compositione. Reus autem si infra 15 dies non composuerit, fideiussores ad eundem terminum pro reo satisfacere tenebuntur. Proscriptus autem, si infra 16 dies neglexerit absolvi, a iudice terre curie regie tradetur proscribendus; in qua, si per annum et diem permanserit, exlex iudicabitur. Si quis autem vel in castro vel alio quolibet modo proscriptum manutenere presumpserit, et a iudice commonitus ipsum non reliquerit, eidem[d] dampnationi una cum castro vel munitione quam reus subiacebit. Si autem fideiussores cum reo infra 14 dies non composuerint, iudex eos pro reo faciet pignorari.

supra p. 234. lin. 28.

18. Nullus in advocatiis inimico suo malum inferet, quoniam res ecclesiarum esse noscuntur, et sub protectione domini pape et imperatoris[3] consistunt; quod si quis secus fecerit, proscribatur et excommunicetur.

supra p. 236. lin. 30.

19. Quicunque alium extra manifestam guerram ceperit, de quo querimoniam coram iudice non fecit, si captivatus a iudice postulatus restitutus non fuerit, tam detentores quam loca in quibus captivatus fuerit proscribantur.

20. Si quis de incendio manifesto tertia manu eorum qui iustitiam voluerint[e], accusatus fuerit[f], septima manu eorum qui ad hoc deputati et electi sunt se expurgabit; quod si non fecerit, exlex iudicabitur, et deprehensus rota punietur.

21. Heretici, incantatores, malefici, quilibet de veritate convicti et deprehensi, ad arbitrium iudicis poena debita punientur.

22. Quemcunque episcopus excommunicaverit, et eum imperatori vel regi per litteras suas vel viva voce excommunicatum denunciaverit, illum et imperator et rex proscribent, et ab ea proscriptione non, nisi prius parti lese satisfecerit, absolvetur.

supra p. 236. lin. 46. p. 243. lin. 50.

a) *i. e.* scach. b) manuteneri *c.* c) recipuerit *c.* *) qui ad hoc? d) idem d. unam cum *c. quem emendavit* GUERARD. e) voluerit *codex leg.* voluerint? *nonnulla videntur praetermissa.* GUERARD. f) *voces* a. f. *inserui.*

3) v. supra anno 1104 pag. 62.

FORMA PACIS INTER ECCLESIAM ROMANAM ET IMPERATOREM.

1230.

Acta pacis ex Regestis Gregorii IX. T. I. fol. **161—168.** *descripta a nobis anno* **1823,** *prima iam vice integra prodeunt, quum antea nonnisi pauca instrumenta inde depromta apud Raynaldum ad a.* **1230** *edita fuissent. Ordinem quo in Regestis leguntur numeris adiectis indicavimus.*

Iul. Nro. 1.

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis, quod nos pro omnibus pro quibus excommunicati sumus, tactis sacrosanctis euangeliis iuramus coram vobis, dominis Iohanne venerabili episcopo Sabinensi et Thoma tituli sancte Sabine venerabili presbytero cardinali apostolice sedis legatis vice reverentissimi patris domini G. Dei gratia summi pontificis recipientibus, stare precise mandatis ecclesie et sine aliqua conditione secundum formam ecclesie. Ne igitur id revocetur in dubium, presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Data apud sanctum Germanum anno dominice incarnationis 1230. die[b] mensis Iulii tertie indictionis.

Nro. 2.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos remittimus omnem offensam et penam Theotonicis, Lombardis, Tuscis, et hominibus regni generaliter, et Gallicis et omnibus aliis, qui ecclesie contra nos adheserunt, et per Thomasium comitem Acerrarum dilectum fidelem nostrum facimus in anima nostra iurari, quod predictos nullo tempore offendemus, vel faciemus offendi, pro eo quod Romane ecclesie contra nos orta discordia astiterunt, et quod pacem ecclesie et eis observabimus. Remittimus etiam sententias, constitutiones, et banna, si qua per nos vel per alios lata vel edita sunt, occasione huiusmodi contra eos. Promittimus etiam, quod terras ecclesie in Ducatu vel Marchia seu alio patrimonio ecclesie non invademus nec devastabimus per nos vel per alios. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Data apud sanctum Germanum anno dominice incarnationis 1230. die mensis Iulii, tertie indictionis.

Nro. 3.

Fridericus Dei gratia etc. ut supra. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod inter sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram et nos convenit, quod de communi voluntate tractabitur de via invenienda, qualiter ad nos cum honore eiusdem sancte matris ecclesie revertantur Gaietani et Sancta Agathensis civitates et omnes cum bonis suis de regno nostro Sicilie, quos ecclesia in sua fide recepit, et in ecclesie devotione perdurant, ad quem tractatum datus est annus, nisi ante via valeat inveniri. Ad quam inveniendam dicta mater ecclesia curam et sollicitudinem adhibere promisit, nec terminus nisi de consensu partium ulterius prorogabitur. Set si, quod absit, infra dictum terminum via inventa non fuerit, extunc per arbitros interim eligendos procedetur in via ut dictum est invenienda. Quorum duo sint ex parte ecclesie, et duo ex parte nostra. Qui si concordare non poterunt, quintum eligant, et dicto maioris partis stabitur[c]. Prestamus itaque iuramentum per Thomasium comitem Acerrarum dilectum fidelem nostrum in anima nostra et de mandato nostro iurantem, quod interim predictas terras et homines non offendemus in personis et rebus nec a nostris permittemus offendi, et viam que invenitur per comunem tractatum eiusdem matris ecclesie et nostrum vel per arbitrium observabimus. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Data apud sanctum Germanum anno dominice incarnationis 1230. die mensis Iulii, tertie indictionis.

a) *extat apud Raynaldum p.* 404. b) *die II. Raynald.* *) *deest in codice.* c) *sequentia desunt apud Raynaldum p.* 405.

1230. Iul. 21. Nro. 9.

L. miseratione divina Reginus et . . Barensis archiepiscopi . . . episcopus Reginus et . . abbas Casemarii, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum venerabiles patres domini Iohannes Sabinensis episcopus et Thomas tituli sancte Sabine presbyter cardinalis apostolice sedis legati, domino imperatori misissent per magistrum Bartholomeum capellanum domini pape et magistrum 5 P. capellanum predicti episcopi Sabinensis, ut terram quam Margaritus tenuerat et occupata dicebatur postquam a domino papa recesserunt pro componenda pace venientes, eidem Margarito faceret plene restitui, idem Margaritus a domino imperatore vocatus coram nobis et eisdem nuntiis et pluribus aliis spontanee recognovit, se dudum ante quam venirent eidem imperatori iurasse et se ac sua exposuisse ad ipsius beneplacita 10 voluntatis, recognoscens se eundem imperatorem velle habere in dominum suum et non alium, et eidem imperatori, priusquam papa scriberet, litteras ut eum in suam gratiam reciperet direxisse.

Data apud sanctum Germanum, 12. Kal. Aug.

Iul. 23. Nro. 5.

In* nomine Domini Amen. Bertholdus Aquilegensis patriarcha, Eberhardus archiepiscopus 15 Salzeburgensis, Siffridus episcopus Ratisponensis, Liupoldus Austrie atque Stirie, Bernardus Karinthie, Octo Merannie duces, Dei gratia principes imperii. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod inter sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram et dominam, et serenissimum dominum nostrum Fridericum Romanorum imperatorem semper augustum, Hierusalem et Sicilie regem, convenit, quod de com- 20 muni eorum voluntate tractabitur de via invenienda, qualiter ad ipsum dominum imperatorem cum honore ecclesie, Gaietana et Sancte Agathe civitates, et omnes cum bonis suis de regno Sicilie, quos in fide sua recepit ecclesia, et in ecclesie devotione perdurant revertantur. Ad quem tractatum datus est annus, nisi antea via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta mater ecclesia curam et sollicitudinem adhibere promisit, nec ultra 25 terminus nisi de consensu partium prorogabitur; sed si, quod absit, infra ipsum terminum via inveniri non possit, ex tunc per arbitros communiter eligendos procedetur in via, ut dictum est, eligenda, quorum sint duo ex parte ecclesie, et duo ex parte imperatoris. Qui si concordare non poterint, quintum eligent, et dicto maioris partis stabitur. Prestitit autem dominus imperator iuramentum per Thomam de Aquino Acerrarum 30 comitem, de mandato suo in anima sua iurantem, quod interim predictas terras et homines non offendet, nec permittet offendi a suis, et viam, que invenietur per communem tractatum sancte Romane ecclesie et eiusdem domini imperatoris, vel per arbitros, ipse dominus imperator observabit.

Notum quoque facimus, quod dominus imperator remittit omnem offensam Theuto- 35 nicis, Lombardis, Tuscis, et hominibus Sicilie generaliter, et Gallicis, qui contra eum Romane ecclesie adheserunt, et dictum Acerrarum comitem fecit iurare, quod nullo unquam tempore predictos offendet, nec permittet offendi, pro eo quod contra eum orta discordia, Romane ecclesie astiterunt, sed pacem eis et ecclesie observabit. Remittit etiam ipse dominus imperator sententias, constitutiones, et banna, si qua per eum, vel 40 per alios, lata vel edita sunt occasione huiusmodi, contra eos. Promittit etiam, quod terras ecclesie in Ducatu, et Marchia, seu alio patrimonio ecclesie non invadet, nec devastabit per se, vel per alios, sicut in scriptis ab ipso domino imperatore factis super predictis omnibus, et bullis aureis impressis et typariis sue maiestatis munitis, plenarie continetur. Nos autem nihilominus tactis sacrosanctis euangeliis, iuravimus procurare bona 45 fide, quod predictus dominus imperator predicta servabit, et contra ea non veniet. Quod si fieret, nisi infra tres menses in regnum, infra quatuor in Italiam, infra quinque extra Italiam duxerit emendandum, potenter ac patenter ad requisitionem ecclesie assistemus ei contra eundem dominum imperatorem, donec satisfecerit. Quod si per dominum imperatorem steterit, quod arbitros non elegerit, vel arbitros impediverit ne procedant, nos 50 ecclesie tenebimur, ut est scriptum. Si autem ecclesia arbitros dare noluerit, vel datos impediverit, ne procedant, nos ex tunc quantum ad hunc articulum non tenebimur iuramento. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigillis nostris communitum.

Data apud sanctum Germanum anno dominice incarnationis 1230. 23. die mensis Iulii, tertie indictionis. 55

*) *Extat apud Ryccardum de S. Germano a.* 1230.

1230. Iul. 23. N. 6.

B. Dei gratia patriarcha Aquilegensis . . archiepiscopus Salzeburgensis . . episcopus Ratisponensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Quoniam in rebus dignis memoria veritatem nec tacere possumus nec debemus, cum occultatio veritatis et falsitatis assertio non multum distet in culpa, ad communem deducimus notitiam
5 ea que in negotio absolutionis serenissimi imperatoris Romanorum semper augusti Ierusalem et Sicilie regis acta sunt et dicta a venerabilibus patribus Iohanne Dei gratia Sabinensi episcopo et Thoma tituli sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, apud sanctum Germanum, nobis presentibus et aliis multis prelatis principibus et baronibus imperii et regni Sicilie. Siquidem eisdem venerabilibus in Christo patribus
10 ad recipiendum domini imperatoris iuramentum residentibus, lecte sunt in publico cause propter quas predictus imperator auctoritate sedis apostolice excommunicationis vinculo tenebatur astrictus, sicut est inferius annotatum. Excommunicatus est, quia contra excommunicationis sententiam a venerabili fratre bone memorie P. et dilecto filio G. tituli sancti Martini presbytero cardinali de voluntate et assensu suo auctoritate aposto-
15 lice sedis latam, ad terminum quem sibi prefixit non transfretavit sicut promisit, et quia promissum numerum militum suis expensis non misit vel tenuit pro subsidio Terre Sancte, et quia statutis ab ipso terminis in Terram Sanctam promissam pecuniam non direxit. Item quia ab oppressionibus et spoliationibus ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum et conculcatione ecclesiastice libertatis monitus non destitit. Item quia Templarios et Hospitalarios bonis
20 mobilibus et immobilibus que habebant in regno, temere spoliavit. Item quia ab oppressione pupillorum orphanorum et viduarum seu nobilium et aliorum hominum de regno, vel destructione ipsius, quod ad Romanam ecclesiam noscitur specialiter pertinere, pro quo Romane ecclesie iuramentum fidelitatis exhibuit et homagium prestitit, monitus non cessavit. Item quia Tharentinum archiepiscopum ad sedem propriam et eius populum accedere non permittit.
25 Item quia comitem Rogerium sub apostolice sedis protectione receptum, comitatu et terris suis penitus spoliavit. Item quia compositionem factam inter comites Celanenses ac Renaldum de Aversa, pro cuius observatione ecclesia Romana ad eius instantiam fideiussit, servare contempsit. Item quia excommunicati fuerunt omnes et singuli, quorum auctoritate consilio auxilio vel favore patrimonium ecclesie in Marchia vel alibi fuit occu-
30 patum vel detentum. Item excommunicatus est pro violenta manuum iniectione in clericos facta, et personas ecclesiasticas. Postmodum dominus imperator iuramentum prestitit, sicut in suis litteris aurea bulla munitis et in communi perlectis audientia continetur. Recepto autem domini imperatoris iuramento, domini cardinales predicti eidem domino imperatori tale dederunt mandatum: Nos Iohannes Sabinensis episcopus et Thomas
35 tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, vice domini pape mandamus domino Friderico imperatori sub debito prestiti iuramenti, ut ipse restituat quicquid occupatum est per ipsum vel ministros suos in Marchia vel Ducatu seu in alio patrimonio ecclesie, et quicquid occupatum est per ipsum vel per baiulos suos seu ministros de castris seu possessionibus monasteriorum, specialiter monasterii sancti Quirici de Introduco, ecclesiarum,
40 Templariorum, Hospitalariorum, baronum et aliorum nobilium, et ceterorum qui ecclesie in hoc negotio adheserunt, et quod restituat Tharentinum archiepiscopum, omnes episcopos et prelatos qui sunt exules, ad sedes et loca sua et ad omnia bona sua extantia. Adicientes in fine. Hec igitur supradicta mandamus ad presens, alia suo tempore mandaturi. In cuius rei testimonium presens scriptum fecimus sigillorum nostrorum muni-
45 mine roborari.

Data apud sanctum Germanum die Martis ante festum beati Iacobi apostoli, anno Domini 1230. mense Iulio.

Iul. 28. N. 11.

In nomine Domini Amen. Berhtoldus Aquilegensis patriarcha, Eberhardus archiepiscopus Salzeburgensis, Sifridus episcopus Ratisponensis, Bernhardus Karinthie, Octo Meranie
50 duces, Dei gratia principes imperii, universis scripti huius inspectoribus salutem in Domino. Noverint universi, quod nos dominis Iohanni Sabinensi episcopo et Thome tituli sancte Sabine presbytero cardinali vice venerabilis patris nostri domini pape recipientibus, promisimus firmiter, nos curare et bona fide dare operam, quod dominus noster imperator omne id quod tenet de Marchia et Ducatu plene restituat sancte Romane eccle-

1230. Iul. 28. sie, et exinde nos fideiussores constituimus, obligantes fideiussorio nomine pro restitutione predicta.

Acta sunt hec apud sanctum Germanum, anno dominice incarnationis **1230.**

Data ibidem 5. Kal. Aug., indictione 3.

Aug. N. 4. Fridericus [a] Dei gratia etc. ut supra. Per presens scriptum notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos fecimus assignari in manibus fratris Hermanni venerabilis magistri domus sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem fidelis nostri, castra subscripta, videlicet castrum Celi, Roccam Willielmi, Roccam de Bantra, Roccam Presentiani, Roccam sancti Angeli de Rupe canina, Roccam Montis Dragonis, castrum Atini, et Petram de Tocco. Que omnia dictus magister tenebit nomine Romane ecclesie in expensis nostris, in cautionem scilicet et securitatem, quod nos dabimus fideiussoriam cautionem bona fide infra terminum octo mensium sub illa forma que in tractatu pacis continetur. Qua fideiussione prestita, idem magister resignabit nobis eadem castra vel cui nos preceperimus. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus et sigillo nostro iussimus communiri.

Data in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis **1230**, mense Augusto, tertie indictionis.

Aug. N. 7. Fridericus Dei gratia etc. ut supra. Per presens scriptum notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos fecimus assignari in manibus L. venerabilis Regini archiepiscopi dilecti familiaris nostri et . . Regini episcopi nostrorum fidelium, subscripta castra, videlicet Suesse, Caiacie, Magdalonis, et Roccam Capue, que predicti fideles nostri archiepiscopus et episcopus tenebunt nomine ecclesie Romane in expensis nostris, in cautionem scilicet et securitatem, quousque restituantur eidem Romane ecclesie ea que nos tenemus in Marchia et Ducatu, et compleantur omnes restitutiones que secundum formam tractatus debebant fieri ante absolutionem nostram, videlicet de possessionibus et mobilibus extantibus. Quibus restitutionibus adimpletis, iidem archiepiscopus et episcopus resignabunt nobis castra predicta vel cui nos preceperimus. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Data in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis **1230**, mense Augusto tertie indictionis.

N. 8. Notum sit universis presentes litteras inspecturis, quod nos frater Hermannus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem magister, recepimus castrum Celi, Roccam Willielmi, Roccam de Bantra, Roccam Presentiani, Roccam sancti Angeli de Rupe canina, Roccam Montis Draconis, castrum Atini, et Petram de Cocco [b], que debemus custodire secundum formam habitam inter eccclesiam et imperatorem. Unde ad futuram memoriam has litteras fieri fecimus nostro sigillo munitas.

Aug. 27. N. 10. Nos Eberardus Dei gratia Salzburgensis archiepiscopus, et Sifridus Ratisponensis episcopus, requisiti a venerabilibus patribus, Iohanne Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma tituli sancte Sabine presbytero cardinali apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata pro libertate ecclesiarum et clericorum de taliis et collectis et de foro secundum prehabitum pacis tractatum in hunc modum: Mandamus domino imperatori quod nullas tallias vel collectas de cetero imponat in regno ecclesiis, monasteriis, clericis, et viris ecclesiasticis, seu rebus eorum, et quod nullus clericus vel persona ecclesiastica decetero conveniatur in regno in civili vel criminali causa coram iudice seculari, nisi super feodis civiliter conveniatur. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum presentia communiri.

Data apud Ceperanum 6. Kal. Sept.

a) Raynald. p. 405. b) *sic codex.*

1230. Aug. 27. N. 16.

Nos Eberardus Dei gratia Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus, ad communem notitiam omnium deducimus, quod dominus imperator super articulo de collectis et talliis litteras in forma subscripta confecit per omnes partes regni Sicilie destinandas. „Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem 5 et Sicilie rex, iustitiariis, comitibus, baronibus, camerariis, baiulis, et universis officialibus per terram Laboris constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Fidelitati vestre sub obtentu gratie nostre mandamus firmiter precipientes, quatinus nullus sit qui deinceps tallias seu collectas imponat ecclesiis, monasteriis, clericis seu personis ecclesiasticis, vel rebus eorum, salvis debitis servitiis ad que 10 certe ecclesie ac persone nobis noscuntur esse specialiter obligate. Data in castris prope Ceperanum 23 Aug., 3. indict." In cuius rei testimonium presentes litteras scripsimus et sigillis nostris fecimus communiri.

Data apud Ceperanum 6. Kal. Sept.

N. 17.

Notum sit universis presentes litteras inspecturis, quod nos frater Hermannus hospi- 15 talis sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem magister, de voluntate venerabilis archiepiscopi Regini recepimns Roccam Capue, Magdalonis et Caiaccie, et castrum Suesse, que debemus custodire secundum formam habitam inter ecclesiam et imperatorem. Unde ad futuram memoriam has litteras fieri fecimus nostro sigillo munitas.

Aug. 28. N. 10

Eberhardus Dei gratia Salzeburgensis archiepiscopus, Siffridus eadem gratia Ratisponen- 20 sis episcopus, Bernhardus dux Karinthie, omnibus scripti huius inspectoribus. Noverint universi, quod nos Gerhohum de Salzeburch in animam nostram iurare fecimus, quod bona fide servabimus fideiussionem, quam fecimus pro restitutione Marchie et Ducatus, secundum quod in litteris nostris et venerabilis patris Aquilegensis patriarche et nobilis ducis Meranie continetur [a].

25 Data Ciperani 5. Kal. Sept., indictione 3.

Aug. 28. N. 12.

Nos Dei gratia Arelatensis archiepiscopus . . Wintoniensis et M. Beluacensis episcopi requisiti a venerabilibus patribus Iohanne Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma tituli sancte Sabine presbytero cardinali apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales 30 litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum. „Nos Iohannes Dei gratia Sabinensis episcopus et Thomas eadem gratia tituli sancte Sabine presbyter cardinalis apostolice sedis legati, auctoritate domini pape mandamus domino imperatori, quod non impediat per se vel per alium, quin electiones, postulationes, et confirmationes eccle- 35 siarum, monasteriorum in regno libere fiant decetero secundum statuta concilii generalis. Item ut comitibus Celanensibus et filiis quondam Renaudi de Aversa satisfaciat secundum formam compositionis in hiis pro quibus ecclesia fideiussit. Item ut satisfaciat de mobilibus, iniuriis, dampnis illatis Templariis, Hospitaliis et aliis personis ecclesiasticis, terminis competentibus ab ecclesia assignandis. Item quod a die absolutionis usque ad octo 40 menses caveat ecclesie bona fide per fideiussores idoneos et iuratos principes, comites, et barones Theutonie, et comunia civitatum Lombardie, Tuscie, et Marchie, Romagnole, et earumdem provinciarum marchiones, comites, et barones, quos ecclesia nominabit, qui ad requisitionem ecclesie teneantur assistere ecclesie contra illum donec satisfaciat, si mandata ecclesie non servaverit, vel pacem fregerit, seu terram ecclesie vel eorum terras 45 quos ecclesia tenet ad manus suas vel personas eorum ceperit occuparit seu devastarit, et infra tres menses si fuerit in regno, si in Italia infra quatuor, si autem extra Italiam infra quinque, ea non duxerit emendanda; et super hoc dabunt ecclesie cartas suas suo sigillo munitas. Iniungimus quoque ei, quod infra quindecim dies certum nuntium mittat ad curiam, qui recipiat nomina illorum quorum fideiussionem requirit ecclesia. 50 Hec autem supradicta mandamus ei, omnibus cautionibus in sua integritate manentibus olim prestitis pro negotio Terre Sancte, ut pro illo satisfaciat secundum quod ecclesia

a) v. supra nro 7.

1230. Aug. 28. ordinabit. Si quid autem a nobis per occupationem vel incuriam est omissum de hiis que mandare debuimus, domino pape reservetur." Ad hec protestationem quandam fecerunt in hunc modum. „Protestamur quod dominus papa vult sibi restitui expensas quas extra regnum coacta est ecclesia facere pro ecclesiastica libertate ac beati Petri patrimonio conservandis." Excommunicationis quoque sententiam pronuntiaverunt sub hac 5 forma. „Si dominus imperator, prout iniunctum est ei, per fideiussores non caverit bona fide; si viam pacis que invenietur per communem contractum vel per arbitrium, prout in forma compositionis continetur, non observaverit; si terram ecclesie vel terras eorum quos ecclesia tenet ad manus suas vel personas eorum ceperit occuparit seu devastarit; ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, quam exnunc in ipsum ferimus aucto- 10 ritate domini pape."

Acta sunt hec apud sanctam Iustam iuxta Ceperanum, anno Domini **1230**, in festo sancti Augustini.

N. 13. Nos Dei gratia . . Salzburgensis archiepiscopus et . . Ratisponensis episcopus, requisiti a venerabilibus patribus Iohanne Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma tituli sancte 15 Sabine presbytero cardinali apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum. „Nos Iohannes Dei gratia Sabinensis episcopus et Thomas eadem gratia tituli sancte Sabine presbyter cardinalis 20 apostolice sedis legati auctoritate domini pape mandamus domino imperatori quod non impediat" etc. ut supra usque in finem nichil addito vel mutato.

N. 14. Nos Dei gratia Reginus, Mutinensis et Mantuanus episcopi et G. Brisciensis electus, requisiti a venerabilibus patribus etc. ut supra usque in finem nichil addito vel mutato.

N. 18. Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex, 25 iustitiariis, comitibus, baronibus, militibus, camerariis, baiulis et universis officialibus per totum iustitiariatum Barensem et Basilicatam constitutis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Mandamus et precipimus, quatinus nullus de cetero clericus seu persona ecclesiastica conveniatur civiliter seu criminaliter coram iudice seculari, nisi civiliter super feodis. 30

Data in castris prope Ceperanum, 28. Aug. 3. indict.

In eundem modum scriptum est omnibus iustitiariis regni.

N. 19. Raynald p. 406. Gregorius etc. Friderico etc. Si Anna discessum Tobie filii sui non sustinens patienter, mox lacrymis effluebat; si more impatiens, exiliens quotidie circuibat vias omnes, per quas reditum anxie prestolando, et tandem in supercilio montis sedens, viso de longinquo filio redeunte, 35 inexplicabili gaudio exultavit: quanto nunc tripudio hilarescat mater ecclesia, que filium excelsum pre regibus terre, de regione dissimilitudinis ad se recipit redeuntem, quis valeat verbis, vel litteris explicare, cum non sit hominis etiam affectus proprios perfecte posse depromere per affatus? Magnificat quidem anima nostra Dominum, et exultat spiritus noster in Deo salutari, qui deprecationes nostras et misericordias suas a nobis 40 non amovens, cordi tuo misericorditer inspiravit, ut anime tue saluti, dignitatis honori, et multorum quieti provide consulens, ad pie matris gremium devote redires, que in expectatione tui maternis affectibus cruciatibus cruciata, sepe pro tua conversione thus orationis Domino suppliciter adolevit, et immolavit lacrymabiliter vitulos labiorum, multorum filiorum periculum perhorrescens. Nunc autem, quia maius gaudium est an- 45 gelis Dei super uno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta novem iustos qui se autumant penitentia non egere, iubilat ecclesia generalis, eo quod tenebrosus turbo, qui pene involverat omnem terram, luci cedit optate, fragorque horride tempestatis, que multis excidium minabatur, arridente serenitatis gratia subsilescit.

Nos etiam salutis et honoris tui profectum sinceris affectibus cupientes, Altissimi 50 misericordiam humiliter imploramus, ut qui te revocavit ad vitam, det virtutis constan-

tiam revocato, quatenus ubi abundavit dilectio, abundet et gratia, et precedens lapsus te reddat in omnibus cautiorem, quia proculdubio non est amor, qui possit equari materno, nec ullius efficacior erga te, quam ecclesie affectus gratie valeat inveniri. Ipse quoque, fili karissime, parti tue adesto solicitus, ne de cetero patiaris te abduci vel seduci pravis consiliis perversorum, qui non que tua, sed que sua sunt, inique querentes, fascinare te gestiunt; ut exasperes matrem tuam. Ceterum cum in solemnitate tam celebri, tam solemni, quando te quasi in novum hominem reformato gloriatur celestis curia, et seculum iucundatur, magnificentiam tuam munificis deceat affluere beneficiis pietatis, eo quod non solum christiani principes, sed etiam pagani, qui veram Dei notitiam non habebant, in suis solemnitatibus tenebantur liberare captivos; nos qui pro captivis et afflictis orare tenemur, precum nostrarum primitias affectione plenissimas imperiali mansuetudini duximus destinandas; pro speciali munere postulantes, et adiurantes per illum angelum, quem Dominus ad anime ac corporis tui custodiam deputavit, ne, quod absit, contristes eundem, qui precipue de tua conversione letatur, quatenus in hac solemnitate, que specialis est festivitas angelorum, comitis Thome, et quondam Raynaldi de Aversa filios nobis liberaliter largiaris, eos ad nostram presentiam remittendo: quia licet secundum formam pacis a principibus acceptatam de ipsorum liberatione non fuerit dubitatum, si nunquam tamen tractatum fuisset, nequaquam eos ecclesie negare te decet, que tibi potest in longe maioribus respondere. Ut quid enim illi affligantur ulterius, cum te iam non oporteat in aliquo dubitare; qui habens manum ecclesie adiutricem, ubique ac undique secura potes gaudere quiete? Nobis siquidem principaliter atrocem irrogari reputaremus iniuriam, si contra te, quod absit, contingeret aliquid attentari.

Data Anagnie 5. Kal. Sept. pontif. nostri anno 4.

1230. Aug. 28.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex, .. illustri regi karissimo amico suo, salutem et sincere dilectionis affectum. Cum frequenter et dudum cor vestrum fuerit conturbatum super hiis que tum per apostolicas litteras tum per nostras de turbatione communi ubique terrarum exierant, consequens est et dignum, ut vos reformate pacis nova letificent et omnis que potuit inhesisse turbatio sopiatur. Noveritis igitur, quod per illius gratiam qui procellam convertit in auram, et dissidentium mentes in unam conciliat voluntatem, facto publice ac solemniter, sicut a catholico principe fieri debuit, quod forma ecclesie requirebat, vigesimo octavo preteriti mensis Augusti per venerabiles viros apostolice sedis legatos Iohannem Sabinensem episcopum, et Thomam tituli sancte Sabine presbyterum cardinales, presentibus principibus et diversarum gentium multitudine infinita, cum generali totius christianitatis tripudio fuimus absoluti. Deinde, ut post absolutionem ex omni presentia corporum, mentium serenitas gratius sequeretur, primo Septembris apostolicam sedem adivimus, et sanctissimum patrem dominum Gregorium Dei gratia summum pontificem vidimus reverenter. Qui affectione paterna nos recipiens, et pace cordium sacris osculis federata, tam benevole, tam benigne propositum nobis sue intentionis aperuit de ipsis que precesserant, nil omittens, et singula prosequens evidentis iudicio rationis, quod etsi nos precedens causa commoverit, vel rancorem potuerit aliquem attulisse, sic benevolentia, quam persensimus in eodem, omnem motum lenivit animi, et nostram amoto rancore serenavit adeo voluntatem, ut non velimus ulterius preterita memorari, que necessitas intulit, ut virtus ex necessitate prodiens operaretur gratiam ampliorem. Remisimus autem specialiter singulis, et generaliter universis, qui contra nos olim summo pontifici adheserunt, et in iis et aliis que sibi grata fuerunt, apostolice condescendimus voluntati; habentes eum in omni reverentia, qua sibi tanquam unico et universali patri tenemur, et nos ei pro devoto ecclesie filio exhibentes in eo vinculo caritatis, quo sacerdotium et imperium ad invicem sunt coniuncta. Super quibus omnibus, quia vos cupimus nostrorum esse participem gaudiorum, dilectionem vestram plene certam fieri volumus et iocundum.

Sept. No. 20.

Gregorius etc. illustri regi Francorum. Ecclesiam suam Dominus continua pietate custodiens, quam in multis sibi miserationibus desponsatam tanta caritate complectitur, ut ipsa levam eius sub capite suo sentiens et dexteram in amplexu, letabunda dicat: dilectus meus inter ubera mea commorabitur, ne dimittam illum donec me introducat in

No. 21.

1230. sue cubiculum genitricis! sepe ipsam temptari permittit, ne sibi forsan innoxia videatur set erudita potius ad salutem, terrena despiciat et celestia concupiscat, et ad supernam patriam ardenter aspirans, defleat incolatum suum cum habitantibus Cedar esse diutius prolongatum. Verumptamen ne nimio timore deterrita in exercitatione plus debito perturbetur, nequaquam eam Dominus ultra temptari patitur quam valeat sustinere, set faciens cum temptatione proventum, ipsam misericorditer consolatur, ita ut et eadem gratanter exultans, cantet Domini misericordias in eternum. Sane satis nuper ecclesia temptata extitit et turbata, dum carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris semper augustus rex Sicilie, quem pre participibus suis honorans excelsum pre regibus terre fecit, seductus malivolis suggestionibus perversorum matrem spernere videbatur, multis ipsum nequiter instigantibus contra eam. Quare diversa dissidia pullulabant, ita quod gens exurgeret contra gentem, et opiniones bellorum multiplices tractarentur, ex quibus infinita multis poterant formidari pericula, quibus non compati nullatenus poteramus. Sed tandem magnificans Dominus facere nobiscum, magnificans Dominus facere cum illis, quare facti sumus letantes, multorum, ut confidimus, orationibus inclinatus, humiliavit cor principis, et ad matris gremium revocavit, dum mediantibus principibus Alamannie tam ecclesiasticis quam secularibus, tractatu pacis prehabito, et ab utraque parte communiter acceptato, idem ad mandatum ecclesie rediens humiliter et devote, absolutionis beneficium meruit obtinere; alias Dei et ecclesie beneplacitis hilariter se offerendo. Unde cum post nubilum gratius sit serenum, et gaudium acceptius post dolorem, mater ecclesia in tanti receptione filii merito iucundata, gratias agit ei, qui non in turbine, nec in igne, sed in sibilo aure tenuis apparere dignatus, pacem hominibus bone voluntatis reddidit salutarem. Verum quia commune pacis bonum gaudium debet esse commune, quod cunctorum desideriis fuerat expetendum, celsitudinem regiam rogamus, monemus, et hortamur in Domino, quatenus magnificans Dominum ex corde nobiscum, suppliciter postules ab eodem, ut pacem continuet, et confirmet, aliaque conservationi pacis cooperari modis quibus poteris non desistas, ita quod propitiationem divinam ex hoc uberius merearis, et nos sinceritatem tuam possimus merito commendare.

In eiusdem forma mandati scriptum est rectoribus fraternitatis Urbis.

Oct. 8. No. 22. Gregorius etc. rectoribus societatis Lombardie. Magnifica vestre devotionis obsequia, que in personis et rebus ecclesie Romane impendistis tempore opportuno, iugiter pre oculis mentis habentes, eorum non possumus oblivisci, sed de retributione condigna et superabundanti non desinimus cogitare, debitores nos merito reputantes ad omnia, que vobis procurare possumus profutura. Absit enim, ut ecclesia Romana ingratitudinis arguatur, que semper affluens gratia, gratiosis merita supplicum consuevit premiis largioribus superare. Sane cum karissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris semper augustus et rex Sicilie, viam pacis eligens tutiorem, se humiliarit in tantum, quod ad mandatum ecclesie rediens reverenter, meruerit a vinculo excommunicationis absolvi, forma pacis inter nos et ipsum mediantibus principibus Alamannie necnon venerabili fratre nostro .. Brixiensi episcopo qui vobis et pro vobis astitit fideliter et prudenter, tractata prius et multiplici munimine roborata, vobis et parti vestre sufficienter est cautum, quod nullatenus vos offendet; set remisit expresse, si eum forsitan offendistis. Quare non expedit ut exinde ullatenus dubitetis, cum nec leviter possetis offendi, quin graviter nos reputaremus offensos. Ideoque universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatinus in ecclesie Romane devotione inflexibiles persistentes, fide que per dilectionem operatur beneplacitis nostris obsequi studeatis, certi omnimodis et securi, quod grata vobis intendentes vicissitudine respondere, vos dignis prosequeremur retributionibus gratiarum. Et ecce ad maiorem cautelam tenores litterarum continentium cautionem nobis sub bulla nostra duximus destinandos. Qui sunt tales. Fridericus etc. (N. 2.) Tenor aliarum litterarum. In nomine Domini amen Bertoldus etc. (N. 5.) — donec satisfecerit. Tenor aliarum litterarum Nos I. etc. precipimus domino imperatori quod a die absolutionis etc. domino pape reservetur. (N. 12.)

Data Anagnie 6. Idus Octob. pontificatus nostri anno quarto.

SENTENTIA CONTRA INFEODATIONES DOTIS ECCLESIARUM.

1230. Sept.

Ex Meichelbeck historia Frisingensi T. II. p. **8.**, *collata cum Hundii Metropoli Salisburgensi p.* **109.**

5 Fridericus Dei gracia Romanorum imperator augustus, Ierusalem et Sicilie rex, dilectis fidelibus suis preposito, decano et universis ministerialibus ecclesie Frisingensis tam presentibus quam futuris imperpetuum. Ad hoc Rex regum et Dominus dominancium nos[a] ad obtinendum diadema imperii sublimavit, ut universis et singulis equitate servata, que in preiudicium ecclesiarum et personarum existencium in eisdem, quas manu 10 tenere ac[b] tueri tenemur, ab aliquibus temere attemptantur, provide ad earum comodum[c] revocemus, ut feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminucionem rerum temporalium incurrant; sed pocius imperialis sublimitatis[d] clemencia in libertatibus suis et iuribus salubriter et sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitnr sicut dilecto fideli nostro C.[e] preposito Inticense[f] didicimus referente, G.[g] quondam episco- 15 pus Frisingensis, civitatem Frisingensem ad ius et proprietatem Frisingensis[h] ecclesie dotis titulo pertinentem duci Bawarie in feodum duxerit[i] concedendam, in grave[k] Frisingensis ecclesie detrimentum, et idem prepositus super hoc coram nobis et principibus in curia nostra presentibus questione[l] deposita, cum instancia postulasset imperiali sentencia diffiniri, utrum hoc facere licuisset episcopo supradicto; nos tandem peticioni sue 20 benignum prebentes auditum, cum Aquilegiensi patriarcha et archiepiscopo Salzburgensi et episcopo Ratisponensi, et Austrie atque Meranie[m] nec non et Karinthie ducibus, et cum aliis nostris fidelibus, super hoc tractatum habuimus diligentem, ab universis et singulis, quid iuris esset, sollicite inquirentes. Et quia nobis visum fuit, quod infeodacio huiusmodi fieri non potuit, quia de iure non debuit, statuimus eam esse penitus irritandam[1]. 25 Quia vero civitas Frisingensis est sedes episcopalis et prima legittimaque dos ecclesie Frisingensis, ante ipsius dedicationem ad opus ministeriorum et luminarium eiusdem ecclesie legittime cum omni iure ac plenaria libertate collata, et propterea non licet eam cuiquam quoquam titulo infeodacionis conferri, nos apud Anagniam constituti, memorate civitatis infeodacionem sub quocumque titulo infeodacionis factam de principum predicto- 30 rum consilio imperialis nostre maiestatis auctoritate casssamus et decernimus esse nullam, eandem civitatem cum omni ea libertate quam ex antiquo habuisse dinoscitur, ad ius et proprietatem et usus debitos Frisingensis ecclesie legittime[n] revocantes. Nulli ergo hominum liceat omnino hanc nostram sentenciam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, mille marcas auri componat, me- 35 dietatem nobis, residuum ecclesie supradicte, sentencia eadem nihilominus in suo robore imperpetuum duratura. Ad huius autem sentencie nostre memoriam et stabilem firmitatem, presentem divalem[o] paginam fieri et bulla aurea typario[p] nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius quoque rei testes sunt hii: Eberhardus archiepiscopus Salzburgensis, Sifridus episcopus Ratisbonensis imperialis aule cancellarius, frater 40 Hermannus rector domus Theuthonicorum[q]. Pernhardus[r] dux Karinthie, Rudolfus comes de[s] Awichspurch, C. purchgravius de Nurnberch, Gebhardus[t] de Arinstein[u],

a) *deest M.* b) et *H.* c) commodum *H.* d) sublimitas *M.* e) *i. e.* Conrado. f) Indicense *H* g) D. *H. est* Geroldus. h) c. F. ad i. et p. F. *desunt M.* i) feudum duxit *H.* k) commune *H.* l) querela *H.* m) moraviae *H.* n) *deest M.* o) regalem *H.* p) typorio *M.* q) deuthunicorum *M.* r) berchtoldus *H.* 45 s) *deest M.* t) eb. *H.* u) aynstein *M.*

1) Prioris huius sententiae Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus, in litteris cassationis alienationum et excommunicationis contra invasores bonorum ecclesiae Frisingensis, datis apud sanctum Germanum sexto die stante mense Iunii, pontificatus domini Gregorii IX. papae anno 4. (1230 Iun. 6.) ita mentionem faciunt: „*cum in nostra et aliorum prin-* 50 *cipum praesentia dominus imperator, qui est animata lex in terris, in pleno consistorio sententialiter declaraverit et quasi pro lege promulgaverit, sedes episcopales nullatenus infeodari posse*" v. Meichelbeck T. II. p. 7.

1230. Sept. C. de Hohenloch, Engelhardus de Adelburch [a], Bernhardus de Hagenawe, Al. Rindelsmaul, C. de Weizenburch [b], Reimarus [c] de Prennenberch, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1230, mense Septembr. quarte indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gracia invictissimo Romanorum [d] imperatore semper augusto Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii 10. regni Ierusalem quinto [e], 5 regni vero Sicilie 32. feliciter, Amen.

Dat. per manum Sifridi Ratisbonensis episcopi et imperialis aule cancellarii, in castris prope Anagniam, anno, mense et indictione prescriptis.

a) adelburck *H.* b) wasserburck *H.* c) rennarus *H.* d) romano *M.* e) quanlito *H.*

Sept. 17.

HEINRICI REGIS SENTENTIA CONTRA SUCCESSIONEM FEMINARUM IN QUATUOR OFFICIA PRINCIPALIA, ET IN FEUDO. 10

Ex Erathi codice diplomatico Quedlinburgensi p. **150.** *Nro.* **48.**

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, gratiam suam et omne bonum. 15

Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod ad requisitionem talis a nobis lata fuit sententia et ab omnibus astantibus approbata, quod nulla virgo vel mulier in ullo quatuor officiatorum principalium, scilicet dapiferi, pincerne, camerarii, marschalci, ratione hereditatis succedere possit.

Preterea requisitum fuit et sententiatum, quod in generali nulla mulier in aliquo 20 feodo ratione hereditatis fratri suo succedere possit.

Mandamus itaque universis infeodatis et ministerialibus ecclesie in Quitelenburc, quatenus dilectam principem nostram, venerabilem abbatissam de Quitdelenburc, nullus ausu ductus temerario contra prelibatas sententias gravare vel molestare presumat. Quod qui attemptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum. 25

Testes qui interfuerunt hii sunt: venerabilis abbas sancti Galli; G. de Hohenloh; F. de Truhendingen; comes H. de Greffesbach; fratres de Grindelahe; comes H. de Valchenstein; pincerna de Quittelenburc; camerarius de Quittelenburc; B. de Dietfurte; O. de Quittelenburc; dapifer de Quittelenburc; Gerhardus de Quernberc; Iohannes de Widerstete; V. de Quittelenburc, et alii quam plures. 30

Dat. apud Nurmberc, anno dominice incarnationis 1230. 15. Kal. Octbr., ind. 3.

1231. Ian. 23.

HEINRICI REGIS SENTENTIA CONTRA COMMUNIONES CIVITATUM.

Editam ex autographis tribus, Moguntino in Gudeni codice dipl. T. I. p. **510.** *Wirceburgensi in Monumentis Boicis T. XXX. P. I.* 35 *p.* **167**. *atque Wormatiensi in Schannati hist. Wormatiensi, unde in Senkenbergii et Honthemii collectiones manavit probat. Nro.* **119,** *ope* **1**) *Registri litterarum ecclesiae Moguntinae annis* **1259—1284.** *exarati T. I. fol.* **144**. *quod in tabulario regio Wirceburgensi adser-*

vatum Boehmerus noster exscripsit, recognovimus. Authenticum Moguntinum, testantibus Monumentis Boicis T. XXX. P. I. pag. **167**. *iam in tabulario regio Monacensi extat.* 1231. Ian. 23.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus 5 ad quos presens littera pervenerit, gratiam suam et omne bonum.

Notum esse volumus universis, quod nobis apud Wormatiam curiam sollempnem celebrantibus, in nostra presentia petitum fuit diffiniri, utrum civitas aliqua vel oppidum in regno nostro constitutum, communiones, constitutiones, colligationes, seu coniurationes aliquas, quibuscumque nominibus appellentur, facere possent, vel ordinare. Super 10 quo principes nostros et ceteros proceres sacri palatii monuimus, tamquam qui universis sumus in iustitia debitores.

Ipsi igitur sententialiter [a] pronuntiando diffiniverunt [b]; quod nulla civitas, nullum oppidum, communiones, constitutiones, colligationes, confederationes, vel coniurationes aliquas, quocumque nomine censeantur, facere possent; eas penitus abiudicantes [c]; et 15 quod nos, sine domini sui [d] assensu, civitatibus seu oppidis in regno nostro constitutis auctoritatem faciendi communiones, constitutiones [e], colligationes, confederationes vel coniurationes aliquas [f], quecumque nomina imponantur eisdem, non [g] poteramus, nec debebamus impertiri; et quod dominis [h] civitatum et oppidorum sine nostre maiestatis assensu similia in suis civitatibus facere non licebat.

20 Hanc autem nostre maiestatis sententiam perpetuam firmitatem habere volentes, ipsam dilecto principi nostro, Sifrido [i], sancte Moguntine sedis venerabili archiepiscopo, nostro sigillo fecimus roborari [k].

Testes hii sunt: Theodericus [l] Treverensis [m] archiepiscopus, Heinricus Coloniensis archiepiscopus, Conradus abbas sancti Galli, Otto comes Palatinus Reni, Matheus dux 25 Luthuringie [n], Heinricus dux de Lymburch [o], Heinricus comes Seinensis [p], Lutherus comes de Hare, Waleramus de Lymburch [q], Gerlacus de Budingen [r], et alii quam plures qui nostre sollempni curie interfuerunt.

Datum apud Wormatiam anno [s] Domini **1231**, decimo Kal. Februarii, indictione quarta [t].

30 a) sententiantes *Sch.* b) diffinierunt *Sch. M. B.* c) adiudicantes 1. *Sch.* d) *deest G.* 1. e) *deest G.* f) *deest G.* g) nec *M. B.* h) domino 1. *M. B.* i) Heinrico venerabili Wormatiensi episcopo. k) communiri *M. B.* l) sunt. Sifridus Moguntinus archiepiscopus. Heinricus Coloniensis archiepiscopus. Theodoricus Trevirensis archiepiscopus *Sch.* m) Trevirorum 1. n) lotharingiae *Sch. M. B.* o) limburch *Sch.* limburg *M. B.* p) seynensis *Sch.* q) woleramus de limburch *Sch.* walrammus de limpurg *M. B.* r) butingen *M. B.* s) a. 35 incarnationis domini *Sch.* t) III. *Sch.*

HEINRICI REGIS CURIA WORMATIENSIS.

1231. Apr. Mai.

Decreta huius curiae, quam maximi momenti in iure patrio et historia fuisse agnoscas, quantum pro temporum iniuria fieri potuit, collecta proponimus. Scilicet sententia de abolendo iure quodam civitatis Spi- 40 *rensis in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p.* **169**. *ex authentico archivi civitatis Spirensis vulgata est; sententiam de cambiis et denariis civitatum ex litteris Alberti archiepiscopi Magdeburgensis ad Hermannum Herbipolensem V. Cl. Oesterreicher tabulario regio Bambergensi praepositus, in libro „Inhalt einiger noch nicht bekannten Gesetze* 45 *des ehemaligen teutschen Reichs, Erlangen* **1809**. *in 8vo" pag.* **20**. *edidit; regis eadem de re mandatum ad omnes in Saxonia constitutos ex authentico in tabulario regio Magdeburgensi exscripsit Boehme-*

1231. Apr. Mai. *rus noster; statuta in favorem principum, collatis authenticis* 1) *Moguntino in Registro litterarum ecclesiae Moguntine sec. XIII. in tabulario regio Wirzburgensi a Boehmero exscripto* 2) *Trevirensi in Hontheimii historia Trevirensi T. I. p.* 708. 3) *Wirzburgensi in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p.* 173. 4) *Babenbergensi ut videtur in Cl. Oesterreicher libello s. c. pag.* 23. 5) *Augustano in Monumentis Boicis l. c. p.* 171. *et charta archivi Monacensis in Origg. Guelf. T. V. p.* 22. *iterum edimus. Sententia de constitutionibus vel novis iuribus a dominis terrarum (landesherrn) non condendis nisi meliorum et maiorum terre consensu primitus habito, qua quidem ius statuum terrae (landstände) ea in re iam illo tempore validum et sine dubio antiquissimum, scilicet a placitis pagensium descendens, agnoscitur stabiliturque, ex diplomate tabularii Wirzburgensis a Stumpfio exscripta et a Schultes in historia Coburgensi p.* 135. *et Cl. Oesterreicher l. c. pag.* 19. *est edita. Sententiam de iure principum muniendi civitates suas ex Meichelbeck hist. Frisingensi T. I. p.* 574. *proponimus.*

Apr. 29.

SENTENTIA DE PROBATIONE CRIMINIS WREVEL.

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit graciam suam et omne bonum. Inolevit quippe a longis retro temporibus in civitate nostra Spirensi, sicut inteleximus, quedam consuetudo detestabilis, pacis emula, divini et humani iuris inimica; hec scilicet, quod siquis alicui laicorum in minima denariorum quantitate solvere tenebatur, creditor debitorem, nulla vel modica monitione premissa, coram officiali sculteto Spirensi traxit in causam, conquerens ipsum contumaciter et violenter, quod vulgariter wreveliche [a] vocatur, pecunie sic debite solutionem neglexisse; a cuius instantia iudicii, reus nequaquam potuit absolvi, nisi ad minus per septem testimonia personarum, quas si reus ad expurgationem obiectorum non poterat producere, scultetus ipsum reum actori ad solvendum deducta [b] in iudicium condempnavit, et insuper iudex ipse pro contumatia sive violentia que wrevele dicitur, licet nulla esset, reo pro libitu pecuniariam [c] penam inflixit. Cum ad abolendam igitur huius inique consuetudinis corruptelam, dilectus princips [d] noster Berngerus venerabilis Spirensis episcopus, ad preces civium nostrorum Spirensium, communicato capituli sui consilio, provide statuerit, ut siquis laicorum aliquem in civitate nostra Spirensi iuxta casum prescriptum, coram sculteto Spirensi deinceps traxerit in causam, actori se tercio ad minus interposito, iuramentis incumbat onus probandi contumatiam sive violentiam que wrevele dicitur, quam reum dicit commisisse; alioquin reus elevata ad gloriosas sanctorum reliquias sola manu, intentionem actoris elidat, iurando se nichil debere, vel contumaciter aut violenter quod wrevele dicitur debitum se non tenere vel tenuisse, aut violentiam obiectam non commisisse. Verum cum etiam idem episcopus et cives nostri prenotati a nobis cum magna precum instantia postulaverint, ut abolitionem premisse consuetudinis inique auctoritate regia confirmare dignaremur, nos deliberato consilio principum, factum memorati episcopi nostri principis duximus confirmandum, et ad maiorem evidentiam presens scriptum sigillo nostre celsitudinis iussimus communiri et antefatis nostris civibus exhiberi. Testes qui interfuerunt hii sunt: S. Moguntinus, H. Coloniensis, Th. Trevirensis, et Madeburgensis archiepiscopi, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, H. Wirzeburgensis episcopus, H. Wormazensis, H. Argentinensis, B. Spirensis, Curiensis, et Augustensis, Laudunensis [e] episcopi; sancti Galli, Prumensis, C. de Wizenburc, sancti Cornelii, et de Gengenbach abbates; Brabanzie, Luthoringie, Meranie, et de Limpurch duces; comes Walrafen, Palatinus comes de Tuwingen, comes de Otingen, comes de Spanheim, comes de Kefernberc, comes de Hohstadt, comes de Harzburc, burgravius de Nurenberc, comes de Alsacia, comes Hir-

a) vnreveliche *Mon. B.* b) debita? c) pecunariam *M. B.* d) *ita M. B.* e) Lausanensis?

sutus, A. comes de Habesburc, A. comes de Kyburc, comes de Ferreto, H. et A. Nifarii, T. comes de Zolre, M. comes de Wilperc, G. comes de Eberstein, W. dapifer de Bonladia, marscalcus de Bappenheim, C. dapifer de Walpurc, C. pincerna de Wintersteten, et alii quam plures. 1231 Apr. 29.

5 Datum apud Wormatiam in sollempni nostra curia, anno dominice incarnationis 1231. 3. Kal. Maii, indictione quarta.

SENTENTIA DE CAMBIIS ET DENARIIS CIVITATUM[a].

Apr. 30.

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus, nobilibus, ministerialibus, civitatibus, oppidis, castris, villis et universis imperii fidelibus graciam suam et omne bo-10 num. Sepius coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore et nobis sentencialiter diffinitum est, ut[b] in civitatibus et aliis locis ubi propria et iusta moneta esse consuevit[c], nemo mercatum aliquem facere debeat cum argento sed cum denariis proprie sue monete; cambium quod vulgo dicitur Wehsel neque institor neque alius quivis mercatorum, sed ipse monetarius exercere debebit, vel is cui dominus permisit ex in-15 dulgencia speciali. Denarii preterea unius monete ita manifestis signis et ymaginum dissimilitudinibus distingui debent a denariis alterius monete, ut statim prima facie et sine difficultate aliqua ipsorum ad invicem discretio et differencia possit haberi. Ad hec, si aliquis cum falsis denariis fuerit deprehensus, penam falsarii sustinebit; nec proderit ei si dicat, se eos in publico et communi foro recepisse, nisi summa adeo modica fuerit, ut 20 novem denarios non excedat. Hic si eciam tercio[d] cum predicta summa vel citra inventus fuerit, tunc poterit quasi falsarius sine predicta exceptione vel excusatione iudicari. Hec igitur, sicut iuste et rationaliter diffinita sunt, sub optentu gracie nostre inviolabiliter observari precipimus in omnibus locis in quibus moneta principis frequentatur et habetur. Ad perpetuam denique firmitatem hanc nostre diffinicionis sive sentencie et protestacionis 25 paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Theodericus Treverensis, Heinricus Coloniensis, Sifridus Maguntinus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Bertoldus Argentinensis, Heinricus Wormaciensis, Sifridus Ratisponensis et imperialis aule cancellarius, . . Spirensis, Siboto Augustensis, Bertoldus Curiensis, Bonifacius Lausanensis episcopi; sancti Galli, Cono de Wizenburg abba-30 tes; laici vero Otto Meranie, Heinricus Brabancie, . . Lutharingie, Heinricus de Limpurg duces, Poppo de Hennenberc, Hermannus de Hartsburg, Guntherus de Kevernberg, Albertus de Weie, Thidricus de Honstein, Fridericus de Bichelingen, Heinricus de Swarzburg comites; Gunzelinus dapifer, Cunradus pincerna, Everhardus de Walpurg, Cunradus de Winterstete pincerna, et alii quam plures.

35 Data Wormacie 2. Kalendas Maii, indictione quarta.

MANDATUM DE CAMBIIS ET DENARIIS IN SAXONIA.

Apr. 30.

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, nobilibus, ministerialibus, civitatibus, opidis, castris, villis et universis imperii fidelibus in Saxonia constitutis.

Sepius coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore et nobis 40 sentencialiter diffinitum est, quod in civitatibus et aliis locis, ubi propria et iusta moneta esse consuevit, nemo mercatum aliquod facere debeat cum argento, sed cum denariis proprie sue monete. Cambium eciam, quod vulgo dicitur Wesle, neque institor neque alius quivis mercatorum, sed ipse monetarius exercere debebit, vel hiis[e], cui dominus permiserit ex indulgentia speciali. Denarii preterea unius monete ita manifestis 45 signis et ymaginum dissimilitudinibus distingui debent a denariis alterius monete, ut statim prima facie et sine difficultate aliqua ipsorum invicem discretio et differencia possit haberi. Ad hec si aliquis cum falsis denariis fuerit deprehensus, penam falsarii sustinebit; nec proderit ei, si dicat, se eos in publico et communi foro recepisse, nisi summa adeo modica fuerit, ut novem denarios non excedat. Hic si etiam tercio cum

50 a) *Litterae Alberti ita se habent:* Venerabili in Christo etc. *Oesterreicher p.* 20. — sigillata. H. Dei gracia *etc. usque* indictione quarta. Nos itaque *Oesterreicher p.* 22. — 1231. b) et *ed.* c) conswevit *ed.* d) tenis *ed.* e) *i. e.* is.

1231. Apr. 30. predicta summa vel citra inventus fuerit, tunc poterit quasi falsarius, sine predicta exceptione vel excusatione, iudicari.

Hec igitur sicut iuste et rationabiliter diffinita sunt, sub optentu gracie nostre inviolabiliter observari precipimus in omnibus locis, in quibus moneta Magdeburgensis frequentatur et habetur. Damus etiam potestatem nobili viro Hermanno comiti de Hartesberg, et fideli nostro Gunzelino dapifero, ut cum super hoc vel ambo vel alter eorum fuerit requisitus, auctoritate nostra huiusmodi sentencias faciant observari contra transgressores et inobedientes debitum iusticie vigorem exercendo. Ad perpetuam denique firmitatem hanc nostre diffinitionis sive sententie et protestationis paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Huius rei testes sunt: Theodericus Treverensis, Henricus Coloniensis, Sifridus Maguntinus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopi. Hermannus Herbipolensis, Bertoldus Argentinensis, Heinricus Warmaciensis, Sifridus Ratisponensis et imperialis aule cancellarius, . . Spirensis, Sibodo Augustensis, Bertoldus Curiensis, Bonifacius Lausanensis episcopi. Sancti Galli, Cono de Wicenburg abbates. Laici vero: Otto Meranie, Henricus Brabencie, ... Lutaringie, Henricus de Limburg, duces. Poppo de Hinnenberch, Hermannus de Hartsburg, Gunterus de Kevernberch, Albertus de Wie, Thidericus de Honsten, Fridericus de Bichlinge, Henricus de Suarsburg, comites. Guncelinus dapifer, Conradus pincerna, Everhardus de Walburg, Conradus de Wintersteden pincerna, et alii quam plures.

Datum Warmacie 2. Kal. Maii, indictione 4.

Mai 1.

STATUTUM IN FAVOREM PRINCIPUM.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex [a] semper augustus, universis [b] fidelibus suis gratiam suam et omne bonum.

Volentes principes nostros ecclesiasticos et mundanos ceterosque [c] fideles regni nostri in sua libertate [d] servare [e] et modis omnibus confovere, de regia [f] nostra munificentia [g] gratiam eis fecimus, quam a civitatibus nostris eisdem volumus inviolabiliter observari. Statuentes in primis, quod nullum novum castrum vel civitatem in preiudicium principum construere debeamus. Quod [h] nova fora antiqua non [i] possint aliquatenus impedire. Item ut [k] nemo cogatur ire ad aliquod forum invitus. Item ut [l] antique strate non declinentur, nisi de [m] transeuntium voluntate. Item in civitatibus nostris bannitum miliare deponatur. Item unusquisque principum libertatibus, iurisdictionibus, comitatibus, centis, liberis sibi vel infeodatis, utetur quiete secundum terre sue [n] consuetudinem [o] approbatam. Item centgravii [p] recipiant centas a domino terre, vel ab eo, qui per dominum terre fuerit infeodatus. Item locum cente nemo mutabit sine consensu domini terre. Item ad centas nullus [q] synodalis vocetur. Item cives, qui phalburgere [r] dicuntur, penitus deponantur. Item census frumenti, vini, pecunie, vel alii quos rustici constituerunt [s] se soluturos [t], relaxentur, et ulterius non recipiantur. Item principum, nobilium, ministerialium [u], ecclesiarum homines proprii [v] non recipiantur in civitatibus nostris. Item principibus, nobilibus, ministerialibus, ecclesiis proprietates et feoda per civitates nostras [w] occupata [x] restituantur, nec ulterius occupentur [y]. Item conductum principum per [z] terram eorum, quam [*] de manu nostra tenent in feodo, per nos vel per [a] nostros non impediemus vel infringi [b] patiemur. Item non compellantur aliqui per scultetos nostros ad restitutionem eorum, que [c] a longinquo [d] tempore [e] receperant ab hominibus, priusquam se in nostris civitatibus [f] collocarent. Item in civitatibus nostris nullus terre dampnosus, vel [g] a iudice dampnatus, vel proscriptus, scienter [h] recipiatur; recepti convicti eiciantur. Item nullam novam monetam in terra alicuius principis cudi faciemus, per quam [i] moneta principis deterioretur. Item civitates nostre iurisdictionem suam [k]

a) r. et s. 3. 4. 5. b) u. regni sui f. g. 3. 4. u. imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa, gratiam 5. c) c. f. r. n. *desunt* 5. d) l. et honore s. 3. 4. 5. e) conseruare 5. f) regali 3. 4. 5. g) m. n. 5. h) quoniam 5. Item quod 3. 4. i) fora 5. k) *deest* 3. 4. l) *deest* 2. 3. 4. 5. m) *deest* 2. n) *deest* 2. o) conswetudinem 3. 4. p) centegrauii 5. q) nemo 2. sinodalis 5. r) phalburgenses 2. phalburgare 5. s) c. hactenus 3. 4. 5. t) solituros 1. 5. u) *deest* 5. v) p. in c. n. non r. 3. 4. p. in n. c. non r. 5. w) *deest* 2. x) n. indebite o. 5. y) u. r. nec o. 5. z) p. t. e. *desunt* 5. *) quem 4. 5. a) *deest* 3. 4. b) i. nec infrigi 5. c) qui 4. d) longo 5. e) t. ab h. p. q. se in n. c. c. receperant. 3. 4. f) c. n. 5. g) seu 5. h) *deest* 5. i) q. monetam moneta 5. k) *deest* 1.

1231. Mai 1.

extra civitatis sue[a] ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat iurisdictio specialis[b]. Item in civitatibus nostris[c] actor forum rei sequatur, nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus, quo casu respondeat ibidem. Item in[d] civitatibus nostris nemo recipiat in pignore bona quibus quis infeodatus est, sine consensu et manu domini principalis. Item ad opera civitatum nullus cogatur, nisi de iure teneatur. Item homines[e] advocatitii in nostris civitatibus residentes, antiqua et debita[f] iura persolvant, neque indebitis exactionibus molestentur. Item homines proprii[g], advocaticii, feodales, qui ad dominos suos transire voluerint, ad manendum a[h] nostris officiatis non artentur[i].

Talibus autem beneficiis dilectos nobis[k] honorabiles principes maiestas decrevit[l] regia prevenire[m], salvis privilegiis a patre[n] nostro obtentis et ab eo vel a nobis in posterum obtinendis[o]. Eodem quoque iure gaudere volumus vassallos[p], ministeriales, homines et civitates nobis et imperio attinentes.

Testes[q] sunt hii: Sifridus Maguntinus[r] electus, Th. Treverensis[s], A. Magdeburgensis, H. Coloniensis, archiepiscopi; H. Wirceburgensis[t], H. Wormaciensis, . . Argentinensis, . . Spirensis, . . Augustensis[u], . . Curiensis episcopi; . . sancti Galli, . . Wizenburgensis[v] et . .[w] Brumiensis[x] abbates; Meranie[y], Luturingie[z], Brabantie[*] duces; et alii quam plures.

Data apud Wormaciam in curia sollempni[a], anno Domini[b] 1231. Kal. Maii, indictione 4.

SENTENTIA DE IURE STATUUM TERRAE.

Mai 1.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Notum esse cupimus universis, quod nobis apud Wormaciam curiam solennem celebrantibus, in nostra presentia petitum fuit diffiniri, si aliquis dominorum terre aliquas constitutiones vel nova iura facere possit, melioribus et maioribus terre minime requisitis. Super qua re, requisito consensu principum, fuit taliter diffinitum, ut neque principes neque alii quilibet constitutiones vel nova iura facere possint, nisi meliorum et maiorum terre consensus primitus habeatur[c]. In huius itaque sententie robur perpetue valiturum presentem literam conscribi et sigillo nostro fecimus communiri. Testes sunt hii[d]: Sifridus Maguntinensis[e] electus, . . Magdeburgensis, . . Trevirensis archiepiscopi; Herbipolensis, . . Ratisponensis sive imperialis aule cancellarius, . . Wormatiensis, . . Curiensis episcopi, et alii quam plures.

Data apud Wormatiam anno Domini 1231. Calendas[f] Maii, indictione 4.

SENTENTIA DE IURE MUNIENDARUM CIVITATUM.

Mai 1.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus praesens scriptum ostensum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod coram principibus, nobilibus et familiaribus curiae nostrae subscriptis talis lata sententia fuit et ab omnibus approbata: quod quilibet episcopus et princeps imperii civitatem suam debeat et possit, ad opus et obsequium imperii et ipsius, in fossatis muris et in omnibus munire. Inde est, quod authoritate praesentium dilecto principi nostro venerabili Frisingensi episcopo liberam authoritatem dedimus aedificandi civitatem et montem Frisingensem ad commodum et obsequium imperii et ecclesiae ipsius; et ad maiorem evidentiam praesens scriptum sigillo nostrae celsitudinis communitum, memorato episcopo et ecclesiae suae iussimus exhiberi. Testes qui interfuerunt sunt hi: venerabiles Moguntinus, Treverensis, Magdeburgensis, archiepiscopi; Wormacensis, Erbypolensis, Curiensis, Augustensis, episcopi; Lotaringiae, de Lempurch, Meraniae duces; Walerammus Palatinus comes, comes de Oetingen, burchgravius de Nurenberch, et alii quam plures.

Dat. apud Wormaciam Kal. Maii, indict. 4.

a) *deest* 2. s. c. 3. 4. 5. b) specialiter 5. c) n. c. 5. d) in c. n. *desunt* 3. 4. 5. e) omnes 2. f) d. aduocacie iura 3. 4. 5. g) propriis 4. h) in 2. i) arctentur 2. 4. k) nostros 5. l) decuit 2. m) prouenire 4. n) a genitore nostro 5. a nostro genitore optentis 3. 4. o) optinendis 3. 4. p) uasallos 1. 2. 4. q) Testes *usque* quam plures *desunt in* 5. r) Moguntinensis 2. s) Treuirensis 2. 3. t) Wirtenbergensis 2!! u) *deest* 1. 2. v) Wirtenbergensis 2 !! w) H. et 2. *deest* 3. x) brumensis 1. 2. y) *deest* 2. z) lotharingie 2. lothoringie 3. 4. *) bravancie 3. 4. a) in c. s. *desunt* 5. b) dominice incarnacionis 5. c) *ita charta; at* habeatur. In huius *correxit* STUMPF. d) *ita haud dubie legendum.* hy OESTERR. *et* SCHULTES. e) moguntinensis SCHULTES. f) calendus SCHULTES. May *ed.*

1231. Iun. 2.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE BONIS HERETICORUM.

Ex authentico tabularii civitatis Wormatiensis descripsit eam nobisque transmisit Boehmerus noster, quum antea in Moritzii libro de Wormatia pag. **160.** *edita fuisset.* 5

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus, universis hoc scriptum cernentibus graciam suam et omne bonum. Quesitum fuit Wormatie coram nobis in sententia: Cui de iure cedere deberent cuiuslibet hominis bona, qui propter heretice pravitatis errorem condempnaretur ad mortem. Abbas vero sancti Galli requisitus, talem promulgavit sententiam, approbatam ab omnibus: Quod heredes condempnati bonis eius 10 deberent hereditariis ac patrimonio gaudere, beneficiis eius similiter ad ius et potestatem dominorum, a quibus habebant, redeuntibus; domino vero, cuiuscunque esset homo condempnatus, bonis eius mobilibus innitente; hoc tamen excepto, quod sumptus ad incendium hereticorum faciendi et merces comitis de bonis etiam forent mobilibus recipienda. Super quo presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri testimonio communiri. 15

Testes: Sifridus Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, Wernherus de Bonlanden imperialis aule dapifer, Gotefridus de Randeggen, Heinricus de Oppinheim et Sifridus de Lutra sculteti, Rindismula et quam plures alii.

Datum Wormacie, 4. Non. Iunii, indictionis 4.

1231. Iun. 29.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE HEREDITATE HOMINUM ECCLESIARUM. 20

Pridem in Besoldi documentis redivivis T. I. p. **495.** *editam, iam ex tabulario regio Stuttgardiensi diligentissime descriptam et emendatam Viro Cl. Kausler Serenissimi regis Wirtembergensis tabulario debemus. Inscriptio eiusdem fere aevi in dorso chartae ita se habet:* 25

PRIVILEGIUM H. REGIS DE PROPRIIS HOMINIBUS ECCLESIARUM QUI AD CIVITATES FUGIUNT.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis inperii fidelibus, quibus presens littera fuerit exhibita, gratiam suam et omne bonum. Ad requisitionem dilecti nostri conventus in Mulinbrunn, talis coram nobis lata est sententia, et ab omni- 30 bus astantibus approbata: ut si qua ecclesiarum proprium hominem habuerit, qui ad civitatem aliquam se transtulerit, et sine herede decesserit, digno suo iure eidem ecclesie non obligato, omnes proprietates ipsius, ipsa ecclesia cuius fuisse dinoscitur, hereditet, pleno iure. Ad cuius facti prehennem memoriam et robur perpetuo valiturum presentem litteram conscribi fecimus, et premisse ecclesie in testimonium assignari. 35

Dat. apud Eberbach, anno incarnationis Domini 1231, 3. Kalend. Iulii, indictione 4.

1232. Ian.

CURIA RAVENNAE.

Pertinent ad eam constitutio contra communiones civitatum, edicta contra hereticos, et lex contra guerras in comitatu Provinciae.

Constitutio contra communiones civitatum, qua Heinrici regis 5 *sententia anno superiori lata confirmatur, diversorum episcopatuum in usum diverso tempore locoque est edita; Ravennae scilicet et mense Decembri anni* **1231**. *pro ecclesia Bisuntina, prout ex indicibus archivi Bisuntini Boehmerus noster intellexit; Ravennae mense Ianuario anni* **1232**[1] *pro ecclesia Bremensi aurea bulla munita* 10 *servatur* **1**) *in tabulario regio Hannoverano, et*[2] **1b**) *apographum eius in copiario Bremensi sec. XIV. unde loci aliquot in authentico corrosi suppleri possunt. Prodiit inde in Maderi Antiqq. Brunsvicensibus secundae editionis a.* **1678**. *pag.* **257**. **2**) *pro ecclesia Coloniensi, edita in Apologia des Ertzstifftes Cöllen p.* **11**. **3**) *pro eccle-* 15 *sia Wormatiensi habetur in Schannat hist. Wormatiensi p.* **110**. *indeque repetita est in Senkenbergii collectione; Aquileiae mense Aprili anni* **1232**. *pro ecclesia Moguntina apud* **4**) *Schilterum in editione chronici Iacobi de Königshofen pag.* **618**. *indeque in Lünigii Reichsarchiv T. VII. p.* **403**. *adsumta; pro ecclesia Ratisbonensi* 20 *vitiose edita in* **5**) *Riedii codice dipl. T. I. p.* **367**. *et pro ecclesia ut videtur Trevirensi in* **6**) *Hontheim hist. Trev. T. I. p.* **711**. **7**) *apud Portum Naonis mense Maio a.* **1232**. *pro ecclesia Mettensi, cuius authenticum aeque ac regium Hannoveranum nobis ad manus fuit. Usi sumus praeterea* **8**) *apographo seculi XIII. in codice bibliothe-* 25 *cae Palatinae Vindobonensi inter libros Iuris canonici Nro.* **127**. *in* **4**[to] *fol.* **69—71**. *obvio, in quo nonnulla hinc inde vocabula omittuntur, cuius tamen lectiones proxime ad Ratisponense exemplar accedunt.* **9**) *Constitutionis ipsius in Foro Iulii mense Maio a.* **1232**. *editae fragmentum, vel potius excerptum, pessime descriptum habe-* 30 *tur apud Schannatum in Vindemiis T. I. p.* **196**. *cuius universa vitia afferre operae pretium minime fuisset.* **10**) *Codex monasterii Wilhering in Austria initio et fine carens sec. XV. a Chmelio nostro exscriptus, plurimum chartis* **2—8** *consentit. Extat praeterea formula, a V. Cl. Dollinero professore doctissimo Vindobonensi nobiscum com-* 35 *municata, in codd. bibl. Palatinae Vindobonensis Philolog. Nro.* **305**. *fol.* **19**. *Nro.* **61**. *fol.* **55**. *Nro.* **411**. *p.* **18**. *in quorum uno Wilhelmi nomen loco Friderici perperam scribitur. Quibus subsidiis, praesertim autographis Hannoverano et Mettensi, muniti, novam editionem instituimus.*

Ravenne 1231. Dec. — Ravenne 1232. Ian. — Aquileiae 1232. Apr. — Port. Naonis 1232. Mai. — Foro Iulii 1232. Mai.

40 *Constitutio contra Patarenos de verbo ad verbum edictum anni* **1220**. *Nov.* **22**. *Nro.* **5**. *et* **6**. *exprimit, adiecta in fine sententia „Adicimus — restricture." Proponimus eam ex Monumentis Boicis T. XXX. I. p.* **184**. *ubi authentico Wirzburgensi desumta legitur; mandatum eadem de re mense Martio editum, ex authenticis* **1**) *praedi-*

45 1) annus quidem 1231 scribitur in authentico, legendum tamen esse 1232 ex indictione et annis imperii et regni patet. 2) Schannat edidit 1233, sed 1232 legendum esse iam inde redit, quod Fridericus anno 1233 mense Maio in Sicilia commoratus est.

1232. Ian.

catorum Bremensium, quod in tabulario civitatis Bremensis repertum eidem praefectus V. Cl. Heinricus Smidt I. U. D. nostrum in usum descripsit, atque 2) praedicatorum Wirzeburgensium et 3) Ratisponensium in Monumentis Boicis T. XXX. I. p. **186—190.** *editis proponimus.*

Legem contra civitates comitatus Provinciae ex Papon histoire de Provence T. II. p. **64.** *adsumsimus.*

EDICTUM CONTRA COMMUNIA CIVITATUM.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem [a] et Sicilie rex. Cum [b] Romane monarchiam [c] dignitatis, ipso actore [d] per quem reges regnant et principes optinent principatus, qui super gentes et regna constituit sedem [e] nostram, principaliter teneamus, et simus in potestatis plenitudine constituti, imperatoriam condecet maiestatem, eos per quos cepit [f] et in quibus consistit nostre glorie plenitudo [g], qui et vocati sunt nobiscum in partem sollicitudinis, cum [h] a nostra celsitudine decus recipiant et decorem, non solum in suis [i] antiquis iuribus tueri pariter ac [k] fovere, immo quantum equitas sinit [l] et permittit racio [m], novis et honestis tam iuris quam gratie muneribus [n] decenter et honorabiliter [o] decorare. Sane cum ex neglectu [p] iuris pariter et defectu in [q] partibus Alemannie [r] adeo in usum redacte sint [s] quedam consuetudines detestande, ut boni [t] spetiem [u] preferentes, iniquitatem quodam falso pallient velamento, quibus et principum [v] imperii iuri [w] detrahitur et honori, et imperialis nichilominus per consequens [x] auctoritas enervatur, nostre incumbit sollicitudini [y] precavendum, ne huiusmodi consuetudines, quas censemus pocius [z] corruptelas, in diuturniora [*] tempora protrahantur. Volentes igitur, ut libertates et dona que dilecti nostri et imperii principes ex dono nostri imperialis [a] culminis nunc possident, et sunt pro tempore possessuri, latissima interpretatione gaudeant, et quieta omnimode [b] ipsi principes ea possideant libertate, hac nostra edictali sanctione revocamus [c] in irritum et cassamus in [d] omni civitate [e] vel [f] oppido Alemanie [g], communia, consilia, et [h] magistros civium [i] seu rectores, vel alios quoslibet [k] officiales, qui ab universitate civium [l] sine archiepiscoporum vel [m] episcoporum [n] beneplacito statuuntur [o], quocumque pro [p] diversitate locorum nomine censeantur. Irritamus nichilominus et cassamus cuiuslibet artificii confraternitates seu societates [q], quocumque [r] nomine vulgariter [s] appellantur. Item hac nostra edictali [t] sanctione placuit statuendum, ut in omni civitate vel oppido ubi moneta iure cuditur, nec mercimonia [u] nec victualia [v] aliquo argenti pondere vendantur [w] vel emantur, preter quam illis denariis [x], qui cuilibet [y] civitati vel oppido sunt [z] comunes. (pag. 281.) Sicut enim temporibus retroactis ordinatio civitatum, et bonorum omnium, que ab imperiali celsitudine [*] conferuntur [a], ad archiepiscopos et episcopos pertinebat, sic eandem ordinationem ad ipsos [b], et eorum [c] officiales ab eis [d] specialiter institutos [e], perpetuo volumus permanere [f]; non obstante abusu aliquo, si quis in aliqua civitate forte [g] contrarius extitisset, quod de facto potius quam de iure cense-

a) *deest* 2. b) *Hic incipit* 10. Cum — decorare. *omissa in* 4. c) marchiam 2. d) autore *vel* authore *vel* auctore 2. 3. 6. 8. 9. e) c. secundum normam principalem 5. f) caeperit 6. g) celsitudo 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. h) ut 9. i) in a. s. 6. k) et 3. 5. 6. 7. 8. 9. l) fauet 9. m) r. n. et h. *desunt* 9. n) m. in partibus alemaniae condecorare sed adeo *media desunt* 2. o) fauorabiliter 6. m. tam decenter quam honorifice 9. p) defectu i. p. et neglectu 3. 4. 5. 6. 7. 8. defectu . . . . hac nostra edictali (*v. lin.* 25.) 9. *media ibi desunt.* q) *deest* 3. r) alamanniae 2. Alamannie *corr.* Alemannie 7. s) s. r. 2. 3. 4. 5. 8. sunt r. 6. t) ut iniqui boni sp. 8. u) spem 5 v) et p. et i. 8. w) nostri 5. x) actoritas 7. per consequens 4. 5. 6. 7. y) celsitudini 8. z) c. quas desuetudines censemus pocius, in 7. *) in diuturna 2. 6. 7. introducantur mora 5. a) *deest* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. b) omnimodo 2. omnimodis 3. 4. 5. 6. 7. omnimoda 8. c) dampnamus pariter et c. 9. d) *deest* 5. e) civitati 5. f) et 3. 6. 9. g) alamanniae 3. h) *deest* 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. i) ciuium qui sine archiepiscoporum *media desunt* 2. civium qui ab universitate archiepiscoporum 9. *media desunt.* k) quoscumque 8. l) *deest* 3. m) seu 5. n) e. consilio vel beneplacito statuuntur, damnamus etiam sacrificium (*lege* artificii) et c. 9. *media desunt.* o) statuantur 6. p) propter diversitatem 7. per d. 4. 5. 6. 8. q) societates seu fraternitates q. v. n. 8. r) q. per diuersitatem locorum nominum censeantur 4. *tunc tota sententia* Irritamus appellantur *ut in textu repetitur.* quae in giulzge vulgariter appellantur 9. *corruptissima lectio. Reliqua desunt praeter infra allata.* s) uulgaliter censeantur 7. t) *deest* 5. s. e. 6. u) v. n. m. 7. v) vectigalia 2. w) e. seu v. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. x) *deest* 6. y) ciuibus 8. z) *deest* 5. sint communes 7. *) altitudine 8. a) confirmiter 5. b) ipsorum 5. c) eorundem 6. d) ipsis 6. e) constitutos 8. f) pertinere 3. 5. 8. g) *deest* 4.

1232. Ian.

mus. Ut igitur talis omnino removeatur enormitas et abusus, nec auctoritatis[a] aliquo velamine pallietur, omnia privilegia, litteras apertas et[b] clausas, quas vel[c] nostra pietas, vel predecessorum nostrorum, archiepiscoporum etiam[d] et[e] episcoporum, super societatibus, comunibus, seu consiliis, in preiudicium principum et imperii, sive private persone dedit, sive cuilibet[f] civitati, ab hac die in antea in irritum revocamus[g], ac[h] frivola penitus et inania iudicamus. Protestantes hanc[i] nostre constitutionis, sive[k] sanctionis seriem[l], ex decreto principum et ex[m] nostra certa[n] scientia, in forma iudicii processisse[o]. Statuimus igitur et imperiali sanccimus edicto, quatinus nulla[p] persona[q] alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis[r], huic nostre constitutioni vel[s] sanctioni, ullo advenienti[t] tempore aliquatinus[u] contraire vel obviare presumat. Quod qui[v] presumpserit, preter indignationem nostri[w] culminis, sciat se quinquaginta[x] librarum auri puri, pena multandum[xa], quas fisco nostro volumus applicari[y]. Ad[z] huius autem[*] constitucionis et sanctionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presentem divalem[a] paginam fieri, et bulla[b] aurea typario[c] nostre maiestatis impressa[d] iussimus communiri[e]. Huius[f] rei testes sunt: B. patriarcha Aquilegensis, A. Madeburgensis[g], . .[h] Ravennas et B.[i] Panormitanus archiepiscopi[k]; E.[l] Babinbergensis, H. Wormaciensis, S. Ratisponensis[la] episcopus imperialis aule cancellarius, . . Brixinensis, . . Osemburgensis[m], . . Reginus[n], . . Ymolensis[o], . . Mutinensis, . . et Faventinus episcopi; A. dux[p] Saxonie, O. dux[q] Meranie[r], et B. dux Karinthie[s], comes[t] H. de Hortenberch, comes H. de Nassowe[u], comes S.[v] de Spanaym[w]. H. frater eius, comes[x] L. de Hohenstat, G. de Harneysten[y] sacri imperii in Ytalia legatus[z], Warnerius[*] de Bollandia, Gunzolinus[a], Riccardus[b] camerarius[c], et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti (L. M.) Ierusalem et Sicilie regis[d].

Ego Syfridus[e] Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, vice[f] domni[f*] H.[g] Coloniensis archiepiscopi in Ytalia archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1232.[h] mense Ianuarii[i] 5. indictionis, imperante domino nostro Friderico[k] Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Ierusalem et Sicilie rege, anno[l] imperii eius duodecimo[m], regni Ierusalem septimo, regni vero[n] Sicilie tricesimo quarto[o], feliciter Amen.

Dat.[p] Ravenne[q] anno mense et indictione prescriptis[r].

CONSTITUTIONES CONTRA HERETICOS.

Febr. 22.

Incipiunt capitula constitutionis contra patarenos edite per dominum Fridericum illustrem Romanorum imperatorem semper augustum Ierusalem et Sicilie regem. Ca-

a) actoritatis 7. auctoritas 8. b) uel 5. c) *deest* 5. d) *deest* 6. e) uel 7. f) ciuibus ciuitatis abhac et in antea 8. g) reputamus 5. 8. vocamus 6. h) et 5. i) ac 6. hac nostre protestationis seriem 7. k) seu 2. 3. 4. 5. 6. 8. l) s. exquisitam ex 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. m) *deest* 5. n) *deest* 7. c. n. 6. o) *sequentia omnia desunt* 4. *praeter notam editoris de Dato et quibusdam subscriptionibus infra allatam.* p) n. omnino 2. 3. 5. 6. 7. 8. n. oracio 10. q) *deest* 2. 3. 5. 8. 10. r) mundana 7. mundana persona 2. 3. 5. 6. 8. 10. s) seu 2. 3. 5. 6. 7. 8. t) adveniente 5. 6. adventu temporis 2. u) aliquatenus 2. 6. 7. v) Q. si quis 8. w) i. nostram 5. 6. 8. x) quadragintarum 6. quadraginta 5. 7. xa) multandum 7. y) *hic explicit* 10. z) Ut igitur cesset omnis ambiguitas hanc paginam conscribi iussimus et bulla aurea typario n. m. i. fecimus consignari 9. *) igitur 7. a) dominicalem 2. *deest* 5. b) bullae aureae 6. et sigillo maiestatis nostre i. c. 7. c) dipario 5. d) impresso 5. 8. e) *reliqua desunt in* 8. f) H. autem rei testes sunt . . . . . sanctae Moguntinae. C. sancti Petri Coloniensis archiepiscopi. Item Aquileiensis et alii episcopi. Laici . . . . . et alii plures 9. *lectio corruptissima.* Testes autem huius rei sunt 7. g) Magdeburgensis 3. 6. 7. maidburgen. 5. h) O. 5. 6. i) P. 5. k) archiepiscopi. S. Ratisp. ep. Imp. a. cancellarius. E. Pabimbergensis Wormaciensis 7. l) *deest* 2. 3. G. 5. la) *Ratisponensis Wormatiensem antecedit* 2. 3. 5. 6. m) Osemburgensis. Curiensis. Reginus 2. 5. 6. 7. n) curiensis 3. o) *deest* 7. p) *deest* 7. q) *deest* 7. r) moraviae 2. 5. 6. s) Karinthie duces 7. t) H. comes de Ortemberc 7. H. de Ortenberck 2. Orthenberch 5. u) nasowe 7. ramsawe 5. N. C. de Hoenlohe. S. de Spaneim 2. 3. (Hoenloch) 5. (honenloh) 6. (hohenloc) v) *littera excisa* 7. w) Spanehim et 7. Sponheim 6. x) et L. de Hoenstat comites 2. 3. 5. (hohenstät) y) Harnestet 7. arnestein 2. 3. 5. harenstein 6. z) legatus G. de Holtvilla 7. *) G. 2. 3. 5. 6. 7. a) Gunzulinus 7. b) Riccardus imperialis aulae c. 2. 3. 5. 6. c) camerarii 6. d) r. magnifici 2. 3. e) siffridus 7. siffridus dei gratia R. 2. 3. s. dei gratia R. 9. f) vice — archicancellarii *desunt* 9. f*) domini venerabilis Coloniensis 2. 3. g) S. venerabilis Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi 7. Syfridi Moguntini archiepiscopi in Germania archicancellarii recognovi 5. 6. (archiepiscopi Moguntinensis) h) primo 1. secundo 2. 3. 5. 6. 7. Domini MCCXXXIII. 9. i) Maii 7. Maio imperante Friderico invictissimo imperatore Ierusalem et Siciliae rege. anno Romani imperii eius XIII. Feliciter 9. Aprilis 5. 6. k) F. secundo 5. 6. 7. l) A. Romani i. 5. 6. 7. m) XXII. 6. n) *deest* 7. o) XXXIII. 5. p) Dat. ap. Aquilegiam A. D. 1232. m. April. 5. indict. Subscripserunt praeter principes eccl. A. Saxoniae, O. Meraniae et B. Carinthiae duces, comites plures etc. 4. q) apud Aquilegam 5. apud Aquilegiam 6. aput Portum Naonis 7. in Foro Iulii. *reliqua desunt* 9. r) articulatis 2. praetitulatis 3.

1232. Febr. 22. tharos, patarenos, speronistas, leonistas, arnaldistas, circumcisos, et omnes hereticos utriusque sexus[a] quocumque nomine censeantur perpetua dampnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur, ita quod filii ad successionem eorum pervenire non possint, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspi- 5 cione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque persone, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tamquam infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc eos sicut hereticos condempnamus. Statuimus etiam hoc edicto inperpetuum valituro, ut potestates et consules seu rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei 10 prestent publice iuramentum, quod de terris sue iurisdictioni subiectis universos hereticos, ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt. Ita quod amodo quandocumque quis fuerit in potestatem perpetuam vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Alioquin neque pro potestatibus, neque pro consulibus habeantur, eorumque sententias ex tunc decernimus irritas et inanes. Si vero do- 15 minus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam, qui eam exterminatis hereticis, absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent; salvo iure domini principalis, dum modo super hoc nullum prestet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat; eadem nichilominus 20 lege servata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes preterea, receptatores, defensores, et fautores hereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur, sit etiam intestabilis nec testa- 25 menti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat; nullus ei preterea super quocumque negotio, set ipse aliis respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, eius sententia nullam optineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per illum, nullius penitus sint momenti. Adicimus insuper, quod he- 30 reticus convinci per hereticum possit, et quod domus patarenorum, receptatorum, defensorum et fautorum eorum, sive ubi docuerint aut manus aliis imposuerint, destruantur, nullo tempore restricture.

Dat. Ravene, 22. Februarii, 5. indiccionis.

Mart. Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Ierusalem et Sicilie 35 rex, dilectis principibus suis[b], venerabilibus archiepiscopis, episcopis, aliisque prelatis ecclesiarum, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, scultetis, burgraviis, advocatis, iudicibus, ministerialibus, officialibus, et universis per totum imperium constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Commissi nobis celitus cura regiminis, et imperialis, cui dante Domino presidemus, fastigium dignitatis, 40 materialem quo divisim a sacerdotio fungimur gladium adversus hostes fidei et in exterminium heretice pravitatis exigunt[c] exerendum, ut vipereos perfidie filios contra Deum et ecclesiam insultantes, tamquam materni uteri corrosores, in iudicio et iusticia persequamur; maleficos vivere non passuri, per quorum scientiam seductricem mundus inficitur, et gregi fidelium per oves has morbidas gravior infligitur[d] corruptela. Statuimus 45 itaque sanctientes, ut heretici, quocumque nomine censeantur, ubicumque per imperium ab ecclesia[e] dampnati fuerint et seculari iudicio assignati, animadversione debita puniantur. Si qui vero de predictis, postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendam penitentiam in perpetuum carcerem retrudantur. Preterea quicumque heretici reperti fuerint in civitati- 50 bus, oppidis, seu locis aliis imperii, per inquisitores ab apostolica sede datos, et alios orthodoxe fidei zelatores, hii qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inquisitorum et aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur, et captos artius custodire, donec per censuram ecclesiasticam condempnatos dampnabili morte perimant,

a) s. q. *desunt in Mon. Boicis; inserenda tamen erant. cf. a.* 1220. b) *deest* 2. c) *deest* 1. d) infligi 2. 55
e) d. f. ab e. 2.

1232. Mart.

qui fidei et vite sacramenta dampnabant. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fovendum hereticorum errorem callidi hostis astutia suscitat advocatos, vel [a] parat illicitos defensores, maxime cum facinus quos inquinat equet, nisi monitione premissa destiterint, et eorum vite duxerint consulendum. Eos preterea qui convicti in uno loco de heresi ad alia loca se transferunt ut cautius possint effundere virus heretice pravitatis, debitam vindictam [b] subire censemus, ubi super hoc per viros ab eodem errore conversos ad fidem nec non et [c] alios qui eos de heresi convicerunt, quod in hoc casu licite concedimus faciendum, evidens testimonium habeatur. Item mortis sententie duximus addicendos [d], si quos hereticorum ad iudicium tractos iu extremo vite periculo heresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit et fide mentita convinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidivam; ut sibi dampnabilius iniquitas sit mentita, et penam debitam mendatium non evadat. Omne insuper proclamationis et [e] appellationis benefitium ab hereticis, receptatoribus et fautoribus eorundem penitus amovemus, volentes ut de finibus Alemannie [f], in quibus semper exstitit fida fides, heretice labis genimina modis omnibus deleantur. Ceterum quia, quanto maiora divine nutu [g] miserationis accepimus, et altiorem locum pre filiis hominum optinemus, tanto devotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando igitur in nostri maledicos nominis nostri culminis excandescit [h] auctoritas, si lese [i] magestatis reos in personis eorum et suorum liberorum exheredatione [k] dampnamus, multo dignius iustiusque contra divini blasphematores nominis, et catholice detractores fidei provocamur, eorundem hereticorum, receptatorum, fautorum, et advocatorum suorum heredes et posteros, usque ad secundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis et honoribus imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis, continuo merore tabescant. Vere scientes, quia Deus zelotes est peccata patrum in filios potenter ulciscens. Nec id a misericordie [l] finibus duximus excludendum, ut siqui paterne heresis non sequaces, latentem patrum [m] perfidiam revelarint [n], quacumque reatus illorum animadversione plectatur, predicte privationi non subiaceat innocentia [o] filiorum. Ad hec [p] notum fieri volumus universis, priorem et fratres ordinis predicatorum de Prema [q] pro fidei negotio in partibus Teutonie [r] contra hereticos deputatos fideles nostros, ceteros quoque qui ad hereticos iudicandos accesserint et convenerint, nisi eorum aliqui ab imperio sint proscripti, eundo, morando, et redeundo, sub nostra et imperii speciali defensione receptos, et quod eos [s] apud omnes sub ope ac recommendatione fidelium imperii, esse volumus inoffensos; universitati vestre mandantes, quatinus quocumque et apud quemcumque vestrum [t] pervenerint, benigne recipiatis eosdem, et [u] personas eorum ab incursu hereticorum eis insidiantium conservantes indempnes, omne consilium, ducatum, et auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Domino negociis exequendis. Hereticos vero quos deprehenderint et ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes diligenti custodia detinendos, donec post ecclesiastice dampnationis iudicium penam subeant quam merentur. Sciturі, quod in executione ipsius negocii gratum [v] Deo et laudabile coram nobis conferetis obsequium, si ad abolendam de partibus Alemannie novam et insolitam heretice infamiam pravitatis, opem et operam una cum eisdem fratribus prestiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens et [w] remissus, inutilis coram Domino [x] et in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere.

Datum Ravenne, anno dominice incarnationis 1232, mense Marcii, 5. indictionis.

LEX CONTRA GUERRAS IN COMITATU PROVINCIAE.

Mart.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus etc. Sicut dignum est vassalos et subditos fidem puram, devotionem sinceram suis dominis exhibentes, dignis meritorum premiis honorari, ita videtur consentaneum rationi, infideles ac indevotos privari concessis beneficiis, et subiici debite ultioni. Quapropter hac lege in comitatu Provincie ac Fulcalkerii perpetuo valitura sancimus, ut si qua universitas vel communitas vel singularis persona, feudum vel terram seu iurisdictionem vel sinioriam vel

a) et 1. b) c. s. v. 2. c) per 2. d) adicendos 1. e) ac 2. f) alamanie 2. *ita et infra.* g) tuitu 2. h) exscandescat 1. i) r. l. m. 2. k) exhereditatione 2. l) matris ecclesie 1. m) patris 1. n) reuelarunt 1. o) innocentiam 2. p) hoc 1. q) Wirceburc 2. Ratispona 3. r) theotonie 2. 3. s) *deest* 2. 3. t) nostrum 3. u) *deest* 3. v) g. coram d. 1. w) vel 2. 3. x) *deest* 1.

1232. Mart.

ea que consistunt in mero imperio vel mixto vel modica cohercione tenens a comite Provincie et Fulcalkerii, in dictis comitatibus vel in aliquo predictorum, absque imperiali licentia et mandato, guerram et seditionem, spreta fide et religione prestiti iuramenti, movit vel moverit in futurum, sacramenta, conspirationes, factiones vel illicitas societates inivit, vel inire ausu temerario actentabit contra predictum comitem, imperii nostri devotum fidelem, omnibus que tenet et habet supradictis vel aliis quibuscumque modis in dictis comitatibus, postquam de eorum nequitia patuerit, ipso iure priventur, et ea omnia ad comitatum et dictum comitem devolvantur. Ad huius itaque rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri iussimus maiestatis nostre sigillo munitum . . . . .

Datum Ravenne, anno dominice incarnationis 1232. mense Martii, 5. indictione.

1232. Apr.

MEDIATIO INTER FRIDERICUM ET HEINRICUM.

Ex Riedii codice diplomatico Ratisbonensi T. I. p. 366.

Nos Bertoldus patriarcha Aquilegiensis, G. Salzeburgensis et A. Magdeburgensis archiepiscopi, E. Pabembergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, H. Herbipolensis et H. Wormaciensis episcopi, C. electus Frisingensis, C. abbas sancti Galli, A. dux Saxonie, O. dux Meranie, et B. dux Carinthie. Tronus imperialis, cui velut capiti membra coniungimur, sic nostris insidet humeris, et nostra compage firmatur, ut et imperium quadam excellenti maiestate preemineat, et noster ab eo refulgeat principatus. Nos quoque ad subeunda secum sollicitudinis onera tenemur, qui tranquillum statum et regimen sedis sue diligimus pacis et iusticie cultibus inherere. Per hoc itaque presens scriptum notum fieri volumus modernis et posteris universis, quod nobis in Foro Iulii aput Sibidacum[b, 1] assistentibus serenissimo domino nostro Friderico secundo Dei gratia inclito Romanorum imperatori semper augusto Ierusalem et Sicilie regi, dominus Henricus illustris Romanorum rex, filius eius, nos cum multa precum instancia requisivit et requirendo rogavit, quatenus coram predicto domino imperatore genitore suo mediatores essemus pro eo, et iuraremus, quod si contingeret, dictum regem non tenere, nec conservare capitula, que dicto domino imperatori patri suo iuravit et fide data promisit secundum continenciam scriptorum, que communiter habent, et contra ea venerit, quod absit, nos ad insinuacionem et requisicionem, quam dominus imperator per certos et speciales nuncios et litteras suas nobis faciet, simus cum eo et assistamus ei contra eundem regem filium suum ad paternum beneplacitum et mandatum, et ex tunc idem rex a iuramento fidelitatis, quo sibi tenemur, absolvit, ut inde simus penitus absoluti. Nos autem pro generali commodo et honore imperii, et unanimitate ipsorum dominorum nostrorum, ad nimiam instantiam et preces regis iuravimus formam predictam solempniter coram patre, et, sicut tenemur, observabimus bona fide. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri iussimus sigillis nostris munitum.

Actum apud Sibidacum in Foro Iulii anno dominice incarnationis 1232. mense Aprilis, 5. indictionis[c].

a) *legendum* E. (Eberhardus). b) *ita hic et infra Ried.* c) *appendent sigilla Salzburgensis archiepiscopi, Sifridi episcopi Ratisp:, Hermanni epi. Herbipol., Heinrici epi. Wormat., Cunradi electi Frising., Cunradi abbatis S. Galli, equestre Ottonis ducis Meraniae palatini Burgundiae, et equestre Bernhardi ducis Karinthiae.* RIED.

1) Sibidatum, Cividatum, Civitas Austriae, iam Cividale prope Utinum.

CURIA SIBIDATI.

1232. Mai.

Confirmavit in ea Fridericus filii sui statutum in favorem principum in curia Wormatiensi anni superioris editum. Cuius confirmationis plura exempla pro singulis Germaniae ecclesiis confecta esse videntur; scilicet apud Sibidatum 1) *pro ecclesia Moguntina quod in tabulario regio Monacensi adservatur et in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. pag.* 191. *typis vulgatum est,* 2) *pro ecclesia Treverensi apud Hontheim hist. Trev. T. I. pag.* 711. 3) *exemplar ut videtur Argentoratense, ab Obrechto descriptum in Schilteri institt. iuris publici T. II. pag.* 117. *Curia iam dimissa, Utini confecta sunt* 4) *Magdeburgense exemplar, quod in domo civium Halensi aurea bulla munitum inspexi, saepius editum sed sub dato mensis Martii, quum autographum clarissime m e n s e M a d i o habeat, editum ab Heineccio, Dreyhaupt, Wiedeburg in annalibus litterariis Halensibus a.* 1756, *cuius errores nuperrime notavit V. Cl. Förstemann in „Neue Mittheilungen des Thüringisch-Sächsischen Vereins" T. I. pag.* 105. *Inscribitur manu paullo recentiori:* De statutis XIII. articulis, videlicet de nullo castro vel ciuitate construendis in fundo ecclesiarum etc. 1232. 5) *exemplar Wirceburgense aurea bulla munitum, quod in tabulario regio Monacensi adservatur, editum a V. Cl. Oesterreicher l. c. p.* 26. *et in Monumentis Boicis l. c. p.* 194. 6) *exemplar Wormatiense a Schannato in hist. Wormatiensi p.* 111 *editum.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex.

Excelsa nostri sedes imperii exaltatur, ac principalia moderamina imperii [a] in omni iusticia et pace disponimus [b], cum ad nostrorum iura principum et magnatum debita provisione prospicimus, in quibus, velut honorabilibus membris insidet caput, ita [c] nostrum viget et consistit imperium, et tanta [d] cesaree magnitudinis moles regit et evehit [e], quorum humeris innititur [f] et portatur. Noverit [g] igitur presens etas et futura posteritas, quod in Foro Iulii, apud Sibidatum [h], una cum dilecto filio nostro Heinrico Romanorum rege convenientes, rogati per principes et magnates quorum ibidem diligenda nobis aderat multitudo, ut gratiam eis ab eodem rege, filio [i] nostro, in generali [k] curia Wormacie [l] indultam, nostre auctoritatis munimine prosequi dignaremur; dignum duximus eorum precibus favorabiliter annuendum, utpote qui non indigne in eorum promocione, nostrum et imperii statum intendimus commode [m] promovendum.

Concedimus igitur, iuxta quod idem rex filius noster noscitur concessisse, ac [n] perpetue confirmacioni [o] donamus, statuentes: quatenus nullum novum [p] castrum vel civitas, in fundis ecclesiarum, vel occasione advocatie, per nos vel per [q] quemquam alium sub pretextu quolibet construantur [r].

Item: Quod nova fora non possint antiqua aliquatenus impedire.

Item. Nemo cogatur ad aliquod forum ire invitus.

Item. Strate antique non declinentur nisi de transeuncium voluntate.

Item. In civitatibus nostris novis bannitum miliare deponatur.

Item. Unusquisque principum libertatibus, iurisdictionibus, comitatibus, centis, sive liberis vel [s] infeodatis, utatur [t] quiete secundum terre sue consuetudinem approbatam.

a) regiminis 4. 5. 6. b) disponuntur 4. c) *deest* 6. d) tante 2. e) e. eos q. 4. 6. f) nititur g) *hic incipit* 3. h) sibidacum 2. i) r. dilecto f. 4. 5. 6. k) regali 2. l) wormaciensi 2. 4. 5. m) commodius 6. n) et 2. o) confirmacionis 1. 3. concessioni 4. p) *deest* 6. q) *deest* 2. 4. 6. r) construatur 2. 4. 6. s) sive 6. t) utetur 2. 3. 4. 5.

1232. Mai

Item. Centumgravii recipiant centas a domino terre, vel ab eo qui per dominum terre fuerit infeodatus.

Item. Locum cente nemo mutabit sine consensu domini terre.

Item. Ad centas nemo sinodalis vocetur.

Item. Cives qui phalburgere [a] dicuntur, penitus eiciantur.

Item. Census vini, pecunie, frumenti, vel alii quos rustici constituerunt [b] hactenus [c] se soluturos, relaxentur, et ulterius non recipiantur.

Item. Principum, nobilium, et ministerialium ecclesiarum homines proprii in civitatibus nostris non recipiantur.

Item. Principibus, nobilibus, ministerialibus, et ecclesiis proprietates et feoda per civitates nostras occupata restituantur, nec ulterius occupentur.

Item. Conductum principum per terram eorum, quam [d] de manu nostra tenent in feodo, vel per nos vel per nostros non impediemus, vel [e] infringi paciemur.

Item. Non compellantur aliqui [f] per scultetos nostros ad restitucionem [g] eorum que a longinquo tempore ab hominibus receperant [h] priusquam se in nostris [i] civitatibus collocarent, nisi homines ipsi fuerint imperio immediate subiecti, quos [k] tenebuntur iuvare [l] super eorum iure, in foro eorum in quorum terris talia sunt percepta.

Item. In civitatibus nostris nullus terre dampnosus, vel a iudice dampnatus, vel proscriptus, recipiatur scienter; recepti, convicti, eiciantur.

Item. Nullam novam monetam in terra alicuius principis cudi faciemus, per quam moneta eiusdem principis deterioretur.

Item. Civitates nostre iurisdictionem suam ultra civitatis ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat iurisdictio specialis.

Item. In civitatibus nostris actor forum rei sequetur [m], nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus; quo casu ibi [n] tenebitur respondere.

Item. Nemo recipiat in pignore bona quibus quis infeodatus sit [o], sine consensu et manu domini principalis.

Item. Ad opera civitatum [p] nemo [q] cogatur, nisi de iure teneatur.

Item. Homines in nostris civitatibus residentes consueta et debita iura de bonis extra civitatem suis dominis et advocatis persolvant, neque indebitis exactionibus molestentur.

Item. Homines proprii, advocaticii, feodales, qui ad dominos suos transire voluerint [r], ad manendum per officiales nostros non artentur.

Ad huius itaque [s] concessionis et confirmacionis nostre memoriam et stabilem firmatem presens privilegium fieri fecimus maiestatis nostre sigillo munitum.

Huius autem rei testes sunt S. [t] Maguntinus archiepiscopus, B. patriarcha Aquilegensis [u], Salseburgensis [v], Magdeburgensis, archiepiscopi; E. [w] Papimbergensis [x], S. [y] Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Herbipolensis [z], H. Wormaciensis episcopi, Frisingensis [*] electus, abbas sancti Galli, A. Saxonie [a], O. Meranie [b], et B. Karinthie duces [c]. Comes H. de Hortenberc, comes A. de Scovenburch, comes Seine, Gerlacus de Butingen, G. de Bollandia, Gunzelinus, G. et C. de Hohenloe [d], pincerna de Winterstet, pincerna de Clingeburc [e], Richardus camerarius; et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti Ierusalem et Sicilie regis.

a) phalburgenses 2. falburger 6. b) constituerint 6. c) *deest* 6. d) quae . . . tenetur 4. (H.) e) nec 3. f) *deest* 1. 2. 3. g) requisicionem 1. 2. 3. h) recipiunt 2. i) c. n. 6. k) quos — iuvare *desunt* 6. l) iurare 1. m) sequatur 4. 5. 6. n) ibidem 2. o) fuerit 4. p) civitatis 3. q) nullus 2. 3. 4. 5. r) noluerint 3. s) itaque rei stabilem f. p. p. f. iussimus et sigillo maiestatis nostre fecimus communiri 6. iussimus bulla aurea typario nostre magestatis impressa munitum 4. fecimus bulla aurea typario nostre maiestatis imppressa munitum 5. t) Sigifridus 6. u) aquilegiensis 2. 6. v) salzeburgensis et m. 5. 6. g. salzemburgensis et a. m. 4. w) C. 1. 3. P. 4. x) papibergensis 5. 6. y) et 6. z) H. Wormatiensis et Herbipolensis 4. 6. *) C. Frisingensis electus 4. 6. a) A. dux Saxonie 2. 3. 4, b) moraviae 2. O. dux meranie et b. dux carinthie 5. c) H de H. et A. de S. — comites. G. et C de Hoenloch. G. de buningen. Guarnerius de bollandia. Gentzolinus. Pincerna de Winterstet. Burggravius de Nuremberc. Pincerna de Clingenberc et alii quam plures 4. marchio de Baden. Comes H. de Hortemberc. Comes Adolphus de Scohumburc. Comes de . . de Waldeberc. Gerllacus de Butingen. G. et C. de Hohenlloe. Wernarus de Bollandia. Pincerna de Winterstet. Pincerna de Clingeburg. Riccuardus camerarius et alii quam plures 5. duces. Marchio de Baden. Marchio de Burgowe. Comes H. de Hortemberg. Comes Adolphus de Schoemburch. G. et C. de Hoenloch. G. de Butingen. Wernherus de Bolandia. Guntzelinus. Pincerna de Winterstet. Burgravius de Nuremberg. Pincerna de Clingenberg. Riccardus camerarius; et alii plures 6. d) hohenloch 2. e) klingenburc 2. clingenburc 3.

Ego Siffridus* Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, vice domini Siffridi Maguntini archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi. 1232. Mai.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1232. mense Maii, 5. indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore 5 semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege; anno Romani imperii eius duodecimo[a], regni Ierusalem septimo, et regni Sicilie tricesimo quarto[b], feliciter amen.

Datum apud Sibidatum[c] in Foro Iulii[d], anno, mense, et indictione prescriptis.

*) S. Dei gratia R. 5. 6. a) XXII. 2. b) tricesimo quinto 4. c) Utinum 4. 5. 6. d) in f. i. *desunt* 4.

CURIA APUD PORTUM NAONIS.

1232. Mai.

10 *Conditum ibi[1] foedus cum Ludovico, Galliae rege, Martenius in Coll. ampl. T. I. p.* **1157.** *ex codice Colbertino vulgavit; sententiam de divisione hereditatis et de translatione bonorum censualium ex chartis Hensleri primus edidit V. Cl. Carolus Stüve, consul Osnabrugensis, in Mösers Osnabrücksche Geschichte T. III. p.* **296.**

15 PACTUM CUM LUDOVICO IX.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Sincere dilectionis affectus, quem ad carissimum amicum nostrum et fratrem Ludovicum regem Francorum illustrem habuimus et habemus, sollicite nos admonet et inducit, ut verum amicitie foedus, quod ei servavimus hactenus illibatum, stabilitate perpetua 20 fortius roboremus et firmiter innovemus. Noverint igitur universi, presentes pariter et futuri, quod nos subscriptam confoederationem et amicitiam cum prefato rege et ipsius heredibus postmodum duximus iniendam. In primis non erimus dicto, facto, vel assensu, qualiter[a] idem rex et heredes eius vitam aut honorem amittant, seu captionem corporum habeant, et si aliquod istorum sciverimus, illud disturbabimus bona fide. Quod 25 si disturbare non poterimus, significabimus eis, aut alicui vel aliquibus personis bona fide, que hoc valeant disturbare, seu per aliquam vel per aliquas personas significabimus ipsis eisdem. Item non consentiemus, quod de imperio nostro, et hominibus eiusdem imperii nostri, alicui vel aliquibus, qui contra predictum regem et eius heredes in personis honoribus et terris eorum quicquam fecerint, vel facere attentaverint, tam de personis 30 quam de rebus aliquod subsidium tribuatur, sed prorsus inhibebimus, quod non fiat, et ne fiat disturbabimus bona fide. Insuper nos homines regni sui vel ad regnum suum pertinentes, contumaces, aut eidem rebelles, seu moventes guerram contra ipsum regem et heredes ipsius, vel foribannitos regni sui, non receptabimus, nec receptari faciemus, nec in imperio nostro ubi potestatem habeamus, per nos aut amicos nostros sustinebi- 35 mus receptari, postquam idipsum ex parte ipsorum nobis fuerit intimatum; sed eos ubicumque inveniri poterunt per imperium nostrum capi faciemus in rebus pariter et personis bona fide, ubi potestatem super hoc habeamus. De rege Anglie sic erit, quod nullam cum eo amicitiam seu confoederationem faciemus, nec a nostris fieri permittemus, ubicumque potestatem impediendi habeamus, sine voluntate predicti regis Francorum. Et 40 hanc confoederationem fecit nobiscum bona fide idem rex Ludovicus, quod non erit dicto, facto, consilio, vel assensu, qualiter nos et heredes nostri vitam aut honorem amittant, seu captionem corporum habeamus, et si aliquid istorum sciverit[b], illud disturbabit bona fide; quod si disturbare non poterit, significabit nobis, aut alicui vel aliquibus personis bona fide, que hoc valeant disturbare, seu per aliquam seu aliquas personas signi- 45 ficabit nobis ipsis. Item, non consentiet quod de regno suo et hominibus eiusdem regni sui vel aliquibus, qui contra[c] nos et heredes nostros in personis, honoribus, terris nostris quicquam fecerint vel facere attentaverint, tam de personis quam de rebus aliquod sub-

a) quatenus? b) *ita correxi.* sciunt *ed.* c) *ita correxi.* circa *ed.*

1) Portus Naonis hodie dicitur Pordenone, haud longe a Sacile victoria Serenissimi archiducis Io- 50 hannis a. 1809 inclyto.

1232. Mai. sidium tribuatur: sed prorsus inhibebit, quod non fiat, et ne fiat disturbabit bona fide. Insuper idem rex homines imperii nostri ad imperium nostrum pertinentes contumaces, aut nobis rebelles, seu moventes guerram contra nos et heredes nostros, vel foribannitos imperii nostri, non receptabit, nec receptari faciet, nec in regno suo ubi potestatem habeat per se aut homines suos sustinebit receptari, postquam idipsum ex parte nostra sibi 5 fuerit intimatum; sed eos ubicumque inveniri poterunt per regnum suum capi faciet in rebus pariter et personis bona fide, ubi super hoc potestatem habeat predictam. Itaque[a] confoederationem precepimus et iniunximus iurandam pro nobis et in anima nostra a dilecto familiari nostro magistro Henrico venerabili Catanensi electo, et Henrico de Aquisgrani camerario, fidelibus nostris. 10

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1232, mense Maii, 5. indictionis.

Datum apud Portum Naonis in Foro Iulii, anno, mense et indictione intitulatis[b].

SENTENTIA DE DIVISIONE HAEREDITATIS ET DE BONIS CENSUALIBUS.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. 15 Notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dilectus princeps noster Osnaburgensis episcopus in sollempni Ravenne curia principibus assistentibus coram nobis proposuit requirendo, si quis infra minores annos positus cum aliquo consanguineo suo bona pro indiviso possideat, deinde ad legitimam etatem perveniens, et id coram iudice probans, divisionem ipsorum bonorum petierit optinendam, et consan- 20 guineus contradicat, si fuerit divisio pronunciata per iudicem, tantum iuris ex illa sententia iudicis consequatur, quanto si de communi partium fieret voluntate. Quod eorundem principum dictante sententia extitit approbatum.

Item petiit, si libero censuali bona censualia sibi collata in hominem conditionis alterius liceat absque comitis vel conferentis voluntate transferre. Super quo sententiatum 25 est, non licere. Unde ad huius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus, sigillo nostro munitum. Huius rei testes sunt: B. patriarcha Aquilegensis, Magdeburgensis et Ravennas archiepiscopi, E. Babimbergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Wormatiensis, Brixinensis et Reginus episcopi; dux Saxonie, dux Meranie, dux Karinthie, comes H. de Waldeburch, comes H. de Ortenberc, comes Adolfus de Holsatia, 30 Gonzolinus[c] et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1232, mense Madii, 5. indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Ierusalem et Sicilie rege, anno Romani regni eius duodecimo, regni Ierusalem septimo, regni vero Sicilie tricesimo quarto feliciter Amen. 35

Data apud Portum Naonis, anno mense et indictione prescriptis.

1232. Mai. 13.

TRACTATUS CUM SOCIETATE LOMBARDIAE.

Proferimus eos ex Gregorii IX. Regestis T. III. fol. 83—85. *Anni VI. Nro.* 280; *unde et a Saviolio excepti sunt.*

TRANSCRIPTUM INSTRUMENTORUM CONFECTORUM INTER FRIDERICUM IMPERATOREM ET RECTORES SOCIETATIS LOMBARDIE. 40

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem 1232, indictione 5, die Iovis, 13. intrante mense Madii, temporibus domini Gregorii pape IX. et serenissimi domini Friderici Dei gratia Romanorum imperatoris ac semper augusti Ierusalem ac Sicilie regis, in civitate Padue apud episcopatum in sala domus domini Landi canonici Paduani, presentibus te- 45

a) Hanc itaque c. *legendum esse videtur.* b) pretitulatis ? c) gozolinus *ed.*

1232. Mai. 13.

stibus rogatis, scilicet domino Iacobo Dei gratia episcopo Paduano, domino Nicolao eadem gratia Regino episcopo, domino Iordano priore sancti Benedicti de Padua, magistro Rainerio capellano domini Iacobi Penestrini electi cive Placentino, magistro Egidio scriptore domini pape cive Romano, domino Oddone de Fontana cive Placentino, ma- 5 gistro Chazolo de Laudo, domino Alamanno de Crescenzano iudicibus potestatis Padue, et magistro Cognoscente de Florentia. Ad honorem omnipotentis Dei beatorumque apostolorum eius Petri et Pauli, et sanctissime matris nostre ecclesie, domini pape, venerabilium dominorum cardinalium, Iacobi Penestrini electi, et Ottonis sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, apostolice sedis legatorum, serenissimi domini Friderici 10 Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti Ierusalem ac Sicilie regis, et societatis Lombardie, Marchie et Romanie. Cum venerabiles cardinales domini Iacobus Penestrinus electus et Otto sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, apostolice sedis legati, sicut in sue legationis litteris plenius continetur, iamdiu requisissent, quod dominus Fridericus Dei gratia Romanorum imperator ex una parte, et infrascripti recto- 15 res et ambaxatores infrascriptarum civitatum, societatis Lombardie Marchie et Romanie, et ipse civitates et societas ex altera, super discordią que inter dominum imperatorem predictum et ipsam societatem verti videbatur, se committerent et compromitterent ipse imperator ex una parte et ipsi rectores et ambaxatores nomine sue civitatis singuli et nomine societatis universi in ipsos dominos legatos secundum formam articulorum seu capitulorum infe- 20 rius annotatam. Nomina quorum rectorum et ambaxatorum et civitatum hec sunt. Pro Mediolano dominus Rufinus de Mandello, Lampugnanus Marzelinus rectores, Guffredus de Pusterla et Henricus Gambadus iudex ambaxatores communis Mediolanensis; pro Brixia, dominus Ognabene de Pessagio iudex rector; pro Bononia domini Aimericus Arpinelli legum dominus et Ursolinus de Ursis rectores; pro Placentia dominus Lanfrancus de 25 Landedo rector; pro Padua dominus Guiffredus de Luzino Cumanus civis Padue potestas, domini Nicolaus Mathei de Flabiano iudex, Henricus de Manfredis rectores; pro Ferraria domini Guido Visdominorum Menaboi rectores; pro Faventia domini Gerardus Arcolai iudex, Guido de Marzano rectores; pro Cumis Petrus de Romano notarius nuntius et procurator ipsius communis de Cumis; pro Mantua domini Uguicio advocatus, 30 Martinus de Bonacosis rectores, qui ambo rectores de Mantua consenserunt et compromiserunt in antedictos dominos legatos super formam superius et inferius denotatam in omnibus et per omnia sequenti die Veneris inmediate 14. intrante Madio, in sala palatii domini episcopi Paduani que est versus meridiem, presentibus testibus rogatis, scilicet domino Nicolao episcopo Regino, domino Iordano priore sancti Benedicti de Padua, ma- 35 gistro Rainerio capellano predicti domini electi, magistro Egidio scriptore domini pape, magistro Cognoscente de Florentia, et domino Odone de Fontana de Placentia suprascriptis. Forma autem articulorum seu capitulorum hec est: Cum dominus Fridericus imperator gravissime a societate Lombardie Marchie et Romanie asserat se offensum, pro eo videlicet quod curiam suam, quam Ravenne indixerat pro succursu Terre Sancte dis- 40 positione imperii et aliis quibusdam necessariis et honestis, impedierunt, ut dicit, non permittendo venire filium suum et principes Alamannie per vias sive stratas imperiales ad ipsum nec adhuc permittant, quin immo et sibi et suis transitum impediant, ut proponit: econtrario vero societas dicatur timere de ipso, ne velit malum et gravamen inducere super eos, et ideo si qua faciunt vel fecerunt, pro defensione sua se facere asserant et 45 fecisse: et dominus papa cum fratribus suis attendens, quod ex hoc talis et tanta posset discordia surgere et iam esse in ianuis videbatur, que posset toti christianitati grave dispendium irrogare, precipue propter impedimentum subsidii Terre Sancte, ac volens tantis periculis precavere, dominum Iacobum Penestrinum electum et Ottonem sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconem cardinalem ad partes istas cum plene legationis offitio de- 50 stinarit, sicut in sue legationis litteris plenius continetur, requirunt prefati cardinales tanquam legati sedis apostolice et propter factum pacis specialiter destinati, ut super discordia supradicta ipsis legatis suo nomine et Romane ecclesie dominus imperator et prefata societas et civitates eiusdem societatis taliter se committant: scilicet quod de satisfactione idonea imperatori prestanda, de securitate eidem societati facienda et firmanda, et modo 55 adhibendo idoneo si imperator velit filio suo et principibus Alamannie venientibus ad ipsum a dicta societate liberum transitum exhiberi, primo tractetur per ipsos legatos inter imperatorem et societatem prefatam, et si de communi consensu poterit negotium

1232, Mai 13. expediri, Deo gratie referantur. Sin autem, iidem legati habeant potestatem, ut expositis omnibus que difficultatem habeant domino pape et fratribus suis, iuxta ipsius mandatum et consilium precipiant ordinent et disponant, quicquid ad sedandam discordiam et pacem firmandam viderit pertinere, super articulis supradictis. Et si inter imperatorem et memoratam societatem aliqui alii etiam articuli apparerent ex quibus posset discor- 5 dia generari vel foveri concepta, placeat ut eodem modo et ordine sopiantur. Ideoque venerabilis magister Hermannus, hospitalis sancte Marie Teutonicorum in Ierusalem nuntius et procurator serenissimi domini imperatoris prefati, sicut in litteris imperialibus bulla aurea bullatis sui mandati dinoscitur plenius contineri ibidem visis et lectis, procuratorio nomine imperatoris eiusdem et pro ipso imperatore ex una parte, et suprascripti 10 rectores et ambaxatores nomine dictarum civitatum et pro suis civitatibus ac pro ipsa societate ex altera, sicut erant quilibet a sua civitate super hoc specialiter deputati, ut ostendebant cuiuslibet civitatis rectores et ambaxatores, per publica instrumenta nomine sue civitatis cuiuslibet civitatis rectores et ambaxatores, et nomine societatis predicte insimul universi, ita tamen quod pro illis civitatibus, que licet sint vel fuerint de societate 15 que huic tamen commisso et compromisso non conveniunt cum eis, nullatenus teneantur, consenserunt et compromiserunt in prefatos dominos legatos; scilicet ipse magister Hermannus pro parte imperatoris ex una parte, et ipsi rectores et ambaxatores ex altera sicut erant deputati a suis civitatibus per predicta publica instrumenta, tamquam in iudices ordinarios vel arbitros seu arbitratores sive amicabiles compositores sicut res me- 20 lius valere poterit, secundum formam et articulos suprascriptos super negotio memorato, sollempniter promittentes dominis legatis prefatis, tam dictus magister Hermannus pro domino imperatore quam prefati rectores et ambaxatores nomine suarum civitatum et societatis prefate et invicem inter se, stare de predicto negotio eorum sententie arbitrio sive laudo sive amicabili compositioni ordinationi sive dicto mandato, voluntati sive pre- 25 ceptis in articulis suprascriptis, et generaliter eorum omnimode ordinationi, facte semel vel pluries, presentibus partibus vel absentibus, simul vel per partes, sicut eisdem legatis melius videbitur expedire, salva semper substantia forme superius nominate. Item promiserunt eodem nomine, scilicet prefatus magister Hermannus nomine domini imperatoris et pro ipso imperatore, et ipsi rectores et ambaxatores nomine societatis, ipsis 30 legatis pro se et Romana ecclesia recipientibus penam viginti milium marcarum argenti pro qualibet parte si contra facerent aut venirent, quecumque pars contrafaceret aut veniret. Quam etiam penam promiserunt pars parti vicissim stipulanti sollempniter, scilicet ipse magister Hermannus nomine imperatoris et pro ipso imperatore, et prefati rectores et ambaxatores nomine prescriptarum civitatum et societatis prefate, ita quod 35 quelibet civitas pro rata teneatur ad penam, si dictus imperator pareret arbitrio et societas non pareret. Si autem una civitas tantum vel plures arbitrio non parerent, illa vel ille que contrafacerent aut venirent, pro sua portione tantummodo teneantur. Alie vero que servarent arbitrium, nichil propter hoc oneris sustineant. Quod si idem imperator societate parente arbitrio non pareret aut contra faceret vel veniret, promisit 40 idem magister Hermannus nomine imperatoris et pro ipso imperatore ipsis legatis et adverse parti dictam penam solvere ac prestare parti servanti, penaque commissa exacta soluta vel non servare arbitrium utraque pars nichilominus teneatur. Possint etiam iidem legati et Romana ecclesia dictum imperatorem et civitates ipsas et societatem per censuram ecclesiasticam compellere ad ipsum arbitrium observandum, quotiens a parte 45 vel a partibus fuerit contrafactum. Hoc autem commissum et promissum receperunt dicti legati nomine suo et sancte Romane ecclesie, ita quod si non posset per eos idem negotium terminari, dominus papa cum fratribus suis sicut ei placuerit de ipso disponat, receptis et factis eisdem promissionibus in persona domini pape licet absentis sub eodem modo penis et forma que superius et inferius est notata. Insuper promiserunt 50 utraque pars ipsis legatis suo nomine et nomine Romane ecclesie recipientibus et inter se vicissim, servare dies et terminos sibi datos pro negotio pacis prosequendo et terminando usque ad finem negotii consumati, sub pena arbitrio ipsorum cardinalium et arbitrio Romane ecclesie imponenda. Item promiserunt utraque pars eisdem legatis suo nomine et nomine Romane ecclesie recipientibus et sibi vicissim per stipulationem, ser- 55 vare omnia mandata que illis facient, scilicet utrique parti vel alteri, in articulis suprascriptis et eorum accessoriis circa ipsos articulos occasione istius pacis prosequende

firmande et consumande, sive prohibendo ne aliquid fiat, sive precipiendo ut fiat, quod ad pacis negotium viderint pertinere. Et hoc possint precipere sive prohibere sub qua pena viderint expedire, reservata eisdem legatis et domino pape potestate interpretandi, si aliquod dubium fuerit, omnia supradicta. Hoc acto in ipso compromisso voluntate ipsorum legatorum et voluntate utriusque partis, scilicet quod ille civitates loca vel castra aut persone que sunt de societate, si voluerint admittantur et recipiantur ad simile commissum et compromissum in omnibus et per omnia hinc ad 8 dies post festum sancti Iohannis de mense Iunii proximo venturo. Insuper prenominatus magister Hermannus procuratorio nomine domini imperatoris et pro ipso domino imperatore promisit, stipulat, sollempni ipsis legatis suo nomine et nomine Romane ecclesie recipientibus, et ipsis rectoribus et ambaxatoribus nomine dictarum civitatum et nomine societatis prefate Lombardie, Marchie et Romanie recipientibus, sub dicta pena viginti milium marcarum argenti, quod dominus imperator firmum et ratum habebit, quicquid promissum est supra per dictum magistrum Hermannum, et quod dominus imperator faciet filium suum dominum Henricum illustrem Romanorum regem firmum et ratum habere, quicquid supra per ipsum magistrum Hermannum promissum est in omnibus et per omnia sub dicta pena, qua soluta vel non, prenominata omnia et singula in sua semper maneant firmitate. Ego Iacobinus quondam Gratioli filius civis Bononiensis, auctoritate imperiali et nunc dictorum rectorum notarius, omnibus predictis interfui, mandatoque ipsorum cardinalium et rogatu partium subscripsi et publicavi.

1232 Mai 13.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem 1232. indict. 5. die Iovis, 13. intrante mense Madii, in civitate Padue apud episcopatum, in sala domus domini Landi canonici Paduani, presentibus testibus rogatis, scilicet domino Iacobo Dei gratia episcopo Paduano, domino Iordano priore sancti Benedicti de Padua, magistro Chazolo de Laudo, et domino Alamanno de Crescenzano iudice potestatis Padue. Cum ad postulationem venerabilium dominorum cardinalium Iacobi Penestrini electi et Ottonis sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis, sedis apostolice legatorum, magister Hermannus hospitalis sancte Marie Teutonicorum in Ierusalem nuntius et procurator domini Friderici Dei gratia Romanorum imperatoris et semper augusti, procuratorio nomine pro ipso imperatore ex una parte, et infrascripti rectores et ambaxatores nomine infrascriptarum civitatum et nomine societatis Lombardie, Marchie et Romanie pro ipsis civitatibus et societate ex altera essent in promptu committendi et compromittendi in prefatos dominos legatos de discordia que inter imperatorem et societatem prefatam verti videbatur, scilicet de satisfactione idonea imperatori prestanda, pro eo quod societas dicebatur curiam suam quam Ravenne indixerat impedisse, et de securitate facienda et firmanda eidem societati si imperator velit filio suo et principibus Alamannie venientibus ad ipsum, a dicta societate liberum transitum exhiberi, et si inter imperatorem et memoratam societatem aliqui alii articuli apparerent ex quibus posset discordia generari vel foveri concepta, placeat ut eodem modo et ordine sopiantur, prefati legati in ipso compromisso scripto manu mei Iacobini notarii ita dixerunt et convenerunt domino Guiffredo de Luzino Padue potestati et infrascriptis rectoribus et ambaxatoribus, scilicet pro infrascriptis civitatibus singulis et predicta societate, universis recipientibus, scilicet pro Mediolano dominis Rufino de Mandello, Lampugnano Marzellino rectoribus, et dominis Guiffredo de Pusterla, Henrico Gambaro iudici ambaxatoribus Mediolanensibus, pro Brixia domino Ognabene de Passagio iudice rectori, pro Bononia dominis Aimerico Arpinelli, Ursolino de Ursis rectoribus, pro Placentia domino Lanfrancho de Landedo rectori, pro Ferraria dominis Guidoni Visdominorum, Menaboi rectoribus, pro Faventia dominis Gerardo Arcolano iudici, Guidoni de Marzano rectori, pro Mantua dominis Uguitioni advocato et Martino de Bonacosis rectori, scilicet quod de isto ultimo articulo sic incipienti: „Et si inter imperatorem et memoratam societatem aliqui alii etiam articuli apparerent ex quibus posset discordia generari vel foveri concepta, placeat ut eodem modo et ordine sopiantur", nichil possint iidem legati nec Romana ecclesia laudare, diffinire, aut terminare, nisi de voluntate et consensu utriusque partis, scilicet domini imperatoris et societatis prefate Lombardie, Marchie et Romanie, quamvis generaliter fiat compromissum, super ipso articulo. Et hoc convenerunt prefati legati, presente volente ac consentiente predicto magistro Hermanno nuntio et procuratore prelibati domini imperatoris.

1232. Mai 13.

Ego Iacobinus quondam Gratioli filius civis Bononiensis, auctoritate imperiali et nunc prefatorum rectorum notarius, interfui, mandatoque ipsorum cardinalium subscripsi et publicavi.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem 1232. indict. 5. die Iovis, 13. intrante Madio, in civitate Padue, in sala domus Domini Landi canonici Paduani, presentibus testibus 5 rogatis, scilicet domino Iacobo episcopo Paduano, domino Nicolao episcopo Regino, domino Iordano priore sancti Benedicti de Padua, domino Guiffredo de Luzino Padue potestate, eiusque iudice domino magistro Chazolo de Laudo, domino Alamanno de Crescenzano. Exemplum procurationis magistri Alamannorum quod sic incipit:

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem ac Sicilie 10 rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos constituimus, facimus et ordinamus dilectum nostrum, fratrem Hermannum hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Ierusalem venerabilem magistrum, nuntium et procuratorem nostrum in omnibus controversiis sive discordiis seu causis que vertuntur inter nos et civitates infrascriptas, Mediolanum, Placentiam, Brixiam, Mantuam, Ferrariam, Bononiam, Faventiam, et partem 15 ipsarum, et earum complices et fautores, et si que sunt alie civitates eiusdem partis, dantes ei plenam et liberam potestatem et mandatum consentiendi et compromittendi de omnibus illis controversiis seu causis nomine et vice nostra in dilectos amicos nostros Iacobum venerabilem electum Penestrinum et Ottonem sancti Nicolai in carcere Tulliano venerabilem diaconum cardinalem, apostolice sedis legatos, tanquam in arbitros vel arbi- 20 tratores seu amicabiles compositores, et obligandi nos et ipsum pro nobis in eodem compromisso ad penam et ecclesie Romane et parti adverse ad penam vel penas aut sine pena, et ad recipiendas obligationes a parte adversa secundum ordinationem et modum et voluntatem per omnia cardinalium predictorum. Nos enim firmiter compromittimus ratum et firmum habere, et facere haberi a carissimo filio nostro Henrico illustre Ro- 25 manorum rege, quicquid idem magister super premissis coram dictis legatis et cum ipsis duxerit faciendum, et promiserit nos facturos.

Dat. apud Portum Naonis 10. Madii, 5. indict.

Ego Iacobinus quondam Gratioli filius civis Bononie, auctoritate imperiali et nunc rectorum societatis Lombardie, Marchie et Romanie notarius, supradictum exemplum 30 scripsi, exemplavi, corroboravi et publicavi ex autentico litterarum imperialium domini Friderici predicti bullato et corroborato bulla aurea eiusdem domini imperatoris que est ibi visa dicto autentico pendens, de mandato et voluntate prefatorum dominorum cardinalium apostolice sedis legatorum, et venerabilis magistri Hermanni predicti, nichil addens nec minuens nisi forte in compositione litterarum vel punctis quod sententiam va- 35 riet aut mutet.

1232. Nov. 15.

LEGATIO BURGUNDICA.

Litteras ab imperatore de subsidio per proceres Burgundiae sibi ferendo editas ex Papon hist. de Provence T. II. p. 69. proponimus.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, 40 venerabilibus archiepiscopis, episcopis, principibus, baronibus, totisque nobilibus in regno Burgundie constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Cum sicut factis et aperta veritate fulcitur, per tempora longissime retroacta nullum per vos servitium nobis aut imperio sit impensum, quod tamen fidelitati vestre imputare non possumus nec debemus ad culpam, cum super hoc non fueritis requisiti, ac quedam imperii 45 negotia nobis instanter immineant que consilium nec non et auxilium vestre fidelitatis exposcunt, universitatem vestram, de qua plene confidimus, imperialis edicti autoritate

citamus, ac sub pena regalium constitutionum precipimus, quatenus in proximo futuro Maio ad nos veniatis cum armatorum laudabili comitiva, circa citationem et mandatum nostrum taliter vos habentes, quod devotionem vestram merito commendare possimus, et pro impensis nobis servitiis grato debeamus remunerationis beneficio respondere; super hoc igitur dictum fidelem nostrum Caillam de Gurzan [a], latorem presentium, ad vos mittimus, monentes attente ac distincte precipientes sub debito fidelitatis, quo nobis et imperio tenemini, quatenus super exhibendo nobis servitio, quod a vobis petimus, devote ac efficaciter intendatis eidem. Nos autem ipsi Cailla presentium autoritate concedimus potestatem, ut illos ex vobis, qui petita et debita nobis servitia ad exorationem ipsius reddere non curabunt, ad id possit compellere prout videbit expedire.

1232. Nov. 15.

Datum Fogie 15. Novembris, 6. indictionis.

a) Litterae eaedem, in quibus tamen nomen *Galeatii* de Gurcano legitur, insertae habentur litteris (hodie in tabulario Vaticano servatis,) eiusdem Galeatii de Gurcano ad episcopum Avinionensem, qui eas notas faciat episcopis Carpentoratensi, Cavaillonensi, Aptensi, Vaisonensi, et Trium Castellorum, et nobilibus principibus et baronibus in eorum diocesibus consistentibus. Dat. Avinione 5. Id. Febr. a. 1233. ind. 3.

ARBITRIUM PAPAE DE CONTROVERSIA LOMBARDORUM.

1233. Iun. 5.

Ex Gregorii IX. Regestis T. IV. fol. 41. 42. *Anni VII. Nro.* 146.

Gregorius etc. carissimo in Christo filio Friderico illustri Romanorum imperatori etc. Cum iamdudum inter te ex parte una et societatem Lombardie, Marchie et Romaniole ex altera super quibusdam articulis exprimendis inferius, inimico homine superseminante zizania, gravis discordia orta esset, nos attendentes animarum pericula, strages corporum, dampna rerum, et ecclesiarum ac religiosorum locorum exitia, que possent ex huiusmodi discordia obvenire, et quod res, nisi obsisteretur principiis, multum esset allatura discriminis, et in malum altius progressura, cepimus inter te et eandem societatem pacis consilia cogitare. Quapropter futuris obviare periculis cupientes, dilectos filios nostros I. Penestrinum electum et O. sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconem cardinalem ad partes Lombardie, commisso eis plene legationis officio, propter hoc providimus destinandos, quibus ad bonum pacis interponentibus efficaciter partes suas, post labores multiplices utraque pars in cardinales eosdem ecclesie Romane nomine sollempniter compromisit. Forma vero compromissi hec est. In nomine Domini Amen etc. sicut scripta est in undecimo quaterno sexti anni usque in sua semper maneant firmitate [a]. Et nota quod cum superioribus testibus interfuit dominus Nicolaus episcopus Reginus. Ego magister Rolandinus de Padua, imperialis maiestatis notarius, predicto commisso et compromisso aliisque omnibus suprascriptis interfui, mandatoque ipsorum dominorum cardinalium et voluntate magistri domus Teutonicorum scripsi et publicavi. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra presentia constitutis, ex parte tua extitit propositum coram nobis, quod te societas Lombardie, Marchie ac Romaniole gravissime offendisset, pro eo videlicet quod curiam tuam qnam Ravenne indixeras pro Terre Sancte succursu dispositione imperii et quibusdam necessariis et honestis aliis, impedivit, non permittendo ad te filium tuum et principes Alamannie per vias seu stratas imperiales venire. Procuratoribus societatis eiusdem e contrario proponentibus, societatem ipsam nullas tibi offensas nullasque iniurias intulisse, set si qua fecerunt, dicebant ea ob propriam defensionem fecisse. Nos itaque hiis et aliis que fuerunt hinc inde proposita plenius intellectis, communicato fratrum nostrorum consilio, de providentia sic duximus ordinandum, ut videlicet tu tuo et filii tui ac imperii nomine, hiis qui sunt de societate predicta et universaliter singulis et singulariter universis civitatum et locorum quorum nomina in compromisso specialiter sunt expressa et qui postea infra tempus ibidem provisum se per simile compromissum nostro arbitrio commiserunt, remittas omnem rancorem, malivolentiam, iniurias, et offensas, omnia quoque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que occasione huius discordie fecisti vel imposuisti per te vel per alium, aliusve

a) v. supra a. 1232 Mai 13. anni VI. 280.

1233. Iun. 5. pro te, societati vel alicui de societate iamdicta, civitatibus locis et personis de ipsa societate, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revoces, universos et singulos qui occasione alicuius predictorum lesi videntur restituens in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo nichilominus infamiam omnem et penam que secute sunt ex aliquo premissorum, ita quod ea que medio tempore per eos acta 5 sunt, non obstantibus supradictis robur obtineant, quod alias debuerant obtinere. Ad hec civitates loca et personas de ipsa societate in conpromisso contentas, in plenitudinem gratie tue recipias, et eis facias firmam pacem, specialiter nobili viro . . marchioni Montisferrati, Mediolano, Brixie, Bononie, Placentie, Padue, Cumis, Mantue, Ferrarie, Faventie, aliisque locis et personis quibuslibet societatis eiusdem. Facias etiam fieri pa- 10 tentes litteras ex parte filii tui, quod pacem et concordiam istam ratam habebit et firmam, et remittet illis de societate omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas. Hii autem qui sunt de societate prefata, ad honorem Dei omnipotentis et ecclesie sue ac tuum, dent pro subsidio Terre Sancte in expensis societatis predicte per biennium milites quingentos, ituros in termino quem Romana ecclesia duxerit prefigendum, quos 15 in eundo morando et redeundo ecclesia Romana sub speciali protectione suscipiet cum omnibus bonis suis: ac civitatibus locis et personis imperiali excellentie adherentibus tam ecclesiasticis quam mundanis firmam pacem inviolabiliter servent, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas: ac revocent omnia banna, constitutiones, sententias, et ordinamenta, que discordie occasionem premisse fecerunt, vel impo- 20 suerunt civitatibus, locis, et personis imperiali celsitudini adherentibus, et quecumque ex eis secuta sunt vel ob ipsa. Ceterum alia que in eiusdem compromissi serie continentur, nostre providentie reservamus. Ideoque serenitatem tuam rogamus monemus et hortamur attentius, ac sub predicta pena mandamus, quatinus predicta omnia pro parte tua serves sicut imperialem decet constantiam inconcussa, et super hoc nobis iuxta te- 25 norem quem tibi transmittimus, tuas et filii tui cures usque ad festum beati Michaelis proximo futurum patentes mittere litteras excellentie tue ac suo typario insignitas.

Dat. Lateran. Non. Iunii, anno septimo.

In eundem modum scriptum est rectoribus societatis Lombardie et Romaniole verbis competenter mutatis. 30

1234. Febr.

HEINRICI REGIS CURIA FRANCOFURTANA.

Sententiam de probatione treugis violatis, ex Möseri hist. Osnabrugensi T. III. p. 301. *proponimus, a V. Cl. Carolo Stüve ex schedis Hensleri emendatam; constitutionem generalem in Alberici chronico apud Leibnitium Access. p.* 548. *codicibus* 1) *regio Parisiensi Nro.* 35 4896*A. sec. XIV.* 2) *regio Hannoverano in fol. maximo sec. XV. et regiis Parisiensibus sec. XV.* 3) *Nro.* 4896*B. et* 4) *unde Leibnitii lectiones pravae plurimum manaverunt* 4896*C. adhibitis, recognovimus; sententiam de iudicio in clericos non ferendo damus ex Lünigii Reichsarchiv T. XVII. p.* 258.*; sententiam de argento vendendo a* 40 *Schannato ex authentico Wormatiensi prolatam Boehmerus noster cum duobus exemplis chartularii Wormatiensis seculi XIV. exeuntis contulit, quibus annus* 1224. *scribitur.*

Febr. 10.

SENTENTIA DE VIOLATIONE TREUGARUM.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus 45 quibus presens littera fuerit ostensa, gratiam suam et omne bonum. Omnibus esse no-

1234. Febr. 10.

tum volumus, quod in solempni curia nostra Vrankenevorde plerisque imperii principibus nobis assistentibus, comite Egene de Ura[*] sententiam dictante, a nobis sententialiter fuit diffinitum, quod si manuali fide interposita treuge date sunt, et aliquis illas violaverit, et in causam tractus se expurgare voluerit, illi cui[**] interest et cui dampnum datum 5 est, incumbit probatio, ut tertia manu iureiurando confirmet, quod treuge violate sunt, vel si testes habere non potuerit, in monomachia[a*] coram iudice seculari cum eo congredietur.

Datum Vrankenevorde 4. Idus Februarii, indictione 7.

CONSTITUTIO GENERALIS.

Febr. 11.

10 Anno 1234. tercio Idus Februarii constituciones regis et principum Alemannie apud Frankenvort[a]. Imprimis omnibus imperii fidelibus, ne in reysa[b] publica procedant, omnibus modis inhibemus. Ad hec universis iudiciariam potestatem habentibus auctoritate regia precipimus, quatinus ad reprimendam hereticorum perfidiam toto nisu solerter[c] intendant, ac in iusti prosecutione[d] iudicii preferant equitatem. Et ut in iudi-15 cando diligencie formam omnibus preferamus, ecce in manus principum promisimus, quod in quolibet mense, ubicumque in imperio fuerimus, quatuor diebus ad minus personaliter volumus iudicio[e] publice presidere. Quod etiam a quolibet iudice fieri[f] volumus, temporibus ad hoc secundum[g] provinciarum[h] consuetudinem constitutis. Quod si princeps facere neglexerit et de hoc convictus fuerit, ut exigit iuris ordo, domino regi 20 centum libras auri in pondere Karoli persolvet. Comes vero vel alius nobilis iudicium habens, si non iudicaverit secundum[i] provinciarum consuetudinem, domino[k] regi, sicut predictum[l] est, centum marcas argenti componet. Item si quis alium leserit vel guerram ei moverit absque precedente querimonia, si princeps extiterit, centum marcas auri[m] regie camere presentabit; si vero comes, vel nobilis, vel alia persona extiterit, centum 25 marcas argenti componet. Item statuimus, quod si quis[n] treugas[o] datas violaverit, si cum ipso in cuius manum treuge fuerant[p] compromisse, et cum duobus aliis synodalibus hominibus treugas violatas[q] esse convincere potuerit et testari, violator manum perdat. Item si quis fide data promiserit aliquid, et convictus fuerit cum[r] tribus synodalibus hominibus[s] fidem non servasse, continuo proscribatur; nec a proscriptione[t] poterit 30 absolvi, nisi dupliciter persolvat quod promiserat et pro quo fidem dederat, et iudicet ius suum. Item si quis de principibus aut comitibus vel nobilibus pro delicto iudicii penam ter pertulerit constitutam[u], postmodum iudicio quod habuit est privandus. Preterea[v] statuimus, ut sentencia proscripcionis tantum in locis publicis promulgetur, nec proscripti[w] aliquatenus absolvantur, nisi sufficienti cautione fideiussoria precedente. Quod 35 siquidem si[x] iudex non fecerit, ablata in integrum restituat dampnum passo; quod eciam promittimus nos facturos. Item monetas falsas et iniustas, ac iniusta thelonia, que a tempore domini Frederici imperatoris proavi nostri absque[y] consensu et connivencia principum sunt statuta, per sentenciam cassamus et precipimus amoveri, et nos thelonia nostra noviter instituta primitus[z] amovemus; transgressores manu potenti et 40 extento brachio cohercendo. Principesque curie presentes ecclesiastici et mundani fide data efficaciter in nostras manus[*] promiserunt, quod ad reprimendam transgressorum proterviam et ad iusta iudicia prosequenda fideli nobis auxilio assistant. Item statuimus, ut nullus in persona vel in rebus alicui dampnum inferat, nisi prius eum[a] cui dampnum inferre[b] voluerit, ad[c] minus trium dierum et noctium spacio diffidaverit, et tunc[d] uter-45 que pacem ab altero per predictum termiuum habebit; alioquin per sentenciam proscribatur. Reysam[e] que keymszuche[f] dicitur, si quis commiserit, proscribatur. Item precipimus, quod nullus conductum alicui prebeat, nisi forte conductum a nobis et ab imperio iure possideat feodali. Item in omnibus civitatibus, oppidis, municionibus, villis, et aliis locis regni nostri, iurisdictiones[g] archiepiscoporum, episcoporum, archidiacono-

50 *) i. e. Urach. **) cuius? a*) monomaschia *ed.* a) frankeuoert 2. 3. 4. b) reisa 2. 3. 4. c) sollerter 2 solenniter 4 d) persecutione 1. 3. 4(?) e) *deest* 1. f) *deest* 1. g) iuxta 1. h) *deest* 2. 3. 4. i) iuxta 1. k) sicut d. e. domino regi 2. 4. l) dictum 2. 3. 4. m) *deest* 1. n) *deest* 1. o) tregas 1. p) fuerā *corr.* fuerant 2. fuerint 4. q) uiolata 2. r) *deest* 1. s) h. eum f. 4. t) proscripsione 2. u) protulerit constitutum 4. v) Propterea 2. w) prescripti 2. x) *deest* 3. 4. y) atque 4. z) penitus 3. 4. *) *deest* 2. 3. 4. a) ei 4? b) inferat 55 voluerit trium 4. c) a 1. d) *deest* 1. e) reisam 2. 3. 4. f) keiniszuthe 3. 4. g) iuredictiones 2. 3. 4.

1234. Febr. 11. rum, et sentencias eorum precipimus firmiter observari. Item omnia privilegia a domino imperatore [a] patre nostro et a nobis, tam principibus quam nobilibus indulta, per omnia volumus esse salva [b].

Febr. 13.

SENTENTIA DE IUDICIO CLERICORUM.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, civibus Hildesheimensibus universis gratiam et omne bonum. Cum in solenni curia in Franckenvord, ex communi consensu principum a nobis sit decretum, ut quicunque seculare iudicium adversus aliquem clericum exercuerit, in his que sanguinis iudicium requirunt, ante degradationem ab episcopis faciendam, preter id, quod in canonem late sententie incidit, a quo preter indultum speciale domini pape nequit absolvi, ex nostra sit sententia proscribendus; et dilectus princeps noster Conradus Hildesheimensis episcopus, per suam nobis querimoniam patefecerit, quod vos authoritate propria, clericos temere iudicando morti feceritis destinari, in quos degradationis sententia non processerat; vobis authoritate regia firmiter precipiendo mandamus, quatenus ei et ecclesie sue, in quam deliquistis, prout eius gratiam invenire poteritis, emendetis. Alioquin vos in media quadragesima, ut pro tantis respondeatis excessibus, ad nostram presentiam, ubicunque fuerimus, evocamus.

Datum Franckenvordii Idibus Februarii [c], indict. 7.

SENTENTIA DE ARGENTO VENDENDO.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus.

Ad notitiam omnium presens scriptum intuentium pervenire volumus, quod dilecto principe nostro Heinrico Wormatiensi episcopo requirente, coram nobis in sollempni curia nostra Frankenfurt sententiatum est: quod quicumque argentum vendere voluerit, ad monetam debeat illud presentare, nec ad nundinas nec alias illud presumat deferre; sed si in peregrinatione aliquis proficisci voluerit, liberum habeat arbitrium secum quantum voluerit deferendi; si vero aliquis contra hanc sententiam veniens, argentum extra civitatem deferre presumpserit, Wormatiensis episcopus potestatem habebit plenariam illud auferendi et nullo modo restituendi.

Huius rei testes sunt: dominus Coloniensis archiepiscopus; dominus Trevirensis archiepiscopus; dominus Augustensis episcopus; dominus Spirensis electus; abbas Fuldensis; abbas Hersfeldensis; abbas de Wissenburg; dux Bavarie; landgravius Thuringie; comes de Dyztes; et alii quam plures tam comites, quam nobiles.

Datum Franckenfurd per manum prothonotarii anno Domini 1234 [d], indictione . . .

a) pr. a patre nostro imperatore et 2. 3. 4. b) *Addit Albericus:* Nota lector, quod in Alemannia omnes archiepiscopi et episcopi et quidam excellentiores nigri abbates et omnes duces et quidam marchiones et lantgrauius Thoringie et palatinus comes de Reno omnes isti uocantur principes. Ceteri autem sunt uel comites uel castellani uel nobiles. c) Idibus Februarii 1195. indict. 7. *Editi; falso numero anni haud dubie intruso.* d) *ita Schannat;* MCCXXIIII. *bis dipl. Wormat. tabularii secretioris Darmstadiensis.*

1234. aestate.

MANDATUM DE PACE SERVANDA.

Editum ex codice ecclesiae Moguntinae in Schannati Vindemiis P. I. pag. 197. *proponimus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, nobilibus, liberis, et ministerialibus omnibus in imperio constitutis, gratiam suam et omne bonum. Scire debetis certissime et nullatenus

dubitare, quod si status terre vestre malus est, et turbatio est in partibus vestris, ut audivimus, supramodum nobis displicet, et ut emendetur in melius, omnem diligentiam quam poterimus intendimus adhibere. Mandamus ergo vobis sub obtentu gratie nostre, ut pacem firmatam in curia celebrata Frankenfurt infra 4 ebdomadas iuretis, tam divitibus quam pauperibus nobis subiectis, ut similiter iurent et servent, iniungentes diligentius et mandantes: quicunque enim non iuraverit, et mandatum nostrum adimplere neglexerit, indignationem nostram indubitanter se noverit incurrisse. Et hoc etiam volumus, ut precepti nostri contemptores in proxima curia quam celebraturi sumus, manifeste in nostra presentia nominentur.

1234. aestate.

COMMISSIO NEGOTII LOMBARDIAE.

1234. April.

Friderici ea de re litteras una cum litteris Societatis Lombardiae ex Gregorii IX. regestis T. IV. fol. **176**. *et* **225**. *anni VIII. Nro.* **47**. *et* **293**. *integras post Raynaldum pag.* **460**. *proferimus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos attendentes, qualiter sancta Romana ecclesia mater nostra singulis, ex debito quo tenetur indifferenter ad omnes, illibata iura conservet, et nos unitati sue ad tuendum ecclesiasticam libertatem et pro statu imperii reformando reddiderit uniformes, ut ei debite filiationis affectu teneamur in omni reverentia tamquam matri, et honorem ecclesie ac reformationem imperii iuxta consilium et submonitionem ipsius facere debeamus, ammoniti [a] per honorabiles viros Iohannem venerabilem Sabinensem episcopum et magistrum Petrum de Capua sancti Georgii ad Velum aureum diaconum cardinalem, pro parte reverendissimi patris domini Gregorii summi pontificis et fratrum suorum, super negotio illorum de Lombardia, marchia Trevisii et Romaniola, qui videntur nobis et imperio adversari, ex innata mansuetudine, qua universos imperio Romano subiectos ad fidem et devotionem imperii revocamus, totum negotium predictorum de Lombardia, marchia Trevisii et Romaniola, tam super detentione nostrorum regalium et aliorum iurium nostrorum, quam de preteritis excessibus, quos pridem et hactenus quocumque modo erga nos et imperium commiserunt, consilio, provisioni, compositioni et laudationi predicti summi pontificis et sancte Romane matris ecclesie, pro reformatione pacis et status imperii duximus committendum, id in voluntate et ordinatione apostolica firmiter exponentes, quod quidquid ex hoc consuluerit, providerit, composuerit, et laudaverit, ratum et firmum tenere volumus et habere. Ad cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri fecimus, et bulla aurea typario nostre maiestatis inpressa iussimus insigniri. Anno mense et indictione subscriptis.

Dat. Capue, anno dominice incarnationis 1234, mense April. 7. indict.

LITTERE SOCIETATIS LOMBARDIE QUALITER PONUNT SE IN VOLUNTATE DOMINI PAPE.

anno exeunte.

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos rectores, potestates, et consilia civitatum societatis Lombardie, ex debito quo tenemur tanquam filii devotionis efficere, que ad honorem sancte Romane ecclesie matris nostre possint merito redundare, iuxta consilium et submonitionem ipsius omnes querelas, quas habemus adversus serenissimum principem dominum Fredericum imperatorem semper augustum Hierusalem et Sicilie regem illustrem, consilio, provisioni, compositioni et laudationi domini Gregorii Dei gratia summi pontificis et eiusdem ecclesie, pro reformatione pacis et statu Lom-

a) *hic apud Raynaldum incipit.*

1234. bardie, committimus. Si quid etiam per nos in lesionem vel iniuriam imperatoris eiusdem factum est, totum provisioni et arbitrio predicte ecclesie libere duximus committendum; nihilominus generaliter omnia, ex quibus, vel propter que inter nos et imperatorem eundem aliqua discordia hactenus est exorta, in voluntate et ordinatione apostolica firmiter exponentes, quod quidquid ex hoc consuluerit et laudaverit, ratum et firmum tenere volumus et habere; modum etiam cautionum et formam, si que necessaria videbuntur, prestanda nobis ab eo, vel ipsi per nos, pro eorum observatione, que inter nos et prefatum imperatorem ecclesia duxerit statuenda de omnibus supradictis, similiter in totum committimus provisioni et arbitrio prefati summi pontificis patris nostri; ita ut nos cautionibus quas proinde providerit esse prestandas, debeamus pro parte nostra esse contenti: ut tamen et ipse nobis pro parte societatis nostre eas prestare debeat cautiones, quas nobis ecclesia viderit esse efficaces. Ad cuius rei memoriam et stabilem firmitatem, presens scriptum fieri et sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri.

Oct. 6.

HEINRICI REGIS SENTENTIA DE TERMINO RECEPTIONIS FEUDI.

Proferimus eam ex Neugarti codice dipl. Alamanniae T. II. p. **145.** *ubi ex schedis Dursteleri in bibliotheca Turicensi adservatis exscripta, anno* **1220.** *perperam adscribitur. Nam mensis October indictionis octavae nonnisi cum anno* **1234.** *congruit, quum Heinricus anno* **1219.** *in regem nondum electus esset.*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis presentem litteram visuris gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium notum esse volumus universis, quod ad requisitionem dilecte principis nostre venerabilis abbatisse Thuricensis talis coram serenitate nostra lata est sententia et a principibus et magnatibus imperii approbata: quod quicunque feudum suum a domino feudi sive feudatoris ad annum et diem recipere vel requirere neglexerit, ex tunc feudum ad dominum feudi revertatur, et de ipso habeat licentiam et liberam facultatem ordinandi sive disponendi pro suo arbitrio voluntatis. Ut autem super huiusmodi sententia nulla dubitatio oriri possit, presentem cedulam sigillo nostre maiestatis fecimus roborari.

Dat. apud Hagenau, pridie Non. Octob. indict. 8.

a) Henricus *ed.*

Nov.

SENTENTIA IN FAVOREM ECCLESIARUM.

Ex autographo edita est in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. pag. **117.**

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex. Imperialis excellencie dignitas tunc precipue laudum suarum titulos ampliat, cum preces eorum provida liberalitate prosequitur, quos ad obsequia sua per effectum operis obligatos, et devotio provexit ut meritos, et fides extulit ut acceptos. Universis igitur imperii nostri fidelibus

1234. Nov.

tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod dictante sententia principum aliorumque nobilium imperii fidelium existentium in presentia nostra, exstitit approbatum, ut nullus episcopus Theutonie de hiis que spectant ad regalia, et ab imperio tenet, aliquem infeodare possit preter assensum nostrum, et quod nulli advocato liceat in cives 5 cathedralis civitatis exactionem aliquam facere. Nec liceat alicui comiti vel advocato, sibi iuditium usurpare de hiis que in emunitatibus fiunt ecclesiarum, nisi tantum ecclesiastico iudici, ad hoc de voluntate episcopi constituto, et quod nulla ecclesia in uno predio plures advocatos possit habere. Item quod nulli advocato liceat in officiatos episcopi et familiam ecclesie sue aliquam exactionem facere vel iuditium exercere. Item 10 quod quilibet episcoporum Theotonie secularem officiatum in suis civitatibus, oppidis et villis habere tenetur, ut iudicet loco sui et duas partes compositionis et satisfactionis spectantes ad episcopum loco ipsius pro parte sua recipiat, et tertiam habeat advocatus. Constitutus itaque in presentia nostra Henricus venerabilis episcopus Eystetensis, dilectus princeps noster, nobis supplicavit attentius, ut quia super premissis omnibus gravem huc 15 usque super iuribus ecclesie sue perpessus est lesionem, in favorem suum et ecclesie sue munimen, predictas sententias ratas habere perpetuo dignaremur. Nos igitur attendentes grata satis et accepta servitia que dictus episcopus nobis, karissimo filio nostro regi Romanorum illustri, et imperio semper exhibuit, et exhibere poterit in futurum, volentes eciam suis et ecclesie sue indempnitatibus providere, de innata celsitudinis nostre munifi- 20 centia predictas sententias confirmamus, et siqua contra eas in ecclesia Eystetensi usque ad hec tempora sunt contra iustitiam attemptata, in irritum revocamus. Statuentes et imperiali sancientes edicto, ne aliquis advocatus aut comes, alta persona vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra presentes sententias et per nos approbatas venire presumat. Quod qui presumpserit, quinquaginta librarum auri pena plectatur, quarum me- 25 dietas parti ipsius episcopi et ecclesie sue, reliqua fisco nostro solvatur. Ad huius igitur rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri, et bulla aurea tiipario[a] nostre magestatis impressa, iussimus communiri. Huius rei testes sunt: S. archiepiscopus Maguntinus totius Germanie archicancellarius, E. Papembergensis episcopus, H. marchio de Baden, comes Hermannus de Ortemburch, Albertus de Ense, Englardus de 30 Nidek, et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti Ierusalem et Sicilie regis. (L. M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1234, mense Novembris, 8. indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore 35 semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius quartodecimo, regni Ierusalem nono, regni vero Sicilie tricesimo sexto, feliciter Amen.

Datum Fogie, anno, mense et indictione prescriptis.

a) typario *legendum esse videtur.*

HEINRICI REGIS FOEDUS CUM LOMBARDIS.

Nov.

Facultatem regis ad foedus proditorium iciendum et foedus ipsum 40 *ex Giulini Memorie di Milano T. VII. p.* 592—596. *qui ea ex codice Ambrosiano in fol. B. Nro.* 19. *exscripsit, proponimus, emendatis tamen nominibus legatorum regiorum vitiose scriptis, quorum alterum, scilicet Walterum de Taneberch, una cum D. preposito de Houge, canonicos Wirzburgenses, Gregorius IX. papa in litteris Ratispo-* 45 *nensi episcopo scriptis* (*Regest. T. IV. fol.* 259. *A. VIII.* 402.) *propter proditionem istam ad sedem apostolicam evocavit* 3. *Idus Martii anno* 1235.

1231. Nov.

FACULTAS REGIS.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilectis suis fidelibus imperii gratiam suam et omne bonum. Dilectos fideles nostros Anselmum de Iustingen, imperialis aule marescalcum, et familiarem capellanum nostrum et magistrum Valterium de Tanuberc archidiaconum Herbipolensis ecclesie, nuntios in legatione nostra universitati 5 vestre duximus transmittendos, quibus etiam exposuimus nostre beneplacitum voluntatis. Unde rogamus et monemus prudentiam vestram, mandantes vobis, quatenus verbis ipsorum, que vobis ex parte nostra dixerint vel proposuerint, fidem adhibeatis in omnibus, tanquam ea vobis presentialiter et personaliter loqueremur.

Datum apud Ezlingen, Idibus Novembris, indictione octava. 10

FOEDUS.

. . . Cum Mediolanensibus et eorum amicis, et societate Lombardie que sunt de societate et amicitia Mediolani. Presentibus D. comite Manfredo de Curte Nova potestate Mediolani, et infrascriptis ambaxiatoribus Brixie, et D. Petro de Sancto Petro et Ardizono Cavalazio ambaxatoribus civitatis Novarie, et D. Mar. de Summarippa amba- 15 satore civitatis Laude, et ipsis recipientibus pro communi Mediolani, et pro universitate societatis Lombardie, iuraverunt ad sancta Dei euangelia super eorum anima, et in animas predicti domini regis, quod ille dominus rex attendet, et observabit, et attendi faciet infrascriptam concordiam in omnibus et per omnia, sicut scripta sunt, et quod facient iurare predictum dominum regem, et principes Alemanie, ut in concordia pre- 20 scripta continetur, cuius tenor talis est.

In nomine Domini. Iurabunt Mediolanenses, Brixia, Bononia, marchio Montisferati, Novaria, Lauda, et alie civitates, aliaque loca, et universitates de societate Mediolani, qui nunc sunt, vel inposterum erunt, et que volent, et quibus facere placuerit infrascriptam fidelitatem, et recipere infrascriptum iuramentum fidelitatis, domino Henrico serenissimo regi 25 Romanorum, hoc modo, quod non erunt in consilio, vel adiutorio, quod perdat vitam, vel membrum, vel mentem, aut suum honorem, vel fortiam, aut coronam regni; sed secundum suum posse prohibebunt, et valebunt ei sicut regi, et eum defendent, et eius honorem manutenebunt, et hoc in provincia Lombardie. Eo ex abundanti dicto, et intellecto, quod propter fidelitatem non teneantur ad prestationem aliquam pecunie modo 30 aliquo, nec aliquo modo. Item quod non teneantur ad milites, vel pedites dandos, vel mittendos extra Lombardiam. Item quod non teneantur aliqua de causa dare obsides, vel pignora, vel securitates. Quam fidelitatem facere debent salvis societatibus, et amicitiis communis Mediolani, et presertim salva societate Lombardie, Marchie et Romanie. Quam fidelitatem ut supra facere volunt, si dictus dominus rex et principes Alemanie volunt 35 iurare, adiuvare, et manutenere, et defendere Mediolanum, Brixiam, Bononiam, et marchionem Montisferrati, et Novariam, et Laude, et alias civitates, et universitates, et loca, que sunt, vel erunt de societate, et amicitia Mediolani, dum in societate, et amicitia duraverint. Et hoc in omni suo, et eorum honore, et podere, et statu, et possessione, et fortia, quo vel qua nunc sunt, et imposterum erunt contra inimicos, quos nunc habent, 40 vel de cetero habebunt in Lombardia vel alibi, et offendere inimicos eorum secundum posse ipsius regis, et principum, presertim Cremonam, et Papiam, et eorum sequaces, qui nunc sunt, vel pro temporibus erunt; et quod non facient ipse rex, vel principes aliquam concordiam, vel pactionem, vel conventionem, vel pacem cum inimicis Mediolâni, Brixie, Bononie, marchionis Montisferrati, Novarie, Laude, aliarumque civitatum, et uni- 45 versitate, et locorum de societate, et amicitia Mediolani undecunque sint, et presertim cum Cremona, et Papia, vel aliis civitatibus, vel locis, seu personis, vel universitatibus de societate Cremone, vel Papie sine voluntate communis Mediolani, et societatis, et amicitie eius. De quibus oneribus teneatur predictus rex, et principes, et eorum successores omnes simul, et quilibet per se. Et hinc inde dicta sacramenta renoventur singulis de- 50 cenniis, ita quod in perpetuum durent, et observentur, et in successoribus, et in filiis ipsius domini regis, quos nunc habet, vel habebit, locum habeant, et regalia sint, et perpetua, et non personalia, nec temporalia, non tantum in persona regis, vel filiorum eius,

1231. Nov.

seu[a] successorum, ita etiam et successorum eorumdem. Et eodem modo teneantur de predictis omnibus prefatus dominus rex, et principes Alemanie, cum fuerit imperator ipse dominus rex factus. Iuraverunt predictus dominus comes Manfredus potestas Mediolani, et nobiles viri Ubertus de Extenate, et Mudalburgus iudex Mediolani de voluntate consilii comunis Mediolani, et predictorum ambasiatorum Brixie, Novarie, Laude, et eorum mandato super comune Mediolani, quod predictis completis per dictum regem, et principes Alemanie, comune Mediolani, et alia comunia, et persone, que venient, et quibus placuerit predicta facere, et recipere, iurabunt illam fidelitatem, que in dicta concordia continetur. Unde plura instrumenta uno tenore fieri rogata, presentibus ibi pro notariis Gulielmo de Vicomercato, Curado de Varadeo notario pallatii Mediolani.

Interfuerunt testes Anselmus de Iustingen[b] filius suprascripti domini marescalchi, et item dominus Paganus Burrus filius quondam domini Uberti, et Ioannes de Raude filius item quondam domini Ioanis, et Boccasius Brema, et Perinus Incoardus, et Iacobus de Terzago, et Iacobus de Modoetia, et Berbontius de Landriano, et Albertus vicecomes, et Miranus Morigia, et Guido Grassus, et Ricardus Crivellus, et Ioannes Pasqualis, et Menadragus de Mandello, et Paganus de la Turre, et Bonifacius filius quondam domini Gulielmi de Pusterla, et Abiaticus Marcellinus filius quondam domini Drudi, et Henricus Ganbarus, omnes de civitate Mediolani.

Ego Gulielmus filius quondam Petrobelli de Vicomercato de contrata de Cornaredo civitatis Mediolani notarius, et modo scriba palatii com. Mediolani interfui, et subscripsi.

Ego Conradus filius Iacobi de Varedeo de contrada de la Pesina com. Mediolani notarius, et nunc scriba comunis Mediolani suprascriptis interfui, et subscripsi.

Ego Henricus de Camenago filius quondam domini Castelli, qui sto in curte Vicecomitum notarius, et nunc scriba comunis Mediolani interfui, et subscripsi.

a) set? b) *ita correxi. Hic et supra legitur apud Giulinium* Instigen *et* Valkerium de Tanubr.

PACTA MATRIMONII CUM ISABELLA.

Nov.

Ex Rymeri Foederum editione nova T. I. p. 110. 113. *et* 114.

FACULTAS IMPERATORIS.

Fredericus, Dei gratia etc. omnibus presentes litteras inspecturis fidelibus et amicis suis, salutem et omnem benevolentiam.

Matrimoniorum sacra solempnia ex institutione divina induxit necessitas et utilitas approbavit. Necessario enim oportebat genus humanum in successorum propagine vivere, ne sublatione presentium, perpetuo casui subiaceret. Copulam et maritalem per ornamenta solempnium et ecclesiastici sacramenti utilitas evidens persuasit, ut per hoc coniunctionem sanctam et licitam ab illicita segregaret.

Noverit igitur presentium multitudo, quod nos ad tractatum et ordinationem karissimi patris nostri, domini Gregorii Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summi pontificis, acceptavimus ducere in uxorem legitimam Isabellam sororem illustris regis Anglie karissimi amici nostri. Ad quod, disponente Domino, feliciter consummandum, ad predicti regis presentiam destinandum duximus magistrum Petrum de Vinea, magne curie nostre iudicem, et fidelem nostrum, quem non immerito nobis acceptum fides et industria reddiderunt; eundem nuncium et procuratorem nostrum legitimum statuentes, cui plenam concedimus potestatem et speciale mandatum, ut consensum domine supradicte in nos, per verba de presenti, recipiat; et quod in eam, nomine nostro, per verba de presenti consentiat. Speciale mandatum nihilominus eidem iudici conferentes, ut nomine nostro et in anima nostra iuret, quod nos eandem dominam in uxorem legitimam ducere debeamus, et ipsam in facie ecclesie solempniter desponsare; et quod nos eam imperiali honore et affectione maritali tractemus.

1234. Nov.

Quod etiam iusiurandum dilecto principi et fideli nostro H. venerabili archiepiscopo Coloniensi commisimus faciendum: ita quod si contingeret ipsum archiepiscopum simul cum prefato iudice in Anglia non transire, vel ipsum etiam morte preripi, vel qualitercumque aliter eius transitum impediri, nihilominus prenominatus iudex solus, auctoritate nostra fretus, predicta omnia secure et libere valeat consummare, et dominam antedictam recipere cum nunciis regis prefati, associato sibi aliquo de principibus vel prelatis imperii fidelibus nostris, quem ipse ad hoc velut idoneum eligendum duxerit, ad presentiam nostram felicibus auspiciis deducendam. 5

Concedimus etiam antedicto iudici plenam auctoritatem et speciale mandatum, ut eidem domine, nomine nostro, in dodarium constituat vallem Mazarie, cum civitatibus, 10 castris, et villis, tenementis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus, et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis: necnon et honorem Montis sancti Angeli, similiter cum omnibus civitatibus, castris et villis, tenementis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus, et pertinentiis suis, prout alię regine Sicylie utrumque dodarium integre habere consueverunt; et ut prefatus iudex ipsam dominam de hiis omnibus, nomine nostro, auctoritate 15 presentium debeat investire; que etiam dodaria nos, die nuptiarum nostrarum, prout est iuris et moris, prenominate domine Isabelle, future uxori nostre, promittimus specialiter assignare, et privilegium sibi exinde facere pendenti bulla aurea communitum, typario nostre maiestatis impressa.

Plenariam etiam sepedicto iudici contulimus potestatem et speciale mandatum, de 20 dotibus nobis dandis pro domina supradicta cum rege prefato pacta et conventiones inire; vel acceptare conventionem primam que per fratrem G. de Merk et eundem iudicem, dudum nuncios nostros, ad hoc specialiter destinatos, cum rege prefato inita fuerant et per nostram celsitudinem confirmata; vel ut intercedente novatione solempni, pristina obligatio perimatur. 25

Ut tamen non sit minori quantitate contentus in promissione dotium predictarum, quam triginta millium marcarum argenti, solvendarum nobis, aut certis nunciis nostris, per loca et terminos, prout prenominatus iudex duxerit statuendum.

Super quibus videlicet, de locis et terminis statuendis, super solutione facienda dotium que ad solvendum remanserint, et de recipiendis proinde cautionibus, quas suf- 30 ficientes nobis idem iudex et idoneas reputabit, sibi plenam auctoritatem contulimus et speciale mandatum.

Illud etiam, quod pre manibus in adventu domine supradicte, future uxoris nostre, solvendum erit, eidem iudici volumus assignari, ad nos, deductis expensis quas pro domina supradicta faciendas viderit, deferendum. Super dotibus etiam restituendis a succes- 35 soribus nostris, si casus acciderit quod nos antedicte uxori nostre, non susceptis ex ea liberis, premori forte contigerit, antedicto iudici plenum et speciale mandatum contulimus, ut eidem regi nomine nostro promittat, et in anima nostra iuret, quod dotes ipsas, in eventum casus predicti, successores nostri eidem domine, vel regi predicto stipulanti, vel successoribus eorum, restituere integre teneantur. Super quibus omnibus et 40 singulis, ut est dictum, prefatum iudicem nuncium et procuratorem statuimus; adicientes, quod si articulus aliquis inexcogitatus emerserit, super quo speciale mandatum eidem iudici non contulerimus, per presentes eundem in emergentibus procuratorem statuimus generalem, dantes eidem generalem et liberam potestatem sic omnia nomine nostro facere, ac si esset speciale mandatum super emergentibus singulis a nostra celsitudine consecutus; 45 promittentes sic omnia et supradicta singula rata et inconcussa servare, ac si a nobis personaliter et presentaliter promissa existerent et firmata.

Data Fogie[a], anno Domini 1234, 15[b] mensis Novembris, 8. indictione.

1235. Febr. 22.

PACTUM MATRIMONII.

Nos, Henricus, Dei gratia, Angliae etc. vicesimo secundo die Februarii, indictione 50 octava, per presens scriptum notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis, quod nos, ad consilium et ordinationem domini Gregorii, sacrosancte Romane ecclesie summi pontificis, promisimus et corporaliter prestito iureiurando iuravimus, dare in uxorem legitimam Isabellam, karissimam sororem nostram, domino Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi. 55

a) *ita correxi.* Foge *Rymer.* b) *excidit* die

1235 Febr. 22.

Promittentes magistro Petro de Vinea, magne imperialis curie iudici, nuncio et speciali procuratori prenominati domini Frederici imperatoris, pro parte imperatoris eiusdem, nomine antedicte Isabelle sororis nostre, in dotem triginta millia marcarum argenti optimi sterlingorum, ana tres decim solid. et quatuor denar. per 5 marcam.

De quibus tenemur solvere prefato magistro Petro decimo die post resurrectionem Domini primo venturam per eandem indictionem, una cum predicta sorore nostra, tria millia mercarum argenti sterlingorum ut dictum est. Et alia duo millia tenemur solvere antedicto imperatori, vel certo eius nuncio, in festo beati Iohannis de mense Iunii 10 eiusdem indictionis.

Alia vero quinque millia tenemur solvere prenominato imperatori, vel certis nunciis eius, in festo beati Michaelis proximo venturo none indictionis.

Et alia quinque millia tenemur eidem solvere in festo pasche secundo futuro, per eandem nonam indictionem.

15 Et item alia quinque millia tenemur eidem solvere in festo beati Michaelis proximo futuro decime indictionis.

Reliqua vero decem millia tenemur antedicto imperatori, vel eius certo nuncio, solvere in festo pasche sequenti, per eandem decimam indictionem, ita ut ab ista pascha usque ad duos annos completos, antedicta triginta millia marcarum optimi et puri 20 argenti sterlingorum, sint eidem domino imperatori, aut eius heredibus, vel certis eorum nunciis, integre persoluta: salvo quod in quolibet predictorum terminorum, preter primum, beati Iohannis scilicet, debeamus quamlibet solutionem facere infra mensem, numerandum a die ipsa in solutione taxata.

Antedictam autem pecuniam, preter prima tria millia marcarum, tenemur solvere 25 antedicto imperatori, vel alii pro parte sua, apud London. in regno Anglie; ita ut non teneamur antedictam pecuniam eidem imperatori transmittere extra regnum.

Prenominatam autem pecunie quantitatem in dotem predicto magistro Petro, nomine imperatoris, pro predicta sorore nostra, promisimus et sacramento firmavimus, preter omnem apparatum, aurum et argentum laboratum, et vasa, equos, pannos, laneos 30 et sericos; que omnia prenominata domina soror nostra talia habere et deferre debebit, qualia tantam dominam portare, et tantum dominum recipere condecebit.

De quibus omnibus et singulis adimplendis obligavimus nos solempniter, stipulatione legitima interposita, antedicto magistro Petro, obligationem nostram pro parte antefati imperatoris recipienti; scilicet tam de solutione bona fide et integre facienda, quam de 35 terminis singulis observandis.

Ad maiorem etiam cautelam imperatoris eiusdem, hoc ipsum, corporali prestito sacramento, iuravimus per omnia et singula firmiter observare; promittentes, nomine pene, decem millia marcarum argenti, si in terminis pretaxatis singulis antedictam pecuniam, prout predictum est, distulerimus quietare; ut tamen antedicta pena decem millium 40 marcarum non in solidum, set pro rata per singulos terminos committatur.

Subiecimus nos preterea iurisdictioni et sententie summi pontificis ac sacrosancte Romane ecclesie, ut antedictus summus pontifex vel Romana ecclesia, si in solutione predicte pecunie per singulos terminos cessaverimus, possit nos et successores nostros libere per censuram ecclesiasticam cohercere, exceptione fori vel regie dignitatis, a no-45 bis aut successoribus nostris ecclesiastico iudicio minime opponenda, aut apposita, non obstante.

Hec eadem etiam in omnibus et singulis articulis observare, de speciali mandato, et in presentia nostra, corporaliter prestito sacramento, firmaverunt Hubertus de Burgo comes Kantie, Gilbertus marescallus comes de Pembrocia, Radulphus filius Nicholai, Go-50 defridus de Craucumbe, Humfridus comes Hereford; sacramento expressim et apertius inserentes, quod pro toto posse eorum ad hoc intendent, quod nos observare predicta omnia et singula debeamus.

Prenominati et singuli fideles nostri super hiis omnibus testimoniales apertas litteras exhibebunt, cum sigillis eorum pendentibus, antefato magistro Petro, ad cautelam et 55 presentiam antedicti Cesaris deferendas.

Per prenominatas autem cautiones nos sepedictus rex prenominato magistro Petro de Vinea obligavimus nos et successores nostros, antedicta omnia et singula observare;

1235. Febr. 22. hoc adiecto, quod si prenominatus summus pontifex vel Romana ecclesia vellet se domino imperatori de solvenda pecunia memorata nostro nomine obligare et constituere principalem debitorem, iuxta formam a iure statutam, nos obligationem ipsam ratam habebimus.

Et ipsum summum pontificem, et Romanam ecclesiam ab obligatione ipsa promittimus, statuendis inter nos locis et terminis, liberare; prout hec omnia per nuncios et litteras nostras eidem summo pontifici et Romane ecclesie curabimus destinare: eo salvo quod, antedicte Romane ecclesie cautione recepta, et per predictum Cesarem acceptata, presentis obligationis nostre littere nobis aut nunciis nostris restitui debeant, nullo umquam tempore [a] validure, et a predictis cautionibus omnibus nos et predicti nobiles nostri simus penitus absoluti.

Quod si forte, Domino avertente, contingeret, antedictam sororem nostram Isabellam prius in fata concedere quam iter arripiat, vel postquam iter arripuerit, priusquam dominum imperatorem virum suum perveniens, in facie ecclesie solempniter et publice desponsetur; nos et successores nostri ab omnibus et singulis antedictis obligationibus absolvi debemus et libere permanere.

Item, si forte, quod absit, imperatorem eundem prius contingeret in fata concedere, quam prenominata soror nostra desponsaretur ab eo, similiter nos et successores nostri remanere debebimus ab omnibus ipsis obligationibus absoluti; et antedicta soror nostra ad nos in regnum Anglie secure et libere reducetur; quod ipsum tam dominus H. venerabilis Coloniensis archiepiscopus, tam de recipienda a domino imperatore et desponsanda domina, quam de ea, in eventum sinistri casus, libere reducenda, et alii nobiles, qui ad ipsam sororem nostram, in Angliam, recipiendam de mandato imperialis excellentie venerint, sacramento ab eis corporaliter prestito iurare debebunt, et nobis proinde apertas eorum litteras assignare.

Obligavimus nos etiam antedicto magistro Petro de Vinea pro parte imperatoris prefati, sibi et antedicto archiepiscopo Coloniensi, aut quibuslibet aliis nobilibus imperii pro parte ipsius imperatoris venientibus, assignare sepedictam sororem nostram decimo septimo die intrantis mensis Aprilis, una cum solempnibus nunciis nostris, ducendam ad dominum imperatorem prefatum, ab ipso solempniter desponsandam et ab eo imperiali honore et affectione maritali tractandam.

Ad perfectiorem etiam antedicti matrimonii consummationem, sepedicta etiam Isabella, soror nostra, de mandato nostro, presentibus dilectis et fidelibus nostris, Ricardo comite Pictavie et Cornubie karissimo fratre nostro, Huberto de Burgo comite Kantie, Willielmo de Ferrariis, Philippo de Albiniaco, Hugone de Vivon', Radulfo filio Nicholai, Gaudefrido de Craucumbe, Amaur' de sancto Amando, Iohanne marescallo, Roberto de Mucegros, Roberto de la Bruer, Walerando Teutonico, et aliis quam pluribus fidelibus nostris recepto consensu in se a prefato magistro Petro de Vinea, speciali procuratore imperatoris ad hoc statuto, pro parte imperatoris eiusdem, per verba de presenti consensit in eundem imperatorem velut in virum suum, similiter per verba de presenti, prefato magistro Petro, ut dictum est, ad hoc antefati Cesaris speciali et legitimo procuratore statuto; et recepit in presenti ipsum dominum imperatorem in virum suum, recipiens annulum nomine imperatoris prefati, et remittens eidem, per eundem procuratorem, suum annulum sponsionis.

In cuius rei testimonium has litteras fieri fecimus patentes.

Teste meipso, apud Westmonasterium, vicesimo secundo die Februarii anno regni nostri vicesimo.

Ego Petrus de Vinea, magne imperialis curie iudex, specialis procurator et nuncius domini mei, Frederici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis, presenti scripto profiteor, quod de speciali mandato antedicti domini mei Frederici, et in anima sua corporaliter prestito sacramento, iuravi, quod antedictus dominus imperator ducet in uxorem legitimam dominam Isabellam sororem illustris regis Anglie, et quod ipsam in facie ecclesie solempniter et publice desponsabit et coronabit.

De voluntate et speciali mandato antedicti domini imperatoris consensi in predictam dominam Isabellam per verba de presenti, et recepto ab ipsa similiter in prenomi-

a) temporun *Rymer*.

natum meum dominum imperatorem consensu per verba de presenti, ad maiorem etiam consummationem matrimonii supradicti, pro parte prefati domini mei imperatoris tradidi supradicte domine sponsionis annulum; et invicem recepi ab ea, nomine imperatoris eiusdem annulum sponsionis. 1235. Febr. 22.

5 De speciali etiam mandato sepedicti domini mei imperatoris tradidi prefate domine Isabelle in dodarium, vallem Mazarie, cum civitatibus et castris, villis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus, tenementis et omnibus iuribus, et pertinentiis eius; necnon et honorem Montis sancti Angeli, cum civitatibus et castris, villis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus, tenementis, et omnibus iuribus, et pertinentiis eius, prout quodlibet de predictis dodariis regine Sycilie integre habere consueverunt. 10

Et eandem dominam Isabellam de predictis omnibus investivi per patentes imperiales litteras, aurea bulla munitas, typario imperialis maiestatis impressa.

Pro predicta autem domina, nomine dotis, recepi promissionem et obligationem domini regis prefati de triginta millibus marcarum argenti, solvendis in locis et terminis 15 sub ydoneis cautionibus, prout per patentes regias litteras et multorum nobilium suorum evidenter apparet.

Salvo quod si, Domino avertente, contingeret antefatam dominam vel predictum dominum imperatorem, quod absit, prius in fata concedere, quam prefatum matrimonium per sponsaliorum solempnia et carnis copulam consummetur, antefatus dominus 20 rex et successores sui sint a predictis obligationibus imperpetuum absoluti; et nihilominus domina supradicta, in eo casu, si imperatorem contingeret premori, secure et libere in regnum Anglie reducatur.

Quod etiam sacramentum dominus H. Coloniensis archiepiscopus, et alii nobiles, qui ad dominam ipsam recipiendam de mandato imperiali in Angliam venerint, corporali- 25 ter exhibere debebunt, tam de recipienda et desponsanda a domino imperatore domina predicta, quam de ea, si sinister casus accideret, in Angliam libere reducenda.

Quod si forte contingeret dominum imperatorem, quod absit, premori, liberis ex prefata domina non susceptis, tunc, secundum regni Sycilie consuetudinem, sit in electione domine supradicte, utrum velit supradictum dodarium in vita sua tenere salvo 30 iure et servitio ipsius dodarii, debito, et exhibendo heredibus domini imperatoris in regno, vel supradicta triginta millia marcarum recipere, domino imperatori pro dote exsoluta.

Promisi ego preterea, prenominatus magister Petrus de Vinea, et iuravi in anima imperatoris predicti, quod ipse dominus meus imperator, die nuptiarum, prout iuris et moris est, per annulum assignabit eidem domine dodarium supradictum, cum omnibus 35 iuribus et pertinentiis suis, prout superius est expressum; et privilegium sibi exinde faciet, aurea bulla munitum, tipario imperialis maiestatis impressa.

Hoc scriptum scripsi ego Angelus, magne imperialis curie notarius, de mandato sepedicti magistri Petri de Vinea, et meo signo signavi, pendenti sigillo ipsius magistri munitum.

40 Actum apud London., anno dominice incarnationis 1235, et vicesimo secundo die mensis Februarii, 8. indictione.

CURIA MOGUNTINA.

Aug.

Ex actis eius litteras papae ad principes ex Regestis Gregorii IX. T. V. fol. 57. *A. IX. Nro.* 169, *constitutionem pacis ad exemplum* 45 *constitutionis anno superiori ab Heinrico rege editae sancitam, et constitutionem ducatus Brunsvicensis et Luneburgensis proponimus. Et huius quidem autographum in tabulario Serenissimae familiae Welficae, amissa tamen in incendio palatii Brunsvicensis mense Septembri a.* 1830. *aurea bulla, adservatum iterum exscripsi, addito scri-*

pag. 301.

1235. Aug.

pturae pulcherrimae specimine. Constitutionem de statu imperii generali et de pace proponimus ex 1) *C. bibl. publ. Francofurtanae, olim S. Bartholomaei membr. in* 8[vo] *sec. XIII. et, prout ex scripturae specimine adiecto patet, proxime ad annum* **1235.** *accedente; unde vitiose quidem in Schunckii „Beiträgen zur Mainzer Geschichte" typis prodierat, in nostrum vero usum a Boehmero nostro et memetipso exscripta est. Cui plurimum consentit* 2) *charta olim civitatis Tremoniae, iam vero tabularii provincialis Monasteriensis, a V. Cl. Bernhardo Thiersch, directore gymnasii Tremoniensis, reperta, a V. Cl. Erhard, tabulario regio Monasteriensi, in libro „Zeitschrift für Archivwissenschaft" T. II. expressa, atque petenti mihi a Viro Excellentissimo Libero Barone de Vincke, Serenissimi Borussiae Regis a Consiliis intimis et Westfaliae provinciae primario praeside, liberaliter transmissa, quam igitur in usum operis nostri diligentissime vertere studui. Est apographum in usum civitatis Tremoniensis sec. XIII. conscriptum, in membrana paullo longiori, lineis atramento ductis prout ex specimine scripturae adiecto apparet*, omisso integro capite de iudice palatino; manavitque in codicem iuris Tremoniensis sec. XIV. unde illud Dreyerus una cum versionis germanicae initio, in libro „Nebenstunden" a.* **1768.** *pag.* **433.** *sqq. vulgavit. Meminit huius constitutionis Godefridus Coloniensis ad a.* **1235:** Curia celeberrima in assumtione beatae Mariae apud Maguntiam indicitur, ubi fere omnibus principibus regni Teutonici convenientibus pax iuratur, vetera iura stabiliuntur, nova statuuntur, et Teutonico sermone in membrana scripta omnibus publicantur. *Membranae eiusmodi Teutonico sermone tunc conscriptae exempla nulla supersunt; at capita constitutionis ordine paullo diverso ibi collocata fuisse, inde fortasse coniicere liceat, quod textus Teutonico sermone scriptus ubicumque non solum posteriorum constitutionibus imperatorum inseritur, sed saeculo XV. e latino translatus occurrit, eodem ordine habetur quem infra in edictis d.* **25.** *Iulii* **1281,** *d.* **13.** *Dec.* **1281,** *d.* **24.** *Mart.* **1287,** *d.* **2.** *Oct.* **1292.** *et anni* **1303.** *invenies. Translatio extat in bibl. palatina Vindobonensi in libro inter codd. Iuris canonici Nro.* **10.** *anno* **1482.** *conscripto; et utrumque codicem Senkenbergianum eodem pertinere, ex editione eius „Neue Sammlung der Reichstagsabschiede" pag.* **19—26.** *(columnis dextris) patet.*

Lites de lingua huius constitutionis agitatas enarrat Schoenemann in „System der Diplomatik" T. I. p. **300.** *sqq.; quem pede presso secutus est Cl. Thiersch l. c. . Ceterum lectores nostri ex Nithardo et annalibus Fuldensibus a.* **876.,** *sacramenta in Germania nostra iam saeculo nono Theutonica lingua conscripta et praestita fuisse, meminerunt.*

Iul. 28.

LITTERAE PAPAE.

Gregorius etc. archiepiscopis et episcopis ac aliis ecclesiarum prelatis, nobilibus viris, ducibus, marchionibus, comitibus et baronibus in imperiali curia constitutis. Puritas fidei

*) compendia scripturae haud rara, quorum hic proferimus : ı[e] = iusticie, teabat (s) = terminabat, diffinitam̄ = diffinitiuam, ad (ı), as (ı) = aliquid, aliquis: instonis (c) = institucionis, su̇ = siue, auc (te) = auctoritate.

et devotionis immense sinceritas quibus circa reverentiam matris ecclesie pre aliis fidelibus studetis actore Domino refulgere, nobis plenam fiduciam offerunt, quod in hiis que secundum Deum cupimus, vos promptos et faciles habeamus. Hinc est, quod cum tempus advenerit prorogationis spatium non admittens, in quo redemptioni patrie quam Patris eterni filius suo noscitur pretioso sanguine consecrasse, efficax consilium finale et auxilium debeat provideri, universitatem vestram rogamus et obsecramur in domino Iesu Christo in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus pensato prudenter quod Sancte Terre negotium non possit promoveri facilius quam quod christianus populus sit in sereno pacis et concordie constitutus, omni rancore deposito quem ex quacumque causa contra Lombardos hactenus concepistis, carissimum in Christo filium nostrum Fridericum Romanorum imperatorem etc. ad hoc, sicut attentius poteritis, vestris exhortationibus inducatis, quod ipse quacumque turbatione propulsa quam Lombardorum presumptio eidem dinoscitur induxisse, negotium societatis Lombardie, marchie Tervisine ac Romaniole in manibus ecclesie iuxta imperialis forme tenorem, quam ab ipso imperatore recepimus et dicte societatis rectoribus sub bulla nostra misimus interclusam, precise ponere non omittat, sicque fiat, quod vobis causam dantibus per quam strepitu cessante discordie, possit de Lombardie provincia rebus et hominibus copiosa Terre Sancte commodum provenire, vestra sinceritas proficiat ad retributionis eterne premium, quod pacem diligentibus paravit conditor singulorum.

Dat. Perusii 5. Kal. Aug., anno nono.

1235. Iul. 28.

CONSTITUTIO PACIS.

Aug. 15.

Fridericus secundus divina favente clemencia, Romanorum imperator [a] semper augustus, Ierusalem [b] et Sicilie [c] rex.

Imperialis eminencie solium nutu divine provisionis adepti, circa regimen subiectorum consilia nostra duplici vinculo pacis et iusticie roboranda providimus, ut per hec nominis nostri celebritas habeat quod sibi servet ad [d] gloriam, subditis ad salutem. Ex his [e] enim precipue [f] munitur auctoritas imperantis, cum in observancia pacis et execucione [g] iusticie, quantum terribilis est perversis, tantum est desiderabilis mansuetis. Proinde cum ad commissam nobis rem publicam gubernandam, nos urgens cura sollicitet, ut sub felici nostrorum temporum statu, circa subiectos nobis imperii populos vigeat pacis et iusticie moderamen; licet per totam Germaniam constituti [h] vivant in causis et negociis privatorum consuetudinibus antiquitus traditis et iure non scripto; quia tamen ardua quedam, que generalem statum et tranquillitatem imperii [i] reformabant, nondum [k] fuerant specialiter introducta, quorum partem aliquam, si quando casus trahebat in causam, ficta magis [l] opinio quam statuti [m] iuris aut optente [n] contradictorio iudicio consuetudinis sentencia terminabat; de consilio et assensu dilectorum principum ecclesiasticorum et secularium, in sollempni curia celebrata Moguncie [o], constitutiones quasdam certis capitulis comprehensas, presentibus eisdem principibus, nobilibus plurimis, et aliis fidelibus imperii, fecimus promulgari; quas in publica munimenta [p] redactas, ab universis et singulis iussimus inviolabiliter observari: pena contra transgressores sacrarum [q] constitutionum edita, prout violate maiestatis [r] decus et facilitas exigit delinquentis.

1. [s] *De ecclesiasticis sentenciis in causis spiritualibus observandis.* Libertates ecclesiarum et iura tanto liberalius nostra debet [t] fovere clemencia [t*], quanto devocius nobis ab eisdem et earum [u] rectoribus in spiritualibus et temporalibus [u*] servicium exhibetur. Statuimus igitur firmiter et districte precipimus, ut in civitatibus, opidis [v], villis, et omnibus locis sacri nostri imperii, episcoporum et [w] archidiaconorum [x] iurisdictioni [y] nullus iniuste resistat, set eorum ordinationes [z] et iuste sentencie in [*] causis ecclesiasticis observentur.

p. 301. l. 48.

2. *De advocatis ecclesiarum.* Statuimus insuper et districte iubemus, ut omnes

a) *deest* 1. b) iherusalem 2. c) sycilie 1. d) ob 1. e) hiis 2. f) precipuis *corr.* precipue 1. g) executorem 1. h) constitui 1. i) et t. i. *desunt* 1. k) non 2. l) nugis 1. m) statui 1. statum *corr.* statuti 2. n) optnte 2. o) maguncie constituciones 2. p) monimenta 2. q) scarum 2. r) magestatis 2. s) *numeri in codicibus desunt; rubricas solus* 2 *exhibet, adiecto signo paragraphi.* t) debet nostra 2. t*) clementia 2. u) eorum 2. u*) temporaribus 1. v) oppidis 2. w) *deest* 1. x) archiepiscoporum 2. y) iuridicioni 2. z) ordinaciones 2. *) et 2.

1235. Aug. 15.

ecclesiarum advocati fideliter eas pro viribus et posse suo defendant, sicut divinam[a] graciam et nostrum diligunt favorem. In bonis eciam advocaciarum suarum ita se racionabiles et modestos exhibeant, ut ad nos de ipsis gravis querela non veniat. Alioquin ad satisfactionem querelancium de ipsis sumemus, ut est iustum, debitam ultionem. (p. 268. c. 18.) Preterea sub obtentu[b] gracie nostre et imperii firmiter inhibemus, ne quis propter quamcumque culpam, debitum vel guerram[c] advocatorum, bona ecclesiarum invadat, vel[d] pignoret[e], vel incendiis dampnificet aut rapinis. Quod si[f] fecerit, convictus legitime coram suo iudice, proscribatur; nec proscriptio relaxetur, nisi triplum dampni persolvatur[h] illati, duplum ecclesie cuius bona sunt, et simplum advocato.

3. *De treugis.* Sepius accidit, ut presertim inter militares viros orta contencio, treugarum[i] interposicione[k] per obligationis[l] vinculum conquiescat; quia quod ex humanis erroribus per momenta subtrahitur, nisi nexui pene[m] subiaceat, in perniciem pristinam recidivat. (p. 301. l. 25.) Firmiter igitur et districte precipimus, ut si is in quo treuge violate sunt, cum eo in cuius manum promisse fuerunt, et duobus aliis synodalibus[n] viris integri status, de violatione[o] treugarum coram iudice suo per sacramenta probaverit, violator proscribatur, nec umquam[p] absolvatur a proscriptione[q] preter voluntatem actoris, vel manum perdat. Si vero is in cuius manum treuge date[r] sunt, noluerit[s] veritati testimonium perhibere[t], cogatur a iudice, nisi declaret suam ignoranciam sacramento; (p. 267. c. 4.) alioquin convictus manum amittat. Quod si per mortem alicuius treuge fuerint violate, et consanguineus interfecti aliquis[u] probaverit secundum formam iam dictam, violator convictus[v] perpetuo sit erenlos[w] et rehtlos[x].

4. *De iudiciis.* Oportet officio[y] iudicis merita suffragari, quia moribus debet excellere qui reatus discutit aliorum. Sanctimus[z] igitur[*] sub obtentu gracie nostre firmiter iniungentes, ut principes nostri et omnes alii, qui iudicia tenent a nobis inmediate, causas coram eis arbitratas secundum terrarum racionabilem consuetudinem iusto iudicio terminent, et idem precipiant[a] aliis iudicibus, qui sub eisdem sunt et iurisdictionem ab eis tenent; quod[c] qui non fecerit, districte eum[d] prout iustum fuerit puniemus, nil[e] de iure nostro[f] vel pena nobis attinente remissuri, nulli volentes in hoc parcere vel deferre[g]. Idem[h] precipimus eciam[i] a maioribus iudicibus circa inferiores iudices firmiter observari[k].

5. *Ut nemo se vindicet sine iudicis auctoritate.* Ad hoc magistratus et iura sunt prodita, ne quis sui doloris vindex sit; quia ubi iuris cessat[m] auctoritas, excedit licencia seviendi. Statuimus igitur, ut nullus, in quacumque re dampnum[n] ei vel gravamen fuerit illatum, se ipsum vindicet, nisi prius querelam suam coram suo[o] iudice propositam secundum ius usque ad diffinitivam sentenciam prosequatur; nisi in continenti ad tutelam corporis sui vel bonorum suorum vim vi repellat[p], quod dicitur nothwere[q].

Si[r] quis aliter processerit ad vindictam, dampnum illatum adversario solvat in duplum, nullam[1] actionem sibi de dampnis vel[t] gravaminibus illatis sibi de cetero[u] competente. Si quis vero coram iudice sicut predictum est in causa processerit, si ius non fuerit consecutus, et neccessitate[v] cogente, oportet eum diffidare inimicum[w] suum, quod vulgo dicitur widersage[x], hoc diurno tempore faciat, et ex tunc usque in quartum diem, (p. 267. c. 9. p. 301. l. 43.) id est post tres integros dies, diffidans et diffidatus integram[y] pacem servabunt sibi[z], in personis et rebus. Is autem in quo violatum fuerit hoc statutum[*], coram iudice conqueratur qui per se vel per[a] nuncium citabit[b] violatorem, et nisi[c] violator productus[d] super[e] hoc vel septena manu sinodalium hominum purgaverit innocentiam suam, quod non[f] commiserit contra hoc statutum[g], perpetuo pene subiaceat, quod dicitur erenlos[h] und rehtlos[i].

a) d. diligunt graciam et nostram. et favorem. 2. b) optentu 2. c) gerram 2. d) *deest* 2. e) p. dampnificet, incendiis aut rapinis 2. f) qui 2. h) persoluat 2. i) trewgarum 1. *fere constanter.* k) interpositorem 1. l) obligacionis 2. m) nexu 2. pene *deest* 1. n) sinodalibus 2. o) violacione 2. p) *deest* 1. q) scriptione 1. r) d. s. t. 2. s) voluerit 1. t) peribere 1. u) a. i. 2. v) conuinctus 1. w) herenlos 2. x) rechlos 1. y) officiis *sublato* s. 2. z) Sancimus 2.

*) *deest* 2. a) precipient 1. c) *deest* 1. d) e. d. 2. e) vel 1. nl 2. f) *deest* 2. g) differre 1. h) Idem quoque 2. i) tam 2. k) iudices o. inferiores firmiter. 2. m) *deest* 1. n) ei fuerit d. v. g. i. 2. o) *deest* 2. p) repulerit 2. q) q. d. n. *desunt* 1. r) *hic novum caput incipit* 1. t) in 1. u) de c. *desunt* 1. v) neccate 1. neccitate 2. w) amicum 2. x) widersage 2. y) firmam 2. z) sibi s. 2. *) h. st. *desunt* 1. a) *deest* 1. b) scitabis 1. c) *deest* 2. d) predictus 2. e) septena manu h. s. super hoc p. innocenciam suam 2. f) *deest* 2. g) statum 1. h) herenlos et r. 2. i) rechlos 1.

1) *Accusativi absoluti.*

6. *De teloneis*[a] *et monetis.* Cum[b] aliena invito domino non sine iuris iniuria contractentur, eo durius quis furti et falsitatis arguitur[c], quo presumptuosius aliquit[d] sibi de rei publice proventibus usurpavit. Ideoque statuimus, ut omnia telonea[e], tam in terris quam in aquis, post mortem dive memorie patris nostri imperatoris Heinrici[f], a quocumque[g] et ubicumque instituta fuerint, removeantur omnino, nisi is qui habet coram imperatore probet, ut iustum est, se teloneum de iure tenere. Item precipimus omnium teloneorum superadiectionem removeri, et omnino cessare et in statu[i] pristine institutionis debite permanere. Si quis autem huius[k] nostre sanctionis violator exstiterit[l], aut aliquit[m] ultra debitum et statutum extorserit, vel usurpaverit in loco indebito, coram suo iudice de his[n] legitime convictus, tanquam[n*] predo et populator[o] strate publice puniatur. Receptores vero teloneorum, tam in terris quam in aquis, debito modo teneri volumus ad reparationem[p] poncium et stratarum, transeuntibus et navigantibus[q], a quibus telonea accipiunt, pacem securitatem et conductum, ita quod[r] nichil amittant, quatenus durat districtus eorum, prout melius possunt fideliter procurando[s]. Quicumque vero[t] tercio[u] legitime convictus fuerit coram nobis statutum hoc non servasse, teloneum domino vacet a quo illud tenet. Districte insuper inhibemus, ne domini vel[v] civitates, pretextu faciendarum municionum, vel alia quacumque de[w] causa, telonea vel exactiones instituant, que[x] vulgo dicuntur ungelt, in homines extra positos vel extraneos, vel bona eorum, set dominus de suo vel hominum suorum bonis[y] edificet; violatoribus huius edicti nostri tanquam[z] predonibus strate publice puniendis. Si bellum vel verra[*] fuerit inter aliquos, quorum alter vel uterque[a] in strata teloneum habeat vel conductum, neuter illorum[b] nec quilibet alius in odium vel culpam illius, ad quem ius telonei[c] pertinet vel conductus, quicquam transeuntibus rapiat, ut transeuntes per stratam securitate gaudeant et quiete. Qui contra hoc[c*] fecerit, tanquam predo publicus puniatur. Precipimus autem omnes stratas publicas observari, et coactas stratas omnino cessare.

1235. Aug. 15.

p. 301. l. 36.

7. *De monetis.* Statuimus firmiter omnes monetas post mortem dive memorie Heinrici[d] imperatoris patris nostri omnino cessare, ubicumque et a quocumque fuerint institute, nisi qui tenet eas, prout iustum est, coram nobis ostendat, se ab imperio de iure habere. Quicumque vero monetas iniuste tenuerit, tanquam falsarius puniatur. Veteres autem monete debito modo et[e] iuste et racionabiliter observentur. Omnem fraudem et falsitatem in monetis fieri districtius inhibentes[f]; preterea falsariorum pene subiacere decrevimus omnes illos, qui sibi monetam sive formam aliene impressionis usurpant.

p. 301. l. 36.

p. 281. l. 15.

8. *De conductu*[g] *usurpando.* Stulte presumentur[h] illicita, ubi questus improbitas[i] humanitatis beneficium actionibus venalitatis exponit. Firmiter inhibemus, ne quis conductum alicui precio prebeat, nisi ius conducendi teneat ab imperio iure feodali.

p. 301. l. 46.

9. *De phalburgaris*[k] *et muntmannis.* Precipimus ut phalburgari[l] in omnibus civitatibus, tam in[m] nostris quam aliorum, cessent et removeantur omnino. Muntmannos[n] eciam ubique penitus cessare iubemus.

10. *De pignoribus.* Nullus aliquem sine auctoritate iudicis provincie pignorare presumat; quod qui fecerit, tanquam predo puniatur.

p. 268. c. 15.

11. *De pena filiorum qui committunt in patres, et fauctores eorum.* Cum apud omnes ingratitudinis vicium non leve sit crimen, tanto gravius est in filio puniendum, quanto paterne pietatis est inmemor, cuius beneficia nullo potuit obsequio vel devotione[p] mereri. Hac[q] igitur edictali[r] lege perpetuo valitura sanctimus, ut quicumque filius patrem suum de castris, terris, aliisve[s] possessionibus violenter eiecerit, aut bona ipsius incendiis vastaverit[t] vel rapinis, seu cum inimicis patris fedus inierit, sacramenta vel fidem prestans in paterni honoris vel bonorum ipsius grave detrimentum vel destructionem[ta], quod[u] vulgo verderpnusse[v] vocatur[w]: si pater cum duobus viris bone opinionis

a) theloneis *constanter* 2. b) Dum 1. *littera prima rubra.* c) arguit 1. d) aliquid 2. e) teolonea 1. f) Henrici 1. g) quacumque 1. i) statum 2. k) huic 1. l) extiterit 2. m) aliquid 2. n) hiis 2. n*) tamquam 2. o) populate 1. p) recepcionem pontium 2. q) naugantibus 2. r) itaq; 1. s) procuranda *corr.* procurando 2. t) vero *arraso* v. 2. u) tertio 2. v) *deest* 1. w) quadecumque 2. x) quod vulgo dicitur 2. y) vel bonis s. h. e. 2. z) tamquam 2. *saepius.* *) gerra 2. a) u. t. in st. habet 2. b) eorum *corr.* illorum 1. c) t. ius v. c. p. 2. c*) h̄ 2. d) hinrici 2. e) *deest* 2. f) inhibemus. Preterea 2. g) us *corr.* ů (vero) usurpando 2. h) presumuntur 2. i) inprobitas 2. k) palburgariis 2. l) palburgarii 2. m) *deest* 2. n) M. e. u. p. c. i. *desunt* 1. p) deuocione 2. q) *Nova divisio in* 1. r) edicta 1. s) aliis 1. t) inuaserit 1. ta) destonū 1. destitucionem 2. u) *deest* 1. v) verderprusse 1. v̌orderfnůsse 2. w) appellatur 2.

1235. Aug. 15.

et integri status, synodalibus[a] hominibus, eundem filium de aliquo maleficiorum iam enumeratorum coram iudice suo[b] convicerit sacramento, omnium bonorum successione, tam paternorum quam maternorum, mobilium et inmobilium, feodis, proprietate ac hereditate, sit perpetuo ipso iure privatus; ita quod nec patris nec ullius iudicis restitutione vel beneficio ullo umquam tempore[d] pociatur. Filius vero qui mortem patris fuerit machinatus, aut vulnerando aut vinculando manus violentas[e] in eum iniecerit[f], si de hoc coram suo iudice fuerit[g] convictus, supra dicto[h] modo omni iure omnique actu legitimo[i] perpetuo sit ipso iure privatus, quod vulgo dicitur erenlos[k] et rehtlos[l], nulla circa ipsum[m] restitucione locum habente. Testes vero quoscumque pater coram iudice[n] super hiis nominaverit, non obstante consanguinitate qua patri vel filio sunt astricti, omni prorsus contradictione et exceptione[o] cessantibus[p], teneantur veritati testimonium[q] perhibere; quod si renuerint[r], cogantur[s] a iudice iure debito et consueto, nisi suam declaraverint ignoranciam sacramento.

Ministeriales vero et servilis conditionis homines eiusdem, quorum consilio et[u] auxilio filius aliquod prefatorum scelerum perpetravit, coram suo iudice[v] secundum formam supradictam[w] a patre convicti[x], supra dicte pene, que[y] vulgo dicitur erenlos et rehtlos[z], perpetuo cum infamie nota subiaceant[z*] ipso iure; contra quos tamen[*] non ita districte[a] procedatur, nisi prius contra filium sit processum, ut maliciis et fraudibus occurratur.

Sane omnes alii, quorum consilio et[b] auxilio filius contra patrem commiserit[c], convicti per testes[d], iuxta formam predictam[e] a iudice in cuius iurisdictione id evenerit proscribantur; nec absolvantur a proscripcione[f], nisi dampna, eorum consilio et auxilio illata, persolverint, patri in duplum, et iudici quod tenentur, videlicet wette[g]. Si quis vero eorundem[h] vassallus patris fuerit, nichilominus ipso iure perpetuo cadat a feodo. Si vero dominus idem feodum ei[i] quandocumque restituerit, tantumdem de bonis suis inmobilibus, vel si hec non habuerit, estimationem[k] eorum iudici suo persolvere teneatur. In omnibus tamen causis memoratis sit omnis testis liber, integri status[l], et bone fame, in[m] causis parium[n] principum et aliorum, sive inferiores[o] ipso[p] sint, etiam ministerialiter[q]. Ministeriales vero in causis ministerialium et inferiorum, set non in causis liberorum. Rustici vero et servilis conditionis homines[r] in causis non superiorum set suorum parium admittantur.

Si vero pater etate, infirmitate, captivitate, aliave causa legitima inpeditus[s], suam non poterit iniuriam prosequi, aliquis consanguineorum ipsius, inpedimentum patris expressum iuramento declarans, ad eandem actionem prosequendam debeat[t] tanquam pater admitti, omni sibi iure concesso, quod patri conpeteret[u]. Hiis omnibus specialibus[v] in odium et detestacionem criminis[w] contra divini et humani iuris naturalem equitatem admissi generaliter perpetuo valituris.

12. *De proscriptionibus.* Penarum est pro qualitate nocentium[x] inventa diversitas; unde et proscriptos tanquam publicum crimen prosequimur, ut quibus inmanitas[y] flagicii[z] patriam interdixit, inpunis et[*] offeratur offensa. Firmiter igitur et districte precipimus et[a] statuimus, proscriptionis[b] sententiam a iudicibus in locis tantum publicis promulgandam; nec proscripcio relaxetur, nisi sufficienti cautione[d] premissa[e], quod satisfaciat[f] actori secundum[g] consuetudinem terre; quod si iudex non fecerit, nos requisiti, iudicem, ut iustum est, eundem[h] puniemus. Item districte precipimus, ut omnis iudex, tam princeps quam inferior, nemini qui a proscriptione[i] absolvitur, relaxet penam que dicitur wette[k], ut magis ceteri timeant[l] ne proscriptionibus involvantur.

a) sinodalibus 2. b) *deest* 1. d) *deest* 1. e) in eum v. 2. f) inpeterit 1. g) *deest* 1. h) scripto 2. i) p. l. 1. k) herenlos 2. l) rethlos 1. m) eum 2. n) s. h. c. i. 2. o) excepcione 2. p) cessantur 1. q) testimonio *corr.* testimonium 1. r) rennuerint 2. s) compellantur 2. u) uel 2. v) i. s. 2. w) s. scriptam 2. x) condicti 2. y) quod 2. z) rethlos 1. z*) subiceant 1. *) c. q. (tamen *corr.* non) i. 1. a) i. d. non 2. b) uel 2. c) commisit 1. d) *ita distinguit* 2. *nulla distinctio hic et post* predictam *in* 1. e) suprascriptam 2. f) a. p. *desunt* 1. g) wedde 2. h) earundem 1. i) et 1. k) estimacionem 2. l) integratus 1. m) . In 1. 2. n) patrum 2. o) inferio ipso sunt *corr.* inferiores ipso sint 2. p) spō 1. q) *i. e. sive etiam sint ministerialis conditionis; von Dienstmannsart.* — ministerialium 2. r) h. c. 2. s) impeditus 2. *constanter.* t) debet 2. u) conpetit 2. v) spiritalibus 1. w) criminum 1. x) nocentum 1. y) immanitas 2. z) flagiui 1. *) eciam inferatur 2. a) p. et *desunt* 1. b) proscripcionis 2. d) caucione 2. e) promissa 1. f) satisfiat 2. g) iuxta 2. h) e. ut i. est 2. i) proscripcione 2. *constanter.* k) wedde 2. l) timorem habeant 2.

1235. Aug. 15. p. 268. c. 17.

Item statuimus[a], ut quicumque per annum et diem in proscriptione imperatoris perstiterit, si actor ad cuius querelam fuit proscriptus[b], de hoc ipsum legitime convicerit coram nobis, per sentenciam nostram erenlos et rehtlos[c] pronuncietur.

Item quicumque inpetitur[d] ab alio provocatus ad duellum pro crimine lese maiestatis, tamquam consilio vel[e] auxilio contra nos aut imperium aliquid attemptaverit factiosum[f], si legitimis sibi induciis prefixis[g] non comparuerit[h] suam innocenciam purgaturus, per sentenciam nostram erenlos et rehtlos[i] iudicetur. [Item pro perfidia vel homicidio quod dicitur mort.]

p. 267. c. 8. 10. p. 268. c. 17.

13. *De proscriptis.* Precipimus et firmiter inhibemus, ne quis proscriptos manu teneat vel scienter hospicio recipiat; quod si[k] fecerit, et de hoc legitime convictus fuerit, tanquam proscriptus puniatur, nisi septima manu sinodalium hominum integri status ignoranciam[l] suam primo declaret. Ubicumque proscriptus interdicitur vel invaditur, a nemine defendatur; et si quis eum scienter defenderit et de hoc legitime convictus fuerit, eadem culpa teneatur et tanquam proscriptus iudicetur[m].

Nulla civitas vel opidum[n] proscriptum teneat scienter[o]; nullus eum defendat, si ei malum aliquod inferatur; nichil ei[p] detur gratis; nemo secum in[q] emptione vel venditione participet; set in omnibus evitetur. Si civitas eum[r] communiter scienter tenuerit, si est murata[s], murum eius[t] iudex terre destruat; hospes eius ut proscriptus puniatur; domus eius diruatur. Si civitas muro caret, iudex eam succendat, nec ulli liceat eam defendere. Si civitas se opposuerit, tam civitas quam homines qui se opponent[u] cadant ab omni iure suo. Si iudex in cuius districtu[v] est, hoc facere nequeat, significabitur[w] nobis, et nos illud exequi faciemus.

p. 268. c. 13.

14. *De emptoribus rei predate[x] vel furtive.* Interciditur[y] nocendi materia, si fautoris[z] occasio subtrahatur. Unde etiam[*] secundum iura civilia pari pena prosequimur[a] et fures et eos qui per participationem[b] depositi vel empti[c] sinum furantibus prebuerunt. Statuimus itaque, ut quicumque scienter emerit rem predatam[d] vel furtivam[e], vel hospes fuerit, id est[f] scienter receptor[g] non[h] proscriptorum[i] predonum aut[k] furum, si de hoc legitime semel[l] convictus fuerit, domino cuius res erat solvat in duplum. Si secundo[m] convictus fuerit hoc fecisse, si res predata fuerit, tanquam[m*] predo, si furtiva tanquam fur puniatur.

15[n]. *De iusticiario curie.* Trahunt ad se sollicitudinem imperii regimen et diversarum negocia terrarum et regionum, que cum semper expediat per nostram diligentiam expediri, querelancium causas quibus personaliter presidere non possumus, per virum probate fidei, opinionis honeste, prepositum iudiciis, loco nostri volumus terminari. In quo preter hec que nostre censure specialiter reservavimus, inviolabile iudicium attendatur. Statuimus igitur, ut curia nostra iusticiarium habeat, virum libere conditionis, qui in eodem persistat officio ad minus per annum, si bene et iuste se gesserit. Hic singulis diebus iuditio presideat, exceptis diebus dominicis et aliis festis maioribus, ius reddens omnibus querelantibus, preterquam de principibus et aliis personis sublimibus in causis que tangunt personas, ius, honorem, feoda, proprietatem vel hereditatem eorundem et nisi de causis maximis; predictorum etenim discussionem et iudicium nostre celsitudini[o] reservamus. Hic iudex terminos sive dies in illis arduis causis eorundem que ad ipsum[p] spectant, non prefiget sine nostro speciali mandato. Reos non proscribet[q] nec a proscriptione absolvet; hec namque auctoritati nostre excellencie[r] reservamus. Et[1] idem iurabit, quod nichil accipiet pro iuditio, quod nec amore nec odio, nec prece nec precio, nec timore nec gracia, nec alia quacumque de causa, iudicabit aliter quam iustum sciat, vel credat secundum conscienciam suam, bona fide sine omni fraude et dolo. Eidem dimittimus et assignamus iura, que ex absolutione proscriptorum pro-

a) Item perfidia vel homicidio quod dicitur mort ut q. 1. *Hanc sententiam, inserto* pro, *infra collocandam censui.* *) imperator 1. b) p. fuerat 2. c) rethlos 1. d) impetitur 2. e) et 2. f) *i. e.* proditorium. — factuosum 1. facinorosum 2. g) p. i. 2. h) apparuerit 1. i) rethlos 1. k) qui 2. l) innocenciam *corr.* ignoranciam 2. m) tenetur 1. n) oppidum 2. o) s. p. t. 2. p) *deest* 1. q) in empc. u. uendic. secum p. 2. r) cum 1. s) m. est 2. t) *deest* 1. u) q. se o. *desunt* 2. v) districtum 1. w) significetur 2. x) *ita correxi* rei publice 2. y) Interdicitur 1. z) fauctoris 2. *) eciam 2. a) persequimur 2. b) participacionem 2. qui participatione 1. c) e. v. d. 2. d) perditam 2. e) furatam 2. f) id est (. ı .) *in loco raso, eadem manu* 2. g) receptator 2. h) *deest* 2. i) *deest* 2. prescriptarum 1. k) et 2. l) s. l. 2. m) s. de hoc c. f. hoc f. 2. m*) tamquam 2. *bis* n) *totum caput* 15. *in codice* 2. *haud extat.* o) celsitudinis 1. p) ipsis *corr.* ipsum 1. q) prescribet 1. r) n. et e. 1.

1) Quae iam sequuntur, in teutonicum sermonem versa habentur in codicibus nonnullis; v. infra a. 1281.

1235. Aug. 15.

veniunt, que [a] vulgo dicuntur wette; eorum dumtaxat quorum cause coram eo tractate sunt, ut benevolencius iudicet et a nullo munera recipiat; quam penam nemini relaxabit, ut homines proscriptionem pocius timeant. Idem habebit notarium specialem, qui nomina proscriptorum scribet, et actorum, et causam ipsam sive [b] querelam, et diem quo proscriptioni involventur; item nomina absolutorum a proscriptione et actoris propter quem proscripti fuerunt, causam et diem absolucionis, fideiussorum absoluti nomina, qui sint, et unde sint, sive aliam cautionem quam prestat absolvendus iuxta consuetudinem terrarum pro satisfactione querelantis. Idem recipiet litteras continentes querelas, et servabit. Idem nullam aliam curam negociorum curie habebit. Idem scribet nomina, eorum qui accusantur vel denunciantur tanquam nocivi terre, et infamiam et eorum nomina quando a suspitione absolvuntur delebit. Idem scribet omnes sentencias coram nobis in maioribus causis inventas maxime contradictorio iuditio optentas, que vulgo dicuntur gesamint urteil, ut in posterum in casibus similibus ambiguitas rescindatur, expressa terra secundum consuetudinem cuius sentenciatum est. Idem erit laicus propter sentencias sanguinum, quas clerico scribere non licet, et preterea ut si [c] delinquid in officio suo, pena debita puniatur. Item iuramentum prestabit secundum formam iuramenti qualiter iusticiarius facit, et quod fideliter et legaliter se habebit in officio, nichil [d] scripturus et facturus contra ius et debitum secundum conscienciam bone fidei, omni dolo et fraude cessante.

Ad generalem statum et tranquillitatem imperii edite et promulgate sunt hee constituciones, de consilio et assensu principum tam ecclesiasticorum quam secularium, nec non [e] plurimorum nobilium [f] et aliorum fidelium imperii, in sollempni curia celebrata Maguncie [g], anno incarnationis Domini [h] 1235, mense Augusti [i], indictione 8ᵃ, imperante domino Friderico secundo, Dei [k] gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto Ierusalem [l] et Sicilie [m] rege, anno imperii eius 15. regni [n] Ierusalem [o] 10. regni [p] vero [q] Sicilie [r] 37. feliciter. Amen.

Aug. 21. *

CONSTITUTIO DUCATUS BRUNSVICENSIS ET LUNEBURGENSIS.

C In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Gloriosus in maiestate sua dominantium Dominus, qui regna constituit et firmavit imperium, de cuius clemencia vivimus, de cuius est munere, quod feliciter imperamus; ad hoc nos supra reges et regna preposuit, et in imperiali solio sublimavit, ut nobis factori nostro gratitudine devota subiectis, pacem et iusticiam moderamina nostra contineant, et qui sumus pre filiis hominum ab eo, qui preminet orbi terre, sublimius exaltati, viros dignos honoribus et non immeritos ad sollicitudinis partem admitti, liberaliter ad decus et decorem imperii, nominis et honoris titulo decoremus. Hinc est igitur, quod per presens scriptum noverit presens etas et futura posteritas, quod, cum diu propositi nostri foret, ut dilectum consanguineum nostrum, Ottonem de Luneburch ad fidem imperii et devotionem nostram efficeremus arcius obligatum, nec loci vel temporis oportunitas affuisset, quo conceptam erga eum intentionem nostram prosequi nos deceret; contingente causa nostri felicis adventus in Alamanniam, et pro reformatione tocius terre status indicta Maguncie curia generali, dictus Otto ad eandem curiam vocatus accessit. In qua dum assidentibus nobis principibus nostra serenitas resideret, de reformando terre statu disponens, nominatus Otto de Luneburch flexis genibus coram nobis, omni odio et rancore postpositis, que inter proavos nostros existere potuerunt, se totum in manibus nostris exposuit, nostris stare beneplacitis et mandatis, et insuper proprium castrum suum Luneburch, quod idiomate Teuttonico vocatur eygen, cum multis aliis castris, terris et hominibus eidem castro pertinentibus, in nostram proprietatem et dominium specialiter assignavit, ut de eo, quicquid nobis placeret, tamquam de nostro proprio faceremus. Nos autem, qui tenemur modis omnibus imperium augmentare, predictum ca-

a) quo 1. b) sine 1. c) *ita correxi* se 1. d) *ita corrigenda videbatur codicis lectio* $\overset{t}{v}$ *in* $\overset{l}{n}$ e) e *corr* et 1. f) *deest* 2. g) Maguntine 1. h) dominice 2, i) augusto 1. k) Dei *usque* rege *desunt* 1. l) iherusalem 2. m) scicilie 2. n) regno 2. o) iherusalem 2. p) regno 2. q) *adscriptum* 2. r) scilicie 2. *) *ex Godefrido Colon.*

strum de Luneburch cum omnibus castris, pertinenciis et hominibus suis, quemadmodum ex eiusdem Ottonis assignatione in proprietatem accepimus, in presentia principum in imperium transtulimus, et concessimus, ut per imperium infeodari deberet. Civitatem insuper de Brunswich, cuius medietatem proprietatis dominii a marchione de Baden 5 et reliquam medietatem a duce Bawarie, dilectis principibus nostris, emimus, pro parte uxorum suarum, que fuerunt quondam filie Henrici de Brunswich, comitis Palatini Reni, patrui dicti Ottonis, similiter in eadem curia imperio concessimus, proprietatem nobis debitam in dominium imperii transferentes. Preterea Ottone in ipsa generali curia in manibus nostris connexis palmis super sancta cruce imperii, que ibidem tenebatur, pre- 10 stante fidei iuramentum, nos attendentes, quam pura fide, sincera et prona devotione se totum mandato nostro et voluntati commisit, et in proprietatem nostram concessit proprie proprium castrum suum, de quo nemini tenebatur, et humiliaverit se modis omnibus coram nobis; considerantes insuper, quod numquam per eum fuerit offensum imperium, et nec contra honorem nostrum ad suggestionem alicuius voluerit inveniri, 15 dignum et utile vidimus circa statum et augmentum ipsius imperiali munificentia providere. Quapropter cum consilio, assensu et assistencia principum civitatem Brunswich et castrum Luneburch cum omnibus castris, hominibus et pertinenciis suis univimus, et creavimus inde ducatum, et imperiali auctoritate dictum consanguineum nostrum Ottonem, ducem et principem facientes, ducatum ipsum in feodum imperii ei concessimus, 20 ad heredes suos filios et filias hereditarie devolvendum, et eum sollempniter iuxta con suetudinem investivimus per vexilla; de affluentiore gratia concedentes eidem decimas Goslarie, imperio pertinentes. Ceterum ministeriales suos in ministeriales imperii assumentes, eidem concessimus, eosdem ministeriales iuribus illis uti, quibus imperii ministeriales utuntur. Ad huius itaque concessionis memoriam et robur perpetuo valiturum, 25 presens privilegium fieri, et bulla aurea, typario nostre maiestatis impressa, iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt: S. Maguntinus, H. Coloniensis, E. Salzpurgensis, T. Treverensis, et . . Bisuntinus, archiepiscopi: W. Madeburgensis electus, E. Papembergensis, S. Ratisponensis, imperialis aule cancellarius, H. Constantiensis, S. Augustensis, B. Argentinus, H. Basiliensis, C. Hyldensemensis, I. Leodiensis, G. Cameracensis, 30 I. Metensis, . Tullensis, . Monasteriensis, E. Nuemburgensis, . Traiectensis, C. Osemburgensis, R. Pactaviensis, H. Eystedensis, C. Spirensis, E. Merseburgensis, G. Verdunensis, et C. Frisingensis, episcopi; frater H. domus hospitalis sancte Marie Teuthonicorum in Iherusalem magister, . Morbacensis, . Augensis, et . Elwacensis, abbates; O. dux Bawarie Palatinus comes Reni, H. dux Brabancie, A. dux Saxonie, B. dux Karinthie, M. dux Lo- 35 thoringie, H. lancravius Turingie Palatinus comes Saxonie, H. marchio Misinensis, H. marchio de Baden, I. et O. marchiones de Brandeburch, H. comes Senensis, H. comes Barensis, D. comes Clevensis, H. comes de Hanalt; et alii quamplures.

1235. Aug. 21.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris (L. M.) semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis.

40 Ego Sifridus Ratisponensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini . . Maguntini archiepiscopi, tocius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense Augusti octave indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius 45 sextodecimo, regni Ierusalem decimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo, feliciter. Amen.

Datum Maguncie anno, mense et indictione prescriptis.

CURIA PLACENTINA.

1236. Mai. Iun.

Litterae de curia Placentina habenda in compluribus codicibus extant, et inter dictamina Petri de Vinea initio libri tertii leguntur. 50 *Damus eas ex codicibus sec. XV.* 1) *Vaticano Nro.* 4957. *et* 2) *Wilheringensi a Chmelio nostro exscripto.*

1236. Mai. Iun.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator etc.

Cum debitorum nostrorum chirographa legimus et calendarii nostri nomina diligentissime perscrutamur, et nos debitores aliis evidenter agnoscimus, et aliorum nos esse prospicimus creditores. Hinc igitur pulsantis ad ostium iusta nos urget instantia, ne fenore pregravemur; hinc ad exactionem debitorum nostrorum periculosa negociis 5 mora nos provocat, ne ipse pereant actiones. Ab illo namque bono patre familias protinus et instanter a nobis exigitur debitum, qui peregre proficiscens familiam suam sollicitudini nostre supposuit, cui reddere talenta que credidit cogimur duplicata. Sed et vice versa nos excitat cesaree fortune fastigium, ut ab eis, quos Romane ditionis habet imperium, subiectionis et obedientie debitum exigamus, cuius solutio debitoris emolumenta 10 non minuit, auget fidem: imo magis solventi crescit in comodo, quam suscipienti proficiat in augmento. Ceterum si in eo, prout de iure tenemur, satisfacimus proponenti, et prepositi diligenter officium impendamus, et temporalis honoris stipendia querimus, dum clarificamur in fama, et retributionis eterne fiduciam obtinemus, dum proficimus in salute. In iussu dominico „que sunt cesaris cesari persolvantur," emolimentum solutionis in 15 totum fere solventi relinquitur, dum recipienti etiam magis comodi et honoris acquiritur, quam solventi vexationis et oneris aggregetur. Ea namque sunt omnia, si verum inspicimus, subiectorum grata levamina, que sunt huius onera principatus; in hoc enim gloria regis extollitur et servatur, ut in quiete pacis populum dirigat, et in iusticie rigore conservet. Ad quarum primam non sine multo regnantium salutis et vite discri- 20 mine laboratur. Legimus namque, quam plures pro quiete publica populorum labores eximios assumpsisse; nec ex toto secura iusticia per reges et cesares ministratur; qui dum inferiores iudicant, superiori iudicio reservantur. Et quamquam tanti sollicitudo mysterii quibuslibet terre principibus debeatur, Romani tamen imperii veneranda sublimitas, quod in omnium presidentium oculis velut in speculo collocatur, tanto perfectius zelare pa- 25 cem, tanto tenetur instantius vacare iusticie subditorum, quanto totius orbis ambitus quodammodo spiritu vivit imperii, ut cum languente langueat, et ipso prosperante letetur. Nec in temporalibus solum christiani populi tenebras, Romani sceptri fulgor illuminat: sed ipse catholice fidei fulcimenta non levia subministrat, cum apud etiam matrem ecclesiarum omnium apostolorum sedem, infra totius ipsius potencie viscera collo- 30 catam, a qua ecclesie urbium singularum auctoritatis insignia contrahunt et instruuntur exemplis, hereticorum perfidiis aut aliquorum iniuriis concuti non permittant. Propter quod gratissimum putamus exhibere Deo vivo obsequium, si zelo laudabili et constanti proposito ad totius imperii statum pacificum tanto libentius aspiremus, quanto clariori presagio hoc de celesti colligimus voluntate. Nec enim ob aliud credimus, quod provi- 35 dentia Salvatoris sic magnifice, imo mirifice, dirigit gressus nostros, dum ab orientali zona regnum Hierosolymitanum, Conradi karissimi nati nostri materna successio, ac deinde regnum Sicilie, preclara materne nostre successionis hereditas, et prepotens Germanie principatus, sic nutu celestis arbitrii, pacatis undique populis, sub devotione nostri nominis perseverat, nisi ut illud Ytalie medium, quod nostris undique viribus circumdatur, 40 ad nostre serenitatis obsequia redeat et imperii unitatem. Nec in hoc providere tantummodo commodis nostris intendimus, sed super hiis crucis negocium directissime procuratur, dum rebellibus nostris circa partes Ytalie in gremium nostre gratie revocatis, expectationes multorum nobilium desiderato fine precidimus: qui vota sua in eventum huiusmodi suspenderunt, ut crucis signaculo presignitos christiani cruoris effusio, licet 45 iusta, ob debitum et honorem imperii scilicet, macularet; nos etiam, de cuius manu potissimum terra predicta prestolatur subsidium, sine tacita saltem redargutione multorum, relicti in tam nobili regione imperii nostri corpore lacerato et dissimulata tam veteri rebellione rebellium, assumere tantum negocium non possimus.

De sinu etenim ipsius Ytalie, supradicta discordia ad honorem Dei et imperii lau- 50 dabili fine sedanda, grande producere speramus auxilium Terre Sancte, que velut incolis populosa, vicina maritime, glebe fructifera cultu, in oportunitatibus omnibus se utilem nimis exhibuit. Ad hec igitur omnia salubriter procuranda, nec nostris indulgere laboribus, nec parcere sumptibus disponentes, estate presenti personaliter cum nostris principibus introire condiximus Lombardiam. Ad hec tria considerationem nostram potissime 55 dirigentes: ut eradicata in Italia heretica pravitate, iura ecclesie et imperii reformemus

ibidem; ut pacem, discordiarum scismatibus fatigatis, et quibuslibet passis iniuriam, absque acceptione qualibet personarum, iusticie copiam ministremus — scimus etenim, veritate testante, quod nobis malignum aliquod adversari non poterit dum iusticie solio presidemus —; ut ad expiandum inimicorum fidei piaculare flagitium in partibus transmarinis, de communi cismontanorum Italicorum consilio, votis communibus unanimiter aspiremus. Ad quod nostrum precipue, et totius christiane universitatis presidium, iam non tantum utilitas sed ipsa necessitas instanter invitat, cum treugarum finis, quas nos in ipsis partibus existentes inivimus cum soldano, fere in ianuis habeatur. Quare de nostrorum consilio principum, apud Placenciam solennem curiam duximus indicendam, ad quam ab Urbe citra omnium civitatum Ytalie nuncios invitamus. Ibidem quam plures nobiles principes nostros habebimus in honorabili comitiva: legatos etiam omnium regum occidentalium partium, quos fere omnes affinitatis vinculum nobis unanimes iam effecit, ibidem procul dubio nos credimus habituros, ut intentionis nostre salubre consilium ac propositum, quod de subsidio terre Dei et reformatione iurium ecclesie et imperii in Ytalia, et statu pacifico regionis eiusdem, pia mente concepimus, in solennem et publicam prodeat notionem. Et si tanta rebellium fuerit inventa protervitas, quod nec ad Dei negocium nec ad decus imperii velint habere respectum, celebris tribunalis in eos sentencie gladius exeratur: que nec appellationis nec supplicacionis remedio suspendetur, sed in rem transiens iudicatam, effectum dante Deo debitum e vestigio consequatur. Et ut in omnibus antiquus et debitus mos, honorque imperii conservetur, ecce quod ante faciem nostram de principibus nostris aliquem premittemus, cui plenariam dabimus potestatem, universitates quaslibet ac personas etiam singulares extra culminis nostri gratiam banno imperii existentes, in plenitudine nostre gratie recipere, prout honori nostro et imperio viderit expedire; premittendo eciam principi potestatem conferre decrevimus, in contumaces nova banna decernere et debita eos animadversione punire, illo presentibus inserto, quod nos promittimus inviolabiliter observare, et observari ab omnibus et singulis imperii fidelibus et principibus faciemus, quicquid de restauratione gratie nostre cum quibuslibet universitatibus seu personis per ipsum extiterit ordinatum; nec minus honori et voluntati nostre factum habebimus, quicumque, dicto principe mediante, gratiam nostram debita devotione deposcit, quam si a nobis ipsam presentibus obtineret. Tu igitur velut fidelis et prudens, te ipsum ad curiam predictam honorifice prepares, potestatibus, consulibus, atque communibus civitatum [a] Mediolanensis, Novariensis, Pergamensis, Vercellensis, Brixiensis, Alexandrine, et Laudensis, ex parte nostra precipias, ut ambasiatores suos, ipsorum auctoritate munitos, in nostra curia dicta studeant ad nostram presentiam destinare: qui pro parte universitatum suarum, tam super Terre Sancte negocio, quam reformatione imperii, et iusto et pacifico statu terrae, nostris et imperii mandatis se exponant. Scripsissemus utique predictarum universitatibus civitatum, nisi quod esse in posterum concilium principum crederetur, ut devotionem ipsorum imperialium apicum scriptura prevenit; nec nostrarum prescriptio litterarum merito poterat gratiam nostram illis exponere, qui eam assequi non nituntur. Nos enim, gratis auspiciis, in festo sancti Iohanis Baptiste proximo nunc futuro, aquilarum victricia signa movebimus ab Augusta, subsequenti festo Iacobi dictam regere curiam disponentes, illo nobis viam feliciter ostendente qui novit prosperum iter dirigere, ac faciente qui potest.

1236. Mai Iun. — Iul. 25.

a) Cumanis *insert* 2.

FOEDUS CONTRA DUCEM AUSTRIAE.

1236. Iun. 27.

Ex authentico vulgatum est ab Ill. L. B. de Hormayr in „Wiener Jahrbüchern“ T. XL. pag. 137. et nuperrime in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. pag. 245.

1236. Iun. 27.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos dilectis principibus nostris subscriptis, videlicet W.[a] illustri regi Boemie dilecto affini nostro, E. Babinbergensi, R. Pataviensi episcopis, O. duci Bawarie comiti Palatino Reni, et O. marchioni[b] Brandenburgensi, firmiter promisimus, quod cum Friderico duce Austrie et Styrie, contra nos, honorem, et dignitatem nostram, et imperii, gravia nimis et illicita moliente, nullas treugas, pacem, vel concordiam faciemus, contra[c] ipsorum voluntatem et consensum, et quod eis contra ipsum et omnes suos fautores efficaciter assistemus, et siquid gravaminis dictis nostris principibus a quacumque persona vel quocumque casu acciderit pro hoc facto, nos eos iuvabimus, sicut nostram condecet maiestatem. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri, et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum apud Augustam 27. Iunii 9. indictionis.

a) *nomina vide p.* 323 *et* 337. b) marhioni *auth.* c) cotra *auth.*

1237. c. Fbr. Mart.

CONRADI IV. REGIS ELECTIO.

Baluzius in Miscell. T. I. pag. **472**, *tum Leibnitius in Codice Iuris gentium T. I. p.* **9**. *acta electionis Conradi ex* 3) *codice Colbertino quodam ediderunt; emendatiora et pleniora Muratorius* 2) *in chronico Francisci Pipini in SS. Ital. T. IX. p.* **675**. *Quem nos secuti, adhibito tamen codice* 1) *Vaticano Nro.* **4957**. *saec. XV. fol.* **74. 75.** *editionem meliorem instituimus.*

Epistola electorum quando imperatorem elegerunt.

Expectatio gentium Iesus Christus, quem mittendum sepe prophetarum oracula predixerunt, auferens sceptrum de Iuda, et ligans[a] ad vineam pullum suum, hoc est ad nove plantationis ecclesiam[b] suam Romanum imperium alligans, et in ipsius clypeo tutelam nostre[c] fidei positam, manifestissime presagivit. Probat hoc clarius sequentium[d] rerum eventus, interpres cuiuslibet, et probatio certa presagii, dum nedum imperio patiente naufragium, sed nutante[e] solummodo spumosis incursibus procellarum, interdum heresum germina[f], que materialis imperii serra[f'] non resecat[g], in demolitionem vinee Domini Sabaoth perniciose succrescunt. De[h] inexcusabilis[i] itaque negligentie vitio manifestissime[k] convincitur, qui[l] tam nobile fidei fulcimentum qualibet hominis provisione non adiuvat, sed conquati patitur, quasi fidem non diligat, qui fidei negligit armaturam. Nec tamen hoc[m] ad quorumcumque[n] fidelium culpam aut notam iuste reducitur, sed illorum potissime[o] negligentia[p] condemnatur, ad quos divina sententia seu more maiorum[q] vis et auctoritas provisionis huiusmodi[r] pertinere noscuntur. Nam quamquam in Urbis initiis, post memorabile Troianorum exitium et deletam tam inclitam civitatem, apud[s] illius nove[t] congregationis patres[u] summa regni[v] potestas et imperialis creationis suffragium resideret[w], ex successivis tamen et[x] continuis incrementis imperii, postmodum calescente virtute, tante fortune fastigium apud unicam civitatem, licet pre ceteris regiam[y], non potuit contineri. Sed postquam etiam remotissimos terminos quadam girovaga peregrinatione lustravit, tandem apud Germanie principes, non minus probabili quam necessaria ratione permansit, ut ab illis origo prodiret imperii, per quos eiusdem utilitas et defensio procurantur[z]. Cum igitur nos Si-

a) et l. *desunt* 1. b) *deest* 2. 3. c) *deest* 1. d) frequentium 2. e) mirante 2. f) gramina 1. 3. f') serra *corr.* sera 1. g) serta n. resecant 3. h) Dum 3. i) inexcusabili 2. k) manifeste 3. l) quod 2. m) *deest* 2. n) quorumque 3. o) *deest* 1. p) negligentiam condemnat 3. q) morte maior 2. r) huius 2. s) caput i. n. c. Patras 3. t) *deest* 2. u) p. deuenerit s. 1. v) regis 1. 3. w) r. e. s. *desunt* 1. x) et c. i. i. p. c. v. *desunt* 1. y) regionem 3. r. tante fortune fastigium non procurantur *media desunt* 1. z) procuratur 3.

1237. c. Fbr. Mart.

fridus [a] Maguntinus, Theodericus Treverensis, Eberhardus [b] Saltzburgensis [c] archiepiscopi, Eckebertus [d] Bambergensis [e], Sifridus Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Frisingensis, et Pataviensis episcopi [1], Otto Palatinus comes Rheni dux Bawarie, Wenceslaus rex Bohemie, Henricus lantgravius Thuringie, et B. [2] dux Carinthie, principes, qui circa hoc [f] Romani senatus [g] locum accepimus, qui patres [h] et imperii lumina reputamur [i], coram tremendo Iudice de cura tante villicationis oporteat reddere rationem, nobiscum sollicita meditatione pensantes, quod tantum negotium non tam sortis iudicio, quam industria provisionis indigeat, illud etiam diligentius attendentes, quod post unius regnantis occasum interstitium temporis inter predecessoris obitum et plenum dominium successoris, quod interregnum antiquitus [k] veteres appellabant, grande posset imperio sed [l] et catholice fidei maximum afferre [m] discrimen, prevenire salubrius tempus [n] elegimus [o], quam dispendium temporis expectare. Nam licet per vires, industriam, et labores excellentissimi domini nostri Friderici Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem [p] et Sicilie regis, cuius vitam et imperium cupimus, satis ad presens imperio sit provisum; quia tamen preeminentia dignitatis longioris vite beneficium regibus non concedit, presentis vite lubricum merito formidantes, ipso vivente salubriter et regnante feliciter, de successoris nobis electione providimus [q], ne per eius interitum iustitia [r] diminutionem status pateretur, imperium et tranquillitas interiret.

Et cum de substituenda persona diligenti meditatione nobiscum et sollicite pensaremus, preteritorum cauta [s] provisio salubre consilium prebuit in futuris. Considerationibus etenim [t] nostris occurrit, qualiter divi cesares progenitores imperatoris eiusdem, qui longis retro temporibus imperio prefuerunt, non solum ut domini, iustitie solium inclite tenuere [u], sed tamquam patres imperii paterne dilectionis zelum ad omnes et singulos habuerunt: qualiter nec personarum periculis nec rerum parcendo [v] dispendiis, et plerumque [w] per dura [x] bellorum discrimina, imperii nostri fines in citramarinis et transmarinis partibus produxerunt [y], propter quod parentum laboribus fraudari filios, nostri noluere maiores; nos ipsorum vestigiis laudabiliter inherentes, presentem imperatorem, quem in exaltationem Romani nominis et dignitatis auguste [z] predecessorum suorum verum successorem agnoscimus et filium experimur, in sobole sua simili [*] retributione decrevimus honorare [a]: ut dum filium eius ex nunc in futurum imperatorem nostrum post eius mortem assumimus, iuste pro imperio pater [b] hactenus laborasse se gaudeat, laboretque libentius amodo, velut laborum suorum fructus [c] non relicturus extraneo, sed ex communi [d] voto parentum filio paraturus. Sicque nos, inspirante nobis tam salubre consilium gratia summi Regis, ad voluntatem [e] et preces eiusdem domini nostri imperatoris, apud Viennam [f] unanimiter vota nostra contulimus in Conradum antedicti domini [g] imperatoris filium, regni Hierosolymitani legitimum successorem, eligentes ipsum ibidem in Romanorum regem, et in [h] futurum imperatorem nostrum, post obitum patris habendum; ac etiam [i] fide data eidem domino imperatori sacramento firmavimus, quod prefatum Conradum a nobis in regem electum, post mortem prenominati patris sui dominum et imperatorem nostrum habebimus, eidem in omnibus, que ad imperium et ius imperii pertinent, intendentes, sibique iurabimus fidelitatem [k] eidem [l], prout est moris et iuris imperii sacramenta prestantes, ac [m] ad optinendum solenniter imperii diadema, sibi, prout de iure tenemur, consilium et auxilium impendemus [n]. Et licet Henricum primogenitum suum pridem nobis in [o] regem simili provisione duxerimus [p] eligendum; quia tamen cum in honore foret [q], non intellexit, sed ab Aquilone

a) Sigifridus *hic et infra* 2. *In codice Parisiensi nomina omnia desiderantur.* b) *ita correxi* et Bernardum 1. et Berardus 2. c) coloniensis 2. d) *ita correxi* Gilbertus 1. Gerbertus 2. e) Baibergensis 1. *Legit hic ita:* Cum igitur nos Sifridum Maguntinum et Tudericum Treveren. et Bernardum Saltzburgen. archiepiscopos et Gelbertum Baibergen. Sifridum Ratisponensem imperialis aule cancellarium Frigitm. et Pictaviensem episcopos, Octonem Palatinum comitem Neni ducem bawarie. Vbertes autem reges Bohemie. Henricum langravium Thuringie et B. ducem Caruthie principes *etc.* f) haec 2. g) senatoris 2. h) partes 1. i) reputemur 1. k) *deest* 3. l) *deest* 2. m) afferri 2. n) tamen 1. o) eligimus 2. 3. p) hierusalem 2. q) praevidimus 3. r) *deest* 1. s) *deest* 2. t) enim 1. u) tenueruut 3. v) parcendi 1. w) pleraque 1. x) dubia 1. 3. y) perduxerunt 3. z) a. preteritorum predecessorum 1. *) filius 1. a) h. et ut 3. b) *deest* 2. c) fructum 2. d) s. omni 2. e) vocationem 3. f) . . locum 3. g) *deest* 1. h) *deest* 1. i) e. debita eidem fide data praestantes ad illud obtinendum i. diadema *media desunt* 3. k) *deest* 1. l) e. iuris honoris et imperii 1. m) *deest* 1. n) impendamus 1. o) *deest* 1. p) duximus 1. q) esset 3.

1) Conradus et Rudigerus. 2) Burcardus.

1237. c. Fbr. Mart. sedem sibi[a] constituens contra patrem, loco tanti regiminis se monstravit indignum, iusto patris iudicio, et eius ultronea voluntate, quam sibi conscientia proprie transgressionis ingessit[b], ab eodem Henrico sacramento soluti[c], quod de electione sua[d] similiter feceramus, Henrico Conradum, velut David Sauli, sancta deliberatione providimus[e] subrogandum[f]. Ad cuius rei memoriam etc. Interfuerunt similiter . . . . . . patriarcha Aquileiensis et alii quamplures etc. 5

a) sibi s. 1. b) ingressit 3. c) s. praestito iuramento 3. d) sui 1. e) *hic explicit* 1. f) *hic explicit* 3.

1237. Dec.

CONRADI IV. SENTENTIA CONTRA INFEODATIONEM EXCOMMUNICATORUM.

Ex authentico prodiit in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p. **267**. 10

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierosolymitarum. Tenore presentium notum esse volumus universis, quod ad requisitionem dilecti familiaris nostri honorabilis principis imperii Eistetensis episcopi, assistentibus nobis principibus et aliis nobilibus quam pluribus, talis in presentia nostra lata fuit sententia, et ab omnibus approbata, quod nullus 15 excommunicatus, tanquam comunione fidelium privatus, feodo suo a domino suo de cuius manu id accipere debet, aliquatenus debeat infeodari, cum talis ad actus legitimos nullatenus sit admittendus; unde ad supplicationem predicti episcopi eandem sententiam conscribi fecimus et sigillo regio roborari.

Actum apud Hagenowe, mense Decembris undecime indictionis. 20

1238. Mai. 1.

CURIA VERONAE.

Memorat pauca de ea Ryccardus de S. Germano; ex actis eius damus litteras ad regem Ungariae vel Castellae et ad comitem Provinciae, ex codicibus Petri de Vinea 1) *Vallicelliano et* 2) *Guelferbytano, collatis cum* 3) *Martenii editione in Collect. Ampl. T. II. pag.* 25 **1150** *et* **1168** *ep.* **17** *et* **43**, *emendatas.*

Fridericus etc. regi Hungarie[a] etc. Regum precellens gloria et secularium preeminentia dignitatum mutuis proficiunt et magnificantur auxiliis; et ubi viget inter eos identitas gratie ac servatur equalitas voluntatum, potentes dominantur in populis et timentur principes a subiectis. Hic re vera zelus, hec causa nos commovet, hec gerende rei publice 30 commoditas trahit, ut ad pacandum statum nostrorum fidelium et ad superbiam rebellium in virga ferrea comprimendam collatis vobiscum victorie nostre successibus, quos prostratis Mediolanensibus et complicibus eorum, manifestis imperii hostibus, triumphaliter obtinemus, vos inrequisitos ad nostrorum sequencium communionem successuum transire vel omittere non velimus; publicam exempli materiam impensuri, per quam iustus 35 metus ad subditos transeat. Quia ex quo imperiale brachium potentia regum munitur, et ad commune subsidium per colligationes varias principes obligantur et pari conveniunt voluntate, omnis a subditis abscedat rebellionis audatia, et conspirationes deficiant popu-

a) *ita* 1. Castelle 2. 3.

lorum. Que adeo in Ytalie partibus creverant, quod nisi potentia nostra, sicut iam cepit, Domino exercituum faciente, radicitus resecet et revellat, ne dum ad proximos, set distantes et remotissimas regiones, exempla mali multipliciter emittebant. Post obtentam igitur de Mediolanensium strage victoriam non deficiat nostra instantia contra eos; set firmantes in Ytalia moram nostram, indiximus apud Veronam primo venturi Kalendis mensis Maii solempnem curiam celebrandam, ad quam dilectum filium nostrum Conradum Romanorum in regem electum et regni Ierosolimitani heredem, cum ingenti expeditione ducenda de Germanie partibus, ac universos et singulos principes nostros, quemlibet cum armata militum comitiva, duximus convocandos; tempus quo solent reges ad bella procedere prefigentes, [ut] in deliberatione curie generalis disposito statu fidelium, ad supremam depressionem rebellium, si quos obstinata perfidia in errore tunc usque pertraxerit, prout negotiorum necessitas exigit, procedamus. Ut igitur rebelles ubique subditos longe lateque timor evidens prosequatur, quod augustali exercitui vires regales adveniant, et in similibus imperiale subsidium debeatur, ex communi zelo amicicie quem vicissim debemus exsolvere, confidenter exposcimus, rogamus, ac hortamur regiam serenitatem attente, quatenus balistariorum equitum copiam, quos ipsa specialiter educat preelectos, sicut honori regio congruit, ad nos in Ytaliam pro confusione nostrorum rebellium taxato tempore dirigatis, constituentes nos ad similia debitores, qui tenemur pre ceteris ex auguste sedis debito universis adesse ad enervandam superbiam iniquorum, et vobis, tamquam affini et amico nostro, specialiter ad omnem graciam et honorem.

1238. Mai. 1.

Fridericus etc. comiti Provintie. Litteris et nuntio tuo ad nostram presentiam destinatis hilariter et benigne receptis, tam ex continentia litterarum quam ex nuncii relatione collegimus devotionem tuam, quam ad nostra et imperii servitia prompta geris et fervida voluntate. In eo verumtamen cogimur excusatum habere sollicitum zelum tuum, quod sero nuntium nostrum cum litteris submonitionis nostre venisse fateris; pro eo quod terminus in Kalendis Maii pretaxatus e vicino videatur instare, licet admirari cogimur de nuncii tarditate, quem ad preveniendum apparatum tuum premisimus et deputavimus specialem. Ad quod insuper confidimus te probabiliter experiri, quod etsi nuntius ad te non cito pervenerit, affectus tuus per effectum debitum in aliorum exemplum clarius ostendetur. Allegavit etiam idem nuntius tuus temporis discrimina precedentis, et gravaminum instantiam et causarum que tibi oneri fuisse noscuntur, ut certum a nobis prefigi peteret terminum militum ducendorum. Quod expedire non vidimus; nec ad hec proposita petitio nuntii nos potuit inclinare, ut viro tante strenuitatis et fidei, quem specialis affectio servitii nostris et imperii votis ardentibus precordialiter incitat et invitat, qui cum ex affinitatis vinculo tum ex nature ac potentie sue meritis debet esse ceteris in exemplum pariter et sequelam, metam comitive suum decentis honorem prefigere deberemus; suggerente nobis fide tua fiduciam certiorem, quod ad servandam laudem et gloriam experte consummacionis negocii Lombardie, quod pre manibus estate proxima finaliter nobis offertur, laudabiliter ad pugne coronam venias ut re vocaris, obliviscens gravamen rerum et temporis, et ad successuum profectionis gaudia conatibus virium renovatis exurgas, et nullus possit modestior a nobis numerus pretaxari, quin in eo derogari nobis et tibi crederemus potius quam deferri; maxime cum Petrus comes Sabaudie sororius tuus, dilectus fidelis noster, ad presentiam nostram circa partes Pedemontis accedens, proprio zelo ductus, cum honorabili comitiva ad exercitum nostrum obtulit se venturum, marchione Montis ferrati presente et nostris similiter exposito servitiis cum omni suarum virium facultate. Nec te patimur ignorare, quod a diversis regnis et mundi provinciis strenua prestolamur auxilia, et infinitam habere confidimus copiam armatorum; volentes notam cunctis tue domus laudem et gloriam presentialiter ostentari, ut nobis gratiosus advenias, admirabilis exteris, et tibi ac tuis titulis gloriosus. Nos autem ad tuum oportuniorem adventum, in Kalendis Maii terminum ad eiusdem mensis finem tibi volumus prorogari; ita videlicet, quod in Kalendis sequentibus Iunii te coram nobis debeas hilariter presentare. Cetera vero tuus nuncius ore supplebit, qui de felici statu et processibus nostris te certum et iocundum efficiet, sicut vidit.

1238. Maii 14. Iun. 26. 1239 Febr. 22.

EDICTA CONTRA HERETICOS.

Textum eorum emendavimus ope 1) *Regestorum Innocentii IV. Anni XI. Litt. curial.* 47. *ubi papa ea potestatibus consiliis et communitatibus civitatum et aliorum locorum Ytalie observanda proponit, Asisii XI. Kal. Iunii anno pontificatus sui XI.* 2) *codicis Vaticani Nro.* 2648. *membr. sec. XIV. in fol. foll.* 37—39. 3) *codicis Vaticani Nro.* 3978. *membr. fol. sec. XIV. XV.,* 4) *codicis bibl. palat. Vindobonensis inter Salisburgenses Nro.* 343. *membr. sec. XIII. Alberti de Tebaldo questiones continentis, quum iam olim inter Petri de Vinea epistolas lib. I.* 25—27. *evulgata fuissent. Promulgata fuisse videntur saepius, et quidem ex codice Vaticano* 3978. *Cremonae die* 14. *Maii,* 11. *indictione, i. e. anno* 1238; *ex Papon histoire de Provence, qui tamen nonnisi excerpta tertiae constitutionis exhibet, Veronae die* 26. *Iunii eiusdem indictionis; ex regesto Innocentii, codice Vaticano* 2648. *Vindobonensi et Basiliensi signato B. X.* 14., *Padue die* 22. *Februar.* 12. *indictione, scilicet anno* 1239. *Edictum secundum ex Friderici Constitutionibus L. I. tit.* 1. *repetitum, in regno Siciliae anno* 1231. *mense Augusti vim legis adeptum erat*[1]; *primum et tertium, mense Februario et Martio anni* 1232. *paucis mutatis edita supra p.* 287—289 *inveniuntur.*

p. 288 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Ierusalem et Sicilie rex, dilectis principibus suis, venerabilibus archiepiscopis et episcopis aliisque prelatis ecclesiarum, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, scultetis, burgraviis[a], advocatis, iudicibus, ministerialibus, officialibus, et omnibus per totum imperium constitutis presentes litteras inspecturis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Commissi nobis celitus cura regiminis et imperialis, cui dante Domino presidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo divisim a sacerdotio fungimur, gladium adversus hostes fidei et in exterminium heretice pravitatis exigunt exerendum, ut vipereos perfidie filios contra Deum et ecclesiam insultantes, tanquam materni uteri corrosores, in iudicio et iustitia persequamur, maleficos vivere non passuri, per quorum sententiam seducentem mundus inficitur, et gregi fidelium per oves morbidas gravior infligitur corruptela. Statuimus itaque, sancientes ut heretici, quocumque nomine censeantur, ubicumque per imperium dampnati fuerint ab ecclesia et seculari iudici assignati, animadversione debita puniantur. Si qui vero de predictis, postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis, redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum penitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Preterea, quicumque heretici reperti fuerint in civitatibus, opidis, seu aliis locis imperii, per inquisitores ab apostolica sede datos, et alios orthodoxe fidei zelatores, hii qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inquisitorum et aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur, et eos captos artius custodire, donec per censuram ecclesiasticam dampnatos, dampnabili morte[b] perimant, qui fidei sacramenta et vite dampnabant. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fovendum hereticorum errorem callidus hostis suscitat advocatos, vel parat illicitos defensores, maxime cum facinus[c], quos inquinat, equat; nisi monitione previa destiterint, et eorum vite duxerint consulendum. Eos preterea, qui convicti in uno loco de heresi ad alia loca se transferunt, ut cautius possint effundere virus heretice pravitatis, debitam censemus subire vindictam: ut super hoc per viros ab eodem errore conversos ad fidem, nec non et per alios qui eos de heresi convicerunt, quod et in hoc

a) burgauiis 1. b) more 1. c) facimus 1.

1) cf. Ryccardum de S. Germano a. 1231. 1233.

1238. Mai 14. Iun. 26. 1239. Febr. 22.

casu concedimus licite faciendum, evidens testimonium habeatur. Item mortis sententie duximus addicendos, si quos hereticorum ad iudicium tractos, in extremo vite periculo heresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit et fide mentita convinci, ac eos contigerit [a] eiusdem morbi spontaneam incurrere recidivam, ut [b] sibi dam-
5 pnabilius iniquitas sit mentita, et penam debitam mendatium non evadat. Omne insuper proclamationis et appellationis beneficium ab hereticis, receptatoribus, et fautoribus eorundem penitus amovemus, volentes, ut de finibus imperii, in quibus semper debet existere fida fides, heretice labis genimina [c] modis omnibus deleantur. Ceterum, quia quanto maiora divine nutu miserationis accepimus, et altiorem locum pre filiis hominum
10 obtinemus, tanto devotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas, si reos lese maiestatis in personis eorum et liberorum suorum [d] exheredatione dampnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis [e] et catholice fidei detractores provocamur: eorundem hereticorum, receptatorum, fautorum, et advocatorum suorum, heredes et poste-
15 ros, usque ad secundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus publicis officiis et honoribus imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo merore tabescant. Vere scientes, quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter ulciscens. Nec quidem a misericordie finibus duximus excludendum, ut si qui paterne heresis non sequaces, latentem patrum perfidiam revelaverint, quacumque reatus illorum
20 animadversione plectantur, predicte punitioni non subiaceat innocentia filiorum. Ad hec notum fieri volumus, fratres predicatores de ordine predicatorum, pro fidei negocio in partibus imperii nostri contra hereticos deputatos. Ceteros quoque [f], qui ad hereticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando et redeundo sub nostri imperii speciali defensione receptos, et quos apud omnes sub ope
25 ac recommendatione fidelium imperii esse volumus inoffensos, universitati vestre mandantes, quatenus quocumque et apud quemcumque vestrum pervenerint, benigne recipiatis eosdem, et personas eorum [f*] ab incursu hereticorum eis insidiantium conservantes indempnes, omne consilium, ducatum, et auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hereticos vero, quos et ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra
30 singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post ecclesiastice dampnationis iudicium penam subeant quam merentur: sciturí, quod in executione ipsius negocii, gratum Deo et laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperii novam et insolitam heretice pravitatis infamiam, opem et operam una cum eisdem fratribus prestiteritis efficacem: et si quis foret exinde negligens et remissus, ac [g]
35 inutilis coram Domino, et in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere.

Dat. Padue 22. Febr. 12. indict. [h].

Fridericus Dei gratia etc. Inconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur heretici, et vocabuli vitio servientes, quod significationem divisionis enunciat, in ipsius indivisibilis fidei unitate nituntur inducere sectionem, et oves a Petri custodia, cui pascende
40 a pastore bono sunt credite, segregare. Hii sunt lupi rapaces intrinsecus, eo usque mansuetudinem pretendentes ovium, quousque ovile possint subintrare dominicum; hii sunt angeli pessimi, hii sunt filii pravitatum, a patre nequitie et fraudis auctore ad simplices animas destinati. Hii colubri, qui columbas decipiunt: hii sunt serpentes, qui latenter videntur inserpere, et sub mellis dulcedine virus evomere, ut vite cibum mini-
45 strare se simulent, a cauda feriunt, et mortis poculum, velut quoddam durissimum venenum, immiscent. Horum secte veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notate nominibus, vel, quod est forte nephandius, non contente, ut velut ab Arrio Arriani, vel a Nestore Nestoriani, aut a similibus similes nuncupentur. Set in exemplum martirum qui pro fide catholica martirium subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi
50 miseri Patareni, a quibus abest sancta credulitas divinitatis eterne, sub uno contextu nequitie, insimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, et seipsos. Deum, dum Dei fidem et filium non agnoscunt; decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimonie, heretice pravitatis oblectamenta ministrant; crudelius etiam seviunt in seipsos, dum post ani-

a) contigerunt 2. b) et 2. c) germina 2. d) eorum 2. e) b. et n. Christi et 2. f) ceterosque 2.
55 f*) *deest* 1. g) ac etiam i. 2. h) Data Cremone XIIII°. maii 3.

1238. Mai 14. Iun. 26. 1239. Febr. 22.

marum dispendium, corpora denique severe mortis illecebris, quam per agnitionem veram et vere fidei possent evadere, vite prodigi, et necis improvidi[a] sectatores involvunt, et quod est ipso dictu durissimum, superstites etiam non terrentur exemplo. Contra tales, sibi, Deo, et hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin debite ultionis in eos gladium exeramus, tanto ipsos instantius persequentes, quanto in evidentiorem delusionem fidei christiane, prope Romanam ecclesiam, que caput ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis sue scelera latius exercere noscuntur, adeo, quod ab Ytalie finibus, presertim a partibus Lombardie, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius habundare, iamque usque ad regnum nostrum Sicilie, sue perfidie rivulos derivarunt. Quod acerbissimum reputantes, statuimus in primis, ut crimen hereseos, et dampnate secte cuiuslibet, quocumque nomine censeantur sectatores, prout veteribus legibus est indictum, inter publica crimina numerentur, immo crimine lese maiestatis nostre debet ab omnibus horribilius iudicari quod in divine maiestatis iniuriam noscitur attemptatum: quamvis iudicii potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduelionis crimen personas adimit dampnatorum et bona, et dampnat post obitum memoriam defunctorum, sic et in predicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus observari, et ut ipsorum nequitia, qui quia Dominum non secuntur in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente, investigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores, et per officiales nostros, sicut et alii malefactores inquiri, ac inquisitione notatos, etiam si levis superstitionis argumento tangantur, a viris ecclesiasticis et prelatis examinari iubemus. Per quos si inventi fuerint a fide catholica saltem in articulo deviare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidiis, noluerint agnoscere Deum lucis, set in erroris concepta instantia perseverent, presentis nostre legis edicto dampnatos, mortem pati patarenos aliosque hereticos, quocumque nomine censeantur, decernimus, quam affectant; ut vivi in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus, quod in hoc ipsorum satis facimus voluntati, ex quo penam solummodo, nec fructum alium consecuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo intervenire presumat; quod qui fecerit, in ipsum nostre indignationis aculeos non immerito convertemus.

Datum Padue 22. Febr. 12. indictione[b].

Imperator Fridericus semper augustus etc. Patarenorum receptatores et complices, et quocumque modo fautores, qui ut a pena alios possint eximere, de se velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus, et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur: si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei premium quam agnovit, fame pristine de imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur. Incipiunt capitula constitutionis contra patarenos, edita per dominum Fridericum illustrem virum Romanorum imperatorem semper augustum Ierusalem et Sicilie regem. Patarenos, speronistas, leonistas, arnaldistas, circumcisos, passaginos, ioseppinos, garratenses, albanenses, franciscos, bagnarolos, comistos, waldenses, runcarolos, communellos, warinos, et ortolenos cum illis de Aqua nigra, et omnes hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia, diffinimus atque bannimus: censentes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur: ita, quod filii ad eorum successionem pervenire non possint; cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque persone, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquam infames et banniti ab omnibus habeantur: ita, quod si sic per annum permanserint, ex tunc eos sicut hereticos condempnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates[c] et consules, seu rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei prestent publice iuramentum, quod de terris sue iurisdictioni subiectis, universos hereticos ab ecclesia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare studebunt: ita quod amodo quandocumque quis fuerit in perpetuam potestatem vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro potestatibus, neque pro consulibus seu consimilibus habeantur, eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles et inanes.

p. 287.

a) improvida 1. b) Dat. Cremone XIIII. maii XI. indictione 3. c) potestas 1.

1238. Mai 14. Iun. 26. 1239. Febr. 22.

Si vero dominus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum, terram ipsam exponimus catholicis occupandam, qui eam exterminatis hereticis, absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent, salvo iure domini temporalis, dummodo 5 super hoc nullum prestet obstaculum neque aliquod impedimentum apponat; eadem nihilominus lege servata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes preterea, receptatores, defensores, et fautores hereticorum bannimus; statuentes, ut si quis postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, et ad publica officia seu consilia, vel ad 10 aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus ei preterea super quocumque negocio, sed ipse aliis respondere cogatur: quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur: si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur: si tabellio, eius in- 15 strumenta confecta per manum ipsius, nullius penitus sint momenti. Adicimus insuper, quod hereticus per hereticum convinci possit, et quod domus patarenorum, receptatorum, defensorum et fautorum, sive ubi docuerint, sive ubi aliis manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituende.

Dat. Padue 22. Febr. 12. indictione[a].

20 a) restaurande. Dat. Cremone XIIII. maii XI. indictione. Dat. Padue XXII. Febr. XII. indictione. 3.

SENTENTIA CONTRA INFEODATIONEM REGALIUM.

1238. Nov.

Ex archivo ecclesiae cathedralis Wormatiensis edidit eam Schannat in hist. Wormatiensi pag. 120.

25 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus etc. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod cum in curia nostra, dictante sententia principum, et de speciali petitione conquerentium sit obtentum, quod teloneum, moneta, officium sculteti, et iudicium seculare, nec non et similia, que principes ecclesiastici recipiunt et tenent de manu imperiali, et predecessorum nostrorum, sine consensu nostro infeodari 30 non possint, cumque quilibet imperator in indicta curia percipere debet integraliter, et vacantibus ecclesiis omnia usque ad concordem electionem habere, donec electus ab eo regalia recipiat, supplicavit celsitudini nostre venerabilis Wormatiensis episcopus, dilectus princeps noster, quatenus ea, que per predecessores suos alienata sunt a sua ecclesia sine consensu nostro de predictis, ad ius et possessionem ecclesie Wormatiensis revocari de 35 nostra gratia, iuxta latam sententiam mandaremus, his dumtaxat que de consensu predecessorum nostrorum, et nostro, collata noscuntur permansuris. Nos igitur prefati episcopi supplicationibus inclinati, et late super hoc sententie inherentes, quidquid de predictis telonio, moneta, et seculari iudicio, nec non et consimilibus a Wormatiensi ecclesia per predecessores suos sine nostro consensu alienatum exstitit vel subtractum, auctoritate 40 imperialis culminis ad ius et possessionem ipsius ecclesie revocamus presentis scripti auctoritate; mandantes, quatenus nullus sit qui contra latam sententiam et presentis nostre revocationis tenorem huiusmodi alienata temere audeat detinere. Quod qui presumpserit, penam transgressoribus sententie ac mandatorum imperialium debitam se noverit incursurum.

45 Data Cremone anno dominice incarnationis 1238. mense Novembri, indict. 12.

1239. Febr. 22.

CURIA PADUAE.

Praeter edicta contra hereticos in curia ista edita et supra pag. **326** *sqq. vulgata, prima iam vice edicta contra iudices male iudicantes et eorum corruptores sistimus. Proponimus ea ex codice bibl. Palatinae Vindobonensi, inter Salisburgenses Nro.* **343.** *membr. sec. XIII. Alberti de Tebaldo quaestiones exhibente, unde ea flagitantibus nobis Chmelius noster describi curavit. Quae hic statuuntur, diversa sunt a constitutionibus Friderici in regno Siciliae L. II. tit.* **50. 51.**

De pena iudicum male iudicantium.

Cum falsitates nimium inexecrabili pena puniri non possint, et maxime sentenciarum, per quas lites et placita dirimuntur; si enim hec non rite vel iniuste, sorde vel gracia, precio vel odio, a iudicantibus proferantur, veritatis tramites obumbrantur, et falsitatis vie lucido tramite lustrabuntur, et persecutor iusti[a], qui semper luctando succubuit, victoris nomen assumet, quod quidem humano generi et christiane fidei est contrarium. Iusticia enim est fidei fundamentum, et nichil rite potest hedificari ubi deest fidei fundamentum, multo magis nequit[b] iam edificatum ea parte semota subsistere. Hac igitur edictali lege in eternum Deo propicio valitura sancimus, ut si qui iudices, cuiuscunque dignitatis sint, sorde vel gracia, rogatu seu precibus, precio vel odio, seu aliqua alia causa, iniustas[c], vel iniquas sententias nephando ore protulerint, capitali sententie subiugentur; bona eorum insuper, si in criminalibus causis, ex quibus pena sanguinis infligitur, tales tulerint sententias, publicentur, et inpune per totum nostrum inperium ab omnibus occupentur. Si qui autem iudices ob inpericiam vel errorem iniustas tulerint sententias, non inputent legi, sed sue inscientie hoc attribuant. Itaque cum nomen iudicis assumentes videantur se peritos asserere, eos dispendii, extimacionis, ac et litis discrimen iubemus incurrere.

Data Padue 22. Februar. 12. indicione.

Imperator Fridericus secundus. Corruptores iudicum in civilibus causis antiqua legum dampnentur sententia. In criminalibus autem qui iudicem corrupit, cum ipso iudice bonorum publicacionem, capitalem sententiam, paciatur.

a) *ita correxi;* perse ustis *codex.* b) *ita correxi;* nequod *codex.* c) iniusta *codex.*

1239. Iul. 25.

CONSTITUTIO VICARII GENERALIS IN ITALIA.

Ex Giulinii Memorie di Milano T. VII. p. **600.**, *ubi ex registro antiquo typis data est; fragmentum diplomatis reperimus etiam in codice bibl. Vallicellianae Petri de Vinea fol.* **49.** *ubi tamen loco Italiae comitatus Romaniole legitur, et ultima verba sunt:* „et punias inquisitos.“ *Chartas quibus anno* **1246.** *Fridericus de Antiochia vicarius generalis in Tuscia, et mense Novembris a.* **1248.** *Petrus comes Sabaudiae vicarius generalis in Lombardia constituuntur, iisdem fere verbis conceptas in collectione nostra diplomatum proponemus.*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Ierusalem et Sicilie rex, Henrico, Turris et Galluris illustri regi sacri imperii in Italia legato, dilecto filio suo

1239. Iul. 25.

gratiam suam, et omne bonum. Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens a celo iustitia, erexit in populis regnantium solia, et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana conditio iugo dominii, neque libertatem a se, quam eis natura concesserat, homines abdicassent, nisi quia
5 impunita licentia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitie, et servire iudicio libertatem. Sed neque exquiri extrinsecus decuit aliam speciem creature; sed homo prelatus est homini, ut gratiorem prelaturam efficeret identitas speciei. Potissimum tamen ad regimen populorum divina sententia prefecit imperium, dum ostensa sibi figura numismatis in reddi-
10 tionem census, ea pre ceteris regibus cesaree fortune fastigium presignivit; cui diversimodas subdidit nationes, non ob hoc solum ut eis imperando preesset, sed ut ipsis pacis et iustitie copiam ministrando preberet. Inter illas igitur multarum occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro salubri rei publice statu spiritus noster continue fatigatur, meditatione sollicita revolventes, quod regio supradicta prout superius est distincta,
15 provincia utique nobilis et pars Romani imperii pretiosa, diu pro hostilitate guerrarum et seditione suorum provisione iustitie caruisset, propter quod tam cives quam habitatores Italie in personis et in rebus damna non modica novimus fuisse perpessos, et ibidem iura imperii diminuta, ne talentum nobis in eis creditum negligenter abscondere videamur, utpote qui rationem villicationis nostre sumus in examine stricti iudicii reddituri,
20 ad hoc direximus aciem mentis nostre, ut ad statum pacificum totius Italie imperialis provisionis instantia salubriter intendamus. Quapropter de tua industria et fidelitate confisi, te de latere nostro legatum totius Italie ad eos, velut persone nostre speculum pro conservatione pacis et iustitie, specialiter destinamus, ut vices nostras universaliter geras in ea. Concedentes tibi merum imperium, et gladii potestatem, et ut in facino-
25 rosos animadvertere valeas vice nostra purgando Italiam, malefactores inquiras, et punias inquisitos, et specialiter eos, qui stratas et itinera publica ausu temerario violare presumunt. Criminales etiam questiones audias, et civiles, quarum cognitio si nos presentes essemus ad nostrum iudicium pertineret. Liberales quoque audias et determines questiones. Imponendi et banna et mulctas, ubi expedierit, auctoritatem tibi plenariam im-
30 pertimur. Decreta utique interponas, que super transactione alimentorum, alienatione rerum ecclesiasticarum, et etiam minorum, secundum iustitiam interponi petuntur. Tutores etiam et curatores dandi quibuslibet tibi concedimus potestatem, et ut minoribus, et maioribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita restitutionis in integrum beneficium valeas impertiri. Ad audientiam tuam tam de criminalibus quam de civili-
35 bus causis appellationes referri volumus, quas a sententiis ordinariorum iudicum, et eorum omnium qui iurisdictionem ab imperio nacti sunt in Italia, contingent interponi, ut tamen a sententia tua ad audientiam nostri culminis possint libere provocari, nisi vel cause qualitas vel appellationum numerus appellationis subsidium adimat appellanti. Creandi iudices et notarios tibi concedimus plenariam potestatem. Tue igitur filiationi
40 firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus ad statum pacificum Italie, et recuperationem nostrorum iurium et imperii in eadem, omni fide et sollicitudine, prout gratiam nostram diligis, ac efficaciter et diligenter intendas, ut inde diligentie tue testimonio electionis nostre iudicium commendetur, dum talem tanto negotio duximus preponendum, ex cuius fide et industria serenitatis nostre salubre propositum de observatione
45 pacis et iustitie, et reintegratione iurium Italie, singulis exprimetur.

Dat. in castris in episcopatu Bononie, 25. Iulii, 12. indictione.

CONSTITUTIO DE IURE PROTIMISEOS.

anni incerti.

Prior eius pars a Cuiacio in libris Feudorum V. tit. 13. edita est, quum antea nonnisi fragmenta eius quaedam apud Afflictum, Bal-

1239. *dum et Oldendorpium extassent; integram anno* 1822. *Neapoli constitutus in codice bibliothecae Musei Burbonici signato VIII. E.* 24. *chart. in* 4[to] *sec. XV. ineuntis inveni exscripsique. Codex iste „Capitula Regni" inscriptus, praeterea leges regum Siciliae stirpis Andegavensis et Heinrici VII. edicta infra referenda exhibet. Cuiacius praeterea constitutionem Romani imperatoris, unde nostra fluxit, typis expressit, addiditque alia quaedam Friderico adscripta, quae in annotationibus referemus*[1]. *De tempore editae legis nihil constat.*

DE IURE PROTHOMISEOS[a].

Sancimus amodo in omni provincia et in omni civitate, ut si quis forte[b] habeat communem fundum[c] vel agrum vel vineam vel rem immobilem, divisam vel indivisam, ex communi emcione vel ex aliquo huiusmodi titulo vel aliquo modo coniunctam[d], et voluerit alienare predictas res per vendicionem, emphiteosim vel locacionem, non ante concedimus[e] alienare, nisi prius denuncietur illis quos vocamus[f] per ordinem iuris prothomiseos. Inprimis vocentur parentes qui sunt coniunti; postea socii[g] qui similiter sunt coniuncti; post hos vocentur illi qui sunt sub uno servicio et sunt coniuncti ex aliqua parte; post[h] omnes istos illi qui sunt coniuncti tantum etiam si sunt extranei. Si autem plures sint qui habent ius prothomiseos, omnibus denuncietur, ut intra 30 dies solvendo iustum precium[i], quantum verus emptor sine fraude dederit, unusquisque secundum[k] suam porcionem accipiat. Verum si infra statutum terminum precium iustum non solvitur, pro[l] cetero non habebit ius prothomiseos, nisi quisquam fuerit in captivitate, vel fuerit deportatus, in exilium missus, vel si fuerit absens causa rei publice vel ex propria causa sua, sine dolo et fraude[m], aut si fuerit minor 25 annis; et licet fuerint isti absentes ex causa iusta, tamen tutores vel procuratores eorum vel curatores vel defensores infra quatuor menses debent venire et solvere iustum precium cum usuris legitimis et neccessariis expensis, et recipere ius prothomiseos, et extraneos emptores omnino expellere; et si neglexerint hoc facere, resarcient de propriis suis quicquid incommodi illi haberent[n]. Licet enim supra dixerimus, quod omnes vocentur ad ius prothomiseos, tamen si probati fuerint, quod atroces iniurias vel manus inpias ex proposito[o] venditori vel eius familie intulerint, vel ipsius substantie gravem iacturam moliti sunt, vel contra eius vitam nisi sunt, vel eciam peculiare dampnum[p], omnes isti nullo modo sine venditoris voluntate ad ius prothomiseos veniant. Causa vero dotis, vel donacionis propter nupcias, vel sinplicis donacionis, causa mortis, aut ex testamento, vel per mutacionem, vel ex transactione, parentes[q], extranei omnes possunt alienare; nisi si quis vendendo vel locando, et[r] qui non habent ius prothomiseos, simulate donaverit vel[s] in emphiteosim dederit etc. Ideoque illi qui habent ius prothomiseos, possunt exigere iuramentum venditionis[t] et emptionis. Si autem post iuramentum probatum fuerit, contra constitucionem nostram simulate hoc egisse[u], venditor et emptor penam periurii substinere, et insuper rem

a) Alia constitutio Friderici de iure προτιμησεως *Spangenberg*. b) q. ex parentela h. *Sp.* c) c. agrum domum vel vineam *Sp.* d) coniuctam 1. coniunctim *Sp.* e) liceat ei a. quam denuntiauerit illis *Sp.* f) vocavimus p. o. in ius προτιμησεως *Sp.* g) s. post hos illi qui s. c. etiam si extranei sint *Sp.* h) post — extranei *desunt in editis.* i) p. sine mora aut q. quiuis e *Sp.* k) *deest Sp.* l) soluerit, de *Sp.* m) s. d. et f. *desunt Sp.* n) habuerint *Sp.* o) ex p. *desunt Sp.* p) *ita legenda videntur codicis:* dag[m] ocϱ q) et p. et e. *Sp.* r) ei . . habet *Sp.* s) vel legatum dederit. Ideoque *Sp.* t) a venditore et emptore *Sp.* u) e. venditorem et emptorem, rem et pretium perdent, et fisco a. *Sp.*

1) Quum omnibus hominibus, qui legibus reguntur et moribus, praeceptum esse constet, ius suum cuique tribuere, nec cuiquam ius suum detrahere, libertatis procedente gratia, qua naturaliter, quod cuique facere libet, nisi quid vi aut iure prohibetur, est concessa facultas, res suas unicuique liberum esse aut propter nuptias donationis, aut dotis, aut simplicis donationis, aut cuiuslibet alienationis, aut ultimae voluntatis dispositionis causa sive testamentario iure in alium transferre, non est ambigui iure. Sed quoniam et iure praecipitur, honeste vivere, alterum non laedere, ne hi, qui cognatione vel communione, vel aliquo propinquitatis modo eorum, qui vendunt, urbanis rusticisve praediis adhaerendo ab his, qui intromisceantur, laedantur, vel aliter ipsa venditione impediantur, iure προτιμήσεως praeferri sancimus etc.

1239.

amittere* et emptor precium, et fisco applicabitur. Fiscus autem vendat rem illam illi qui habet ius prothomiseos. Si autem ante[a] iuramentum probatum fuerit hoc fecisse[b], vendicio erit[b*] irrita, et cogetur venditor vendere illis invitis aliis convicinis qui habent ius prothomiseos. Prohibemus igitur potentes personas accipere a minoribus sub pretextu 5 empcionis[c], seu donacionis sinplicis, aut causa mortis, ex testamento[d], aut sub pretextu defensionis, nisi fuerit parentis[e]. Potentes autem dicimus, non tam illos qui per se sunt potentes, set eciam per propinquiores, per quos possunt inferre timorem alienatoribus, aut per promissionem beneficii. Si quis autem potencior qui fecerit, sit alienus ab illa re, et extimacionem prestet fisco[f]. Scriptum est enim Grecorum legibus de iure pro- 10 thomiseos, ubi dicitur de termino et finibus que ius habent ipsum, videlicet quod illi qui in circuitu sunt per finem silicet ipsam propinquitatem quam ipsi habent silicet proprie sunt in vendicione coniunti victoriam ipsius vendicionis habeant. In tali itaque ordine, ut illi qui habent ipsam prothomisem unius anni spacium, post annum vero nullam prothomisem habere debeant, neque possint. Si autem sint in ipsa terra vel loco, 15 habeant prothomiseos victoriam usque ad quatuor menses; ita tamen si fuerint a venditoribus solempniter requisiti, et non renunciaverunt emere. Item de ipsa prothomise in alio Grecorum capitulo continetur, ut qui habet prothomisem a tribus partibus, illorum pocior sit vendicio, et una pars nichil ibi habeat; set si habet a duabus partibus, collacione facta recipiant eam omnes, sicut propinquitatem habent. Si autem domum prope 20 castrum habeat, ipse eam habeat qui per castrum habet, et non illi qui ipsam prothomisem per parietem habet. Est autem de generali consuetudine approbatum, quod tria sunt que prothomisem non habent, videlicet via puplica, ecclesia et civitas.

Explicit etc. Fredericus imperator.

*) admittere 1. a) *deest* 1. b) fecisset 1. h. eos fecisse *Sp.* b*) fuerit 1. c) adopcionis *Sp.* d) vel ex usucapione, 25 aut *Sp.* e) potentis 1. nisi forte parentes fuerint *Sp.* f) *hucusque Feud. V.* 13; *reliqua solus codex Neapolitanus.*

CONRADI IV. SENTENTIA DE OFFICIIS ECCLESIARUM.

1240. Ian. 15.

Ex Schminckii Monimentis Hassiacis T. III. p. 252. ope V. Cl. Chr. de Rommel, tabulario electorali Casselano praefecti, iam nunc emendata.

30 Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus, semper augustus et heres regni Ierusalem, universis presentes litteras inspecturis fidelibus imperii gratiam suam et omne bonum. Noverit universitas vestra, quod ad requisitionem Wernheri venerabilis abbatis Hersveldensis ecclesie, dictantibus eam nobilibus et aliis, qui aderant, talis lata fuit coram nobis sententia et ab omnibus ap- 35 probata, quod, quia de manu nostra regalium receperat investituram, legitime vacare debeant universa officia ecclesie Hersveldensis, exceptis quatuor principalibus, que post se consequentiam summam trahunt. Unde ne de sententia huiusmodi in antea dubitetur, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas.

Datum apud Hagenoe 15. Ianuarii, 13. indictione.

---

40 # CONRADI IV. SENTENTIA DE IURIBUS EPISCOPORUM.

1240. Mai.

Ex Monumentis Boicis T. XXX. P. I. pag. 274. 275.

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus, semper augustus, et heres regni Hierosolymitani, universis presentes litteras in-

1240. Mai.

specturis fidelibus imperii, gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium ad modernorum et futurorum notitiam pervenire cupimus et protendi, quod ad requisitionem Egenonis venerabilis electi Brixinensis ecclesie, dilecti principis nostri, post receptam investituram regalium per manus nostras, dictantibus eas principibus, baronibus et nobilibus qui aderant, idem subscriptas obtinuit sententias coram nobis: primo videlicet, quod post suscepta regalia, universa officia episcopatus sui suis manibus sint soluta, exceptis quatuor officiis principalibus, que consequentiam post se trahunt. Item quod durantibus in excommunicatione, sua possint feuda denegari, et detineri legitime, eo quod tales communione debita sint privati. Ad hoc, cum ipso iure nulle sint, eorum universas obligationes pignorum, concessiones feudorum, seu quascumque alienationes bonorum episcopatus sui, factas imperii et sui capituli non accedente consensu, possit et debeat licite ad utilitatem ecclesie revocare. Preterea sententiatum exstitit ad instantiam principis memorati, quod ratione gladiorum, spiritualis videlicet et materialis, quibus sua episcopalis dignitas est fulcita, sex septimanis in excommunicationis vel proscriptionis[a] vinculo perdurantem, licite potest iuxta terre consuetudinem, actore petente percellere altero gladiorum, ita quod excommunicati proscribentur, et e converso proscripti excommunicationis sententie innodentur. Ad quarum sentenciarum memoriam retinendam, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Actum apud Nordelingen, anno gratie 1240. mense Maii, 13. indictionis.

a) prescriptionis *autographum.*

1240. April. Mai.

TRACTATUS PACIS CUM GREGORIO IX.

Principum Imperii epistolas ad papam de restituenda pace ex Gregorii IX. Regestis T. V. fol. 255. 256. Ann. X. proponimus.

I. 1 Littere C.[1] archiepiscopi Coloniensis, L.[2] Warmaciensis, L.[3] Monasteriensis, et E.[4] Osnaburgensis episcoporum, ad dominum papam super tractatu pacis inter Romanam ecclesiam et Fridericum dictum imperatorem. Sanctissimo in Christo patri ac domino reverendo G. sacrosancte Romane sedis summo et universali pontifici, C. Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister, L. Warmaciensis, L. Monasteriensis, et E. Osnaburgensis episcopi, devota pedum oscula beatorum. Cuius nutrimur ab uberibus sancte matris ecclesie, eius, pater sanctissime, pontificem et pastorem nostris adimus alloquiis confidenter, in sinceritate pure devotionis vobis aperientes, occasione discordie que inter vos et dominum imperatorem suborta est, persuasione humani generis inimici diversa heresum germina hinc inde per mundi domicilia subcrescere, sediciones plurimas, guerras, bella, homicidia, et ut plura paucis perstringamus, tot mala enormia et inaudita, quod nisi paterna vestra pietas karitatis zelo hiis duxerit occurrendum, timemus fidei catholice tam grave periculum imminere, a quo vix adiciet ut resurgat. Eadem quoque discordia, ut de omnibus aliis malis concurrentibus taceamus, est et erit occasio, quare Sancte Terre et Crucifixi negotium non geratur. In ea itaque fide qua fidem catholicam amplectimur et Romanam ecclesiam veneramur, si dominus imperator non possit ad concordiam revocari, licet sub rerum periculo et personarum, partem tamen sancte matris ecclesie prout tenemur, sicut filii obedientie, iuxta puram conscientiam foveremus, sub eiusdem quoque fidei debito vos certum reddimus, quod hec ei nude similiter scripsimus et expresse. Cum ergo scripserit in omnes terras, quod stare velit iuri, supplicamus sanctitati vestre, quatinus matri nostre, que per dilatationem et tutelam imperii pacis et salutis recipere debuit incrementa, compatientes misericorditer, vero Dei amatori fratri Conrado, venerabili magistro hospitalis sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitane, quem pro tranquillitate et pace, caritatis dono ditavit Dominus, quem etiam specialiter vestrum et Romane ecclesie sincerum zelatorem novimus, transmisso ad pedes sanctitatis vestre, inspi-

1) Conradi. 2) Landolfi. 3) Ludolfi. 4) Engelberti.

cientes benigne ecclesiam Dei et tempestates in ea subortas, et quomodo in partibus 1240.
transmarinis Crucifixi negotium retardatur, benignam audientiam concedatis, et vera
credatis que proposuerit super istis, et ea recipere dignemini cum effectu. Commisimus
siquidem ei, ut si de voluntate vestra ex principibus aliquem viderit in eodem negotio
5 oportunum, ut et illum confidenter requirat ad occurrendum sibi in salutem nominis
christiani.

Dat. apud Coloniam, 8. Aprilis.

In eundem modum scripserunt C.[5] *Frisingensis, F.*[6] *Eistadensis et E.*[7] *Brixinensis* 5. 7
episcopi super eodem.

10 *In eundem modum scripsit B.*[8] *Argentinensis episcopus, super eodem.* 8

In eundem modum scripsit C.[9] *Spirensis episcopus, super eodem.* 9

In eundem modum scripsit H.[10] *Erbipolensis episcopus.* Dat. apud Herbipolim, 10
6. Non. Maii, 13. indict. anno pontificatus nostri quintodecimo.

In eundem modum scripsit Theod.[11] *Treverensis archiepiscopus, super eodem.* 11

15 *In eundem fere modum scripsit H.*[12] *lantgravius Thuringie comes Palatinus Saxonie,* 12
usque veneramur, * si constaret quod per dominum nostrum imperatorem mala huius- *p. 334. l. 38.
modi succrevissent, aut quod nollet ad concordiam revocari, quamquam ipsi, sicut tenemur, in iure suo deesse non possimus aliquo tempore aut velimus, tamen tanquam devoti filii partem matris ecclesie foveremus, sub eiusdem fidei debito vos certum reddere
20 cupientes, quod hec domino nostro imperatori nude similiter scripsimus et expresse. Non
lateat etiam sanctitatem vestram imperialis virtus et potestas, propter que leve non est
tantum Romanorum principem, plurium regnorum regem, in patrimonio habundantem,
iniuriose vexari, dum iuris parere desiderat equitati; certe pater fides devotorum imperii,
ut cessent premissa, se potenter opponeret et patenter; nec credatis aliud assentatori alicui
25 contrarium suggerenti, qui dum privatam causam suam egerit, ecclesiam et vos deseret,
et eius falsa suggestio et perfidia elucescent. Igitur compatientes matri nostre, que per
dilatationem et tutelam imperii, pacis et salutis recipere debuit incrementa, compatientes
etiam domino et imperatori nostro, quod tribulationes et mala premissa sunt hiis suis
temporibus reservata, de communi consilio principum, baronum et nobilium qui aderant,
30 fratrem nostrum Conradum, magistrum domus Teutonicorum, zelum Dei ut speramus
habentem, quem etiam specialiter vestrum et ecclesie Romane sincerum zelatorem novimus, eligentes, ad pedes sanctitatis vestre duximus transmittendum; cum humilitate
omnimoda supplicantes, quatinus in eo modo, quo modus est modum in pacis et concordie adiectionibus non tenere, ecclesiam Dei etc. *ut supra usque* commisimus siquidem
35 ei, ut si de voluntate vestra ex nobis viderit aliquem in eodem negotio oportunum *etc.*
usque nominis christiani; sicque erimus expectantes, donec de responso sedis apostolice
et domini nostri imperatoris ab eodem fratre nostro dilectissimo plenius instruamur.

Dat. Herbipoli, 11. Maii, 13. ind.

In eundum modum scripserunt H.[13] *Brabantie, Matheus Lothoringie, Henricus de* 13
40 *Linpurc, duces; Otto Gelrensis, Henricus Seinensis, Arnoldus de Lós, Willhelmus Iuliacensis, Henricus de Luzelenborc, comites, et Walerammus de Linpurc; usque* qui
aderant verum Dei amatorem, fratrem Conradum venerabilem magistrum hospitalis
sancte Marie domus Teutonicorum, *etc. usque* sic erimus expectantes, donec de responso
sedis apostolice et domini nostri imperatoris ab eodem viro venerabili plenius instruamur.

45 Dat. apud Leodium 2. intrantis Aprilis.

Littere . .[14] archiepiscopi Maguntini ad dominum papam super eodem. Sanctissimo in 14
Christo patri ac domino suo Gregorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici,
S. Dei gratia archiepiscopus Maguntinus, debitum plene subiectionis et obedientie famulatum. Occasione discordie, pater sancte, inter vos et dominum imperatorem exorte,
50 mala guerrarum per universam terram exurgunt, et disponuntur in dissensiones et discidia
nationes tam in partibus transmarinis quam etiam cismarinis; et preter id, quod maxi-

5) Conradus. 6) Fridericus. 7) Egeno. 8) Bertholdus. 9) Conradus. 10) Hermannus.
11) Theodericus. 12) Heinricus. 13) Heinricus. 14) Sifridi.

1240. mum estimatur, impeditur ex eo negotium Terre Sancte, si tranquillitatem et pacem misericordia Salvatoris non miserit inter partes. Verentur omnibus hiis maiora, et catholice fidei graviora, nisi medelam quam potestis, discordie huius morbo per sapientiam desuper vobis datam curaveritis adhibere. Ideoque sanctitati vestre humiliter supplicamus et consulimus, quantum licet, ut et que premissa sunt et que poterunt provenire 5 misericorditer intuentes, eis que concordie sunt et pacis, vestram clementiam acclinetis, et super premissis fratrem Conradum venerabilem domus Teutonice transmarine magistrum, virum utique religiosum ac providum et discretum, misericorditer audiatis. Et si ad concordiam reformandam presentia nostra visa fuerit oportuna, pro reverentia matris nostre Romane ecclesie ac populi sui salute parati erimus nos exponere tam labori- 10 bus quam expensis.

Dat. Gastele, 12. Kal. Maii, pontificatus nostri anno decimo.

15 Littere S.[15] Augustensis episcopi ad dominum papam super eodem. Sanctissimo in Christo patri et domino G. Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici, S. Augustensis episcopus cum subiectione debita et famulatu pedum oscula beatorum. Vestre 15 cum pluribus scribere presumo sanctitati, quod si turbines bellorum, lamenta pauperum, personarum et rerum ecclesiasticarum oppressio, que variis in locis et specialiter in Alemannia succrescunt, plenius vestre paterent magnificentie, per amplius consuetam vestre paternitatis pietatem ad horum moverent curationem. Cum autem ex discordia que inter vos et dominum imperatorem est oborta, talia pullulare videantur, et principes Alemanie 20 de vestra confisi clementia, pro discordia ipsa sopienda fratrem C. in magistrum domus hospitalis sancte Marie Teutonicorum electum, ad vestram transmiserint presentiam, estimantes eum filium vobis in Christo specialem et tam genere quam religione et morum honestate decoratum, supplico cum ipsis clementie vestre, quatinus ipsum gratiose super generali principum et totius Alemannie petitione audiatis; et misericorditer discordiam 25 supradictam sopiri sinatis, petitionem vobis transmissam et omnium fidelium Christi deprecationem exaudientes. Super quo et domino imperatori cum principibus ceteris litteras transmisi, commonendo et rogando, ut ad ipsam discordiam extinguendam digna devotione se curet inclinare.

16 Littere O.[16] ducis de Brunswic ad dominum papam super eodem. Sanctissimo patri 30 ac domino suo G. summo Romano pontifici, Dei gratia O. dux de Brunswic, paratum semper cum debita reverentia famulatum. Antiqui hostis versutia tantam in se continet pravitatem, sicut vestra sanctitas non ignorat, quod tempore scismatis et discordiarum insidiari temptare pariter et nocere consuevit eo amplius, quo magis faciliorem reperit aditum malignandi. Ecce siquidem ex dissensione et controversia excellentie vestre ex 35 parte una, et domini nostri imperatoris ex altera, excreverunt iam et pululant tanta mala, quod tota christianitas in continuo merore posita, exinde affligitur nimium et turbatur; et vere metuendum est, quod nisi divina pietas ad bonum pacis et concordie breviter interposuerit partes suas, duriora preteritis malis mala, et peiora debeant prioribus evenire. Inde est, quod supplicamus attentius reverentie vestre, et in quantum fas 40 est, et nos audemus, clementiam vestram habemus propensius exoratam, quatinus Deum habentes pre oculis et necessitatem totius orbis salubriter intuentes, venerabili fratri C. magistro hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum in Ierusalem, in vestra gratia et licentia concedatis internuntium et mediatorem esse de compositione inter vestram sublimitatem et predictum dominum imperatorem amicabiliter facienda. Aliis enim princi- 45 pibus securus non patet accessus ad vos vel ad ipsum hoc tempore veniendi, et si tandem aliqui eorum secure ad vos possent accedere vel ad ipsum, alteri partium forte redderent se suspectos; et ideo mediator et internuntius magis idoneus quam idem magister domus Teutonicorum non potuit nunc haberi.

17 Littere A.[17] ducis Saxonie ad dominum papam, super eodem. Reverentissimo domino 50 suo et patri in Christo karissimo G. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, A. Dei

15) Sibotonis. 16) Ottonis. 17) Alberti.

gratia dux Saxonie, cum obsequio fideli orationes et pedum oscula beatorum. Cum ex discordia que inter vos ex una, et dominum imperatorem ex parte altera vertitur et habetur, tota sit christianitas perturbata, sanctitati vestre supplicamus humiliter, pater sancte, quatinus consideratis casibus universis qui ex tali possunt discordia provenire, 5 cum ipso domino imperatore, tum pro nomine Iesu Christi tum pro nostri obsequii interventu, accedere dignemini ad concordie unionem, et fratrem Conradum, quondam lantgravium, mediatorem inter vos existere permittatis; hoc precipue considerato, quod sine regno et sacerdotio prevalere non potest religio christiana.

1240. Apr. Mai.

Littere I. et O.[18] fratrum, marchionum de Brandeborch, ad dominum papam super 10 eodem. Reverendo domino ac patri suo G. sancte Romane sedis antistiti, I. et O. Dei gratia marchiones et fratres de Brandeborch, debitam cum devoto servitio reverentiam in domino Iesu Christo. Cum ex dissensione inter reverentiam vestram ex parte una, et dominum nostrum imperatorem ex altera suscitata, diabolo persuadente tanta iam per totam christianitatem mala emerserint, quod maior est timor et anxietas de futuris, nisi 15 divina dispositio per angelum pacis et consilii remedium inducat, excellentie vestre devotissime duximus supplicandum, quatinus tum pro Deo tum pro necessitate totius populi christiani, cuius salus in vestra et domini imperatoris concordia et tranquillitate videtur consistere, concedere ac licentiare curetis, ut frater C. honorabilis magister hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum in Ierusalem, laborem et sollicitudinem sumat, 20 tanquam internuntius et fidelissimus mediator, tractaturus inter vos et predictum dominum imperatorem de compositione amicabiliter facienda. Alius enim princeps, tam propter difficultatem et viarum pericula quam propter suspitionem que sibi posset ex altera partium generari, nondum esset hoc tempore adeo utilis et idoneus, sicut predictus magister, in hoc negotio feliciter exequendo. Copiam sigillorum nostrorum non habui- 25 mus ista vice, et ideo litteram istam sigillo matris nostre fecimus sigillari.

18) Iohannis et Ottonis.

MANDATUM CONTRA CONVOCATIONEM CONCILII.

1240. Sept. 13.

Extat ea de re apud Mattheum Paris. pag. 484. *epistola ad regem* 30 *Anglorum scripta, quamplurimum consona mandato ad principes imperii, quod hic ope codicum bibl. palatinae Vindobonensis in Catalogo Philologiae* 1) *Nro*. 305. *et* 2) *Nro*. 61. *proponimus, a V. Cl. Dolliner nobiscum communicatum. Inscribitur ibi:* **Imperator Fridericus mandat duci Saxonie, quod faciat publicari per totam terram suam, quod** 35 **nullus ad concilium . . ., comminando euntibus periculum persone.**

Fridericus etc. Qualiter ad instanciam Lombardorum Romane sedis antistes contra nos inconsulto calore processerit, satis te publica fama perdocuit; qualiter etiam, priusquam contra nos, religionis debito, et pontificatus gravitate depositis, hostiliter arma capiens, se ducem et principem nostrorum rebellium stabiliret, et nos super hoc universale concilium pe- 40 tissemus, discrecionem tuam credimus non latere. Demum etiam noticiam tuam non latuit, qualiter ad quorumdam fratrum suorum instanciam, qui pro reparacione tanti discriminis pacis consilia cogitabant, preter omnem requirencium spem nostra magnificencia condescendit, ut Lombardis prorsus exclusis, permitteremus eundem ab insuetis vexacionibus sacerdotum per temporale treuge subsidium respirare, utpote qui libenter, pro seda- 45 cione scandali generalis et Terre Sancte subsidio procurando, repperiri modos et vias paciebamur ad pacem. Sed ipse Lombardos eosdem quibus confederatus fuerat, non est

1240. Sept. 13. passus excludi, tocius orbis dissidio eorumdem Lombardorum suffragia preferendo. Cui cum assentire nollemus, ut lese maiestatis nostre reos sub predictarum treugarum involucro pateremur involvi, vel ipsos ullo modo pape presidio communiri, tandem postquam vidit eosdem a propria virtute deficere, nec eis posse remedia temporalis saltim quietis afferre, ad artes alias postmodum se convertit, satagens nos per venerabilem Brixinensem 5 episcopum, ad nostram super eo presenciam accedentem inducere, ut cum pro recuperacione pacis inter nos et ecclesiam, ut dicebat, te ac nonnullos alios de occidentalibus partibus principes et prelatos intenderet ad synodum evocare, Lombardos bannitos excellencie nostre, in treugis cum ipso usque ad proximum festum resurrectionis dominice contrahendis comprehendere deberemus, causam fingens, quatenus scilicet ex universalio- 10 ribus treugis, vocatis ad synodum securitas largior preberetur. Audi igitur mirabilem circumventionis modum, quem ad depressionem nostre iusticie cogitat, dum ideo pacem nobiscum se velle habere simulat, ut Lombardos ad tempus treugarum suffragio respirantes, contra nos postmodum forcius in rebellione confirmet, utque contra nos ad discordiam se medio tempore provenientium ad vocacionem suam subsidia prelatorum licen- 15 cius prepararet, speciem nobis concordie pollicetur. Et ut evidenter ad oculum videas, quod pro discordia pocius concilium advocet quam pro pace, formam huius convocacionis attende, in qua nil omnino de future pacis tractatu describitur, nisi quod pro magnis et arduis ecclesie Romane negociis prelatorum presenciam asserat oportunam. Tempus inspice, dum negatum nobis ante concilium, postquam nos est aggressus hostiliter, nititur 20 convocare. Considera personas, dum spretis multorum regum et principum nunciis per quos sibi tractatum pocius huiusmodi frequenter obtulerunt, nunc Provincie comitem, manifestum excellencie nostre rebellem, ducem Venetorum, marchionem Estensem, comitem sancti Bonifacii, Albericum de Romano, et alios cum quibus in nostrum malum data sibi pecunia, prout est publica voce notorium, coniuravit, vocat expressis nominibus 25 ad synodum predictam. Verumtamen ob reverenciam summi regis sic nominato episcopo duximus respondendum, quod nos cum sacrosancta Romana ecclesia matre nostra discordiam non habemus, sed ab huiusmodi Romani pontificis impetu iusticiam imperii defendimus et iniuriam propulsamus. Nichilominus tamen pacem semper cum ipso habere optavimus et optamus, per quam generale mundi scandalum et discidium evitemus. 30 Et ut tractatus pacis a remocioribus partibus non queratur, per eundem episcopum et alios bonos viros, iusticie nostre conscios et communis concordie zelatores, ad presentem tractatum pacis, ut mala de medio cicius auferantur, obtulimus nos paratos; treugas etiam inivimus cum eodem, sperantes per eas, velud per quandam salutiferam scalam, posse facilius ad excelsa palacia pacis ascendi. Lombardos autem, excellencie nostre re- 35 belles, a nexu treugarum huiusmodi sicut semper exclusimus, sic in perpetuum excludemus. Nec inter nos et eum durante presenti discrimine, vocari concilium per eundem velud publicum hostem imperii permittemus; sed omnibus ad idem concilium evocatis per terram nostre dicioni subiectam in personis et rebus securitatem quamlibet denegamus; presertim cum nobis, imperio, et omnibus terre principibus indecentissimum iudi- 40 cemus, causam honoris nostri suspecto foro subicere vel iudicio synodali. Quare mandamus, quatenus per totam terram tuam facias promulgari, ut nullus sit qui sub securitatis nostre fiducia ad synodum ipsam vadat, sicut rerum et persone voluerit periculum evitare [b].

Dat. [c] in castris in obsidione Faventie, 13. Septembris, 14. indict. 45

a) R. Biackinum, Gugsinum (Gerardum?) de Camino, et Paulum Traversanum (Traversarium) cum quibus etc. *Matth. Paris.* b) sicut — evitare *desunt in cod. Philol. N.* 305. c) *Data deest in codice utroque, extat apud Mattheum Paris.*

1241. Mai.

MANDATA CONTRA TARTAROS.

Conradi IV. litteras de cruce sumenda ex Schannati Vindemiis T. I. pag. 204. *depromimus; imperatoris mandatum Boehmero nostro de-* 50

bemus, qui illud ex codice bibl. universitatis Oenopontanae descripsit, ubi epistolae „ad comites, liberos, ministeriales ceterosque homines in Swevia constitutos," datae in castris ante Spoletum 12. *Kal. Iunii* 14. *indictionis atque in collectione nostra Epistolarum edendae, subiicitur.*

1241. Mai.

5 CONRADI IV. MANDATUM.

Conradus divi [a] augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierosolimitani; dilectis sibi universis principibus, comitibus, et nobilibus, ceterisque imperii fidelibus in partibus inferioribus constitutis, gratiam suam et omne bonum. Pro honore Iesu Christi et defensione fidei christiane 10 communicato consilio principum multorum magnatorum et aliorum imperii fidelium, qui aderant in festo pentecostes iam preterito, contra gentes barbaras que Tartari nominantur et Deos invocant alienos, apud Ezzelingen victoriosissimum signum crucis duximus assumendum, tali conditione premissa, ut ex eo summo pontifici non simus tamen aliquatinus obligati, sed quod tantum imperium in ista parte Alpium ab invasione dictorum 15 Tartarorum defendamus, ipsamque crucem geremus usque ad festum beati Martini et ulterius, si contra ipsam gentem Tartaream ad honorem Domini est gerenda; proponentes in octava instantis festi Iohannis baptiste nostrum feliciter exercitum apud Nurenberc congregare, ex tunc una vobiscum et Christi fidelibus sine mora contra canes Tartareos magnifice processuri; rogantes et monentes attente universitatem vestram, quod ad hono- 20 rem et gloriam Redemptoris nostri, crucis faciatis ubique gloriam predicari ad destructionem gentis dicte, vos modis omnibus preparantes, ut ab eo, qui non vult mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat, digna retributionis premia in eterna gloria reportetis.

Mai 19.

MANDATUM IMPERATORIS.

Mai 21.

25 1. Principes non ineant campestre bellum cum Tartaris, sed terminos suos defendant, ne si contingeret eos succumbere, quod Deus avertat, non possent vires suas de cetero congregare.

2. Habeant balistarios.

3. Non fiat cervisia sed frumentum servetur.

30 4. Non ducantur victualia ad Renum, sed tantum ad loca defensionis.

5. Item habens tres marcas in redditibus, habeat scutum quod dicitur setzischilt.

6. Item prohibeatur continua taberna.

7. Item vestes preciosę.

a) domini *Schannat.*

---

35 # ELECTIO PAPAE.

1241. | 1243.

Ex epistolis Friderici de electione papae post Gregorium IX. et Celestinum IV. defunctos duas tantum hic proponimus, alteram, qua se cardinales in navigiis captos, Iacobum et Ottonem, liberaturum pollicitur, ex codice Petri de Vinea Guelferbytano fol. 50, *alteram* 40 *ad cardinales adhortatoriam quae iam inter Petri de Vinea dictamina lib. I.* 14. *extat, ope codicum Palermitani, Wilheringensis et Guelferbytani emendatam; reliquas una cum plurimis ad res pontificias facientibus alia Monumentorum parte prolaturi.*

Fridericus etc. Cardinalibus etc. Cum ad unanimen et salubrem provisionem ecclesie ge- 45 neralis tamquam Romanus cesar et princeps catholicus intendamus, ut omninò defectus

1241. et materia scandali in substitutione novi pontificis auferatur, venerabilem Prenestinum episcopum et Ottonem sancti Nicholai in Carcere Tulliano [a] dyaconem cardinalem, qui de mandato nostro Capue commorantur, offerimus nos paratos ad vos mittere liberos, ut intersint electioni predicte in loco tuto et ydoneo; ne [b] ipsis absentibus et intra provinciam commorantibus nec vocatis, defectus possit aliquis in electione notari [c]. 5

1243. Fridericus etc. Cardinalibus etc. Ex fervore caritatis intrinsece decapitatis membris imperialis excellentia condolet, ex indivisibilis dilectionis adfectu, quem erga matris ubera gerit filius tam adultus, ecclesie viduate compatitur, et compatiendo turbatur; ut cui materia suavitatis dulcedinis alimenta communicat et augmenta dilectionis interius subministrat, doloris procul dubio non sit expers. Dolor est siquidem, dolor ingens, si 10 Romana ecclesia, que mater esse debet omnium et magistra, in qua secus decursus aquarum plantata sunt ligna scientie, pastoris solatio careat, et que viam prebere tenetur aliis, penitus oberrans in invio, cogatur addiscere, que facere debuit et docere. Sane contra naturalis ordinis tramites mira res agitur, dum revolutas undique aquas abyssus denegat, quas virtutum ariditas, ut credimus, iam siccavit; dum Petri navicula, quam 15 cupiditatis flamma voravit in girum nautarum et in culpa presidis, procellis intumescentibus conquassatur: dum mater ecclesia, que in Petro, immo in petra, posuit fundamentum, sensu privata proprio, remansit ut indigena viduata. Ecce, siquidem perdente Christo vicarium, princeps apostolorum successorem perdidit: et pastorali regimine grex dominicus est privatus. Sed cardinales, ecclesie cardines et columne, quos diminutio capitis 20 enclipsavit, quales ceteris aliis venie impetratores existitis, qui, si veritas sub modio non celatur, non sufficitis ad vindictam? Quales semitas ostenditis errantibus, qui, a directionis gressibus deviatis? Sedentes enim ut colubri, non que sursum sunt sapitis, sed que ante oculos sita sunt mundana, non spiritualia, intuentibus providetis. Sitit quilibet presulatum et papalem esurit apicem, prout voluntatis tonat arbitrium, et merita non subser- 25 viunt rationi, quorum vultus invidie maculis sic livor cupiditatis obducit, quod neuter vivere velit alterum, ne dum pontificatus fastigio cathedratum. Movetur igitur, movetur et merito nostre maiestatis industria, et tanto fortius doloris aculeo pungitur, quanto pre cunctis gentibus et mundi principibus, Romane ecclesie imperium vicinatur. Cesset itaque, cesset materia scandali, cesset inter vos innata dissensio, non vos seducat angelus 30 tenebrarum, qui sepe in lucis angelum se transformat et unitatem gregis disrumpere consuevit; sed pax et iustitia, que velut due sorores se invicem amplexantur, in cardinalium collegio vendicent sibi locum. Illius invocata clementia, cuius est a summo celo egressio, ad electionem novi pontificis unanimiter procedentes, nobis et mundo presulem eligatis: ubi divinus intuitus vos visitet, et pondera subeant equitatis, ut a vobis quos in 35 opere previos et in merito precursores habere debet populus christianus, cum adsumatur a subditis audacius in exemplum, quod committit irreverentius inprovisio prelatorum, non transgressionis notam accipiant subditi quos regitis, sed provisionis unanimis et firmioris fidei vestigia prosequantur.

a) titul̄ *codex.* b) et *codex.* c) uocari *codex.* 40

1244. Sept.

CURIA VERONAE.

Litteras de ea habenda ineditas ex codice monasterii Wilhering in Austria descripsit nobisque transmisit Chmelius noster.

Fridericus etc. Wormatiensi [a] episcopo. Accedentes ad nostram presentiam. . Babenbergensis [b] episcopus et G. talis, nostro culmini intimarunt, tua ceterorumque principum ad 45 hoc desideria potissime aspirare, ut ad sedanda dissidia que statum imperii non modi-

a) Vom̃ *codex.* b) Brabenl' *codex.*

cum multo tempore turbaverunt, inter nos et ecclesiam concordia reformetur. Sane cum ad reprimendum violencias ecclesie nos moverit, quod[a] quondam papa Gregorius ad preces et instancias Mediolanensium ac complicum suorum, infidelium[b] nostrorum, excommunicationis sententiam ex motu inprovido fulminavit, sed potius causam nobis dederit terras imperii, quas iniuriose tenebat ecclesia[c], ad ius et dominium imperii revocandi, quod idem papa Gregorio de Montelongo, legato suo, contra nos in Lombardiam ad Mediolanenses predictos ceterosque rebelles nostros [misso], cum armis depopulando terras nostras, et eorum incendiis hostiliter est ingressus: cum itaque liceret nobis pro defensione bonorum et iurium[d] imperii, tam recentes iniurias nostras, quas inferebat ecclesia, iniuriis propulsare, nos sublato de medio dicto papa Gregorio qui publici dissidii scandala ministrabat, pacem[e] semper affectavimus et affectamus cum matre nostra ecclesia obtinere, sicut per deliberacionem cardinalium et prelatorum quos ad manus nostras iusti belli causa deduxerat, et alia multa que fecimus, liquido innotescit. Cumque in loco prescripti pape Gregorii pastor ydoneus successerit, quem pacis et iusticie credimus zelatorem, secum ad salutaris concordie redire proponimus unitatem, et ex presenti tractatu qui inter nos et ecclesiam per comitem Tholosanum[f] vertitur, speramus optatam pacem in proximo successuram. Porro cum imperii principes nobilia membra sint corporis nostri, in quibus imperialis sedes iungitur potestatis, ad ea que nobis incumbunt, contingunt imperium, et specialiter singulos ac generaliter universos, presenciam omnium tenetur instantius evocare, ut quod tangit omnes, ab omnibus approbetur; industriam tuam hortamur attente, quum[g] ad tractatum de comuni honore et utilitate nostra et principum, generalem curiam apud Veronam indicere proponamus, ut in tam sollempni et arduo negocio, quod est proprie proprium singulorum, presencia, consilio et assensu principum perfruamur, quatenus[h] ad eandem curiam sollempniter sicut tantum decet principem, prepares te venturum, ut in termino quem in subsequentibus litteris tibi duximus prefigendum, presenciam tuam in eodem tam utilem quam necessariam habere possimus[i], et instans dissidii[k] tractati composicio feliciter compleatur.

1241. Sept.

a) que *codex.* b) in fidem c. c) ecclesie c. d) honorum et virium c. e) petere c. f) thelosus c. g) quatenus c. h) *deest.* i) possumus c. k) instantis desidii c.

TRACTATUS PACIS CUM INNOCENTIO IV.

1243. | 1245.

Commissio comiti Tholosano, Petro de Vinea et Thaddeo de Suessa pro pace ineunda, aeque ac concordiae leges, quae tamen ad effectum minime venerunt, ex Mattheo Paris. p. 554. et 555. editionis Watsii iterum proponimus; reliquas ex regestis Innocentii IV. in tabulario Vaticano, ex codice Vaticano Nro. 4957. s. XV, Guelferbytano s. XV. et Martenii Coll. T. II. edidimus; litteras ad cardinales ultimo loco positas ex codice coenobii Wilhering transscripsit Chmelius noster.

1243. Iul. 26.

Sanctissimo in Christo patri domino Innocentio Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici, Fridericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, salutem et reverentiam filialem. Audita summis expetita consiliis et ardentibus desideriis expectata summi substitutione pontificis, in qua venerabilium fratrum voluntate concordi et unica generalis voti postulatione fuistis Deo actore promoti, tanto maior nobis accessit ex vestra promotione iucunditas, quanto subtractum dulce filii nomen, quod viduitas matris abstulerat, in data nobis novi subrogatione parentis non immerito gaudere confidimus restitutum, ut paterno nomini pie provisionis omen adveniat, per quod expectanti filio et novercalem quodammodo dudum iniuriam iam perpesso recte dicat ecclesia: Fili, ecce pater tuus, in cuius affectione filius respirabit; et ad patrem conversa respondeat: Pater, ecce filius, quem materna ubera lactaverunt, in cuius

Raynald. p. 573.

1243. Iul. 26. obsequiis pia paternitas requiescet. Datum est enim vobis e celo Innocentii predestinata sorte vocabulum, quod per vos nocentia subtrahi consultius innuat, et pie suadeat innocentiam conservari. Advenistis quoque nobis e nobilibus imperii filiis verus amicus, novum creatus in patrem, per quem confidat imperium vota pacis et sue iustitie inviolata servari. Quapropter ad reverendum patrem dominum Innocentium apostolice sedis antistitem per 5 fratrem Girardum de Marpurg, venerabilem magistrum domus sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem, Ansaldum de Mari sacri imperii et regni Sicilie ammiratum, magistrum Petrum de Vinea, et magistrum Tadeum de Suessa magne curie nostre iudices, et magistrum Rogerium Porcastrellam Messanensem decanum capellanum et fideles nostros, quos de latere nostro ad vestram presentiam destinamus, nostre serenitatis nuncios 10 et legatos, concepte spiritu devotionis accedimus, et in eorum affatibus tam devote quam hilariter nos vestro conspectui presentamus. Iidem vero nuncii nostri, tanquam intime conscii voluntatis nostre, devotionis ad patrem veraces erunt interpretes, tam nos quam potentiam nostram, imperium et regna, quidquid in bonis nostris existit, vestris beneplacitis ad honorem ecclesie et favorem omnimodum ecclesiastice libertatis, quantum 15 cum Deo salvis iure et honore sacri Romani imperii possumus, obnixius offerentes, illam ad nos utinam reverendi pastoris benevolentiam relaturi, per quam erga debitam patris et omnem honorificentiam filialem totis affectibus ac expertis effectibus plusquam aliquis devotus filius effundamur.

Dat. apud Beneventum 26. Iulii [a] prime indictionis. 20

1243. Aug.

ISTI SUNT ARTICULI QUOS PORTAVERUNT NUNTII SEDIS APOSTOLICE AD IMPERATOREM.

Reg. T. I. fol. 13. A. I. ep. 84.

Proponant nuntii, quod dominus papa et fratres sui desiderant, quantum in eis est, per omnia pacem habere cum principe et cum omnibus hominibus, et parati sunt, quantum in eis est, pacem dare et tranquillitatem sibi et universo mundo. Et utinam hoc 25 principi placeat, vel eam non impediat. Quod magnum preambulum est, et utile ad tractatum pacis, si restituantur prelati, et clerici omnes captivi quos detinet, et omnes, tam clerici quam laici, quos cepit in galeis; rogant et petunt, quod eos debeat restituere, cum hoc ipsum ipsi et nuntii sui promiserint ante promotionem nostram. Item proponant, quod ipsi pro nobis parati sunt audire et tractare de pace, et audire satisfactionem 30 quam vult facere princeps de omnibus pro quibus excommunicatus est. Item offerant, quod ecclesia si in aliquo contra debitum lesit eum, quod non credit, parata est corrigere et in statum debitum reformare; et si princeps dicat, quod nos lesimus eum contra iustitiam, parati sumus vocare reges, prelatos, et principes, tam seculares quam ecclesiasticos, ad aliquem tutum locum, ut per se vel per solempnes nuntios illuc veniant, 35 et de consilio concilii parata est satisfacere principi, si in aliquo eum lesit, et revocare sententiam, si quam iniuste contra eum tulit, et cum omni mansuetudine et misericordia, quantum cum Domino et honore ecclesie fieri potest, recipere ab eo satisfactionem de iniuriis et offensis, sibi et suis irrogatis. Item hoc autem sciat princeps, quod omnes amicos et adherentes ecclesie vult ecclesia in pace ponere ac plena securitate gaudere, 40 quod numquam hac occasione possint subire aliquod descrimen.

Aug. 26. Innocentius etc. . . archiepiscopo Rothomagensi et . . episcopo quondam Mutinensi et . . abbati sancti Facundi, nuntiis apostolice sedis. Litteras vestras benigne recepimus et earum tenorem pleno collegimus intellectu. Sane inter cetera, que ipse littere continebant, accepimus, quod princeps super quibusdam de nobis conqueritur, et aliqua nihilominus a nobis instanter exposcit. Porro si rei veritas et temporis qualitas diligentius atten- 45 duntur, nec sue in hac parte querele, nec petitioni locus ad presens esse videtur. Nam cum Romana ecclesia cunctorum fidelium gerens curam, frequenter ad diversas mundi partes legatos dirigat, ne postponat absentes quorum tenetur procurare salutem, et in Lombardiam olim pro illius terre utilitate communi legatum duxerit destinandum, idemque princeps, postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, reliquias patri- 50

T. 1. ep. 89. Raynald. pag. 574.

a) iunii *codex*.

1245. Aug. 26.

monii eiusdem ecclesie, quod tempore felicis recordationis Gregorii pape predecessoris nostri fere occupavit in totum, non cessavit multipliciter impugnare, quin potius illas afflictionis manu attriverit gravioris, nec digne ab eo petitur predictum revocari legatum, nec esset ei super hoc a nobis, rebus sic existentibus, exauditionis tribuendus auditus; maxime quia Lombardis diu guerrarum commotione turbatis, optate spes consolationis ex legati eiusdem tolleretur absentia, et aditus ad maiora eorum discrimina preberetur, et non absque nota proditionis ecclesia sic ipsos desereret, ni prius remissionem ab eodem principe obtinerent, vel cum ipso treugas inirent super iniuriis, quas eos sibi occasione dicit eiusdem ecclesie irrogasse. Nec ab ipsius ecclesie Romane cardinalibus, ea vacante, fuit ei prefati revocatio promissa legati, sed cum de venerabili fratre nostro Penestrino episcopo aliisque liberandis captivis haberetur tractatus, et ab eisdem cardinalibus, ut legatum revocarent eundem, ex parte principis peteretur ipsius, a quibusdam eorum responsum extitit, quod petitiones eius, quantum cum Deo possent, cum adesset opportunitas temporis, adimplerent.

Multum autem gaudendum est principi, quod dictum Penestrinum et quosdam alios restituit libertati, et dolendum satis, quod reliquos adhuc detinet captivatos, cum ex illorum restitutione salus ac honor, et istorum detentione contrarium ei provenisse noscatur. Provide quoque deberet attendere, an ecclesiam, quam sepius vocat matrem, revereatur ut convenit, et eius ut decet fideles honoret. Quomodo enim verbis matrem illam asseret, si se ipsius filium operibus diffitetur? Aut quomodo erga eam devotionem dicto pretendit, si se sic facto exhibet indevotum? Salinguerre vero liberatio, super qua nunc primo ipsius principis intelleximus voluntatem, incongrue postulatur a nobis, cum nec detineamus illum, nec detineri aliquatenus faciamus; qui si per nos etiam teneretur, cum civitatem Ferrariam sedis apostolice specialem, sicut ex eiusdem principis et predecessorum suorum privilegiis potest liquido apparere, pro qua idem Salinguerra vasallus erat sedis ipsius, contra Romanam ecclesiam concitarit, et in rebellione captus extiterit civitatis eiusdem, non ex hoc princeps ipse iusta posset admiratione moveri. Veruntamen si ostendi poterit coram, quod ratione pacti vel promissionis alicuius debeat liberari, super hoc, quod debebimus, faciemus.

Ceterum nos venerabilis fratris nostri archiepiscopi Maguntini nuntios hilariter recepisse, ac ei commisisse legationis officium, nullosque audire in iustitia contra eum in querimoniam, princeps ipse deducit; sed cum idem archiepiscopus magnus ecclesie Dei prelatus, tantusque princeps existat et ipsi ecclesie tam devotus, gaudemus utique, si quem ei honorem impendimus, quem etiam proponimus auctore Domino amplius honorare. Super iustitia tamen contra ipsum a nobis aliquibus denegata, nos conscientia non remordet, cum illam intendamus petentibus plenarie contra quoslibet exhibere. Ad devotionem autem principis memorati dictum archiepiscopum et alios amicos ecclesie libenter reducere curaremus, si ad reddendum ipsi ecclesie suisque devotis pacem debitam et servandam eandem animum inclinaret.

Habet insuper eiusdem conquestio principis, quod in odium sui et favorem dilecti filii nobilis viri comitis Provincie, Avinionensi electo legationis officium in illis partibus duximus committendum; sed Deo teste nullam de principe ipso fecisse meminimus mentionem, cum specialiter contra hereticos et fautores ipsorum legationem eandem ad fratrum Predicatorum instantiam, qui propter hoc ad apostolicam sedem de partibus eisdem accesserant, electo iniunxerimus antedicto. Parati nihilominus sumus pro eodem comite, sue devotionis exigentibus meritis, et ad maiora.

Nec iuste quid argui possumus, quod contra remotos hereticos, omissis proximis, Lombardie videlicet et Tuscie, procedamus. Nam sicut omnium fere tenet notitia, Romana ecclesia ubique terrarum ante ortam inter ipsam et principem eundem discordiam constanter persequebatur hereticam pravitatem, et eo fortius in vicino, quo inibi ratione propinquitatis facilius et plenius vim sue auctoritatis poterat exercere. At postquam princeps idem ecclesiam ipsam cepit opprimere, sic undique vires eius arctavit viasque preclusit, quod impugnare pravitatem ipsam et catholice fidei et ecclesiastice libertatis augmentum ac salutem fidelium, prout oportuit, procurare nequeunt.

Ad hoc princeps ipse mirari non debet, si suos non admisimus nuntios ad nostram presentiam destinatos, cum nunquam Romanus pontifex excommunicatos scienter recipiat, antequam absolutionis beneficium iuxta formam ecclesie consequantur. Insistite igitur

1243. Aug. 26. studiosis exhortationibus apud eum, ut de sua salute sollicite cogitans, universo populo christiano de pacis tranquillitate provideat, et arma que adversus ecclesiam irreverenter assumpsit, contra hereticos, schismaticos, aliosque inimicos orthodoxe fidei, ex reverentia filiali convertat. Sic enim a se iudicis indignationem superioris averteret, qui nonnunquam in presenti delinquentium culpas punire ideo pretermittit, ut illas in futuro gravius 5 ulciscatur, et sedem apostolicam adeo sibi constitueret favorabilem et benignam, ut in iis que principis ipsius honorem respiciunt, studeret eius desideria prevenire. Quod si forte se monitionibus vestris tam salubribus humiliter non inclinet, volumus et presentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ad nos protinus redeatis.

Dat. Anagnie, 7. Kalendas Septemb. ann. 1. 10

1243. Sept. 2. T. I. fol. 15. A. I. 93. Innocentius episcopus servus servorum Dei . . . archiepiscopo Rothomagensi . . . episcopo quondam Mutinensi . . . et abbati sancti Facundi. Litterarum vestrarum serie diligenter audita, devotioni vestre duximus respondendum, quatinus est beneplaciti nostri, ut nuntiis principis ad nostram accessuris presentiam, iuxta formam ecclesie et sicut vobis viva voce diximus, absolutionis beneficium impendatis; quod licet . . . . . . Panormitano 15 archiepiscopo eo difficilius et tardius concedi deberet, quo Romanam ecclesiam cui debitor in multis esse dinoscitur gravius offendisse videtur, tamen pro desiderio pacis in qua honorem Dei querimus et populi christiani salutem, volumus, ut illud, sicut aliis conferatur eidem, qui recipietur a nobis ad omnem tractatum pacis et concordie, sicut ceteri nuntii admittentur; nec tamen intelligat, quod propter huiusmodi absolutionis gra- 20 tiam apud sedem apostolicam tamquam archiepiscopus ad presens honoris aut favoris gratiam consequatur, vel percipiendi sue proventus ecclesie habeat facultatem, cum dignum sit, ut ubi gravis culpa precessisse perspicitur, ne delinquendi detur audacia, condigna compensatio subsequatur.

Datum Anagnie, 4. Nonas Septembris pontificatus nostri anno primo. 25

Oct. 7. T. I. f. 21. A. I. 127. Innocentius etc. Gregorio de Montelongo subdiacono et notario nostro, apostolice sedis legato. Presentium tenore scire te volumus, quod cum nuper .. princeps nos super reformatione pacis inter ecclesiam et ipsum per sollempnes nuntios et litteras requisisset, quia vere pacem diligimus et sincere concordie inter christianos appetimus unitatem, ne videremur pacis eiusdem repudiare tractatum, et ex hoc princeps ipse occasionem sume- 30 ret ecclesiam more solito infamandi, ad eum nuntios dereximus speciales, illam per ipsos pacis formam offerentes eidem, que ipsi ecclesie suisque devotis et etiam dicto principi videri poterat expedire. Set idem formam huiusmodi non acceptans, ad apostolicam sedem nuntios iterum destinavit, qui, cum eorum petitionibus, in quibus nec eiusdem honor ecclesie videbatur nec suorum fidelium procurari, non duxerimus annuendum, a 35 presentia nostra infecto penitus ipsius pacis negotio recesserunt. Quapropter mandamus, quatinus fideles et devotos ecclesie in Lombardie partibus constitutos, ut in ipsius devotione solita stabiliter perseverent, suisque obsequiis perseveranter insistant, studeas prout expedire videris affectuosis inductionibus animare, ipsis ex parte nostra significans, quod cum eis et aliis ecclesie devotis, prout eidem ecclesie ac illis expedire viderimus, et non 40 aliter, pacem inter ecclesiam ipsam et memoratum principem intendimus reformare.

Dat. Anagnie, 9. Kal. Octob. anno primo.

1244. Matth. Par. p. 551. Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos R. illustri comiti Tholosano, dilecto affini ac fidelo nostro, et magistris Petro de Vinea, et Thaddeo de Suessa, 45 magne curie nostre iudicibus et fidelibus nostris, specialem et plenam concedimus potestatem iurandi in anima pro parte nostra, stare mandatis domini pape et ecclesie super omnibus articulis, iniuriis, damnis et offensis, ante et post excommunicationis sententiam, ecclesiis et personis ecclesiasticis illatis, pro quibus olim per Gregorium, summum pontificem, contra nos ipsa excommunicationis sententia noscitur fuisse prolata. Ratum ha- 50 bentes, et firmum, quicquid super hoc predicti fideles nostri duxerint[a] faciendum. Ad cuius rei memoriam et debitam firmitudinem, presens scriptum aurea bulla typario nostre maiestatis impressa, iussimus communiri.

a) duxerunt *ed.*

1244. Matth. Paris. p. 555.

Super facto terre inventa est forma, que placet utrique parti, scilicet quod tota terra, quam possidebat ecclesia tempore excommunicationis, sibi reddatur: et idem de adherentibus ecclesie. Super contemptu clavium scriberet imperator generaliter per totum orbem, quod in contemptu ecclesie et potestatis ecclesiastice sententiam per dominum predecessorem suum [latam] non contempsit; sed cum predicta sententia sibi denunciata non fuerit, de consilio prelatorum et aliorum nobilium Alemannie et Italie processit, quod prius quam sibi denunciaretur, eam non tenebatur servare. Profitetur tamen, quod recognoscit bene quod deliquid in hoc, non servando, et male fecit, cum bene sciat et credat fideliter, quod tam super eum, quam super omnes christianos, reges et principes, clericos et laicos, habet summus pontifex, etiamsi peccator existat, quod Deus avertat, in spiritualibus plenitudinem potestatis. Nihilominus subsidium pro isto excessu faciet in militibus vel pecunia, cuicumque dominus papa christianitatis, quantumcunque, et quale viderit expedire: alias eleemosynas et ieiunia facturus iuxta ordinationem domini pape, et sententiam ipsam usque ad diem absolutionis humiliter et devote servabit. Super captione prelatorum, in primis, omnia ea que ad eum pervenerunt de his que capta sunt in galeiis, vel apud eum poterunt inveniri, integre restituet, et restitui faciet. De reliquo, volentibus damna passis, iuxta mandatum domini pape, de cuius benignitate confidit, satisfaciet. Faciet etiam in satisfactionem huius offense, et ob honorem Dei, hospitalia et ecclesias, ad dispositionem domini pape, quot, et ubi, et sicut viderit expedire; et predicta loca dotabit, sicut dominus papa mandabit. Super predictis et super aliis omnibus articulis, iniuriis, damnis, et offensis, ante et post discordiam et latam sententiam, ecclesiis et personis ecclesiasticis illatis, pro quibus excommunicatus est, iurabit precise stare mandatis domini pape: salva tamen sint ei honores et iura quoad conservationem integram, sine aliqua diminutione imperii et regnorum suorum. Et licet pro predictis offensis satis oblatum esse credamus, nihilominus tamen ad satisfactionem et securitatem tam precedentium quam sequentium capitulorum, et ad maiora devotionis indicia demonstranda, dominus imperator stabit consilio et ordinationi tractatorum, scilicet dominorum Ostiensis episcopi, Stephani, Egidii, et Ottonis, cardinalium: qui, excepta persona domini nostri pape, supplebunt in satisfactione et securitate, quod viderint esse supplendum, ita tamen quod nihil facient sine consilio et mandato domini pape; et predictis salvis de satisfactione et securitate, predicti tractatores facient, quod de consilio fratrum dominus papa faciendum decreverit. Super adherentibus autem ecclesie ita dicimus, quod omnibus his qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, undecunque sint, ex nunc plene omnis remittatur offensa, tam ante discordiam quam post, sive occasione ecclesie sive alia, commissa. Et omnia banna et sententias contra eos latas revocabit. Et si quas donationes vel contractus vel obligationes ei fecissent post latam sententiam, vel postquam adheserunt ecclesie, relaxabit possessionibus eorum, iuribus, et honoribus suis, eis integre restitutis, etiamsi aliis sint concessa. Super aliis autem, qui ante ortam discordiam rebelles domino imperatori fuerunt, et erant tunc in bello cum eo, ita dicimus, quod remittetur eis omnis offensa, quam postea commiserunt contra eum et imperium. De offensis vero commissis ante ortam discordiam, stabit dominus imperator provisioni et ordinationi domini pape et fratrum, faciende infra tempus a domino papa prefigendum, ipsis et omnibus dabit plenam pacem ex nunc. Super securitate vero illorum de Romandiola, qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, et nobilium de marchia Tervisiana, et marchionis Montis Ferrati, et aliorum nobilium, ubique ita faciet dominus imperator, videlicet, quod predicti nobiles in propriis personis, nisi ad provisionem domini pape, sed per substitutos, servire domino imperatori minime teneantur. In iudicium autem vocari per nobiles et pares suos reliquos regionis eiusdem, aliis adherentibus ecclesie non exclusis, debeant iudicari. De personalibus et realibus actionibus impediti, et etiam de criminalibus accusati, specialiter autem in Romandiola, ad maiorem securitatem eorum qui ecclesie adheserunt, statuet dominus imperator capitaneum aliquem de prelatis Italie, sub cuius solius examine litigabunt usque ad beneplacitum domini pape, tam in civilibus quam in criminalibus causis. Et prelatus ipse eligatur de consensu domini pape, quamdiu dominus papa voluerit: munitiones autem proprias dominus imperator per quos sibi placuerit, faciet custodiri: munitiones vero predictorum non ledet vel tanget, sine consensu eius qui deputatus fuerit super his. Illis etiam de marchia Tervisiana providebit

1244. dominus imperator capitaneum, cui soli debeant respondere illi de marchia Tervisiana qui ecclesie adheserunt, de consensu unius fratrum, quem dominus imperator duxerit eligendum. Captivos in galeiis captos, necnon omnes Romanos, Thuscos, et alios omnes captivos post latam sententiam excommunicationis, cuius ad presens absolutio petitur, liberabit. Et ab omnibus iuramentis et obligationibus, quibus obligassent se post captio- 5 nem, absolvet tam eos qui liberati sunt, quam qui postea liberabuntur. Et super hoc litteras suas dabit fidelibus suis, qui capti sunt ubique per detentores invicem liberatos. Eiectos occasione discordie prime vel secunde, tam clericos quam laicos, redire permittet ad propria, et ibidem secure manere, possessionibus eorum et bonis integre restitutis. De discordia autem Romanorum dominus imperator stabit ordinationi domini pape et 10 fratrum, tam de restitutione damnorum hinc inde datorum in bello ipso, quam de aliis. Ita tamen, quod ita statuatur de discordia et indempnitate suorum, excepto castro Anticuli, de quo non compromittitur. De damnis datis per dominum imperatorem, officiales, et ballivos suos, prelatis, ecclesiis tam religiosorum quam secularium, vel aliis, de mandato suo, post sententiam latam in eum, satisfaciet dominus imperator secundum 15 providentiam et benignitatem sedis apostolice: ubi non intelligit dominus imperator damna hostiliter data per se aut suos exercitus. Gregorio de Montelongo et omnibus consanguineis suis plenam pacem dat et securitatem. Terra comitis Willielmi, que tenetur ab ecclesia, restituetur: de alia terra compromittatur in imperatorem constanter, dominos Ottonem cardinalem, et archiepiscopum Rothomagensem, ita quod ipsi de iure 20 cognoscunt, sicut fuerit cognoscendum. Nuncii imperatoris dicent, quod compromittent, quod de possessione et proprietate, et simul recognoscent, et definient, et iurabunt, quod bona fide et sine fraude studebunt inducere dominum imperatorem, quod ipse patiatur quod prefati domini procedent, sive simul sive separatim, de possessione et proprietate: et dicti tres requirent dominum imperatorem. Et recipiunt super se, quod super eo 25 apud dominum imperatorem facient bona fide, quod imperator consentiet, quod isti tres procedent, sicut eis videbitur expedire, audiendo scilicet et terminando causam ipsam, sive simul de possessione et proprietate, sive separatim. Quod si non omnes possunt interesse, et aliquis eorum fuerit iusto impedimento detentus, duo eorum procedent.

April. 30. Innocentius etc. nobili viro lantgravio Thuringie. Ut que noviter nobiscum acta sunt, 30 in tuam et omnium principum veniant notionem, dignum duximus intimare, quomodo post tractatus multiplices pacis nobis et amicis ecclesie honorabilis et secure, ac promis- (Rayn. p. 584. Reg. T. I. A. I. 645.) siones factas a principe divisas per articulos et conscriptas per nuntios suos, nobilem virum comitem Tolosanum, magistros Petrum de Vinea et Thadeum de Suessa, curie sue iudices, in die coene Domini proxime preterita, presentibus charissimo in Christo 35 filio nostro Constantinopolitano imperatore illustri ac fratribus nostris, adstante quoque turba non modica prelatorum, coram senatoribus et Romano populo universo et multis aliis, qui de diversis mundi partibus ad diem festum convenerant iuxta morem, de stando mandatis nostris et ecclesie super omnibus articulis, pro quibus per pie memorie Gregorium papam, predecessorem nostrum, fuit vinculo excommunicationis astrictus, ac damnis, 40 iniuriis et offensis, ecclesiis et personis ecclesiasticis ante et post excommunicationem illatis, prestitit publice iuramentum, a quo non post multos dies elegit resilire potius quam parere, adimplere quod sibi mandavimus renuendo. Sane ut devotionis affectum, quem erga Romanam ecclesiam habere diceris, exhibeas laudabiliter in effectu, expedit, ut negotium fidei per te laudabiliter inchoatum promptius exequaris, ut exinde uberior 45 tibi crescat cumulus meritorum, et apostolicam sedem ad incrementum tui nominis et honoris fortius habeas obligatam; nos enim in proposito gerimus, quod te in dicto negotio minime deseramus.

Dat. Lateran. 2. Kal. Maii anno 1.

Aug. Fridericus[1] Dei gracia etc. omnibus presentes litteras inspecturis, dilectis fidelibus et 50 amicis suis, graciam suam et omne bonum.

Assumpto ad regimen universalis ecclesie isto summo pontifice, in applausum promotionis et honoris sui misimus ad eum solennes nuncios et legatos nostros, A. sacri

1) ex codice Vaticano Nro. 4957. sec. XV. fol. 19. sqq. ubi inscribitur: Epistola in qua se excusat Fridericus de pace non facta cum papa Innocencio qui postea ipsum deposuit. 55

imperii et regni Sicilie admiratum, magistros Petrum de Vinea et Taddeum de Suesa magne curie nostre iudices, dilectos fideles nostros; quos predictus summus pontifex occasione sententie dudum late contra nos, cui ipsi communicabant et communicaverant, non admisit. Demum ne occasione predicta pacis tractatus et inicium differretur, licet contra nos latam per olim Gregorium summum pontificem [sentenciam] multis et evidentibus rationibus crederemus indubitabiliter esse nullam, nichilominus tamen promisimus per dictos nuncios nostros et Panormitanum archiepiscopum: „Quod[a] Romanos, Lombardos, Tuscos in galeis captos, et alios omnes occasione discordie, libere liberabimus, et ab omnibus iuramentis et obligacionibus quibus obligassent se nobis post capcionem absolvemus omnes, tam eos qui liberati sunt quam qui postea liberabuntur, et super hoc et litteras nostras dabimus, fidelibus nostris, qui capti sunt ubique, per detemptores invicem liberandis. Alios omnes captivos captos occasione discordie prime vel secunde, tam clericos quam laicos, libere permittemus et secure redire ad propria et permanere secure [cum] possessionibus et rebus eorum, bonis integre restitutis. De discordia autem Romanorum volebamus stare ordinacioni domini pape et fratrum, tam de restitucione damnorum datorum in guerra quam de aliis; ita tamen, quod statuatur de secura indemnitate nostrorum, et excepto castro Anticuli de quo nullatenus compromittere volebamus. De damnis datis per nos officiales et baiulos nostros, prelatis, ecclesiis, tam religiosorum quam secularium, vel aliis de mandato nostro post sentenciam latam in nos, satisfacere volebamus secundum provisionem et benignitatem sedis apostolice.“ Que cum parati essemus omnia observare, dominus papa, motus propterea quia nolebamus in eum super negocio Lombardorum, de iuribus scilicet et regalibus nostris compromittere, negat et differt absolucionem nostram. Volentes de manifestis pro quibus excommunicati fueramus ab homine vel canone, satisfacere et emendam prestare, et de dubiis satisdare, dummodo nobis exprimantur ea que manifesta et in causa manifesti esse dominus papa dicat; ad ostendenda preterea maiora dovocionis signa, misimus predictos magistros Petrum et Taddeum munitos plenissima auctoritate generalium et singularium mandatorum et litterarum; quas predicti nuncii, postquam iverunt, de mandato summi pontificis tribus cardinalibus ostenderunt, per que manifeste constabat, quod super omnibus et singulis capitulis que manifesta erant satisfacere poterant et volebant, ostendentes eciam solennes nuncios paratos, quos secum ad curiam Romanam duxerant mittendos pro exequendis omnibus predictis per singulas partes imperii et regni nostri, mora qualibet et ambiguitate remotis. Et cum predicti nuncii instanter instarent, ut si qua alia dominus papa manifesta haberet et exprimeret, et eciam responderet si sibi placeret in singulis modus satisfaccionis oblatus, neutrum istorum obtinere potuerunt; nisi quod dominus papa terram sibi simpliciter postulabat, et alia suo consilio reservabat, adiciens quod omnia que manifesta erant nesciebat ad presens, et quod multa manifesta sciebat que tunc dicere non valebat. Quod cum predicti nuncii nimis nobis periculosum assererent, terram scilicet restituere et nos quodammodo demunire priusquam pacem per ecclesiam haberemus, et particulariter satisfacere, et sic diu postea dum aliquis articulus excogitandus superesset, qui manifestus diceretur, in excommunicacione manere, supplicabant instanter, ut de oblatis et secundum oblatum modum si sufficiens videretur satisfactione recepta et satisfactione de dubiis, super modo et tempore absolucionis nostre certitudinem responderet, aut quod saltem alicui ex fratribus, qui non plus nos absolveret quam de presentibus manifestis aut aliis que ad presens designarentur, satisdatio sequeretur; quod ab eo occasione Lombardorum ut dictum est, licet de ea non palam sed clam et per alios faceret mencionem, nullatenus potuit obtineri, imperatore Constantinopolitano qui presens erat, et casum imperii Romani et fere tocius orientalis terre miserabiliter causabatur, nec non comite Tholosano et quam pluribus aliis nobilibus et religiosis viris, suppliciter instantibus et nequeuntibus obtinere. Medio tamen tempore dum de consummacione pacis ut dictum est cum instancia tractaretur, et nos tam civitati Viterbii que cordis nostri nervum tam amaro dolore pertigerat, ut est dictum, quam aliis terris ecclesie pacem mandaverimus exhiberi, subito sub securitate pacis ipsius civitates et loca de[b] terris ecclesie, et specialiter Viterbienses, contra fideles nostros ipsorum parcium hostilem facientes insultum, prout dabatur cuilibet oportunitas, successive multos ex nostris expoliaverunt bonis, mancipaverunt carceribus, et nonnullos miserabiliter occiderunt, quasi qua-

1241. Aug.

p. 346. l. 3.

a) unamanos c. b) que c.

1244. Aug. dam temporis oportunitate captata, quo sub umbra pacis fideles nostros offenderent in personis et rebus. Propter quod ad defensionem nostrorum infidelium ex imperialis offitii debito quamquam racionabiliter provocati, non tamen abiciemus* super firmitate pacis consumacione tractatum, instantissime repetentes, ut liquidis designatis de quibus ante absolucionem petebatur, omnimoda quantitate et qualitate satisfaccionum expressus absolucionis nostre modus nobis et terminus diceretur. Denique si queratur cur* ante sacramentum non fuerunt hec omnia terminata et specialiter negocium Lombardorum, respondent, quod Lombardorum questio ante sacramentum tractata extitit et decisa, quamquam dominus papa, si dicere liceat, aliud in corde gereret quam voce proferret. Cum enim tractata fuisset contencio de Lombardis, et papa constanter instaret, ut precise compromitteretur in eum sicut in quondam dominum Gregorium fuerat aliquando compromissum, et responderetur ei, quod tunc quando compromissum fuerat in papam Gregorium erat amicus noster, nec nos excommunicatos habebat sicut vos habetis, et quia iam experti sumus periculum huiusmodi materie de compromissione in ecclesia facienda, per quam, nedum quod nichil comoditatis fere per 15 annos haberemus, ymo incomodum reportavimus, dum 400 milites ad quos pro multis offensis dominus Honorius III quondam papa Lombardos ex compromisso in eum facto condemnaverat, Gregorius contra nos exeuntes pro servicio Iesu Christi partibus transmarinis, transmisit in regnum. Tandem peciit, ut quia ecclesia se ad hoc Lombardis obligaverat, quod aliter nobiscum pacem non faceret nisi poneret ipsos in pace, ut Lombardis rebellibus imperii, quos ecclesie adherentes vocabat, pacem daremus et liberaremus captivos eorum. Quod cum nuncii supradicti de dacione pacis concederent, captivos tamen non aliter dicerent liberandos, nisi prius sacramentis fidelitatis et caucione prestitis per eosdem, quod in curia nostra et coram paribus, prout est omnium regnorum iuris et moris, super detemptione regalium et ipsorum obvencionibus starent et iuri parerent, dominus papa primo de Lombardis conveniendis in curia imperii retulit questionem, quam Lombardi ipsi nullo tempore ante retulerant, cum ipsos de imperio et imperii vasallos esse constaret. Perniciosissimum exemplo preterea sepedicti nuncii fore dicebant, si de iurisdiccione vasallorum imperii seu quorumlibet regum per dominum papam questio seu dubietas aliqua refferetur, nichil exinde in manifestam imperii et omnium fere principum iniuriam potuit obtineri; ymo in evidentius nostrum preiudicium et manifestiorem nostram iniuriam, nullis eciam sacramentis fidelitatis prestitis per Lombardos, ipsos captivos restitui postulabat. Quod cum per nuncios nostros foret manifeste negatum, dominus papa suam quandam utilitatem esse dixit, quod verba ista de sacramentis fidelitatis et restitucione captivorum de tractatu et articulis tollerentur et haberentur pro non scriptis aut dictis; credens quod sub articulo vel involucro pocius plene pacis quam ex nunc promittebamus Lombardis, dare comprehenderetur restitutio captivorum. Quam subtilitatem vel pocius capcionem dum perciperent, protestati sunt, et manifeste dixerunt, quod nolebant, nec intelligebant quod sub verbis et articulo plene pacis captivorum restitucio comprehendi deberet. Ad expressiorem cautelam preterea, ubi de restitucione captivorum agitur, expressum est in illo capitulo, quod captivi capti in galeis et occasione presentis discordie liberentur, cum captivi quos tenemus dudum ante discordiam inter ecclesiam et imperium in victoria de Mediolanensibus habita capti fuissent. Ultimo cum nichilominus ad sacramentum et pacem ut dictum est in cena Domini processum fuisset, domino papa forsitan vel in concepta subtilitate sua post sacramentum prestitum credente procedere quasi nobis strictius obligatis, vel dum aliud a nunciis obtinere forte non poterat, formam attentantem predictam, subsequenter ad* Mediolanensium et aliorum Lombardorum qui presentes erant in curia lacrimas et querelas, peticionem suam de compromissione sub negocio precise in ipsum et ecclesiam facienda* denuo repetivit. Quod cum nullatenus nuncii facere vellent, presertim cum tantam affeccionem ad Lombardos et eorum negocium dominum papam habere viderent, tandem ad viam aliam se convertit, ad peticionem restitucionis terre scilicet, nulla de absolucione nostra facta certitudine vel pro missa. Quod quam periculosum nobis foret aliis articulis in contempcione manentibus, et domino papa in huiusmodi voluntate quam pro Lombardis contra nos conceperat persistente, cuiuslibet sane mentis industria manifestissime comprehendit. Demum ne tam desideratum mundo negocium rumperetur, vias omnes et modos invenire studuimus, qualiter ad consumatum comodum* boni principii procedi valeret; et sicut ex vicinitate

Marginal notes: *adic. c. — *deest. — *a c. — *f-dam c. — *comodam c.

1241. Aug.

corporum posset occurrere vicinitas voluntatum, obtulimus sibi eciam sub hoc dubio non modicam terre partem restituere si vellet in Campaniam se conferre, ubi nos circa regni nostri confinia vicinantes, per frequentes internuncios et nos ipsos, si rerum utilitas postularet, personaliter in simul conferre possemus; ut tamen nobis interea caveretur
5 de terre reliquo, que in nostris manibus remanebat, contra voluntatem nostram a nobis nullatenus avertendo. Quod cum admittere primitus noluisset, tandem post varios tractatus annuit, non in Campaniam sed Narniam se velle conferre. Unde nos Interamnie manentes, per quinque tantum miliaria distabamus. Nobis demum iuxta condictum expectantibus adventum ipsius, ipse variato proposito Urbem exiens ad civitatem se con-
10 tulit Castellanam, et ultra procedere recusavit. Veniens autem Narniam magister Oddo, venerabilis Portuensis episcopus cardinalis, qui velut variati propositi nescius papam ibidem crediderat invenire, reiterato tractatu cum nunciis super collocucione mutuis, ad hoc perventum est, quod si latenti morbo videlicet de negocio Lombardorum medicina non esset apposita, pax omnino procedere non valeret; nos pro bono pacis infra
15 scriptas formas in scriptis dedimus cardinali predicto: „Super negocio rebellium Lombardorum, qui videlicet ante ortam discordiam inter ecclesiam et imperium rebelles nobis fuerunt, ita dicimus, quod parati sumus compromittere in dominum papam; ita videlicet, quod pro honore domini pape et ecclesie compromissum ipsum publice fiat sine condicione et adieccione temporis, sed precise. Cavebitur tamen nobis per litteras do-
20 mini pape, quod id quod Lombardi prefati, Mediolanenses scilicet et sequaces eorum, obtulerunt nobis in tractatu pacis post obtentam de eis victoriam, iubebit eos nobis facere, et non minus. Forma autem predicti tractatus inferius declarabitur seriatim. Vel si ad illud non poterunt forsitan induci Lombardi, iubebit eos facere, quod obtulerunt ante obtentam victoriam de eisdem; hoc adiecto, quod de obsidibus dandis, quos
25 in ipso tractatu Lombardi dare voluerunt, pronunciabit dominus papa, videlicet de tot et talibus obsidibus, per quot et quales dominus papa nobis et imperio viderit esse cautum. Et hec determinabuntur in certum tempus trium mensium, computandorum a die quo ambe partes cum plena auctoritate coram domino papa comparuerint, vel earum altera, in prefixo termino dato, qui tamen duorum mensium non excedat, voluerit com-
30 parere. Illud autem, quod in tractatibus predictis, primo vel secundo scilicet, in contemptione erat, et super quo cum Lombardis prefatis concordare non potuimus, excepto de obsidibus sicut dictum est, erit in arbitrio domini pape. Forma autem oblationis *in primo tractatu* talis fuit: Videlicet obtulerunt nobis pro honore nostro et imperii publice ponere se in mercede nostra et proicere vexilla eorum ad pedes nostros, obtu-
35 lerunt eciam societates dissolvere et renunciare paci [a] Constancie; super offensis autem usque ad tempus illud perpetratis obtulerunt emendam iuxta tractatum cum cardinalibus habitum, scilicet domino Hostiensi et magistro Thoma de Capua, de quadringentis vel usque ad quingentos milites citra mare et non ultra mare mittendos, et per biennium moraturos, vel danda pecunia pro militibus illis prout ipsi Lombardi eligerent. Specia-
40 liter autem Mediolanenses offerebant censum pro se primo et Marcesanis non solutum solvere, a die coronacionis nostre usque ad diem habiti tractatus; ita tamen quod nos remitteremus eis omne ius quod acquisitum erat nobis et imperio ex cessacione census pro preterito tempore non soluti, et novam concessionem faceremus et confirmacionem iuxta tenorem privilegiorum suorum comuni Mediolanensi de comitatibus suis. Cremam
45 autem offerebant se reddituros nobis, quam in recommendacione et defensione ab imperatore Henrico patre nostro recepisse dicebant, ut tamen eis et Cremensibus cautum esset per litteras nostras, ne nos Cremam Cremonensibus tradere vel reddere deberemus, sed in nostro et imperii dominio retinere. De insula autem Fulcerii nullam questionem referebant, sed ipsam se dimissuros in manibus nostris simpliciter offerebant. Petebant
50 autem predicti Lombardi remissionem omnium offensarum per eos contra nos et principes quoslibet contra imperium commissarum. Petebant eciam, quod nos permitteremus eas conservare civitates tunc rebelles salvas et integras, muris, portis et fossatis, et in omni eo statu in quo tunc erant. Super iurisdiccionibus autem petebant, quod nos eas civitatibus conservaremus, que de eis specialia privilegia post pacem Constancie
55 a predecessoribus habuerunt. Item petebant de omnibus aliis castris, villis, ruribus, honoribus, de quibus specialia privilegia ut dictum est civitates habebant. De hiis autem

a) *deest in codice.*

1244. Aug. iurisdiccionibus terris et iuribus de quibus specialia privilegia non habebant, offerebant se stare iuri in curia nostra et coram principibus imperii. Simpliciter autem offerebant restituere nobis, quicquid imperator Henricus tenuerat usque ad obitum suum. Civitatibus autem que nobiscum tunc erant et nunc sunt, offerebant se restituturos quicquid de iure et pertinenciis ipsarum habebant. Super obsidibus autem altercacio fuit, et nos 5 eos[a] ad cautelam nostram et imperii petebamus, nec sacramentis tantum volebamus esse contenti; quos ipsi nullatenus se dare velle dicebant, sed alias securitates offerebant. Petebant autem securitatem[b] pro parte sua a nobis sibi per ecclesiam faciendam; sed nos per naturales filios nostros et principes imperii securitatem faciendam offerebamus. Petebant Mediolanenses prefati, quod nos promitteremus eis, recipere ad graciam no- 10 stram alias civitates que tunc Mediolanensibus adherebant, non simul sed semotim et sigillatim, prout quelibet ad graciam nostram pro se venire volebat; contra eam autem vel eas civitates seu personas que vellent in rebellione persistere, promittebant Mediolanenses assistere nobis et esse nobiscum, sicut fideles vasalli dominis suis assistere tenentur et debent. Super iurisdiccionibus autem contempcio erat, quia nos eas ab omnibus 15 civitatibus simpliciter et preçise habere petebamus, de quibus nostra et progenitorum nostrorum privilegia non habebant. *In secundo tractatu* post obtentam victoriam oblata fuerunt omnia et singula scripta; et eis amplius, quia comitatus Seprii et Marchesani privilegia, ex eis obtenta non devastanda sed conservanda, in nostris manibus resignare volebant; obsides eciam offerebant, licet de numero quem nos non posse de- 20 signare tunc temporis dicebamus, et de tempore retinendorum obsidum fuisset altercatio inter partes. De iurisdiccione autem, quam nos simpliciter sicut quilibet rex in terra sua habere volebamus, similiter contemptio fuit, quamquam Mediolanenses se continentes haberent recipere capitaneum a nobis, quem eis dare vellemus, et ibidem ad voluntatem nostram dimittere, qui iurisdiccionem et merum imperium in civitate Mediola- 25 nensium et eius districtu pro parte nostra et imperii exerceret.“ *Preter priores formas* de negocio Lombardorum obtulimus compromittere in dominum papam et fratres, ita tamen quod prius omnino rumpatur promissio proteccio et quelibet obligacio habita inter eum et ecclesiam ex una parte et Lombardos ex altera, quia non deceret nec expediret nobis, compromittere de negociis imperii, de quibus est questio inter 30 nos et Lombardos, in protectorem rebellium Lombardorum et eis super hiis specialiter obligatum; et hoc salvo iure et imperii, deducta expressim de compromisso pace Constancie, ita quod de ea servanda dominus papa et fratres nichil valeant arbitrari, cum sit promissum et firmatum per principes imperii, quod predictam pacem tamquam factam in evidens preiudicium iuris et honoris imperii non debeamus observare: ita 35 tamen quod ex compromisso predicto ad nullas cauciones alias teneremur vel obligaremur, nisi ad permissionem vel obligacionem[c] et principum et comunium civitatum et aliorum fidelium nostrorum Lombardis proinde faciendas pro compromisso et pace servandis, apposito termino finiendi arbitrii prout in superiori forma continetur. Predictis autem modis in dominum papam compromittere volumus; quod si acceptare nolet, ob- 40 tulimus nos passuros, quod nuncii rebellium Lombardorum venirent ad curiam Romanam, et quod dominus papa tractaret inter nos et eos, et ex tractatu predicto proculdubio credebamus concordiam proventuram: ut tamen, sive compromissum fiat sive tractatus simplex ut dictum est, prius absolveremur quam aliquid de predicto negocio inchoetur, nisi[d] propter tractatum vel diffinicionem absolucio[e] differatur. Petivimus, 45 ut postquam ista fiant, declarentur omnia que dubia et obscura sunt in forma pacis tractate inter nos et ecclesiam, et quod mandata facienda per dominum papam declarentur et fiant, specialiter de hospitalibus faciendis, similiter et de subsidio militum et pecunie pro contemptu clavium faciendo. Volumus eciam declarari et specificari iura nostra que habemus et habere debemus in Marchia et Ducatu, et alia terra quam ecclesia 50 tenet, videlicet cabalcata, et parlamento, mercato, et procuracione, que nos tamquam advocati patroni et defensores ecclesie habere debemus de terra predicta, et de quibus in possessione fuimus usque ad tempus discordie; quamquam de modo habendi exercitum et cabalcatam predictam aliquando contentio fuit inter nos et summos pontifices Honorium et Gregorium, qui ea non iure nostro, sed ad mandatum ecclesie requisite 55 de hiis nos debere recipere et habere dicebant. — Hec ideo dicimus, non propterea ut occa-

a) eas *c.* b) securitates *c.* c) *o.* filiorum nostrorum? d) *lege* nec e) absolucom *cod.*

1244. Aug.

sionem pacis impediende vel differende queramus, sed ut omnibus declaratis et firmiter compositis que dissensionem et discordiam inter nos et ecclesiam excitabant, nos servitiis Dei et ecclesie ac imperii negociis possemus in posterum secure vacare. Nec miretur aliquis super eo, quod hec omnia exprimere et declarare prius non potuimus. Nos enim de iusticia 5 et innocencia nostra quam quondam dominus papa Gregorius predecessor istius ob favorem Lombardorum ruinose damnaverat, nec non de promissa nobis per fide dignissimos et circa nos affeccione confisi[a], hec ante firmatam pacem et sacramentum prestitum non discussimus. Nunc autem cum verbis et factis ipsius voluntatem experti sumus, nos committere metuimus manifestum peius periculo quam fortune; presertim cum proprio 10 tantum motu, nec consilio cardinalium prout est approbati iuris et moris ecclesie Romane, regat, et nonnullis cardinalibus, maxime auctoritatis viris, in facie dixerit, quod nec ipsos vellet consulere, nec sequi consultos. Ostendit autem, ut dictum est, motum suum contra nos post firmatam pacem in multis. In primis, quia cum promiserit non propalare tractata, priusquam a partibus absoluta et in mundum recepta esset bulla do- 15 mini pape ad cautelam nostram et sigillis magistrorum Petri de Vinea et Thadei de Suesa tractatorum ad cautelam ecclesie sigillata, ipsam formam tractatus predicti multis[b] evidenter, ultra et aliter quam dicta et munita fuissent ea, omnibus exposuit in comuni; adeo quod apud Lateranum quibuslibet pro sex denariis volentibus emere vendebatur; et de hoc publicum testimonium invocamus et specialiter cardinalium qui de hoc admodum 20 doluerunt. Palam eciam coram cardinalibus, imperatore Constantinopolitano et comite Tholosano dixit, quod uno solo articulo satisfaccionum, silicet[c] de iniuria prelatorum, satisfacere nequibamus pro quadringentis milibus marcharum argenti. Dixit eciam nimis iratus, dum negocio Lombardorum in ipsum precisse compromittere non vellemus, quod adhuc rogaturi eramus de hoc, et ipse non reciperet compromissum. Alias eciam in 25 favorem rebellium Lombardorum voluntatem suam valde detexit, causam ipsorum manifeste defendens, de fidelitatibus a Lombardis nobis et imperio faciendis referens questionem. Procuravit preterea, qualiter terra quam tenemus et de qua forma inventa erat que utrique parti placebat, ante pacis adventum averteretur a nobis, et citra[d] voluntatem nostram adhereret eidem; recipiens prefectum et quosdam sequaces suos cum terris 30 eorum, qui omni tempore imperii fuit et dignitatem ab imperio recepit, et de quo nunquam questio fuit per ecclesiam nobis relata. Nuper eciam nunciis regis Francie et deinde coram omnibus cardinalibus dixit, quod si eciam nos absolveret et Lombardi pacem plenariam non haberent, ipse post absolucionem adiuvaret Lombardos contra nos. Hec et alia multa sunt, que nos deterrent, quare nos voluntati domini pape committere 35 metuimus in totum, aut in partem satisfacere, prius quam simus de absolucione et pace securi. Nichilominus tamen, ut evidenter mundus agnoscat quod nos pacem desideramus nec occasionem querimus qualiter discedamus a pace, parati sumus nos committere duobus cardinalibus in scriptis, quibus dominus papa negocium absolucionis committat; qui eciam satisfaccionem recipiant de manifestis et dubiis caucionem, qui que liquida sunt, 40 et de quibus emenda procedere debet, exprimant et designent; quibus factis absolvant nos, papa inrequisito, sed plenam super hoc de consilio fratrum auctoritatem habentes. Super facto eciam Lombardorum quia sine consilio principum, pace[e] Constancie non excepta, nos alicuius arbitrio committere non debemus aut possumus, stabimus libenter uni de formis datis domino Oddoni venerabili Portuensi episcopo cardinali, quam ex eis 45 dominus papa eligere voluerit. Vocabimus eciam libenter principes, et si de consilio eorum processerit, quod plus facere debeamus, plus libentissime faciemus in negocio scripto, ad hoc ut pax valeat provenire. Predictis vero compositis et declaratis, parati fuimus iuxta condictum terram restituere quam tenemus et ecclesia possidebat priusquam de Almania postquam de ea discederemus et in regnum intraremus. Obtulimus eciam, 50 si dominus papa in Campaniam ire voluerit ibi morari dum predicta omnia declarentur et absolucio subsequatur, partem terre restituere de qua actum est; ut tamen nobis caveatur, quod dominus papa per se vel per alium non procuret vel procurari permittat, aut eciam sine procuracione recipiat, terram aliquam seu personam a fidelitate nostra divertentem et ad ecclesiam ire volentem usque ad Kalendas Marcii primo futuras. Ob- 55 tulimus eciam, quod si dominus papa voluerit in Campaniam ire non recepta parte terre de qua agitur, nos cessari faceremus a guera que fit alibi contra terram quam ecclesia

a) confixi c. b) *cod.* militis. c) si *codex.* d) circa *cod.* e) pacem *cod.*

1244. Aug. detinet. Propter tantum bonum eciam consumandum ad plura descendimus, ad que nullomodo descendere credebamus; videlicet super facto Lombardorum, retentis prioribus formis super declaracione facienda in aliis capitulis que in forma pacis devenerunt, si dominus papa committeret[a] totum negocium absolucionis Portuensi et Albanensi episcopis, nos stabimus dicto et declaracioni ipsorum. Super declaracione facienda de iure 5 quod habemus in terra ecclesie, petivimus expresse apponi: de exercitu, parlamento, cabalcata, foro et procuracione; aut si predicta expressim designare noluerint, contenti sumus quod serventur nobis ea omnia que principes imperii habent in terris ecclesiarum, quarum ipsi sunt advocati; et super hoc stabimus testimonio principum predictorum. Deinde cum ad procedendum super formis predictis nobiles viri, imperator Constantino- 10 politanus et comes Tholosanus, et magistri Petrus de Vinea et Thadeus de Suesa, post collacionem super eis cum domino papa et fratribus habitam, vocati per magistros Oddonem Portuensem et Petrum[b] Albanensem episcopos cardinales, ad curiam processissent, cum post diversos tractatus super restitucione partis terre ut predictum est cum processu pape in Campaniam convenissent, data predictis nunciis firma fiducia summi pontificis 15 cum quo cardinales predicti de forma ipsa tractaverant, tandem papam variasse consilium responderunt, et in Campaniam ipsum procedere nolle dixerunt. Redeuntibus vero predictis nunciis ad nos cum varietate predicta, subsequenter predicti nobiles imperator et comes, qui post ipsos remanserant, redierunt, et a cardinalibus supradictis de expressa voluntate summi pontificis habuere, quod si nostro beneplacito resideret dominus papa 20 Reate, libentissime procedebat sub modo et condicionibus quibus processurus in Campaniam petebatur. Quod ipsum eciam acceptantibus nobis, tandem dum ad complementum indubitatum predictos viros egregios, imperatorem et comitem, ac prenominatos iudices nostros remitteremus ad papam et fratres, 29. Iulii secunde indictionis occurrit eis procedentibus rumor ob iter, ultra quam dici valeat insperatus: videlicet quod prefatus papa 25 et pater noster precedenti nocte accinctus gladio in habito militari Sutrium[c] exiverat, relictis et omnino celatis cardinalibus aliis, nepote suo cardinali tantummodo comitatus, et se contulerat ad galeas, quas occulte Ianue fecerat preparari, et occulte, simulata prorsus alia occasione, venire, cum Ianuensibus, nobis et imperio nostro rebellibus, subito navigavit; ad Ligures vel ad transalpinas partes, ut creditur, processurus, in nostrum et 30 imperii, si posse quod absit voluntati consenserit, nocumentum. Animadvertat igitur industria vestra, utrum pax in puritate nobiscum vel aliter tractabatur, cuius tractatu pendente galearum vocacionem nobis et cardinalibus eciam sicut credimus prorsus ignaris, de ruptura negocii agebatur occulte; animadvertat, si nobis esset expediens ac securum, causam nostram talem et tantam arbitrio talis iudicis committere terminandam. 35

1245. April. 30. — T. I. fol. 205. A. II. 6 — Rayn. p. 591.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri .. patriarche Antiocheno salutem in Domino. Litteras tuas solita benignitate recepimus, et earum tenorem pleno concepimus intellectu. Sane nobis et fratribus nostris olim in nostra et ipsorum constitutus presentia retulisti, quod cum ad sedem apostolicam veniendo transitum per principem habuisses, ipsum inveneras pacis avidum, et sicut dixerat idem tibi, paratus erat observare 40 pacem secundum formam ab ecclesia et eodem anno proximo preterito acceptatam, et alia etiam, que cum quorumdam fratrum nostrorum adderemus consilio, adimplere. Nos autem nullum specialiter, qui super hiis inter ecclesiam et principem ipsum tractaret, duximus deputandum. Diximus tibi tunc, cum a sede recessisti predicta, quod acceptaret ecclesia, si prefatus princeps vellet premissa effectui demandare, quodque ipsius prin- 45 cipis in hac parte nobis rescriberes voluntatem, et certis personis litteris nostris iniunximus, quas per dilectum filium fratrem I. de Boiano familiarem nostrum duximus destinandas, alias tibi super hoc litteras dirigendo, ut si dictus princeps terram ecclesie restitueret, ipsam nostro nomine recipere procurarent. Tu vero nichil certum super hiis penitus rescripsisti, sed quod ad compromittendum super negotio Lombardorum in nos 50 et quosdam alios arbitros idem princeps obtulit se paratum, excepitque pacem Constantie, quam semper se asserit excepisse, ac ut principibus imperii, et aliis clericis et laicis, plenarie nostram restituamus gratiam, in omnem eventum exposcit; de quibus in predicta forma pacis mentio aliqua non habetur, nec tecum meminimus nos tractasse. Et quamquam olim in tractatu pacis pro huius restitutione gratie predictus princeps apud 55

a) committere *cod.* b) O. P—m et P. *cod.* c) Sustrium *codex.*

nos instari fecerit, nequaquam tamen a nobis potuit obtineri, cum nec clericis neque laicis penas spirituales remittere aliquatenus intendamus, unde plurimum possumus admirari. Verum quia pacem diligimus, et discordiam cupimus evitare, acceptaremus adhuc, si memoratus princeps pacem iuxta prefatam formam observare studeret, et tam viros ecclesiasticos, quam alios qui ecclesie adheserunt et detinentur ab ipso captivi, redderet libertati, cum alias pax eis reddi minime videretur, ac terram ecclesie restituere non differret, ita quod huiusmodi, tam captivorum quam terre, restitutio posset ad nostram pervenire notitiam ante concilium a nobis, annuente Domino, celebrandum; in quo postponere non poterimus, quin super hiis et aliis, prout de iure fuerit, procedemus. Ceterum sive restitutionem eandem fieri contigerit, sive non, ad nos accedere non omittas. — 1245. April. 30.

Dat. Lugduni 2. Kal. Maii an. 2.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri . . patriarche Antiocheno salutem etc. Presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus principi ex parte nostra denunties, quod, quam cito de manifestis offensis pro quibus excomunicatus esse dinoscitur satisfecerit, et de dubiis sufficientem prestiterit cautionem, sibi faciemus munus absolutionis impendi. — Mai 6. T. I. fol. 205. A. II. 5.

Dat. Lugduni 2. Nonas Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Fridericus etc. (papae) Illuxit nobis, reverentissime pater, velut ex quadam nube serenitas, et obductam ex noviter contingentibus processibus desiderate pacis eclypsim firma fiducia per venerabilem patrem A. patriarcham Antiochenum nobis oblata reducit in lucem. Cum enim patriarcham eumdem ab experta sinceritate fidissimum, etiam a longis retro temporibus nobis precipuum reputemus amicum, ab ipso recipi nullatenus formidamus, qui nobis indubitabilem offert de vestra paternitate fiduciam, quod nos et filios nostros sinceris affectibus diligere debeatis, eoque magis ad id inducimur et promptius animamur, quo de filiatione nostra velitis affectione paterna confidere, dum nobis amicabiliter petitur per eundem, per quod nos versa vice de vobis in his que decus imperii respiciunt secure confidere debeamus. Propter quod in verbo suo rete laxare disponimus, vos quem orbi patrem divina provisio contulit, nobis ex toto precipuum assumere cupientes. Vos etiam, sanctissime pater, nostre devotionis obsequium tanto recipiatis hilarius, quanto Crucifixi servitiis exigente potissima necessitate, presentium rerum et temporis fore dignoscitis oportunum, ad que vicissim utriusque contracta Domino fiducia previo semper in melius procedente, iuxta paternitatis vestre consilium prompta devotione consurgere peroptamus. Ceterum super benivolentia et affectu, quem ad bonum pacis gerimus et negotium Terre Sancte, ea que magister domus Teutonicorum vobis suggeret, indubie credatis. — 1245.

Fridericus etc. . . . . cardinalibus. Licet pater apostolicus, ut salva sui gratia loquamur, spreto moderamine pacis quam offerebamus ex animo, imperceptibiliter ad partes profectus sit ultramontanas, utinam non in scandalum generale; nos tamen ob reverentiam quam ad matrem habemus ecclesiam, quam aliunde provocati offendimus nostram iniuriam prosequentes, in eodem proposito persistentes, ad reformandam pacem, que iam posita erat in termino, et ad satisfaciendum sicut decet, totis viribus peroptamus. Et quia de quolibet vestrum sicut de patre confidimus, et compositionis modum studio arbitrii vestri super omnibus articulis duximus committendum, ratum habituri quidquid pro parte vestra, ratione previa, statueritis. Illud autem adicimus, ut in compositione imperii non minuatur dignitas, nec in satisfactione excellentia iniuriis propulsetur. Et ecce de latere nostro mittimus ad vos, per quos, quidquid inveneritis de modo compositionis in mente apostolica et venerabilium fratrum vestrorum, expectationi nostre vestris litteris remittatis. — 1245.

APPELLATIO IMPERATORIS.

Fridericus etc. universis cardinalibus etc. Consciencia nostra si salvo pudore iusticie diligenter exquiritur, qualiter hactenus ad honorem Dei et sacrosancte Romane generalis ecclesie matris nostre, — cuius velud christiane legis et orthodoxe fidei zelatores devotum fatemur nos filium et specialem recognoscimus defensorem, cuius et sacra misteria — 1245. Iuni.

1245. Iuni. humilitatis et plene katholice calamis et tota cordis et corporis reverencia veneramur, — subieccionis signa monstravimus, et illam inter nos et summum pontificem, sanctissimum patrem nostrum, dissensionis horrende materiam, quam non sine dedecore parcium vulgus proh dolor! ludibriose iam loquitur, sedare[a] possemus, adhuc coram vobis, qui fidei ordines regitis, donum Dei referre nos pudet, satisfaccionis devote insignia, que salvis honoribus iuribus et dignitatibus nostris, fuimus eidem patri nostro et sumus humiliter parati, si tamen ipse nos filium karitatis paterne debita relacione cognoscat. Dubitantes veruntamen, ne vel res inter alios acta contra ius scriptum iuri nostro preiudicet, vel de preteritis concepta suspicio causam exasperet successuum futurorum, timentes nichilominus ut loquamur ad litteram, ne sedens in solio pater noster, utinam iustus iudex diebus istis si Christi fidem ewangelizat in terris ut credimus, [qui] non solum clemenciam ministrare christicolis, sed exorare pro persecutoribus teneretur, voluntati forsitan plus debito laxatis habenis, dum credit sibi licere quod libeat, spiritualem contra nos exerceat gladium et procedat in aliquo si dici liceat minus iuste; ecce fideles nostros[1] . . ad vestram presenciam duximus destinandos, concessa eis ab excellencia nostra plenaria potestate, ut a gravamine et iniquo processu patris eiusdem, ad Deum primo cuius nutibus attribuimus quicquid sumus, et postmodum ad futurum summum pontificem, et ad generalem synodum, ad principes Alamannie universos, et ad alios principes orbis terre, pro parte nostra libere valeant appellare; ratum, gratum et firmum habentes, quicquid dicti fideles nostri super hiis pro parte nostri culminis duxerint faciendum.

a) fedare *codex.*

1) scilicet Thaddeum de Suessa, Walterum de Ocra aliosque; et Thaddeum de Suessa facultate ista usum, a concilio Lugdunensi ad concilium proximo futurum generalius appellasse, Mattheus Parisius refert.

1245. Aug. Sept.

CURIA PARMAE.

Litteras quibus imperator legatos communitatum curia Parmensi celebrata remisit, ex codice Wilheringensi Nro. 79. proponimus.

Fridericus etc. tali et tali comuni[a] etc. Multifarie multisque modis, prout fama celerior litteris publice promulgasse iam potuit, ad pacis universaliter expectate dulcedinem imperialis humanitas animum inclinavit. Sed quantumlibet ipsam instanter inquireret, et per humanitatis semitas sequeretur, Romani pontificis inpetus, quem pacis ducem esse credidimus[b], ipsam preter spem nostram et votum commune credencium erroris duxit in devium, et quam ardenter debuerat amplecti, turpiter proh pudor! profugavit. Ita quod tociens corde contrito quesita comparuit, licet superficietenus, cum morbus lateret intrinsecus, specie boni communiter gentibus figurasset, nec amicabiliter, ductore procurante guerrifero, voces pacificas exaudivit. Sequitur igitur, ut qui pondus incudis hactenus pacienter et devote subivimus, mallei consequenter officium resumamus, ac ubi paciencie nostre cyriaca non valuit, per victorie gladium, quem pontificalis cotis asperitas acuit, et occasionis cuiuslibet expulsa rubigine, ad precipicium fabrica noviter elimavit, tamquam supernum et grande remedium nos ad potentialis medele suffragium convertamus. Cuius alti propositi nostri consilium talibus, quos ad nostram presenciam vestra devocio destinavit, tanto salubrius communicare previdimus, quanto potencie nostre sublimitas, que consumare quelibet ammodo proponit gladio, voluntates vestras ad id concordes expostulat, et affectus[c] voluntatum reputat oportunos. Cum quibus Parme, prout vos scire credimus, colloquio celebrato sollempniter, et nostre voluntatis indiciis reseratis, ipsos gratanter et hylariter ad propria duximus remittendos; ex quorum relatibus quamquam ad noticiam vestre devocionis pervenerit, litterali veruntamen descripcione describimus, quod, ut maiestatis nostre sublime propositum salubrius et commodius consummetur, preter voluntates et opera ceterorum fidelium que ad prompta

a) comiti *codex.* b) credimus *codex.* c) effectus *codex.*

1250. Dec. 17.

Capocius S. Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis et legatus in Marchia diem 2. *Idus et Capuam, Gregorius de Montelongo legatus in Romania et Spinellus diem S. Lucie, Matthaeus Parisius diem S. Stephani, eo praecipue, ut diem S. Luciae qui apud posteriorum scriptores saeculorum praevaluit, gravioris valitudinis nec vero obitus fuisse statuamus, adducimur, quod Spinellus, alias magni momenti scriptor, in temporis annotatione parum fidus ex compluribus locis, e. g. ex iis quae de electione Alexandri IV. tradit, comprobatur, et Matthaeus Parisius ad a.* 1250. *die S. Luciae obitum contigisse et die S. Stephani manifestatum fuisse enarrans, anno* 1251. *haec refert:* Completis autem eodem anno diebus natalitiis et imminente festo purificationis beatae Mariae (2. Febr.) increbuit rumor per partes occidentales de morte Friderici quondam Romanorum imperatoris, quod scilicet die sanctae Luciae virginis morbo percussus irremediabili, die sancti Stephani obierit. *Quibus accedit, quod Innocentii IV. litterae ad Petrum Cardinalem legatum, qui de obitu imperatoris retulerat, responsoriae, prout ex regestis eius patet, nonnisi die* 25. *Ianuarii anni* 1251. *datae sunt. Et diem S. Stephani* (26. *Decembris) aut alium inde a die* 17. *Decembris pro emortuali haberi necesse est, si testamento, cuius omnes eius temporis mentionem faciunt cuiusque ipsa verba Manfredus laudat, fidem habere volumus; quod vere die* 17. *Decembris conditum fuisse, adiecta nota Sabbati, quae in diem* 7. *minime quadrat, extra dubitationem ponit. Aut igitur testamentum a Manfredo confictum esse, aut Fridericum usque ad diem* 17. *Decembris vel ultro vixisse, oportet; et de fraude, cuius omnes regni primores participes fuissent, nemo cogitabit.*

Principales testamenti sententias Matthaeus Paris. historiae inseruit, alias a Baronio ex codice Frumenti protonotarii decerptas sed valde corruptas Raynaldus a. 1250. *adduxit. Autographum periit. Apographa tria in bibl. Serenissimi Principis de Fitalia, marchionis Giarratanae, a.* 1822. *Panormi constitutus evolvi, quorum prius* 1) *saec. XIV. ineuntis libro epistolarum Petri de Vinea insertum, Carusio quoque Bibl. Sic. T. II. p.* 669. *usui fuerat;* 2) *alterum in diplomatario recentiori fol.* 148. 149. *legitur. Proxime his accedit* 3) *Würdtweinii editio in Novis Subsidiis dipl. T. XI. p.* 25. *ex codice Vatic. Nro.* 6206. *Evolvi quoque* 4) *codicem marchionis Giarratanae saec. XVI. apogrpho chronicorum Nicolai Spezialis fol.* 89. *adscriptum, qui a priore minime pendet. Legitur et in* 5) *Chronico Siciliae sec. XIV. apud Martene Anecd. T. III. pag.* 13. *et* 6) *in chronico Francisci Pipini quod ad a.* 1314. *circiter protenditur, apud Muratorium T. IX. pag.* 661. *Hi omnes subscriptionibus carent. Plane alio codice usus est* 7) *P. Octavius Cajetanus in Isagoge ad historiam sacram Siculam, cuius editionem cum codice nostro* 1. *collatam repetiit Carusius l. c. a.* 1723, *unde et in Lünigii Codicem dipl. Italiae T. II. transiit.*

TESTAMENTUM DOMINI IMPERATORIS FRIDERICI.

In nomine[a] Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnacione millesimo ducentesimo quinquagesimo, die sabati[b], 17.[c] die[d] mensis Decembris, none[e] indiccionis[f].

a) n. domini et dei 5. b) *deest* 6. c) VII. 1. XIII. 2. d) *deest* 3. 4. 5. 6. e) VIII. 6. f) i. Prologus. Primi 1. i. apud florentinum de apulia 2. i. Nos Fridericus *media desunt* 3.

1250. Dec. 17.

Primi parentis incauta[a] transgressio sic posteris legem condicionis indixit[b], ut eam[c] nec diluvii[d] proclivis ad penam effusio effrenis[e] abduceret[f], nec baptismatis[g] tam celebris[h] tam salubris[i] unda liniret, quin fatalitatis eventus mortalibus, senescentis evi[k] precinctis[l] lascivia, transgressionis in penam culpa transfusa, tamquam cicatrix ex vulnere remaneret. Nos igitur Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, memores condicionis humane quam[m] semper comitatur innata fragilitas, dum vite nobis[n] instaret terminus, loquele et memorie in nobis integritate vigente, egri corpore, sani mente, sic anime nostre consulendum providimus, sic de imperio et regnis nostris duximus disponendum[o], ut rebus humanis absumpti[p] vivere videamur, et filiis nostris, quibus nos divina clemencia fecundavit, quos presenti disposicione nostra[q] sub pena benediccionis nostre volumus esse contentos[r], indignacione[s] sublata omnis materia scandali sopiatur.

Statuimus itaque Conradum[t] Romanorum in regem electum et regni Ierosolomitani heredem, dilectum filium nostrum, nobis heredem[u] in[v] imperio et omnibus[w] aliis empticiis[x] et quoquomodo[y] acquisitis, et specialiter in regno nostro Sicilie. Quem si decedere contigerit[z] sine liberis, ei succedat Heinricus[*] filius noster; quo defuncto sine liberis, succedat ei Manfredus[a] filius noster. Conrado autem manente[b] in Alamania vel alibi extra regnum, statuimus predictum Manfredum balium[c] dicti Conradi[d] in Ytalia et specialiter in regno Sicilie, dantes ei plenariam[e] potestatem omnia faciendi que persona nostra facere posset si viveremus; videlicet in concedendis terris, castris, villis[f], parentelis, dignitatibus, beneficiis, et omnibus aliis, iuxta disposicionem suam, preter antiqua demania[g] regni Sicilie; et quod Conradus et Heinricus, predicti filii nostri, et eorum heredes, omnia que ipse fecerit[h] firma et rata teneant et observent[i].

Item concedimus et confirmamus dicto Manfredo, filio nostro, principatum Tarenti, videlicet a porta Roseti[k] usque ad ortum[l] fluminis Brandani[m], cum comitatibus montis Caveosi[n], Tricaricy[o], et Gravine, prout comitatus ipse protenditur[p] a maritima terre Bari usque ad[q] Pallinianum[r], et ipsum Pallinianum[s] cum terris omnibus a Palliniano[t] per totam maritimam usque ad dictam portam[u] Roseti, silicet civitatibus[v] castris et villis infra contentis[w], cum omnibus[x] iusticiis, pertinenciis[y] et racionibus omnibus[z], tam ipsius principatus quam comitatuum predictorum. Concedimus eciam eidem civitatem montis sancti Angeli cum toto honore suo, omnibus civitatibus, castris, et villis, terris, pertinentiis et iustitiis et rationibus[*] eidem honori pertinentibus, silicet que de demanio in demanium, et que de servicio in servicium. Concedimus eciam et confirmamus eidem quicquid sibi in imperio est a nostra maiestate concessum; ita tamen, quod predicta omnia a prefato[a] Conrado teneat ac eciam recognoscat; cui[b] Manfredo iudicamus eciam[c] pro expensis suis decem milia unciarum auri.

Item statuimus, quod Fridericus, nepos noster, habeat ducatus[d] Austrie et Stirie[e], quos a predicto Conrado teneat et recognoscat; cui Friderico[f] iudicamus pro expensis suis decem milia unciarum auri.

Item statuimus, ut Heinricus, filius noster, habeat regnum Arelatense[g] vel regnum Ierosolimitanum, quorum alterum dictus[h] Conradus prefatum[i] Heinricum habere voluerit; cui Heinrico iudicamus centum milia unciarum auri pro expensis.

Item statuimus[k], ut centum milia unciarum auri expendantur pro salute anime nostre in subsidium[l] Terre Sancte, secundum ordinacionem dicti Conradi et aliorum nobilium crucesignatorum.

a) *deest* 7. b) l. et conditionem induxit 7. c) eam *usque* lasciuia *desunt* 7. d) dil. . . 5. e) effre . . . 5. f) adduceret 5. g) nec vastitatis b. 6. h) t. c. *desunt* 5. i) t. s. *desunt* 6. k) cui 5. sui 6. l) presentis 5. parentis 6. m) q. s. c. i. f. *desunt* 7. n) *deest* 7. o) consulendum 5. p) assumpti 1. 3. q) *deest* 6. r) c. ut i. 5. s) ambitione 6. t) corradum 1. *constanter.* u) habere 6. v) *deest* 5. de 6. w) hominibus 5. x) compertinentiis q. 3. pertinentiis 6. y) quocumque 6. z) decidere contingerit 1. *) henricus 1. 5. a) manfridus 5. b) morante 6. c) balivum 3. 6. d) Conradi in Imperium a Papia et citro et regno Siciliae usque ad 70 annos, excepto quando Conradus erit praesens *Matth. Paris.* e) plenam 3. 5. 7. f) c. et v. 6. g) domania 3. 5. *constanter.* h) ipsi fecerint 1. i) observentur 5. k) rosedi 3. l) portum 3. 7. m) pradani 3. n) cauersi 1. 3. 5. coverti 7. o) tritancy 1. tritaney 4. et cavei 3. tibi çavei 5. tritanei 7. p) ipsi protenduntur 7. q) *deest* 1. r) pallinarium 3. 5. polymanum 6. pallinurium 7. s) et i. p. *desunt* 1. t) polliniano 1. u) praedictam 3. 5. terram 5. v) comitatibus 3. 5. w) i. c. *desunt* 6. x) *deest* 3. 5. 6. 7. y) *deest* 1. z) omnibus *usque* racionibus *desunt* 6. *) c. c. et v. t. p. et i. et r. *desunt* 1. a) predicto 3. 5. 6. b) cui — cui *desunt* 1. cui — auri *desunt* 2. 6. c) sibi 4. d) ducatum 2. 4. e) carinthie 2. siriae 5. f) cui semper iudicauimus dari pro 2. g) r. I. v. r. A. 3. 5. h) idem 3. i) predictum 3. 5. k) st. et mandamus 3. 5. l) subsidio 3. 5.

requirimus et efficacia postulamus, in fortune cesaree fulcimentum terciam partem proventuum et obvencionum omnium, prout hoc per nuncios super hoc a celsitudine nostra mittendos liquebit apercius, ab omnibus ecclesiis nostre serenitatis edicto iussimus exigendam. Novas etiam nostre magnificencie sanciones, quas nuper imperialis culminis titulus edidit, tamquam victorie nostre preambulus, vobis sub maiestatis nostre sigillo transmittimus, quas per quoslibet fideles nostros inviolabiliter decrevimus observari. Devocioni vestre firmiter iniungentes, quatenus ipsas per vos specialiter execucioni debite demandantes, statutorum vestrorum nervo libenter et hylariter aggregetis, eas cum statutis eisdem, ut nulla sit in execucione diversitas, et in unum corpus redigi facientes, quas potestas futura quelibet, qui pro tempore civitati prefuerit, inter alia statuta vestra iuret se firmiter servaturum. Volumus etiam et mandamus, ut fidei vestre constanciam circa nostra servicia, prout qualitas temporis exigit, et imperialis exposcit auctoritas, excitantes, circa renovanda fidelitatis debite sacramenta, nobis et karissimo filio nostro Conrado, cui iuris rigor imperii Romani fastigium per legittimos tramites paterne successionis attribuit, et universorum imperii principum, ad quos imperii de iure spectat eleccio, singulorum concorditer munita signaculis, prout in concione publice ambaxatoribus vestris presentibus legi mandavimus, munimenta publica roborant dignitatem. Sic vos igitur mater ipsa fidelitas promptos et paratos ostendat, ut in celsitudinis nostre presencia, que fidelium gratificatur aspectibus, ipsius operis efficacia vos commendabiles representat.

1245. Aug.

COMMISSIO LITIS CUM ECCLESIA LUDOVICO IX.

1245. Sept. 22.

Litterae ea de re confectae extant in Ioinvillii historia ed. Cangii Obss. p. **56.** *atque paullo diversae in Goldasti Constitt. T. I. p.* **306.** *et in Lünigii Corpore dipl. Italiae T. II. p.* **907.**

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, universis presentes litteras inspecturis per regnum Francie constitutis, dilectis sibi, salutem et omne bonum.

Cum per aliquos retroactos Romane sedis antistites et presentem, nos et alios reges, principes orbis et nobiles, regna, principatus, honores quoslibet et iurisdictionem* habentes, gravatos merito censeamus, ex eo, quod ipsi contra Deum et iustitiam posse, sibi iurisdictionem et auctoritatem usurpant instituendi et destituendi, seu removendi ab imperio, regnis, principatibus et honoribus suis, imperatores reges et principes, seu quoscumque magnates, temporalem auctoritatem in eos temporaliter exercendo, absolvendo etiam a sacramentis, quibus dominis suis vasalli tenentur, contra dominos excommunicationis tantummodo sententia promulgata; quodque questione sive dissensione inter dominos et vasallos, seu inter duos nobiles et vicinos invicem contendentes, prout assolet, emergente, predicti summi pontifices ad petitionem unius partis tantummodo partes suas [temporaliter [a]] interponunt, volendo ipsos invitos in se compromittere, vel aliter ad concordiam coercere, et alligando se fidelibus contra dominos, aut uni de partibus supradictis, quod non prius pacem cum aliis faciant, quam alligatos sibi ponant in pace, recipiendo similiter promissionem de non faciendo pacem cum dominis a [b] vasallis; item ex [c] eo, quod predicti summi pontifices in preiudicium iurisdictionis et honoris regum et principum predictorum, ad petitionem clericorum, seu laicorum, cognitiones* causarum de rebus temporalibus, possessionibus feodalibus, seu burgesaticis [d], in ecclesiastico foro tractandas recipiunt et committunt: ecce quod nos ad predictam iniuriam documentis evidentibus ostendendam, et ipsam a nobis et [e] eis rationabiliter removendam, magistrum Petrum de Vinea, magne curie nostre iudicem, et G. de Ocra, clericum, dilectos fideles nostros, ad Lu-

*) iurisdictiones *C.* a) *deest ap. C.* b) ac *Lünig.* c) in *G. L.* d) burgensalicis *G. L.* *) cognitionem *G. L.* e) in *G. L.*

1245. Sept. 22. dovicum illustrem regem Francorum, karissimum amicum nostrum, providimus destinandos, affectuose rogantes, ac ob tuitionem et conservationem iurium nostrorum et imperii, regum aliorum et principum seu quorumcumque nobilium, efficaciter requirentes eumdem, ut congregatis coram se laicis paribus regni sui, aliisque nobilibus tanto negotio opportunis, per se cum eis super omnibus predictis et singulis audiat iura nostra. 5

Ceterum si ipse[a] predicta non duxerit assumenda, cum nos, qui, auctore Domino, Romani imperii, regnorum Ierusalem et Sicilie moderamur habenas, tam enormem iniuriam et tam informem usurpationem diebus nostris tolerare nolimus, regem eumdem iusta precum intercessione rogamus, quatenus nobis causam nostram, suam et aliorum principum, viriliter prosequentibus, se contrarium non opponat; nec de regno 10 suo aliquos laicos seu clericos temporaliter nobis opponi permittat; nullumque presenti summo pontifici, seu successoribus suis contra nos, discrimine presenti durante, in regno vel de regno suo presidium seu receptaculum tribuat, aut tribui patiatur.

Porro si forsitan rex predictus una cum paribus et nobilibus regni sui, prout tantum regem et regnum condecet, partes suas interponendas viderit in predictis, summumque pontificem 15 sive per iustitie debitum, vel modo quolibet, ad istud induxerit, ut velit predicta gravamina nobis et aliis christianis primatibus inrogata, et id specialiter, quod contra nos nuper in Lugdunensi concilio statuit, quatenus de facto processit, cum prorsus de iure non valeat, revocare, nos, ob honorem et reverentiam Dei et Redemptoris nostri, nec non ob amorem quem ad regem et regnum Francie pre ceteris singularem habemus, causam que inter 20 nos et summum pontificem vertitur supradictum, quatenus contingit eumdem[b], in manibus ponimus regis eiusdem; parati omnia quecumque per nos idem rex de consilio parium nobiliumque suorum, visis et diligenter auditis nostris [et imperii[c]] iuribus, ecclesie viderit emendanda, corrigere, et in statum debitum integre reformare, ac deinde pace per hoc inter nos et ecclesiam procedente, et reliquiis[d] Longobardorum, prout tenentur et debent, 25 vel ad mandatum nostrum et imperii redeuntibus, vel prorsus ab ecclesie defensione seclusis, promptos nos offerimus et paratos, vel predicto rege ad defensionem christianitatis et statum pacificum conservandum in cismarinis partibus remanente, vel una cum eo, si hoc melius viderit eligendum, ad transmarinas partes per nos, aut Conradum, karissimum filium nostrum, Romanorum in regem electum et regni Ierosolymitani he- 30 redem, omine[e] prospero transfretare; ad hoc nos obligantes specialiter et expressim, quod vel cum rege Francie, sive sine eo terram totam Ierosolymitanam, et quidquid unquam a diebus antiquis regno Ierosolymitano pertinuit, ad proprietatem et ditionem regni ipsius et christianitatis cultum, nostris, imperii et regnorum nostrorum viribus, laboribus et sumptibus curabimus revocare. Nihilominus tamen, si forte quod absit discrimen pre- 35 sentis discordie inter nos, ecclesiam et Lombardos durare contigerit, predicto regi, ac omnibus cruce signatis cum eo, quatenus presentium negotiorum et temporum qualitas patitur et tempestas, presidia nostra terra marique, tam in navibus quam victualibus, promptis affectibus offerimus per presentes. Superque omnibus et singulis supradictis, que[f] presentium series continet litterarum, auctoritatem et mandatum plenum pre- 40 dictis magistro Petro de Vinea et G. de Ocra duximus conferendum, ratum habentes et firmum, quicquid per eosdem in iis[g] pro parte nostri culminis exstiterit ordinatum.

Datum Cremone, 22. Septembris, 4. indictionis.

a) ipsa *C.* b) contingit eandem *G. L.* c) *desunt C.* d) reliquis *G. L.* e) omni *L.* f) quicquid *L.* g) his *G. L.*

1250. Dec. 17.

TESTAMENTUM. 45

In magna de die emortuali Friderici dubitatione, quum eius temporis scriptores dies varios mensis Decembris ei assignent[1], *e. g. Petrus*

1) in epistolis Manfredi editis aliisque quae penes nos ineditae latent dies nulla indicatur, et in diplomate Manfredi quo ecclesiae Panormitanae loco quingentarum unciarum auri in testamento ei legatarum castra Asinelli et Gratterae in feudum concedit, solus mensis Dec. a. 1250. exprimitur. 50

1250. Dec. 17.

Item statuimus, ut omnia bona milicie domus Templi que curia nostra tenet, restituantur eidem; ea silicet que de iure debent habere.

Item[a] statuimus, ut omnibus ecclesiis et domibus religiosis restituantur iura eorum[b], et gaudeant solita libertate.

Item statuimus, ut homines regni nostri[c] sint liberi et exempti ab omnibus generalibus[d] collectis[e], sicut consueverunt esse tempore regis Guilielmi secundi, consobrini nostri[f].

Item statuimus, quod comites, barones, et milites, et alii pheudatarii regni[g], gaudeant iuribus suis et racionibus omnibus[h] que consueverunt habere tempore regis Guilielmi in collectis et aliis.

Item statuimus, ut ecclesie[i] Lucerie et Sore[k], et si que alie lese sunt per officiales nostros, reficiantur et restituantur[l].

Item statuimus, ut tota massaria nostra[m] quam habemus apud sanctum Nicolaum de Aufido[n], et omnes proventus ipsius deputentur ad reparacionem et consummacionem[o] pontis[p] ibi constructi vel construendi.

Item statuimus, ut omnes captivi in carcere nostro[q] detenti liberentur, preter illos[r] de imperio et preter illos de regno qui capti sunt ex prodicionis nota.

Item statuimus, quod prefatus Manfredus, filius noster, omnibus benemeritis de familia nostra provideat vice nostra in terris, castris et villis, salvo demanio regni nostri Sicilie; et quod[s] Conradus et Heinricus, predicti filii nostri, et heredes eorum ratum et firmum habeant, quicquid idem Manfredus super hoc duxerit faciendum.

Item volumus et mandamus[t], quod nullus de proditoribus regni in aliquo tempore reverti audeat in regnum[u], nec aliqui de eorum genere succedere possint; ymmo heredes nostri teneantur vindictam[u*] de eis sumere[v].

Item statuimus, quod mercatoribus, creditoribus nostris, debita solvantur.

Item statuimus, ut sacrosancte Romane ecclesie, matri nostre, restituantur omnia iura[w] sua[x], salvis in omnibus et per omnia iure et honore imperii, heredum nostrorum, et aliorum fidelium[y]; si[z] ipsa ecclesia restituat[*] iura imperii.

Item statuimus, ut si de presenti infirmitate nos mori contigerit, in maiori ecclesia Panormi[a], in qua divi imperatoris Heinrici et dive imperatricis Constancie, parentum nostrorum, memorie recolende[b], tumulata sunt corpora, corpus nostrum debeat sepeliri; cui ecclesie dimittimus[c] uncias auri quingentas pro salute animarum dictorum parentum nostrorum et nostre per manus Berardi venerabilis Panormitani archiepiscopi, familiaris et fidelis nostri, in reparacione ipsius ecclesie erogandas.

Predicta[d] autem omnia, que acta sunt in presencia dicti archiepiscopi, Bertoldi[e] marchionis de Hoemburg[f] dilecti[g] consanguinei[h] et familiaris nostri, Riccardi comitis Casertani dilecti generi nostri, Petri[i] Ruffi de Calabria maristalle[k] nostre magistri, Riccardi de Montenigro[l] magne curie nostre magistri iusticiarii, magistri[m] Iohannis de Ytronto[n], Fulconis[o] Ruffi, Iohannis de Ocrea[p], magistri Iohannis de Procida[q], magistri Roberti de Panormo, imperii et regni Sicilie et magne curie nostre[r] iudicis, et magistri Nicolai de Brundusio, publici[r*] tabellionis imperii et regni Sicilie et curie nostre notarii, nostrorum fidelium, quos presenti disposicioni[s] nostre mandavimus interesse, per predictum Conradum filium et heredem nostrum et[t] alios successive[u] sub pena benediccionis nostre tenaciter volumus observari; alioquin hereditate nostra non gaudeant. Id[v] autem fidelibus[w] nostris presentibus et futuris, sub sacramento fidelitatis quo nobis et heredibus nostris tenentur, iniungimus, ut predicta omnia illibata teneant et observent.

Presens autem testamentum nostrum et ultimam voluntatem nostram, quam robur

a) Item — libertate *desunt* 6. b) earum 3. c) r. n. Sicilie 2. 3. 5. 7. d) quibuslibet 3. e) g. subventionibus et collectis 2. f) nostri, asserentes dictas generales collectas et subuentiones imposuisse regno praedicto necessitate coacti et contra solitam libertatem hominum dicti regni 2. g) r. praedicti 2. r. nostri 3. 5. 7. h) *deest* 2. 6. 7. i) ut e. *desunt* 3. 5. k) sone 1. sorore 3. soz 5. l) et r. *desunt* 7. m) terra 3. n) ausido 1. 4. 5. ansido 3. offido 6 o) reservationem 3. 5. observationem 6. p) prioris 3. q) *deest* 3. r) illos — illos *deest* 6. s) *deest* 6. t) statuimus 7. et m. *desunt* 3. 7. et concedimus 5. u) nec — sumere *desunt* 7. u*) vincdictam 1. v) summere 1. w) *deest* 1. x) *deest* 7. y) f. nostrorum 7. z) similiter 3. et 6. 7. *) restituet 3. 5. a) panormitana 3. 5. 6. b) recollende 1. c) dimictimus 1. d) *Testes omnes desunt in* 2. e) *deest* 7. f) benburgio 1. 7. boniburgio 3. bonburgio 5. hoembruch 6. g) d. et c. et 1. h) consobrini 7. i) *deest* 7. k) manistalle 1. maristalliae 3. marescalcie 4. mariscalli nostri magni 5. 6. l) *hoc nomen hic et in subscriptionibus loco penultimo scribitur* 7. m) m. i. de y. *deest* 3. n) ydrunte 6. hitronco 7. o) fulonis 1. fulcunonis 4. p) ogrea 4. I. de O. *deest* 1. 6. q) m. I. de P. *deest* 3. r) *deest* 5. *Nomina testium corrupta in* 3. r*) puplici 1. s) disposicione 1. t) et haeredes nostros 3. et a. s. fideles nostros 5. u) successores 7. v) Idem 3. 5. w) f. omnibus n. 7.

1250. Dec. 17. firmitatis volumus obtinere, per predictum magistrum Nicolaum scribi, et signo sancte crucis proprie manus nostre, sigillo nostro [a], et predictorum subscriptionibus [b] iussimus communiri [c].

Actum aput Florentinum, in Capitinata, anno mense die et indiccione premissis, anno imperii nostri tricesimo secundo, regni Ierusalem vicesimo octavo [d], regni [e] Sicilie quinquagesimo primo [f].

† Ego Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, dico et declaro, hoc fuisse et esse meum solemne testamentum meamque ultimam voluntatem; actum est scriptum de mei ordine, voluntate et mandato per manus magistri Nicolai de Brundisio publici tabellionis curie nostre, ac in presentia supradictorum et infrascriptorum testium nostrorum fidelium, quos omnibus predictis mandavimus interesse, ac in fidem omnium premissorum manu propria subscribimus, nostroque solito imperiali et regio sigillo signavimus.

† Ego Berardus archiepiscopus Panormitanus, rogatus premissis omnibus interfui, manu propria me subscripsi, ac sigillo imperiali et regio signavi.

† Ego marchio de Hoemburg [g] rogatus presens fui, manu propria subscripsi, sigilloque imperiali me signavi.

† Ego Ricardus comes Casertinus, rogatus supradicto imperiali testamento interfui, manu propria me subscripsi, supradictoque imperiali ac regio sigillo signavi.

† Ego Ruffus de Calabria rogatus supradictis omnibus interfui, manuque propria subscripsi, ac imperiali sigillo me signavi.

† Ego magister Ioannes de Hidronto rogatus interfui, manu mea subscripsi, et imperiali ac regio sigillo me signavi.

† Ego Fulcunon Ruffus rogatus interfui, manu propria subscripsi, et imperiali regioque sigillo signavi.

† Ego Ioannes de Ogrea rogatus ut supra presens fui, me subscripsi manu propria, ac supradicto imperiali sigillo signavi.

† Ego magister Ioannes de Procida supradictis omnibus interfui, subscripsi, sigillavi, et testor.

† Ego magister Robertus de Panormo rogatus me subscripsi, et sigillavi, ac omnibus interfui, et testis sum.

† Ego Ricardus de Montenigro imperialis regieque curie magister iustitiarius, supradictis omnibus rogatus interfui, manu propria me subscripsi, ac supradicto imperiali et regio sigillo me signavi, et testis sum.

† Ego magister Nicolaus de Brundisio, publicus tabellio imperii et regni Sicilie ac imperialis curie notarius, rogatus a domino imperatore, ut supradictum eius testamentum suamque ultimam voluntatem conficerem, quia premissis omnibus et singulis una cum supradictis testibus interfui, et publicavi, ac in presentem publicam formam redegi, ideo subscriptione et signo meis solitis et consuetis subscripsi et signavi.

Magister Nicolaus de Brundisio notarius [1].

a) nostrorum 1. s. etiam nostro 3. b) et p. s. *desunt* 6. c) *reliqua desunt* 6. d) v. o. *desunt* 7. e) et r. 3. f) *reliqua desunt* 1. 2. 3. 4. 5. g) bemburgio *edd.*

1) *Subiungimus epitaphium, testamento in codicibus Panormitanis* 1. *et* 4. *et in* 5. *subiectum:*

Epitaphium domini Friderici imperatoris.

Qui mare, qui [a] terras, populos et [b] regna subegit,
Cesareum nomen subito mors improba fregit.
Iusticie lumen, lux veri [c], normaque legum,
Virtutum lumen iacet hic, dyademaque regum.
Sic [d] iacet, ut cernis, Fridericus in orbe secundus,
Quem lapis hic arcet, cui paruit undique mundus.

Fragmentum testamenti alterius in codice Vaticano Nro. 5985. *sec. XV. fol.* 1. *servatum ita audit:* ultimum testamentum, iubentes et decernentes ex autoritate nobis avite concessa, quod illud testamentum inter filios et heredes nostros sit lex a nostra maiestate autenticata, et quod iuris robur omni tempore testamenti teneat mandantes, et ut contradictores huius rei ultimo suplicio tamquam nobis rebelles et proditores omnimodo vindicentur, quare nos Fridericus Romanorum imperator et semper augustus Yerusalem et Sicilie rex ad maiorem firmitatem et cautelam hec signo sancte crucis † propriis manibus imposuimus, quia plus vivere non valemus.

a) per 1. b) qui 4. c) uera 1. d) Et 4.

CONRADI IV. TESTAMENTUM.

1254. Mai.

Nonnisi fragmentum eius proponere licet, ex codice Vaticano Nro. 4957. *sec. XV. Inscribitur ibi:* Testamentum regis Conradi. M°CC. LIIII. mense madii, Indict. XII., *quo scilicet mense, die* 20. *apud Lavellum obiit.*

5 Cum in se habeat humane nature condicio, et universaliter teneat tam in iuvene quam in sene, quod quandoque divine maiestati placuerit, vitalem spiritum, quem inmisit in homine, iuxta sui disposicionem arbitrii liceat revocare, expedit reges orbis et principes et quoslibet alios orthodoxam fidem catholicam excolentes, sic metas et terminos dierum suorum sollicita pensacione attendere, sicque semper esse paratos, ut exuto car-10 nis ergastulo, et digni inveniantur ex opere, et eorum discreta et laudabilis vita post mortem, nec non et disposicio salutaris superviventibus fidem faciat, et sit presentibus laudabile testimonium et utilis memoria futurorum. Inde est, quod nos Conradus divina favente clemencia Romanorum in regem electus semper augustus Ierusalem et Sicilie rex, casum humane nature ante mentis nostre oculos revolventes, licet infirmitate 15 gravati, sani tamen mente, lingua[a] et memoria compotes etc.

a) ligua *codex.*

HEINRICI ANTICAESARIS CONSTITUTIONES.

ELECTIO REGIA.

1246.

20 *Ad acta eius pertinent, quae ex Regestis Innocentii IV. T. I. fol.* 301. 302 *litt. curial.* 4. 5. 6., *pleniora quam apud Raynaldum leguntur, hic proponimus.*

April 21.

Innocentius etc. archiepiscopis et nobilibus viris aliis principibus Theutonie habentibus potestatem eligendi Romanorum regem et in imperatorem postmodum promoven-25 dum. Quia inter ceteros orbis principes honorem ecclesie ac imperii Romani tenemini specialiter procurare, nosque firma credulitate speramus, quod ad exaltationem utriusque tanquam fide preclari et devotione sinceri sollicite intenditis et ferventer, eo confidentius vos ad id requirimus et hortamur, quo nostris in hac parte beneplacitis libentius et promptius vos credimus parituros. Hinc est, quod cum dilectus filius nobilis vir 30 lantgravius Thuringie ad honorem Dei et ecclesie ac christiane religionis presidium, imperii predicti negotium assumere sit paratus, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, mandantes, in remissionem peccaminum iniungendo, quatenus de gratia Spiritus sancti confisi, eundem lantgravium in Romanum regem et in imperatorem postmodum promovendum, cum prefatum imperium ad presens vacare nosca-35 tur, unanimiter absque dilationis dispendio eligatis, intendentes sibi fideliter, et constanter ac viriliter assistentes, ad laudem et gloriam domini Iesu Christi, catholice fidei et ecclesie libertatis augmentum et tranquillitatem totius populi christiani. Nos enim eiusdem imperii, ac vestra et aliorum principum Theutonie negotia curabimus, auctore Domino indefessa solicitudine promovere.

40 Dat. Lugduni 11. Kal. Maii anno 3.

1246. April 21. T. I. 301. 302. A. III. cur. 5.

Innocentius etc. . . regi Boemie. Quia inter ceteros orbis principes *etc. ut supra in proxima, usque* credimus pariturum. Hinc est quod serenitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus pie pensans quam dura persecutione Dei ecclesiam Fridericus quondam Romanorum imperator olim afflixerit et adhuc concepte malitie prosecutor affligere non desistat, et quanta 5 commotione guerrarum, velut fervens pacis emulus, qnam plures provincias christianorum quassaverit et concutiat incessanter, considerans etiam, quod si prefato imperio fuerit, divina operante clementia, de catholico et devoto imperatore provisum, et ipsius ecclesie cessabit tribulatio et pacis tranquillitas reddetur populis christianis, totius diligentie studium adhibere procurares, ut electio de Romano rege in imperatorem postmo- 10 dum promovendo, unanimiter absque dilationis dispendio celebretur, ita quod ex hoc grande a Deo premium et uberiorem ab apostolica sede favorem consequi merearis.

Dat. Lugduni 11. Kal. Maii, anno 3.

In eundem modum episcopo Herbipolensi.
In eundem modum duci Bawarie. 15
In eundem modum nobili viro duci Brabantie.
In eundem modum nobili viro duci Saxonie.
In eundem modum nobili viro duci de Brunswich [a].
In eundem modum nobili viro marchioni Misnensi.
In eundem modum nobilibus viris marchionibus Brandeburgensibus. 20

April 22. T. I. 302. A. III. cur. 6.

Innocentius etc. . . electo Ferrariensi. Cupientes imperii negotium Romani, suffragante divina gratia, laudabiliter promoveri, discretioni tue, ut, postquam de Romanorum rege in imperatorem postmodum promovendo extitit electio celebrata, universos tam ecclesiarum secularium et regularium prelatos, quam principes et laicos et alios clericos per Theutoniam constitutos, ut ei, qui electus fuerit, efficaciter intendant, fidelitatis iuramenta prestent, 25 ac omnia exhibeant, que consueverunt ab eis Romanis regibus seu imperatoribus exhiberi; dictos prelatos et clericos monitione premissa per suspensionis ab officio, dignitate, honore, ac beneficio sententiam, prefatos vero principes et laicos per penam spiritualem et temporalem, valeas, si fuerit necesse, compellere, auctoritate presentium duximus concedendum. Illis autem prelatis et clericis quos propter hoc suspenderis, districte iniungas, 30 ut infra certum terminum peremptorium quem eis prefixeris, apostolico se conspectui personaliter representent, depositionis vel aliam prout qualitas delicti exegerit sententiam recepturi; denuntians ipsis, quod si forte in prefixo sibi termino non curaverint comparere, nos nichilominus contra eos ad depositionem vel penas alias non obstante ipsorum absentia corporali, sicut expedire videbimus, procedemus. 35

Dat. Lugduni 10. Kal. Maii, anno tertio.

a) Brusuwich *codex*.

1246. Aug. 13.

CURIA FRANCOFURTANA.

Sententiam de feodis quum olim Romae in diplomatario ecclesiae Leodiensis in bibl. Vatic. Nro. 3881. *chart. sec. XVI. fol.* 17[1]. *repertam exscripsissem, anno praeterito Boehmerus noster authenticum eius Leodii invenit calamoque exceptum mecum communicavit. Sigillum eius excidit.* 40

Heinricus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus. In sollempni curia nostra apud Frankenfort nuper celebrata per concordem omnium principum ac aliorum nobi- 45 lium qui aderant coram serenitate nostra fuit per sententiam diffinitum: ut si aliquis sine liberis decesserit feoda tenens ab ecclesia, libere ad ecclesiam eadem feoda revertantur.

Datum in sollempni curia apud Frankenfort Idus Augusti, indictione 4 [a].

a) IIII[a]. Anno dominice incarnationis M.CC.XLV. *Codex Vatic. N.* 3881.

WILHELMI REGIS CONSTITUTIONES.

ELECTIO REGIA.

1217. Oct. 3.

Ex actis eius proponimus formam suscipiendi cinguli militaris in
5 *Iohannis de Beka chronico Hollandiae p. 77 servatam. Quae ibidem de coronatione regis adferuntur, ad alius regis coronationem referenda esse, ex principibus nominatis, quos coronationi Wilhelmi non interfuisse constat, evincitur. Addimus ex Regestis Innocentii IV. litteras eius ad principes qui Wilhelmum elegerant, et ad civitates*
10 *Coloniensem et Maguntinam.*

Preparatis in ecclesia Coloniensi omnibus, post euangelium solennis misse prefatus Wilhelmus armiger coram cardinali productus est per regem Bohemie, dicentem in hunc modum: Vestre reverentie, pater almiflue, presentamus hunc electum armigerum, devotissime supplicantes, quatenus vestra paternitas votivam eius professionen accipiat, ut mili-
15 tari nostro collegio dignanter adscribi valeat.

Dominus autem cardinalis in pontificalibus assistens ornamentis, eidem dixit armigero, secundum etymologiam eiusdem nominis, quod est miles: Oportet unumquemque militare volentem, esse magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium et strenuum: magnanimum in adversitate, ingenuum in consanguinitate, largifluum in hone-
20 state, egregium in curialitate, et strenuum in virili probitate; verumtamen, antequam votum professionis tue facias, cum matura deliberatione iugum regule prius audies. Hec est itaque regula militaris ordinis: In primis cum devota recordatione dominice passionis missam diurnatim audire; pro fide catholica corpus audacter exponere; sanctam ecclesiam cum ministris eius a quibuscunque grassatoribus liberare; viduas, pupillos aut
25 orphanos in eorum necessitate protegere; iniusta bella vitare, iniqua stipendia renuere, pro liberatione cuiuslibet innocentis duellum inire; tyrocinia non nisi causa militaris exercitii frequentare; imperatori Romanorum seu eius patritio reverenter in temporalibus obedire; rempublicam illibatam in vigore suo permittere; feudalia bona regni vel imperii nequaquam alienare; ac irreprehensibiliter apud Deum et homines in hoc mundo
30 vivere. Hec statuta militaris regule si devote custodieris, et pro posse sive nosse diligenter adimpleveris, scias te mereri temporalem honorem in terris, et post hanc vitam requiem eternam in celis.

M I L E S

His autem expletis, dominus cardinalis coniunctas manus eius tyronis clausit in missali super lectum euangelium, ita dicens: Vis ergo militarem ordinem in nomine
35 Domini suscipere devote, et regulam tibi verbotenus explicatam pro tua possibilitate perficere? *cui respondit armiger:* Volo.

Dominus autem cardinalis subsequentem exinde professionem eidem armigero dedit, quam et idem armiger palam omnibus in hunc modum legit: Ego Wilhelmus Hollandiensis militie princeps, sacrique imperii vasallus liber, iurando profiteor regule
40 militaris observantiam in presentia domini mei Petri sancti Georgii ad Velum aureum diaconi cardinalis et apostolice sedis legati, per hoc sacrosanctum euangelium quod manu tango. *Cui cardinalis:* Hec devota professio, peccatorum tuorum sit vera remissio, Amen.

His itaque peractis, rex Bohemie grandem dedit ictum in collo tyronis, ita dicens:
45 Ad honorem omnipotentis Dei te militem ordino, ac in nostro collegio te gratulanter

1247. Oct. 3. accipio; et memento, quod Salvator mundi coram Anna pontifice pro te colaphisatus et illusus, coram Herode rege chlamyde vestitus et derisus, et coram omni populo nudus et vulneratus in cruce suspensus est; cuius opprobria te meminisse suadeo, cuius crucem acceptare te consulo, cuius etiam mortem ulcisci te moneo. *Quibus ita solemniter adimpletis, novus tyro post dictam missam cum stridentibus buccinis, perstrepentibus tympanis, et tinnientibus cymbalis, contra filium regis Bohemie tribus vicibus commisit hastiludium, et exinde cum gladiis emicantibus dimicando tyrocinium explevit, celebravitque magnificis expensis triduanam curiam, ac donis largifluis cunctis magnatibus suam manifestavit honorificentiam.* 5

Reg. I. 552. A. V. cur. 22. Innocentius etc. . . archiepiscopo Maguntino et eius suffraganeis. Studium et sollicitudinem quam in creatione charissimi in Christo filii nostri regis Romanorum illustris habuisse noscimini, dignis in Domino laudibus commendantes, gratiarum vobis, quas possumus, referimus actiones. Quia vero quanto maius est inceptum negotium, tanto ad felicem eius consummationem auxilio indiget potiori, fraternitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum imponentes, quatenus considerato prudenter, quod non est in tam arduo negotio dormiendum, ad ea que ipsi negotio expedire videritis, dantes opem et operam secundum prudentiam a Domino vobis datam, eidem regi viriliter et potenter assistatis constantia consueta. 10 Nov. 19. 15

Dat. Lugduni, 13. Kal. Decembr. anno 5.

In eundem modum archiepiscopo Coloniensi et eius suffraganeis. 20
In eundem modum archiepiscopo Treverensi et eius suffraganeis.
In eundem modum archiepiscopo Bremensi et eius suffraganeis.
In eundem modum episcopo Herbipolensi.
In eundem modum episcopo Argentinensi.
In eundem modum episcopo Monasteriensi. 25
In eundem modum electo Spirensi.
In eundem modum duci Brabantie.
In eundem modum comiti Guelrensi.
In eundem modum comiti de Los.

Innocentius etc. civibus Coloniensibus. Sicut a Domino factum est, quod quasi ex insperato persona non tam digna, quam dignissima, ad imperii fastigium est assumpta, ita credimus a Domino esse factum, quod Coloniensis civitas, adeo famosa et celebris et quodammodo in Theutonie partibus singularis, prout sui magnitudine, nobilitate et potentia precellit alias civitates, sic in recipiendo et honorando personam ipsam, videlicet charissimum in Christo filium nostrum regem Romanorum illustrem, spontanea voluit, super quo vobis gratiarum multimodas actiones referimus, esse prior. Ex quo vos et sedem apostolicam ac eundem regem tanto vobis fortius obligastis, quanto per hoc dignoscitur ipsius regis processus feliciter dirigi, et status eius prospere sublimari. Cum igitur non incipientium, sed usque in finem perseverantium sit corona, licet inter alios de virtute constantie et nomen habeatis et omen, quia tamen non nocet immisso subdere calcar equo, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum imponentes, quatenus considerato prudenter, quod prudentum est de virtute proficere in virtutem, sic in ipsius regis devotione firmitate inconcussa et solita persistatis, quod proinde vobis favore apostolico et regio insimul accrescente, possitis apud Deum et homines de fide, perseverantia fidei non immerito commendari. 30 Rayn. pag. 625. cur. 17. 35 40 45

Dat. Lugduni, 13. Kal. Decembris anno 5.

Reg. I. 552. A. V. cur. 18. Innocentius etc. civibus Maguntinis. A nostra et apostolice sedis memoria numquam excidet, quanta pro ea pertuleritis, et constans devotio quam in negotio ecclesie, prout experimento didicimus, habuistis hactenus et habetis; super quo vobis gratiarum quas possumus referimus actiones. Licet autem de vestra simus inconcussa firmitate securi, ut tamen nostrum in exhortatione officium exequentes, nichil quantum in nobis est de contingentibus omittamus, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente, ac 50

in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus continuantes in persona carissimi in Christo filii nostri . . regis Romanorum illustris solitam prefate sedis devotionem et constantiam consuetam, sic eidem regi viriliter assistatis, quod proinde vobis divinum apostolicum et regium favorem ac laudem hominum comparantes, de die in diem virtuosiores per effectum probemini et in tanto negotio fortiores. (1247.)

Dat. ut supra.

IURAMENTUM PAPAE PRAESTITUM.

1249. Febr. 19.

Editum est a Würdtwein in Novis Subsidiis T. XI. p. 22. ex codice Vaticano Nro. 6108.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Willelmus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, tibi domino meo sanctissimo et patri carissimo Innocentio pape IV. tuisque successoribus, et ecclesie Romane, presentibus subscriptis principibus imperii et nobilibus, spondeo, polliceor, promitto, et iuro, quod omnes possessiones, honores, et iura Romane ecclesie pro posse meo, bona fide, protegam et servabo. Possessiones autem, quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam, et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo, quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum, secundum posse meum, ero sine fraude defensor, et quecumque ad manus meas devenient sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, exarchatus Ravenne, Pentapolis, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mathildis, comitatus Bretenorii cum adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Ludovici. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore. Verumtamen, cum ad recipiendam coronam imperii, vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis accipiam procurationem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Tibi etiam domino meo Innocentio pape, et successoribus tuis, omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores, et reges, consueverunt sedi apostolice exhibere. Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei sicut necessitas postulaverit in expensis. Omnia vero predicta, tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus- Principes autem imperii, et nobiles, quibus presentibus iuravi, sunt hi: Sigefridus archiepiscopus Moguntinus, Germanie archicancellarius; Henricus electus Spirensis, regalis aule cancellarius; Albertus comes de Dillingen; Ulricus comes de Wirtemberg; Conradus comes Sylvester; Gerardus comes de Dietz; Emicho comes de Liningen; Anselmus mareschalcus de Iustingen[a]; Wernerus de Bolandia dapifer, et Wernerus filius eius pincerna; Ulricus de Minzimberg camerarius; Conradus de Smedevelt; Fridericus de Randenberg; Godefridus de Bingen; Sigefridus de Runckel; Crafto de Bochberg[b]; Willelmus advocatus Aquensis; Wiricus[c] de Duna et alii plures.

supra pag. 205. 232.

Datum in castris apud Engelheim, anno Domini 1247. 11. Kal. Martii, indict. 7, regni nostri anno 1.

a) *ita correxi;* Vinstingen *Würdtwein.* b) Hochberg? c) Ulricus de Durne?

SENTENTIA DE OFFICIIS ET POSSESSIONIBUS ECCLESIARUM.

1250. Iul. 1.

Ex Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p. 309; *pro Bertholdo episcopo Pataviensi edita.*

1250. Iul. 1.

Willehelmus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Postquam dilectum principem nostrum B. Pataviensem electum, de regalibus ipsius principatus investivimus auctoritate regia ut tenemur, requiri coram nobis in sententia generali, prout iuris est et consuetudinis, postulavit, si omnia officia sua exceptis quatuor principalibus officiis de 5 iure vacarent et forent pro suo beneplacito instituenda, dummodo per homines ecclesie sue eadem officia procuraret? Quod utique per sententiam principum et magnatum imperii adiudicatum ei exstitit, et ab omnibus approbatum, nisi forsan ex antiquo iure hereditario homines ecclesie aliqua officia possedissent. Ad hec petivit requiri in sententia generali, si predecessor suus, qui multos iam per annos in excommunicatione sorduit, a 10 tempore confirmationis sue, quam a domino papa sanctissimo patre nostro ac eius legato domino P. Albanensi episcopo canonice est adeptus, aliquas possessiones ecclesie vendere, obligare, aut alienare potuerit in ecclesie detrimentum ac ipsius electi preiudicium et gravamen; et sententiatum fuit a principibus, quod nullo modo huiusmodi alienationes nec ecclesie nec electo dampnum aut preiudicium generarent. Item adiudicatum ei fuit 15 per sententiam principum et magnatum, quod possessiones ecclesie sue preter iuris ordinem et violenter distractas posset et deberet licite revocare. Ad harum itaque sententiarum memoriam evidentem ac robur inposterum valiturum, presentes litteras conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Actum in castris apud Bopardiam, anno Domini 1250. Kal. Iulii, indictione 8. 20

1252. Iul. 11.

CURIA FRANCOFURTANA.

Sententiam ibi latam atque Nonis Augusti a. **1281.** *a Rudolfo rege confirmatam ex Martenii Thesauro Anecd. T. I. p.* **1164.** *proponimus.*

SENTENTIA DE FEUDIS POST CORONATIONEM REGIAM REQUIRENDIS. 25

Willelmus [a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum volumus pervenire, quod nobis in generali curia nostra apud Frankefort pro tribunali sedentibus, in presentia principum et magnatum imperii venerabilis Herbipolensis episcopus dilectus princeps noster, requisitus per sententiam definivit, quod 30 postquam nos electi fuimus a principibus in Romanorum regem, per summum pontificem confirmati, et consecrati ac coronati prout moris est solemnitate qua decuit apud Aquis, parebant et competebant nobis de iure civitates castra et omnia bona ad imperium pertinentia, et quod omnes principes, nobiles et ministeriales principatus et feoda sua infra annum et diem a nobis requirere et relevare tenebantur. 35

Item venerabilis Argentinensis episcopus dilectus princeps noster, eodem modo requisitus, per sententiam definivit, quod omnes principes, nobiles et ministeriales qui principatus et feoda sua infra annum et diem requirere et relevare a nobis contumaciter neglexerunt, omnia illa feoda et principatus nobis vacaverunt, et vacant; et de illis possumus disponere secundum quod nobis placuerit, retinendo nobis vel in feodum aliis 40 concedendo.

Item venerabilis C. Coloniensis archiepiscopus dilectus princeps noster, similiter requisitus, per sententiam definivit, quod omnes principes, nobiles et ministeriales, moniti et requisiti a nobis post [b] nostram electionem et coronationem sive [c] quibus nos [d] obtulimus

a) Willermus *ed.* a) *ita correxi;* per *ed.* c) sine *ed.* d) non *ed.* 45

1) confirmata est haec sententia ab Innocentio IV. Perusii die 4. Non. Decembris, quum ibidem iam d. 13. Kal. Aug. sententiam, qua Conradus IV. ab adversariis suis in eadem curia Francofurtana ducatu Sueviae et reliquis bonis suis in regno Alemanniae privatus fuerat, confirmavisset.

viva voce vel per nostros nuntios et litteras, ut principatus et feoda sua a nobis reciperent, et intra sex septimanas et tres dies post huiusmodi monitionem requisitionem sive oblationem recipere contumaciter neglexerunt, omnia feoda sive principatus nobis vacaverunt, et vacant; et de illis possumus disponere quod nobis placuerit, retinendo 5 sive aliis in feodum concedendo[a]. — 1252. Iul. 11.

Item predictus Herbipolensis episcopus requisitus, per sententiam diffinivit, quod ex quo Margareta comitissa Flandrie per annum et diem neglexit contumaciter requirere feoda, licet super hoc monita et requisita fuerit, de illis nos secundum voluntatem nostram potuimus libere ordinare, ea retinendo nobis vel in feodum aliis concedendo. 10 Nos vero predictis sententiis auditis diligenter, ceteris principibus et magnatibus approbantibus supradictis, terram de Namurco cum suis attinentiis, terram iuxta Scaldam, terram de Alost, terram de Wasia, et terram quatuor officiorum, cum omnibus pertinentiis suis, carissimo sororio nostro nobili viro Iohanni de Avesnis, prout eadem comitissa ab imperio tenuit, in feodum concessimus a nobis et imperio perpetuo possidendas.

15 Item predictus Coloniensis requisitus sententiavit, quod ex quo nos feoda que comitissa predicta ab imperio tenebat, eidem Iohanni concessimus in feodum, ville, castra et alia bona ad dicta feoda pertinentia parere debent eidem Iohanni de Avesnis, et ei debent homines predictarum terrarum fidelitatis facere iuramentum. Quas sententias ratas et gratas habentes, eas auctoritate regia confirmamus, et eas precipimus observari. 20 In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi, et nostre maiestatis et aliorum principum et magnatum sigillis iussimus communiri.

Datum in castris ante Frankefort 5. Idus Iulii, indictione 10. anno Domini 1252, regni vero nostri anno 4.

a) conducendo *cd.*

---

25 # CASSATIO SENTENTIARUM CONTRA PRIVILEGIA REGIA LATARUM.

1253. Aug. 13.

Ineditam adhuc Boehmerus noster in tabulario Leodiensi evolvit, exscriptamque nobiscum communicavit.

Willelmus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, universis imperii fidelibus 30 presentes litteras visuris, graciam suam et omne bonum. Universitatem vestram scire volumus, quod nobis pro tribunali apud Traiectum sedentibus, quesitum extitit: utrum sententie late a scabinis vel quibuscunque aliis contra privilegia, ecclesiis auctoritate imperatorum vel regum nostrorum predecessorum indulta, vim aliquam deberent habere vel firmitatem? Ad quod responsum extitit coram nobis per sententiam: quod huius- 35 modi sententie contra privilegia imperatorum vel regum ecclesiis, locis, dignitatibus vel quibuscunque personis indulta, a quibuscunque late, nec vim habeant nec firmitatem. Unde nos auctoritate regia predictas sententias, taliter ut dictum est latas, revocamus et nullas esse penitus denunciamus.

Datum apud Traiectum, Idus Augusti, indictione undecima.

---

40 # SENTENTIA PRO CURIIS ET SALIS EPISCOPALIBUS.

1253. Aug. 22.

Eam ex authentico olim tabularii Magdeburgensis iam vero regii Berolinensis iterum descripsit Boehmerus noster, quum antea a Cl. Gercken in codice diplomatico T. III. 68. edita fuisset.

1253. Aug. 22.

Willelmus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus, universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Coram nobis pro tribunali sedentibus sentenciatum extitit et communiter ab omnibus approbatum, quod nullus in episcopali curia et sala ac ipsarum attinentiis ius feudale, quod wolge vulgariter appellatur, debet vel potest habere. Unde sub interminatione gracie nostre districtius inhibemus, ne quis veniens[a] contra dictam sententiam presumat asserere, se in huiusmodi curia et sala ac ipsarum attinentiis aliquod[b] ius habere. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum.

Datum Leyden, 11. Kal. Septembris, indictione 11, anno Domini 1253.

a) b) *voces* veniens *et* aliquod *iam corrosas legi tamen quodammodo posse, Boehmerus adnotavit.*

1254. Iul. 13.

FOEDUS PACIS.

Acta eius primus edidit Leibnitius in Mantissa codicis diplomatici pag. 93 *sqq. ex fragmento originis ignotae, fortasse Pataviensi. Quae quum fine destituerentur, felici avi contigit, ut nostris diebus tegumentum codicis traditionum Pataviensis in tabulario regio Monacensi repertum, ad calcem libri „v. Freyberg gesammelte Schriften" T. I. vulgaretur, cui acta, inde a pagina* 96. *exeunte Leibnitii continuatione aucta, inscribi, Boehmerus noster statim animadvertit. Utrumque igitur collegit novisque subsidiis additis edidit in codice diplomatico Moeno-Francofurtano p.* 93. 95. 96. 97—99. 100—114. *Ex quibus iam primum foedus complurium civitatum anno* 1254. *ictum Leibnitio duce proponendum duximus.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Iudices et consules et universi cives Moguntinenses, Colonienses, Wormatienses, Spirenses, Argentinenses, Basilienses et alie civitates sancte pacis federe coniurate, omnibus Christi fidelibus salutem in eo qui auctor est pacis et principium salutis. Cum terrarum pericula et viarum discrimina nonnullos ex nostris iam per multum temporis discursum[a] destruxerint penitus, et plerosque bonos et idoneos traxerint in ruinam, ut innocentes opprimerentur sine calculo rationis; ad obviandum huiuscemodi tempestatibus et procellis modum rimari oportuit et perquiri, per quem nostri saltim termini et districtus, omissa equitatis digressione, possint ad pacis orbitam revocari.

Hinc est, quod nos serie presentis scripti cupimus innotescere universis, quod nos, cooperante domino Iesu Christo pacis auctore ac amatore, per quem totius boni exordium est et via, propter culturam pacis et iustitie observationem convenimus unanimiter in hanc formam, prestitis iuramentis nos invicem astringendo, a festo sancte Margarete nunc instanti ad decem annos, videlicet anno Domini 1254.[b] pacem generalem iuravimus firmiter observare. Quam utique pacem venerabiles patres ac domini Gerhardus[c] Moguntinus, Conradus Coloniensis, Arnoldus Trevirensis, archiepiscopi, Richardus Warmatiensis, Henricus Argentinensis, Iacobus Metensis, Bertoldus Basiliensis, episcopi, nec non multi comites et nobiles terre nobiscum iuraverunt; sua thelonia iniusta etiam[d], sicut et nos, tam in terris quam in aquis benigne et liberaliter relaxantes. Tanto quoque federe firmitatis servabitur hoc promissum, ut non solum maiores inter nos hoc communi presidio gratulentur, verum universi minores cum maioribus, clerici, seculares et omnes religiosi cuiuscunque sint ordinis, laici et Iudei, hac tuitione perfrui se gaudeant, et in tranquillitate sancte pacis valeant permanere.

a) *ita Boehmer emendavit.* discessum *Leibn.* b) *ita correxit B.* 1253. *L.* c) G. *L.* d) *ita corrigendum existimavi;* esse *L.* et *B.*

Quicunque vero huius pacis violatores ac perturbatores extiterint, contra illos totis viribus insurgemus, ipsos usque ad condignam satisfactionem compellendo. Propter questiones tamen, que iam inter pacis federe coniuratos habentur, ac fortassis in posterum emergere videbuntur, ne de his, quod absit, nunc aut in futuro fomes discordie vel litis occasio valeat suboriri, inventum est circa hoc remedium salutare; quod videlicet in qualibet civitate, vel a[a] quolibet domino nobis coniurato, quatuor viri fide digni adiurati super hoc eligantur, qui auctoritate plena ipsis super hoc tradita, sub debito iuramenti universas questiones per amicabilem compositionem vel per iustitiam terminabunt.

1254. Iul. 13.

Quod si per ius aut per amicabilem viam has causas discindere nequiverint et sopire, quicunque quatuor iuraverunt, quod suus dominus aut sua civitas ad id, quod ei imponitur, non teneatur iuxta iuris ordinem persolvendum, idem dominus vel civitas super eo, quod ei imponitur, penitus absolvatur. Si vero horum quatuor aliquis discesserit, alius loco sui substituetur.

Si pax in aliquo dominio vel in aliqua civitate fuerit perturbata, predicti quatuor a dominis vel a civitatibus ad hoc deputati, propter perturbationem pacis et super negotio pacis tractando convenient, et de consilio communi tractabunt, qualiter id honorifice valeat refieri et sancte pacis forma possit stabiliri.

CONVENTUS CIVITATUM WORMATIENSIS.

Oct. 6.

In nomine Domini, amen. Anno Domini 1254. in octava sancti Michaelis, convenientibus nobis in unum coniuratis civitatibus, tam superioribus quam inferioribus, pro pace servanda, in civitate Wormatiensi, habito colloquio et tractatu diligenti super his que paci attinentur generali; ad honorem Dei et sancte matris ecclesie nec non sacri imperii, cui nunc preest serenissimus dominus noster Wilhelmus Romanorum rex, et ad communem utilitatem, equaliter divitibus et pauperibus, ordinavimus hec statuta rite et inviolabiliter observanda, ut exinde gaudeant pauperes et maiores, clerici, seculares, religiosi, laici et Iudei, nolentes in eorum exemtione, que visa sunt rei publice expedire, rebus parcere vel personis, interclusis nobiscum principibus et dominis coniuratis.

Primo statuimus, quod nullas expeditiones faciemus, nisi sint de consilio sano civitatum et communitatum, et maxime ad illa loca ubi magis necessarias habuerimus, nos invicem pro viribus adiuvantes, et gravamina nostra pariter sustinentes.

Item constituimus, quod nulli communi paci resistenti et nobis, iuramenti [fide[b]] nulla victualia ab aliqua civitate aut ab aliquo domino nobis coniurato arma aut aliqua subsidia exhibeantur, sive a christianis, sive a Iudeis.

Item, ut nihil eis credatur aut mutuo concedatur in nostris civitatibus, qui paci contrarii sunt et nobis.

Item statuimus, ut nullus civium in quacunque civitate familiaritatem cum ipsis habeat, aut ipsis prestet consilium, auxilium, et favorem; ita, quod, si hoc est notorium et manifestum, sic ut per verba ipsius poterit comprobari, extra civitatem eicietur, et in rebus et edificiis suis in tantum punietur, ut aliis sit exemplum ea de cetero dimittendi.

Item si quis militum extra munitionem domini sui nobis adversantis nos persequitur[c], aut gravet, suum dominum contra pacem generalem iuvando; super huiusmodi personam et res, qualescunque fuerint, respectum habebimus, nos in ipso, quocunque modo possumus, vindicando. Et si idem in aliqua civitate comprehensus fuerit, tenebitur usque ad condignam satisfactionem. Villani vero, quorum tutores esse volumus, et defendere contra iniurias, si pacem nobiscum servaverint; si tales contra nos processerint, nos contra ipsos vindicta debita insurgemus, et comprehensos in civitatibus sicut malefactores nostros puniemus.

Item volumus, ut civitates omnes attrahant et adducant ad se naves in passagiis

a) *ita loco medendum censui;* in q. d. *L.* in q. dominio *B.* b) *vox supplenda videtur, fortasse addito* interposita. c) persequatur *B.*

1254. Oct. 6.

seu [*] vicinis, ut nullum sit passagium, nisi ante civitates coniuratas, ne inimicis pacis ullus Rheni transitus concedatur, vel aliud exinde commodum valeant reportare.

Item statuimus, ut si quis dominorum vel militum pacem nobiscum adiuvet promoveri, etiam pacem [a] pro viribus tueatur; qui vero pacem nobiscum non iuvaverit, exclusus a pace generali permanebit. 5

Item statuimus, ut quicunque iacebit in pignore in civitatibus nostris, a civibus et coniuratis pacem in omnibus habeat; ita quod non sinemus eum in nostris civitatibus ab aliquibus, quamdiu in illis fuerit, perturbari; ipsum immo pro viribus defendemus, et habebit pacem intrandi civitatem et exeundi.

Item, si quis fideiussorum fidem suam violaverit, non iacendo in pignore, cum su- 10 per hoc a civitate coniurata ter commonitus fuerit, creditor vel fidei receptor potest eum per iudices civitatis licite pignorare et in nostre civitatis pignora deducere.

Super omnia affirmamus, volentes summo conamine laborare ad hoc, ut domini et comprovinciales nostri pacem et concordiam nobiscum, et nos cum eis, feliciter habeamus, ita ut ipsi in suo iure permaneant, et nos in nostris iuribus persistamus. 15

Item firmiter sub pena districta inhibuimus, ne aliquis civium dominis, quamvis nostri sint adversarii, nullatenus obloquatur; volentes non eo minus in ipsis nostras iniurias vindicare, tamen ipsos dominos prius commonentes, ut a sua desistant iniuria, ne contra ipsos procedere compellamur.

Item ordinavimus, ut de civitate Mogontina civitatibus inferioribus scribatur, qua- 20 tenus quid tangit hoc negotium, et de Wormacensi civitate superioribus: tam querele, quam alia negotia nostra, quelibet per eorum litteras exprimantur, et nostri iniuriatores commoneantur; lesi vero suis expensis mittent nuncios.

Item promisimus, quoniam sepe indigemus, ut in quocunque loco colloquium indixerimus, domini et civitates suos solemnes nuncios mittant illos quatuor qui ad hoc 25 deputati sunt, vel partem eorum, secundum quod tractatus negotii tunc agitantis expetit, qui plena auctoritate a suis civitatibus super ordinandis quibuslibet perfruantur, et ibidem statuta suis civitatibus revelabunt. Omnes vero cum nunciis civitatum equitantes vel ad ipsos venientes, pacem habebunt, ita quidem, ut nullo iudicio occupari possint.

Item inhibitum est, quod nulla civitatum sibi assumat cives non residentes, quod 30 vulgo appellatur [b] paleburger.

Item promisimus firmiter, quod si quis coniuratorum pacis pacem infregerit, nos velle celerius contra eum quam contra extraneum procedere, et ipsum ad emendationem sufficientem compellere.

Item promisimus, nos et dominos coniuratos invicem fideliter litteris nostris pre- 35 munire, super omnibus que percepimus de emulis nostris, ut et de aliis qui nobis obesse possunt, ut maturo nobis consilio provideamus.

Item statuimus, ut nullus presumat curias aut domus clericorum, secularium, religiosorum quorumcunque, griseorum, nigrorum, alborum, monachorum vel monialium, et aliorum religiosorum, cuiuscunque sint ordinis, ingredi violenter, aut ab eis hospitia, 40 victualia, aut servitia, aut qualiacunque contra eorum requirere voluntatem, aut ullatenus extorquere. Si quis autem hoc temere duxerit attemptandum, reputandus et iudicandus est tanquam pacis publice violator.

Item statuimus, quod quelibet civitatum ab his qui pacem nondum iuraverunt, sibi vicinis et propinquis, exiget et requiret, ut pacem iurent; quod si facere neglexerint, 45 a pace segregati erunt penitus et exclusi, ita ut nullus pacem in personis et rebus eorum, si contra eos quisquam fecerit, violet aut perturbet.

Item volumus, quod omnes coniuratores, tam domini quam civitates et alii, se preparent adeo decenter et honorifice armati, ut cum necessitatem habuerimus, et super hoc requisiti fuerint, omni hora paratos inveniamus. 50

Item statuimus, quod civitates de Mosella usque ad Basileam centum naves bellicas, et civitates inferiores quingentas naves bellicas honestas et cum sagitariis preparatas [c], et quelibet civitas pro posse se decenter et potenter cum armis equitariis et pedestribus [d] preparet.

*) sibi *corrigendum videtur.* a) pace *legendum videtur*, tueatur *sensu passivo usitato. B.* b) apellatur *L.* c) ha- 55 beant *fortasse supplendum. L.* d) *ita corrigendum censuit L. sed* pedes *edidit; fortasse* equitaturis et peditibus.

SENTENTIAE DE BONIS NAUFRAGANTIUM ET DE MONETA.

1255. Febr. 6.

Chartae huius ineditae, qua primum nuntii civitatum in curia regis occurrunt, duplex exemplum invenit exscripsitque Boehmerus noster, 5 *alterum scilicet* 1) *in tabulario civitatis Wormatiensis,* 2) *alterum in tabulario civitatis Coloniensis.*

Willelmus Dei gracia Romanorum rex, semper augustus, universis sacri imperii fidelibus, presentem paginam inspecturis, graciam suam et omne bonum.

Ad notitiam universorum volumus pervenire, quod nobis apud Wormaciam pro 10 tribunali sedentibus, et presentibus venerabili G.[1] Maguntino archiepiscopo et R.[2] Wormatiensi episcopo, dilectis principibus nostris, quam pluribus comitibus, nobilibus, et ministerialibus imperii, nec non et sollempnibus nunciis omnium civitatum pacis federe coniunctarum de Basilea inferius, et pacem[a] communiter generalem iurantibus, requisitum fuit in iudicio coram nobis de quadam consuetudine, que inolevit in plerisque 15 partibus regni Alamanie, que potest dici potius coruptela, ut cum contingit interdum aliquos predicti regni pati naufragium, circumadiacentes patrie, superaddentes afflictionem afflictis, omnia bona naufragantium velut propria sibi vendicant et usurpant. Ad quod per eundem archiepiscopum sententiatum fuit et etiam diffinitum, quod talis consuetudo de cetero cessaret omnino, cum detestabilis et perniciosa existat.

20 Item requisitum fuit et per eundem archiepiscopum sententialiter diffinitum, ut omnis moneta adulterina et falsa penitus de cetero cesset, nec aliquis abutatur predictis adulterinis et falsis monetis deinceps[b], sed utatur vera[c] et legitima moneta in locis singulis per imperium statuta[d] et concessa dumtaxat; et domini terrarum et locorum predictos falsarios et abusores in suo districtu eorum[e] quilibet studeat penitus amovere, 25 predictos falsarios et abusores pena qua convenit et severitate debita percellendo[f] et etiam puniendo.

Quas sententias omnes et singuli supradicti pari[g] voto communiter approbarunt, et nos eas[h], utpote iustas et idoneas, ratas et gratas habentes, eas auctoritate regalis culminis confirmamus, et sanccimus, atque precipimus eas ab universis et singulis inviola- 30 biliter observari, presenti edicto sub[i] interminatione gracie nostre districtius inhibentes, ne quis contra predictas sententias et confirmationis[k] et inhibitionis nostre tenorem venire presumat vel[l] ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem indignationem celsitudinis[m] nostre se noverit incursurum.

Datum Wormacie, 8. Id. Februarii[n], indictione 13. anno Domini 1255.

35 a) et communiter pacem generalem 2. b) *deest* 2. c) veris et legitimis monetis 2. d) statutis et concessis 2. e) studeat eorum quilibet 2. f) percellendo et etiam *desunt* 2. g) communiter pari voto in nostra presentia approbarunt 2. h) *deest* 2. i) districtius inhibentes sub interminatione gratie nostre 2. k) et nostre confirmationis 2. l) vel eis ausu temerario 2. m) serenitatis 2. n) Actum Wormacie VIII. idus Martii 2.

1) Gerhardo. 2) Richardo.

CONFIRMATIO PACIS.

1255. Mart. 10.

40 *Ex authentico quod in tabulario civitatis Coloniensis extat a Boehmero nostro exscriptam contulimus cum Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p.* 321. *ubi ex alio authentico tabularii regii Monacensis vulgata est. Chartam qua interea die Ianuar.* 14. *civitas Coloniensis foederi pacis accesserat, videsis in Boehmeri codice dipl. p.* 93.

1255. Mart. 10. Wilhelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Cum disponente divina clementia [a] simus ad apicem regie dignitatis assumpti et temporalis gladii acceperimus [b] Deo nobis propicio potestatem, illius aciem sic extendere volumus et debemus, quod cunctorum iura per nostram sollicitudinem illibata serventur, cohercentes malos severi- 5 tate debita et condigna, bonos autem contra insultationes malorum in sua iusticia confoventes. Sane cum ad deponenda inconsueta et iniusta thelonia super Renum, divina suffragante clementia, generalis [c] pax pie concepta fuerit, et postmodum a quibusdam ex nostris principibus et universis comitibus et nobilibus et sollempnibus nuntiis omnium civitatum de Basilea inferius, in nostra presencia nuper apud Wormaciam coniurata, ita 10 videlicet ut quilibet, sive princeps vel comes aut nobilis seu civis burgensis opidanus vel agricola sive villanus vel cuiuscunque conditionis existat, contentus [d] de cetero maneat iure suo, nos, ut christianus populus a diutinis bellorum et turbationum laboribus temporibus nostris in amenitate pacis respiret, omnem opem et operam apponentes, predictam generalem pacem utpote salubrem et piam, auctoritate regalis culminis approbamus et pre- 15 sentibus duraturam in posterum confirmamus; sacro presenti edicto sub interminatione gratie nostre districtius inhibentes, ne quis predictam pacem ausu temerario infringere audeat vel in aliquo violare. Si quis vero inventus fuerit temerarius violator, volumus et presenti scripto sanccimus, ut deposita primo coram nobis vel iusticiario nostro querela de ipso, tunc cives et alii qui pacis federe sunt astricti, de nostro vel nostri iusticiarii 20 consilio, assensu pariter et favore, contra violatorem huiusmodi procedere non omittant.

Datum apud [e] Hagenouwe, 6. Id. Marcii, indictione 13. anno Domini 1255.

a) gratia *Mon. B.* b) accepimus *Col.* c) generaliter *Mon. B.* d) contenter *Colon.* e) *deest Colon.*

1255

CONVENTUS CIVITATUM MOGUNTINUS.

Ex Leibnitio l. c. p. **95. 96.** *Litteras civitatum ad regem Ioannes* 25 *de Beka in chronico p.* **80.** *refert.*

Iun. 29. Item anno Domini 1255 in festo apostolorum Petri et Pauli convenientibus nunciis dominorum ac civitatum confederatarum in Moguntia, presente domino de Waldeke, imperialis aule iustitiario, statuimus firmiter sub pena 10 marcarum Coloniensium ad fabricam cuiusque civitatis, ubi hoc infringetur; videlicet quod nullus Iudeus plus quam 30 duos denarios ad septimanam de libra reciperet in eadem quantitate, de Coloniensi, Hallensi et Argentoratensi [a]. Si vero ad annum cum ipso pactaretur et conveniretur, Iudeus recipere debeat quatuor uncias [b] de libra, et sic de singulis. Opus enim erat his institutis, quia christiani usurarii excommunicantur et per iudicium ad restituendas usuras coarctantur. 35

Item deposuimus ibidem cives qui dicuntur palburger [c], totaliter et de pleno, ita quidem de cetero nulla civitatum tales habebit et recipiet. Illi vero quos recepimus et recepturi sumus, residebunt nobiscum una cum uxoribus et familia ipsorum cottidie per totum annum, excepto tamen, quod temporibus messium exibunt una cum uxoribus suis ad rus pro colligenda annona in vigilia sancte Margarethe, et non revertentur usque 40 in diem Laurentii. Ita tamen, quod medio tempore relinquant in domibus suis familiam competentem, neque carebunt domus eorum igne et fumo, et erunt aperte, secundum consuetudinem domorum que inhabitantur. Item tempore autumnali in die sancti Mauritii poterunt exire ad rus similiter per tres septimanas vinum suum congregando, domibus eorum, sicut est prehabitum, procuratis. 45

a) *ita emendavit B.* colon. hall. et argentorato. b) uncios *L.* c) balburger *L.*

LITTERAE AD REGEM.

1255. Iun. 30.

Glorioso domino suo Romanorum regi Wilhelmo, consules et iudices plus quam 70 civitatum superioris Germanie, reverentiam et obsequium perennale. Excellentie vestre tenore presentium declaramus, quod nobis apud Maguntiam existentibus die 19. mensis 5 Iunii ad generale colloquium, mediante nobili viro Alberto de Waldecke imperialis aule iustitiario, firma pax et treuge stabiles super universis guerris et discordiis sunt statute. Quapropter maiestatem vestram regiam humiliter exoramus et consulimus quantum licet, quatenus pacem terre salubriter inchoatam[a] per litteras magnipotentie vestre iam dignemini confirmare, eo quod vestrum commodum, utilitatem, salutem importare dinoscitur 10 et honorem; scientes quod vestre serenitatis adventum nobis salubrem ad partes nostras cum ingenti desiderio prestolamur.

Datum apud Maguntiam ultima die mensis Iunii.

a) inchoatum *ed.*

SENTENTIA DE NON ALIENANDIS BONIS 15 ABBATIARUM.

1255. Iul. 27.

Ex autographo Corbeiensi vulgata est in Originibus Guelficis T. IV. pag. **241.** *unde eam iterum proponimus, et in Schatenii hist. Westphaliae T. II.*

Willelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii fideli- 20 bus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum volumus pervenire, quod nobis nuper apud monasterium Egmundense pro tribunali sedentibus, requisitum fuit in iudicio coram nobis per sententiam diffiniri: utrum aliquis abbas princeps imperii bona et feuda sui monasterii sine consensu sui capituli vendere valeat, alienare, distrahere, vel donare? Ad quod responsum fuit et in nostra presentia 25 sententialiter iudicatum, quod nec vendere nec alienare aut distrahere seu donare potest aliqua feuda vel bona sui monasterii, non requisito consensu nostro et sui capituli et obtento. Unde, cum sit id iuri consonum et consentaneum rationi, nos sententiam ipsam ratam et gratam habentes, auctoritate regalis culminis confirmamus eamdem et ab universis et singulis mandamus ipsam inviolabiliter observari. Si contra factum fuerit, ex 30 tunc decernentes irritum et inane, nec alicuius habere roboris firmitatem.

Datum apud monasterium Egmundense, 6. Kal. Aug. indict. 13. anno Domini 1255.

CONVENTUS CIVITATUM WORMATIENSES.

1255. Aug. 15.

Acta eorum ex Leibnitio, adiectis lectionibus codicis Pataviensis apud Freyberg „Beiträge," proponimus.

35 Item convenientibus civitatibus apud Wormatiam in colloquio generali anno Domini 1255. in assumtione sancte Marie virginis gloriose, statuimus ibidem, ut in omnibus civitatibus et locis coniuratis ad pacem, quilibet hominum habens in valore bonorum ad quinque libras sue monete et ultra, dabit singulis annis in quadragesima unum denarium; quam pecuniam congregabunt in qualibet civitate viri quatuor idonei, ad hoc 40 deputati et iurati. De qua eleemosina edificabitur domus pacis. Usuras etiam ibidem, quantum in nobis fuit et est, condemnamus, formam pacis per omnia confirmantes.

1255. Sept. 28. Item indiximus colloquium apud Argentinam in festo Michaelis pro pacis negotio conservando; ad quod accedentes nuncii civitatum, captivati sunt ab Emichone comite de Liningen, in villa Herde, clam et sub noctis silentio, Arnoldus camerarius, Fridericus scultetus, Mogontinenses [a], Wolframus miles, Henricus et Richardus, Wormatienses; et deducti in castrum Landeke, anno Domini 1255. in vigilia sancti Michaelis. Postea statim ad habendum fractatum pro eodem convenimus apud Wormatiam in die sancti Oct. 14. Calixti. Constituimus quatuor colloquia generalia pro sancte pacis negotio in perpetuum in hunc [b] modum conservanda: primum erit apud Coloniam [c] in epiphania Domini; secundum apud Mogontinam in octava [d] pasche; tertium apud Wormatiam in festo apostolorum Petri et Pauli [e]; quartum apud Argentinam in nativitate beate [f] Virginis. Ad que colloquia nomina dominorum [1] qui sanctam pacem cum civitatibus iuraverunt: Gerhardus [g] archiepiscopus Mogontinus, Chunradus [h] archiepiscopus Coloniensis, Arnoldus Treverensis archiepiscopus, Richardus Wormatiensis episcopus, Heinricus Argentinensis episcopus, Berhtoldus [i] Basiliensis episcopus, Iacobus Mettensis episcopus, abbas Fuldensis [k], Ludewicus [l] Palatinus Rheni dux [m] Bawarie, Chunradus [n] comes Silvester, Ditherus [o] comes de Chatzenelnbogen [p], Fridericus comes de Liningen [q], Berhtoldus [r] comes de Zigenhagen, Emicho comes Silvester, Gottfridus [s] frater suus, dominus Poppo [t] comes de Durnen [u], Ulricus comes de Ferreto, comes de Virnburch [v]; domina Sophia landgravia Turingie, domina Udelhildis [w] comitissa de Liningen [x]; domnus de Trinperch [y], Ulricus de Mintzinberch [z], Gerlacus [*] de Limpurch [a], Philippus de Trachenfells [b], Philippus de Valchenstain [c], dominus de Strelenberch [d]; pincerna [e] de Erbach, Wernherus dapifer de Alzeya [f], Heinricus de Linbach [g], Rumpoldus [h] de Stainah [i], Gerhardus [k] de Hornberch [l].

Nomina civitatum confœderatarum ad pacem generalem: Mogontia, Colonia, Wormatia, Spira, Argentina, Basilea, Thurigum [m], Friburch [n], Brisacum, Colmaria [o], Slezestat [p], Hagenowia, Witzenburch [q], Niwstat [r], Wimpina, Heidelberch, Lauternburch [s], Oppenheim, Franchnfort [t], Fridberch, Wetzlaria, Geilenhusen [u], Marhpurch, Agilsvelt [v, 2], Grunperch [w, 3], Hirsvelden [x, 4], Voltda [y], Mulenhusen [z], Aschapenberch [*], Saligestat [a], Pinguia [b], Dipach [c, 5], Bacheracum, Wesalia [d], Bobardia [e], Andarnacum [f], Bunna, Nuysia [g], Aquis sedes regalis. In Westfalia [h] Munster [i] et alie civitates plus quam [k] 60 cum civitate Bremensi [l].

a) *ita emendavit B.* mogontinensis *L.* b) *hic incipit fragmentum apud Freyberg p.* 513. c) colonienses — mogontinenses — wormatienses *L.* d) octavo *L.* e) paulli *L.* f) gloriose *Freyb.* g) gebehard *L.* h) chunez *L.* i) gerhard *L.* k) foldensis *L.* wuldensis *F.* l) ludwich *L.* m) et dux *F.* n) chunez *L.* o) witherus *L.* p) kazenelenbogen *F.* q) linningen *L.* r) pertold *L.* s) gotfridus *F.* t) popo *F.* u) duringen *L.* v) vimburch *L.* w) udilhilde *F.* x) linningen *L.* y) trinberch *F.* z) mintzenberch *F.* *) gerlatus *L.* a) limburch *F.* b) hohenvelz *F.* c) walkenstein *F.* d) stralbach *L.* e) pincerne *F.* f) alzera *L.* alzeia *F.* g) ernbach *L* linberch *F.* h) rumboldus *F.* i) stainahe *F.* k) gebhardus *L.* l) horenberch *F.* m) thirigum *L.* turchgum *F.* n) fridburch *L.* o) columbaria *F.* p) slotstat *F.* q) wietzenburch *L.* wizenburch *F.* r) niewenstat *F.* s) loutenburch *F.* t) frankenvort. frideberch. wetslaria *F.* u) galenhusen *L.* v) marburch . . ilsvelt *F.* w) grunenberch *F.* x) hirvelden *L.* hirsvelten *F.* y) valtda *L.* z) mulnhusen *F.* *) aschaffenburch *F.* a) salistat *L.* seligestat *F.* b) pingia *L.* c) erpach *L.* dipach *F.* d) wacheracum, besalia *L.* e) *ita correxit B.* poardia *L.* bolardia *F.* f) andanacum *L.* andernacum *F.* g) nussia : : : : regalis *F.* h) westphalia *L.* i) munstere 2. k) *deest L.* l) berenmensi *L.*

1) eadem nomina principum et civitatum chronica Augustensis ad a. 1247. ap. Freher T. I. p. 527. et 543. refert, excepto quod civitates Grünberg et Hersfeld omissas plane, in fine post voces „civitate Bremensi“ ponit; Gerhardus de Horenberch deest. 2) Alsfeld prope fluvium Schwelm in Hassia. 3) Grünberg in Hassia. 4) Hersfeld. 5) iam villa.

1255. Nov. 10.

CONVENTUS OPPENHEIMENSIS.

Confirmationem pacis ex authentico tabularii civitatis Wormatiensis exscripsit Boehmerus noster; adiecimus lectiones authentici tabularii regii Aschaffenburgensis in Monumentis Boicis T. XXX. P. I. p. 325. editi. Editio princeps in Privilegiis Rhenanae nobilitatis pag. 14. a Datt de pace imperii pag. 22. et Lünig T. XII. iterum expressa, ex charta Wormatiensi manasse videtur. Acta civitatum ex Leibnitio et Freybergio prodeunt.

CONFIRMATIO PACIS.

1255. Nov. 10.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis, dilectis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Gratias agimus domino Deo nostro gratiarum omnium largitori, pro eo quod clamoribus pauperum bellorum 5 et gwerrarum temporibus ex affliccione continua per perversorum tyrannidem [a] miserabiliter obpressorum, auditis paterne et misericorditer exauditis, tranquillitatem et pacem que iam dudum exilium passa est, largiflua sue pietatis gratia per ministerium et labores humilium maxime hiis diebus, quibus Romani regni gubernacula feliciter obtinemus, miraculose et potenter induxit et contulit toti mundo, ad laudem et gloriam sui nominis 10 ac salutem et comodum tocius populi christiani. Nos igitur in nomine domini nostri Iesu [b] Christi pacem instauratam salubriter et consulte iuratam totis affectibus et puro corde zelantes, auctoritate maiestatis regie confirmamus, volentes et desiderabiliter affectantes, ut clerici, seculares, monachi, moniales, et omnes religiosi cuiuscumque ordinis, laici etiam et Iudei, huius pacis et tranquillitatis comodo gaudeant perpetuo et fruantur. 15 Ut autem inter nobiles terre et civitates non possit dissensionis vel [c] discordie scrupulus suboriri, per quem hoc sanctum pacis negocium impediri valeat vel turbari, de concordi consensu [d] et unanimi voluntate nobilium et etiam civitatum, ex matura deliberatione nostri consilii sic decrevimus statuendum, ut nobiles et domini terre iudiciis suis iuste utantur, ac iura sua per omnia obtineant sicut debent, ab illis etiam hominibus qui in 20 eorum iurisdictionibus commorantur, ea servicia et iura recipiant et requirant, que ipsi et progenitores eorum ante triginta vel quadraginta seu quinquaginta annos iuste facere consueverunt, et illis etiam ipsi domini sint contenti. Omnes etiam ecclesie, civitates et opida [e] et earum quelibet, iuxta specialia iura sua gaudeant perpetuo [e*] et fruantur pacifice et quiete illis libertatibus honoribus et iuribus generalibus et specialibus, que obtinue- 25 runt hactenus ex antiquo. Si autem nobiles et domini predicti per civitates sibi illatas iniurias conquerantur, ipsi propter hoc nullum captivabunt ex eis, nec eorum pignora capient, nec etiam ex [f] motu proprio contra ipsos procedent aliquatenus ad vindictam; sed coram nobis, vel A. comite de Waldeke nostro iusticiario [g], aut . . sculteto Boperdiensi [h] . . sculteto Frankenvordensi, . . Oppenheimensi, . . Hagenowensi, . . vel Columbariensi 30 sculteto, suas iniurias recto iudicio et per iustam sententiam prosequentur. Civitates etiam et opida [i] iniurias suas, si que ipsis illate fuerint, iusto iudicio, sicut premissum est, coram nobis vel aliis prosequentur. Ita quod quilibet nobilis et unaqueque civitas et opidum recursum habeat ad iudicem unum de predictis plus sibi vicinum pro suis iniuriis prosequendis. Si autem civitates et opida propter negligentiam iudicis non poterunt 35 iudicium et iusticiam obtinere, ex tunc nobiles et civitates propter observationem pacis iurate totis viribus eorum collectis, contra illum [k] iniuriatorem procedent hostiliter, nec ex eo pax censebitur [l] violata. Si vero civitates vel opida aliqua nobiles vel quicumque alii pacem violaverint in aliquo predictorum, sub obtentu gratie nostre districtissime precipimus ab omnibus pacis federe coniuratis, procedi hostiliter contra illos, ut sic pax 40 ab omnibus reformetur [m], et in posterum inconcussa permaneat et illesa. Ut autem hec salubria et iusta nostra statuta rata et firma permaneant et ab omnibus inviolabiliter observentur, has litteras regie maiestatis sigillo duximus roborandas.

Actum apud Oppenheim [n], anno Domini 1255. [o] in vigilia beati Martini, indictione 14.

CONVENTUS CIVITATUM.

45 Item congregati fuimus coram serenissimo domino nostro Wilhelmo [p] rege Romanorum apud Oppenheim [q] in vigilia sancti Martini, et ibi coram ipso et de [r] eius voluntate hec statuimus: Anno Domini 1255. in vigilia beati [s] Martini. In nomine Domini, amen. Ab ipso domino rege nostro [t] quatuor colloquia fuerunt [u] constituta [v], et ibidem inter civitates et dominos ac nobiles terre per dictum dominum nostrum regem con-

50 a) tirannidem *Mon. B.* b) ihesu *Mon. B.* c) d. v. *desunt Mon. B.* d) de consensu concordi *Mon. B.* e) oppida *Mon. B.* e*) *deest Worm.* f) *deest Mon. B.* g) Adolpho comite de Waldecke nostro iustiario *Mon. B.* h) bopardiensi *Mon. B.* i) oppida *Mon. B. constanter.* k) dictum *Mon. B.* l) censibitur *Mon. B.* m) pax omnimodo r. *Mon. B.* n) Oppinheim *Mon. B.* o) MCCL. *Mon. B.* p) Willehelmo *F.* q) oppenhaim *F.* r) *deest F.* s) sancti *F.* t) nostra *L.* u) fuerint *F.* v) *deest F,*

1255. Nov. 10. cordia super omnibus fuit stabilita ab[a] utraque parte, sicut in litteris domini regis desuper confectis plenius continetur. Ibidem[b] etiam[c], accedente consensu domini regis, statuimus et renovavimus sub debito iuramenti, firmiter conservare[d] promittentes, ut quicunque nuncios aliquos[e] in pacis negotio destinatos captivaverit vel spoliaverit, vulneraverit aut aliquas eis molestias vel gravamina in rebus irrogaverit aut personis, nos 5 continuo omni mora et occasione postposita, sine dilatione qualibet, totis viribus nostris[f] collectis et universis proclamatis, ad perpetuum ipsius malefactoris[g] exterminium et fautorum sive[h] coadiutorum eiusdem taliter procedemus, ut alii metu pene[h*] nunquam audeant similia perpetrare; nullas excusationes[i] recepturi, sed[k] excessus per omnia vindicantes. Adiectum est etiam[l], si aliqui ex nobis huiusmodi[m] malefactoribus nostris 10 aliqua victualia vel vestes sive aliqua alia mercimonia subministrarent, tales a nostris civitatibus cum eorum familia eiciamus, domos et edificia eorum funditus dirumpentes et eos perpetuo a nobis excludentes.

a) *deest F.* b) inde *F.* c) et *L.* d) conservari *L.* e) *deest L.* f) *deest L.* g) *deest L.* h) sui *L.* h*) i. e. poenae. i) *deest L. F.* k) et *F.* l) et *L.* m) his *F.* 15

1256. Ian. 6.

CONVENTUS CIVITATUM COLONIENSIS.

Ex Leibnitio et Freybergio.

Item convenientibus nobis in unum, in primo colloquio statuto in civitate Colonia[a] anno Domini 1256. in epiphania Domini, multa utilia[b] de sancte pacis negotio pertractantes, statuimus[c] ibidem: quod si aliqua civitatum federe pacis coniuratarum ab aliquo fuerit 20 gravata, ipsa civitas, si poterit, hoc[e] per se vindicabit; sin autem, viciniores sibi[f] convocabit ad vindictam. Et si talis fuerit adversarius, quod in hoc non poterunt procedere sufficienter, nos omnes totis viribus nostris coadunatis, sicut proprium diligimus honorem, contra tales insurgemus, nostras iniurias et gravamina communia reputantes.

Indiximus etiam[g] ibidem expeditionem generalem super omnes pacis[h] violatores in 25 Mai. 8. octava sancte Walpurgis[i].

a) coloniensi *F.* b) *deest F.* c) st. etiam i. *F.* d) coniunctarum *L.* e) *deest L.* f) suos *L.* g) et *L.* h) *deest L.* i) walpurge *F.*

1256. Mart. 12.

CONVENTUS CIVITATUM MOGUNTINUS.

Item post obitum serenissimi domini nostri Wilhelmi Romanorum regis pie memorie 30 convenimus Mogontie[a] anno Domini 1256. dominica Reminiscere, ubi etiam multa sancte paci utilia tractavimus. Et quoniam[b] rege caruimus, statuimus ibidem, quod quelibet civitas se ad arma pro posse prepararet[c], et insuper soldarios et sagittarios haberet, per quos cum necesse[d] habuerimus, subito invicem in auxilium venire possimus. Illis vero dominis, militibus, sive aliis, qui pacem non iurassent[e], nullum auxilium presta- 35 remus. Bona etiam[f] regalia regni[g], quamdiu vacaret regnum, totis viribus defendere promisimus, unicuique in sua possessione permanente. Ad salutem etiam totius populi et terre statuimus et promisimus ibidem sub debito iuramenti, quod si domini principes ad quos spectat regis electio, forsitan plus quam unum eligerent, vel eligant, quod nos nulli illorum[h] astabimus verbo vel opere, aut aliqua servitia exhibebimus, 40 clam vel aperte, aut mutuum dabimus, vel in aliquam civitatem intromittemus, neque

a) maguntie *F.* b) tractavimus, quo rege *L.* c) preparet *F.* d) necessitatem *L.* e) intrassent *L.* f) et *L.* g) *deest F.* h) ipsorum *F.*

fidelitatem iuramenti prestabimus. Si vero aliqua civitatum hoc[a] infregerit, periura et carens omni honore reputabitur, et contra illam et eius perpetuam destructionem totis viribus insurgemus[b]. Si autem principes unum dominum in regem elegerint, illi continuo sine omni contradictione servitia debita et honores exhibebimus. Insuper omnia 5 sancte pacis per nos statuta ibidem inviolabiliter conservare[c] promisimus.

1256. Mart 12.

ACTA CONVENTUS[1].

Universis Christi fidelibus, Arnoldus[d] camerarius, Fridericus[d] scultetus, iudices consilium et universi cives Moguntinenses, Wormacienses, Spirenses, Argentinenses, Frankenvordenses, Bopardienses, Colonienses, Aquenses, Monasterienses, Susatenses, et omnes 10 alii nuncii civitatum congregati Moguncie in colloquio generali, salutem et obsequium.

Ad laudem et gloriam Iesu Christi, qui est pacis auctor et humane salutis amator, ad honorem eciam sancte Romane ecclesie, matris nostre, que pacem et iusticiam amplexatur, pro reverencia quoque imperii, cuius vigore iudicii incorrigibiles ad viam rectitudinis reducuntur, ad salutem eciam pauperum ac tocius populi christiani, qui pacis 15 tranquillitatem summo desiderio siciunt et expectant, in[f] nomine Domini, qui sperantes in se nullatenus derelinquit, pacem iuratam inviolabiliter bona fide servabimus, et ad corroborationem et propagacionem ipsius, ex concordi consensu et maturo consilio dominorum et nobilium, qui tunc aderant, fecimus et ordinavimus hec statuta:

1. Quelibet civitates et opida iuxta vires eorum semper erunt parati in equis et 20 armis contra pacis et iusticie turbatores, et insuper statuent et tenebunt pro posse suo stipendiarios, qui suldenere dicuntur vulgariter, ut illi ad loca remota horis singulis, quandocunque necesse fuerit, transmittantur.

2. Et quoniam nunc vacat imperium, et domino et rege caremus, omnia bona imperii, donec vacat imperium, totis viribus tamquam nostra defendere volumus et tueri.

25 3. Misimus eciam sollempnes nuncios nostros ad principes, ad quos spectat regis electio, rogantes eos sollicite, ut pro salute tocius patrie in unam dignentur concordare personam, ne ex eorum discordia sancte pacis negocium valeat perturbari.

4. Statuimus eciam sub debito iuramenti, quod si in discordia plures electi fuerint, nulli eorum in aliquam civitatem vel opidum pateat introitus[g], fidelitatem vel ser- 30 vitium eis nullomodo prestabimus, victualia eis non ministrabimus, mutuum eis non dabimus, nec clam vel palam aliquid ipsis auxilium faciemus.

5. Si autem aliqua civitas vel opidum, seu eciam singulares persone, contra hoc statutum et ordinacionem nostram, quod absit, aliquid presumpserint attemptare, presumptores huiusmodi, periuri et infames ac violatores fidei censebuntur, et contra ipsos 35 totis viribus procedemus, tamquam contra violatores pacis et nostros publicos inimicos. Et hec omnia unanimiter et firmiter tamdiu servabimus, donec nobis unus presentetur in regem, qui de iure regnum Romanum debeat obtinere, cui de concordi consensu et unanimi consilio, tamquam nostro regi et domino, fidelitatem et servicia debita libentissime faciemus.

40 6. Volumus eciam, ut illa quatuor generalia colloquia die statuta annis singulis observentur. Propter colloquium vero, quod nunc in preterita dominica Reminiscere Moguncie habebatur, decrevimus illud colloquium, quod in octavis pasche ibidem habere debuimus, non servari hac vice, sed in dictis octavis pasche erit in posterum annis singulis observandum. Statuentes, ut omnes illi, qui ad dicta colloquia non venerint, pena 45 debita puniantur.

7. Et quoniam quidam milites et alii, in villis et locis aliis residentes, pacem iurare non curant, et pro corroboratione et conservacione pacis nolunt facere aliqua servicia vel labores, et tamen volunt pace gaudere: statuimus, ut illi a pacis commodo penitus sint exclusi, nec pax violabitur in eisdem.

50 8. Hoc statutum eciam renovando statuimus, ut nulli dominorum vel cuicunque alii, qui negocium sancte pacis turbaverint, mutuum detur vel victualia de civitatibus vel opidis aliquatenus ministrentur.

a) hec *F.* b) insurgamus *F.* c) servare *F.* d) A. *charta.* e) F. *charta.* f) *ita aut* eciam *legendum esse monuit B. pag. VIII.* g) *ita Boehmer;* . . . . . . tus *charta.*

55 1) ex Boehmeri Codice dipl. Moeno-Frankofurtana T. I. pag. 97. ubi ex authentico in bibliotheca publica Moguntina vulgata sunt.

1256. Mart. 12.

9. Item statuimus, ut civitates in eorum passagiis et navibus talem adhibeant custodiam et cautelam, ne ibidem transitus pateat inimicis.

10. Volumus eciam, ut expedicio que apud Coloniam nuper fuit indicta, processum habeat, sicut exstitit tunc condicta.

11. Placet eciam et gratum est nobis, ut nobiles et domini terre libere gaudeant suis iuribus, sicut debent.

12. Omnia eciam statuta, que hactenus ordinata fuerunt, cum omnibus nunc statutis, sicut iuravimus, volumus inviolabiliter observare, et in perpetuum mutuis auxiliis nos iuvabimus bona fide.

In testimonium autem omnium predictorum, presentem litteram sigillo civitatis Maguntine, quo nos ceteri usi * sumus, duximus muniendam.

Actum Maguncie, ad generale colloquium civitatum. Anno Domini 1256. in die beate Gerdrudis *.

Mai. 26.

CONVENTUS CIVITATUM MOGUNTINUS ALTER.

Item convenimus in Mogontia anno Domini 1256. in crastino ascensionis Domini, tractantes ibidem, qualiter honeste [a] in vigilia sancti Iohannis baptiste tunc instante Franchenfort [b] ad electionis terminum a principibus statutum accederemus, et omnia ad promotionem sancte pacis ibidem tractaremus, quia solemnes [c] nuncios et litteras nostras principibus super premissis transmiseramus.

Expeditionem etiam in octava sancti Iohannis baptiste [d] ibidem super pacis violatores indiximus [e].

a) h. frankenfurth in *F.* b) instanti frankenfurht *F.* c) sollempnes *F.* d) *deest F.* a) *hic finis textus apud Leibnitium.*

1256. Aug. 15.

CONVENTUS CIVITATUM HERBIPOLENSIS.

Epistolas principum et acta conventus, Leibnitio deficiente, iam ex solo codice Pataviensi apud Cl. Freyberg proponimus:

EPISTOLAE PRINCIPUM.

In nomine Domini amen. Anno Domini 1256. in festo asumptionis gloriose virginis Marie misse sunt littere principum subscriptorum Herbipolim in generale colloquium per venerabilem virum fratrem Waltherum de Solce nunciis civitatum in hec verba.

Albertus Dei gratia dux Saxonie Angarie et Westfalie, dilectis sibi Moguntinensibus, Coloniensibus, Spirensibus, Argentinensibus, Basiliensibus, Herp..... suensibus [a], Frankenwordensibus, Geilimhusensibus, et Oppinhaimensibus, Fridebergensibus, Boperdiensibus, Haginowensibus, et universitati [b] omnium civitatum sancte pacis federe coniuratis [c], paratam ad beneplacita voluntatem. Studiis vestris bonis et dictis in Domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ecclesie ostendistis et ostenditis diligere ac fovere [d]; universitati vestre toto corde gratias referentes ac vita semper et rebus apud vos promereri cupientes, quod sub spe pacis habende et concordie nos et alios principes ad communem et concordem Romani regis electionem tam sollicite instigare [e] curastis, vestrum consilium et auxilium fideliter adhibendo. Quia igitur tam nos quam alii principes vobiscum in eodem proposito concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis intendamus, ut [f] ad presens visum nobis est aliquem ad tam sanctum propositum posse assumi vel inveniri, sicut illustrem virum dilectum consanguineum [g] nostrum Ottonem marchionem Brandinburgensem, cui, si in regem fuerit sublimatus, omni quo possumus auxilio

a) heidelbergensibus? b) universitatis *F.* universitatibus *B.* c) coniuratarum *legendum.* d) fauere *F.* e) investigare *F.* f) nec? g) consangueneum *F.* *) usi sumus *et* Gerdrudis *a B. ex coniectura.*

1256. Aug. 15.

et consilio volumus non deesse, et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque vestrum et aliorum amicorum suorum, omnino hoc recusare de cetero non audebit. Datum etc.

Iohannis Dei gratia Brandenburgensis marchio, Moguntinensibus, Coloniensibus, *et ceteris ci-*
5 *vitatibus, ut supra* salutem et sinceram ad beneplacita voluntatem. Studiis vestris bonis et sanctis in Domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ostendistis diligere ac fovere, universitati vestre toto corde grates et gratias referentes, et hoc vita semper et rebus aput vestram dilectionem promereri cupientes, quod sub spe pacis agende et conservande nos et alios principes ad concordem Romani regis electionem
10 tam sollicite commonere curastis, vestrum consilium et auxilium unanimiter adhibendo. Verum quia nos ac alii principes in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesie intendamus, ut* aliquod capud tam ydonium ad tam sanctum propositum prosequendum poterimus invenire ut fratrem nostrum Ottonem, quem in regem postposito omni dubio eligemus, et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobi-
15 lium atque vestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino hoc recusare de cetero non audebit. Datum Wolmerstede, Non. Augusti.

A. Dei gratia dux de Brunswic dilectis suis Moguntinensibus, Coloniensibus, Wormatiensibus, *et ceteris civitatibus ut supra*, paratam ad beneplacita voluntatem. Studiis vestris bonis et sanctis in Domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ecclesie ostendistis
20 et ostenditis diligere ac fovere, universitati vestre toto corde gratias refferentes, et hoc vita semper et rebus aput vestram dilectionem promereri cupientes; quod sub spe pacis agende et conservande et nos et alios principes ad concordem Romani regis electionem tam sollicite commonere curastis, vestrum auxilium et favorem unanimiter adhibendo. Verum quia nos et alii principes vobiscum in hoc concordamus, ut modis omnibus re-
25 formationi pacis ecclesie intendamus, ut* aliquod capud ydoneum ad tam sanctum propositum poterimus invenire, sicut illustrem virum dilectum consanguineum nostrum Ottonem marchionem Brandenburgensem; cui si in regem ut speramus fuerit sublimatus, omni quo possumus consilio et favore volumus non deesse, et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque vestrum ac aliorum amicorum suorum omnino hoc recusare de cetero non audebit. Datum etc.

30 Otto Dei gratia Brandenburgensis marchio, dilectis in Christo Moguntinensibus, Coloniensibus, Wormatiensibus *et ceteris civitatibus ut supra* paratam ad beneplacita voluntatem. Cum auctor pacis dominus noster Ihesus Christus pro pace venerit in hunc mundum, ac per aspersionem sanguinis sui que in celo et que in terra sunt pacificaverit, digne in pacis amorem omnis se accingeret creatura. Hinc est karissimi, quod studiis vestris bonis et
35 sanctis que ad reformanda et conservanda pacis vincula tam unanimiter quam viriliter convertistis in Domino congaudentes, universitati vestre gratiarum referimus actiones, ac vita semper et rebus apud vos studebimus promereri, quod nos, licet indignos, et alios principes ad concordem Romani regis electionem tam sollicite commonere curastis, assistentiam vestram nobis consilio et auxilio promptam in omnibus promittentes, unde
40 Domino favente pax in terris reddatur et divina clementia conservetur. Vestre itaque notum facimus dilectioni, quod instantia et consilio principum et nobilium atque aliorum amicorum nostrorum tam spiritualium quam secularium, qui honorem Dei in nobis et bonum nostrum affectant, et super omnia voluntati divine ulterius resistere non audemus, quin corpus et animam, res, amicos, et omnia que de ipsius gratia nunc ha-
45 bemus aut in posterum sumus habituri, ad honorem regalem in Dei servitio offeramus, anchoram spei nostre figentes in ipso, quum nobis iumento suo nullum honus speramus inpositurum, quod leve facere nobis nolit. Etiam caritatem vestram rogamus, ut ad curiam in Frankenfurt in festo beate Virginis celebrandam ita decenter veniatis, ut et, si inter aliquos ibidem discordia, quod absit, oriatur, pars cui infertur iniuria
50 vestro possit auxilio roborari. Datum etc.

*) nec?

1256 Aug. 15.

ACTA CONVENTUS.

Convenientibus in unum omnibus pacis federe coniuratis in civitate Herbipolensi anno Domini 1256. infra assumptionem sancte Marie, promisimus ibidem omnia statuta sancte pacis per omnia inviolabiliter observare, et nos invicem totis viribus adiuvare.

Statuimus etiam, quod nulli omnino liceat aliquam predam, qualiscunque sit, parva vel magna, cuiuscunque sit generis pecorum vel aliarum rerum, emere sive comparare. Si quis vero aliquam rem depredatam emit et circa ipsum inventa fuerit, dono restituatur et gratis, et pena condigna puniatur. Si autem poterit se iuramento [*] purgare quod illam predam emerit inscienter credens se iusta bona comparasse, facto et prestito iuramento, reddat predam dono et sine aliqua peccunia, illi cui fuit predata.

Statuimus etiam et precepimus, quod quelibet civitas suos honestos nuntios mittat Frankenfurt in nativitate gloriose Virginis ad curiam principum pro electione novi regis indictam; et quia [a] generale colloquium in Argentina habere debuimus sicut statutum est, visum est propter [b] curiam principum, ut illud colloquium sancte pacis usque ad festum beati Michaelis differamus.

Etiam precepimus sub debito iuramenti, quod quelibet civitas et oppidum nobis... [c] suos illuc sollempnes nuntios mittant, quia illa quatuor statuta colloquia semper ad honorem Dei et sancte pacis incrementum observare volumus.

Insuper statuimus et firmiter precipimus, quod quelibet civitas pro posse se ad arma preparet, et solidarios constituat per quos possimus pacis emulis et violatoribus ac inimicis nostris viriliter resistere et potenter; quia ad sancte pacis propugnationem personas exponimus, nec rebus parcere volumus et exspensis.

Concedimus etiam domino episcopo Herbipolensi et civibus potestatem, quod loco omnium nostrum recipiant in sancte pacis consortium dominos et civitates provinciarum ipsis coniunctarum, quicunque voluerint ad sancte pacis confederationem se astringere iuramento, Eisteten: et Herbipolen: . . . . . [d] et firmiter observare promittimus.

Sicut [e] in Westfalia et in civitatibus inferioribus, sic [f] in partibus superioribus constituimus fieri ad honorem et laudem omnipotentis Dei, qui pacis est auctor et sine quo nichil est validum vel sanum, ita videlicet, quod quilibet homo residens in civitatibus vel opidis coniuratis habens valorem quinque marcarum vel amplius, singulis annis dominica . . . . dabit [g] solum denarium illius monete; que elimosina ab illis quatuor iuratis congregabitur, et presentabitur usque in cenam Domini, et tunc illi quatuor consilio bonorum et ydoneorum virorum illius civitatis in die [h] parasceue illam elimosinam distribuent inter egenos et pauperes, prout melius videbitur tunc expedire, quia merito de nostra sustantia Deum nostrum honorare debemus, qui protector est omnium in se sperantium, et a quo bona cuncta procedunt; quod multiplicata super nos misericordia, hoc pacis negotium eius gratia inchoatum, sanum et validum consistat et perseveret, et ut ipsius clementia sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna.

Item sicut apud Moguntiam promisimus, sic et iterato confirmamus, quod si principes ad quos spectat regis electio, inter se, quod absit, discordaverint, et plures quam unum elegerint, neutri illorum aliqua servitia exibebimus vel in civitatem aliquam ingredi permittemus, donec nobis unus presentetur, qui deinde Romano [i] regno debeat preesse [k].

*) *ita supplevi.* condigna pu . . . . . . poterit . . . . purgare *F.* a) *ita supplevi*; indictam . . . . . generale *F.* b) *ita supplevi;* statutum est . . . . per curiam *F. fortasse loco* visum est *legendum erat* placuit *vel* convenit *vel* precepimus. c) n. viratim *F. ex coniectura.* d) *fortasse supplendum* Eistetensis et Herbipolensis episcopatuum *aut* provinciarum. e) promittimus sicut *F.* f) sicut *F.* g) *vox deest apud F.*; *cf. supra pag.* 373. *lin.* 38. h) in die *ex conieltura F.* i) deinde . . no *F.* k) Hic nota codicis Pataviensis definiunt.

1256. Oct. 1.

CONVENTUS CIVITATUM MOGUNTINUS
TERTIUS.

Acta eius haud amplius supersunt; sed Boehmero nostro [1] *debemus*

1) in Cod. dipl T. 1. p. 113 ubi ex Gemeineri libello de origine Ratisbonae p. 75. insertae sunt; litterae Nurenbergensium in „Siebenkees Materialien zur Nürnbergischen Geschichte" T. II. p. 745. primo prodierant.

chartas quibus in conventu isto Ratisbona in societatem foederis recepta est. Walpotonem, iudicem Moguntinum, foederis civitatum ineundi primum auctorem fuisse, ex Alberto Stadensi ad a. **1255.** *constat.* 1256

Arnoldus camerarius, Fridericus scultetus, Arnoldus Walpodo, iudices, consilium et universi cives Maguntini. Tenore presentium recognoscimus, et constare cupimus universis, quod nos honorabiles viros, cives Ratisbonenses, secundum formam pacis generalis, in nostrum et omnium civitatum pacis federe unitarum recepimus consorcium, ita quod ipsi formam pacis debeant per omnia inviolabiliter observare, et quum requisiti fuerint a nobis, contra pacis turbatores, auxilium impendere oportunum, sicut eciam nos ipsis, quociens nos in suis necessitatibus duxerint requirendos, tenemur assistere vice versa. Preterea ratum tenebimus atque gratum, quoscunque iidem cives secundum formam pacis in suum consortium duxerint admittendos. In cuius rei testimonium ac debitam firmitatem presentem litteram sigillo civitatis Maguntine duximus muniendam. Oct. 1.

Actum Maguncie, in crastino Remigii, anno Domini 1256.

Viris providis et discretis, sculteto et universis civibus in Ratispona, sculteti, consilium et universitas civium Herbipolensium, obsequii promtitudinem indefessi. Recepimus vestros sollempnes nuncios, quos Argentinam ad colloquium sancte pacis de communi vestro consilio destinastis, ex quorum parte didicimus, quod ipsi apud Moguneiam iuraverint coram Walpotone et aliis civibus civitatum pacis federe iuratarum, sanctam pacem inviolabiliter observare, et quod ibi vestra civitas recepta sit in consortium sancte pacis. Super quo nos noveritis non modicum gratulari, tam de commodo, utilitate et honore, que vobis inde provenire poterunt, quam super eo, quod Dominus ipsam pacem, quam in terram misit, dignatus est misericorditer dilatare. Et ex quo nobis et omnibus civitatibus estis pacis federe couniti, et nos vobis similiter e converso, pro certo scire debetis, quod ad omnia, super quibus nostrum requisiveritis consilium et auxilium, parati erimus subvenire, et pro vobis, si necesse fuerit, exponere res et corpus; et idem solatium a vobis, si necesse nobis fuerit, cupimus experiri; dantes super eo in testimonium presentem litteram sigillo nostre civitatis diligencius roboratam. Oct. 9.

Datum anno Domini 1256. 7. Idus Octobris, indictione 15.

Viris discretis, prudentibus et honestis, magistro civium, iudici, consilio et universis civibus Ratisponensibus, scultetus, consules et universitas civium Nurenbergensium, sui servicii paratissimam exhibitionem. Quia constat et manifestum est, nuncios vestros sollempnes in civitate Moguntina, domino Walpotone camerario et consulibus eiusdem loci presentibus, pacem sanctam iurasse inviolabiliter a vobis conservandam, et ibidem civitatem vestram ab ipsis in consorcium eiusdem sancte pacis esse receptam, vobis quam plurimum gratulamur, volentes vobis, si oportunum fuerit, consiliis et auxiliis subvenire; et, si necesse fuerit, res et personas pro vobis exponere non desinemus, occasione mutue confederationis; respectum eundem ad vos habere cupientes. Et in huius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam vobis condonamus. Oct. 10.

Datum Nurenberc, anno Domini 1256. 6. Idus Octobris, 15 indictione.

RICHARDI REGIS CONSTITUTIONES.

CURIA WORMATIAE.

1269. April. Mai.

Pacis generalis, quae in curia ista firmata est, vestigia supersunt in cassatione exactionis ungelt in civitate Wormatia, atque in mandato ad civitatem Argentinensem de deponendis theloneis et exactionibus;

1269. *quorum alterum ex Schannati Hist. Wormat. pag.* 134. *alterum ex Schöpflini Alsatia dipl. T. I. pag.* 463. *proponimus.*

CASSATIO EXACTIONIS UNGELT WORMATIENSIS.

April 20. Richardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. 5

Cum pridem per consules civitatis Wormatiensis, dilectos fideles nostros, in ipsa civitate quedam exactio, sive angaria, ungelt appellata vulgariter, instituta de facto fuisset, que in non leve tam ecclesiasticarum, quam secularium personarum, incolarum, et etiam advenarum dispendium, per diminutionem mensure vini, frumenti, et aliorum victualium vergere videbatur; nosse volumus universos, quod prenotati consules in gene- 10 rali colloquio per nos celebrato Wormatie, in nostra, et venerabilium Moguntini, et Trevirensis archiepiscoporum, Wormatiensis et Spirensis episcoporum, dilectorum principum nostrorum, ac aliorum multorum comitum et magnatum, fidelium nostrorum, presentia constituti, et prestiti iuramenti religione, pro rei publice bono, et generali pace solempniter spoponderunt, ab omni de cetero exactionis huiusmodi et angarie receptione 15 ac extorsione cessare; usum eiusmodi angarie vel abusum potius abiurantes: in cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro regio iussimus communiri.

Datum Wormatie, 20. die Aprilis, indict. 12. anno Domini 1269. regni vero nostri anno 12.

MANDATUM DE DEPONENDIS THELONEIS.

Mai 12. 20

Ricardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis civibus Argentinensibus dilectis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestre districte precipimus et mandamus, quatenus exemplo multorum principum, comitum etiam, magnatum, nobilium, et baronum, et aliarum plurium civitatum, generalem pacem in civitate Argentinensi communi voto iuvantes, ac nobis ad observationem predicte pacis una cum 25 aliis fideliter et viriliter inherentes, thelonia, seu vectigalia, sive pedagia, vel conductus et exactionem specialiter que ungelt vulgariter nuncupatur, infra octo dies a susceptione presentium, in vestro districtu, illa videlicet que inconsueta et iniusta existunt, penitus deponatis. Nec permittatis de cetero ab aliquo transeuntium extorqueri; ne si, quod absit, in hac parte secus feceritis, ab huiusmodi pace de iure possitis secludi penitus et 30 excludi.

Datum Franckenfort, 12. die Maii, indictione 12. regni nostri anno 13.

RUDOLFI I. REGIS CONSTITUTIONES.

Electionem eius regiam praecessit foedus civitatum septem de non 35 *agnoscendo rege nisi unanimiter electo, in Gudeni codice dipl. T. I. p.* 744. *ex autographo editum, quod hic iterum proponimus.*

FOEDUS CIVITATUM SUPER ELECTIONE REGIS.

1273. Febr. 5.

Nos Moguntinenses, Wormacienses, Oppinheimenses, Franckinfordenses, Vridebergenses, Wetflarienses, et Geylinhusenses, officiati, milites, consules, scabini, ceterique cives uni- 40 versi, recognoscimus, his litteris publice protestando, quod, ad honorem Dei precipue, et tocius nobis adiacentis provincie utilitatem, fide et iuramento prestito conventionem per-

petui compromissi concordavimus, et ad invicem nos astrinximus in hunc modum; ut, cum sede imperii ut nunc vacante, si domini principes, regum Romanorum electores, concorditer unum presentaverint nobis regem, in eundem singuli pro iure nostro debita subiectione ac reverencia intendere debeamus. Si autem dicti principes circa electionem 5 Romanorum regis, quod Deus avertat, discordaverint, et plures nobis reges presentare voluerint, nos huiusmodi reges nequaquam recipiamus in predictis civitatibus nostris, nec ipsis alicuius nostri consilii vel auxilii amminicula prebeamus, quousque a dictis electoribus rex concorditer electus nobis fuerit presentatus. Et hoc nostrum compromissum non mutabimus ullo modo, nisi hoc pro statu temporis ex provida deliberacione com- 10 munis consilii unanimiter faciamus.

1273. Febr. 5.

Ut autem huius nostri compromissi fedus inter nos stabiliori robore solidetur, in hoc eciam sub predicte fidei ac iuramenti sacramento coniuncti esse volumus ad invicem perpetuo, et astricti, quod contra quoslibet iniuriatores nostros, qui occasione supradicte nostre promissionis, aut alia quacunque ex causa, nos omnes seu aliquem ex nobis in- 15 pugnare, aut indebite aggravare attemptaverint, prestacione fidelis consilii et auxilii alterutrum assistere perpetuo teneamur.

In quorum omnium testimonium et debitam firmitatem presentibus litteris sigilla nostra dignum duximus appendenda.

Actum Moguntie, anno Domini 1273. die Agathe virginis.

20

ELECTIO REGIA.

1273. Oct.

Litterae Rudolfi ad Gregorium X. a Czerwencka in Annalibus et Actis pietatis domus Habsp. Aust. l. I. cap. IV. pag. 32. *atque a Gerberto in codice epistolarum Rudolphi editae, extant et in codicibus bibl. Palat. Vindobon. Catal. Philol. Nro.* 61. *fol.* 40. *et Gerberto monente* 25 *in codice collegii Soc. Iesu Vindobon. in summa dictaminum Part. VI. distinct.* 25. *Nos eas e Gerberto proponimus.*

Romano iam pridem vacante imperio, principes electores, quibus in Romani electione regis ius competit ab antiquo, die locoque prefixis ab omnibus, convenientes in unum, post multos et varios de futuri regis electione tractatus, tandem sub deliberationis pro- 30 lixe consilio, quam negotii qualitas exigebat, licet poterant in nonnullos alios, longe clariorum virtutum titulis insignitos, longeque maioris meriti claritate conspicuos consensisse: nos tamen, ad tam honorabilis oneris et onerosi honoris fastigium, nullo prorsus ambitu, teste conscientia, aspirantes, ad imperii regimen erexerunt, acceptione nostra nihilominus importuna instantia postulata.

35 Nos itaque, licet animo trepido, revolventes, que et qualis esset huius divine dispositionis vocatio, utpote nostre multiplicis insufficientie non ignari, formidavimus conscendere tante speculam dignitatis, quodam nimirum attoniti tremore et stupore. In eo tamen, qui alto et ineffabili sue divinitatis consilio, conditiones et statum terrestrium, prout vult, et variat, et alternat, quique robur multiplicat, et balbutientibus eloquentiam 40 tribuit, confidentes, et spiritum fortitudinis assumentes, ad laudem et gloriam Regis regum, ob reverentiam sancte matris ecclesie et catholice fidei fulcimentum, tam laboriose sollicitudinis exercitio et tam onerose cure regimini, ne quod superni consilii altitudo decreverat, scissionis aut rupture dispendio contingeret infirmari, subiecimus humeros imbecilles, sperantes, quod nobis tam Dei, quam sacrosancte matris ecclesie, 45 nec non apostolice gratie plenitudo, atque paterni vestri favoris clementia, debeat non deesse. Iactatis igitur cogitationibus nostris in eo, cuius imperio vivimus, et in vobis anchora spei nostre totaliter collocata, sanctitatis vestre pedibus provolvimur, supplicando rogantes: quatenus nobis in assumpto negotio de benignitate consueta favorabiliter aspi-

1273. Oct.

rantes, auxiliatricibus apud Altissimum hostiis adiuvare dignemini causam nostram, immo totius rei publice specialem; ut in suo beneplacito dirigens gressus nostros, per suorum dignetur nos ducere semitam mandatorum. Ut igitur salubrius et felicius ea, que sibi sunt placita, et ecclesie sue sancte sunt grata, iugiter prosequi valeamus, placeat vestre, quesumus, sanctitati, nos imperialis fastigii diademate gratiosius insignire. Nos enim potentis et volentis animi armatura precingimur, quecunque nobis vos et alma mater ecclesia duxeritis imponenda.

1273. Oct. 24.

CORONATIO AQUISGRANENSIS.

Ordinem quo reges Romanorum complura per saecula Aquisgrani coronati sunt, ex codice regio Parisiensi Nro. **985.** *sec. XV. in fol. curante V. Cl. Guérard, bibliothecae regiae Parisiensis ex praepositis, descriptum, hoc potissimum loco exhibendum censuimus, quum eum in Rudolfi et sequentium regum coronatione obtinuisse persuasum sit, nec bene constet, quo primum tempore in eadem forma adhibitus sit. Eum tamen ordini coronationis Romanae plurimum consentire, nec ab antiquis Karolorum formulis, anteriori Legum tomo expressis, prorsus recedere, facile intelligitur. Codex littera rubra et nigra scriptus, atque initialibus coeruleis, flavis, rubrisque distinctus, idem esse videtur, quem suo tempore numero* **4226.** *insignitum* **1)** *Martenius in libro de antiquis ecclesiae ritibus loco IV. pag.* **579.** *edidit; unde* **2)** *Goldasti editio T. III. Constitutionem Imp. p.* **401.** *in fine praesertim differt.*

Litteras Engelberti Coloniensis archiepiscopi de coronatione peracta ex Gerberti Cod. dipl. Rudolphi pag. **5.** *repetimus; mutilas protulit Bodmann in Codice epistolari Rudolphi p.* **6.** *Quibus addimus ex eodem Gerberto pag.* **20.** *mandatum de pace reformanda, certe proxime post electionem vel coronationem editum.*

ORDO CORONATIONIS.

Ad [*] consecrandum seu coronandum regem Alemanie hoc modo procedatur [a]. Primo [b] in ecclesia Aquensi sit indutus plenis pontificalibus [c] archiepiscopus Coloniensis ex iure regni debitus consecrator, Maguntinensis vero [e] et Treverensis archiepiscopi similiter induantur ornamentis pontificalibus [f] et desuper pluvialibus, et [g] cum debito ordine ministrorum, cruce, thuribulo, et textu euangeliorum precedentibus, occurrant regi venienti [h] ad fores ecclesie [i]. Ubi archiepiscopus Coloniensis eum [k] recipiens dicat [l]: *Adiutorium nostrum in nomine Domini* [m], *qui fecit celum et terram.* Item ipse [n]. *Sit nomen Domini benedictum* [o], *ex hoc nunc et usque in seculum.* Oremus [p]. *Omnipotens sempiterne Deus, qui famulum tuum. N. regni fastigio* [q] *dignatus es sublimare, tribue ei quesumus, ut ita in presentis seculi cursu* [r], *cunctorum in communem salutem disponat, quatenus a tue veritatis tramite non recedat. Per dominum nostrum* [s].

*) *Codex manu recentiori inscribitur:* Ceremoniale ad consecrandum Imperatorem. a) proceditur **1.** In coronatione et unctione regis Romanorum debet esse talis processus **2.** b) P. post electionem concorditer vel a maiori parte factam comparebit rex Romanorum noviter electus *addit* **2.** c) Aq. et ibidem **2.** indutus suis pontificalibus ornamentis et similiter *add.* **2.** e) Maguntinus **2.** f) a. erunt induti suis p. o. **2.** g) plumalibus cum **2.** h) p. qui obviam ibunt r. electo venienti **2.** i) Aquisgranensis *add.* **2.** k) *deest* **1.** l) recipiet dicens **2.** m) et clerus: *add.* **2.** n) t. archiepiscopus **2.** o) ministri *add.* **2.** p) nunc etc. archiepiscopus dicet collectam illam **2.** q) fastigio etc. *quae sequuntur usque* dom. nostrum *desunt* **1.** r) ita p. s. cursum **2.** s) dominum etc. **2.**

1273. Oct. 24.

Hac[a] collecta dicta, archiepiscopi Maguntinensis et Treverensis suscipientes[b] regem unus ex uno, alter[c] ex altero latere[d], per manus ipsum ducant[e] ad chorum[f], precedente archiepiscopo Coloniensi, cum clero, cruce, et thuribulo, textu euangeliorum et reliquiis, et sic precedentes, clerus cantet[g]: *Ecce mitto angelum meum*[h], *qui precedat te*[i] *et custodiat semper. Observa et audi vocem meam, et inimicus ero inimicis tuis et affligentes te affligam, et precedet te angelus meus. Israhel si me audieris, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum; ego enim Dominus; et precedet te angelus meus.* Et cum[k] perductus fuerit ad[l] chorum, prosternat se super tapetum[m] ad gradus altaris totus in longum[n], et dicat archiepiscopus Coloniensis super ipsum prostratum[o]: *Domine salvum fac regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te*[p]. *Oremus.* Oratio[q]. *Deus qui scis genus humanum nulla virtute*[r] *posse subsistere*[s], *concede propicius, ut famulus tuus N. quem populo tuo voluisti proferri, ita tuo fulciatur adiutorio, quatenus quibus potuerit preesse, valeat et prodesse. Per dominum nostrum.* Oratio. *Omnipotens sempiterne*[t] *Deus celestium terrestriumque*[u] *moderator, qui*[v] *famulum tuum ad regni fastigium dignatus es provehere*[w], *concede quesumus, ut a cunctis adversitatibus liberatus, et ecclesiastice pacis dono muniatur, et ad eterne pacis gaudia pervenire te donante mereatur. Per dominum nostrum.*

p. 188 l. 2.

Missa.

His dictis erigat[x] se rex, et ponat se super sedem regiam, et adducatur[y] regina, si presens affuerit[z], et collocetur iuxta regem in latere sinistro; et[*] archiepiscopus Maguntinensis[a] in dextro, et archiepiscopus Trevirensis[b] in sinistro latere iuxta reginam se ponant; et[c] archiepiscopus Coloniensis exuto pluviali et[d] induta casula celebraturus missam dicat. *Confiteor Deo omnipotenti etc.* Quo dicto, incipiatur[e] missa solemniter. Introitus[f]. *Ecce advenit dominator Dominus, et regnum in manu eius et potestas et imperium*[g] Per[h]. *Deus iudicium tuum regi da, et iusticiam tuam filio regis*[i]. Iste due collecte concludantur sub eodem *Per dominum.* Collecta[k]. *Deus qui unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti*[l], *concede propicius, ut qui iam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur.* Collecta. *Deus qui miro ordine angelorum universa disponis*[m] *et ineffabiliter gubernas, presta quesumus, ut famulus tuus iste quem in regem assumere voluisti, huius seculi iusticiam iuste decernat implendam, unde tibi in perpetuum placere valeat in regione vivorum Per dominum.* Lectio Ysaie prophete. *Surge illuminare Iherusalem*[n], *quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram, et caligo populos. Super te autem orietur Dominus, et gloria eius in te videbitur; et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, filii tui de longe venient, et filie tue de latere sugent. Tunc videbis et afflues et mirabitur tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromaderii Madian et Effa. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes et laudem Domino annunciantes.* Graduale. *Omnes de Saba venient*[o], *aurum et thus deferentes et laudem Domino annunciantes.* Versus. *Surge et illuminare Iherusalem, quia gloria Domini super te orta est.*

Alleluya. Vidimus stellam eius in Oriente, et venimus cum muneribus adorare Dominum[p]. Sequitur Sequentia. *Festa Christi omnis christianitas*[q] *celebret. Que miris sunt modis ornata cunctisque veneranda populis. Per omnitenentis adventum atque vocationem gentium ut natus est Christus, est stella magis visa lucida. At*

a) Et hac 2. b) ar. praesidente archiepiscopo Coloniensi suscipiant 2. c) et alter 2. d) lateribus 2. e) ducent 2. f) ch. Aquensem et sic 2. g) rel., precedentibus. Clerus vero cantet 2. h) meum etc., *quae sequuntur usque* angelus meus *desunt* 1. i) te etc.; cum versic. psalmi. Si me audieris etc. *quae sequuntur usque* angelus meus *desunt* 2. k) tunc cum 2. l) rex electus ad 2. m) tapeto posito 2. n) a. et rex totus se prosternet ad longum 2. o) l. ubi a. C. super eum p. dicet 2. p) et *usque* te *des.* 2. q) *deest* 1. 2. r) virtute etc. *quae sequuntur usque* oratio *des.* 1. s) subsistere etc. *quae sequuntur usque* dom. nostrum *des.* 2. t) item. Oremus. sempiterne 2. u) terrestrium etc. *quae sequuntur usque* dom. nostrum *des.* 1. v) *deest* 2. w) promovere etc. *quae sequuntur usque* dom. nostrum *des.* 2. x) elevet 2. y) addatur ei 2. z) fuerit 2. *) ac 2. a) Moguntinus 1. 2. b) a dextro Trev. vero 2. c) et tunc 2. d) ex. pl. et *des.* 2. e) incipitur 2. f) *deest* 2. g) et *usque* imperium *des* 1. dominus *usque* imperium *des.* 2. h) Ps. 1. Versic. 2. i) et *usque* regis *des.* 1. iudicium *usque* regi da 2. k) *deest* 1. l) revelasti etc. *quae sequuntur usque* collecta *des.* 1. m) disponis etc. *quae sequuntur usque* dominum *des.* 1. *Apud* 2. *haec leguntur:* Et tunc dicentur duae collectae: illa scilicet: Deus q. m. o. ang. De tribus regibus ac Alleluia et sequent. ad officium totum de tribus regibus, lectio Es. pr. n) Ierusalem etc. *quae sequuntur usque* annunciantes *des* 1. *usque* populi preceptoris *des.* 2. o) venient etc. *quae sequuntur usque* orta est *des.* 1. p) eius *usque* dominum *des.* 1. q) christianitas etc. *quae sequuntur usque* p9puli preceptoris *desunt* 1.

1273. Oct. 24.

illi non cassam putantes tanti signi gloriam, secum munera deferunt, parvulo offerunt, ut regi celi quem sydus predicat. Atque aureo tumidi principis lectulo transito, presepe Christi queritant. Huic ira sevi Herodis fervida mundi recens rectori genito Bethleem parvulos precepit ense crudeli perdere. O Christe, quantum patri exercitum iuvenis doctus ad bella maxima populis predicans collegis sugens cum tantum miseris. Anno hominis tricesimo subtus famuli se incliti inclinaverat manus Deus, consecrans nobis baptisma in absolutionem criminum. Ecce spiritus in specie ipsum alitis innocue uncturus, sanctis pre omnibus visitat, semper ipsius contentus mansione pectoris. Patris etiam insonuit vox pia, veteris oblita sermonis „penitet me fecisse hominem." Vere filius es tu meus michimet placitus, in quo sum placatus, hodie te mi fili genui. Huic omnes auscultate populi preceptori. Si tempus fuerit quadragesimale, dimissis Alleluya et prosa cantetur tractus iste: *Desiderium anime*[*] *eius tribuisti ei, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Versus[**]. *Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.*

Hic[a] surgat rex, et deposito pallio regio, ducatur[b] per archiepiscopos Maguntinensem et Treverensem ad gradus altaris, et prostratus totus[c] in modum crucis, cantetur letania a duobus clericis; in qua loco suo erigens[d] se archiepiscopus Coloniensis, baculum[e] in manu sua[f] tenens, dicat[g]: *Ut hunc famulum tuum N. in regem eligere digneris.* Clerus: *Te rogamus audi nos.* Item[h] Coloniensis: *Ut eum bene* † *dicere subli* † *mare et conse* † *crare digneris.* Clerus: *Te rogamus*[i]. Item Coloniensis: *Ut eum ad regni et imperii fastigium feliciter perducere digneris.* Clerus: *Te rogamus*[k]. Deinde illi duo clerici resumant et compleant[l] letania[m]. *Ut pontificem nostrum etc.*

Scrutinium. cf. T. I. p.513. l.14.

Finita[n] letania erigat se dominus Coloniensis, et rex similiter levet se; et dominus Coloniensis a rege querat: *Vis sanctam fidem catholicis viris*[o] *traditam tenere et operibus iustis*[p] *servare*? Respondeat[q] rex: *Volo.*

Item Coloniensis[r]: *Vis sanctis ecclesiis ecclesiarumque ministris fidelis esse tutor et defensor?* Rex[s]: *Volo.*

Item Coloniensis[t]: *Vis regnum a Deo tibi*[u] *concessum secundum iusticiam predecessorum tuorum regere et efficaciter defendere?* Rex[v]: *Volo.*

Item Coloniensis: *Vis iura regni et*[w] *imperii, bona*[x] *eiusdem iniuste dispersa, conservare et recuperare, et fideliter in usus regni et imperii dispensare?* Rex[y]: *Volo.*

Item Coloniensis[z]: *Vis pauperum et divitum, viduarum et orphanorum, equus esse iudex et pius defensor?* Rex[*]: *Volo.*

Item Coloniensis[a]: *Vis sanctissimo*[b] *in Christo patri et domino Romano pontifici et sancte Romane ecclesie subiectionem*[c] *debitam et fidem reverenter exhibere?* Rex[d], positis duobus digitis manus sue dextere super altare, dicat[e]: *Volo, et in quantum divino fultus*[f] *fuero adiutorio, et precibus fidelium*[g] *christianorum adiutus valuero*[h], *omnia premissa fideliter adimplebo; sic me Deus adiuvet et sancti eius*[i].

Extunc reducatur[k] iterum ante[l] altare ubi prius. Et dominus[m] Coloniensis a principibus Alemanie, clero et populo circumstantibus, querat dicens[n]: *Vultis tali principi ac*[o] *rectori vos subiicere, ipsius que regnum firmare*[p], *fide stabilire, atque iussionibus illius obtemperare; iuxta apostolum*[q]: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita*[r] *sit, sive regi quasi precellenti?* Ad quam questionem, domini[s] archiepiscopi Maguntinensis et Treverensis, principes Alemanie, clerus, populus[t], assistentes respondeant[u], dicentes[v]: *Fiat. Fiat. Fiat.* Et quia rex tanquam illitteratus et laicus premissas interrogationes et earum responsiones in latino dictas non intelligit, dominus Coloniensis per se vel per clericum unum cui faciendum mandaverit, premissas interrogationes et earum responsiones domino regi in vulgari nostro, id est in teutonico, manifestius

*) animae etc. *quae sequuntur usque* precioso *des.* 1. **) an. eius, usque ad versic. 2 a) Et tunc 2. b) ducetur 2. c) in totum 2. d) erigat 2. e) qui prostratus cum rege baculum 2. f) suo 1. manibus suis 2. g) dicet inter cantandum litanias per clerum 2. h) rogamus etc. Item archiepiscopus 2. i) rogamus etc. 2. k) rogamus etc. 2. l) clerici complent 2. m) letaniam 1. 2. n) et finita 2. o) a viris 1. catholicam a sanctis apostolis 2. p) fide dignis 2. q) respondebit 2. r) C. quaeret 2. s) respondebit rex 2. t) C. quaeret tertio 2. u) dei tibi a deo 2. v) respondebit rex 2. w) et regna 2. x) bonoque 2. y) respondebit rex 2. z) C. quaeret 2. *) respondebit rex 2. a) C. quaeret 2. b) integerrimo 2. c) defensionem 2. d) exhibere etc. respondebit rex 2. e) *deest* 2. f) suffultus 2. g) *deest* 2. h) quantum valuero 2. i) sanctum eius euangelium 2. k) et tunc reducitur 2. l) ad 2. m) ubi dominus archiepiscopus 2. n) quaeret et sic dicet 2. o) et 2. p) firma? q) dictum apostoli 2. r) subdicta *cod.* s) *deest* 2. t) et p. 2. u) respondebunt 2. v) *deest* 1.

1273 Oct. 24. Benedictio regis.

declarabit [a]; quo facto iterum [b] rex prosternat se in longum, et dominus [c] Coloniensis super eum dicat benedictionem istam. *Oremus.* Oratio [d]. *Bene ✝ dic Domine hunc regem nostrum N., qui regna omnium moderaris* [e] *a seculo* [f], *et tali eum benedictione glorifica, ut Davitice teneat sublimitatis sceptrum, et glorificatus in eius protinus reperiatur merito. Da ei tuo inspiramine, cum mansuetudine ita regere populum, sicut Salomonem fecisti regnum obtinere pacificum. Tibi semper sit cum honore subditus, tibique militet cum quiete, sit tuo clipeo protectus cum proceribus, et ubique tua gratia victor existat. Honorifica eum pre cunctis regibus gentium; felix populis dominetur, et feliciter eum nationes adornent. Vivat inter gentium catervas magnanimus; sit in iudiciis equitatis singularis. Locupletet eum tua predives dextera; frugiferam obtineat patriam, et eius liberis tribuas profutura. Presta ei prolixitatem vite per tempora, et in diebus eius oriatur iusticia. A te robustum teneat regiminis solium, et cum iusticia et iocunditate eterno glorietur in regno.* Item dominus Coloniensis super eum dicat [g]. *Oremus.* Oratio [h]. *Deus ineffabilis auctor mundi, conditor generis humani* [i], *gubernator imperii, confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui, patriarche nostri Abrahe, preelegisti reges seculis profuturos; tu presentem regem hunc N. cum exercitu suo per intercessionem omnium sanctorum uberi benedictione locupleta, et in solium regni firma stabilitate connecte. Visita eum sicut Moysen in mari rubro, Iesum Nave in prelio, Gedeonem in agro, Samuelem in templo, et illa eum benedictione syderea ac sapiencie rore perfunde, quam beatus David in psalterio, Salomon filius eius te remunerante percepit e celo. Sis ei contra acies inimicorum lorica, in adversis galea, in prosperis paciencia, in protectione clipeus sempiternus; et presta, ut gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligat caritatem, abstineat se a cupiditate, loquatur iusticiam, custodiat veritatem, et ita populus iste sub eius imperio pullulet, ita alitus benedictione eternitatis, ut semper maneant tripudiantes et in pace victores. Quod ipse prestare dignetur, qui vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.*

p. 97. l. 19. 189. l. 46.

Unctio regis.

Hic [k] iterum erigat se rex, et dominus Coloniensis ungat caput eius, pectus inter scapulas, et ambas iuncturas brachiorum circa scapulas, de oleo sacro [l] cathecuminorum, ita [*] dicens: *Pax tibi.* Clerus [m]: *Et cum spiritu tuo* [n]. Dominus Coloniensis [o]: *Ungo te in regem de oleo sanctificato* [p] *in nomine Pa ✝ tris et Fi ✝ lii et Spi ✝ ritus sancti amen.* Et interea clerus [q] cantet: *Unxerunt Salomonem Sadoch sacerdos* [r] *et Nathan propheta regem in Syon, et procedentes leti dixerunt vivat rex in eternum.* Postea dominus Coloniensis ungat palmas manuum [s] domini regis [t] dicens: *Ungantur manus iste de oleo sanctificato* [u], *unde uncti fuerunt reges et prophete, et sicut unxit Samuel David in regem; ut sis benedictus et constitutus rex in regno isto super populum istum, quem dominus Deus tuus dederit tibi ad regendum et gubernandum. Quod ipse prestare dignetur, qui vivit et regnat Deus* [v] *in secula seculorum. Amen.* Interea clerus iterum cantet: *Unxit te Deus etc.*

cf T. I. p. 515. l. 5.

Factis [w] unctionibus istis, statim sint parati caplani [x] domini regis, et cum lana mundissima detergant omnia [y] ubi dominus Coloniensis oleum sacrum [z] apposuit. Hic [*] ducatur rex ad armarium, et induatur ibidem [a] sandaliis, alba et [b] stola ad [c] modum crucis in pectore, sine cappa, et ita redeat ad suam sedem circa altare; et deinde [d] dominus Coloniensis dicat: *Oremus* [e]. Oratio [f]. *Prospice omnipotens Deus serenis obtutibus gloriosum regem N.* [g] *et sicut benedixisti regem Abraham Ysaac et Iacob* [h], *sic illum largis benedictionibus spiritalis gracie cum omni plenitudine tue potencie irrigare atque perfundere digneris. Tribue ei de rore celi et de pinguedine terre habundantiam frumenti vini et olei, et omnium frugum opulenciam, ex largitate divini muneris longa per tempora, ut illo regnante sit sanitas corporum in patria, et pax inviolata*

a) Quia tamen rex quandoque non intelligit Latinum idioma praemissa per archiepiscopum Coloniensem aut clericos eius praemissas interrogationes declarabit 2. b) *deest* 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. istam. Oratio *deest* 2. e) moderaris etc. ut in ord. Romano *sequentibus omissis* 1. f) seculo etc. *quae sequuntur usque* regno *desunt* 2. g) dicet 2. *et ita deinceps* h) *deest* 1. 2. i) humani etc. *quae sequuntur usque* seculorum amen. *desunt* 1. 2. k) Post Amen 2. l) *deest* 2. *) *deest* 2. m) ad quod clerus 2. n) spiritu etc. 2. o) Et tunc Col. dicet 2. p) isto 2. q) chorus 1. r) sacerdos etc. *ceteris omissis* 1. s) manus 1. 2. t) d. r. *desunt* 2. u) sacro 2. v) *deest* 1. deus etc. Interea 2. w) et factis 2. x) capellani 1. 2. y) o. loca 2. z) *deest* 1. ubi oleum appositum est 2. *) Et tunc 2. a) indutum 2. b) *deest* 2. c) in 1. d) tunc 2. e) dicet collectam 2. f) *deest* 1. g) N. etc. ut in ordine Romano *ceteris omissis* 1. h) iacob etc. Item aliam collectam: spiritus 2.

1273. Oct. 24.

in regno, et dignitas gloriosa regalis palacii, maximo splendore regie potestatis oculis omnium fulgeat, luce clarissima clarescat, atque splendere quasi splendidissima fulgura, maximo perfusus lumine videatur. Tribue ei omnipotens Deus, ut sit fortissimus protector patrie, et consolator ecclesiarum atque cenobiorum sanctorum maxima cum pietate regalis munificencie, atque ut sit fortissimus regum, triumphator hostium, ad opprimendas rebelles et paganas naciones. Sitque suis inimicis satis terribilis pre maxima fortitudine regalis potencie, optimatibus quoque et precelsis proceribus ac fidelibus sui regni sit magnificus et amabilis et pius, ut ab omnibus timeatur atque diligatur. Reges quoque de lumbis eius per successiones temporum futurorum egrediantur, regnumque hoc valeat regere totum, et post gloriosa tempora atque felicia presentis vite, gaudia eterna in perpetua beatitudine habere mereatur. Quod ipse prestare dignetur. Oremus. Oratio[a]. *Spiritus sancti*[b] *gracia humilitatis nostre officio*[c] *in te copiosa*[d] *descendat*[e], *ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali delibutus pinguescis exterius, ita eius invisibili unguine delibutus inpinguari merearis interius, eiusque spirituali unctione perfectissime semper imbutus, et illicita declinare tota mente et spernere discas seu valeas, et utilia anime tue iugiter cogitare, optare atque operari queas, auxiliante domino nostro Ihesu Christo qui cum Deo patre et eodem Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum amen.* Oratio[f]. *Oremus. Deus qui es*[g] *iustorum gloria et misericordia peccatorum*[h], *qui misisti filium tuum preciosissimo sanguine suo genus humanum redimere, qui conteris bella, et propugnator es in te sperancium, et sub cuius arbitrio omnium regnorum continetur potestas, te humiliter deprecamur, ut presentem famulum tuum N. in tua misericordia confidentem bene † dicas, eique propicius adesse digneris, ut qui tua expetit benedictione defendi, omnibus sit hostibus fortior. Fac eum Domine beatum esse, et victorem de inimicis suis; corona eum corona iusticie et pietatis, ut ex toto corde et tota mente in te credens, tibi deserviat, sanctam tuam ecclesiam defendat et sublimet, populumque a te sibi commissum iuste regat, nullis insidiantibus malis eum in iniusticiam vertat. Accende Domine cor eius ad amorem gracie tue per hoc unctionis oleum, unde unxisti sacerdotes, reges et prophetas, quatenus iusticiam diligens, per tramitem iusticie populum similiter ducens, post peracta a te disposita in regali excellencia annorum curricula pervenire ad gaudia eterna mereatur. Per eundem etc.*

Per omnia secula seculorum. Assistentes[i]: *Amen*[k].

Dominus vobiscum. Assistentes[l]: *Et cum spiritu tuo*[m].

Sursum corda. Assistentes[n]: *Habemus ad dominum*[o].

Gratias agamus[p] *domino Deo nostro.* Assistentes[q]: *dignum et iustum est.*

Vere[r] *dignum et iustum est*[s] *equum et salutare, nos tibi semper et ubique gracias agere, domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus*[t], *creator omnium, imperator angelorum*[u], *regnancium rex, dominusque dominancium, qui Abraham famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi et Iosue populo prelatis multiplicem victoriam tribuisti, humilemque David tuum puerum regni fastigio sublimasti, et Salomonem sapiencie pacisque munere ditasti; respice quesumus ad preces humilitatis nostre, et super hunc famulum tuum N. quem supplici devocione in regem eligimus, bene † dictionum tuarum dona in eo multiplica, eumque dextera tue potencie semper et ubique circumda, quatinus predicti Abrahe fide fideliter firmatus, Moysi mansuetudine fretus, Iosue fortitudine munitus, David humilitate exaltatus, Salomonis sapiencia decoratus, tibi in omnibus placeat, et per tramitem iusticie [inoffenso gressu*] semper incedat, ecclesiam tuam deinceps cum plebibus sibi annexis ita enutriat ac doceat, muniat et instruat, contraque omnes visibiles et invisibiles hostes eidem potenter regaliterque tue virtutis regimen amministret, et ad vere fidei pacisque concordiam eorum animos te opitulante reformet, ut horum populorum debita subiectione fultus, cum digno amore glorificatus, ad paternum decenter solium tua miseracione conscendere mereatur. Tue quoque protectionis galea munitus, et scuto insuperabili iugiter protectus, armisque*

a) *deest* 1. b) sanctus 2. c) officio etc. 1. d) copiose in te 2. e) descendat. Item alia: Deus 2. *ceteris omissis.* f) *deest* 1. g) est *cod.* h) peccatorum etc. *quae sequuntur usque* per eundum etc. *desunt* 1. 2. i) *deest* 1. assistentes respondeant 2. k) *add.* Coloniensis 2. l) *deest* 1. m) assistentes — tuo *des.* 2. n) *deest* 1. o) assistentes *usque* dominum *des.* 2. p) agamus etc. Vere 2. q) *deest* 1. r) agamus etc. Vere 2. s) est etc. *quae sequuntur usque* seculorum amen *des.* 2. t) Vere *usque* deus *des.* 1. u) angelorum etc. ut in ordine Romano 1. *ceteris omissis.* *) *in margine.*

1273. Oct. 24.

celestibus circumdatus, optabilis victorie triumphum feliciter capiat, terroremque sue potencie infidelibus inferat, et pacem tibi militantibus letanter reportet. Per Dominum nostrum, qui virtute sancte crucis tartara destruxit, regnoque Dyaboli superato, victor ad celos ascendit; in quo potestas omnis regum consistit et victoria, qui est gloria humilium et vita salusque populorum. Qui tecum vivit etc. Oremus[a]. Oratio. *Deus Dei filius Ihesus Christus dominus noster, qui a Patre*[b] *oleo exultationis unctus est, pre participibus suis, ipse per presentem sacri unguinis infusionem Spiritus paracliti super caput tuum infundat bene ✝ dictionem, eamdemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatinus hoc visibili et tractabili dono, invisibilia percipere, et temporali regno iustis moderaminibus executo, eternaliter cum eo regnare merearis, qui solus sine peccato regum rex vivit et regnat et gloriatur cum Deo patre in unitate eiusdem spiritus, per omnia secula seculorum. Amen.*

p. 190 l. 33.

Gladius p. 191. l. 17.

Postea dominus[c] Coloniensis, Maguntinensis et Treverensis archiepiscopi[d] simul tradant domino regi gladium, domino Coloniensi dicente[e]. (Regalia ordine tradantur, sic locentur[f] ad sinistram altaris.) *Accipe*[e] *gladium per manus episcoporum*[h], *licet indignas*[i], *vice tamen*[k] *et auctoritate sanctorum apostolorum consecratas, tibi regaliter impositum*[l], *nostreque benedictionis officio in defensionem sancte ecclesie divinitus ordinatum; et esto memor de quo psalmista prophetavit dicens:* (Hic se rex accingat.) *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime*[m], *ut in hoc per eundem vim equitatis exerceas, iniquitatis molem potenter destruas, et sanctam Dei ecclesiam eiusque fideles propugnes ac protegas, nec minus sub fide falsos quam christiani nominis hostes execres ac destruas; viduas et pupillos clementer adiuves ac defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris iniusta, confirmes bene disposita; quatinus hec in agendo virtutum triumpho gloriosus, iusticieque cultu egregius, cum mundi Salvatore cuius typum geris in nomine, sine fine merearis regnare. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.*

p. 191 l. 17.

Anulus p. 191. l. 11.

Hic accintus gladio, accipiat a domino Coloniensi armillas, pallium et annulum, dicente sibi domino[n] Coloniensi: *Accipe regie dignitatis annulum*[o], *et per hunc catholice fidei cognosce signaculum*[p]; *et ut hodie ordinaris caput et princeps regni et populi, ita perseverabilis auctor ac stabilitor christianitatis et christiane fidei fias, ut felix in opere cum rege regum glorieris per evum, cui est honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.*

Sceptrum p. 191. l. 41. et T. I. p. 511.

Postea dominus Coloniensis tradat ei sceptrum et pomum dicens[q]: *Accipe virgam virtutis*[r] *atque equitatis*[s], *qua intelligas mulcere pios et terrere reprobos, errantibus viam pandere lapsisque manum porrigere, disperdasque superbos et releves humiles; et aperiat tibi ostium Ihesus Christus dominus noster, qui de seipso ait: Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur. Et ipse est qui est clavis David et sceptrum domus Israel; qui aperit et nemo claudit; claudit et nemo aperit. Sitque tuus ductor, qui educit vinctum de domo carceris sedentem in tenebris et umbra mortis, et in omnibus sequi merearis eum, de quo propheta David cecinit: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga equitatis virga regni tui; et imitando ipsum diligas iusticiam et odio habeas iniquitatem: quia propterea unxit te Deus deus tuus, ad exemplum illius, quem ante secula unxerat oleo exultacionis pre participibus suis, Iesum Christum, dominum nostrum.*

Corona p. 191. l. 34.

Hic[u] dominus Coloniensis, domini[v] Maguntinensis et Treverensis archiepiscopi, simul superponant[w] coronam regiam[x] et pariter dicant: *Accipe coronam regni*[y], *que licet ab indignis, episcoporum tamen, manibus capiti tuo imponitur, quamque sanctitatis gloriam et fortitudinis expresse signare intelligas, et per hanc te principem ministerii nostri non ignoras, ita ut sicut nos in interioribus pastores rectoresque animarum intelligimur, ita et tu in exterioribus verus Dei cultor strenuusque contra omnes ad-*

a) *deest* 1. b) patre etc. *ceteris omissis* 1. c) His dictis postea regalia tradentur regi hoc ordine et locentur primo ad sinistram altaris in mensa. Et tunc Col. 2. d) *deest* 2. e) et dicet Coloniensis: Accipe 2. f) sicut locantur 1. h) episcoporum etc. *quae sequuntur usque* esto memor *desunt* 1. i) l. ind. *desunt* 2. k) *deest* 2. l) *quae sequuntur usque* seculorum amen *desunt* 2. m) potentissime etc. ut in ordine Romano 1. *ceteris omissis.* n) *deest* 2. o) anulum etc. ut in ordine Romano 1. *ceteris omissis.* p) signaculum etc. 2. *ceteris omissis.* q) et dicet 2. r) virtutis etc. ut in ordine Romano 1. *ceteris omissis.* s) et a. eq. 2. *quae sequuntur desunt.* u) Hinc 2. v) et domini 1. domini Col. Mag. 2. w) supraponent regi 2. x) scilicet Caroli Magni de Nornberg adductam *add.* 2. y) regni etc. 1. 2. *ceteris omissis.*

1273. Oct. 24.

versitates ecclesie Christi defensor regnique a Deo tibi dati existas, et per officium nostre benedictionis vice apostolorum omniumque sanctorum suffragio tuo regimini commissi utilis executor regnatorque proficuus semper appareas; ut inter gloriosos atlethas, virtutum gemmis ornatus et premio sempiterne felicitatis coronatus, cum redemptore ac salvatore domino nostro Ihesu Christo cuius nomen vicemque gestare crederis, sine fine glorieris; qui vivit et imperat Deus, cum Deo Patre in unitatate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Clerus. *Amen.*

Professio regia cf. T. I. p. 543. 548. 554. 555. 556.

Hic[a] dominus[b] Maguntinensis et Treverensis archiepiscopi[c] ducant dominum[d] regem ad altare. Et rex, positis ambabus[e] manibus suis[f] super[g] altare, hanc faciat professionem in suo vulgari[h], et prius[i] in latino: *Profiteor et promitto coram Deo et angelis eius, ammodo et deinceps legem et iusticiam pacemque sancte[i*] Dei ecclesie servare, populoque michi subiecto prodesse et iusticiam facere; et conservare iura regni, salvo condigno divine misericordie respectu, sicut cum consilio[k] principum et fidelium regni atque meorum melius invenire potero; sanctissimo Romano pontifici et ecclesie Romane, ceterisque pontificibus et ecclesiis Dei, condignum et canonicum honorem volo exhibere; ea eciam que ab imperatoribus et regibus ecclesiis seu ecclesiasticis viris collata sunt et erogata, inviolabiliter ipsis conservabo, et faciam conservari; abbatibus et ordinibus et[l] vassallis regni honorem congruum[m] volo portare et exhibere, domino nostro Ihesu Christo michi prestante auxilium fortitudinem et decorem.*

Laudes.

Post istam professionem, domini[n] Maguntinensis et Treverensis archiepiscopi ipsum[o] regem ducant ad solium suum, sedem regiam[p], clero cantante Responsorium[q]: (Hic ducatur dominus[r] rex superius ad[s] altare[t] Symonis et Iude in ecclesia[u] Aquensi[v].) *Desiderium anime eius tribuisti ei Domine, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.* Versus. *Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso, et voluntate etc.*[w].

Deinde dicat dominus Coloniensis: *Ita retine amodo locum regium[x], quem non iure hereditario nec paterna successione, sed principum seu[y] electorum in regno Alemanie[z] tibi noscas delegatum, maxime per auctoritatem Dei omnipotentis, et tradicionem nostram[*] presentem, et omnium episcoporum ceterorumque servorum Dei[a]; et quanto clerum sacris altaribus propinquiorem prospicis, tanto ei pociorem in locis congruis honorem impendere memineris, quatinus mediator Dei et hominum te mediatorem cleri ac[b] plebis in hoc regni solio confirmet, et in regno eterno secum regnare faciat Ihesus Christus dominus noster rex regum et dominus dominancium, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.*

Benedictio Reginae p. 190 l. 1.

Hiis ita[c] peractis, si regina in loco presens affuerit[d], ducatur[e] ante altare coram[f] domino[g] Coloniensi. Et dominus Coloniensis[h] super eam prostratam dicat hanc[i] benedictionem. Oratio[k]. *Omnipotens sempiterne Deus, fons et origo tocius bonitatis, qui feminei sexus fragilitatem[l] nequaquam reprobando adversaris, sed dignanter comprobando pocius eligis, et qui infirma mundi eligendo forcia queque confundere decrevisti, quique eciam gloriam virtutis tue, qua triumphum in manu Iudith[m], femine olim Iudaice, plebi de hoste sevissimo resignare voluisti, respice quesumus ad preces humilitatis nostre, et super hanc famulam tuam N. quam supplici devocione in reginam eligimus, benedictionum tuarum dona multiplica, eamque dextera tue potencie semper et ubique circunda, ut in lumine muniminis tui undique firmiter protecta, visibilis seu invisibilis hostis nequicias triumphabiliter expugnare valeat, et una cum Sara atque Rebecca, Lya atque Racheele, beatisque et reverendis feminis, fructu uteri[n] sui fecundari, seu gratulari mereatur, ad decorem tocius regni, statumque ecclesie Dei regendum Per.*

a) Hinc 2. b) domini 2. c) *deest* 2. d) *deest* 2. e) *deest* 2. f) *deest* 2. g) supra 2. h) *add.* id est Teutonico 2. i) prius tamen 2. i*) sancti *codex*. k) auxilio 2. l) *deest* 2. m) *deest* 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) s. reg. *desunt* 2. q) cantante officium, quod incipit: desiderium animae tribuisti etc. Et versiculum: Qui praevenisti eum. Hinc ducetur 2. r) *deest* 2. s) ante 1. t) *add.* apostolorum 2. u) in ecclesia *desunt in cod. et* 1. v) *deest* 1. w) etc. *deest cod.* 1, desiderium *usque* voluntate *desunt* 2. x) regni 2. y) *deest* 2. z) *add.* seu verius Romanorum 2. *) *deest* 2. a) Dei etc. *quae sequuntur usque* amen *desunt* 2. b) et 1. c) itaque cum rege 2. d) si rex habuerit reginam quae affuerit 2. e) iungatur regina 2. f) coram altari a 1. g) *add.* archiepiscopo 2. h) Coloniensi, qui 2. i) *deest* 2. k) *deest* 1. 2. l) fragilitatem etc. 1. 2. *ceteris omissis.* m) iudih *cod.* n) uteris *cod.*

1273. Oct. 24. p. 190. l. 40.

Hic[a] proiiciat se regina per modum crucis in longum ante dominum Coloniensem, et ipse dominus Coloniensis[b] iterum[c] hanc benedictionem dicat super eam[d]: *Deus, qui solus habes immortalitatem[e], lucemque habitas[f] inaccessibilem, cuius providencia in sui dispositione non fallitur; qui fecisti que factura sunt, et notas ea que non[g] sunt, tanquam ea que sunt; qui superbos equo moderamine de principatu deicis, atque humiles designanter in sublime provehis: ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Hester reginam Israhelis, causa salutis de captivitatis sue compede solutam, ad regis Assueri thalamum regnique sui consortium transire fecisti, ita hanc famulam tuam N. humilitatis benedictione, christiane plebis gracia salutis, ad dignam sublimemque regis nostri copulam, et regni sui participium misericorditer transire concedas. Et ut in regalis federe coniugii semper manens pudica, proximam virginitatis[g*] palmam continere queat, tibique[h] Deo vivo et vero, in omnibus et super omnia iugiter placere desideret, et te inspirante, que tibi placita sunt, toto corde perficiat. Per.*

Unctio reginae. p. 190. l. 52.

Hic[i] detegatur pectus regine per dominas[k] pedissequas suas, et dominus[l] Coloniensis circa precordia pectoris[m] de oleo sancto ungat eam dicens: *Spiritus sancti gracia humilitatis nostre[n] officio[o] in te copiosa descendat[p], ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali obluta pinguescis exterius, ita eius invisibili unguine delibuta, inpinguari merearis interius, eiusque spirituali unctione perfectissime semper imbuta, et illicita declinare tota mente et spernere discas seu valeas, et utilia anime tue iugiter cogitare, optare, atque operari queas, auxiliante domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre et eodem Spiritu vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum.* Clerus: *Amen.*

Coronatio reginae. p. 191. l. 31.

Hic[q] dominus[r] Coloniensis, Maguntinensis et Treverensis[s] pariter superponant ad caput ipsius[t] regine et dicat[u]: *Officio indignitatis nostre seu congregacionis[v] in reginam[w] benedictam[x], accipe[y] coronam regalis excellencie, que licet ab indignis, episcoporum manibus tamen, capiti tuo imponitur. Unde, sicut exterius auro et gemmis redimita enites, ita et interius auro sapiencie virtutumque gemmis decorari contendas[z], quatinus post occasum huius seculi, cum prudentibus virginibus, sponso domino nostro Ihesu Christo digne ac laudabiliter occurrens, regiam celestis aule merearis ingredi ianuam, auxiliante eodem domino nostro Ihesu Christo; qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum.* Clerus: *Amen*[*].

Hiis dictis, accedant caplani[a] regine, et detergant pectus suum de oleo sacro[b] cum lana munda et alba, et postea pedisseque regine ipsam reinduant; quo facto, ducatur iuxta regem, et sedeat in latere suo sinistro[c] ut[d] prius, clero cantante ad finem[e]: *Te Deum laudamus etc.*[f].

Missa.

Hiis omnibus ita[g] peractis, legatur euangelium secundum Matheum: *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iude[h], in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Iheorosolimam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Iheorosolima cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur? At illi dixerunt: In Bethleem Iude; sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem, terra nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis; et mittens eos Bethleem dixit: Ite et interrogate diligenter de puero hoc; cum inveneritis, renunciate michi, ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi*

a) Et tunc 2. b) Coloniensem qui 2. c) *deest* 1. d) dicat super ea benedictionem 2. e) immortalitatis etc. 2. *ceteris omissis.* f) habitas etc. 1. *ceteris omissis.* g) *deest cod.* g*) virginatis *cod.* h) ubi *pag.* 190. i) Hinc 2. k) *deest* 2. l) archiepiscopus 2. m) *add.* reginae 2. n) nostrae 1. 2. o) officio etc. 1. *c. o.* p) descendat etc. 1. *c. o.* q) Hinc 2. r) *deest* 2. s) *add.* archiepiscopi 2. t) *deest* 2. u) dicentes 2. v) seu congr. *desunt* 2. w) reginam etc. 1. *c. o.* x) benedicta? y) ponimus 2. z) concendas *cod.* *) que licet *usque* Amen *desunt* 2. a) capellani 1. 2. b) sancto 1. detergant loca cum oleo deuncta 2. c) latere sinistro regis 2. d) et 2. e) ad finem *desunt* 2. f) *deest* 1. 2. g) omnibus ita *desunt* 2. h) Iudae etc. usque per aliam viam reversi sunt in regionem suam 1.

1273. Oct. 21. *sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes, adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrram. Et responso accepto in sompnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam*[a].

Credo dicitur[b]. Offertorium. *Reges Tharsis*[c] *et Insule*[d] *munera offerent*[e], *reges Arabum et Saba dona adducent, et adorabunt eum omnes reges terre; omnes gentes servient ei, alleluya.* 5

Dominus rex[f] sceptrum[g] in manu tenens offerat[h], deinde[i] regina; postea domini[k] principes, primo domini[l] Maguntinensis et[m] Treverensis archiepiscopi[n], et[o] postea alii principes electores secundum gradum et officium[p] suum. Secreta. *Ecclesie tue, quesumus, Domine dona propicius intuere*[q], *quibus iam non aurum thus et myrra profertur, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur et sumitur*[q*] *Ihesus Christus filius tuus, dominus noster.* Alia. *Concede quesumus omnipotens Deus hiis salutaribus sacrificiis*[r] *placatus, ut famulus tuus N. ad peragendum regalis officium dignitatis, inveniatur semper ydoneus, et celesti patrie reddatur acceptus Per dominum*[s]. 10 15

1 Procedatur[t] in missa usque ad illum locum: *Et pax eius*[1]. Ubi dyaconus conversus ad populum dicat: *Humiliate vos ad benedictionem.* Clerus: *Deo gratias.* Dominus Coloniensis: *Benedicat tibi dominus custodiatque te, et sicut te voluit super populum suum esse regem*[u], *ita in presenti seculo felicem et eterne felicitatis tribuat esse consortem.* — Assistentes: *Amen.* — *Clerum ac populum quem sua voluit opitulacione in tua sanctione congregari, sua dispensacione et tua amministracione per diuturna tempora faciat feliciter gubernari.* — *Amen*[v]. — *Quatinus divinis monitis parentes, adversitatibus carentes, bonis omnibus exuberantes, et in presenti seculo tranquillitate fruantur, et tecum eternorum civium consorcio potiri mereantur.* — *Amen.* — *Quod ipse prestare dignetur, cuius regnum et imperium sine fine permanet per secula seculorum.* — *Amen.* — *Benedictio Dei Pa†tris omnipotentis et Fi†lii et Spiritus † sancti et pax Dei sit semper vo†biscum.* Communio. *Vidimus stellam eius in Oriente et venimus cum muneribus adorare Dominum*[w]. 20 25

Completorium[x] *Presta quesumus omnipotens Deus, ut quod solempni*[y] *celebramus officio, purificate mentis intelligencia consequamur.* 30

Alia. *Hec Domine salutaris sacrificii perceptio, famuli tui maculas diluat, et ad regendum secundum tuam voluntatem populum ydoneum illum reddat; in hoc salutari ministerio contra visibiles et invisibiles hostes scuto tue protectionis reddatur invictus, per quod mundus est divina dispensacione redemptus. Per dominum.*

Completo officio misse, si aliqua specialia negocia regni pro illa hora consueta 35
2 tractanda sint[z], tractentur[2].

a) ecce magi *usque* suam *desunt* 2. b) Deinde dicitur credo 2. c) tharsis etc 2. *c. o.* d) insulae etc. 1. *c. o.* e) offerrent *cod* f) et rex 2. g) ceptrum *cod.* h) *add.* ab altare 2. i) *add.* offerat 2. k) *deest* 2. l) primo domini *des.* 2. m) *deest* 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) et o. *des.* 2. q) intuere etc. 1. *c. o.* q*) sumiter *c.* r) sacrificiis etc 1. *c. o.* s) Secreta *usque* dominum *desunt* 2. t) et procedetur 2. u) regem etc. *quae sequuntur usque* vobiscum *desunt* 1. v) *scil.* Assistentes *ita et infra.* w) in *usque* dominum *desunt* 1. x) Complenda 1. y) solemni etc. 1. *c. o.* z) sunt 1. 40

1) *Apud* 2. *quae sequuntur desunt, quorum loco haec leguntur:* Completo officio missae et mox post electionem, rex confirmet privilegia principum electorum, et iuret, quod postquam unctus fuerit et coronatus et diademate imperiali per Romanum pontificem ornatus, iterum principum electorum privilegia confirmabit. 45

Quibus sic peractis, rex cum principibus electoribus ingredientur auditorium. Et si tunc fuerint aliqua negotia specialia et ardua regni tractanda, illa tractabunt. Et ita rex ipse processu temporis cum suis principibus ac proceribus regnum Romanorum administrabit, pacem conservando, oppressos relevando, iniustos reprimendo, et iustitiam defendendo in iure, et ita cum Dei adiutorio regnum et regimen sacri Romani imperii feliciter continuando. Quod iste ei misericorditer praestet, qui sine fine vivit et regnat per omnia secula seculorum benedictus. Amen. 50

2) *In codice haec subiiciuntur:* Circa negocium huius officii, videlicet circa coronacionem regis Alemanie, hoc[a] primo sciendum, quod sicut ab origine translacionis imperii ad Germanos, approbata introduxit antiquitas, tunc Aquisgrani debitus et quodammodo proprius locus est pro huiusmodi coronacione regum Alemanie, et quamquam dominus papa de plenitudine potestatis sue pro huiusmodi coronacione dictum locum mutare possit, ut credo, hoc tamen facere non debet nec fieri expedit, nisi ex magna causa, et tunc ad requisitionem electorum Alemanie, vel saltem 55

a) hec *c.* hic 1.

LITTERAE ENGELBERTI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.

1273. Oct. 24.

Sanctissimo etc. E. archiepiscopus Coloniensis [a].

Luxit hactenus et elanguit terra, confusus erat Lybanus et sordebat. Sed ecce verna temperies, et de terre visceribus bone spei germina revirescunt. In sanguinem
5 enim priscis luna versa temporibus, vigilare pastores, et super greges suos nocturnas servare vigilias, commodo nequiverunt. Nunc autem hoc tempore tenebrarum densata caligine, velut emortua, facta fuit nox periculosa, plena discriminum, in qua catervatim sylve bestie transierunt, leonum catuli rugientes, ut raperent innocentes, ad devorandum parati, ut escam panis, pauperes, Dei et hominum reverentia ultroiecta. Hoste siquidem
10 pacis, antiquo serpente, qui morsu pestifero dulces ubique molitur amaricare delicias paradisi, Romani statum imperii, olim tranquillitate pacifica floridum, diu duris inquietudinum malleis impetente, status ipse corruptionis diutine vulnera pertulit, et accensis in cordibus hominum ignibus odiorum, pax inibi periit, bellicus horror invaluit, et non solum contigit, illum civilibus bellis, sed etiam intestinis quodammodo lethaliter sau-
15 ciari. Verum miserator et misericors Deus, super omnia tenens imperium in excelsis, cui parcere promptum est et proprium misereri, licet ad expiationis exercitium patiatur interdum affligi fideles: nesciens tamen in indignatione clementiam continere, ut super sortem hereditatis sue virgam iniquitatis non usque ad interitum derelinquat, sed cum percusserit, mox propitius consolator exurgit: ex alti iam sui ineffabilitate consilii sum-
20 mis ima concilians, dies malos abreviasse videtur, irradiantibus celitus splendidam lucis nove lampadibus claritatem.

Vacante siquidem iam pridem imperio, ne sic diutius aberraremus acephali, apud *talem locum*, die ad hoc ab omnibus indicta et acceptata concorditer, ad providendum eidem imperio convenientes in unum, tandem, post aliquantulum de futuri regis substi-
25 tutione tractatum, in inclytum virum dominum Rudolphum comitem de Havesburg [b] invocata primitus Spiritus sancti gratia, cum solennitatibus debitis et consuetis, servato in omnibus modo et ordine congruo, tanquam in magis utilem ad id et magis idoneum, quem cognovimus, habito ad Deum precipue et ad rei publice causam respectu, potissime de communi consensu, omnes et singuli oculos nostros iniecimus, eum in regem
30 Romanorum, imperatorem futurum, una voce votoque unanimi, authore Altissimo, eligentes. Qua quidem electione canonice, imo divinitus procul dubio celebrata, eundem cum inenarrabilis immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium, nec non populi comitiva letante, ac in superne laudis canticum gratulabundius exurgente, apud Aquisgranum, utpote sedem, que primum sublimationis et glorie regie gradum ponit,
35 magnifice duximus: ubi in die apostolorum a nobis, Coloniensi episcopo, cuius interest regibus ab antiquo beneficium consecrationis impendere, fuit in sede magnifici Caroli coronatus, et unctionis sanctissime oleo delibutus.

Et ut de regis electi sic et coronati persona, sacrosancte Romane ecclesie, matri nostre, nova gaudia cumulentur; idem rex est fide catholicus, ecclesiarum amator, iustitie

a) inscriptionem Bodmannus habet. b) Rudolphum de tali loco oriundum *Gerbert*; comitem de Havesburg
40 *Bodmann, cuius editio epistolae pag.* 6. *quam plurimum ab ista differt, et ad meram formulam accedit.*

sanioris et maioris partis, eorumdem, hoc decens est fieri iuxta illud: Reddite cesari que cesaris sunt et Deo que Dei sunt. Item hoc quoque sciendum est, quod sicut Aquisgrani pro huiusmodi coronacione proprius quodammodo censetur locus ut dictum et, ita dominus archiepiscopus Coloniensis pro huiusmodi coronacione verus et legitimus coronator, prout antiqua
45 summorum pontificum et imperatorum statuit auctoritas, ab omnibus racionabiliter debet confiteri et sciri. Et quod vulgus loquitur de abbate sancti Cornelii Indensis *, utpote quod deficiente domino archiepiscopo Coloniensi ipse abbas, non requisito archiepiscopo, ipsum regem Alemanie habeat et debeat coronare, ridiculum et figmentum reputo, quia respiciendo ad tempus legis mosayce soli Moyses, Aaron et summi sacerdotes, sicut Samuel regem David, reges inunxerunt, ad
50 figuram cuius temporibus istis, id est legis christiane et gracie, solis episcopis huiusmodi coronacio seu inunctio veraciter est permissa, quemadmodum omnium regnorum christianorum universalis et approbata consuetudo testatur et usus. Nec conveniens reputo, quod aliquis archiepiscopus vel episcopus absque consensu domini Coloniensis requisito et obtento, de huiusmodi coronacione se audeat ingerere, quia valde temerarium foret dominoque Coloniensi et ecclesie sue iniuriosum,
55 et absque calumpnia huiusmodi coronacio merito non transiret

*) vidensis *codex*.

1273. Oct. 24. cultor, pollens consilio, fulgens pietate, propriis potens viribus, et multorum potentium affinitate connexus, Deo, ut firmiter opinamur, amabilis, et humanis aspectibus, ut cernitur, gratiosus: insuper corpore strenuus, et in rebus bellicis contra infideles fortunatus.

Propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifica quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus, et moribus disciplina: ita quod gladii conflabuntur in vomeres, cornu christi sui a rege regum magnifice sublimato. 5

Vos itaque quesumus, pater sancte, suscipite filium singularem, quem procul dubio sentietis intrepidum matris ecclesie pugilem, et invictum fidei catholice defensorem. Processum vero tam rite, tam provide, tam mature de ipso sic habitum, gratiose approbationis applausu benevolo prosequentes, ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis opus perficientes Dei in ipso, eundem, cum vestre sanctitati placuerit et visum fuerit opportunum, ad imperialis fastigii diadema dignemini misericorditer evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit vos in lucem gentium Dominus, et per vestre discretionis arbitrium orbi terre, post nubilum, exoptata serenitas illuscescat. 10 15

MANDATUM DE PACE REFORMANDA.

Rudolfus etc. Ad Romani regni gubernacula vocati, illius vocatione, qui superborum fastigiosam superbiam elidens, devotam humilitatem humilium collocat in sublimi, mente disponimus et pervigili meditatione revolvimus, qualiter in excelso per excelsum regem regum maiestatis solio constituti, in reformatione pacis iamdudum disperdite, rei publice consulamus, oppressorumque hactenus et subiectis tyrannorum tyrannidi dispendiosis periculis cautius caveamus: sperantes ex hoc et in tali agone certaminis, qui mentem affligit interius, et quietem sensibus interioribus non concedit, supernum nobis provenire subsidium, et humani favoris incremento proficere nos debere. Hinc est, quod cum in suprema dignitatis specula simus ad hoc positi, quod universa sacro Romano imperio et ad nos per devota servitia fidem gerentia membra, claris obtutibus et sinceris affectibus nostram serenitatem deceat contemplari, universos vos et singulos, omni benignitate que serenitatem decent regiam, complectimur animo gratioso, credentes et absque omni ambiguitatis scrupulo presumentes, quod affectus noster, quem ex impendenda vobis nostre serenitatis gratia peteritis experiri, per devotum vestre fidelitatis obsequium opportunum suis vicibus per vos recipere debeat omnimodam recompensam. 20 25 30

1274. Iun.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ROMANAE ECCLESIAE.

Descriptam quondam iubente Sixto IV. a Platina ex autographis tabularii arcis sancti Angeli, indeque a Raynaldo ad a. **1274.** *et* **1278,** *atque a Lunigio in Codice dipl. Italiae T. II. vulgatam, repetimus.* 35

FACULTAS REGIS.

April 9. Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Gregorio sacrosancte ac universalis ecclesie summo pontifici, Rodulphus Romanorum rex semper augustus, pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre presentibus notescat, quod ego devotus vester et ecclesie Romane filius, honorabilem virum Othonem prepositum sancti Widonis Spirensis, regalis aule mee cancellarium, meum nuncium et procuratorem constituo, dans et liberam potestatem, et speciale mandatum, faciendi nomine meo beato Petro apostolo, celestis regni clavigero, ac vobis eius successori, ceterisque vestris canonicis successoribus, et ecclesie Romane, confirmationes, concessiones, privilegia, iuramenta, et cetera omnia, que mei 40 45

predecessores, reges Romanorum, fecisse noscuntur seu inveniuntur; nec non et alia promittendi seu faciendi, que vos, sanctissime pater et domine, sine demembratione imperii secundum Deum et honestatem videritis expedire; et in animam meam iurandi, quod ea omnia et singula rata habebo et inviolabiliter observabo, nec contra ea, per me vel per 5 alium, publice vel occulte venire tentabo. Do etiam ei potestatem promittendi nomine meo, quod ego per me ipsum eadem faciam et promittam atque iurabo, quandocunque per vos litteris vel nuncio fuero requisitus. Et super his omnibus patentes litteras meas dabo, aurea bulla typario regie maiestatis impressa bullatas. Do preterea eidem cancellario potestatem et speciale mandatum, dandi super omnibus premissis et singulis paten- 10 tes litteras seu publicum instrumentum, et omnia faciendi, que in premissis et circa premissa fuerint necessaria vel etiam opportuna, etiamsi mandatum exigerent speciale. In cuius rei testimonium, presentem procurationem fieri feci, et mei sigilli munimine roborari.

1274. Iun.

Dat. Rotemburc, anno Domini 1274. in crastinum dominice qua cantatur Quasi- 15 modogeniti; regni nostri anno 1.

TRACTATUS.

Iun. 6.

In nomine Domini, Amen. Ego Otho sancti Guidonis Spirensis prepositus, regie aule cancellarius, gloriosissimi principis domini mei Rudolphi, Dei gratia regis Romanorum semper augusti, procurator et nuntius, habens ab ipso mandatum in forma sub- 20 scripta, presenti scripto confiteor, me privilegia nec non et iuramenta clare memorie Ottonis quarti, et quondam Frederici II. imperatorum, tunc regum Romanorum, non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte vitiata, sed in prima sui facie aureis bullis regum ipsorum, regie maiestatis impressis typario, consignata, diligenter inspexisse, de verbo ad verbum legisse, ac in theutonico idiomate, propter infrascriptos 25 nobiles exposuisse in consistorio vestro, sanctissime pater et domine, domine Gregori papa X. adstantibus vobis reverendis patribus Ioanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Penestrino, fratribus Bentivenga Albanensi, Petro Ostiensi, episcopis, Simone tituli sancti Martini in Montibus, Anchero tituli sancte Praxedis, Guillelmo tituli sancti Marci, Simone tituli sancte Cecilie presbyteris, Ottobono sancti Adriani, Iacobo sancte 30 Marie in Cosmidin, Gottifrido sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto sancti Eustachii, et Mattheo sancte Marie in Porticu diaconis, cardinalibus, et presentibus inibi venerabilibus patribus, Henrico Trevirensi, Guarnero Maguntinensi, Engueberto Coloniensi, Conrado Magdeburgensi, Giselberto Bremensi, archiepiscopis, Conrado Argentinensi, Leone Ratisbonensi, Brunone Brixinensi, Ottone Mindensi, Frederico Merseburgensi, Guidone 35 Misnensi, Ioanne Kimensi, Ildebrando Eistetensi, episcopis, et nobilibus viris Frederico burcravio[a] de Nurembercli, ac Gottifredo comite Seunensi. Tenores autem predictorum privilegiorum et iuramentorum, de verbo ad verbum tales sunt. (*Inseruntur iuramenta et confirmationes privilegiorum Ottonis IV. supra pag.* 205 *et* 206, *Friderici II. iuramentum primum „a.* 1213. 4. *Id. Iul. in capella in castro Egrae“ alteri consonum, et* 40 *confirmationes supra pag.* 224, 231, 232. *editae.*) De predictorum itaque archiepiscoporum, episcoporum, ac nobilium consilio, et expresso consensu, ego memoratus cancellarius omnia et singula in eisdem contenta privilegiis, eiusdem regis Rudolphi nomine ratifico, rata, et firma habeo, et ab aliis haberi volo, et eadem innovo, atque de novo concedo, promittens eodem nomine beato Petro, celestis regni clavigero, ac vobis patri 45 sanctissimo, eius successori, ceterisque vestris successoribus, et ecclesie Romane, ac iurans in animam ipsius regis Rudolphi, quod ipse per se, vel per alium, seu alios, non occupabit, nec invadet, in totum, vel in partem aliquam, terras ipsius ecclesie Romane, aut terras vasallorum eius, quas iure feudi, vel sub census, aut alterius prestationis titulo, sive alio quocumque modo tenent ab ipsa ecclesia, nec eas, vel earum aliquam, procura- 50 bit occupari per alium, seu alios, vel invadi: quin etiam nec ipsas, nec tenentes easdem, se vel terras ipsas sibi ultro volentes subicere, nec officium aliquod, aut dignitatem, vel quamcunque potestatem in terris eisdem, et specialiter in civitate Romana recipiet, sub quocunque colore, sine vestra, seu successorum vestrorum licentia speciali; et si qui

a) burclavio *hic et infra, Raynaldus.*

1274. Iun. 6. eas occupare, vel invadere tentarent, non solum denegabit illis auxilium, consilium, et favorem publicum, et occultum, verum etiam ad requisitionem vestram, vestrorumve successorum, adiutor erit contra illos in defendendis et conservandis eisdem. Item quod idem rex Rudolphus per se, vel per alium non offendet vasallos ecclesie, et specialiter magnificum principem dominum Carolum, regem Sicilie illustrem, seu heredes ipsius, nec 5 volentibus ipsum offendere prestabit consilium, auxilium, aut favorem publice, vel occulte; nec regnum Sicilie, quod idem rex Carolus ab eadem Romana tenet ecclesia, vel aliquam eius partem occupabit, aut invadet per se, vel per alium, aut occupari, vel invadi procurabit, nec invadere, aut occupare tentantibus prestabit auxilium, consilium, aut favorem publicum, vel occultum. Alios etiam devotos ipsius ecclesie, qui eidem ecclesie adstite- 10 runt contra predictum Fredericum, heredes, vel successores ipsius, propterea non gravabit; sed nihilominus favorabiliter prosequetur: vasallos autem suos, contra predictorum aliquod facientes, pro posse bona fide compescet. Servabit preterea, et faciet omnia et singula, que in canonibus positis 63. distinctione, quorum quidem canonum alter, *Ego Ludovicus*, alter vero, *Tibi domino pape*, incipit, continentur. Quodque idem 15 rex Rudolphus premissa omnia, tam in privilegiis ipsis contenta, quam alia, inviolabiliter observabit; ac de premissis omnibus et singulis observandis prestabit, tactis corporaliter sacrosanctis euangeliis, iuramentum; et privilegia per omnia, verbis tamen competenter mutatis, prout facti qualitas exigit, similia suprascriptis continentia, et nihilominus plene omnia alia, que preter privilegiorum premissorum tenores superius exprimuntur, 20 ac insuper ratificationem, confirmationem, innovationem ac novam concessionem omnium renunciationum, dimissionum, promissionum, pollicitationum, sponsionum, concessionum, cessionum, confirmationum et confessionum, quas tam dictus Fredericus II. quam alii reges, et imperatores Romani precedentes eundem, beato Petro apostolorum principi, summis pontificibus, qui pro tempore fuerunt, vel ecclesie Romane prestitisse noscuntur, 25 prefato apostolorum principi, ac vobis sanctissimo patri eius successori, ceterisque catholicis vestris successoribus et ecclesie Romane concedet, quandocunque per sedem apostolicam super hoc litteris fuerit, vel nuncio requisitus: et iuramenta etiam prestabit, et litteras super huiusmodi prestatione concedet, prout dicti reges Romanorum prestiterunt, ac concesserunt. Postquam autem Romam, ad recipiendum unctionem, coronationem, 30 seu imperiale diadema pervenerit, ipsaque perceperit, premissa omnia et singula innovabit, seu de novo faciet; ac sine aliqua difficultate iuramenta prestabit, que imperatores Romani hactenus prestiterunt. Item quod dictus rex Rudolphus bona fide, sine fraude et malo ingenio procurabit, quod omnes principes Alemannie laici promittent, et iurabunt, se bona fide curaturos, et facturos, quod ipse rex Rudolphus premissa omnia et 35 singula inviolabiliter observabit; et si, quod absit, ipse rex Rudolphus predicta non servaret, iidem principes in hoc ipsi aliquatenus non assistent. Tenor autem mandati, quod ab eodem rege Rudolpho recepi, per omnia talis est. (*Inseritur facultas regis supra pag.* 394.)

Acta sunt hec Lugduni in predicto consistorio, anno Domini 1274. mense Iunii, die Martis, 6. eiusdem mensis, pontificatus vestri anno 3. Porro ad certitudinem presentium 40 et memoriam futurorum de premissis omnibus presentes litteras fieri feci, et mei sigilli munimine roborari.

In nomine Domini, Amen. Nos Henricus Trevirensis, Guarnerus Maguntinus, Enguebertus Coloniensis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis archiepiscopi; Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otho Mindensis, Fridericus 45 Merseburgensis, Widego Missinensis, Ioannes Kimensis, Ildebrandus Eistetensis episcopi; Fredericus burcravius de Nuremberc, et Gotifredus comes Seunensis, presenti scripto fatemur, nos vidisse ac diligenter respexisse privilegia, nec non et iuramenta clare memorie Othonis IV. et quondam Frederici II. imperatorum, tunc regum Romanorum, non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte vitiata: sed in prima sui facie aureis 50 bullis regum ipsorum regie maiestatis impressis typario consignata, quorum tenores tales sunt. (*Sequuntur iuramenta et privilegia Ottonis IV. et Friderici II.*) Predicta quidem privilegia, et tenores iuramentorum, in consistorio vestro, sanctissime pater et domine Gregori divina providentia papa decime, assistentibus vobis reverendis patribus Ioanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Penestrino, Bonaventura Alba- 55

1274. Iun. 6.

nensi, Petro Ostiensi episcopis, Simone sancti Martini in Montibus, Anchero sancte Praxedis, Guillelmo sancti Marci, Simone tituli sancte Cecilie presbyteris, Othobono sancti Adriani, Iacobo sancte Marie in Cosmedin, Gotifredo sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto sancti Eustachii, Mattheo sancte Marie in Porticu diaconis, cardinali-
5 bus, ac nobis in vestra presentia inibi constitutis, per venerabilem virum Othonem sancti Guidonis Spirensis prepositum, domini nostri Rodulphi, regis Romanorum illustris, cancellarium et procuratorem lecta, et propter nos supradictos burcravium et comitem, qui nec litteras nec linguam latinam novimus, fideliter fuerunt exposita. Idem quoque cancellarius habens ab eodem rege Rudolpho potestatem et speciale mandatum subscripti
10 tenoris, de nostro consilio et assensu, omnia et singula in eisdem privilegiis et iuramentorum contenta tenoribus, eiusdem regis Rodulphi nomine ratificavit, rata et firma se habere, ac ab aliis haberi velle professus est; et eadem innovavit, ac denuo concessit.

Promisit insuper eodem nomine, ac iuravit in animam ipsius regis Rodulphi, quod ipse rex per se, vel per alium, seu alios, non occupabit, nec invadet in totum, vel in
15 partem terras ecclesie Romane, aut terras vasallorum eius, quas iure feudi, vel sub census, aut alterius prestationis titulo, sive alio quocumque modo tenet ab ipsa ecclesia etc. (*ut supra pag.* 395, 396 *lin.* 37.) *usque* anno primo).

Nos itaque memorati archiepiscopi et episcopi omnia premissa, que per eundem cancellarium acta sunt, de nostro, ut premittitur, consilio et assensu, habentes rata et firma, pro-
20 mittimus in verbo sacerdotis, et sacrosanctis euangeliis coram positis, ac nos prefati Fredericus et comes, eisdem euangeliis tactis promittimus et iuramus, nos bona fide curaturos, et facturos, quod idem rex eadem omnia et singula observabit plenarie, nec per se, nec per alium veniet contra ea, seu aliquod eorumdem. Et si quando, quod absit, secus facere attentaret, nos in hoc aliquo modo non assistemus eidem.
25 Acta sunt hec Lugduni in predicto consistorio anno Domini 1274. mense Iunii die Martis, 6. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno 3. Porro ad certitudinem presentium, et memoriam futurorum nos memorati archiepiscopi, episcopi, burcravius, et comes, presentes litteras fieri fecimus, et nostrorum sigillorum munimine roborari.

In nomine Domini, Amen. Nos Henricus Trevirensis, Guarnerus Maguntinus, Enge-
30 bertus Coloniensis, Conradus Magdeburgensis, Giselbertus Bremensis archiepiscopi, Conradus Argentinensis, Leo Ratisponensis, Bruno Brixinensis, Otho Mindensis, Fridericus Merseburgensis, Widego Misnensis, Ioannes Kimensis, Ildebrandus Eistetensis episcopi, Fridericus burgravius de Nurembere, et Gotfridus comes Seunensis, presenti scripto fatemur, nos vidisse, ac diligenter inspexisse patentes litteras principum imperii subscripti
35 tenoris, sigillis eorundem pendentibus consignatas, quarum tenor talis est:

„Nos principes imperii universis presentem paginam inspecturis. Ut tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis, seu etiam rancoris occasio inter ecclesiam et imperium, et ii duo gladii, in domo Domini constituti, intime dilectionis federe copulati exurgant in reformationem universi populi christiani; et merito mundo appareant, in
40 omnem exhibitionem iusticie et veritatis illa duo magna luminaria posita in medio firmamenti; et nos in opere et voluntate filii inveniamur omni tempore devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur, ac etiam unanimiter gubernare; quicquid ipsi sancte Romane ecclesie matri nostre factum est per dominum nostrum Fridericum, Dei gratia Romanorum regem semper augustum et regem Sicilie,
45 per privilegia, seu etiam scripta sua, pro omni discordia sopienda et evitanda in posterum, et pro pace totaliter reformanda pariter et observanda; ut sit in omnibus eisdem omni tempore idem velle et idem nolle, et nos bonorum operum sectatores, feliciter gaudeamus nostri nomine principatus, sicut olim ad petitiones et preces, nec non et mandatum predicti domini nostri regis Friderici tempore bone memorie domini Inno-
50 centii III. pape pro bono pacis ad omnia scandala evitanda, ipsi sancte Romane ecclesie super privilegiis ipsius regis sibi datis nostram tunc voluntatem prebuimus et consensum, sic nunc eandem voluntatem et consensum nostrum noviter innovamus, et per omnia approbamus. Et ut hec nostra voluntas, et approbatio, sive renovatio, a nobis ipsi sancte Romane ecclesie in perpetuum observentur, ut liqueat in effectu in testimonium illi,
55 et ad perpetuam memoriam nostri, hoc presens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum

1274. Iun. 6. sigillorum munimine roboratum, super omnibus privilegiis ab ipso rege, usque nunc sibi datis, et etiam adhuc dandis, tam super facto imperii, quam super facto regni Sicilie, ita quod imperium nihil cum dicto regno habeat unionis, vel alicuius iurisdictionis in ipso. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1220. Dat. apud Frankenfort in solemni curia 9. Kal. Maii, indictione 8.“ 5

Predicte quidem littere in consistorio vestro, sanctissime pater et domine Gregori divina providentia papa X. assistentibus vobis reverendis patribus, Ioanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Penestrino, Bonaventura Albanensi, Petro Ostiensi episcopis, Simone sancti Martini in Montibus, Anchero sancte Praxedis, Guillelmo sancti Marci, Simone tituli sancte Cecilie presbyteris, Ottobono sancti Adriani, Iacobo sancte Marie 10 in Cosmedin, Gotfrido sancti Georgii ad Velum aureum, Uberto sancti Eustachii, et Mattheo sancte Marie in Porticu diaconis, cardinalibus, ac nobis in vestra presentia inibi constitutis, per honorabilem virum O. sancti G. Spirensis prepositum, domini nostri Rudolphi regis Romanorum illustris cancellarium et procuratorem, lecte, et propter nos supradictos burcravium et comitem, qui nec litteras nec linguam latinam novimus, fideliter 15 fuerunt exposite. Prefate quoque littere erant non cancellate, non abolite, nec in aliqua sui parte vitiate, sed per omnia in prima sua figura.

Acta sunt hec Lugduni in predicto consistorio, anno Domini 1274. mense Iunii die Martis, 6. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno 3.

1274. Aug.

MANDATUM DE NEGOTIIS IMPERII ADMINISTRANDIS. 20

Prodiit ex autographo Pataviensi in Monumentis Boicis T. XXIX. P. II. pag. 509.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, fidelibus et dilectis nostris principibus, F.[1] Salzburgensi archiepiscopo, L. Ratisponensis, et P. Pataviensis ecclesiarum 25 episcopis, gratiam suam et omne bonum. Postquam vestre devocionis obsequia manuali homagio nobis facto liberaliter obtulistis nostre regie maiestati, ac a nobis iura nostrorum regalium iuxta morem Romani imperii suscepistis, deliberate concepimus, ut in vobis nostra consilia fiducialiter requiescant, nostraque negocia maxime, que a nobis personaliter geri nequeunt, vestre indubitate fide committantur. Sane cum pro reformacione 30 Romani imperii tractatus varii et diversi, cum diverse condicionis hominibus, necessario sint habendi, quibus omnibus propter locorum distancias, et plures inportunitates alias, quas portamus, personaliter non possumus interesse, vobis et cuilibet vestrum in solidum committimus, et committendo precipimus per presentes, quatenus cum baronibus, comitibus, liberis, ministerialibus, militibus, civibus et communitatibus civitatum, vestre pro- 35 vincie, super hiis que ad utilitatem et reformacionem imperii necnon ad comodum et honorem eorum qui vobiscum de huiusmodi colloquentur poterunt pertinere, quociens utile vobis visum fuerit, nostro et Romani imperii nomine conferatis, tractetis, statuatis, et ordinetis, prout vobis suggesserit fides vestra. Nos etiam sub presentis scripti testimonio et regie maiestatis honore promittimus, nos ratum, gratum, et firmum perpetuo 40 habituros, quicquid per vos vel unum ex vobis nostro nomine dictum, actum, promissumve fuerit previa ratione, cuicunque persone vel loco in vestra provincia constituto. In cuius rei testimonium presentes vobis damus litteras maiestatis nostre sigilli robore communitas.

Datum in Hagenaw, anno Domini 1274, 2. Nonas Augusti, indictione 2. regni no- 45 stri anno 1.

1) Friderico — Leoni — Petro.

MANDATUM DE IMMUNITATE CIVITATUM IMPERII.

1274. Sept. 20.

Proponimus illud ex authentico tabularii Turicensis apud Gerbertum in Cod. ep. Auctar. dipl. pag. **242**; *nec tamen indictionem sex-* 5 *tam, sed secundam, legendam esse patet.*

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis Romani imperii fidelibus, gratiam suam et omne bonum. Volentes dilectos cives nostros Thuricenses, ac omnes alias civitates nobis et imperio adtinentes, hac gratie prerogativa gaudere, ut nullus extra huiusmodi civitates super quacunque causa in iudicium evocetur, sed si quis 10 contra cives dictorum locorum aliquid habuerit actionis, coram iudice civitatis actione proposita, recipiat quod est iustum: singulis ac universis nostris officialibus, iudicibus et fidelibus damus presentibus in mandatis, ne contra presentis nostri decreti tenorem cives predictos extra suam civitatem super quacunque causa audeant evocare, in civitatibus singulis de civibus singulis iustitiam recepturi.

cf. supra pag. 229.

15 Datum Hagenovie, 12. Kal. Octobris, indictione 6. regni nostri anno 1.

CURIA NURENBERGENSIS.

1274.

Acta eius ex diplomatario Spirensi membr. in fol. min. circa annum **1300**. *exarato, quod codex minor vulgo audit, in Actis Palatinis T. IV. p.* **252**. *sqq. vulgata, iam ope eiusdem codicis a Boehmero nostro* 20 *iterum evoluti emendatiora sistimus. Charta pro principibus ecclesiasticis apud Hundium in Metropoli Salisb. et Falkenstein Cod. dipl. Nordgaviae p.* **61**. *extat. — Subiicimus litteras encyclicas, quibus eadem curia per aliquot tempus dilata esse videtur*[1].

Nov. 19.

In publico consistorio tempore sollempnis et regalis curie Nurenberc celebrate, consi- 25 dentibus principibus ac honorabili caterva comitum et baronum, maximaque multitudine

1) *Leguntur apud Gerbertum pag.* 29. Assumpto iam pridem divini dispensatione consilii, regii diademate principatus, cum ad hoc potissime nostra suspiret intentio, ut pax ecclesiis, concordia plebibus, et ubilibet moribus disciplina concrescerent, rei publice universali statu pacifice reflorente, ecce quod nostrorum principum tam ecclesiasticorum, quam secularium, communicato 30 consilio, in instanti proximo festo pasche apud talem locum solemnem curiam duximus edicendam. Cuius utique celebrationi magnifice, in decentia regii apparatus, si grata se nobis offerret habilitas, interesse nos plurimum delectaret. Verum quantumlibet super hoc nostra ferveat affectio, licet in hoc noster exardeat animus, pacis floride sitibundus, quia tamen venerabiles principes nostri charissimi, nuper de Romana curia redeuntes, nobis exposuerunt expresse, quod 35 ecclesiastici principes moram adhuc in concilio Lugdunensi facientes, non possunt eidem curie ob tam brevis angustiam temporis aliquatenus interesse, predictam curiam, de fidelium nostrorum consilio, ad proximum subsequens festum pasche decrevimus prorogandam; quia in tot et tam magnorum principum absentia, non expediens arbitramur, aut condecens, tam utilibus et tam arduis celebrandis solemniis nos involvi. Quia igitur ipsum negotium decoctio matura consilii 40 salutaris amplecti desiderat, nimie festinantie evitans precipitium ruinosum, sinceritatem tuam requirimus, in fidei debito, quo Romano imperio atque nobis astringeris, te monentes, quatenus principalis excellentie apparatu decenter accinctus, in festo predicto, predicte curie, loco predicto, tuam personalem presentiam studeas exhibere, ut ibi de bono rei publice statu, ac reformacione imperii, tractatus optimus et utilis habeatur.

1271. Nov. 19.

nobilium et plebeiorum astante coram serenissimo domino Rudolfo Romanorum rege ad exhibendum unicuique iusticie complementum; primo peciit rex sententialiter diffiniri, quis deberet esse iudex, si Romanorum rex super bonis imperialibus et ad fiscum pertinentibus, et aliis iniuriis regno vel regi irrogatis, contra aliquem principem imperii haberet proponere aliquid questionis? Et diffinitum fuit ab omnibus principibus et baronibus qui aderant, quod Palatinus comes Reni auctoritatem iudicandi super questionibus, quas imperator vel rex movere vult principi imperii, optinuit et optinet ex antiquo. Sedente itaque pro tribunali dicto Palatino comite, rex peciit primo sententialiter diffiniri, quid ipse rex de iure possit et debeat facere de bonis, que Fridericus quondam imperator, antequam lata esset principum deposicionis sentencia, possedit et tenuit pacifice et quiete, et de bonis alias imperio vacantibus, que bona alii per violenciam detinent occupata? Et sententiatum fuit, quod ipse rex de omnibus talibus bonis se debeat intromittere, et ipsa bona in suam retrahere potestatem; et si aliquis in recuperandis talibus bonis ipsi regi se opponere presumeret, iniuriosam violenciam regali potencia debeat repellere, et iura imperii conservare. Secundo peciit rex sententiari, quid iuris sit de rege Boemie, qui per annum et diem et amplius a die coronacionis regis Romanorum celebrate Aquisgranis contumaciter supersedit, quod feoda sua a rege Romanorum nec peciit, nec recepit? Et sententiatum fuit ab omnibus principibus et baronibus, quod quicunque sine causa legitima per negligenciam vel contumaciam per annum et diem steterit, quod de feodis suis se non pecierit infeodari, ipso lapsu temporis cecidit a iure omnium feodorum suorum. Tercio peciit rex sententiari, qualiter contra regem Boemie deberet procedere ad ipsius contumaciam reprimendam? Et sentencia fuit lata, quod Palatinus comes Reni per virum ingenuum ad certum locum et diem, videlicet infra sex septimanas et tres dies a die iudicii numerandos, deberet dictum regem citare, coram ipso Palatino questionibus regis super contumacia peremptorie responsurum; et si ingenuus electus ad citacionem faciendam assereret, et confirmaret proprio iuramento, quod ob metum, qui cadere potest in constantem virum, non auderet se ipsius regis Boemie conspectibus presentare, vel terram regis ingredi, sufficeret edictum publicum proponi in ipsa sollempni curia, et citacionem fieri publice in civitate vel oppido sepedicti comitis Palatini regno Boemie plus vicino. Ut autem omnia procederent ordinate, ad faciendam presentacionem citacionis sex septimanis et tribus diebus superadditis decem et octo diebus, in summa date sunt inducie prefato regi Boemie novem ebdomade, a duodecimo Kalend. Decembr. computande, ita quod decimo Kalend. Febr. ipse rex Boemie coram prefato comite Palatino Reni in Herbipolensi civitate debeat comparere, alioquin contra ipsum, prout ius permiserit, procedetur. Preterea ex decreto et consilio principum diffinitum est, quod dominus Romanorum rex ius debeat reddere de omnibus questionibus civilibus et criminalibus a coronacionis sue tempore [a] subortis, et que deinceps orientur; item de omnibus questionibus civilibus, que eciam ante sui coronacionem emerserunt, super hereditatibus, feodis, possessionibus, proprietatibus, nisi iudicio, transactione, vel composicione amicabili sint sopite. Item de spoliis, predis, iniuriis et dampnis datis tempore Friderici quondam imperatoris inter fautores pape et imperii, intendit dominus rex habere consilium et tractatum cum papa, qualiter fautoribus utriusque fiat, quod equum visum fuerit tam pape quam regi. Item rogat et consulit omnibus illis dominus rex qui predas, incendia et spolia commiserunt, a tempore mortis Friderici quondam imperatoris usque ad coronacionem ipsius regis, quod amicabiliter transigant et componant cum offensis; rogat eciam offensos, ut non sint nimis difficiles in recipienda composicione; alioquin deliberabit rex, quid expediat in hac parte. Inter hos autem censeri non debent, qui publici fuerunt predones, sanctarum et ecclesiarum, nec non bella publica exercebant; sed de talibus faciendum est iudicium sine mora. Item questiones iam mote coram rege vel suis officialibus debent fine debito terminari. Item diffinitum est, ut citaciones et edicta in curia et officialium suorum scribantur, et sigillis [b] iudicum consignentur, et per has litteras fides [c] de citacione facta sine aliqua alia probacione, nec pro citacione huiusmodi amplius quam sex Hallenses vel equivalens exigatur. Item monuit rex advocatos, ut componant amicabiliter cum hiis, quos indebite advocacie nomine pregravarunt, et nichil ultra debitum ab hiis, quorum advocati existunt, exigant vel re-

a) *ita correxi.* coronacione (c̄acoe) sui temporis *codex.* b) sigill̄ *codex.* c) f. sit de *Acta Pal.*

quirant, alioquin contra eos pro huiusmodi iniuria procedetur. Item statuit, quod in nulla civitate imperii debeant esse cives, qui phalburger vulgariter appellantur. Hiis omnibus presentes interfuimus nos principes ecclesiastici, videlicet Wernherus archiepiscopus Moguntinus, Babenbergensis, Eistadensis, Augustensis, Ratisponensis, Lubicensis, Misnensis, Chimiensis, et Tridentinus episcopi, Constanciensis et Herbipolensis electi, et abbas Morbacensis [a], quorum eciam sigilla de speciali mandato nostro presentibus sunt appensa, in evidens rei geste testimonium, ad erudicionem presencium et ad cautelam quorumlibet successorum.

1274. Nov. 19.

Acta sunt hec anno Domini 1274. 13. Kal. Decembr. indictione 3. regni nostri anno 2.

CONFIRMATIO LIBERTATIS PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM.

Nov. 21.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. A primordiis nostri solii sub illius nomine, per quem reges regnant, principes obtinent principatus, et a quo suscepimus nostre sublimationis auspicia, nostri regiminis dispositionem providimus taliter dirigendam, quod eos, per quos cepit, et in quibus consistit nostre glorie celsitudo, et qui in partem sollicitudinis sunt vocati nobiscum, ut a nostra celsitudine decus recipiant et decorem, et sub felicis nostri dominii novitate eiusdem [b] innovatione restaurationis refloreant, novo gratie nostre beneficio foveamus. Noscat igitur presens etas et successura posteritas, quod nos integre fidei puritatem et devotionis sincere constantiam, quam ecclesiastici principes per Romanum imperium constituti, ad nos et imperium nostrum habere noscuntur, benignius intuentes, pensantes quoque grata, que nobis et eidem imperio impenderunt, obsequia, et adhuc impendere potuerunt graviora, predictis nostris ecclesiasticis principibus universis et singulis in Romano imperio constitutis omnes libertates, donationes, indulgentias, gratias, atque iura, eisdem a divo recordationis Friderico ultimo Romanorum imperatore predecessore nostro, ante latam in eum excommunicationis et depositionis sententiam, et [c] a suis antecessoribus inclytis Romanorum imperatoribus et regibus, rite ac provide tradita et concessa, de benignitate regali [d] liberaliter innovamus, confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovationis et confirmationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire; quod qui facere presumpserit, gravem nostre indignationis offensam se noverit incursurum. In cuius rei certitudinem et perpetui roboris firmitatem, presens scriptum exinde conscribi, et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Nirnberg 11. Kal. Decembris, indictione 3. anno Domini 1274.; regiminis vero nostri anno 2.

a) Norbacensis *apogr.* b) eiusdam *ed.* c) etc. *ed.* d) reali *ed.*

CURIA SPIRAE.

1275. Mart.

Mart. 12.

Confirmavit in ea Rudolfus, Wernhero archiepiscopo Moguntino petente, Friderici II. constitutionem contra communiones civitatum supra pag. 286. *editam, et confoederationem cum principibus ecclesiasticis Fogiae anno* 1234. *Nov. renovatam, excepto tamen capite eius* 7. *de proscriptione excommunicatorum pag.* 236. *edito. Chartas inde confectas Dürrius in dissertatione inaugura lide comitiis a Rudolfo I. Habsburgico celebratis Maguntiae* 1778. *in* 4[to]. *pag.* 33. *et Falckenstein Cod. dipl. Nordg. pag* 61. *protulerunt, sed secundae tantum partem exprimere iuvabit.*

1275. Mart. 21.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus, tam presentibus quam futuris, gratiam suam et omne bonum. Noverint universi, nos litteras clare memorie domini Friderici II. Romanorum imperatoris vidisse sub bulla aurea sub hec verba: In nomine *etc.* Nos igitur devotis venerabilis Wernheri archiepiscopi Moguntini principis et archicancellarii nostri charissimi precibus inclinati, 5 ad imitationem divorum imperatorum et regum Romanorum, predecessorum nostrorum illustrium, omnia et singula prenotata, excepto illo articulo de proscriptione contra excommunicatos, prout superius est expressum, quem maturiori consilio definiendum duximus reservandum, de benignitate regia et ex certa scientia liberaliter innovamus, approbamus et confirmamus, et huius scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino 10 hominum liceat hanc paginam nostre innovationis, approbationis et confirmationis infringere, vel eidem ausu temerario contraire; quod qui facere forte presumpserit, gravem nostre indignationis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. 15

Datum Spire, 3. Idus Martii, indictione 3. anno Domini 1275. regni vero nostri anno 2.

1275. Mai.

CURIA AUGUSTAE.

Ad eam pertinere videntur litterae petentibus nobis ex codice bibl. Palatinae Vindobonensis inter Novos Nro. **309.** *signato fol.* **111.** *descriptae, quum curia Augustana vere tribus septimanis post pascha peractis celebrata sit, atque in ea abbatem Benedictoburanum regalia accepisse constet.* 20

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, venerabili abbati *talis loci* sibi dilecto, gratiam suam et omne bonum. Pacem generalem tocius circumposite regionis [a], 25 propter hoc teste Altissimo ad partes istas specialiter venimus, et de consilio venerabilium episcoporum, dilectorum principum, et aliorum nostrorum fidelium, quoddam [b] colloquium ad tres septimanas post instans [c] festum resurrectionis dominice *talis loci* indiximus [*] celebrandum. Ubi memoratos principes et fideles nostros, quos valde benivolos in his et paratos invenimus, nobiscum habebimus, et alios principes, comites et [d] barones, nec non 30 et comunia civitatum intendimus [e] et decrevimus advocandos, disponentes ad generalem pacem convertere intentionem nostram omnimodam et conatus. Quare prudentiam tuam omni affectu quo possumus requirimus et rogamus, tibi presencium auctoritate mandantes, quatenus predicta die ad predictum colloquium studeas te conferre, post [f] et principaliter feuda regalia . . . ecclesie, ut teneris, recepturus a nobis, et iuramentum fidelitatis 35 debite prestiturus, et postmodum tanquam princeps imperii ad pacem procurandam huiusmodi nobis inpensurus oportunum consilium, auxilium et iuvamen.

a) *supplenda vox fortasse:* zelantes. b) quodam *codex.* c) instantes festum resurectionis *c.* *) induximus *c.* d) et et *c.* e) *ita supplevi,* int . . *codex.* f) prius *legendum esse videtur.*

1275. Sept. 10.

SENTENTIA DE PRIVILEGIIS REGIIS NON INFRINGENDIS. 40

Ex Lünigii Reichsarchiv T. XVII. pag. **511.**

1275. Sept. 10.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus presentes litteras[*] inspecturis imperpetuum. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire, quia nobis nuper in civitate Oppenheim pro tribunali sedentibus, in conspectu regie nostre maiestatis sententialiter extitit iudicatum omnium astantium applaudente caterva, quod contra privilegia libertates et iura, que a divis imperatoribus et regibus Romanorum[**] nostris predecessoribus inclytis, ac a nobis concedi contigit ecclesiis nostre ditioni subiectis, nullius inferioris tribunalis auctoritas aliquas posset proferre seu promulgare sententias, ipsis privilegiis, libertatibus et iuribus preiudiciales aliqualiter aut nocivas. Qua utique data et approbata sententia, honorabili viro Alexandro de Bruneshovii canonico et procuratore alme Leodiensis ecclesie postulante constanter, a nobis sententiatum specialiter fuit ibidem, iudicio non dispari, pari forma, quod villico et scabinis Leodiensibus aliqua prorsus non adesset aut posset adesse facultas, contra immunitates, privilegia, libertates et iura eidem ecclesie Leodiensi ac aliis Leodiensibus ecclesiis a divis predecessoribus nostris imperatoribus et regibus Romanorum indulta, sententias aliquas proferendi, seu contra eadem aliquo modo vel impetu veniendi. Huius autem requisitioni et prolationi sententie interfuere presentes hi, quorum nomina subsequuntur: venerabilis E.[a] Wormaciensis et H.[b] Tridentinensis episcopi, et Wormaciensis et Spirensis decani, Carinthie et de Tecke[c] duces, E. comes de Katzenellinbogen, R. comes Hyrsutus, H. comes de Vriburch, Ph. de Hoënoch[d], et Th. filius eiusdem, Ph. de Bolandia[e] et complures alii.

Nos itaque prenotatam sententiam, utpote Deo et hominibus acceptabilem, approbantes et cupientes inviolabiliter observari, dilectis et fidelibus nostris villico et scabinis Leodiensibus sub obtentu gratie nostre suique honoris, presentium serie firmiter damus in mandatis, ne erga clerum eiusve familias in preiudicium privilegiorum suorum a nostris, ut dictum est, predecessoribus indultorum, innovatorum et confirmatorum a nobis, ex certa scientia ullas deinceps audeant promulgare sententias, per quas eis aliquod preiudiciale dispendium quomodolibet inferatur. Si enim, quod absit, secus evenerit, quicquid in contrarium attentaverit quorumcunque presumtuosa temeritas, hoc edicto regali decernimus irritum prorsus et inane, illosque vel illum, contra quos vel contra quem fortassis huiusmodi sententias proferri contigerit, per easdem in aliquo non ligari. Sed si per aliquos de familia cleri Leodiensis excessus aliqui fuerint perpetrati, per illos quorum interest de huiusmodi excessibus cognoscere, ipsis volumus iudicari[f], iuxta quod in privilegiis earundem ecclesiarum Leodiensium plenius est expressum. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum apud Oppenheim 4. Idus Septembris, indictione 3. anno dominice incarnationis 1275, regni vero nostri 2.

*) *deest in ed.* **) romanis *ed. bis.* a) Eberhardus. b) Heinricus. c) *ita correxi, adstipulante diplomate confirmationis privilegiorum Leodiensis ecclesiae eodem die dato;* Cotockin *ed.* d) hohenloch? e) *ita correxi;* bosand *ed.* f) indicari *ed.*

CONVENTUS LAUSANNENSIS.

1275. Oct.

Iuramentum in conventu isto Gregorio X. praestitum et confirmationem privilegiorum ad exemplum anteriorum regum editam, ex autographis iubente Sixto IV. collegit Platina, vulgavit Raynaldus ad a. **1275;** *addiditque transsumptum chartae principum supra pag.* **311.** *allatae, die* **12.** *Kal. Novembris a Rudolfo conditum.*

Oct. 20.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Rodulphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, vobis domino meo sanctissimo et patri charissimo Gregorio, divina providentia pape decimo, vestrisque successoribus, presentibus subscriptis prelatis, principibus, et nobilibus imperii, spondeo, polliceor, et promitto, et iuro, quod omnes pos-

1275. Oct. 20. sessiones, honores, et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam, et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo. Quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor: et quecumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. 5 Ad has pertinet tota terra que est a Radicophano usque Ceperanum, exarchatus Ravenne, Pentapolis, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mathildis, comitatus Brittenorii, cum adiacentibus terris, expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Ludovici. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam, cum omni iurisdictione, districtu, et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum coronam im- 10 perii, vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis, accipiam procurationem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Vobis etiam domino meo Gregorio pape et successoribus vestris omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores consueverunt sedi apostolice exhibere. Et si propter negotium 15 meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero predicta tam iuramento, quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus. Preter reverendum autem cetum dominorum cardinalium, videlicet venerabiles patres Petrum Ostiensem episcopum, Ancherum sancte Praxedis, G. tituli sancti Marci presbyteros, Othobonum sancti Adriani, Iacobum sancte 20 Marie in Cosmedin, Gotifredum sancti Georgii ad Velum aureum et Mattheum sancte Marie in Porticu diaconos cardinales, qui vobis tunc temporis assistebant, prelati, principes, et nobiles imperii, coram quibus iuravi, hi sunt: Ademarus Lugdunensis, Odo Mediolanensis, Bonifacius Ravennas, Iacobus Ebredunensis, Odo Bisuntinus archiepiscopi, Ioannes Leodiensis, Stephanus Parisiensis, Rodulphus Constantiensis, Henricus Basilien- 25 sis, Guillelmus Lausanensis, Henricus Tridentinus, Amedeus Valentinus, Raymundus Massiliensis, Aymo Gebennensis, Alanus Sistaricensis episcopi, Gerardus electus Virdunensis, Ludovicus comes Palatinus Rheni dux Bavarie, Fridericus dux Lotharingie, Conradus dux de Teche, Fridericus burcgravius de Nuremberch, Albertus et Burchardus comites de Hohenberch, Emicho et Fridericus comites de Liningen, Eberhardus comes 30 de Chazenellenpogen, Sigbertus comes de Werde, Thibaldus comes de Ferreto, Henricus comes de Vriburch, Ludovicus comes de Hohemberch, Hermannus de Sulz, Mangeldus comes de Nellemburch*, et Eberhardus comes de Habisburch. Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio, sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, vestrisque successoribus per nos et nostros successores Roma- 35 norum reges et imperatores observentur, firmaque semper et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostro iussimus sigillo communiri: promittentes nihilominus aliud de verbo ad verbum et per omnia simile, aurea bulla typario nostre maiestatis impressa munitum, infra tempus coronationis nostre vobis et sedi apostolice sine difficultate qualibet exhibere. 40

Actum in ecclesia Lausanensi anno Domini 1275. indictione 3. 13. Kal. Novembris anno 3.

Oct. 21. In nomine sancte et individue Trinitatis. Rodulphus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus. Ab eo solo, per quem reges regnant et potentes scribunt iusticiam, recognoscentes inestimabilem nostre promotionis gratiam, qui regali iam 45 in nobis culmine consummato, nos ad obtinendum imperialis glorie solium sua sola pietate disponens, ut non solum cum principibus sedeamus, sed ut illis presideamus, erexit; sancteque matris ecclesie, ac vestra, pater reverendissime domine Gregori divina providentia pape X. universa beneficia, quibus nos in benedictione dulcedinis prevenistis felicibus eiusdem promotionis nostre auspiciis, multiplicibus concurrendo favoribus, 50 et ipsam favorabilis prosecutionis auxiliis confovendo, attenta sollicitudine recensentes, reddimur corde soliciti, cogimur cogitare profundius, qua tante dignationis gratiam, digne saltem, prout humana insufficientia sufficit, gratitudine prosequamur. Illi ergo, a quo cuncta procedere novimus, et humiliter confitemur, quod ab eo recepimus, offerentes ei et apostolice sedi ac vestris obsequiis, nos quicquid possumus, quicquid sumus, 55

*) nellemberch *ed.*

in perpetuum humili voto et in incommutabili proposito devovemus: vobisque, beatis- 1275. Oct. 21.
sime pater, et omnibus successoribus vestris catholicis, ac eidem sancte Romane ecclesie
speciali matri nostre omnem obedientiam, honorificentiam, atque reverentiam semper
humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri, reges et impe-
5 ratores catholici, vestris antecessoribus impendisse noscuntur; nihil exinde volentes dimi-
nui, sed magis augeri, ut nostra magis devotio enitescat. Illum igitur abolere volentes
abusum, quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse noscuntur et di-
cuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sancimus, ut electiones prelatorum
libere et canonice fiant, quatenus ille preficiatur ecclesie viduate, quem totum capitulum
10 vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum: dummodo nihil desit de canonicis
institutis. Appellationes autem in negotiis et causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam
libere fiant; earum prosecutionem, sive processum nullus impedire presumat. Illum
quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prela-
torum, aut etiam ecclesiarum vacantium, nostri cōnsueverunt antecessores committere
15 pro motu proprie voluntatis. Omnia vero spiritualia, vobis et aliis ecclesiarum prelatis
relinquimus libere disponenda, ut que sunt cesaris, cesari, et que sunt Dei, Deo recta
distributione reddantur. Super eradicando autem heretice pravitatis errore auxilium da-
bimus et operam efficacem.

Possessiones etiam, quas Romana ecclesia recuperavit, ab antecessoribus nostris seu
20 quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus, et ipsam ad eas obti-
nendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum
erimus pro viribus adiutores; et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate
ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, que est a Radicofano usque
Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mathildis, comi-
25 tatus Brittenorii, exarchatus Ravenne, Pentapolis, Massa Trabaria, cum adiacentibus ter-
ris, et omnibus aliis ad Romanam ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana eccle-
sia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu, et honore suo. Veruntamen cum
ad recipiendum coronam imperii, vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vo-
cati venerimus, de mandato summi pontificis, recipiemus procurationes sive fodrum ab
30 ipsis. Omnia igitur supradicta, et quecumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam,
de voluntate et conscientia, consilio et consensu principum imperii, libere illi dimitti-
mus, renuntiamus, et restituimus: nec non ad omnem scrupulum removendum, prout
melius valet et efficacius intelligi, concedimus, conferimus et donamus, ut sublata
omnis contentionis et dissensionis materia, firma pax et plena concordia inter ecclesiam
35 et imperium perseverent. Adiutores erimus ad retinendum et defendendum ecclesie Ro-
mane regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus, tam citra Farum, quam ul-
tra: necnon Corsicam et Sardiniam, ac cetera iura, que ad eam pertinere noscuntur,
tamquam devotus filius et catholicus princeps. Promittimus quoque beato Petro celestis
regni clavigero, ac vobis patri sanctissimo, ipsius beati Petri, ceterisque vestris successo-
40 ribus, et eidem ecclesie Romane, quod per nos, vel per alium, seu alios non occupabi-
mus, nec invademus in totum, vel in partem aliquas terras ipsius ecclesie Romane, aut
vasallorum eius, quas iure feudi, vel sub census seu alterius prestationis titulo, sive alio
quocumque modo tenent ab ipsa ecclesia: nec eas, vel earum aliquam procurabimus oc-
cupari per alium, seu alios, vel invadi. Quin etiam nec ipsas, nec tenentes easdem se
45 vel terras ipsas nobis ultro volentes subiicere; nec officium aliquod, aut dignitatem, vel
quamcumque potestatem in terris eisdem, et specialiter in civitate Romana, recipiemus
sub quocumque colore, sine vestra seu successorum vestrorum licentia speciali. Et si
qui eas occupare, vel invadere tentarent, non solum denegabimus illis auxilium, consi-
lium, et favorem publicum et occultum, verum etiam ad requisitionem vestram, vestro-
50 rumve successorum, adiutores erimus contra illos in defendendis et conservandis eisdem.

Nec offendemus per nos, vel per alium vasallos ecclesie ipsius, et specialiter magni-
ficum principem dominum Carolum regem Sicilie illustrem, seu heredes ipsius: nec
volentibus ipsum offendere prestabimus auxilium, consilium, vel favorem, publice vel
occulte. Nec regnum Sicilie, quod idem rex Carolus ab eadem Romana tenet ecclesia,
55 vel aliquam eius partem occupabimus, aut invademus per nos, vel per alium, aut
occupari, vel invadi procurabimus: nec invadere, aut occupare tentantibus prestabimus
publicum vel occultum auxilium, consilium, aut favorem. Alios etiam devotos ipsius

1275. Oct. 11. ecclesie, qui eidem ecclesie astiterunt contra quondam Fredericum olim Romanorum imperatorem, heredes, aut successores ipsius, propterea non gravabimus; sed nihilominus favorabiliter prosequemur. Vasallos autem nostros, contra predictorum aliquod facientes, compescemus pro viribus bona fide. Servabimus preterea, et faciemus, omnia et singula, que in canonibus positis 63. distinctione, quorum quidem canonum alter: *Ego Ludovicus*, alter vero: *Tibi domino pape*, incipit, continentur. Postquam autem Romam ad recipiendam unctionem, coronationem, et imperiale diadema pervenerimus, ipsaque perceperimus, premissa omnia et singula innovabimus, seu de novo faciemus: et sine aliqua difficultate iuramenta prestabimus, que imperatores Romanorum hactenus prestiterunt.

Promittimus insuper, quod bona fide, sine fraude ac malo ingenio procurabimus, quod omnes principes Alemannie laici promittent et iurabunt, se bona fide curaturos et facturos, quod nos premissa omnia et singula inviolabiliter observemus; et si, quod absit, eadem non servaremus, ipsi principes nobis in hoc aliquatenus non assistent. Ut autem hec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, vestrisque successoribus, per nos et nostros successores, Romanorum reges et imperatores, observentur, firmaque semper et inconvulsa permaneant, presens privilegium conscriptum nostro iussimus sigillo cereo communiri: promittentes nihilominus aliud de verbo ad verbum, et per omnia simile, aurea bulla, typario nostre maiestatis impressa, munitum infra tempus coronationis nostre vobis et sedi apostolice sine difficultate qualibet exhibere. Testes hi sunt: Ademarus Lugdunensis, Bonifacius Ravennas, Odo Bisuntinus, et Iacobus Ebredunensis, archiepiscopi; Stephanus Parisiensis, Henricus Basiliensis, Ioannes Leodiensis, et Amedeus Valentiniensis episcopi; Ludovicus comes Palatinus Rheni dux Bavarie, Philippus dominus Carinthie *etc.* (*ut supra pag.* 404.)

Acta sunt hec anno Domini 1275. indictione 4. regnante domino Rodulpho Romanorum rege glorioso, regni eius anno tertio. Signum domini Rodulphi Romanorum regis invictissimi.

Dat. Lausane per manum Henrici episcopi Tridentini regalis aule protonotarii 12. Kal. Novembris.

1276. Mart. 29.

SENTENTIA DE FEUDO NON REQUISITO.

Proponimus eam ex Cl. Güntheri codice diplomatico Rheno-Mosellano T. II. pag. 413.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Existentibus nobis apud Bopardiam dominica qua cantatur: Domine ne longe, ac venerabilium Maguntini, Treverensis, et Coloniensis archiepiscoporum, dilectorum nostrorum principum, aliorumque comitum, magnatum, nobilium, et imperii fidelium, copiosa caterva ibidem presentibus, ad instanciam memorati Trevirensis archiepiscopi per nobilem virum Reinhardum de Hagenoya, dilectum nostrum fidelem, petitum fuit cum instantia per communem omnium sententiam diffiniri: quid iuris esse debeat, si vasallus ipsius, existens in provincia et facultatem habens ipsum archiepiscopum adeundi, ab ipso infra unius anni spacium feodum non requirit? Et deliberato dictorum . . . Maguntini et Coloniensis archiepiscoporum, ac aliorum baronum, magnatum, nobilium, et imperii fidelium, tunc presentium consilio, est sententialiter ab omnibus approbatum, quod dictus archiepiscopus feodum huiusmodi a vasallo sibi retrahere valeat, detinendum unius anni spatio sine possessionum huiusmodi et fructuum earundem qualibet lesione, ut infra dicti temporis spatium veniente vasallo et feodum obtinente legitime, idem feodum suum absque diminutione recuperet, ultra anni spatium nullatenus audiendus. Preterea est sententialiter diffinitum, quod etsi vasallus feodum huiusmodi in alium transtulerit, nichilominus tamen ipse archiepiscopus, feodi dominus, ad se feodum huiusmodi revocabit sub modo et forma, qui de vasallo superius sunt expressi; et si ob potentiam possessoris feodi idem archiepiscopus illud

commode revocare non valeat, est communi omnium sententia approbatum, quod nos auctoritate regia ipsi archiepiscopo ad temeritatem et violentiam huiusmodi reprimendam assistere debeamus. Nos autem huiusmodi sententias, utpote rite et rationabiliter promulgatas, gratas habentes et ratas ac ipsas nichilominus approbantes, eas presentibus confirmamus, dantes predicto archiepiscopo has nostre serenitatis litteras in testimonium super eo. 1276. Mart. 29.

Datum die et loco predictis, anno Domini 1276. regni vero nostri anno 3.

TRACTATUS CUM OTAKARO REGE BOHEMIAE.

1276. 1277.

Chartae ad eum pertinentes in tabulario Caesareo Vindobonensi adservatae, a Gerberto in codice dipl. Rudolfi publici iuris factae, iam vero secunda addita, iterum prodeunt. Arbitrium primus Leibnitius in codicis gentium diplomatici Mantissa ex apographo vulgaverat; multo tamen melius Rauchius in appendice T. III. historiae Austriacae ex authentico edidit; quo etiam inspecto, nos apographum circa annum **1300.** *exaratum in codice bibl. Mellicensis J.* **8.** *membr. in fol. nacti, lectiones eius praecipuas editioni Rauchianae subiunximus.*

ARBITRIUM.

1276. Nov. 21.

Nos Berhtoldus Herbipolensis, Bruno Olomuzensis episcopi, Luodewicus comes Palatinus Reni dux Bawarie, . . marchio Brandeburgensis, arbitri dominorum Romanorum et Boemie regum, super questionibus que inter ipsos super diversis terris et principatibus vertebantur, arbitrando [a] pronuntiamus, quod revocentur et retractentur, immo revocate sint, omnes sentencie proscripcionis, excommunicacionis, interdicti, privationis, et quecumque alie promulgate contra dominum Otakarum regem Boemie et adherentes sibi, quocumque nomine censeantur. Item pronunciando arbitramur, quod inter ipsos Romanorum et Boemie reges plena sit concordia, pax firma, et sincera reconciliacio, sine qualibet capcione; et [b] servitores utriusque regum, quocumque nomine censeantur, huiusmodi paci concordie ac reconciliacioni cum sinceritate firmissima includantur, castris eorum, municionibus, possessionibus et hominibus, contra ius ab alterutro regum ipsis ablatis vel a suis, cum integritate debita restitutis. Item arbitramur, quod dominus O. rex Boemie cedat simpliciter et precise omni iuri quod habebat vel habere videbatur in terris et hominibus, cuiuscumque condicionis existant, Austria videlicet, Styria, Karinthia, Carniola, Marchia, Egra et Portu Nahonis [c]. Item arbitramur, quod deinceps non impediat archyepiscopos, episcopos, comites, barones [d], ministeriales, et quoscumque alios quocumque nomine nuncupentur, in possessionibus castris, municionibus, iuribus et hominibus eorum, sitis in terris superius nominatis. Item pronunciamus liberos et solutos omnes utriusque partis obsides et captivos et fideiussiones [e*], quocumque nomine censeantur. Item pronunciamus, quod dominus R. [e] serenissimus Romanorum rex, exceptis terris et hominibus supradictis, infeudabit dominum O. regem Boemie et liberos suos de omnibus feudis, videlicet Boemia, Moravia, et aliis quibuscumque, que progenitores sui et ipse ab imperio de iure noscuntur hactenus tenuisse [f]. Et ut predicta pax concordia et reconciliacio firmitatem perpetuam obtineant, et partes mutuo se sincerius diligant, et coniuncti efficacius in plena amicicia solidentur [g], pronunciamus arbitrando, quod dominus O. Boemie rex tradat suam filiam . . . [h] in uxorem . . . [i] filio domini R. regis Roma-

a) arbitrato *cod. Mellicensis.* b) ac *M.* c) portus Naonis *M.* d) c. et b. *M.* e) noster *M.* e*) fideiussores *M. recte.* f) habuisse *M.* g) sollidentur *M.* h) Chunegundim *M.* i) Hartmanno *M.*

1276. Nov. 21. norum, et iam dictus O. Boemie rex dabit seu eciam resignabit simpliciter et precise domino R. regi Romanorum terras et possessiones in Austria, quas hactenus proprietatis vel feudi tytulo tenuit vel sua pecunia comparavit; et easdem terras sive possessiones dominus rex Romanorum suo filio . . . obligabit pro quadraginta milibus marcarum argenti, quas eidem filio in donacionem propter nuptias deputabit; salvis in utroque casu 5 archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis hominibus quibuscumque, iure quod in castris, municionibus, possessionibus [a] et feudis, que vacare ceperunt [b] eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt; et eandem terram dominus rex Romanorum vel successor ipsius qui pro tempore fuerit, ab ipso filio suo . . . [c] redimet [d] pro pecunia nominata [e]; et si idem filius sine herede decesserit, predicta 10 bona apud imperium remanebunt, nec ad uxorem ipsius, filiam regis Boemie, quicquam de bonis huiusmodi devolvetur. Item dominus noster R. Romanorum rex tradet [f] suam filiam . . . in uxorem . . . [g] filio domini O. regis Boemie, et dabit rex Romanorum filio regis Boemie quadraginta milia marcarum argenti dotalicii nomine, et pro illis obligabit sibi redditus quatuor milium marcarum argenti in terra Austrie ultra Danubium 15 versus Boemiam Moraviam et Ungariam, Chremsa et Stein opidis cum suis attinenciis dumtaxat exceptis [h]; salvis etiam in hoc casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus, et aliis hominibus quibuscumque, iure quod in castris, municionibus, possessionibus, et feudis, que vacare ceperunt eisdem [i] in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt; et si quid defuerit de summa superius iam expressa in 20 redditibus dicte terre, supplebitur in alia parte Austrie citra Danubium, prout nos quatuor arbitri duxerimus ordinandum vel qui a partibus nobis fuerint subrogati; et si aliquid superfuerit, hoc Romanorum regi et imperio sine difficultate qualibet remanebit. Verum [k] si filius regis Boemie sine herede decesserit, dicta terra ultra Danubium penes regem Boemie tytulo pignoris remanebit, nec ad uxorem ipsius . . . filiam regis Roma- 25 norum, quicquam de bonis huiusmodi devolvetur, et dominus rex Romanorum vel successores ipsius dictam terram redimendi pro quadraginta milibus marcarum argenti a rege Boemie habebunt liberam facultatem. Inter cetera specialiter arbitramur, quod dominus noster rex Romanorum recipiat specialiter in suam graciam et favorem Baltramum et magistrum Chunradum notarium, cives Wiennenses, cum suis parentibus et 30 amicis, et civitatem Wiennensem cum omnibus civibus et hominibus iuribus et possessionibus ipsis attinentibus, nec permittet [l] eos indebite molestari; libertatibus privilegiis et immunitatibus eorum per omnia reservatis; revocatis omnibus latis sentenciis contra eos [m]. Item specialiter arbitramur, quod magister Ulricus notarius in ecclesia Wiennensi [n] per regem Boemie presentatus, notarii, capellani et alii clerici in terra Austrie, Styrie 35 et alibi, ecclesias vel ecclesiastica beneficia et possessiones alias obtinentes, contra ius nullatenus offendantur, possessione vel quasi preter [o] iuris ordinem spolientur. Item pronunciamus arbitrando, quod illustris rex Ungarie cum suis quo [p] ad plenam amicitiam cum domino rege Boemie ac suis presenti concordie includantur [q]; ita quod quicquid de castris, civitatibus, municionibus, iuribus et possessionibus et hominibus regis Ungarie 40 tenet vel possidet rex Boemie sive sui, sine difficultate qualibet restituat et dimittat libere absoluta, nec deinceps impediat in eisdem; et hoc idem pro rege Boemie et suis per regem Ungarie et suos erit sine capcione qualibet observandum; salvis utrique regum terrarum suarum limitibus et terminis, sicut ab antiquo tempore sunt distincti. Et quicumque regum eorundem dicte pacis et concordie fuerit violator, contra talem dominus [r] 45 rex Romanorum observanti pacem et concordiam, assistet consilio auxilio et favore. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris placuit communiri.

Actum in castris ante Wiennam, anno Domini 1276. 11. Kalend. Decembris. Et quia H. lantgravius de Hassia premissis interfuit, sigillum suum presentibus est adiectum.

Nov. 26.

CONFIRMATIO REGUM. 50

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum, et Otakarus Boemie reges, universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, noticiam subscriptorum. Quia conditionis humane fragilitas omnium non potest habere memoriam, nichilque in ea stabile perse

a) m. et p. *M.* b) contigerant *M.* c) Hartmanno *M.* d) redimat *M.* e) memorata *M.* f) tradat *M.* g) Wentzelao *M.* h) exclusis *M.* i) q. eis v. ceperint in eisdem *M.* k) Quod *M.* l) permittat *M.* m) ipsos *M.* 55 n) n. ad ecclesiam wiennensem *M.* o) propter *M.* p) quod *M.* q) includatur *M.* r) d. noster r. R. *M.*

verat, neccessarium et utile est, ut vite presentis negotia, ne oblivionis caligine obfuscentur, fideli scripture testimonio in thesauris memorie fideliter reponantur. Noscant igitur tam presentes quam posteri, quod cum nos predicti reges, de omni questione seu causa que super principatibus sive terris Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Portus Naonis, et Egre, ac ministerialibus, iuribus et terrarum ipsarum attinentiis universis, inter nos hinc inde non sine magno dispendio movebatur, compromisissemus, nos Rudolfus Romanorum rex, pro nobis imperio atque nostris in Bertoldum Herbipolensem episcopum et Ludovicum comitem Palatinum Reni ducem Bawarie, nos autem Boemie rex pro nobis et nostris in Brunonem Olomucensem episcopum et Ottonem marchionem Brandenburgensem, venerabiles et illustres principes, tamquam in arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, prout hec in instrumentis super eo confectis plenius continentur, iidem arbitri arbitratores seu amicabiles compositores, in presentia venerabilium Wernheri Maguntini et Friderici Salzburgensis archiepiscoporum, et Bertoldi Babenbergensis, Leonis Ratisponensis, Petri Pattaviensis, Chunradi Frissigensis, Brunonis Brixiensis, Dittrici Gurcensis, et Iohannis Chymensis, episcoporum, ac eorumdem applaudente sententia, consilio et consensu, auctoritate compromissi diffinierunt causam seu questionem huiusmodi in hunc modum: Nos Bertoldus (*etc. ut supra, insertis nominibus p.* 407 *l.* 21 Otto, *l.* 45 Chunegundim, *l.* 45 *et p.* 408 *l.* 10 Hartmanno *et l.* 13 Wenceslao). Nos autem Rudolfus Romanorum et Otakarus Boemie reges predicti, ordinationem, pronunciationem, arbitrium sive dictum supradictorum arbitrorum, arbitratorum, seu amicabilium compositorum sub forma prehabita, de consilio et approbatione supradictorum principum tam concorditer promulgatum, approbantes seu emologantes expresse, ipsique perpetuo stare volentes, id a nostris successoribus inviolabiliter volumus observari. In cuius emologationis expresse evidens argumentum, sigilla nostra una cum predictorum arbitrorum arbitratorum seu amicabilium compositorum, et illustris H. lantgravii Hassie, qui premissis interfuit, sigillis presentibus sunt appensa.

Actum et datum in castris ante Wiennam, anno Domini 1276. 6. Kal. Decembris.

1276 Nov. 26.

TESTIMONIUM.

Dec. 30.

Nos L. Ratisponensis episcopus, L. comes Palatinus Reni dux Bawarie, H. landgravius Hassie, universis presentes litteras inspecturis, noticiam subscriptorum. Veritatis amica simplicitas, dolo et fraudibus inimica, nos inducit, ut oblivioni, que veritatis posset esse obstaculum, per ea, que vidimus, quibus interfuimus, et nobis mediantibus sunt tractata, cautela provida et oportuno testimonio occurramus, ne ipsa veritas per nostri absenciam valeat absorberi. Hinc est, quod cum inter serenissimum dominum nostrum Rudolfum Romanorum regem semper augustum ex una parte, et magnificum Ottokarum regem Boemie ex parte altera, super diversis principatibus, terris, castris, municionibus, et hominibus, questionis materia verteretur, et utrinque fuisset eatenus aggravata, quod non tantum rerum temporalium, immo animarum fidelium periculum timebatur: talis inter dictos reges compositio intercessit, nobis et reverendis patribus B. Herbipolensi, et B. Olomucensi episcopis, et illustri principe O. marchione Brandenburgensi, et viro nobile Fr. burggravio de Nurnberg mediantibus, quod magnificus princeps, dominus O. rex Boemie, renunciaret simpliciter et precise, sicut et postmodum fecit publice, principatibus, et terris, castris, municionibus, possessionibus, et hominibus, cuiuscunque condicionis existunt, Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Egre, et Portunahonis, et omni iuri, si quod ei in predictis vendicionis, permutacionis, feudi, vel quocunque alio titulo competebat, vel competere videbatur. Et serenissimus dominus Rf. Romanorum rex, infeudaret, sicut et hylariter adimplevit, dominum O. inclytum regem Boemie, regno Boemie, marchionatu Moravie, et aliis feudis, que progenitores sui ab imperio noscuntur hactenus tenuisse, aliis et inter ipsos reges pactis et convencionibus intervenientibus, que in litteris, super eis confectis, plenius continentur, quibus omnibus nos interfuisse, presentibus litteris profitemur, et testimonium in nostras consciencias perhibemus, predicta omnia ita esse facta, et per dictum regem Boemie ad manus gloriosissimi domini nostri Rud. Romanorum regis voluntarie consummata, et liberaliter approbata. In cuius rei testimonium ad eternam rei memoriam presentes litteras sigillis nostris placuit communiri.

Dat. Wienne 3. Kal. Ianuarii, indictione 5. anno Domini 1276.

1276. 1277.

CURIA WIENNAE.

Pertinent ad eam constitutio pacis in Austria, pridem a Leibnitio ex apographo quodam in Mantissa Codicis iuris gentium II. p. 98. *edita, tum in Monumentis Boicis* 1) *T. XXIX. P. II. pag.* 517. *ex authentico tabularii Pataviensis,* 2) *ibid. T. XXVIII. P. II. p.* 401. *ex diplomatario Pataviensi vulgata; quorum ad fidem, collato* 3) *apographo bibliothecae monasterii Mellicensis in Austria in codice J.* 8. *signato mbr. in fol. anni circiter* 1300, *editionem nostram instituimus. Sententia contra infeodationem episcoporum irrequisito capituli consensu, in Riedii codice dipl. T. I. p.* 545. *atque in Monumentis Boicis T. XXIX. P. II. p.* 520. *ex autographis duobus Ratisbonensi et Pataviensi, in Mon. Boicis T. XXVIII. P. II. p.* 406. *ex diplomatario Pataviensi vulgata est. Sententiam de obligatis ad obstagium nec solventibus, ubicumque iudicandis, a Wenckero in Apparatu archivorum p.* 185. *ex charta haud dubie civitatis Argentoratensis editam, Boehmerus noster in vocibus astrinxit, Settoniensis et Chymensis ope extractus in Limnaei Iuris publ. lib. VII. cap.* 3. §. 34. *nota correxit. Chartas ad pacem cum Otakaro facientes a Gerberto vulgatas, ex authenticis tabularii Caesarei Vindobonensis emendavit Chmelius noster. Litteras legato Venetorum redeunti datas ex libro Commemoriali rei publicae Venetae iam in tabulario Vindobonensi adservato T. I. fol.* 384. *exscribi fecimus. Confirmationem immunitatis episcoporum qui regi in expeditione Austriaca subsidium tulerant, ex autographo Pataviensi in Mon. Boicis T. XXIX. P. II. p.* 522. *et ex diplomatario Pataviensi ibid. T. XXVIII. T. II. p.* 407. *legimus.*

1276. Dec. 3.

CONSTITUTIO PACIS IN AUSTRIA.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, omnibus in perpetuum. Cupientes statum bonum veterem reformare et emergentia in melius commutare, ius suum unicuique tribuere, prout imperialem respicit maiestatem, formam pacis, ad consilium principum tam ecclesiasticorum quam secularium, comitum, baronum, ministerialium terrarum Austrie, Stirie, Karinthie et Karniole, deinceps sub tenore inferius annotato, districte precipimus observari. Quicquid dampni factum est tempore gwerre, nostre [a] videlicet et incliti regis Boemie [b], in bello publico, vel ad mandatum nostrum vel motu proprio nostrorum servitorum, videlicet a festo nativitatis sancti Iohannis Baptiste anni Domini millesimi ducentesimi septuagesimi sexti usque ad presentium publicationem, de hoc iudices non habebunt potestatem aliquam iudicandi; sed erit in gratia nostra, qualiter nostris resarciamus servitoribus dampna sua. Item si servitores alterius nostrum [c] se mutuo offenderunt, de talibus dampnis habebunt potestatem iudices iudicandi secundum terre consuetudinem hactenus approbatam. Item habebunt potestatem iudices iudicandi de dampnis illatis monasteriis, viduis, orphanis, hospitalibus, et aliis personis miserabilibus, qui [d] dicte guerre participes non fuerunt; hoc adhibito moderamine, quod supradicte persone se non reddant difficiles sive graves, si lesores voluerint componere cum offensis, et talem compositionem iudices non inpediant, immo promoveant, quantum possunt bona fide. Item quicumque ad iudicem fuerit evocandus, coram quo causa fuerit agitanda, citabitur litteris iudicis, pro quibus quatuor denarios notario tantum dabit; et si citatus negaverit se citatum, hoc iuramento declarabit, alioquin habebitur pro citato.

a) nostri 3. b) boemorum 1. c) alterutrum 3. d) *ita* 1. 3. que 2.

Item quicquid terminatum est coram iudice competenti iuris ordine observato, hoc habebit perpetuo firmitatem. Quicquid vero per vim, metum, et per impressionem regis Boemie, vel aliorum maiorum terre, vel gerentium vicem regis, vires nullatenus obtinebit, sed ad statum debitum reducetur, secundum ius et terre consuetudinem approbatam. 5 Item si tempore illo quo non fuit iudicium in terra, aliquis pretermisit ius suum prosequi, huic cursus temporis et prescriptionis exceptio, si deinceps ius suum prosequi voluerit, non nocebit. Item si convictum legitime coram iudicio de aliquo crimine aliquis in suum domicilium scienter receperit, nisi iuramento potuerit innocentiam declarare, vice rei satisfaciet conquerenti, et nichilominus convictum dimittat sine mora, et iudici 10 penam solvet iuxta terre consuetudinem approbatam. Item nullus inpediet principes, archiepiscopos, episcopos, abbates, prepositos, vel alios prelatos, comites, barones, ministeriales, et quoscumque alios, quin cum suis vassallis [a], propriis hominibus, et aliis suis subditis, faciant quod viderint expedire, et quod fuerit consonum rationi. Item nullus recipiat et teneat homines proprios alicuius vel alio iusto titulo alteri attinentes, contra 15 domini voluntatem; salvis iuribus, libertatibus et privilegiis civitatum, municipiorum, seu aliarum communitatum, eis competentibus ex imperiali munificentia, et terrarum principibus, et approbata consuetudine ex antiquo. Et si receptus non inficiatur se domino attinere, receptor dimittat et restituat sine mora per iudicem ad instantiam domini requisitus; alioquin receptor pene nomine solvet [b] decem libras et iudici nichilominus 20 quinque libras, et iudex compellet [c] ad solutionem huiusmodi receptorem. Si vero negaverit conquerenti domino attinere, receptor pro ipso coram competenti iudice respondebit iuris ordine pro recepto; et si in utroque casu causa pendente domino occurrerit, tenendi eum vel captivandi habebit [d] liberam facultatem, et propter hoc penam aliquam non incurret. Item districtissime inhibemus, ne quisquam teneat homines alterius titulo 25 qui dicitur muntman; et si receptor per dominum requisitus, non absolverit vel dimiserit sic receptum, solvet domino quinque libras, et ad solutionem talis pene et liberationem ipsius recepti receptor per iudicem compellatur. Item contra homicidas iudices non procedant usque ad anni spacium a nativitate Domini proxime nunc ventura, et interim homicide componant amicabiliter cum offensis. Alioquin fiet iustitia conquerenti. 30 Item strictissime prohibemus [e], ne fiant pignorationes vel alie iniurie cuicumque sine auctoritate iudicis conpetentis; alioquin contrafaciens secundum ius et terre consuetudinem puniatur. Item auctoritate imperiali tollimus et finaliter irritamus omnes mutas [f], thelonea, vectigalia, et pedagia, de novo imposita per aquas et per terras, antiquis secundum terrarum consuetudinem ab antiquo hactenus observatam in suo robore duraturis; 35 alioquin contrafaciens se sciat nostra gratia cariturum, et secundum quod nostra providentia dictaverit puniendum. Item imperiali providentia strictissime inhibemus [g], ne quisquam in preiuditium alterius infra leucam castrum edificet vel munitionem; et si factum fuerit, per ipsos iudices precipimus demoliri [h]. Item imperiali munificentia indulgemus, ut reedificandi et muniendi habeant liberam facultatem omnes qui propter iuris ordinem 40 et sine causa legitima destructionem castrorum et [i] municionum per dominum regem Boemie vel quoscumque alios sunt perpessi; et nichilominus inhibitiones factas per dictum regem vel quoscumque alios de non muniendis castris vel municipiis, finaliter revocamus. Castra vero et municiones que per sententiam et iuris ordinem sunt destructa, reedificari nullatenus permittimus sine nostra licentia speciali; et si constructa sunt, pre45 cipimus per nostros iudices demoliri. Alia omnia secundum ius et singularum terrarum consuetudinem hactenus approbatam, libertates et privilegia principum ecclesiasticorum et secularium, comitum, baronum, ministerialium, et aliorum quorumlibet, per iudices competentes iuris ordine decidantur; et hoc terrarum iudicibus iniungimus firmiter exequendum, si gravem effugere voluerint ultionem.

50 Forma presentis pacis a die publicationis incipiet [k], deinceps usque ad nativitatem Domini et abhinc per quinquennium continuum duratura; nec quisquam gaudebit dicta pace, nisi qui iuraverit [l] infra epiphanyam Domini, formam dicte pacis se firmiter servaturum; et si dubium fuerit de aliquo an iuraverit, talis cum alio qui iuravit [l], iuramento proprio et socii declarabit se iurasse.

55 Actum Wienne [m], anno Domini 1276. 3. Nonas Decembris.

a) fasellis 3. b) solvat 2. 3. c) compellat 2. 3. d) habeat 3. e) inhibemus 3. f) mittas thelonia 3. g) *vox excidit* 3. h) *vox excidit* 3. i) vel 3. k) incipiat 3. l) i. talis cum alio qui iuravit iuramento infra 3. m) Vienne 3.

1277. Ian. 18.

SENTENTIA CONTRA INFEODATIONEM EPISCOPORUM, CAPITULIS IRREQUISITIS.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem cum noticia subscriptorum. Ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod existentibus nobis feria secunda ante conversionem sancti Pauli anno Domini 1277. indictione 5. in domo fratrum Minorum apud Wiennam, ac assidentibus nobis venerabilibus infrascriptis principibus, ad instantiam venerabilis H. Tridentini episcopi in communi fuit sententia requisitum, an archiepiscopus vel episcopus irrequisito capituli sui consensu posset aliquem infeodare de novo, et an infeodatio, si taliter fuerit ordinata, roboris debeat firmitatem habere? Et plena super hiis deliberatione habita, est ab ipsis principibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, aliisque nobilibus communiter [a] et sententialiter diffinitum, quod huiusmodi infeodatio a principe et prelato ecclesiastico fieri non valeat, et si facta est hactenus vel in posterum adhuc fiet [b], nullius esse debeat firmitatis. Nos autem sententiam huiusmodi, utpote rationabiliter promulgatam, approbantes, eandem [c] auctoritate regia confirmamus. Hii vero sunt principes et nobiles [d] alii per quos eadem sententia extitit promulgata: venerabilis Fridericus Saltzburgensis archiepiscopus, Bertholdus Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Pataviensis, Chunradus Frisingensis, Heinricus Tridentinus, Dietricus [e] Gurcensis, Iohannes Chyemensis, Wernhardus Seccoviensis, episcopi; Ludwicus comes Palatinus Reni dux Bawarie, Minhardus Tirolensis [f], Fridericus burcgravius [g] de Nurenberch, Hugo de Werdenberch, Fridericus de Leininge [h], Ulricus de Haeunnburch [i], Heinricus [k] de Pfannberch, Eberhardus de Chatzenelpogen [l], comites; et alii quam plures. In cuius rei [m] testimonium maiestatis nostre sigillum presentibus est appensum.

Datum Wienne, anno, die et indictione predictis, regni vero nostri anno 4.

Febr. 22.

SENTENTIA DE OBLIGATO AD OBSTAGIUM.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, prudentibus viris . . magistro, consulibus et universis civibus Argentinensibus, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Anno Domini 1277., indictione quinta, feria secunda ante Mathie apostoli, ad vestre fidelitatis instantiam ab infrascriptis principibus quesivimus in sententia, utrum is, qui se datione fidei, vel iuramento corporaliter prestito, vel patentibus suis litteris, ad obstagium vel solutionem alicuius debiti ad certum terminum obligavit, nec in ipso termino adimplevit ad quod taliter se adstrinxit, de iure posset, ubicumque etiam deprehensus, per iudicium occupari? Et promulgatum extitit communiter ab omnibus, quod is, qui modo predicto ad solutionem debiti vel obstagium obligatus, promisso non paruit, valeat, ubicumque inveniatur, auctoritate iudiciaria conveniri. In cuius fidem [n] evidens testimonium has patentes nostras litteras vobis duximus transmittendas. Principes autem, per quos dicta sententia extitit promulgata, sunt: venerabilis H. Tridentinus, L. Ratisponensis, Seccaviensis et Chimensis ecclesiarum episcopi, et alii quam plures.

Datum Wienne, anno et die predicto, regni vero nostri anno 4.

Mart. 18.

LITTERAE AD DUCEM VENETORUM.

Rodulphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, viro clarissimo et amico specialiter diligendo, domino Iacobo Contareno duci Venetorum, sinceri amoris plenitudinem cum affectu salutis. Consideratio multiplex nos allicit, et allectos astringit, ut honorem et bonum statum honorabilis civitatis, et personas honorabilium civium Venetorum, animo sincero et favore benevolo prosequamur. Scimus quidem, quod cives et incole civitatis eiusdem civiliter ordinant et disponunt vitam et mores rectitudini,

a) comuniter *M. B.* b) fiat *M. B.* c) eam *M. B.* d) et nobiles *desunt in altero exemplari M. B.* e) Ditricus *M. B.* f) Tyrolensis *M. B.* g) burgrauius *M. B.* h) Leining *Ried.* i) Hevnnburch *M. B.* k) Hainricus *M. B.* l) Gebhardus de Chatzenelbogen *M. B.* m) *deest M. B.* n) finem *ed.*

et iustitie se conformes efficiunt, ad pacis et patrie commoda zelum habent; perpendimus* et sentimus, quod eorum laboribus et solerti industria providetur necessitatibus et utilitatibus multarum gentium, que fidem Christi et leges Romani imperii profitentur; et quia tante discretionis populus tanteque reverentie civitas discreto vestro regimini se subiecit, extimamus ex merito, credimus, et tenemus pro certo, quod pro viro laudabili et amico ex vestris meritis dilegendo vos[a] eligere, et electum diligere debeamus. Nos etiam virum nobilem, et prudentem virum Marinum Pasqualicum civitatis vestre civem, vestreque dilectionis nuntium specialem, lete recepimus, libenter audivimus, et intelleximus diligenter, et ea que nobis ex parte vestra retulit, quantum tum nos decet, et vobis expedit, voluntarie prosequimur. Mercatores civitatis vestre per nostros terminos transeuntes iuxta requisitionem ipsorum tractare volumus, et favere, ipsorum molestiis quantum possumus precavere, vestramque personam habere proponimus, et servare disponimus nobis specialiter pro amico. Preterea peregrinationem nostram ultramarinam, que cordi nostro plus insidet omnibus aliis factis nostris, de vestro et vestrorum civium consilio, Domino concedente, cuius labores pro vobis habitos, quantum humana fragilitas nostra pati poterit, compensare volumus, ordinare pensamus. Illud etiam de vestra sinceritate confidimus et speramus, quod successus nostros prosperos et felices, quibus manus Altissimi humiliavit proterviam hostium nostrorum, et humilitatis nostre mansuetudinem, fractis eorum viribus, exaltavit, secundis auribus audiatis, cum et nos vice mutua statum vestrum prosperum, et civitatis vestre salutem non solum ex animo diligamus, sed caris affectibus promovere velimus[b]. Cogitamus preterea vestre dilectioni nuntios transmittere, qui de forma et ordine vie nostre ad partes Ytalie et ad navigium transmarinum nobis pro vestro consilio ordinandum, et quibusdam aliis arduis, dilectionis vestre prudentiam informabunt. De reliquo remittimus vive vocis oraculo expeditum[c].

Data Viene, 15. Kalendas Aprilis, indictione 5. regni nostri anno 4.

1277. Mart. 18.

PACTA CUM OTTAKARO REGE BOHEMIAE.

Mai 6.

Nos Bruno Dei gracia Olmucensis episcopus, Zmilo purchravius Vetoviensis, magister Ulricus notarius, procuratores et nuncii speciales domini O. Boemie regis illustris, significamus tenore presencium universis, quod nos cum viro nobili domino Friderico, purchravio de Nurenberch, plenum mandatum habente, post multos tractatus, hinc inde super pace reformanda habitos, pari voto, et consensu unanimi, sicut placuit pacis Auctori, pacem, amiciciam, et unionem indissolubilem, et perpetuo duraturam ordinavimus, statuimus, approbavimus, et firmavimus, inter dominos nostros Romanorum et Boemie reges illustres, sub modis, pactionibus, seu condicionibus, in iam dicti domini Romanorum regis patentibus et autenticis litteris, comprehensis, quorum tenor talis est: Nos R. Dei gracia Romanorum rex semper augustus, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, simpliciter, et publice nichilominus profitentes, quod formam pacis, inter nos ex una, et inclitum O. regem Boemie ex altera parte, per venerabilem Olmucensem episcopum, Zmilonem purchravium Vetoviensem, et magistrum Ulricum, notarium eiusdem regis, et nobilem Fridericum, purchravium de Nurenberch, provide ordinatam, in omni sui parte, et singulis suis articulis, inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata. In primis siquidem obsides et captivi, ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti, a proxima die dominica nunc instante, infra quindecim dies debent restitui pristine libertati, ab omni prorsus obligacione, fideiussione, seu exaccione pecunie, indempnes penitus et inmunes, nisi fortassis pro eis vel aliquibus eorum ante pacis ordinacionem aliquid sit solutum; ad cuius restitucionem is, cui solucio facta fuit, minime obligatur. Item ut inter nos et regem predictum specialis amicicie federa forciori vinculo solidentur, filiam nostram eiusdem regis Boemie filio dare promittimus in uxorem, et ei civitatem imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinenciis suis, castris, possessionibus, hominibus, et aliis quibuscunque, que dictus Bohemie rex ad presens tenere dinoscitur, pro decem milibus marcarum argenti, nomine dotalicii, sive dotis, titulo pignoris obligamus. Preterea omnia castra, municiones, possessiones,

*) propendimus *codex*. a) Nos elligere et ellectum *codex*. b) vellimus *codex*. c) expedictum *codex*.

1277. Mai 6.

et oppida, ad ducatum Austrie pertinencia, que per ipsum regem Boemie vel fautores, seu adiutores ipsius actenus occupata fuerint, restituentur nobis et nostris fautoribus et eciam adiutoribus cum integritate plenaria, metis Bohemie, Moravie, et Austrie, in eo statu manentibus, quo tempore clare memorie Leupoldi et Friderici, ducum Austrie, ab iisdem ducibus sunt possesse. Nos etiam similiter omnia castra, municiones, possessio- 5 nes, et oppida, ad regnum Boemie et marchionatum Moravie de iure spectancia, que per nos vel nostros, eidem regi et suis, per iniuriosam violenciam sunt subtracta seu occupata, ipsi regi et suis restituemus integre, et faciemus restitui vice versa. Excepto dumtaxat Nicolspurch, in cuius possessione F.* de Liehtenstain, cuius feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete. Preterea Chrumenaw ei, ad quem de iure pertinet, 10 assignari debebit. Insuper castrum Maertniz, Alexio militi ipsius regis Boemie, et castrum Durrenholz debet restitui ipsi regi. Si quam tamen predictus rex Boemie pecuniam debet Heinrico de Chunringen, marschalco nostro per Austriam, vel ipsius uxori, illam exsolvet eisdem, et iidem H. vel uxor ipsius contra predictum regem super iam dicto castro Durrinholz habuerint aliquam accionem, idem rex, ad dictum Olmucensis episcopi et pur- 15 chravii predictorum, qui sub iuramenti debito questionem huiusmodi diffinient, exhibebit eisdem iusticie conplementum. Preterea huiusmodi conposicioni et paci generaliter includimus quoslibet servitores nostros et adiutores, et nostris de Bohemia et Moravia adiutoribus et servitoribus, conposicioni presenti includi et stare volentibus, sepedictus rex Boemie restituet omnia, que ante guerram, vel post, de eorum hereditatibus, allodiis, 20 et feudis notorie occupavit. Si vero huiusmodi iniuriosa occupacio dubia fuerit, per predictos . . Olmucensem episcopum, et purchravium, sub iuramenti debito decidetur huiusmodi questio iusticia, vel amore; ipsos eciam nostros de Boemia et Moravia servitores, et quoslibet alios nostros adiutores, ipse rex Boemie plene gracie sue restituet, et donabit. Nos eciam vice versa omnibus adiutoribus, et servitoribus dicti regis Boemie, per 25 Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam, et Marchiam, plene nostre gracie restitutis, omnia, que in hereditatibus, feudis, et allodiis ipsis notorie per nos vel nostros abstulimus, plene restituemus, et restitui faciemus. In dubio vero, quicquit Olomucensis et purchravius sepedicti, nos facturos, sub iuramenti debito pronunciaverint, faciemus. Preterea si, quod absit, nostrorum aliquis servitorum per ipsum regem Boemie 30 vel adiutores ipsius gravabitur, ipsum regem, si gravamen notorium et evidens fuerit, per nuncios nostros super revocacione et retractacione huiusmodi gravaminis interpellare tenebimur, qui rex, si interpellatus, gravamen huiusmodi notorium, et per rei evidenciam manifestum, non revocaverit, nec fecerit retractari, nos adiutores nostros, huiusmodi passos iniuriam, possumus et tenebimur iuvare. Quod in casu converso 35 circa servitores regis Boemie erit per omnia observandum. Si vero gravamen, nostris illatum, dubium fuerit, Olmucensis et purchravius supradicti, super hoc a nobis interpellati, perquirent cause plenius veritatem. Qui si sub iuramenti debito dixerint, ipsum regem vel adiutores ipsius, gravamen vel iniuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nichil ipsi regi vel suis inputabimus. Si autem invenerint eum vel suos culpa- 40 biles, et rex ipse requisitus ab ipsis Olmucensi et purchravio, non emendaverit, adiutores nostros iuvabimus, prout est expressum; quod circa nos vice versa per omnia observari debebit. Preterea, si Olmucensem episcopum vel purchravium sepedictos migrare contigerit ab hac luce, ipse rex, vel nos, alium in defuncti locum subrogabimus, qui omnia et singula, que superius sunt expressa, fideliter exequatur. Insuper inclitus 45 rex Ungarie, et ipsius frater, sic includuntur in pace, quod quicquit in castris, municionibus, sive prediis, circa metas regnorum hactenus fuit hinc inde iniuriose occupatum, integre debeat utrobique restitui; sic alteruter plene gaudeat iure suo. Preterea nulli notariorum, capellanorum, seu clericorum prefati regis, super beneficiis, que possident, lesionem seu iniuriosam molestiam inferemus, et si ab aliis violenciam paci- 50 antur, si de hoc ad nos delata questio fuerit, faciemus, quod de iure fuerit faciendum. Insuper quicquit preter premissa universa et singula venerabiles . . Erbipolensis et Olomucensis episcopi, et illustres L. comes Palatinus Rehni, O. marchio Brandburgensis, et lantgravius Hassie, principes nostri dilecti, vel si eorum copia haberi non poterit, omnium hii de predictis, vel alii, quos prefati Olmucensis episcopus et purchravius de Nurenberch 55 ad hoc elegerint, inter nos, et regem prefatum, infra proximum festum beati Michahelis ordinaverint, et etiam pro firmius solidanda inter nos et ipsum regem concordie statue-

* Fridericus.

rint vel decreverint unione, bona fide servabimus inconcussum. Pronunciacioni vero ab ipsis principibus inter nos et dictum regem Boemie facta, dictorum Olmucensis episcopi et purchravii auctoritas et iurisdicio exspirabunt. Quod autem hec omnia et singula supra scripta, nos et ipse rex Boemie debeamus inviolabiliter observare, purchravius 5 mandato nostro pro nobis, Olomucensis vero, Zmilo, et magister Ulricus predicti, super hoc plenum habentes mandatum, in animam ipsius regis Boemie fide data sollempniter promiserunt. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. 1277. Mai 6.

Dat. Wienne, pridie Nonas Maii, indictione 5. anno Domini 1277, regni vero nostri anno 4.

10 Ut igitur premissa universa et singula, per nos et predictum purchravium promissa, nec non provide et sine capcione qualibet salubriter ordinata, statuta, approbata, et firmata, ampliori robore solidentur, presentes litteras in testimonium eorundem appensione sigillorum nostrorum fecimus et placuit communiri. Dat. Wienne, anno, et die pretactis.

15 Nos Ottacharus, Dei gracia Boemie rex, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, simpliciter, et publice nichilominus profitentes, quod formam pacis, inter serenissimum dominum nostrum R. illustrem Romanorum regem semper augustum ex una, et nos ex altera parte, per venerabilem Olomucensem episcopum, Zmylonem purchravium Vetoviensem, magistrum Ulricum notarium nostrum, et nobilem virum, dominum 20 Fridericum purchravium de Nurnberch, provide ordinatam, in omni sui parte, et singulis suis articulis inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata. In primis siquidem obsides et captivi, ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti, a proxima die dominica nunc instante, infra quindecim dies debent restitui pristine libertati, ab omni prorsus obligacione, fideiussione, seu exactione pecu- 25 nie indempnes penitus et inmunes, nisi fortassis pro eis, vel aliquibus eorum, ante pacis ordinacionem aliquit sit solutum; ad cuius restitucionem is, cui solucio facta fuit, minime obligatur. Item ut inter predictum dominum nostrum, et nos, specialis amicicie federa forciori vinculo solidentur, filium nostrum karissimum eiusdem regis filie dare promittimus in maritum, cui idem rex civitatem imperii, Egram scilicet, cum omnibus atti- 30 nenciis suis, castris, possessionibus, hominibus, et aliis quibuscumque, que nos ad presens tenere dinoscimur, pro decem milibus marcarum argenti nomine dotalicii, sive dotis, titulo pignoris obligabit. Preterea ea omnia castra, municiones, possessiones, et oppida, ad ducatum Austrie pertinencia, que per nos, vel fautores, seu adiutores nostros, hactenus occupata fuerunt, restituemus ipsi domino nostro regi, et suis fautoribus et etiam adiuto- 35 ribus, cum integritate plenaria, metis Boemie, Moravie, et Austrie, in eo statu manentibus, quo tempore clare memorie, regum Boemie, et marchionum Moravie, nec non Leupoldi et Friderici, ducum Austrie, ab eisdem dominis sunt possesse. Ipse etiam dominus noster rex similiter omnia castra, municiones, possessiones, et oppida, ad regnum Boemie et marchionatum Moravie spectancia, que per ipsum vel suos, nobis et nostris, 40 per iniuriosam violenciam sunt subtracta, seu occupata, nobis et nostris restituet integre, et faciet restitui vice versa, excepto duntaxat Nycolspurch, in cuius possessione Fr. de Liehtenstayn, cuius feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete. Preterea Chrumnowe ei, ad quem de iure pertinet, assignari debebit. Insuper castrum Mertenycz Alexio, militi nostro, et nobis castrum Durrenholtz debet restitui, sive reddi. Si quam 45 tamen nos pecuniam debemus Hainrico de Chunring marschallo Austrie, vel ipsius uxori, filie nostre dilecte, illam exsolvemus eisdem, et si idem H. vel uxor ipsius, contra nos super iam dicto castro Durrenholtze habuerint aliquam actionem, nos ad dictum Olomucensis episcopi et purchravii predictorum, qui sub iuramenti debito questionem huiusmodi diffinient, exhibebimus eisdem iusticie complementum. Preterea huiusmodi 50 conposicioni et paci generaliter includimus quoslibet servitores nostros et adiutores, et nostris de Austria, Styria, Karinthia, Carniola, et Marchia adiutoribus et servitoribus, conposicioni presenti includi et stare volentibus, sepedictus dominus noster rex restituet omnia, que ante guerram vel post de eorum hereditatibus, allodiis, et feudis notorie occupavit. Si vero huiusmodi iniuriosa occupacio dubia fuerit, per predictos Olo- 55 mucensem episcopum et purchravium, sub iuramenti debito decidetur huiusmodi que-

1277. Mai 6. stio iusticia, vel amore. Ipsos eciam nostros de predictis terris Austria, Styria, Karinthia, Carniola, et Marchia servitores, et quoslibet nostros alios adiutores, ipse dominus noster rex plene gracie sue restituet et donabit. Nos etiam vice versa omnibus adiutoribus et servitoribus domini nostri regis per Boemiam et Moraviam plene nostre gracie restitutis, omnia, que in hereditatibus, feudis, et allodiis ipsis notorie per nos 5 vel nostros abstulimus, plene restituemus et restitui faciemus. In dubio vero, quicquit Olomucensis episcopus et purchravius sepedicti, nos facturos, sub iuramenti debito pronunciaverint, faciemus. Preterea si, quod absit, nostrorum aliquis servitorum per ipsum dominum nostrum regem vel adiutores ipsius gravabitur, ipsum dominum nostrum, si gravamen notorium et evidens fuerit, per nuncios nostros super revocacione et retra- 10 ctacione huiusmodi gravaminis interpellare tenebimur; qui dominus noster rex, si interpellatus, gravamen huiusmodi notorium et per rei evidenciam manifestum non revocaverit nec fecerit retractari, nos adiutores nostros, huiusmodi passos iniuriam, possumus et tenebimur iuvare, quod in casu converso circa servitores serenissimi regis Romanorum domini nostri, erit per omnia observandum. Si vero gravamen, nostris illatum, 15 dubium fuerit, Olomucensis episcopus et purchravius supradicti, super hoc a nobis interpellati, perquirent cause plenius veritatem; qui si sub iuramenti debito dixerint, ipsum dominum nostrum, vel adiutores ipsius, gravamen vel iniuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nichil ipsi domino nostro vel suis inputabimus; si autem invenerint dominum nostrum regem, vel suos, culpabiles, et rex ipse requisitus ab ipsis Olomucensi 20 episcopo et purchravio, non emendaverit, adiutores nostros iuvabimus, prout superius est expressum, quod circa regem Romanorum, dominum nostrum, vice versa per omnia observari debebit. Preterea, si Olomucensem episcopum vel purchravium sepedictos, migrare contigerit ab hac luce, ipse dominus noster, vel nos, alium in defuncti locum subrogabimus, qui omnia et singula que superius sunt expressa, fideliter exequatur. In- 25 super inclitus rex Ungarie, et ipsius frater, sic includuntur in pace, quod quicquit in castris, municionibus, sive prediis, circa metas regnorum hactenus fuit hinc inde iniuriose occupatum, integre debeat utrobique restitui, sic, quod alteruter plene gaudeat suo iure. Preterea nulli notariorum, capellanorum, seu clericorum nostrorum, super beneficiis, que in terris predictis, Austria, Styria, et Karinthia possident, lesionem seu iniurio- 30 sam molestiam dominus noster inferet; et si ab aliis violenciam pacientur, si de hoc ad ipsum dominum nostrum delata questio fuerit, faciet, quod de iure fuerit faciendum. Insuper quicquit preter premissa universa et singula venerabiles Herwipolensis et Olomucensis episcopi, et illustris L. comes Palatinus Reni, O. marchio Brandenburgensis, et lancravius Hassye, vel si eorum copia haberi non poterit, omnium hii de predictis, vel 35 alii quos prefati Olomucensis episcopus et purchravius de Nurnberch ad hoc elegerint, inter nos et regem prefatum, dominum nostrum, infra proximum festum beati Michaelis pro solidanda firmius inter dominum nostrum et nos concordie unione statuerint vel decreverint, bona fide servabimus inconcussum. Pronunciacione vero ab ipsis principibus inter dominum nostrum et nos facta, dictorum Olomucensis episcopi et purchravii 40 auctoritas et iurisdicio exspirabit. Quod autem hec omnia et singula supra scripta, dominus noster et nos debeamus inviolabiliter observare, Olomucensis episcopus, Zmylo, et magister Ulricus predicti, pro nobis ex mandato nostro, purchravius vero, super hoc plenum habens mandatum, in animam domini nostri regis, fide data, sollempniter promiserunt. In quorum testimonium et perpetuam firmitatem, presenti scripto sigilla no- 45 stra antiqua, cum nova nondum fabricari fecerimus, apponenda duximus, protestantes, quod ex aliis titulis in eodem sigillo contentis, preter titulos regni Boemie et marchionatus Moravie, nichil iuris possumus nobis aut intendimus vendicare.

Dat. Wienne, pridie Non. Maii, indictione 5. anno Domini 1277.

Mai 28.

CONFIRMATIO IMMUNITATIS EPISCOPORUM. 50

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Inter alia magne devotionis et fidei argumenta quibus principes nostri karissimi, Fridericus venerabilis archiepiscopus Saltzburgensis, Berhtoldus Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Pataviensis, Ditricus Gur-

censis, Iohannes Chyemensis, et Wernhardus Seccoviensis, ecclesiarum episcopi, per effectum operis ostenderunt, quo affectu personam nostram respiciunt, et quo zelo Romanum imperium amplectuntur, illud tanquam memoriale perpetuum pro ipsorum honore et gratia extollendis presencium serie litterarum duximus exprimendum, videlicet quod 5 cum causa rei publice, cuius tutelam gerimus, nos urgeret, ut ad partes Austrie robur imperii duceremus, predicti principes sic efficaciter et constanter in omni nobis periculo astiterunt, consilio, favore, et auxilio manuali, ut ipsos relinquere merito debeamus aliis in exemplum. Cumque nobis moram trahentibus in eisdem partibus sumptus militie nostre necessarii penitus defecissent, nec possemus per viam vel modum aliquem 10 huiusmodi indigencie providere, dicti principes nostri moti precum nostrarum instancia voluntarie consenserunt, ut tam de bonis ipsorum dominicalibus, quam de prediis monasteriorum et ecclesiarum eorum iurisdictioni in partibus Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, subditarum, subsidium tolerabile peteremus, per quod tante necessitatis articulus qui nos et imperium cohartabat, per eorum suffragia et digne recolenda 15 subsidia tolleretur. Sed quia predictorum principum devota benignitas in hac parte nobis exhibita posset ipsis et ipsorum ecclesiis contra nostrum propositum votumque animi occasionem inducere servitutis, per nostros successores et futuros dictarum terrarum dominos inponende, nos qui eorum indempnitati consulere volumus et cavere tenemur, edicto perpetuo statuimus, ut nullus successorum nostrorum in Romano imperio sive 20 regno, ac eciam predictarum terrarum domini, si forte contigerit in futurum terras prefatas per speciales dominos ordinari, predictam graciam ex sola liberalitate principum nobis factam ad consequenciam trahere vel eius pretextu aliquid tanquam sibi debitum extorquere, exigere, seu exactum colligere audeat, vel contendat, sciatque presumptor talis iniurie, se adversus immunitatem ecclesiasticam sacrasque leges Romani 25 imperii, ausu sacrilego deliquisse. Nos quoque promisimus dictis principibus fide data, quam vice prestitimus sacramenti, quod temporibus vite nostre nihil talium exigemus, sed magis cogitabimus et servabimus illas vias, per quas ipsis et ecclesiis hanc liberalitatem grata vicissitudine rependamus. Statuentes nichilominus contra futuros dictarum terrarum dominos qui presentem nostram violare presumpserint sanccionem, ut si tercio 30 conmonitus per episcopos non destiterit a tali sarcina ecclesiis inponenda, aut inposita colligenda, extunc ipso iure tanquam factus ingratus ecclesiis, a quarum gravamine monitus non destitit, feuda perdat que possidet ab ecclesiis quas indebita exaccione non metuit onerare, ut sciat nichilominus transgressor huiusmodi nostri privilegii quod iuri consonat et continet pietatem, quod preter dignam severitatis acrimoniam, que contra 35 sacrilegos per leges Romani imperii est promenda, virgam nichilominus sustinebit ecclesiastice discipline.

Datum Wienne, anno Domini 1277. 5. Kalendas Iunii, indictione 5, regni vero nostri anno 4.

1277. Mai 28.

PACTUM CUM LADISLAO REGE UNGARIAE.

Iul. 12.

40 Nos Lodomirus Waradiensis, Timotheus Zagabriensis ecclesiarum episcopi, Bolandus banus, Aladarius magister dapiferorum regine Hungarie, et comes de Neugrad, magister Demetrius Albensis aule regie vicecancellarius, Iohannes Budensis, prepositi, significamus omnibus presencium per tenorem, quod nos in presencia domini Rodolfi, Dei gracia regis Romanorum semper augusti, personaliter constituti, tamquam nuncii et procura- 45 tores dati, constituti, et ordinati a domino nostro L. Dei gracia illustri rege Hungarie, cum legitimo mandato et sufficienti, iuravimus modo debito in animam domini nostri regis Hungarie, corporali prestito sacramento, ut litteras, sub eiusdem domini nostri regis, et principum ac baronum suorum, videlicet archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum ecclesiasticorum prelatorum, et laicorum, qui tunc presentes aderant, sigillis 50 communitas, concederet nunciis et procuratoribus predicti domini regis Romanorum, ad eundem dominum nostrum regem ad hoc specialiter destinatis, sub eadem forma, quam littere predicti regis Romanorum sub sigillis, suo et principum ac baronum suorum, communite, continent, daret, concederet, et traderet, verbis competentibus transmutatis, servato eodem per omnia intellectu, et quod iidem dominus noster rex, 55 et principes, ac barones sui, consimile, sicut rex Romanorum, prestabunt per omnia

1277. Iul. 12. sacramentum. Litterarum autem supra dicti domini R. Romanorum regis, tenor est talis: Rodolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem et omne bonum. Divina providencia, que in sui dispositione non fallitur, potissimum inter cetera fedus humani generis in publice utilitatis observancia, in qua Deus colitur unione indissolubili per pacem, que est vinculum karitatis, corroborari voluit, et inviolabiliter ac inevellibiliter mutua vicissitudine quoslibet Christi fideles, sive summi fuerint, sive cuiuscumque status vel condicionis, uti et frui, et in Christo alacritate omnimoda congaudere. Hiis consideracionibus ex multis causis et racionibus invitati et attracti, cum Ladizlao, illustri rege Hungarie, karissimo amico nostro, omnem unionem, amiciciam, et affinitatem contraximus, ut utrumque auxilio, consilio, et favore, in omnibus et per omnia nobis invicem assistamus, cum id tempus, locus, vel oportunitas, vel necessitas, vel utilitas nostri vel nostrorum, exegerit, omni occasione vel excusacione relegata penitus et exclusa. Et sponsalia contracta inter illustrem A., ducem tocius Sclavonie et Croacie, fratrem ipsius regis Hungarie, et filiam nostram karissimam Clemenciam, matrimonio subsecuto, die ad hoc per L. illustrem regem Hungarie, et per nos vel per intermedios nuncios nostros sollempnes laudabiliter consummatur. Et ut hoc firmiter perseveret, per karissimum filium nostrum primogenitum et alios principes et barones nostros, affines nostros et consanguineos karissimos, iusiurandum seu corporale sacramentum, tacto ligno vivifice crucis, prestari fecimus in nostra presencia, et in nostram animam et in animam consortis nostre karissime inpresenciarum ibidem existentis, et nobis consencientibus, viva voce eisdem mandantibus et precipientibus, prestari huiusmodi iusiurandum, accipientibus huiusmodi iusiurandum seu sacramentum venerabilibus patribus Lodomiro Waradiensi, Tymotheo Zagabriensi episcopis, Bolando bano, Aladario magistro dapiferorum domine regine Hungarie, magistris Demetrio Albensi vicecancellario eiusdem regis Hungarie illustris, et Iohanne Budensi prepositis, et promittentibus et assummentibus sollempniter, ut nunciis nostris, quos cum eisdem ad affinem nostrum karissimum per eundem regem Hungarie dirigemus, consimile sacramentum et modo consimili prestari faciant, et ab ipsius baronibus et principibus iuramentum exigatur et prestetur, modo superius annotato. Exhibebitur eciam dux Andreas, frater regis, ipsis nostris nunciis ad videndum, quo experto atque viso, si defectus notabilis expers repertus fuerit, sponsalia solidata manebunt. Promisimus eciam fide data, universa et singula pacta, facta predicto amico nostro regi Hungarie, circa ea que adversus dilectum principem nostrum, regem Boemie, fideliter et legaliter observare; quodque sollemnes nuncios nostros ad dictum regem Boemie, cum nunciis regis Hungarie, transmittemus, per quos ipsum ammonere curabimus, eique instabimus bona fide, ut prefato regi et regno Hungarie ablata restituat, et de dampnis datis, iniuriis irrogatis, satisfaciat, sicut debet: alioquin facta priora, que amico nostro prefato fecimus, firma servabimus et tenebimus illibata. Item promittimus et promisimus modo consimili, data fide, ut omnia castra, municiones, oppida, villas, terras, et alia, que predictus rex Boemie occupaverat, vel fecerat occupari, vel nostris temporibus Australes, et Stirienses, Karinthani occuparant, et detinent occupata, nec adhuc reddidimus vel reddi fecimus, restitui faciemus propriis nostris et nostrorum laboribus et expensis, ita tamen, ut ubi necesse fuerit, predictus rex Hungarie nobis per suos, vel per se ipsum si necesse fuerit, circa castrorum et municionum recuperacionem auxilium prebebit oportunum: terras eciam et regna, regnum videlicet regis Hungarie, et terras nostras Austrie, Stirie, Karinthie, in suis certis terminis et antiquis permanere faciemus, certis ad hoc utrimque baronibus et fidelibus et die deputatis. Item promittimus et promisimus, data fide, ut infideles ipsius regis Hungarie, sive barones fuerint, sive iuvenes familiares, sive quicunque de domo eiusdem vel de regno seu terris, non recipiemus, nec ad terras nostras sive regna admittemus; et hoc idem ipsum regem Hungarie nobis facere volumus, versa vice. Item promisimus et promittimus, ut malefactores in confinibus terrarum nostrarum et regnorum nostrorum existentes, compescemus et compesci faciemus, qui si non destiterint, eosdem penitus de regnorum terrarum nostrarum confinibus faciemus removeri; quod idem rex Hungarie nobis mutua vicissitudine in regnorum suorum et terrarum suarum confinibus faciet observari; ad quod, si necesse fuerit, mutuum auxilium impendatur. Item promisimus et promittimus, sicut hinc inde promissum alias recolimus, ut mercatores, salvis rebus, mercimoniis, et per-

sonis, per districtum nostrum, regna nostra et terras, solutis iustis pedagiis, theloneis, et tributis, et consuetis, secure transeant, et omni gaudeant libertate: quia tributa indebita et inconsueta omnino volumus aboleri; et hoc idem rex Hungarie in suo districtu, et in suis regnis et terris, equaliter faciet observari. Ut autem contractus huiusmodi affinitatis et amicicie pluribus innotescat, presentes litteras, quas sepedicto domino regi Hungarie dedimus, sigillis, nostro, et principum nostrorum, qui tunc presentes in curia nostra aderant, scilicet quorum dignitates et nomina inferius continentur, fecimus communiri. Nos autem Fridericus archiepiscopus Salzburgensis, Berchtoldus Babenbergensis, Henricus Tridentinus, Petrus Pataviensis, Wernhardus Secoviensis, . . Gurgensis, et . . Chimensis ecclesiarum episcopi, et Ludovicus comes Palatinus Reni dux Bawarie, et Albertus dux Saxonie, quia predictis interfuimus, et eisdem auctoritatem et nostrum consensum adhibuimus, et eciam promittimus pro observacione eorum adhibere opem et operam diligentem, in eorum testimonium* sigilla nostra, una cum predicti domini nostri R. Romanorum regis sigillo, presentibus duximus apponenda.

Datum Wienne 4. Idus Iulii, indictione 5. anno Domini 1277, regni vero nostri anno 4.

1277. Iul. 12.

Salzbug. *orig.*

* testimonium *orig.*

PACTUM ALTERUM CUM OTTAKARO.

Sept. 12.

Otakarus Dei gratia rex Boemie, universis presentes litteras inspecturis, noticiam subscriptorum. Tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod nos iuxta preceptum dominicum diligentes pacem, et eius observantiam cum quibuslibet christiane religionis cultoribus, et precipue cum serenissimo domino nostro, domino Rudolfo, inclito Romanorum rege semper augusto, omni promptitudine operis* affectantes per pacem et concordiam inter ipsum dominum nostrum regem ex una, et nos ex parte altera, domino B. venerabili Olomucensi episcopo, Zmilone purchravio de Vetow, magistro Ulrico prothonotario nostro, et nobile viro domino Friderico purchravio de Nuremberch, novissime ordinatam, conscriptam, et eciam a prefato domino nostro rege atque a nobis approbatam, pro solidiori et puriori ipsius pacis et concordie fundamento formam assumpsimus infrascriptam: In primis quidem promittimus, quod promissam pacis ordinacionem, inter dictum dominum nostrum regem et nos, per predictos Olomucensem episcopum, Zmilonem, magistrum Ulricum et purchravium de Nuremberch, initam seu statutam, et singulis suis articulis servabimus illibatam, salvis tamen omnium terrarum nostrarum limitibus sive iuribus, ut easdem terras, et homines earundem, sub eisdem omnino teneamus iuribus et condicionibus, sicut umquam nos vel progenitores nostri tenuerunt eosdem. Hoc idem prefatus dominus noster rex, quantum ad pacem pertinet, faciet vice versa. Insuper etiam ipse dominus noster rex nos contra quoslibet, nobis molestiam inferentes seu irrogare volentes, manutenebit ac eciam defensabit; et nos in sincere devotionis evidens argumentum, contra quoslibet dicto domino nostro regi, prout de iure tenemur, cum nostro auxilio eguerit, sibi exhibebimus auxilium manuale. Preterea, si pro imperii necessitate dictus dominus noster rex nostrum auxilium petiverit, illud sibi exhibebimus, prout nos decuerit. Si vero, ut cum ampliori militie comitiva ipsi domino nostro regi pro imperii necessitate serviamus, nos interpellaverit dictus dominus noster rex, ex tunc nobis, consideratis servicii nostri meritis, prout aliis principibus faciet, respondebit. Item si pro recipiendo imperialis fastigii dyademate dictus dominus noster, ut eum associemus, nos requisiverit, nos eum associabimus, prout ad hoc iuris debito obligamur; quod si causa rationabili seu legitima prepediti, hoc facere nequiverimus, sibi pro nobis nostros, prout honorem nostrum decuerit, curabimus destinare. Ipse autem dominus noster rex nobis hanc graciam faciet, quod nos infra terminum, quem predicti Olomucensis episcopus, et F. purchravius fuerint moderati, invitos ad curiam suam, indictam solemniter, non compellet. Preterea supradicte paci et concordie omnes terras nostras, adiutores, consanguineos, servitores, homines, et amicos nostros, et precipue dominum Al. inclitum lantgravium Thuringie, et dominum Th. inclitum marchionem de Landesperch, comites, barones, milites et ministeriales, nobiles, et alios servitores et adiutores nostros includimus. Specialiter autem includimus dominum L. inclitum regem Ungarie, nostrum consanguineum et affinem, et dominum H. inclitum ducem Wratislavie, ac

* opus *orig.*

Albertum. Theodericum.

Heinricum.

1277. Sept. 12.

ceteros principes Polonie, qui nostri sunt consanguinei et amici. Circa restitutionem quoque gracie et iurium suorum, omnia secundum tenorem priorum privilegiorum, super concordia editorum, adiutoribus et servitoribus ipsius domini nostri regis, et nostris, plene fient. Preterea illos, qui de terris nostris domino nostro predicto, durante presentis guerre tempore, astiterunt, et auxilium prebuerunt, plene nostre restituimus 5 gracie et favori, et promittimus, prestito iuramento, quod huiusmodi culpam, quam in nos commiserunt, nunquam ad animum revocabimus temporibus vite nostre, nec eisdem aliquam violenciam contra iusticiam inferemus: verum si in posterum excesserint, ex tunc contra ipsos non aliter, quam contra alios regni nostri homines, iure previo procedemus, iuxta iura et consuetudinem regni nostri. Ut autem predicta omnia, et sin- 10 gula, et pax eciam inter dictum dominum nostrum regem et nos ordinata, in singulis suis, iuxta prefatum tenorem, articulis inviolabiliter observentur, pro parte dicti domini nostri clarissimus dominus Albertus primogenitus eius pro ipso domino nostro rege, nomine et mandato ipsius domini nostri regis, et in animam eius iuravit, et nos corporale prestitimus iuramentum. Preterea dictus dominus noster rex suas, et nos nostras metas sic 15 custodiemus et observabimus, quod hinc inde idem dominus noster rex, et nos, terrarum nostrarum incole, dispendiosis injuriis non graventur. Et si per nostros homines, quos in metis habemus vel alibi, ipsi domino regi vel eius hominibus dampna aliqua inferentur, post monicionem ipsius domini nostri regis infra quindenam, eos qui dampna huiusmodi intulerunt, ad satisfaciendum per coaccionem suorum bonorum et 20 iurium, atque occupacionem compellemus, et de bonis ipsorum lesis integre dampna sua resarciemus, et nichilominus ipsos temeratores et castra ipsorum obsidebimus; et si necesse fuerit, nos mox proscriptionis, et loci episcopus excommunicationis sententias, infra sex septimanas a dampni dati tempore numerandas, proferemus in eos, nullatenus relaxandas, nisi prius lesis de dampnis satisfecerint, et pro banno centum libras Pragenses 25 camere nostre solverint. Hec eadem sepedictus dominus noster rex Romanorum, si per suos nos et nostri turbati fuerimus vel gravati, per omnia observabit. Quod si non fecerit, fideles eius, comes de Hardegge Lutoldus, pincerna Austrie, Henricus et Albero de Chunringe, fratres, H. senior de Witra, et H. marscalcus filius suus, Fridericus de Liechtensteyn messoŭarius, Otto de Guotrat werdarius, et Ulricus de Capella burcgravius*, La 30 intrabunt, ante satisfaccionem plenariam abinde nullatenus recessuri. Verum si per nos steterit, quo minus illata per nos iniuria iuxta modum expressum superius retractetur, tunc fideles nostri Bauarus de Strachonitz, Harchelebus de Dubna, Smilo de Belchow, Albertus de Vren, Bsnato, et Tazzo, filius eius, Chirninus Mucen, Gerardus Milota, Besegge, et T. filius Ruconis, Znoymam pro nobis intrabunt, exinde ante satisfactionem plenariam nul- 35 latenus recessuri. Et de hiis fideliter observandis et eciam faciendis, tam ipsius domini nostri regis, quam nostri fideles predicti, prestiterunt corporaliter iuramentum. Et hec ita procedent, si in communibus, ut in predis, spoliis parvis, et aliis minutis, et non in principalibus articulis, pax a nostrum aliquo, sive nostris, fuerit violata. Si vero in maioribus, ut in occupacionibus municionum, seu castrorum solen- 40 nium et insignium, et similium, vel occisione persone solennis et gravis, per ipsum dominum nostrum regem Romanorum, vel ipsius homines, pacis ordinacio fuerit violata, nec idem dominus rex illata infra terminum expressum superius emendaverit vel retractaverit iuxta modum supra notatum, ex tunc venerabilis Pataviensis episcopus, et illustres principes dominus L. comes Palatinus Reni dux Bavarie, et dominus Al. dux 45 Saxonie, ac alii duodecim, quos de ipsius domini nostri regis comitibus, nobilibus, et ministerialibus dictus Olomucensis episcopus elegerit, postquam per nos moniti fuerint per litteras vel per nuncios nostros, Nuremberch intrabunt, abinde nullatenus recessuri, nisi prius per ipsum dominum regem plenaria satisfaccio impendatur. Et super eo predicti tres principes domini nostri regis se iam dacione fidei et litteris 50 astrinxerunt, et ad hoc cum principes, qui pro parte nostra sunt nominati, iuraverint super casu consimili, se iuramenti vinculo corporaliter prestito obligabunt. De aliis eciam, duodecim videlicet adiungendis, a dicto domino nostro rege iam novem, scilicet F. purchravius de Nuremberch, marchio de Hahperch, C. de Catzenellenbogen, H. de Hunrstenberch . . de Riengge, . . de Hirsperch et H. de Vriburg comites, et nobiles Otto de 55 Ohsenstayn, et Gebhardus de Brunegge, iuraverunt; tres vero residui hoc idem iurabunt, postquam per dominum Olomucensem nostro nomine fuerint nominati. Si autem

1277. Sept. 12.

per nos et nostros in dictis gravibus et maioribus articulis pacis ordinacio fuerit violata, ex tunc predictus Olomucensis episcopus, et illustres principes, dominus Otto marchio Brandenburgensis, et H. dux Wratislavie, et duodecim, quos predictus purchravius, dicti domini nostri regis nomine, de servitoribus nostris elegerit, postquam per dictum dominum nostrum regem moniti fuerint, Egram infra quattuor septimanas intrabunt, abinde nullatenus ante satisfactionem commissorum plenariam recessuri; de quibus iam iuraverunt octo, videlicet Bauarus marschalcus regni nostri, Purchardus de Winterberch, Ierco de Waldenberch, Zmilo purchravius de Wetow, Nezamil purchravius Olomucensis, Bohuss marscalcus Moravie, Chuno camerarius Olomucensis, et Wilelmus; quattuor vero residui, qui tunc non erant in nostra presencia constituti, videlicet Theodericus purchravius in Ponte, Hinco de Liachenburch, Chenco de Lipa, et Ierozlaus de Steremberch, similiter iuramentum prestabunt. Item nec dictus dominus rex nostros sine nostro beneplacito et consensu, nec nos dicti domini regis servitores aut homines sine eius consensu, fovebimus et recipiemus. Preterea si de dicto domino rege nobis talia referrentur contraria vel sinistra, que merito animum nostrum moveant et ad credulitatem inducant, nos relatorem huiusmodi, et quid nobis retulerit, nunciabimus ipsi regi, quod et ipse dominus noster rex nobis faciet vice versa. Preterea quicquid infra epyphaniam Domini, Herbipolensis et supradictus Olomucensis episcopi, et illustres principes dominus L. comes Palatinus Reni dux Bavarie, dominus Otto marchio Brandenburgensis predicti, H. lantgravius Hassie, et dictus F. de Nuremberch, vel si dicti principes aut eorum aliqui haberi non potuerint, quos ex illis, vel aliis, iidem Olomucensis et purchravius, pro solidiori et utiliori amicicia et concordia firmiori inter dictum dominum nostrum regem et nos invenerint, similiter dictus dominus noster rex et nos tenebimur inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium et robur, presens scriptum fieri, et sigillis nostris fecimus communiri.

Dat. Prage anno Domini 1277, pridie Idus Septembris, 6. indictionis.

a) *lectio valde dubia aeque ac* messoǔarius; bȣbgařarius *legi videri, scribit Chmelius noster.*

TRACTATUS CUM NICOLAO III. PAPA.

1278. 1279.

Acta eius extant apud Raynaldum libris tabularii Vaticani decerpta, sed quum cum pactis Lausannensibus plurimum consentiant, rescissis quae legati regii contra ea in Italia egerant, nos ea collectioni nostrae diplomatum seponimus, expressa tantum charta principum imperii, qua cum regis concessiones reliquas, tum fictitiam Hludowici I. donationem confirmari Nicolaus obtinuit.

1279. Sept.

Nos principes imperii, universis presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana mater ecclesia quadam quasi germana charitate Germaniam, illam eo terrene dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantum presidentium super terram; plantans in ea principes tanquam arbores preelectas, et rigans illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirande potentie, ut ipsius ecclesie auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum qui frena Romani teneret imperii germinaret. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis ecclesie, per luminare maius, Christi vicarium, illustratum. Hic est qui materialem gladium ad ipsius nutum exerit, et convertit, ut eius presidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet et corrigat, ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium et bonorum. Ut igitur omnis materia dissensionis et scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam ecclesiam et imperium auferantur; et ii duo gladii in domo Domini constituti, debito federe copulati, seipsos exerceant in utilem reformationem regiminis universi; et nos in actu voluntatis et operis inveniamur filii devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium

1279. Sept.

confovere tenemur; quicquid per dominum nostrum Rodulphum Dei gratia Romanorum regem semper augustum, sanctissimo patri et domino nostro domino Nicolao pape III. eiusque successoribus, et ipsi Romane ecclesie, recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum, sive concessum, iuratum, et actum, seu factum est per privilegia, vel quecunque alia scripta quorumcunque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus, et factis seu gestis, tam aliorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum regis eiusdem, quam ipsius regis; et specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia, et reverentia per Romanos imperatores et reges Romanis pontificibus, et ipsi ecclesie, impendendis; ac possessionibus, honoribus, et iuribus eiusdem ecclesie; et nominatim super tota terra, que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra comitisse Mathildis, civitate Ravenna, et Aemilia; Bubio, Cesena, Foropopuli, Forlivio, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adria, atque Gabello; Arimino, Urbino, Monte Feretri, territorio Balnensi, comitatu Brectenorii, exarchatu Ravenne, Pentapoli, Massa Trabaria cum adiacentibus terris, et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus; cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis, in terra marique, ad provincias, civitates, territoria et loca predicta quoquo modo spectantibus; nec non super civitate Romana et regno Sicilie, cum omnibus ad ipsam spectantibus, tam citra Farum quam ultra; Corsica quoque atque Sardinia, et ceteris terris, ac iuribus ad ipsam ecclesiam pertinentibus; nos nostri nomine principatus in omnibus et per omnia approbamus, et ratificamus; ac eisdem omnibus et singulis, et quibuscunque aliis super eisdem per eundem regem quoquo modo factis, et in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum, unanimiter et concorditer exhibemus: et promittimus, quod contra premissa, vel aliquod premissorum, nullo unquam tempore veniemus, sed ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari. Et ut hec nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio a nobis eisdem Romanis pontificibus et ecclesie in perpetuum observentur, hoc presens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum.

Actum et dat. anno Domini 1279. indictione 7, regnante domino nostro predicto domino R. Romanorum rege glorioso, regni eius anno 6.[a]

a) *Editas preterea a singulis principibus electoribus iisdem conceptas verbis colligitur: extant enim Ludovici comitis Palatini Bavarie ducis, tum alie Othonis marchionis Brandeburgensis littere hisce verbis inscripte:* Otho Dei gratia marchio Brandeburgensis omnibus presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim, *etc. ut in superiori.* Dat. et actum anno Domini 1279. 11. Id. Septemb. regnante predicto domino nostro Rodulpho Romanorum rege glorioso regni eius anno 6. RAYNALD.

1279.

SENTENTIA DE CONSTRUCTIONE
MUNITIONUM.

Damus eam ex authentico tabularii Carlsruhensis a Boehmero nostro descriptam, quum antea in Schöpflini historia Zaringo Badensi T. IV. pag. 273. edita fuisset. Wiennae constitutus Rudolfus, Friderici II. edicta contra hereticos promulgata confirmavit, annoque 1281. *die Maii* 20. *sententiam, qua in quatuor officiis principalibus ecclesiae Salisburgensis patrem filius maior natu sequi debeat, Cl. Kleinmeyern teste edidit.*

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, volumus notum esse, quod nobis anno Do-

mini 1279, indictione 7, Wienne pro tribunali sedentibus, ad instanciam nobilis viri H. marchionis de Hahper, per communem omnium astantium sentenciam est obtentum, quod nullus homo qualiscumque condicionis fuerit, in alicuius comitis comicia, castrum vel municionem aliam qualemcunque erigere sive construere debeat, nisi prius ipsius comitis super eo requisito beneplacito et obtento. Quam sententiam, utpote rite et racionabiliter prolatam, approbantes et etiam confirmantes, universis vobis inhibemus, ne quis vestrum sententiam huiusmodi violet vel infringat.

Datum Wienne, die et loco predictis, regni nostri anno 6.

PAX CUM CAROLO SICILIAE REGE.

Litteras eo pertinentes Rudolfi et Caroli, regestis Nicolai III. insertas, Raynaldus ad a. **1280.** *publici iuris fecit.*

Rodulphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, venerabilibus archiepiscopis, episcopis, ceterisque comitatus et marchionatus Provincie, ac comitatus Folkalker ecclesiarum prelatis, devotis suis predilectis, gratiam suam et omne bonum.

In quibuslibet nostris actibus, ecclesiis et personis ecclesiasticis gratificari solicitis studiis affectantes, earum dispendia, quantum nobis ex alto permittitur, evitamus. Licet igitur comitatum et marchionatum Provincie; intendentes hec duo nomina, scilicet comitatum et marchionatum, esse synonyma, et unum non diversa supponere; ac comitatum Folkalker cum omnibus iurisdictionibus, iuribus, et pertinentiis eorundem, ac omnia, que infra comitatus ipsos consistentia, Romanorum imperatores per eorum privilegia quondam domino Raymundo Berengario, comiti et marchioni Provincie ac comiti Folkalker, ipsiusque predecessoribus donaverunt per speciale privilegium, confirmemus, concedamus, et de novo tam domino Carolo regi Sicilie illustri ad vitam suam, si tantum voluerit, quam heredibus regis eiusdem, qui processerunt ex eodem rege et clare memorie Beatrice regina Sicilie consorte sua, et omnibus heredibus et successoribus eorumdem, in feudum sub consuetis censu et servitiis prestandis, in posterum ab eisdem rege, heredibus, et successoribus in perpetuum possidenda, donemus; et promittentes quod per nos vel alium seu alios nullam donationem, confirmationem, investituram, concessionem, vel contractum, aut aliquid cum domina Margarita regina Francorum illustri vel eius procuratoribus aut nuntiis seu aliis quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus fecimus, per que huiusmodi confirmatio, de novo donatio, sive concessio, aut aliquid, quod in eodem concesso dicto regi super iis privilegio continetur, habere non possit vel debeat firmitatem, vel per que confirmationi, donationi, et concessioni predictis, ac iis, que in dicto privilegio continentur, aliquod afferri possit vel debeat nocumentum, seu predictorum confirmationis, donationis, concessionis, et aliorum contentorum in privilegio supradicto effectus aliquatenus impediri circa ea, que forsan extra comitatus eosdem predicta donatio imperatorum comprehenderet eorumdem; nihil ad presens penitus innovato, declaraverimus, ordinaverimus, decreverimus, statuerimus, ac expresse facturos et curaturos nos specialiter obligaverimus, quod per ea, que facta sunt a nobis predicte regine Francie, nullum omnino preiudicium fiat regi, et heredibus, ac successoribus supradictis, vel in iure preterito, quod eis in predictis comitatibus competebat, seu competit, vel iis que in confirmatione ac concessione predictis continentur; nihilominus tamen declaramus, ordinamus, decernimus, atque statuimus, quod per confirmationes, donationes, et concessiones comitatuum eorundem ecclesiis et personis ecclesiasticis illarum partium nullum omnino preiudicium generetur: cum intentionis nostre sit, earum iura non imminuere, sed augere.

In omnibus autem et singulis supradictis, plenariam interpretationem et declarationem Romano pontifici ad presens et in posterum reservantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo nos servaturos specialiter auctoritate pre-

1280. sentium obligamus; promittentes nihilominus predicta omnia et singula, postquam imperiale diadema, dante Domino, susceperimus, renovare ad maiorem et perpetuam firmitatem.

Actum et datum Vienne, 5. Kal. Aprilis, indictione 8. anno Domini 1280. regni vero nostri anno 7. 5

Carolus Dei gratia rex Ierusalem, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, princeps Achaie, Andegavie, Provincie, Folkalker et Tornodori comes, universis litteras inspecturis. Ad perpetuam rei memoriam.

Munificentie gratiam, et affabilitatis affectum, quibus magnificus princeps dominus Rodulphus Romanorum rex nos et domum nostram prosequitur, cognoscentes; ac inten- 10 dentes regem ipsum et Romanum imperium debite gratitudinis studio revereri, promittimus pro nobis et heredibus nostris, quod nos vel ipsi heredes per nos vel per alios non offendemus regem eumdem in aliquo, nec volentibus ipsum offendere prestabimus consilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte. Imperium etiam, vel aliquam eius partem non occupabimus vel invademus per nos vel per alios, nec occupari vel invadi pro- 15 curabimus; nec invadere vel occupare tentantibus prestabimus consilium, auxilium, vel favorem, publicum vel occultum: in iis auctoritate et mandato Romani pontificis vel sedis apostolice semper salvis. Vassallos quoque nostros, contra predictorum aliquod facientes, pro posse bona fide compescemus, et puniemus, salvis auctoritate et mandato predictis. Et si nos contra predicta, vel aliquod predictorum, que superius de imperio 20 loquimur, faceremus, liceat omnibus et singulis ecclesiasticis et secularibus principibus, baronibus, vassallis, et collegiis, ac communitatibus regni Sicilie, ac totius terre, que est citra Farum usque ad confinia terrarum Romane ecclesie, que ab ipsa tenemus ecclesia, et omnium aliarum terrarum nostrarum, que sunt in eodem imperio, ad mandatum eorundem Romanorum pontificis, vel apostolice sedis, iuvare predictum regem, et impe- 25 ratorem Romanorum contra nos et heredes eosdem ad defensionem imperii, et pro eo quod iuvabunt imperatorem, vel regem predictum ad defendendum imperium contra nos, et heredes eosdem, non reputentur aliquid egisse, vel agere contra homagium, vel fidelitatem ab ipsis prestita, vel prestanda nobis et heredibus supradictis; et quod propter auxilium, vel iuvamen, quod in hoc casu ad mandatum Romani pontificis, vel sedis apo- 30 stolice predictorum prestabunt imperatori vel regi Romanorum, nullum damnum, detrimentum, vel iacturam ipsi, vel eorum heredes in feudis et terris, que in regno Sicilie, ac tota terra predictis tenent, incurrent vel accipient; et quod homines, seu vassalli regni Sicilie non teneantur obedire nobis, volentibus per nos vel alium imperium vel aliquam eius partem, ut dictum est, occupare, invadere, seu offendere in aliquo, sal- 35 vis auctoritate et mandato Romani pontificis, vel sedis apostolice predictorum. Preterea inimicos regis eiusdem non iuvabimus contra ipsum, salvis auctoritate et mandato predictis, et excepto quod si nos haberemus guerram contra eandem Romanorum ecclesiam, vel ipsa ecclesia contra nos, possit idem rex dictam ecclesiam libere adiuvare: et si predictus rex haberet guerram contra ecclesiam predictam, vel eadem ecclesia contra ipsum, 40 libere nos memoratam ecclesiam adiuvare possimus.

Possit etiam rex predictus regem Ungarie iuvare in defendendo, sed nec de hominibus imperii possimus nos alicui servire contra regem Romanorum, vel imperatorem, nec de hominibus regis Francie servire teneamur alicui contra ipsum. Possimus quoque et nos regem Ungarie in defendendo iuvare, salvis in his auctoritate ac mandato Romani pon- 45 tificis, vel sedis apostolice predictorum. Possimus etiam iuvare regem Francie, ut tenemur. Quod si forte, quod absit, inter eundem regem Romanorum et nos aliqua discordia oriretur, unus non movebit propter hoc guerram alii, nec terram vel vassallos alterius molestabit per se vel per alios; salvis mandato et auctoritate Romani pontificis, vel sedis apostolice supradictis: sed recurremus ad Romanum pontificem, et super huiusmodi 50 discordiis prefatus rex Romanorum et nos stabimus dicto memorati Romani pontificis, si forsan inter nos nequiverimus concordare. Super his autem omnibus et singulis plenarie observandis, absolute ac libere Romano pontifici spiritualiter ac temporaliter nos tenore presentium duximus submittendos. In omnibus autem et singulis supradictis consensimus expresse, ut in eisdem omnibus et singulis plenariam interpretationem et decla- 55

rationem eidem Romano pontifici ad presens et in posterum reservantes, eius interpreta- 1280.
tionem, seu declarationem faciendam, etiam simplici verbo, nos servaturos specialiter auctoritate presentium obligamus: promittentes nihilominus predicta omnia et singula, postquam prefatus rex imperiale diadema susceperit, renovare ad maiorem et perpetuam
5 firmitatem. Premissa vero omnia et singula iuramento corporaliter prestito promittimus inviolabiliter observare, etc.

Actum Neapoli anno Domini 1280. die 10. Maii, 8. indict. regnorum nostrorum Ierusal. anno 4. Sicilie vero 15.

CONSTITUTIO VICARIORUM GENERALIUM
10 IN TUSCIA.

1281. Ianuar 5.

Tuscia provincia ex pace cum Carolo rege Siciliae recuperata, rex hisce litteris a Zacharia in Anecdotis p. 32. ex Pistoriensis civitatis libro censuum prolatis, et apud Lami Hist. metrop. Florentinae quoque extantibus, vicarios per eam generales instituit.

15 Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et aliarum ecclesiarum prelatis, nobilibus, civitatibus, communitatibus, universitatibus, oppidis, castris, villis, et personis singularibus quibuscumque in partibus Tuscie constitutis, gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam vestram cupimus pervenire, quod nos venerabilem Iohannem Gurcensem * episcopum principem, et Rudolfum aule
20 nostre cancellarium, fideles et familiares nostros dilectos, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condictio occupantis, constituimus, facimus, et ordinamus nostros et Romani imperii in partibus Tuscie vicarios generales, et insuper procuratores et nuntios nostros ad exigendum, petendum, et recipiendum nostro et eiusdem imperii nomine fidelitatis, homagii, et servitii debiti iuramenta a quibuscumque personis vel
25 locis nobis in eisdem partibus Tuscie eadem debeant, et ad petenda et recipienda bona et possessiones, redditus, et proventus, civitates, castra, munitiones, iurisdictiones, et iura, quocumque nomine censeantur, in eisdem partibus Tuscie pertinentia ad nos et imperium supradictum, et ad ordinandum et disponendum de ipsis et quolibet ipsorum, quidquid utrique vel alteri ipsorum, ubi alter absens fuerit, videbitur expedire, et iudi-
30 ces et officiales constituendos in negotiis et causis quibuscumque, sicut nos ipsi eosdem constituere possemus, si presentes essemus, et ad statuenda, tractanda, et facienda in predictis partibus Tuscie omnia et singula, que veri et legitimi vicarii, procuratores, et nuntii plenum mandatum et liberam administrandi potestatem habentes a nobis, facere possent et debent de consuetudine vel de iure, in illis etiam casibus, in quibus mandatum
35 requiritur speciale. Sententias etiam et banna, penas, et mulctas, quas iidem, vel alter eorum, ubi alter absens fuerit, vel constituti ab eis iudices, officiales, vel executores tulerint, imposuerint, vel exegerint, ratas habebimus, et faciemus concedente Domino inviolabiliter observari. Damus preterea predictis episcopo et cancellario, et alteri eorum, ubi alter absens fuerit, plenam et liberam potestatem et speciale mandatum,
40 rebelles et indevotos si quos quod advertat Altissimus, in partibus Tuscie repererint, qualiscumque condictionis extiterint, privandi feudis, castris, terris, gratiis, libertatibus, districtibus, privilegiis, iuribus, et iurisdictionibus quibuscumque, quos, quas, vel que hiidem tenere ab imperio dignoscuntur. Nos quoque gratum, et ratum, et acceptum habebimus, quidquid per eosdem vicarios, procuratores, et nuntios nostros, vel alte-
45 rum ex ipsis, ubi alter absens fuerit, actum, gestum, statutum, iudicatum, et ordinatum fuerit in premissis, et circa premissa, vel aliquid premissorum; in cuius rei testimonium presentes litteras fieri, et pendenti sigillo nostre regie maiestatis in evidens testimonium precipimus communiri.

Edita Vienne, anno Domini 1281. indict. 9. Nonis Ianuarii, regni nostri anno 8.

* deest Z.

dignoscuntur Z.

1281. Iun. Iul.

CURIA RATISBONENSIS.

Ex actis eius proponimus mandatum ad Iudaeos et sententiam de bonis principatuum non alienandis a Riedio in codice dipl. Ratisbonensi T. I. p. **575.** *et* **576.** *ex authenticis evulgata, atque constitutionem pacis generalis. Quam quidem Boehmerus noster ex codice unico, unde prius in Olenschlageri libro de Bulla aurea Doc. pag.* **127.** *vitiose vulgata erat, diligentissime descripsit. Codex membranaceus in fol. minori duabus columnis saeculo XIV. medio ab H. Telbanger exaratus, constitutionem ad calcem iuris Suevici provincialis et feudalis (Schwäbisches Landrecht und Schwäbisches Lehenrecht) exhibet, et mense Ianuario a.* **1830.** *ad scabinum olim Francofurtanum de Holzhausen pertinebat; quo defuncto, fata libri ulteriora ignorantur. Ceterum legem hanc curiae Ratisbonensi nec vero Norimbergensi adscribendam esse, inde patet, quod rex die proxime anteriori Ratisbonae privilegia condidit.*

MANDATUM AD IUDAEOS

Iul. 4. Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam nostram et omne bonum. In hiis, que fulcimentum et decus fidei christiane respiciunt, instaurandis ubilibet, dignum est, nos promptos semper et faciles inveniri. Noverint igitur universi, quod Iudei Ratisponensis civitatis et diocesis de nostro mandato, auctoritate, gratia vel indulto aut alia occasione quacunque sumpta a nobis, venerabili episcopo Ratisponensi Heinrico, principi nostro karissimo, ac successoribus suis nullatenus rebellabunt, nec ipsius vel successorum suorum in hoc mandato aliqua lite se opponent, quo minus predicti Iudei diebus passionis Domini nostri Ihesu Christi in hospitiis suis lateant, clausas fores et fenestras suas habeant, nec in vicis et plateis publice in contumeliam fidei christiane appareant, et in aliis, que circa hoc ab ecclesia sunt statuta, mandato eiusdem episcopi suorumque successorum reverenter obediant et intendant. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. (Legg. T. I. p. 1.)

Datum Ratispone, 4. Nonas Iulii, indictione 9, anno 1281.

SENTENTIA DE NON ALIENANDIS BONIS PRINCIPATUUM.

Iul. 5. Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus in perpetuum. Tenore presentium recognoscimus, quod presidentibus nobis iudicio Ratispone, sabbato infra octavam apostolorum Petri et Pauli, ad instantiam nunciorum et procuratorum venerabilis F.[b] Salzburgensis archiepiscopi, principis nostri karissimi, per communem venerabilis Heinrici Ratisponensis episcopi et illustrium Ludowici et Heinrici ducum Bawarie, principum nostrorum, et aliorum comitum et nobilium qui fuere presentes, sententiam fuerit dictatum et etiam approbatum, quod curie et alia bona principum ad principatus suos spectantia, sive Ratispone sive alibi, ubicunque sita, alienari non possint, nec de eis aliquid per ipsos principes ordinari, quod successoribus preiudicium aliquod valeat generare; quam sententiam, tanquam rationabilem, approbantes et etiam confirmantes, in eius testimonium maiestatis nostre sigillo presentes litteras iussimus communiri.

Dat. Ratispone, 3. Non. Iulii[a], indictione 9. anno Domini 1281. regni vero nostri anno 8.

a) *ita correxi ex Langii Regestis. Iunii Ried.* b) *i. e.* Friderici.

CONSTITUTIO PACIS GENERALIS.

1281. Iul. 6.

Daz sint di reht die chunic Rudolfe von Gotes genaden Romischer chunich unde immer merer des riches, wellen und gebieten dise rehte ze gehalten:

1. Wir setzen, daz iman in des andern gerihte iht rihte, und dheine rihter deheinen 5 scherigen setze, wanne nach der goteshouser rat diu scherigen haben, und nach des vitztums rat.

2. *Von schedelichen leuten.* Wir setzen auc, swa die rihter schedelich läute begriffen in ir gerihte, daz si die vesten an der herren schaden auf der gut si sitzen.

3. *Inziht.* Wir setzen, swa ein rihter einen man ihtes zihet, daz im daz im an 10 den lip nihte get, der ein gesezen man ist, daz er den weder vesten schol noch sin gut nemen sol; er sol im wan fur gebiten. Sprichet er in aber an umb ein dinch, daz im an den lip get, so sol er in vesten auf reht, und sol im sines gutes nihs niht nemen, und vor dem gerihte enpristet derselbe dem rihter mit reht selb dritten mit sinem gerihte der inziht diu im an den lip niht get.

15 4. *Swer den andern entwert.* Wir setzen, swa ein man den andern ansprichet: er hab in sines guts entwert mit gewalt an reht; mag der chlager daz bringen mit zwein der nahsten und der besten in der pfarre, daz er in entwert hat mit gewalt an reht; den sol man in sin gewer als lang setzen als lange als ez im auzen gewesen ist; und sol der schuldige fumf phunt geben dem rihter ze wandel, und sol im den scha-20 den abtun.

5. *Umb eigen läute.* Swem sin aygen man oder sin lehen man in ein pan stat vert, volget er im nach in einem iar, man sol in lazzen varen, verseumet aber er sich ein iar, so weleibet er in der stat, er muge danne bereden, daz er sein niht gewizzet hab. Vert er aber auz der stat in ein ander stat, allez daz reht, daz der herre in 25 der vodern stat hintz im het, daz hat er in dirre stat.

cf. p. 222. l. 8.

6. *Von haymsuchunge.* Swer einen edelen man feintlich heimsuchet, wirt er des uberret mit zwein oder mit der* gewizzen, der sol in der ahte sin. Und hat er im sines gutes niht genomen, so sol er im zehen pfunt fur sin laster geben, und dem rihter fumf pfunt. Nimt aber er im sin gut, daz sol er im gelten mit der zwigult. 30 Und der den schaden da getan hat, der sol selbe dritte bereden, daz der schaden als vil si; wil er des niht thun, so sol der den schaden wereden, dem er da geschehen ist, ouch selb dritte.

p. 301. l. 46. *drin?

7. *Gebur heimsuch.* Ist aber er ein gebur, der da heimgesuchet ist, dem sol fur sin laster gevallen ein pfunt und dem rihter zwei pfunt; und umb den schaden geschehe 35 als vor geschriben stet.

8. *Swer veil trinchet hat.* Ez sol nieman dehein trinchen veil haben, danne datz den rehten e tabern; swer dar uber tut, der ist fribrech.

9. *Von pfantschaft.* Ez en sol nieman ouf den andern ein varen noch laisten umbe dehein gulte, diu hinder zehen pfunden ist; noch dehein ros, noch dehein pfärde 40 umb dehein gulte hinder drin pfunden. Unde swer daz tut, der ist fribreche; und der sin pfenninge ouf so getan schaden leihet, der sol sie verliesen.

10. *Gerihte uber diupheit.* Swer einen schedelichen man oder einen diup für gerichte gevangen bringet, derselbe oder der rihter sol sweren, daz er ein so schedlich man si, daz man ze reht uber in rihten schull, und schuln denne sehs sweren, daz der 45 aid war si. Dar nach sol man vragen, wie man uber in rihten sull.

11. *Geziuch.* Ez schol niman dehein geziuch verwerfen, der ein unversprochen man.

12. *Wezigen.* Swelich bezigen man bezzern wil und ouf reht hin fur sten wil, der sol daz dem rihter verburgen mit vier biderwer manne rat von der chuntscheft, 50 die an gewär darzu raten; die borschaft sol man fur gut haben nach der vier manne rat.

13. *Unreht herberge.* Swer den andern herwerget mit gewalt, er si pfaffe oder leye, daz sol er im mit der zwigult gelten, er erlazze in sin danne gern; ez sei danne daz er niht furbaz muge, so soll er im den schaden einvaltigen gelten.

14. *Von Fütern.* Swer den andern fütert tages oder nahtes, begriffet er in daran, 55 und wirt er gevestent: so sol er dem rihter ein pfunt geben, und den schaden mit der zwigult gelten. Und tut er es hintz einem wert, mit des wirtes wizzen, derselbe

1281. Iul. 6. wirt sol dem rihter ein halb pfunt geben, er nem sich danne mit dem aid davon, daz er sin niht wesset.

p. 315. c. 9. ib. 8. 15. *Muntleut.* Es en schol nieman deheinen muntman haben, oder er ist fribrech.

16. *Geleitte.* Ez en sol nieman dehein geleit geben, danne der lantherre oder dem er ez wevilhet. 5

cf. p. 317. c. 11. 17. *Diubiges gut.* Datz swem man diubigez gut funden wirt, der scheub daz als reht ist, und volfur den scheub als reht ist.

18. *Unrekte mazze.* Swer unreht mazze hat, und unreht mizzet: der sol dem rihter ein halb pfunt geben als oft er ez tut, und den schaden mit der zwigult gelten.

cf. p. 184. l. 12. 19. *Nahtprant.* Swa man einen nahtprenner in eines mannes hous mit siner ge- 10 wizzen findet, der sol an des prenners stat sin.

20. *Panholz.* Swer holtz in den vorsten und in den panholtzen uber des huters willen nimpt, der sol ez gelten mit der zwigult, und sol dem rihter dannoch wandeln.

21. *Schutzen.* Ez en sol nieman dehein schutzen furen, er hab danne drizzich pfunt gulte, oder er si ein rihter. Swer anders so getan schutzen wegriffet, der sol 15 in di pfärde und die armbrust nemen, und soll die schutzen an daz gerihte antwurten fur schedelich leut.

22. *Eigenleut.* Swer ein man uffe seinem gut hat, swes er si, der sol im dehein lait tun, und sol in ze liehtmesse wider vodern, an zitlich dinst sol er im tun.

p. 267. 23. *Totslach.* Swer einen menschen ze tode sleht, da sol man uber rihten als reht ist. 20

24. *Umb burge.* Ez en sol nieman dehein burch haben, er habe sie dann an des landes schaden. Geschiht deheine schade daruf, so ist diu burch und der herre in der ahte, oder er bezzer als reht ist.

25. *Herwerger.* Ez en sol niman in der graschafft mer herwergen, danne er ze reht sol. 25

26. *Untriwe.* Swer sin triwe an sinem rehten herren brichet an im selben, an sinen chinden und an sin burgen: der ist in der aehte, und sol ez der herre rechen an sinem lib und an sinem gut.

cf. p. 162. 27. *Unreht wandel.* Sweliche rihter den frid und die sätze mit den wandeln ubergrifet, der soll dem herren, von dem er daz gerihte hat, zehen pfunt geben, und 30 soll den schaden mit der zwigult gelten.

28. *Umb eygen leute.* Swer dem andern sein leute ein nimpt, di er in nutz und in gwer hat wehabt, di soll er im wider antwurten, unde sol im dirre danne daz rehte tun, und die gewer an den leuten sol er wehaben mit zwein.

p. 243. l. 50. p. 236. c. 7. 29. *Umb ban.* Swelich graf, frey oder dinstmann iar und tach in offenem panne 35 ist, den sol man in die eht tun. Ist er aber ein ander man, so sol man in uber sechs wochen in di eht tun. Und swer als lang in der aehte ist, als da vor von dem panne geschriben ist, ouf den gevellet ze gelicher wiz der pan.

p. 301. l. 3. p. 314. c. 3. 30. *Hantfrid.* Swer zwischen zwein veinden einen hantfriede machet, und der von entwederm ze brochen wird, jener der den frid gemachet hat, der hat den gewalt 40 einen an ze sprechen, der den fride zebrochen hat, ob er ez selb dritte uffe in webären mach, so sol der den frid zebrochent hat in der aehte sin, und sol den schaden mit der zwigulte gelten, ob der schad an ein tode slag ist. Erget aber ein totslag, da schol umb ergen als umb den todeslag gesetzet, und sol dem rihter buzzen als ein fribrecher man. Ist daz, daz der den frid gemachet hat ienen der in zerbrochen hat durch lieb 45 niht ansprechen will: der rihter in des graschaft er gesezzen ist, sol in ze virtzehen tagen laden. Chümt er ze dem tage niht noch webärt ehaft not niht, oder daz im der tach niht gechundet si: so sol er die buzze leiden, die einer leiden muz, der den frid zebrochen hat, und sol der rihter den gewalte haben, daz er selbe dritte bewer di schulde uf in den fridbrechen man. Ob der hantfridebrech man ehaft not bewärt, daz 50 er ze dem tage niht chomen möhte, oder daz im der tach niht gechundet si, so sol man im ze reht einen andern tach geben. Ist aber der den hantfride zebrochen hat ein so getan man, daz in dirre, der den hantfride gemachet hat, niht angesprechen getar, so sol er sweren, daz er vor vorhten sines libes in niht geturre ansprechen noch so getan schulde uf in bringen. Ob der frid zerbrochen wirt an eins wizzen, der den frid ge- 55 machet hat: so sol er des sweren, daz er sin niht gewizzet hab, daz der fride zebrochen waz.

31. *Umb fride.* Ob ein man gibt sinem veint frid fur sich selben und fur die sinen, und einer der sinen den fride brichet: so sol iener des helfer er ist, als er sin inne wirt, sich desselben ouzzen und bereden, daz ez* an sin wizzen und an sinen willen geschehen si, und sol mit einem, den er geleidigt hat, nach seiner bet ouf in sin. 5 Und nimpt er in wider an sich, so ist er mit sampt im fridbrech.

1281 Iul. 6.

* er c.

32. *Fride.* Ob zwein veint einen fride an einander geben habent; oder zwein friunde einander wider varent, und mit eintwederm ein man ist, der des ander veint ist, und frides von im niht hat, unde wil iener sich seins friundes trosten, und wil disen an weigen sin geselle, der sin friunt ist, oder einer der den hantfride mit im hat, so 10 sol er daz undervaren; und en mag er des niht undervaren, so sol er dem helfen, den diser da an weiget. Tut er des niht, so ist er fribrech und triwlos. Ob zwen friunt oder zwen veint, di fride mit einander habent, aneinander wider varn ouf dem wege, und ir einer under den zwein füret einen mit im, der niht frid hat von jenem, und fürht er, daz er im tun welle, so sol er hintz im senden und sol sprechen: „Der man 15 ist mit mir, der frides von iu niht hat, lat daz durch mich, daz ir im ze diesen ziten niht tut bi mir.“ Und wil er des nit tun, ist er sin veint, so hat er den frid zebrochen; ist er sin friunt, so hat er sin triwe zebrochen.

33. *Fride.* Swa zwischen zwein veinden ein fride gemachet wirt, den sol niman widerbieten e der zit, da er von erst hin gemachet ist. Swer daz tut, der ist fridbrech.

20 34. *Fride.* Swa zwein veint fride ander gebent und ir eintweder ettwenne seiner friunt oder siner leute ouz dem fride nimpt, fur die er den fride niht westätigen wil noch en mach: desselben sol er sich ouzzen, und sol im dehein hilfe bieten wider ienen alle di wile, unde der fride wern sol. Tut er ez darüber, so hat er den fride zebrochen.

35. *Fride.* Swer in dem hantfrid geleidigt wirt, der schol daz an chlage niht 25 rechen; tut er daz, so ist er fridbrech. Ob zwischen zwein veinden frid gemachet wirt, und einer under in sein mage oder umb solte hilfe biutet ouf den andern in der zit, und der fride wern schol, er ist fridbrech. Die hertzogen noch di bischolfe noch deheine rihter sol deheine schedelich leute mit heyrat an sich nemen, daz er si wescherme des gesatzten rehtes des gerihtes.

p. 311. c. 5.

30 36. *Umbe raise.* Swer offenlichen raiset wider ieman, der den fride gesworen hat: den reishoubtman sol man enthoubten. Ist daz ein man raiset ouz dem lande, und daz er an der durchverte ieman schaden tut, und den niht buzzet in sechs wochen: den sol der chlager bi dem aid umb den frid ansprechen, und sol im den schaden zwir gelten.

35 37. *Umb die aehter.* Schwelich aehter chumbt fluchtiger in eins mannes hous, des houses herre sol im helfen, daz er an schaden da uz chome, unde darumb sol er niht in der aehte sein. Wirt aber der aehter in des hous funden, und sich der wirt, und mach er niht wereden, daz er enwesset, daz er in der aehte wär: so sol man daz hous unde den wirt in die aehte tun, und ste an des rihters gnaden, ob ieman mer in 40 dem hous si, den man da umb aehten sul, an die hausfrawen und an chleiniu chinte. Ob ein aehter einen andern aehter sinen genoz ze dem gerihte antwurtet, den schol man ouz der aehte lazzen, und sol uber disen rihten.

cf. p. 185. l. 9.

p. 317. c. 13.

38. *Offen pan.* Die wil ein man in offen bann ist, und in der aehte, so en mach er deheine lehen weder geleihen noch enpfahen. Geschiht ez daruber, ez hat niht chrafft.

45 39. *Pfaffenriht.* Dehein wertlich rihter sol hintz deheinem pfaffen umb dehein dinch rihten, er werde danne entsetzen von sinem bischolfe.

cf. p. 214. l. 1.

40. *Chlosterfride.* Chloster, chirchen, frithofe, widem, mül, suln gantzen fride haben; swer si angriffet, der ist fridbrech.

p. 267. c. 2.

41. *Gartenfride.* Swer wingarten und boumgarten abhaut oder tages oder nahtes 50 dar uz stilt, und impen vaz ouz brichet und dar ouz stilt, der ist fridebrech.

p. 185. l. 29.

42. *Fridebrief.* Eß en sol dehein rihter an dehein gerihte sitzen, er hab den fridbrief bi im teusch geschriben, oder er geb dem herren, des rihter er ist, als oft er ez uber get fumf pfunt.

43. *Unrehte geide.* Swer mit drauhen oder mit netzen oder mit stricken oder 55 mit deheiner weraitschaft daz wilt veht tages oder nahtes, und habich oder spärber erstiget, der ist ouz dem fride.

44. *Munche rihte.* Munchen, wiben sol man rihten und sunderlichen pfaffen nach

cf. p. 267. c. 1.

1281. Iul. 6. aller ir chlage an ir vogtes frage und an furgezoch, swenne sie chlagen, daz der friede an im zebrochen ist.

45. *Zu gerihte an harnasch.* Ez en sol nieman zu des grafen noch zu des rihters gerihte chomen mit harnasch oder mit armbrusten, oder er sol dem grafen oder dem rihter zehen phunt geben. 5

46. *Umb aisch.* Swer aische oder weisunge haben wil, der sol sweren, daz er an ubel list hab.

p. 315. c. 10. 47. *Umb phantunge.* Swer den andern pfendet an fronboten, der ist fridbrech.

48. *Um loter.* Loter pfaffen mit langem har und spilläute sind ouz dem fride.

49. *Mulner mazze.* Swelich mulner mer nimpt danne das dreizzigst teil, der sol 10 dem rihter zwen und sibentzich pfenninge geben.

50. *Fridbrechen.* Swer den andern ansprichet, daz er den fride an im zebrochen hab umb ein dinch, daz uber sechs schillinge der langen ziuhet, hintz des leib sol man rihten, ob er sich niht wereden mach. Ist aber daz dinch under sechs schillinge, so sol ez dannoch dem geriht wandeln. 15

p. 236. c. 1. 51. *Pfaffen reht.* Dehein rihter, noch dehein scherige, noch deheine ander man sol sich der pfaffen gut nach ir tode niht underwinden mit gewalt an seinen bischolfe und an seinen techent. Swer es anders nimpt, der ist fridbrech.

cf. p 102. c. 3. 52. *Maul slege.* Swer den andern rouffet oder an das maul sleht, oder in mit chnutteln sleht, daz er in niht wundet: der sol im ein pfunt geben und dem rihter 20 zwein und sibentzig pfenninge, an di chint diu hinder virtzehen iaren sint. Und an da ein man oder ein frowe ir ehalten slahent an mezzer slege und an swert slege und an wunden.

cf. p. 267. c. 4. 8. 10. 53. *Von wunden.* Swer den andern wundet an lem, der sol im fur igelich wunden ein pfunt geben, und dem rihter fur di wunden ein pfunt geben.

54. *Umb raub.* Swer den andern raubet an widerbot, den er wol vor gegruzzet 25 hat, und sich des selbe dritte mit dem genanten niht wereden mach: dem sol man diu hant abslahen, und sol den schaden dri stunt gelten. Und der in dar umb ansprichet, der sol sweren, daz er in niht an mutwillen.

55. *Verholen mezzer* (*cultri absconditi*). Swer mezzer in der hosen oder anderswa verholn treit, wirt man des inne, dem sol man di hant abslahen. 30

56. *Chonen.* Swer einen manne sine* chonen hinfuret, der ist in der aehte.

* sin echonen *cod.*

p. 267. c. 13. 57. *Strozroub.* Schahroup und strozroub sol deheinen oufschub haben; swen man damit wegriffet, da sol man uber rihten.

58. *Chauf sezen.* Ez sol ein igelich rihter in igelicher stat und in igelicher pfarre mit alten, den besten und den tiursten, bi dem aid vor der chirchen den kauf sezen, 35 und daz lon: smiden, webärn, sneidern, schuchstärn, madärn, zimberleuten und den andern allen. Und swer mer nimpt, danne im gesetzet ist, der sol dem rihter als oft zwen und sibentzig pfenninge geben.

59. *Pfenden.* Ez pfendet ein igelich man sinen hindersazzen wol an fronboten umb sinen zins und umb sein gulte. 40

Swes an diesem buche vergezzen ist, dez sol man rihten nach dem alten reht.

Daz ist geschehen, do von Christes geburt vergangen woren zwelfe hundert iar und in dem ein und ahtzigisten iar an dem ahten tage der heiligen zwelf poten sant Peters und sant Pauls.

1281. Iul. Aug.

CURIA NUREMBERGENSIS. 45

Constitutio pacis quinquennalis in Franconia Friderici II. constitutionem pacis Moguntinam, forma tamen diversa, initio, fine, et introitu capitum recisis, ordine diverso, sententiis nonnunquam aliter expressis, nonnunquam resectis vel aliis insertis, exprimit. Authenticum eius quum haud amplius superesse videatur, subsidia quae 50 *ad manus erant in usus nostros convertimus. Ratio eorum est du-*

plex. 1) *Charta quam pro fundamento posuimus, a Cl. Thiersch in tabulario civitatis Tremoniensis reperta, iam vero tabulario regio Monasteriensi illata, in membrana longiori duabus columnis, et prout ex specimine adiecto patet, tempore latae legis exarata est, atque linguam Germaniae inferioris praefert. Lacunas in parte dextra membranae situ corruptae haud raras, Cll. Erhard et Thiersch in editionibus suis*[1] *explere conati sunt, quod tamen propter subsidiorum inopiam haud ubique bene cessisse videtur. Nos eandem rem aggressi, chartae, iussu Viri Excellentissimi L. B. de Vincke summi Westfaliae Praesidis nobis transmissae, vitia manifesta ope textus latini supra pag.* 313 *sqq. editi, chartae authenticae d.* 13. *Dec.* 1281. *et codicum dialecto Germaniae superioris exaratorum tollere conati sumus, dialecto tamen Germaniae inferioris servata, quod alterius dialecti specimen authenticum in charta d.* 13. *Dec.* 1281. *quae plurimum cum constitutione nostra congruit, extet. Codices isti chartacei, saeculi XV., sunt:* 2) *C. bibl. universitatis regiae Monacensis Nro. III.* 78. *chart. Karoli IV. bullam auream theutonice versam, tres Rudolfi, Alberti et Ludovici IV. annorum* 1281. 1303 *et* 1323 *constitutiones pacis, et quaestionem ad Ludovicum Bavariae ducem sistens; quem aeque ac alterum Monacensem V. Cl. Föringer in usus nostros exscripsit.* 3) *C. regius Monacensis inter codd. Germanicos Nro.* 236 *signatus, Ruperti Frisingensis librum legis, et constitutiones easdem Rudolfi, Alberti et Ludovici IV. exhibet.* 4) *C. bibl. Palatinae Vindobonensis in catalogo Iuris civilis Nro.* 186, *constitutiones Rudolfi, Alberti, Ludovici, atque Karoli IV. auream bullam continet. Rudolfi confirmationem inde ediderat olim Hergott. in Geneal. T. III. f.* 502. 5) *C. bibl. eiusdem inter Salisburgenses Nro.* 385. *inde a fol.* 233. *Rudolfi, Alberti et Ludovici constitutiones, Ottonis regis Hungariae comitis Palatini Rheni et ducis Bawariae privilegium a* 1311 *in die S. Viti, et Friderici IV. reformationem habet. Ex utroque codice Vindobonensi formulam Rudolfi confirmatoriam Chmelius noster cum editis conferri curavit.* 6) *C. bibl. ducalis Guelferbytanae inter Augusteos Nro.* 82. 4. *in fol. librum iuris civitatis Bambergensis, constitutiones Rudolfi, Alberti et Ludovici, atque Karoli IV. bullam auream theutonice versam complexus, a reliquis plurimum recedit, ac saeculi quo et ipse exaratus est decimiquinti vestigia in sententiarum ambagibus refert. Praeterea Boehmerus noster* 7) *in tabulario civitatis Augustanae codicem saeculi XV. evolvit, quo ius Suevicum ut videtur, Karoli IV. aurea bulla, et constitutiones Rudolfi et Ludovici habentur. Quibus tandem adiicimus* Sch.) *editionem Schilteri a Senkenbergio in Nova Constitutionum imperii Collectione T. I. p.* 19—27 *repetitam, quae cum codicibus* 2. *et* 3. *plurimum congruit. Cuius, aeque ac codicum* 2—7, *nonnisi praecipuas lectiones adferendas iudicavimus. Monacensis tertii et Basiliensis codicum alio loco mentionem facturi sumus.*

Sententiam contra alienationes bonorum imperii ex Martenio Thesaur. T. I. p. 1169 *repetimus; unde et recens apographum in tabulario Caesareo Vindobonensi fluxisse, opinio praeceps est.*

1) Zeitschrift für Archivkunde etc. T. II. p. 204 sqq. et Neue Mittheilungen des Thüringisch-Sächsischen Vereins T. II. pag. 521 sqq.

1281. Iul. 25.

CONSTITUTIO PACIS IN FRANCONIA.

Dit[a] regth[b] satte ande stedede[c] der ander keiser Frederic mit der vursten rade, ande mit anderen grozen herren unde wisen, to dem grozen hove to Megenze. Dit gescach von[d] unses herren Cristes geburde tvelf hunderst iar, unde ses ande dertich iar[e], to sente Marien misse[f], to mitten Oueste[g].

p. 315. cap. 11.

1.[h] Wir setzen ande gebeden, bi des rikes hulden[i], unde van unser keiserliker gewalt, unde mit der vůrsten rade ande ander des[k] rikes holden unde getruwen: Svelic sune sinen vater van sinen burgen, oder van anderem sinen gůde verstotet, oder ene bernet oder rovet, oder to sines vader vienden sich maket mit eiden oder mit trůwen, dat et of sines vader ere gat, oder op sine[l] verderfnusse, betuget en des sin vader to den heilegen vor sime richtere mit tven sentberen[m] mannen, de nin man van reghte verwerpen kan, de sune sal sin vurteilet[n] eigenes, ande loines, ande varendes gutes, ande gar lic, alle des gutes ewelike der he von vater ande von moter erven solde, also dat eme weder richter nog vater nummer helpen mag, dat he ne gein recht to de gute immer gewinnen moge. Svelich sune an sines vader lif radet, oder en vrevelike[o] angripet mit untrowe oder mit gevancnisse, oder in dechein bant sezet dat vancnisse hetet, wert he des vor sinen reghtere betuget, alse hir vor screven est, de selve sone se eilos[p] ande regthlos ewelike, also dat he immer[q] komen mach to sime reghte mit negeinen dingen. All de de vader och te getuge nimet vor deme richtere[r], ouer alle de sake de hir vor gescreven sint, de solen des nicht ouer werden durch sibbe, noch durch geine sclagte sake, sie ergen[s] den vader der warheit; der des nit dun newil, den sal de rechtere dar to tvingen, it en si dat he vor deme rightere swere to den heilegen, dat he dar umbe ith wete. Hat de vater denstman oder eigene luite, von dere[t] rate oder van der helpe, de sune dere[u] dinge necheines dut weder sinen vater, de hir ovene gescreven sint[v], betuget dat de vater ofte sie vor sime richtere alse hir vore gescreven es selve derde to[w] den heilegen, de selve sin elos ande rechtlos eweliken; der vater mag aver sie nit bereten[x] der dinge, he ne betuge er den[y] sune alse dar vor gescreven es. Betuget he dar na de denestman, oder de eigene lute, de rechtere in des gerichte it geschein is, sal sie zu achte[z] don, ande sal sie nummer dar ut gelaten, sie ne gelden deme vater sinen schaten tvevolt, den he von erme rate oder van eren helpe genomen hevet, ande deme richtere sin recht. Hebbent de selben len von den vater, de lein solen dan vater ledech sin alto hant, so he se betuget, ande sal he en nimmer weder lien. Liget he[*] auer en dat weder, so sal he[a] also vil alse das leines is, deme rihtare[b] geven ane weder rede. An allen diser sake de hir vor gescreven sint, mach iuvelich sentbere vriman[c], der sin[d] recht hat behalden[e], er en sin vurste oder ander en hoch man[f], helpen betugen so wat he weit: ein dinestman magh och betugen mit anderen dinestmannen, en eigen man mit sinen genoten, en gebur[g] mit sinen genoten[h]. En iuvelic vriman helpet wol eime dinestmanne, of he wet. Ist dat[i] de vater vor gevancnisse oder von anderen ehafter[k] nod, dit recht nith vorderen mach, so sal it siner mage[l] einer dun, unde sal de mach bewaren[m] to den heilegen, dat den vader ehaftich nod benemet[n], dat he dar nicht comen ne mach, unde sal de nod noemen[o]. Unde wan he dat beredet, so sal eme reith umbe de clage beschein an des vader stat, alse ef de vader selve dar were. En dinestman helpet och eime sime ungenoten[p], de nideren ene mogen den overen[q] heheren nit gehelpen.

p. 314. c. 5.

2. Wir[r] setten unde gebeden, so wat schaden ene manne gesche, dat he dat selven nith richte[s], he ne claget al[t]-irst sinen richtere, unde volge siner clage an dat ende

a) *codices saeculi XV.* 2—5 7. *et Schilt. hanc inscriptionem praemittunt:* Hie hebt sich an kayser friederichs des anndern brief. *Iidem singulis capitibus inscriptiones praefigunt, dum* 1. *capita nonnisi maiori littera indicat.* b) *ante* regth *litterae* ro *vestigia licet evanida superesse videntur* 1. c) Dit regth satte ande steltde ERHARD. Dit (re)gth s(a)tte ande ste(tige)de THIERSCH. *Reliquas lectionum varietates omisi.* d) vor 1. e) Iar, an unser frawen tag mitten in dem Augst. *Schilter.* f) 1. *deest in rel.* g) 1. Augst *rel.* h) *numeros inseruimus.* i) h. und getrawen und 6. k) *deest* 1. l) s. schaden oder v. 6. m) stantparn m. 2. sempermannen 3. 7. *Sch.* unverlewmenten mannen 6. n) vaderlikes 1. o) urläugleichen 2. verlenglichen 3. *Sch.* vrlegliche 7. an laube 6. p) erloiß 2—6. erlofe 7. q) nimmer 2—7. r) richte 1. s) gestanden 2—5. *Sch.* gesteen 6. gestande 7. t) vor deme 1. u) *vox excisa.* v) *vox fere tota excisa.* w) vo *deleto,* to 1. x) eı *excisa.* y) de 1. z) sie ute deme rechte 1. *) *deest* 1. a) *deest* 1. b) rittare 1. c) semperfreyman 2. 3. 7. *Sch.* fromman 6. d) sint 1. e) b. den Vater 1281. *Dec.* f) wolgeboren man 6. g) pawr 6. h) e. g. m. s. g. *desunt* 2. 3. *Sch.* i) dar 1. k) hefftiger 6. l) fründt 6. m) man behalten 6. n) irre 2. 3. 6. *Sch.* irrt 7. o) nennen 2—7. *Sch.* p) mitgenossen 6. q) *deest* 2—7. *Sch.* r) Vuir 1. s) entrichte 2. 3. *Sch.* gerichte 7. t) *vox lineae superscripta.* 1.

1281. Iul. 25.

alse reth is, it ne sie dat he dar to hant sie to notwere sines lives oder sines gudes. So[a] wie sic anderes rithet, dan hir vor gescreven stad, so wat schaden he dar umbe ene manne dut, den sal he eme tvevoldich gelden, unde so wat schaden eme geschen ist, de sal alte male[b] vorloren sin, unde sal nimmer neoheine clage dar na gewinnen. Swe aver sine clage vollen voret, also dar gescriven is, wirt eme nith gerithet unde mot he dor not sine vienden wider segen, dat sal he bi dage dun, unde von deme tage dat he heme wider saget, uns an den virden dach, sal he eme necheinen schaden dun, weder an live, nog an gude; so hevet he drie ganze dage vrede. Och en sol der deme dar weder saket[c] is, uns[d] an den vierden dach necheinen scaden dun, deme de eme weder saget hevet. An weme dese gesatte gebroken wirt, de sal sime reithere clagen, unde sal de rithere genen vor gebeden selve oder mit sineme geboden; unde ne mach sich de selve dem dat vor geboden is nit unsculdigen selve sivende sentberen lude[e] vor deme reithere, so es he elos unde reitlos ewelike, also dat he[f] nimmer ne cume to sime reithe.

p. 314. c. 3.

3. An weme de lantvrede[g] gebroken wirdet, betuget he dat to den heilegen, vor sime reithere, mit deme, de den lantvrede gemaket[h] hevet, unde mit tven anderen sentberen manne[i], de er reith[k] gehalden[l] hebbet, dat de lantvrede[m] an en gebroken si, de reithere sal den genen ze achte dun, de den lantvrede gebroken hevet, unde sal en nimmer uter achte laten, ane des clegeres willen; oder he vor lore de hant dar umbe. Ist aver de lantvride mit deme dotslage tobroken, so solen de mage immer[n] de dar geslagen wart clagen, unde solen den mort bereden[o], also dar vor bescriven ist; unde wanne he dat beredet[p], so en sal man genen nimmer uter achte laten, he ne bede[q] den lief dar umbe, unde sal elos ende reitlos sin. Wil aver de, de den lantvrede gemaket hevet oder envancen[r], ime[s] des geriches nith gestan, dat de vride an ime gebroken si, deme sal de reithere gebeden, bi des keiseres hulden, dat he eme helpen sines reithes, oder he mut sweren tu den heilegen, dat he nith ne wite. Lat he dat aber durch sibbe oder durch enich ding, he ist deme keisere oder deme reithere de hant sculdigh.

p. 314. c. 4.

4. Wir[t] setten ande gebeden, bi des rikes[u] hulden, dat alle unse vursten, unde alle de gerithe van uns hebben, reith rithen also des landes side ande gewonhet sie, unde dat selbe gebieden den de gerithe van en hebben. Sve des nith en dot, over den wille wi reithen scherpliken[v] also reith ist; unde wot uns over en geteilet wirt, des en wille wi nit laten, noch nine manne over sehen[w], noch nine manne schonen; unde gebeten och unsen vursten, dat sie mitter bute dvingen de van eme gerichte hebben, dat sie rethte reithen, unde de bute nith ne laten, de en erteilet wirt[x].

p. 316. c. 12.

5. Wir setzen ande gebieten och [unsen vorsten[y]], dat negein reithere imanne[z] zu achte du, wan openbare, unde dat negein reithere ene man uter agte late, he neme de wishet[*] dat deme clegere gerithet werde, na des landes gewonheit; dut des die reithere nit, de keiser sal over en reithen als it reith is: wi[a] geloven, dat wie dat selve halden.

Wi setten ande gebieten, so wat en iuwelich reither gewiddet[b] wirt, dat he den echter uter achte lat, dat he dat gerne[c] neme, unde des nith ne late, dat de lute de ungerner in de achte comen. Wir[d] wollen och unses rethes niet laten.

p. 315. c. 9.

6. Wi setten ande gebieten, dat man[e] palborgere[f] allen halven late; wi willen och[g] in unsen steden necheine hebben. Wi gebeden och, dat[h] nen man necheine muntman hebbe.

c. 8.

7. Wie verbieten och bi unsen hulden, dat nen[i] man den anderen dor dat lant geleide, umbe nechein gut, he ne hebbe dan geleide van me rike.

a) Sue, Swe *infra* 1. wer 2—7. b) a. m. *desunt* 2—6. gar 7. 1281. Dec. c) wedersaket — wedersaget *desunt* 2—3. *Sch.* 6. 7. d) vn̄ 1. e) semperlewt 2. 3. *Sch.* semperfryen lewt 7. unverlewment man 6. f) *deest* 1. g) *vox ista in* 1. *ita scribitur, ut litteram* h *ex* l *haud intellecto vel male lecto ortam esse appareat; in sequentibus vero haud oscitanter* h *ubique scribitur.* — lanndfrid 2. 3. lantfrid 6. landfrid *et* handfrid 7. handtfrid *Sch.* — *ita et deinceps.* h) *deest* 1. i) sencteren m. 1. sempermannen 2. 7. *Sch.* frommen mannen 6. k) *deest* 3. 6. l) gehaldet *corr.* gehalden 1. m) hanturedre 1. n) einer 2. 3. *Sch.* ainer 7. *deest* 6. o) beschreyen 6. p) betzewget 6. q) geb 2. 3. *Sch.* 6. gab 7. r) antfangen 1281. *Dec.* gefanges ym 2. *Sch.* gefangen yn 3. gefangen ist 6. gevanngn im 7. s) eime *corr.* ime 1. t) Vuir *constanter* 1. u) keysers hulden und des reichs 6. v) scherlikenen 1. scherplich 2. 3. *Sch.* 6. schärflich 7. w) ouerschen 1. x) *finis columnae prioris* 1. y) *desunt a.* 1235. *tum* 2. 3. *Sch.* 6. 7. 1281. *Dec.* z) *excisa vox quatuor quinqueve litterarum. Lectionem nostram ex charta a.* 1281. *Dec. assumpsi.* ymant 2. 3. *Sch.* 6. iemant 7. — *Erhard* niman *coniicit*, *Thiersch* necheinen man *cui spatium non sufficit.* *) gewissheyt 2. 3. *Sch.* gewissenheyt 6. gewisshait 7. a) wi — halden *desunt a.* 1235. b) gewettet 2. 3. *Sch.* geweist 6. gewett 7. c) *ita* 1281. *Dec.* 6. gern 2. 3. *Sch.* 7. gerre: 1. d) Wir — laten *desunt a.* 1235. *tum* 2. 3. *Sch.* 6. 7. *adsunt* 1281. *Dec.* e) m. p. al *obscura vel abscisa* 1. f) phalburger 2. 3. *Sch.* 6. phalpurger 7. g) o. d. *obscura vel abscisa* 1. h) h. d. n. *obscura* 1.

1281. Iul. 25.

CONSTITUTIO PACIS IN FRANCONIA.

Dit[a] regth[b] satte ande stedede[c] der ander keiser Frederic mit der vursten rade, ande mit anderen grozen herren unde wisen, to dem grozen hove to Megenze. Dit gescach von[d] unses herren Cristes geburde tvelf hunderst iar, unde ses ande dertich iar[e], to sente Marien misse[f], to mitten Oueste[g]. 5

1.[h] Wir setzen ande gebeden, bi des rikes hulden[i], unde van unser keiserliker gewalt, unde mit der vůrsten rade ande ander des[k] rikes holden unde getruwen: Svelic sune sinen vater van sinen burgen, oder van anderem sinen gůde verstotet, oder ene bernet oder rovet, oder to sines vader vienden sich maket mit eiden oder mit trůwen, dat et of sines vader ere gat, oder op sine[l] verderfnusse, betuget en des sin vader to 10 den heilegen vor sime richtere mit tven sentberen[m] mannen, de nin man van reghte verwerpen kan, de sune sal sin vurteilet[n] eigenes, ande loines, ande varendes gutes, ande gar lic, alle des gutes ewelike der he von vater ande von moter erven solde, also dat eme weder richter nog vater nummer helpen mag, dat he ne gein recht to de gute immer gewinnen moge. Svelich sune an sines vader lif radet, oder en vreve- 15 like[o] angripet mit untrowe oder mit gevancnisse, oder in dechein bant sezet dat vancnisse hetet, wert he des vor sinen reghtere betuget, alse hir vor screven est, de selve sone se eilos[p] ande regthlos ewelike, also dat he immer[q] komen mach to sime reghte mit negeinen dingen. All de de vader och te getuge nimet vor deme richtere[r]. ouer alle de sake de hir vor gescreven sint, de solen des nicht ouer werden durch 20 sibbe, noch durch geine sclagte sake, sie ergen[s] den vader der warheit; der des nit dun newil, den sal de rechtere dar to tvingen, it en si dat he vor deme rightere swere to den heilegen, dat he dar umbe ith wete. Hat de vater denstman oder eigene luite, von dere[t] rate oder van der helpe, de sune dere[u] dinge necheines dut weder sinen vater, de hir ovene gescreven sint[v], betuget dat de vater ofte sie vor sime richtere 25 alse hir vore gescreven es selve derde to[w] den heilegen, de selve sin elos ande rechtlos eweliken; der vater mag aver sie nit bereten[x] der dinge, he ne betuge er den[y] sune alse dar vor gescreven es. Betuget he dar na de denestman, oder de eigene lute, de rechtere in des gerichte it geschein is, sal sie zu achte[z] don, ande sal sie nummer dar ut gelaten, sie ne gelden deme vater sinen schaten tvevolt, den he von erme rate 30 oder van eren helpe genomen hevet, ande deme richtere sin recht. Hebbent de selben len von den vater, de lein solen dan vater ledech sin alto hant, so he se betuget, ande sal he en nimmer weder lien. Liget he[*] auer en dat weder, so sal he[a] also vil alse das leines is, deme rihtare[b] geven ane weder rede. An allen diser sake de hir vor gescreven sint, mach iuvelich sentbere vriman[c], der sin[d] recht hat behalden[e], er en sin 35 vurste oder ander en hoch man[f], helpen betugen so wat he weit: ein dinestman magh och betugen mit anderen dinestmannen, en eigen man mit sinen genoten, en gebur[g] mit sinen genoten[h]. En iuvelic vriman helpet wol eime dinestmanne, of he wet. Ist dat[i] de vater vor gevancnisse oder von anderen ehafter[k] nod, dit recht nith vorderen mach, so sal it siner mage[l] einer dun, unde sal de mach bewaren[m] to den heilegen, 40 dat den vader ehaftich nod benemet[n], dat he dar nicht comen ne mach, unde sal de nod noemen[o]. Unde wan he dat beredet, so sal eme reith umbe de clage beschein an des vader stat, alse ef de vader selve dar were. En dinestman helpet och eime sime ungenoten[p], de nideren ene mogen den overen[q] heheren nit gehelpen.

p. 315. cap. 11. — p. 314. c. 5.

2. Wir[r] setten unde gebeden, so wat schaden ene manne gesche, dat he dat selven 45 nith richte[s], he ne claget al[t]-irst sinen richtere, unde volge siner clage an dat ende

a) *codices saeculi XV. 2—5 7. et Schilt. hanc inscriptionem praemittunt:* Hie hebt sich an kayser friederichs dez anndern brief. *Iidem singulis capitibus inscriptiones praefigunt, dum* 1. *capita nonnisi maiori littera indicat.* b) *ante* regth *litterae* ro *vestigia licet evanida superesse videntur* 1. c) Dit regth satte ande steltde ERHARD. Dit (re)gth s(a)tte ande ste(tige)de THIERSCH. *Reliquas lectionum varietates omisi.* d) vor 1. e) Iar, an unser frawen tag mitten in dem Augst. *Schilter.* f) 1. *deest in rel.* g) 1. Augst *rel.* h) *numeros inseruimus.* i) h. und getrawen und 6. k) *deest* 1. l) s. schaden oder v. 6. m) stantparn m. 2. sempermannen 3. 7. *Sch.* unverlewmenten mannen 6. n) vaderlikes 1. o) urläugleichen 2. verlenglichen 3. *Sch.* vrlegliche 7. an laube 6. p) erloiß 2—6. erlofe 7. q) nimmer 2—7. r) richte 1. s) gestanden 2—5. *Sch.* gesteen 6. gestande 7. t) vor deme 1. u) *vox excisa.* v) *vox fere tota excisa.* w) vo *deleto,* to 1. x) ei *excisa.* y) de 1. z) sie ute deme rechte 1. *) *deest* 1. a) *deest* 1. b) rittare 1. c) semperfreyman 2. 3. 7. *Sch.* fromman 6. d) sint 1. e) b. den Vater 1281. *Dec.* f) wolgeboren man 6. g) pawr 6. h) e. g. m. s. g. *desunt* 2. 3. *Sch.* i) dar 1. k) hefftiger 6. l) fründt 6. m) man behalten 6. n) irre 2. 3. 6. *Sch.* irrt 7. o) nennen 2—7. *Sch.* p) mitgenossen 6. q) *deest* 2—7. *Sch.* r) Vuir 1. s) entrichte 2. 3. *Sch.* gerichte 7. t) *vox lineae superscripta.* 1.

1281. Iul. 25.

alse reth is, it ne sie dat he dar to hant sie to notwere sines lives oder sines gudes. So[a] wie sic anderes rithet, dan hir vor gescreven stad, so wat schaden he dar umbe ene manne dut, den sal he eme tvevoldich gelden, unde so wat schaden eme geschen ist, de sal alte male[b] vorloren sin, unde sal nimmer necheine clage dar na gewinnen. Swe aver sine clage vollen voret, also dar gescriven is, wirt eme nith gerithet unde mot he dor not sine vienden wider segen, dat sal he bi dage dun, unde von deme tage dat he heme wider saget, uns an den virden dach, sal he eme necheinen schaden dun, weder an live, nog an gude; so hevet he drie ganze dage vrede. Och en sol der deme dar weder saket[c] is, uns[d] an den vierden dach necheinen scaden dun, deme de eme weder saget hevet. An weme dese gesatte gebroken wirt, de sal sime reithere clagen, unde sal de rithere genen vor gebeden selve oder mit sineme geboden; unde ne mach sich de selve dem dat vor geboden is nit unsculdigen selve sivende sentberen lude[e] vor deme reithere, so es he elos unde reitlos ewelike, also dat he[f] nimmer ne cume to sime reithe.

p. 314. c. 3.

3. An weme de lantvrede[g] gebroken wirdet, betuget he dat to den heilegen, vor sime reithere, mit deme, de den lantvrede gemaket[h] hevet, unde mit tven anderen sentberen manne[i], de er reith[k] gehalden[l] hebbet, dat de lantvrede[m] an en gebroken si, de reithere sal den genen ze achte dun, de den lantvrede gebroken hevet, unde sal en nimmer uter achte laten, ane des clegeres willen; oder he vor lore de hant dar umbe. Ist aver de lantvride mit deme dotslage tobroken, so solen de mage immer[n] de dar geslagen wart clagen, unde solen den mort bereden[o], also dar vor bescriven ist; unde wanne he dat beredet[p], so en sal man genen nimmer uter achte laten, he ne bede[q] den lief dar umbe, unde sal elos ende reitlos sin. Wil aver de, de den lantvrede gemaket hevet oder envancen[r], ime[s] des geriches nith gestan, dat de vride an ime gebroken si, deme sal de reithere gebeden, bi des keiseres hulden, dat he eme helpen sines reithes, oder he mut sweren tu den heilegen, dat he nith ne wite. Lat he dat aber durch sibbe oder durch enich ding, he ist deme keisere oder deme reithere de hant sculdigh.

p. 314. c. 4.

4. Wir[t] setten ande gebeden, bi des rikes[u] hulden, dat alle unse vursten, unde alle de gerithe van uns hebben, reith rithen also des landes side ande gewonhet sie, unde dat selbe gebieden den de gerithe van en hebben. Sve des nith en dot, over den wille wi reithen scherpliken[v] also reith ist; unde wot uns over en geteilet wirt, des en wille wi nit laten, noch nine manne over sehen[w], noch nine manne schonen; unde gebeten och unsen vursten, dat sie mitter bute dvingen de van eme gerichte hebben, dat sie rethte reithen, unde de bute nith ne laten, de en erteilet wirt[x].

p. 316. c. 12.

5. Wir setzen ande gebieten och [unsen vorsten[y]], dat negein reithere imanne[z] zu achte du, wan openbare, unde dat negein reithere ene man uter agte late, he neme de wishet[*] dat deme clegere gerithet werde, na des landes gewonheit; dut des die reithere nit, de keiser sal over en reithen als it reith is: wi[a] geloven, dat wie dat selve halden.

Wi setten ande gebieten, so wat en iuwelich reither gewiddet[b] wirt, dat he den echter uter achte lat, dat he dat gerne[c] neme, unde des nith ne late, dat de lute de ungerner in de achte comen. Wir[d] wollen och unses rethes niet laten.

p. 315. c. 9.

6. Wi setten ande gebieten, dat man[e] palborgere[f] allen halven late; wi willen och[g] in unsen steden necheine hebben. Wi gebeden och, dat[h] nen man necheine muntman hebbe.

c. 8.

7. Wie verbieten och bi unsen hulden, dat nen[i] man den anderen dor dat lant geleide, umbe nechein gut, he ne hebbe dan geleide van me rike.

a) Sue, Swe *infra* 1. wer 2—7. b) a. m. *desunt* 2—6. gar 7. 1281. Dec. c) wedersaket — wedersaget *desunt* 2—3. *Sch.* 6. 7. d) vn 1. e) semperlewt 2. 3. *Sch.* semperfryen lewt 7. unverlewment man 6. f) *deest* 1. g) *vox ista in* 1. *ita scribitur, ut litteram* h *ex* l *haud intellecto vel male lecto ortam esse appareat; in sequentibus vero haud oscitanter* h *ubique scribitur.* — landdfrid 2. 3. lantfrid 6. landfrid *et* handfrid 7. handtfrid *Sch.* — *ita et deinceps.* h) *deest* 1. i) sencteren m. 1. sempermannen 2. 7. *Sch.* frommen mannen 6. k) *deest* 3. 6. l) gehaldet *corr.* gehalden 1. m) hanturedre 1. n) einer 2. 3. *Sch.* ainer 7. *deest* 6. o) beschreyen 6. p) betzewget 6. q) geb 2. 3. *Sch.* 6. gab 7. r) antfangen 1281. *Dec.* gefanges ym 2. *Sch.* gefangen yn 3. gefangen ist 6. gevanngn im 7. s) eime *corr.* ime 1. t) Vuir *constanter* 1. u) keysers hulden und des reichs 6. v) scherlikenen 1. scherplich 2. 3. *Sch.* 6. schärflich 7. w) ouerschen 1. x) *finis columnae prioris* 1. y) *desunt a.* 1235. *tum* 2. 3. *Sch.* 6. 7. 1281. *Dec.* z) *excisa vox quatuor quinqueve litterarum. Lectionem nostram ex charta a.* 1281. *Dec. assumpsi.* ymant 2. 3. *Sch.* 6. iemant 7. — *Erhard* niman *coniicit*, *Thiersch* necheinen man *cui spatium non sufficit.* *) gewissheyt 2. 3. *Sch.* gewissenheyt 6. gewisshait 7. a) wi — halden *desunt a.* 1235. b) gewettet 2. 3. *Sch.* geweist 6. gewett 7. c) *ita* 1281. *Dec.* 6. gern 2. 3. *Sch.* 7. gerre: 1. d) Wir — laten *desunt a.* 1235. *tum* 2. 3. *Sch.* 6. 7. *adsunt* 1281. *Dec.* e) m. p. al *obscura vel abscisa* 1. f) phalburger 2. 3. *Sch.* 6. phalpurger 7. g) o. d. *obscura vel abscisa* 1. h) h. d. n. *obscura* 1.

1281. Iul. 25. p. 315. c. 6. 8. Wi setten ande gebieten, dat alle de tolle de mit unrethe gehohet sint, anders dan sie van irst gesat wrden, dat die hounge ave sie, ande de tol blive alse he to reithe sal, unde dat niman negeinen[**] tol neme, wan to rethe, unde dar men ene to rethe nemen sal. Sve dat breket, den sal man hebben vor einen straten rovere.

Wir setten ande gebieten, dat alle die tolle, de sint unses vader tode[a] keiser Henrikes, of gesat sint, oppe watere, oder op lande, von weme sì gesat sint, dat sie altemale[b] ave sin, ez ne sie, de en dar gewaren muge vor deme rike, dat he en to rethe hebben sule. Alle de tolle nimet oppe watere oder op lande, de sulen den wegen ande den brucken ere reith halden, mit makene, ande mit beterunge; unde den sie den tol niment, die sulen se bevriden unde geleiden nach ir magth, also verre also ere gerithe[c] gat, dat se nith verlisen. So we dese gebot to drien malen briket, wirt he des betuget[d] vor gerithe also reith ist, de tol sal deme rike ledich sin. Men sal de rethe lantstrate varen, unde sal niman den anderen dvingen von der reithen strate. Sowar tvene mit en ander urlogent, ande die eine, oder beide geleide hebbent, so we dan to leide, die[e] strate angripet, wirt he des to rithe betuget, over den sal men rithen, also over einen strate rovere. So we burge oder stede[f] oder einich buw[g] maken wil, die, sal mit sineme gute dun oder siner lute, unde nith von[h] siner lantlůde gůte. So wie dar over einigen tol eder einich ungelt[i] nime in eineger stat, oder op einiger strate, over den sal man rithen als over einen straten rovere.

c. 7. 9. Alle die mu̍nte, de sint unsers vater[k] keiser Henrikes tode[l] gemaket sint, de solen alto male[m] ave sin, hene betuge danne vor deme rike, de si dar hebbet, dat he sie tu reghte hebben sule. So we op gemannes pennige einigen vals[n] sleth, oder hat geslagen, den sal man hebben vor einen velschere. Wir gebieten, dat man de alden munte na erme rethe hebbe, unde verbieten alle valsh.

p. 313. c. 1. 10. Wir gebieten vestelike[o], dat man in alleme Romeschen rike, an geistliken dingen nah gebote unde na rathe der erzebischope sich halte unde der bischope, unde der erzeprestere, na geistlikem rethe; unde we dar wider ist, den sal men hebben vor einen ungelovigen.

c. 2. 11. Wi gebieten vestelike unde als[p] reith ist, dat de godes huser vothde[q], den godes husen vor sint, unde sie scirmen op ir vohetige[r] als it gegen gode wol sta, unde och unsen hulden; unde sich in der gotes huser gute also halden dar er vohetige ist, dat uns necheine gross[s] clage van en cume. So we des nith ne dut, cume dar en clage, wille wis rithen als reth[t] ist, also vestliken dat wi dar an negeine manne schonen willen.

Wir gebieten bi unsen hulden, dat niman durch negeines vohetes[u] sculde, noch eme to leide, godes huser[u*] gut, dar ir votige ist, weder berne oder rove, noh pende[v]. So we dat dar over důt, wirt he des betuget, als reith ist, vor deme rethere, den sal men zu achte dun, ande sal en uter achte nith lazen, he ne gelde den schaden, dristunt also dure also he is; ande solen de tve del deme gotes hus werden[w], ande di derde del deme vohete.

p. 315. c. 10. 12. Wir gebiten, dat nin man pande, ane des ritheres urlof. So we dar over důt, over den sal men rithen, als over einen rovere.

p. 317. c. 14. 13. Wir setzen ande gebiten, so we wittelike rof copet, oder duflich gůt[x], oder rovere oder dief wittelike heldet, unde nith ether sint; wirt he des betuget vor dem rithere mit rethe, so sal he eme ersten den schaden tvevoldich[y] gelden, deme he gedan ist, he se duflich oder roflich; wirt he aver[z] des betuget, dat het mer dan tu tven malen hebbe getan, is dat[*] rof, so sal men over en richten als over einen rovere; is dat duflich[a], so sal men over en rethen als over einen dief.

c. 13. 14. Wir gebieten, dat nin man necheinen ether holde wittelike. So we over dut, wirt he[b] des betuget to rethe, man sal over ene rithen, als over en ether[c]; mach aver

*) *vox lineae superscripta.* **) ne *lineae superscriptum.* a) tide 1. b) gar 2. 3. *Sch.* 7. 1281 *Dec.* c) gewalt 2. 3. *Sch.* 6. 7. d) lieblich uberczeugt 3. e) leide de die 1. f) *vox obscura* 1. g) kein were 2. 3. *Sch.* 6. kain wer 7. h) mit *superscripto* von 1. i) t. o. e. un *obscura* 1. k) u. v. *desunt* 1. l) tiden 1. m) gar 2. 3. *Sch.* 7. 1281 *Dec.* alle 6. n) falsch 2. 3. *Sch.* schlag 6. o) *deest* 1. p) a. vor alter r. i. 2. 3. *Sch.* 6. 7. q) vogt 2. 3. 7. *Sch.* meister 6. r) vogtey 2. 3. *Sch.* 7. ampt 6. s) *deleta vox* 1. t) reth *vel* rech 1. u) vogts 2. 3. *Sch.* 7. amptmans 6. u*) huser *subiecto puncto quo tamen litteram* r *deleri non puto* 1. v) oder sust schaden zufuge 6. w) weder 1. x) rawbigs oder dewbigs gut kauft 2. 3. *Sch.* raubgutt kaufft oder diebesgut 6. y) tueuol 1. *reliqua abscisa.* z) *excidit* 1. *) g. i. d. *obscura aut abscisa* 1. a) h *evanuit* 1. b) *littera abscisa* 1. c) *ultimae litterae pars abscisa* 1.

1281. Iul. 25.

he sich untreden[a] mit seven seneteren mannen, dat he nith en wiete, dat he en ether was, he sal unsculdich sin. So we einegen ethere wirt, oder beschirmet, so wan men en angripet, wirt he des betuget to rechte, men sal over ene richten also over enen ether. In wes stat de eter comet[b], dar sal men sin nicht behalden, noch necheinen cop geven, noch herberge[c] geven, noch weder[d] ene gith copen; och en sal en nin man[e] scirmen, men sal ene miden, an allen dingen. Heldet en en stat gemeninclike ande wittinclike; is se umbe muret, de richtere sal se nider breken, ande sal over den wert de den behaldet richten als over en ether, ande sal sin hus to vuren[f]; ist de stat ungemuret, so sal se[g] de richtere bernen. Settet sich de stat dar wider, unde de stat ande de lude sint recht los. Mach de richtere dar nicht righten, so sal het cundigen deme keisere oder deme koninge, ande solen de et[h] von des rikes gewalt dvingen.

p. 317. c. 15.

15. Wi setten, dat des rikes hof, hebbe enen hovetrichtere, der en vriman si[i], de sal an deme selven anbaghte to minnesten en iar sin, of te sich rechte ande wol geholde; de sal alle dage to richte sitten[k], ane de sunnedagen, ande ane grote hilige dage, ande sal allen luden righten, de eme claget, unde van allen luden, ane vursten ande ane andere hoge lute. So war it get an er lif, an ir recht, oder an er ere, oder an ir len[l], dat wil wi selver richten; he ne sal nimanne vortragen, he ne doet mit unsen sunderliken gebode; he ne sal nimanne to aghte dun, noch ute der achte laten, wan dat[m] wille wi selve dun, ande wellen anderes nimanne gelaten, dat he sich dar mide over lade.

Wir gebiten och, dat men alle vor gebot[n] mit breven do, ande breve dar op nime, wo[o] men van deme richte gescheide, umbe dat, dat men mit den breven under des hoverigteres ingesehgele[p] bereden moge[q] vorgebot, ande dat zil, ande de gedage, de vor gerichte gegeven[r] werdent[s].

Wir Rudolff von Gotes genaden Römischer könig und merer des riches, haben geschaft, das die pischoff, grafen, freyen[t], dienstmann, und gemainclich alle die von Francken habent geschworen zu den heiligen an sant Iacobtag zu Nuremberg in der Schotten münster, das sie alle die gesetz, die da vor geschriben seint, und den[u] frid als da vor beschaiden[v] ist, sollen halten und[w] schaffen mit ihren undertanen[x] das sie in auch haltten[y] von hynnen untz zu[z] sant Michels tag und von dannen über fünf iar; und zu ainem rechten urkund haben wir unser königlich insigel herangehangen; da[*] das geschach da was von unsers herren gepurd zwelif hundert iar und ains und achzig iar.

SENTENTIA CONTRA ALIENATIONES BONORUM IMPERII.

Aug. 9.

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, tenore presentium profitemur et publice protestamur, quod nobis pro tribunali sedentibus in solemni curia nostra apud Nuremberg, sententiatum extitit coram nobis, omnium principum, nobilium, ac aliorum fidelium nostrorum qui fuere presentes, applaudente consensu, quod omnia donata, confirmata, seu facta quocumque modo alio, de rebus vel bonis imperii per quondam Richardum regem illustrem aut predecessores suos in Romano imperio, a tempore quo lata fuerat in olim Fredericum imperatorem secundum depositionis sententia[1], nullius habere debeant roboris firmitatem, nisi consensu maioris partis principum in electione Romani regis vocem habentium fuerint approbata. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi fecimus, et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Nuremberg, 5. Idus Augusti, indict. 9. anno Domini 1281. regni vero nostri anno 8.

a) entreden 2. 3. *Sch.* 6. endredn 7. b) kümpt und man von im weisz das er in der acht ist 6. c) fur 2. 3. *Sch.* 7. d) umb 2. 3. *Sch.* 6. 7. e) an s *abscisa* 1. f) zerfüren 2. 3. *Sch.* zefüeren 7. zuprechen 6. g) men *corr.* se 1. h) *deest* 1. i) *deest* 1. k) *vox deleta* 1. l) ander sach 2. 3. *Sch.* 6. 7. m) w *deleto* dat 1. n) furgepot, furgepott 2. 3. *Sch.* 6. fürgepot 7. o) wie 2. 3. *Sch.* 6. 7 p) le *deleta* 1. q) b. m. *lineae superscripta* 1. r) ge *fere deleta* 1. genomen 2.3. *Sch.* 7. auffgenomen 6. s) *hic* 1. *adiecto* Amen *deficit.* 2. 3. 4. 5. *et Sch. rubricam inserunt:* Hie hebt sich ankünig Rudolfs brief; 6: Konig Rudolffs brieff. t) *deest* 4. u) der 2. 4. v) geschaiden 5. geschrieben 3. 6. w) und s. m. i. u. d. s. i. a. h. *desunt* 5. x) irem undertan 4. y) hatten *Senkenbg.* z) *deest* 5. *) dodas beschach 4.

1) sententia Lugdunensis, quod per eam discordia in imperio in immensum crevit, pro *termino a quo* ponitur.

1281. Dec.

CURIA MOGUNTIAE.

Pacem ibi firmatam atque ex autographo quod olim Herm. Conringius bibliothecae ducali Guelferbytanae obtulit, in Senkenbergii Nova Collectione, in Commentatt. Novis Gotting. T. II. et in Gerberti cod. ep. vulgatam, cuius etiam ectypon in Gattereri Diplomatica practica extat, iam ipso ex autographo, quod in tabulario ducali Guelferbytano adservatur, iterum exprimimus, adiecto scripturae specimine in tabula pag. **315**. *apposita. Capitum numeros eosdem ac in pace Nurembergensi, quam haec iterum exprimit, inseruimus.* 5

CONSTITUTIO PACIS. 10

Dec. 13.

Wir Rudolf von Gotes genaden Romescher kuninc, hant die recht, die der keyser Vriderich unser vurevare zu deme grozen hove zů Megentze mit ter vursten rade gebot und satzte, als hir nach gescriven stat, důn gesworn in der vurgenante stat, zů Megentze, zu behaltene von hen zu winnachten der na waren, und von danne over vunf iar, van den erzebischove zů Megentze, und von herren, graven[a], vrigen, dinstman, steten 15 allen of me Rine von Costenze nider, und armen und von richen. Des vurgenanten keyseres gesetzede stant als sus:

cf. pag. 432. | 435.

1. Wir setzen und gebeten bi des riches hulden, und von unser keyserliger gewalt, und mit der vursten rade, und anders des riches hulden, und getruwen[b]. Swelich sůn sinen vater van sinen burgen oder von anderen sinen gute vurstozet, oder in brinnet, 20 oder in rovet, oder zů sines vaters vienden sich machet, mit eyden oder mit truwen, daz es of sines vater ere gat, oder of sine vurderfnisse; bezuget en des sin vater zů den heiligen, vor sineme richtere mit zwen sentberen mannen, die niman mit rechte vurwerfen chan, der sůn sol sin vurteilet, eigens, und legens, und varendes gutes, und gerlich aldes gutes ewelige, des er von vater, oder van muter, erben solte: als so daz eme 25 weder richter, noch vater, nimer weder helfen mach, daz er ie chein recht zů deme gute mer gewinnen muge. Swelich sůn an sines vater lip ratet, oder en urlichligen[c] angrifet, mit undtruwen, oder mit gevancnisse, oder en iechein bant leit, daz vancnisse heizet: wirt ir des vor sineme richtere bezuget, als si vur gescriven ist, terselbe sůn sie elos und rechtlos ewelige, also daz er nimer kumen mach, zu sineme rechte, mit nichei- 30 nen dingen. Alle die ouch ter vater zů gezuge nint, vur deme richter, over alle die sachen, de hir vůr gescriven sint, die sulen des nich over werden, durch sippe, noch durch keiner slachte sache, sie en gesten den vater der warheit; der des nicht tůn wil, den sol der richter darzů twingen, es en sie, daz ir vur deme richter swere zů den heiligen, daz er dar umbe nicht wizze. Hat ter vater dinstman, oder eigene lute, von 35 der rate oder von der helfe der sun dirre dinge iecheines tůt wider sinen vater, die hie ovene gescriven sint, bezuget des der vater offe sie, vur sineme richter als hi vur gescriven ist solbe dritte zů den heiligen, die selben sint elos und rechtlos ewelige. Der vater mach aber sie nicht bereden der dinge, er he ne bezuge e den sůn, als da vur gescriven ist. Bezuget er danach die dinestman oder di eigene lute, der richter in des 40 gerichte es geschen ist, sol sie zů achte tůn, und sol sie nimer da uz gelazen si ne gelten den vater sinen schaden zwivalt, den er von iren rade, oder von ir helfe genomen hat, und deme richter sin recht. Habent dieselben lehen van deme vater, die lehen sulen den vater ledich sin zuhant, so er sie bezuge, und sol es en nimer wider gelihen. Liet ir aber in es wider, so sol er als vil so des lehens ist deme richter geven ane widerrede. 45 An allen disen sachen die hie vůr gescriven sint, mach en ielich sentbere vriman, der sin recht hat behalten, den vater er si vurste, oder anders en hoh man, helfen bezugen, swaz er weis. En dinestman mach es ouch bezuget, mit anderen dinstmannen; ein eigene mit sinen genozen; ein gebur mit sinen genozen; ein ielich vriman helfet wol eime dinstmanne of irs weiz. Ist daz ter vater van gevancnisse, oder van ander ehafter 50

a) :vrigen. :graven b) *ita* 1281. *Iul.* 24. *et* 1287.— gescriven *charta, lapsu calami.* c) vruchligen *corr.* vrlichligen.

1281. Dec. 13.

not, diz recht nicht gevorderen mach, so sol ez siner mage einer tůn, und sol der mach bewern zůn heiligen, daz den vater ehaftich not irret, daz er dar nicht chumen mach; und sol die not nennen; und swen er daz beredet, so sol eme recht umbe die clage geschen, an des vater stat, also, obe der vater selbe da were. Ein dinstman helfet tes ouch 5 wol eineme sineme ungenoz, de nideren mugent ez ten hoheren nicht gehelfen.

2. Wir setzen und gebeten, swaz schade imanne gesche, daz er daz selbe nicht en richte, er, he ne clage al rest[a] sinen richter, und volge siner clage, an daz ende, als recht ist, ez en si, daz er da zů hant si zů notwer sines libes und sines gutes. Swer sich anders richtet den hi gescriven ist, swaz schaden [er[b]] darumbe imanne tůt, den 10 sol er eme zwivalten gelten, und swaz scaden ime geschen ist, der sol gar vurlorn sin; und sol nimer dar nach nicheine clage gewinnen. Swer aber sine clage vullenvůret, als da gescriven ist, wirt eme nicht gerichtet, und můz er durch not sinen vienden wider sagen, daz sol er bi tage tůn, und von deme tage daz er ime wider saget hat, unz an den vierden tach, sol ir eme nicheinen schaden tůn, weder an libe, noch an gůte. So 15 hat her dri ganze dage vride. Ouch en sol der, deme da wider saget ist, unz an den vierden tach ne keinen schaden tůn, dem der eme widersaget hat. Ans sweme dise gesetzede, gebrochen wirt, der sol sineme richtere clagen; und sol der richter genen vůrgebeten, solbe, oder mit sinen boten, und en mach sich ter selbe di da vurgeboten ist, nicht ensculdigen solbe sibende sentberen luten vur deme richter, so ist er elos und 20 rechtlos ewiliche, also daz er nimer kume zů sineme rechte.

3. An sweme die lantvride gebrochen wirt, bezuget er daz zůn heiligen, vor sineme richter mit deme der den lantvride gemachet hat, und mit zwen anderen sentberen mannen, die ir recht behalten hant, daz der lantvride an im gebrochen sie, der richter sol ginen zů achte tůn, der den lantvride gebrochen hat, und sol en nimer uzer achte lazen, 25 ane des clegers willen; oder er vur lise de hant umbe. Ist aber der lantvride mit deme tot slage zůbrochen, so sulen des mage emer der da erslagen wart clagen, und sulen den mort bereden als da gescriven ist; und swen er daz beredet, so en sol man genen nimer uzer achte lazen, er engeve den lip tarumbe; und sol elos und rechtlos sin. Wil aber der, der den lantvride gemachet hat, oder antfangen, ime des gerichtes nicht gestan, daz 30 der vriede an eme zůbrochen sie, den sol de richter gebiten bi des keyseres hulden, daz ir eme helfe sines rechtes, oder er můz sweren zen heiligen daz ers nicht wizze. Lat erz aber durch sippe, oder durch iecheine dinc, er ist deme keyser und deme richtere der hant sculdich.

4. Wir setzen und gebeten bi des riches hulden, daz allen unser vursten, und alle, 35 die gerichte van unz hant, rechte richten, als de landes side und gewonheit sie, und daz selbe gebeten den die gerichte von in hant. Swer des nicht entot, ober den willen wir richten scherflige, als recht ist; und swaz uns uver en geteilet wirt, des en willen wir nicht lan, noch niman over sehen, noch nimanne schonen; und gebeten och unsen vursten, daz sie mit der boze twingen, die von im gerichte hant, daz sie rechte richten, 40 und der buze nicht lazen, die en erteilet wirt.

5. Wir setzen und gebeten, daz nichein rechter imanne zů achte tů wen offenliche, und daz nechein richter, imanne uzer achte laze, er enneme [die gewisheit[c]] daz deme clegere gerichtet werde, nach des landes gewenheit: tůt des der richter nicht, der keiser sol ez over en richten als recht ist. Wir geloven, daz wir daz selbe halten. Wir setzen 45 und gebeten, swaz eilicheme richter geweddet wirt, da ir den echter uz ter achte lat, daz er daz gerne neme, und ez nicht en laze, durch, daz de lute, dest ungerner in de achte kumen. Wir willen och unsers rechtes nicht lazen.

6. Wir sezen und gebeten, daz man di falborgere allent halben laze. Wir willen in unsen stéten nekeinen haben. Wir verbeten och, daz iman nekeinen muntman habe.

50 7. Wir verbiten och bi unsen hulden, daz niman den anderen durch taz lant geleite, umbe iechein gůt, er en habe daz geleite von deme riche.

8. Wir setzen und gebeten, daz alle die zollen die mit unrechte gehohet sint, anders dan sie von erst of gesetzet wurden, daz die hogunge abe sie, und der zol blive, als ir zu rechte sol; und daz nechein man necheinen zol neme, wan zů rechte, und da

55 a) als recht ist *corr.* al rest b) *vox in charta desideratur.* c) *hae voces desunt in charta, sed casu excidisse censendae sunt.*

1281. Dec. 13. man in zu rechte nimen sol. Swer daz brichet, den sol man habe vur einen straz roubere. Wir setzen und gebeten, daz alle die zollen, de sint unsers vater tode des keyser Hinriches of gesetzet sint, offe wazzer oder offe lande, von sweme sie gesetzet sint, daz sie gar abe sin, ez en si, der, in da hat beweren muge vur deme riche, daz er in zů rechte haben sol. Alle die zollen nimet offe wazer oder offe lande, die sulen den 5 wegen und den brucken, ihr recht halten mit machene und mit bezerunge, und, den sie den zol nement, die sulen sie bevriden und geleiten, nach ir macht als verre, als ir gerichte gat, daz sie nicht ver lesen. Swer dese gebot zů dren malen brichet, wirt ers bezuget vur gerichte als recht ist, der zol sol deme riche ledich sin. Men sol die rechte lantstrace varen, und sol niman den anderen twingen von der rechten straze. Swar 10 zwene mit ein under urlůgent, und der eine, oder beide geleite hant, swer den zu leide de strace ane grifet, wirt er des zurechte bezuget, uber den sol man richten, als ober einen straz rouber. Swer burge, oder stete, oder chein buw, machen wil, der sol ez mit sime gute tůn, oder siner lute, und nicht von siner lantlute gute. Swer dar uber iecheinen zol, oder iechein ungelt nimp, in iecheiner stat, oder of cheiner straze, over 15 den sol man richten, als ober einen straz rouber.

9. Alle die muntzen, die sint unsers vater tode keiser Henriches gemachent sint, die sulen gar abe sin, ez enbezuge danne vur deme riche, der sie da hat, daz er sie zů rechte haben sol. Swer of iemannes penninge iecheinen valch sleht[a], oder hat geslagent, den sol man haben vur einen velchsere. Wir gebeten, daz man die alten muntze 20 nach ir rechte habe, und vurbeten allen valchs.

10. Wir gebeten vestincliche, daz man in allen Romeschen riche an geistligen dingen, nach gebote und nach rate, der erzebisscofe sich halde, und der bisschofe, und der erzeprestere nach geistligeme rechte; und swer dar wider[b] ist, den sol man haben vur einen ungeloubigen. 25

11. Wir gebeten vestinclige, und als recht ist, daz der goteshuser vogede, die goteshusen vor sint, und sie scirment, of ir vogtige, als ez kegen Gode wol ste, und och unsen hulden, und sich an der goteshuser gůte also halden, da ir vogetiie da ist, daz uns nichein groz clage von ime chome. Swer des nicht en tůt, kumet ez zů clage, so willen wir ez richten, als recht ist, also vestinclige, daz wir dar an nimanne schonen wellen. 30 Wir gebeten bi unsen hulden, daz niman durch nicheines vogedes sculde, noch ime zů leide, der goteshuser gůt, daz ir vogettie ist, wider brenne, oder roube, noch pende. Swer daz dar uber tůt, wirt er des bezuget, als recht ist, vor deme richter, den sol man zů achte tůn, und sol en uzer achte nicht lazen, er engelte den scaden drie stunt, als dure als ir ist, and sol die zwei teil deme goteshuse werden, unz dat dritte teil den 35 vogede.

12. Wir verbeten, daz niman phende ane des richteres urlop. Swer dar uber tůt, uber den sol man richten, als uber einen rouber.

13. Wir settzen und gebeten, swer witzentlige roup coufet oder dublich gůt, oder rover, oder dep wezentlige haltet, und nicht echter, sint; wirt er des bezuget vor deme 40 richter nach rechte, so sol er zum ersten den scaden zwivalt gelten, dem er getan ist, er si dubich, oder roubich. Wirt aber erz bezuget, daz er ez me dan zeinen male habe getan, istez roubich, so sol man ober en richten, als uber einen rouber, ist ez dubich, so sol man von eme richten, als ober einen diep.

14. Wir gebeten, daz niman necheinen echter halte wizentlige. Wer dar uber tůt, 45 wirt ers bezuget zu rechte, man sol ober en richten, als ober einen echter. Mach aber er sich undreden mit siven sentberen mannen, daz er nicht ene wizte, daz er ein echter was, er sol unsculdich sin. Swer iecheinen echter wert, oder schirmet, swa man in ane grifet, wirt erz bezuget zu rechte, men sol over in richten, als over einen echter. In swelicher stat der echter kumet, da sol man sin behalten nicht, noch nichei- 50 nen couf geben, noch vur gebene geben, noch sol um nicht coufen, noch en sol in niman scirmen; men sol in miden an allen dingen. Haltet en ein stât gemeinlige und wizentlige, is umbemuret, der richter sol sie nieder brechen, und sol over den wirt, der in gehaltet, richten, als uber einen echter, und sol sin hus zurvuren. Ist die stat ungemuret, so sol sie der richter brennen. Setzet sich die stât da wider, stât ande lute sint recht- 55

a) slecht *corr.* sleht. b) uber *corr.* wider.

los. Mach ter richter da nicht gerichten, so sol er es chunden deme keisere, oder deme kunincge, und sulen ez di von des riches gewelten twingen. 1281. Dec. 13.

15. Wir setzen, daz des riches hof, habe einen hoverichtere der en vriman si, der sol an deme selven ambachte zůn minnesten en iar bliven, of er sich recht und 5 wol gehaltet. Der sol alle tage zů gerichte zitzen ane die sunentage, und ane groze heilige tage, und sol allen luten richten, die eme clagent, und von allen luten ane vursten, und ane andere hohe lute. Swa ez gat an den lip, an ir recht, oder an ir ere, oder an ir lehen, daz wellen wir selben richten; er en sol nimanne vurtragen, er en tůt mit unserme sunderligen gebote; er en sol niman zů achte tůn, noch uzer achte lazen; wen 10 daz sule wir solbe tůn, und willen anders nimanne gestaden, daz er sich da mide uber lade. Wir gebeten och, daz man alle vurgebote mit breven tů, und brive dar uber neme, so wie man von me richte gescheide, umbe daz, daz man mit teñ briven under des hoverichteres ingesigele bereden muge, daz vurgebot, und daz zigel, unde die tage, die vor gerichte getegedinget werdent.

15 Zů eineme ganzen orchunde der gezetzede, die da vor gescriven sint, und vestunge geswornes lantvrides, so hant wir unser kuninclich ingesigel, an disen brief gehenket.

Diz geschach zu Megentze, of deme hove, and deme sunnentage, do santen Lucien dach was; do van Gotes geborne waren, dusent, zweihunder, en und achzich iar, an deme nunden iare unsez riches.

---

20 # SENTENTIA DE PARTU CONDITIONEM
VILIOREM SEQUENTE.

1282. Febr. 13.

Ineditam hucusque proponimus beneficio V. Cl. Lacomblet, tabulario regio Dusseldorfiensi praefecti, qui eam ex authentico descriptam una cum aliis chartis liberalissime nobiscum communicavit.

25 Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum noticiam tenore presentium volumus pervenire, quod nobis apud Germershem in die cinerum pro tribunali sedentibus, ex parte nobilis viri Adolfi comitis de Monte, dilecti nostri fidelis, per sententiam coram nobis extitit requisitum, si rustici vel rustice qui liberi dicuntur, cum hominibus advocatitiis, vel aliarum superiorum aut inferiorum condicionum, con-30 traxerint, quam conditionem sequi debeat partus ex huiusmodi commixcione susceptus. Et est sententialiter diffinitum, applaudentibus universis qui fuere presentes, quod partus condicionem semper sequi debeat viliorem. Hanc itaque sententiam, utpote racionabilem, ipsam tenore presentium confirmamus.

Datum apud Germershem, Idus Februarii, indictione 10. anno Domini 1282. regni 35 vero nostri anno 9.

SENTENTIA DE PROBATIONE TERRAE.

1282. Mai. 25.

Edidit eam ex autographo tabularii Oenopontani V. Ill. L. B. de Hormayr in libro „Beiträge zur Tyrolischen Geschichte" T. II. pag. 259.

40 Nos Rudolphus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, tenore presentium scire volumus universos, quod ad instanciam spectabilis viri Meinhardi comitis Tyrolensis,

1282. Mai. 25. dilecti nostri fidelis, coram nobis per sententiam est obtentum, quod idem comes cum duobus principibus vel nobilibus de terra montium probare possit et legitime obtinere, cui terre attinere debeat, vel cuius terre iure gaudere, et illorum duorum principum sive nobilium dicto stabitur in parte.

Datum Ulme, 8. Kalendas Iunii, indictione 10. anno Domini 1282. regni vero nostri anno 9. 5

1282. Sept.

CURIA BOPARDIAE.

Litteras encyclicas, qua principes ad curiam istam propter pacem praecipue inter archiepiscopum Moguntinum et landgravium Hassiae restaurandam invitantur, ex Bodmanni codice epistolarum Rudolfi pag. 76. *proponimus; statutum de moneta ineditum Boehmero nostro debemus, qui illud ex copia authentica anni* 1401. *in tabulario regio Berolinensi adservata descripsit nobisque transmisit.* 10

CURIA.

Pressuras et gemitus afflictorum imperii miserantes, et cupientes tranquillitati et paci eiusdem imperii pulsis calamitatibus et tribulationibus diuturne tyrannidis, que prevaluit, et invaluit prepotenter, deinceps salutari remedio providere, ecce, quod in instanti proximo festo N. sollempnem curiam apud N. duximus edicendam, ubi de reformatione collapsi status imperii, et pacifico statu terre, intendimus, nobis conspirante divina clementia, prosperum et salubrem habere tractatum. Hinc est, quod vestram prudentiam ampliori, qua possumus, precum affectione requirimus et rogamus, quatenus sollempnitati tam celebri studeatis ob nostram et imperii reverentiam in condecenti honorificentia, apparatu congruo interesse. 15 20

Sept. 27.

STATUTUM DE MONETA.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis principibus, baronibus, comitibus, nobilibus, vasallis, ac aliis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, graciam suam et omne bonum. 25

Iurata pace feria sexta ante festum beati Michaelis proxima apud Bopardiam, a venerabilibus Coloniensi, Treverensi archiepiscopis, et Lodewico comite Palatino [a] Reni duce Bavarie, principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, et aliis nostris fidelibus, qui eandem prius non iuraverant, ac tractantibus nobis de tranquillitate commodo ac utilitate communi cum ipsis, de monetarum defectibus et earum falsificacione in variis et diversis locis Alamanie male commissa, varie ac diversim inde a pluribus querimonie surrexerunt; super quibus cum consederemus, et cum venerabili Maguntinensi archiepiscopo ac aliis supradictis principibus ac nobilibus de maturo remedio conferremus [b], tandem inter nos et dictum Coloniensem archiepiscopum, dictis principibus et nobilibus presentibus, taliter est conventum, et ob evidentem necessitatem et utilitatem tocius patrie concordatum, quod et nos in loco nobis placito sub ymaginario regie maiestatis, et idem archiepiscopus in civitate Coloniensi sub expressione sue ymaginis, in eisdem tamen et equalibus forma, albetudine, puritate argenti, et ponderis quantitate, novam cudi seu fieri faciamus monetam, de qualibet marca argenti, tredecim solidos et quatuor denarios in pondere; qui examinati et ad ignem positi, reddent marcam in pondere quatuor denariis tantum minus, et sic subsistet marca quo ad puritatem in quatuor denariis. Et quod nulli alteri, cuiuscumque condicionis existat, in regno Alamanie [c] fas sit et licitum, eiusdem ymaginis, ponderis, puritatis et [d] albedinis habere monetam; sed ubicumque talis deprensa fuerit, tamquam falsa et pro falsa ab omnibus reputetur, et deprehensus cum ea tamquam falsarius puniatur: volentes, ut pro eius certitudine et cau- 30 35 40 45

a) Palantino *charta*. b) conferemus *ch*. c) Almanie *ch*. d) in *ch*.

tela de moneta nostra tredecim solidi et quatuor denarii ad monetam Coloniensem et de Coloniensi moneta tantumdem ad nostram ponatur pro securitate que dicitur in vulgari stabe, ob hoc, ut deprehensis falsis denariis, pro veritatis iudicio semper hic vel ibi ad denarios taliter depositos recurratur. Has autem monetas ubique locorum per 5 regnum nostrum secundum sui valorem recipi volumus, et per [a] ipsas et cum ipsis precipimus negociaciones quaslibet exerceri. Aliorum vero principum et nobilium monete legitime et antique in debito suo cursu manebunt. Nullus tamen aliquam monetam habebit, nisi legitime doceat, quod eandem ab imperio debet obtinere.

1282. Sept. 27.

In quorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillo venerabilis Coloniensis 10 archiepiscopi predicti presentibus sunt appensa. Datum Bopardie, 5. Octobris, anno Domini 1282, regni vero nostri anno 9.

Predictis nostris et eiusdem archiepiscopi Coloniensis monetis a die renovationis denariorum ultra decennium minime valituris.

Datum apud Bopardiam, ut supra, 5. Kal. Octobris, anno Domini 1282, regni 15 nostri anno 9.

a) pro *charta*.

DECLARATIO DE LIBERTATIBUS CIVITATUM

IURI IMPERII ET PRAELATORUM NON PRAEIUDICANTIBUS.

Dec. 2

Ex libro Senckenbergii quod inscribitur Semestria VIII. **11.** *sive* 20 *Dissertatio de iure observantiae ac consuetudinis, quam sub praesidio Senckenbergiano defensurus est Ioh. Henr. Adolph. Gissae* **1743. 4.** *pag.* **11.** *Extat praeterea in Bzovii Annal. eccles. ad a.* **1283,** *Czerwencka in annal. pietatis Austr. lib. I. c.* **17.** *Lunig in Spicil. eccl. I. p.* **811.** *et Wegelin in civit. Lindav. praerogativa antiquitatis p.* **195.**

25 Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Quia regalem decet clementiam, sic libertates impendere et benemeritis liberalitatis et beneficentie sue gratiam impartiri, quod ex eo imperio ac ecclesiis ac ecclesiarum prelatis nullum prorsus in suis iuribus preiudicium irrogetur, ad universorum tam presentium quam futurorum 30 notitiam volumus pervenire, quod per libertates illas, quibus a creationis nostre tempore civitates et loca quecunque dotavimus, nullum volumus imperio et ecclesiis ac ecclesiarum prelatis in suis iuribus et honoribus preiudicium generari, sed volumus, quod imperium et prelati ecclesiastici omnibus iuribus illis gaudeant, quibus ante libertatem huiusmodi civitati et locis a nobis indultam usi fuerunt, et que in eis ante tempora li-35 bertatis eiusdem habuisse noscuntur. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Hagenowe, 4. Non. Decembr. indict. 11. anno 1282. regni vero nostri anno 10.

CURIA AUGUSTAE.

Dec. 29.

40 *Ex actis eius proponimus conventionem de pace servanda in Suevia et Bawaria, quam ex Scheidtii Bibliotheca Gottingensi pag.* **209.** *repetimus, quum nonnisi recens eius apographum in tabulario secretiori Vindobonensi adservetur.*

1282. Dec. 29.

Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, et Ludewicus eadem gracia comes Palatinus Reni dux Bawarie, tenore presentium profitemur, et scire volumus universos, quod nos super pace conservanda in Bawaria et Swevia convenimus in hunc modum: quod quicumque aliquem de Swevia in Bawaria spolium committentem vel alias delinquentem in strata vel extra stratam per unam noctem scienter tenuerit, pro reo satisfaciet, et tenebitur loco rei; si vero negaverit tenuisse se talem, manu tercia purgare se debet, vel culpabilis iudicatur; eodem per omnia observato, si in Swevia de Bawaria vel de loco alio in similibus delinquatur. Sunt autem in parte Swevie superiori ex parte regia Volkmarus de Kemenata, advocatus Augustensis, et fratres de Schellenberg, in inferiori vero parte Swevie . . . dictus Gusse et Ulricus dictus de Exhen; in Bawaria vero super Augustam ex parte nostra, comitis Palatini scilicet, Winhardus de Rorbach, Chunradus de Wildenrode, et vicedominus, in inferiori autem parte, versus Danubium scilicet, Bergarius dictus Spet de Vemnungen, et ibidem vicedominus, electi et denominati pro iudicibus et conservatoribus huius pacis, ad quos recursus habebitur, cum contra pacem aliquid attemptatur. Et hii, qui in Bawaria sunt superius nominati, auctoritate eis per nos, comitem Palatinum, tradita corrigent omnia, que in Bawaria committuntur, adiutorio nobilium, militum et civitatum et aliorum in Bawaria existentium, qui etiam ad mandatum nostrum, comitis scilicet Palatini, de hoc iuramentum prestabunt, et si auxilium denominatorum in Swevia super correctione et iudicio nocencium eguerint, et ab eis illud requisierint, illi cum nobilibus, militibus et civitatibus Swevie istis auxilium exhibebunt. Si verō in Swevia delinquitur contra pacem, denominati superius in Swevia illud corrigent et reformabunt, et nobiles, milites et civitates Swevie super hoc per dictos conservatores pacis seu iudices requisiti, prestabunt eis ad hoc efficaciter toto posse auxilium et iuvamen. Et nos rex Rudolfus de eo volumus per ipsos nobiles, ministeriales, milites et civitates Swevie iuramentum prestari, et nichilominus, si necesse fuerit, nominati sive electi in Bawaria istis suum debent auxilium cum incolis Bawarie impertiri. Et quod predicti tam in Bawaria quam in Swevia promissa fideliter exequantur, et cuncta agant, faciant et ordinent, que pro pace sunt necessaria et utilia, super quibus ipsis plenam authoritatem committimus, iidem prestiterunt publice iuramentum. Et in istorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum Auguste 4. Kal. Ianuarii, indict. 11. anno Domini 1282.

1283. Ian. 18.

SENTENTIA DE COMITATIBUS NON DIVIDENDIS.

Ex autographo tabularii Sereniss. Principum Furstenbergensium prodiit in Schöpflini Alsatia dipl. T. II. p. 25. et in Gerberti Cod. dipl. Rudolfi p. 234.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Presidentibus nobis iudicio [a] apud Einheim feria sexta proxima post festum beati Andree apostoli nunc preteritum, presente venerabili . . [b] Argentinensi episcopo principe nostro dilecto, et multis aliis comitibus, nobilibus, ministerialibus, et vasallis, ibidem existentibus, etiam coram nobis per sententiam quesitum extitit, et obtentum legitime per eandem, omnium astantium applaudente consensu, quod nullus comitatus sub Romano imperio sine nostro consensu possit vel debeat dividi vel vendi, aut distrahi pars aliqua, per quam esset comitatus huiusmodi diminutus. Ad hec in eodem iudicio omnibus predictis annuentibus, etiam fuit per sententiam iudicatum, quod comitatum de Bare, vacantem nobis et imperio ex libera et spontanea resignatione nobilis viri comitis Hermanni de Sulze, alteri

a) *deest apud Gerbert.* b) Conrado.

possemus concedere pro nostre beneplacito voluntatis. Sane cum idem Hermannus eundem comitatum in Bare habuerit, et iudicium exercuerit in eodem, nos predictas sententias approbantes, sepedictum[a] comitatum in Bare nobili viro Henrico comiti de Vurstenberg dilecto nostro fideli cum omnibus suis attinentiis plene et integre, sicut dictus 5 comes Hermannus et progenitores sui ipsum comitatum tenuerant, libenter et liberaliter duximus concedendum; mandantes universis et singulis in eodem comitatu residentibus, quod ipsi Henrico comiti de Vurstenberg tamquam suo domino reverenter obediant et intendant. Si quis vero in hoc nostro mandato rebellis extiterit, de ipso iudicabimus, iuxta quod curie nostre sententia dictaverit iudicandum. In cuius rei testimonium pre-10 sens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

1283. Ian. 18.

Datum Heilicprunne[b], 15. Cal. Febr. indictione 11. anno Domini 1283, regni vero nostri anno 10.

a) predictum *G.* b) Heiligprunne *G.*

Febr. 13.

SENTENTIA DE IURE MONETAE ANTIQUO 15 SERVANDO.

Ex Schannati historia Wormatiensi pag. 143.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum.

Nobis pro tribunali sedentibus in Brisacho, in die beate Scholastice virginis, per 20 sententiam comitum, nobilium, et aliorum imperii fidelium, quesitum et obtentum exstitit coram nobis, quod quilibet princeps imperii ecclesiasticus vel secularis, ab ipso imperio monetam tenens in feodum, ipsam monetam potius debet cudere, vel cudi faciet, secundum ius et consuetudinem quibus ab antiquis temporibus de iure hactenus est gavisus, quam iuxta voluntatem consorcium, qui vulgariter huessgenocz appellantur; unde nos 25 videntes eandem sententiam inniti iustitie, ipsam auctoritate regia approbamus.

Testes sunt venerabiles . . Argentinensis, H. Basileensis episcopi; honorabiles viri Maguntinensis et Argentinensis prepositi; nobiles viri dux de Tecke, Egeno comes de Friburgo, comes de Veldenz et de Ossenstein, W. de Clingen; et quamplures alii.

In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi, et maiestatis nostre si-30 gillo fecimus communiri.

Datum in Brisacho, Idibus Februarii, indict. 11. anno Domini 1283, regni vero nostri anno 10.

Iun. 25.

PAX CUM COMITE SABAUDIAE.

Proponimus eam ex Guichenon histoire de la maison de Savoye T. 35 *II. pag.* 87.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad vestram*) notitiam cupimus pervenire, quod nos cum nobili Philippo comite Sabaudie, bonam pacem et firmam super guerra que inter nos et ipsum vertebatur fecimus in hunc mo-40 dum. Primum quod ipsi Philippo comiti Sabaudie, et omnibus et singulis suis valitoribus, et adiutoribus, et specialiter civibus de Murato et Contamino, bonam, perfectam et stabilem pacem damus, et facimus, et omnem indignationem, iram, rancorem et odium quos et que contra ipsos habuimus, puro corde et bona fide eis remittimus, integre et liberaliter indulgemus. Item dictus comes nobis reservet et concedet Muratum 45 et Contaminum, et resignabit advocatiam et quicquid iuris habet in Paterniaco. Item

*) veram *ed.*

1283. Iun. 25. civibus Murati et Contamini nulla damna seu gravamina inferemus pro eo, quod dicto comiti adheserunt, sed eos in iuribus suis, possessionibus et libertatibus dignabimur conservare. Item prefato Philippo comiti Sabaudie, nec questionem, nec guerram per nos, nec per alium movebimus, tempore vite sue, super possessionibus, hominibus aut fortalitiis imperii, quas et quos et que hodie possidet, aut in sua hodie retinet potestate. 5 Item priorem[a] et monasterium ac habitatores Paterniaci conservabimus in possessionibus, libertatibus et iuribus suis, nec ipsis aliqua damna seu gravamina, quoad vixerimus, inferemus propter quod dicto comiti adheserunt, tali conditione addita, quod nos advocatiam in Paterniaco nomine imperii retinebimus, atque[b] successoribus nostris, regibus et imperio, et similiter priori et monasterio, omne ius et omnis libertas remaneat salva 10 in futurum, sicut ei competiit, seu competere potuit, primo die antequam hec pax et concordia esset facta. Item captivi hinc inde absoluti libere dimittentur. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi, et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in castris ante Paterniacum, in die beati Ioannis apostoli et euangeliste, 15 indict. 12. anno Domini 1283.[c] regni vero nostri anno 11.

a) prior *ed.* b) *ita correxi; tanquam ed.* c) M. LXXXIII. *ed.*

1283. Aug. 23.

SENTENTIA DE CASSANDIS OBLIGATIONIBUS VI OBTENTIS.

Ex Sommersbergii Scriptoribus Siles. pag. 939. 20

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani[a] fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Ad universitatis vestre[b] notitiam volumus pervenire, quod nobis iuditio presidentibus in vigilia beati Bartholomei apostoli apud Friburg, in Ottlandia, nuncii illustrissimi Wenceslai regis Bohemie nostram celsitudinem accesserunt, cum iustitia postulantes, ut per senten- 25 tiam vellemus inquirere, utrum principes, vel aliquis alius cuiuscunque conditionis, vi vel metu inductus, expers proprie libertatis, fideiussionibus, stipulationibus vel aliis obligationibus, se posset constringere vel artare, ita quod in posterum ipse huiusmodi obligationibus sic extortis posset impeti vel aliqualiter conveniri, tanquam efficaciter obligatus. Quod ad instantiam dictorum nuntiorum per sententiam postulavimus diffiniri; 30 et sententiatum extitit a principibus, comitibus, nobilibus, et aliis imperii fidelibus, qui ipso iuditio presentes aderant, quod principes vel alius quilibet, ad ea que vi metuve coactus promitteret vel quibuscunque pactis obligatoriis se adstringeret, factus sui compos nullatenus teneretur, et tales pactiones obligatorie qualescunque censende forent irrite penitus et inanes. Quam vero sententiam, nostra approbatione sequente prolata, pre- 35 dicti nuncii ad speciem decidentes, nostro culmini supplicaverunt, si inclytus Wenceslaus heres regni Bohemie prenotatus, quem illustris marchio de Brandenburg aliquo tempore contra propriam detinuit voluntatem, deinde fretus propria voluntate, ad complicationem illorum pactorum taliter extortorum atque consumationem obligationum quarumcunque, sub quibus eidem marchioni pro viginti milibus marcarum obligavit 40 civitatem Sitavie et castrum Ronaw, cum eorum pertinentiis, castrum de Harffenstein et civitatem cum omnibus aliis attinentiis, castrum Beddier cum suis pertinentiis, castrum Detzenin cum suis pertinentiis, civitatem Usk et castrum cum eorum pertinentiis, civitatem Bruks et castrum cum eorum pertinentiis, nec non castrum Sandowe cum suis pertinentiis universis, sub quibuscunque etiam promissionibus taliter extortis 45 ipsi marchioni pro duobus milibus marcarum fideiussores per modum extorsionis coactus posuit et pro quinque milibus marcarum quas se daturum promisit, aliqualiter teneatur; maxime cum inter nos et dictum marchionem, cum eius iure antedictum heredem regni Bohemie cum suo regno usque ad certum tempus committeremus, intercesserit

a) romanorum *S.* b) *deest S.*

1283. Aug. 23.

certa conventio, digna in suo robore observari*, videlicet quod expirante certo tempore, quod conventioni adiectum fuerat, prenominatum heredem regni Bohemie, una cum suo regno, sine quovis damno vel dispendio vel quantumvis iniuria sine petitione quarumlibet expensarum iuxta legem conventionis restituet pleno iure; cuius tamen con-
5 ventionis legibus dictus marcchio obvians, minus iuste pactiones, obligationes, fideiussiones, extorquens indebite quod promisit, penitus violavit, atque singula superius expressa: principes, comites et nobiles, qui in eodem aderant iudicio, per nos requisiti sententionando protulerunt, quod sepe dictus heres regni Bohemie ad completionem dictorum pactorum, promissionum, fideiussionum, nec non quarumcunque obligationum ab eo ta-
10 liter extortarum per dictum marchionem, nullatenus sit adstrictus, sed a predictis omnibus per sententiam debeat liberari et ubique penitus absolvi; obligationes etiam dictorum bonorum, promissiones, fideiussiones, ipso iure debent pro cassis et irritis estimari. Unde nos videntes et provida meditatione pensantes, ipsam sententiam de equo iure subnixam, eam authoritate regia approbamus, obligationes dictorum bonorum seu pigno-
15 rum, fideiussiones, promissiones, prout superius expressum extitit, cum contra ius et equum sint extorte a dicto marchione in dicti heredis preiudicium et gravamen, per sententiam, prout coram nobis extitit sententionatum, irritantes, fideiussores a suis promissionibus absolventes, cives, burgenses, et quoscunque alios homines, dictorum castrorum oppidorum seu civitatum, a sacramentis seu promissionibus dicto marchioni ad
20 mandatum dicti heredis, vel alio quocunque modo, prestitis absolvendo, mandamus vobis universis et singulis, quatenus ipsum heredem regni Bohemie, quem mediante dicta sententia ab obligatione dictorum bonorum et aliis pactis, fideiussionibus cum fideiussoribus[a] datis absolvimus et denuntiamus absolutum, a predictis omnibus et singulis dicto modo prestitis habeatis penitus, scientes eum ad perfectionem seu consumationem dictarum obli-
25 gationum aliqualiter non teneri. Testes qui premisse sententie interfuerunt sunt: ven.[c] . . Argentinensis, H. Basiliensis episcopi, Lud. aule nostre cancellarius; nobiles viri H. marchio de Hohberg, F. burggravius de Nurnberg, Al. de Hohemberg, Egeno[b] de Furstenberg comites de Nifen, B. de Geroltsteke, nobiles, et alii quam plures.

Datum et actum Freyburg in Ottlandia 10. Kalendas Septembris, indictione[d] unde-
30 cima, anno Domini 1283. regni vero nostri anno 10.

*) conservari? a) feudiiussoribus *S.* b) Ego *S.* c) Wen. *S.* d) indictionis *S.*

CURIA NURENBERGENSIS.

1284. Mart. 8.

Litteras de curia ista revocanda et de observatione pacis originales in tabulario civitatis Lubeccensis adservatas, sigillo regio insignitas,
35 *atque ita inscriptas:* „prudentibus viris consulibus et universis civibus lubicensibus dilectis nostris fidelibus,“ *flagitantibus nobis Blumius noster exscripsit nobisque transmisit.*

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, prudentibus viris, advocato, consulibus, et universis civibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et
40 omne bonum. Noscat vestra fidelitas, quod nos de principum et fidelium nostrorum consilio, sollempnem curiam celebrandam apud Nůrinberg duximus revocandam et generalem exercitum instaurandum, considerantes hoc magis observacioni generalis pacis proficere quam curiam supradictam. Expedicio etiam dicti exercitus erit in festo beati Iohannis Baptiste proximo Iunio venturo. Ceterum fidelitatem vestram seriose requirimus
45 et hortamur, quatenus ad observantiam pacis predicte vestra fidelitas se habilitet et disponat. Nam quicumque se pacis ipsius turbatores ostenderent, nos amatores eiusdem contra eosdem, vellemus prosequi, auxilio et favore.

Dat. apud Brisacum 8. Idus Martii, regni nostri anno 11.

1285. Iul. 12.

SENTENTIA CONTRA FALSATORES MONETAE.

Ex copiario saeculi XIV. exeuntis olim in tabulario electorali Bonnensi adservato edidit eam Kindlinger in libro: „Sammlung merkwürdiger Urkunden für die Geschichte Deutschlands" a. 1806. *pag.* 89. 5

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Presidentibus nobis iudicio in die beate Margarete virginis proxime nunc preterito apud Maguntiam, quesitum fuit per sententiam a principibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, et aliis nostris fidelibus universis qui presentes aderant, qua pena puniri debeant falsarii, qui falsam 10 monetam cudunt et faciunt; et hii, qui per eandem monetam exercent commercia, vel ipsam ex certa scientia servant; vel domini, per quos predicti in munitionibus suis confoventur? Et sententiatum extitit, quod falsarius falsam monetam cudens vel fabricans, si deprehensus fuerit, sit decollationis pena plectendus; et illi, qui cum eadem moneta scienter exercet commercia, vel ipsam conservat ex certa scientia, manus debet ampu- 15 tari; dominus vero huiusmodi falsarios in suis munitionibus confovens, vel conservans, sicut ipse falsarius debet consimili pena puniri. Nos autem ipsam sententiam approbantes, vobis universis et singulis damus hoc edicto regio firmiter in preceptis, quatenus eandem sententiam inviolabiliter observetis. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. 20

Datum Maguntie die predicto, anno Domini 1285. regni vero nostri anno 12.

1286. Febr.

CURIA AUGUSTAE.

Renovata est in ea conventio de pace servanda in Suevia et Bawaria, quam ex Scheidtii Bibliotheca Gottingensi p. 214. *repetimus. Apographum eius recens adservatur in tabulario imperiali Vindobonensi.* 25

Febr. 7. Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, et Lodwicus eadem gratia comes Palatinus Reni dux Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus universis, quod super conservanda pace in Swevia et Bawaria convenimus in hunc modum: quod cf. p. 442. quicumque aliquem de Swevia in Bawaria spolium committentem vel alias delinquen- 30 tem in strata vel extra stratam publicam, per unam noctem scienter tenuerit, pro reo satisfaciet et tenebitur loco rei. Si vero se talem tenuisse negaverit, manu tercia se purgabit, vel culpabilis iudicatur. Eodem per omnia observato, si in Sweviam de Bawaria vel loco alio, qui nostrum alterum respexerit, in similibus delinquatur. Sunt autem in partibus Swevie ex parte nostra regia Albertus comes de Hohenberch, duo fratres de 35 Schellenberch, et Otto dictus in Semita advocatus Augustensis; in Bawaria vero ex parte nostri comitis Palatini, Winhardus de Rorbach, Chunradus de Wildenrode, Wichnandus de Eiringsburch, et Ulricus de Rocrumus, noster vicedominus, electi et denominati pro iudicibus et conservatoribus huius pacis, ad quos recursus habebitur, cum contra pacem aliquid adtemptatur; et hii, qui in Bawaria sunt superius nominati, auctoritate eis per 40 nos, comitem Palatinum, tradita corrigent per se ipsos omnia, que in Bawaria committuntur, et si ad hoc non possent sufficere per se ipsos, adiutorio omnium nobilium, ministerialium, militum, civitatum, et aliorum qui in ipsius nostri vicedomini officio

fuerint constituti, adiuventur; et si nec sic possent corrigi, ad correctionem et emendationem eorum omnem nostram potentiam tenebimur adhibere. Supra etiam denominati in Swevia, si quid contra pacem delinquitur, reformabunt et corrigent per se ipsos, et si hoc non possent, auxilium omnium nobilium, ministerialium, militum, civitatum, et 5 aliorum qui in ipsorum denominatorum officiis fuerint, advocabunt; et illis non sufficientibus ad animadvertendum in eos, nos rex Rudolfus omnem nostram potentiam extendemus. In quorum etiam emendacione seu correctione, sicut pretactum est, si alter nostrum, vel alterius nostrum electi conservatores pacis sive iudices, postquam nobis vel eis per officialem illum, in cuius officio est, quid talium perpetratum denuncia- 10 tum fuerit, negligentes fuerint, a facte denunciacionis tempore infra mensem, nos Rudolfus rex et officiales nostri nostro nomine ad satisfactionem eorum, que in Sweviam de Bawaria et intra ipsam Sweviam eidem filio nostro, hominibus suis et servitoribus; et nos comes Palatinus et officiales nostri nostro nomine ad refusionem eorum, que de Swevia in Bawariam pro parte, que nos, ministeriales nostros, homines et servitores 15 respicit, et intra ipsam etiam Sweviam committuntur, tenebimur commissa taliter plenarie resarcire: denominati preterea iudices sive conservatores pacis in Swevia et in Bawaria ad taliter delinquentium refrenandam malitiam et maleficia punienda se coadiuvabunt mutuo cum ipsorum nobilium, ministerialium, militum, civitatum, et aliorum iam utrinque predictorum multitudine, alii per alios requisiti. Insuper iidem octo, quili- 20 bet tamen in suis finibus sive terminis, tenebuntur non tantum de committendis in posterum, sed et de commissis a tempore pacis novissime in civitate Augustensi edite inquirere veritatem, et de ipsa requisiti omnes et quilibet ex ipsis sub iuramenti debito respondere; et quod predicti tam in Bawaria quam Swevia, premissa et quodlibet premissorum fideliter exequantur, et cuncta agant, faciant et ordinent, que pro pace sunt neces- 25 saria et utilia, super quibus ipsis plenam auctoritatem committimus, iidem prestiterunt publice iuramentum. Si autem predicti octo inter se super aliquo discordare ceperint, nec altera partium ad maiorem numerum pervenire potuerit, mediatorem sive uberman in animam suam eligent, et ex tunc maior inter eos numerus prevalebit. Et si ex premissis octo aliquis de medio sublatus fuerit, si Bawarus fuerit, Swevi denominabunt 30 alium, et si Swevus fuerit, Bawari eligent alium loco huius, quem ad hoc utrinque in animam suam crediderint expedire. Si vero aliquis ex ipsis aliquo alio impedimento legitimo detentus venire non potuerit, se super hoc iuramento alicuius idonei et honesti nuncii excusabit, et loco illius pro illo termino sive vice alius assumetur, qui et iurabit ad requisitionem presencium, sicut et iidem antea iuraverunt, quod et faciet in locum 35 mortui substitutus. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum Auguste anno Domini 1286. 7. Idus Februar. indict. 14. anno vero regni nostri regis 13.

1286. Febr. 7.

CURIA WIRZBURGENSIS.

1287. Mart.

Constitutionem pacis anterioribus Friderici II. et Rudolfi a. **1281.** 40 *Iul.* **25.** *et Dec.* **13.** *edictis innixam, ex originali tabularii civitatis liberae Lubeccensis proponimus, quod petentibus nobis Blumius noster exscripsit. Authenticum alterum in tabulario civitatis Coloniensis adservatum evolvit Boehmerus noster, atque initium eius et clausulam extremam enotavit. Quibus nondum repertis, V. Cl. Föringer* 45 *codices duos bibliothecae regiae Monacensis inter mss. german. Nro.* **23.** *et* **558.** *signatos, quorum ille quidem saeculo exeunte XIII. vel XIV. ineunte, hic anno* **1462.** *exaratus est, cum editione Senkenbergiana in Nova collectione p.* **34.** *contulerat, quos, aeque ac Lehmanni in Chron. Spirensi p.* **555.** *editionem confirmationis huius pa-*

1287. Mart.

cis in curia Spirensi a. **1291**. *promulgatae, cum originali concordare adnotasse sufficiat; quum e contra editio Senkenbergii codici saeculi XV. innixa, mendis innumeris scateat, alioque plane sermone conscripta sit; idem in Gattereri editionem in Commentariis Societatis Gottingensis T. II. p.* **25**. *cadit.*

Sententiam de conditione pupilli non deterioranda proponimus ex originali tabularii regii Hagae Comitum a Boehmero nostro iterum descriptam, quum antea in Mieris chartulario Hollandiae T. I. p. **467**. *edita fuisset.*

Mart. 24.

CONSTITUTIO PACIS *)

Disu satzungen [a] des lantfridis [b] haben wir Rudolf ein [c] Romeschir kunig [d] und ein merer des riches [e], mit gunst und mit rate der [f] erbern herren, des cardinalis [g] des legatis [h], und der fursten [i] und der herren, geistlicher und weltlicher, gesezzet zu Wirzeburg zu [k] deme geboten hove, alse hie nach gescriben [l] stat.

p. 432. et 436. c. 1.

1. Wir sezzen und gebieten bi des riches hulden und mit der fursten rate und andir des riches holden und getruwen. Swelich sun sinen vater von sinen burgen oder von sinem anderen gůte virstozet, oder in brennet oder in roubet, oder sich zů sines vater vinden machet mit eiden oder mit truwene, daz uf sines vater ere gat oder uf sin virderbnisse, beziuget in des sin vater zu den heiligen vor sinem richter mit zwein sentpern mannen die nieman mit rehte virwerfen kan, der sun sol sin virteilet eigens und lehens und varndes gutes und genzliche alliz des gutes daz er von vater oder von muter solte erben, also daz ime weder rihter noch vater noch muter niemir wider gehelfen mac, daz er kein reht zu deme gůte ie mir gewinnen muge.

2. Swelich sun an sines vater lip retet oder urlukliche anegrifet, mit untruwen oder mit wancnisse, oder in kein vancnisse [m] daz wancnisse heizet, wirt er des vor sinem rihter beziuget als hie vor gescriben stat, der selbe sun sol sin elos und rehtelos ewicliche, also daz er niemer wider kumen mac zu sinem rehte mit keinen dingen. Alle die ouch der vater zu geziuge nimet vor dem rihter uber alle die sache die hie vor gescriben sin, die sulen des nit uber werden durch sippe noch durch keiner slahte sache, sie gestan dem vater der warheit; der daz niht tun wil, den sol der rihter dar zu twingen, ez en si, daz er vor dem rihter swere zu den heilegen, daz er darumbe niht wizze.

3. Hat der vater dinstman oder eigen luten, von der rate oder von der helfe der sun dirre dingen keines tut wider sinen vater, die hie oben gescriben stant, beziuget es der vater uffe sie vor sinem richter selbe dritte, als hie vor gescriben ist, zu den heilegen, dieselben die sind elos und rechte los ewicliche, der vater mac aber sie niht bereden der dingen, er beziuge e den sun als da vor gescriben ist.

4. Biziuget er dar nach die dienstman oder die eigen lute, der rihter in des gerihte er gesezzen ist sol sie zu ahte tun, und sol sie niemer dar uz gelazen, si gelte e dem vater sinen schaden zwivalt den er von ir rate und von ir helfe genumen hat, und dem rihter sin reht. Habent die selben lehen von dem vater, die lehen sulen dem vater ledic sin zu hant, so ers beziuget, und sol in ez niemer wider gelihen. Lihet aber er si in wider, so sol er also vil so der lehen ist dem rihter geben ane widerrede. An allen disen sachen die hie vor gescriben sint, mac ein ieglich sentper vri man der sin reht hat behalten, dem vater, er si furste oder andirs ein hochman, helfen beziugen swaz er weiz. Ein dinstmann mag ez ouch beziugen mit andern dinstmannen, ein eigener mit sinen genozen, ein gebure mit sinen genozen, ein ieglich vriman hilf wol einem dinstman ob ers weiz.

*) *Vetus inscriptio exterioris paginae originalis Lubeccensis est:* Dit is en breff des lantfredes de konig Rudolff geboden hadde to holdende to dren Iaren over all Romesch Ryk Int Iaer CCLXXXVII. *inscribitur in Monacensi Nro.* 23: Daz sint chunich růdolfes saetze di er saczte cze wirczpurch czu dem concilio. a) Disů satzunge 2. (*Colon.*) b) lantfrides 2. c) *deest* 2. von gotes gnaden *Lehmann.* d) kunninch 2. e) righes 2. f) des 1. g) cardinales 2. h) legates 2. i) fursten, beider geistlicher und wereltlicher, geseczet zu Wirzburch 2. k) in dem geboden 2. l) gesriben 1. *constanter.* m) bant leget *L.* pand anleget *codd. Monac. et Senkenberg.*

1287. Mart. 24.

5. Ist abir daz der vater von vancnisse oder von andir ehaftir not diz reht niht gevordern mac, so sol ez siner mage einer tun, und sol der mag beweren zu den heilegen daz den vater ehaftege not irret daz er dar niht komen mac, und sol die not nennen, und swenne er daz beredet, so sol ime reht umbe die klage beschehen an des
5 vater stat, als ob der vater selbe da were.

6. Ein dinstman hilfet ouch wole einem sinem ungenozen, die nidern mugen ez den hohern niht gehelfen. In gelicher wise als wir von dem vater han geseit, also wollen wir, daz man daz selbe von der můter virste.

7. Wir sezzen und gebieten swaz schaden iemanne geschehe, daz er dazselbe niht 2.
10 sol reche, er clagez alrerst sinem rihter und volge siner clage an daz ende als reht ist, ez en si daz er do zů hant si zu notwer sines libes und sines gutes. Swer sich andirs richet danne hie vur gescriben ist, swaz schaden er darumme ieman dut, den sol er zwifalt gelten, und swaz schaden im geschehen ist, der sol gar virlorn sin, und sol keine clage darnach gewinnen.

15 8. Swer abir sine clage vollenfueret als da vor gescriben ist, wirt ihm niht gerihtet und muz er durch not sinen vinden widersagen, daz sol er bi tagen tun, und von dem tage daz er im widerseit hat unz an den vierden dag so sol er im keinen schaden tun weder an libe noch an gůte, so hat er dri ganze dage vride. Ouch sol der dem widerseit ist biz an den vierden tag keinen schaden tun, deme der im da wider-
20 seit hat.

9. An sweme dise sazzunge gebrochen wirt, der sol ez sinem rihter clagen, und sol der rihter ienen furgebieten selbe oder mit sinem boten; mag sich der selbe deme da furgeboten ist nicht[a] enschuldegen selb sibende sentber lute vor dem rihter, so si er elos und rehte los ewicliche, also daz er niemer kume zu sinem rehte.

25 10. An sweme der lantfride gebrochen wirt, beziuget er daz zu den heilegen vor 3. sinem rihter mit deme der den lantfriden gemachet hat, und mit zwein andern sentber mannen die ir reht behalten habent, daz der lantfride an ime gebrochen si, der rihter sol ienen zu ahte tun, der den lantfriden gebrochen hat, und sol in niemer uz der ahte lan ane des clegers[b] willen, oder er virlise die hant darumbe.

30 11. Ist aber der lantfride mit eime totslage gebrochen[c], so sol der mage einer, der da irslagen wart clagen und sol den mort bereden als da gescriben ist, und wenne er daz beredet, so sol ienen niemer uz der aht gelazen er geben den lip darumbe, und sol elos unde rehte los sin.

12. Wil aber der, der den lantfriden gemachen oder enphangen hat, ime des ge-
35 rihtes nit gestan, daz der fride an im gebrochen si, dem sol der richter gebieten bi unsern hulden daz er ime helfe sines rehtis, oder er muz swern zu den heilegen, daz ers niht enwizzen. Lat ers aber durch sippe oder durch kainerhande dinc, er ist uns und dem rihter die hant schuldic.

13. Wir sezzen und gebieten bi unsern hulden, daz alle unser fursten und alle 4.
40 die die gerihte von uns habent, rehte rihten als des landes sitte und gewonheit si, und daz selbe gebieten den, die gerihte von in haben. Swer des niht tut, ubir den wollen wir rihten scharpfliche als reht ist, und swaz uns vor in erteilet wirt, daz en wollen wir niht lan, noch nieman uber sehen, noch niemannes schonen, und gebieten ouch unsern fursten, daz sie mit der buze twingen die, die von in gerihte haben, daz sie
45 rehte rihten, und der buze niht enlazen, die in irteilet wirt.

14. Wir sezzen und gebieten, daz dekein rihter nieman zu aht tu wanne offen- 5. liche, und daz kein rihter ieman auz der ahte laze er neme die gewiseit daz deme cleger gerihtet werde nach des landes gewonheit: dut ez der rihter nicht, so solen wir ubir in rehten als reht ist. Wir geloben ouch, daz wir daz selbe halten.

50 15. Wir seczen und gepieten swaz ieglichem richter gewettet wirt, daz er den ahter uz der ahte lat, daz er daz gerne neme und des niht laze durch daz, daz die lute deste ungerner in die ahte kumen. Wir wellen ouch selbe unsirs rehtes niht lazen.

16. Wir setzen und gepieten, daz man phalburger[c] allentalben laze; wir wellen ir in unsern steten dekeinen haben.

55 17. Wir virbieten ouch, daz iman keinen muntman habe. 6.

a) *manu recentiore* insertum 1. b) chuneges *Monac.* N. 23. kinges N. 558. c) gebroche 1. d) phalzburger *corr.* phalburger 1.

1287. Mart. 24.

18. Wir virbieten ouch bi unsern hulden, das nieman den andern geleite durch daz lant umme dekein gůt, er en habe daz geleite von deme riche, daz* arme und riche dester sicherlicher gevarn und gevlizen mugen. (7.) So gepieten wir daz nieman keinen nuwen zol noch geleite machen noch nieman sol weder uf lande noch uf wazzer (8.) unrehte maute nemen, und daz alle die zolle die mit unrehte gehohet sint, anders danne sie von alter her gesezzet sint, daz die hohunge abe si, und der zol belibe, als er zu rehte sol. Swer dawider dut, der hat den lantfriden gebrochen, und umme den bruch so ist er in der aht und in des pabstes banne den er iarlich kundet an deme grun donrstage[a], und in des legatis banne, den er uber unrehte zolle zu Wirzeburg in concilio gekundet hat.

19. Nieman sol auch keinen zol nemen dan zu rehte, und da man in zu rehte nemen sol; swer daz brichet den sol man haben vor einen strazenrouber.

20. Wir setzen und gepieten, daz alle die zolle die sit keyser Frideriches tode uf gesezzet sint uf wazzer oder uf lande, von sweme sie gesezzit sint, daz sie gar abe sin, ez ensi daz er beweren muge, der in da hat, vor dem riche, daz er in zu rehte haben sule.

21. Alle die die von zollen nement uf wazzer oder uf lande, die sulen den wegen und den brukken iru reht behalten mit machene und mit bezern, und den sie den zol nement die sule sie befriden und beleiten nach ir maht als verre als ir gerihte gat, daz sie niht virliesen. Swer dise gebot zu drin malen brichet, wirt er sin beziuget vor gerihte als reht ist, der zol sol deme riche ledic sin. Man sol die rehte strazen varn und sol nieman den andern twingen von der rehten strazen.

22. Swo zwene mit einander urlugen, und der eine oder sie bede geleite habent, swer den zu leide die straze angrifet, wirt er des mit rehte ubirziuget, ubir den sol man rihten als uber einen strazrouber.

23. Swer burge oder stete oder dekeinen bu wil machen, der sol ez mit sinem gute dun oder mit siner lute gute, und nit mit der lantlute gute; swer daruber keinen zol oder kein ungelt nimet in keiner stat oder uf dekeiner straze, uber den sol man rihte als ubir einen strazrouber.

(9.) 24. Alle die munze die sit keiser Frideriches tote gemachet sint[b], die sulen gar abe sin, ez beziuge denne vor deme riche der sie da hat daz ers zu rehte haben sule.

25. Swer uf inmans phenningen dekeinen valsch sleht oder hat geslagen, den sol man haben vor einen velsher.

26. Swer[c] ouch ein andern munze machte oder sluge denne von dem riche von altir her komen ist, swie gewere oder gut die were ez si an gewihte gemelde oder an swere, den sol man vor einen velsher haben; und swenne er des mit rehte ubirziuget wirt, der sol sin reht haben virlorn.

27. In swelhes herren gerihte oder geleite, ez si uf lande oder uf wazzer, ein cofman oder sus ein man biroubet wirt von des herren gesinde, amtman, burgman oder dinstman der der herren gewaltic ist ane alle argeliste, daz sol der herre in des gerihte oder geleite da der beroubet ist gelten; wirt aber ieman beroubet in eines herren gerihte oder geleite und daz niht geschehe von sime gesinde, amtman, burgman oder dinstmanne, dem sol der lantfride beholfen sin daz wider zu tune.

28. Wir sezzen ouch und gebieten vestecliche, daz swo ez not geschehe durch bruche des lantfrides, die nehesten die dabi gesezzen si da der bruch geschehen ist, den lantfriden bischirmen und helfen wern; und virmugen ez die niht, so sulen ez die tun die darnach die nehesten sint, und darzu sulen wir den helfen ob ez not ist.

(10.) 29. Wir gebieten ouch vestecliche, daz man in allem Romeschim riche an geistlichen dingen nach gebote und nach rate der erzebischofe sich halte und der bischove und der erzeprister und nach geistlichim rehte, und swer dawider ist den sol man habe vor einen ungeloubegen man.

30. Man sol ouch wertlich gerihte an sime rehte lazen.

(11.) 31. Wir gebieten ouch vestecliche und als reht ist, daz der gotshuser vogete den gotshusern vor sin und sie schirmen uf ir vogetye als ez gen Gote wol ste und ouch

*) *haec addita, et sequentia diversa sunt a constitutionibus anni* 1281; *voces* unrehte maute nemen (*lin.* 5.) *exciderunt in* 1. *et loco vocis* sicherlicher *Lehmann legit* gewärlicher. a) dem antlastage *Senkenb.* b) sint, von swem si gemachet sint *Monac. uterque.* c) *cap.* 26—28 *hic primum addita sunt a Rudolfo.*

unsern hulden, und sich an der gotshuser gut also halten da ir vogtie ist daz uns dekeine groze clage von in kume. Swer des niht tut, kumet ez zu clage, so wellen wir ez rihten[a] als reht ist, also vollecliche daz wir niemannis daran schonen wellen. (1287. Mart. 21.)

32. Wir[a] wellen ouch und gebieten, daz uber ein closter oder ubir ein gotshus 5 niht dan ein vogit si als lange der lantfride wert; swer des niht wolte oder da wider tete den sol des der lantfride twingen; und swenne der lantfride uz gat, so sol er nieman an sinem rehte schaden.

33. Wir virbieten ouch bi unsern hulden, daz nieman durch keines vogetes schulden noch ime zu leide der gotshuser gut daz ir vogtie ist weder brenne noch roube 10 noch phende; swer daz daruber tut, wirt er des ubirziuget als reht ist vor dem rihter, der sol man zu ahte dun, und sol in uz der ahte niht lazen er gelte den schaden dristunt[a*] alse ture als er ist, und sulen die zweideil dem gotshuse werden und daz tritteil dem vogete.

34. Wir virbieten ouch, daz nieman phende ane des rihters urloup; swer ez darvber tut, uber den sol man rihten als uber einen rouber. (12.)

15 35. Wir sezzen und gebieten, swer wizzentliche roubic koufet oder dubic gut oder rouber oder diebe wizzentliche behaltet und niht ehter sint, wirt er des beziuget vor dem rihter nach rehte, so sol er zum erst den schaden zwivalt gelten dem er getan ist er si dubic oder roubic, wirt aber ers beziuget daz ers me habe getan dan zeinem male, ist ez ein roub so sol man ubir in rihten als ubir einen rouber, ist ez dubic so sol 20 man ubir in rihten als uber einen diep. (13.)

36. Wir verbieten ouch, daz nieman keinen ahter behalte wizzentliche; swer ez dar ubir tut, wirt ers beziuget man sol ubir in rihten als ubir einen ehter, mac er aber sich entreden mit siben sentber mannen daz ers niht wiste daz er ein ehter was, er sol unschuldic sin. Swer dekeinen ehter wert oder schirmet swo man in angrifet, wirt ers 25 beziuget man sol uber in rihten als uber einen ehter. In swelhe stat der ehter kumet da sol man sie nit behalten noch keinen kouf geben noch virgebene geben noch en sol ummin niht koufen noch en sol in nieman schirmen, man sol in miden an allen dingen. Haltet in ein stat gemeinliche oder wizzentliche, ist sie umbemurot, der rihter sol sie nider brechen und sol uber den wirt der in behaltet rehten als uber einen ehter, und 30 sol sin hus zu fueren. Ist die stat ungemurot, so sol sie der rihter brennen. Sezzet sich die stat da wider, stat und lute sint rehte los; mag der rihter niht da gerihten, so sol ers kunden deme kunege, der sol ez von des riches gewalt twingen. (14.)

37. Wir sezzen, daz des riches hof habe einen hove rihter der ein vriman si, der sol an dem selben amte zu minsten ein iar bliben ob er sich rehte und wol beheltet, 35 der sol alle tage zu gerihte sizzen ane die sunnentage und ane groze helege dage, und sol allen luten rihten die ime clagent und sol von allen luten, ane fursten und ane andere hohe lute swa ez gat an ir lip oder an ir reht, an ir erbe oder an ir lehen. Daz wellen wir selbe rihte. Swer[b] ouch amme gerihte virderbet wirt, dar umbe sol nieman keine vintschaft haben. Swer aber ieman darumbe vehet, der sol in den selben 40 schuldin sin und in der selben missetat als der selbe was der da virderbet ist. Unser hoverihter sol ouch nieman virtragen er en tu ez denne mit unserm sunderlichem geboten, er sol ouch nieman uz der ahte dun noch uz der ahte lazen, wand daz sul wir selbir tun, und wellens an nieman gestaten, daz sich da mit ubirlade. (15.)

38. Wir gebieten ouch, daz man alle furgebot mit briefen tu, und briefe dar uber 45 gebe wie man von gerihte scheide, umme daz daz man mitten briefen under des hoverihters ingesigele bereden mugen daz furgebot und die zil und die tage die vur gerihte genumen werdent[c].

39. Swer den lantfriden niht enswert in einim mande nach dem so ez gekundet wirt offenliche in dem bischtume da er sizzet, swaz deme geschiht daz sol nieman rih- 50 ten weder mit geistlich oder wertlich gerihte, und swaz im geschiht mit rate oder mit getate an libe oder an gute, daz sol nieman rihten.

40. Swer ouch den lantfriden swert und in dar nach brichet, der sol in virzehen nahte den bruch bezzern und wider tun, so ers gemant wirt von deme der da rihter ist; dut er des niht, so sol er meneidic sin und sol in der erzebischof oder der bischof 55 in des bischtume er. sizzet zu banne tun, und der kunic zu ahte tun, und der furste

a) rihter *charta.* a) *cap. 32. hic primum additum est.* a*) dristunc *ch.* b) *reliqua capitis hic primum adduntur.* c) *capp. 39—41. hic primum adduntur.*

1287. Mart. 24.

oder der grave in des gerihte er sizzet zu ahte tun, und sulen die benne und die ehte niemer abe gelazen werden, er habe denne den bruch gebezzert und gebuezet. Swer ouch den der von bruchen des lantfrides meyneidic bennic und ehtic wirt, beheltit behuset oder behofet dar nach so ez ime virbotten wirt, er sol in den selben schulden sin, als der ist der ez* wizzentliche nach dem gebote behuset oder behalten hat.

41. Ez sol ouch die lute nieman behalten oder behusen die nu ubirseit sint oder ubirseit werdent die schedelich sint dem lande. Swer sie aber innertalb ahte tage dar nach so sie ime virbotten werdent niht inlieze, der sol den lantfride gebrochen han und in die vor genanten pene vallen ahte und ban.

42. Swer den lantfriden brichet und den bruch niht ufrihten wil und darumbe von deme lantfriden besezzet wirt, oder die die den lantfriden gesworn hant da von zu schaden bringet, den sol der lantfrider twingen daz er mit allen sinen vesten und mit allem sinem gute iedenmanne nach siner maze sinen schaden ab lege als verre sin gut gelangen mac.

43. Dise sazzunge dirre vride und dise reht sol man zu allen ziten stete halten und sol man ouch darnach rihten, wand sie von altir her kumen sint und mit rehte und mit gunst und mit rate der fursten gesezzet sint. Sich virbindet aber zu disem male zu disem lantfriden mit eyden nieman wan von hinnen viz sante Iohannis baptiste messe, und von danne ubir dru iar, des habent die fursten, vrien, graven, dienstman, und gemeinliche des riches getruwen und holden zu den heilegen gesworn, also daz iederman, er si furste, grave, vrie, ritterman, dinstman, burge, stete, veste, paffen und legen, bi irme rehte bliben.

44. Swaz ouch die furste oder die lantherren in irme lande mit der herren rate sezzent und machent disem lantfriden zu bezzerunge und zu vestenunge, daz mugen si wol tun, und damitte brechen sie des lantfridis niht, und zu eime rehten urkunde so haben wir unsir kunglich insigel an dem brief gehenket.

Diser[a] lantfride wart gemachet und der brief wart gegeben[b] zu dem offen hove in dem concilio[c] zu Wirzeburg[d], an unser vrowen[e] abent der in der vasten gestet[f], da[g] man zalte von unsers Herren geburte[h] tusent zweihundert und siben und azich[i] iar[k], und in dem vierzehendem iare unsers riches.

SENTENTIA DE CONDITIONE PUPILLI NON DETERIORANDA.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Creditum nobis desuper nostri regiminis officium ad hoc nos obligat et astringit, ut exstirpatis undique discordiarum et iniuriarum scrupulis, universis et singulis, sacro Romano subiectis imperio, pacis comoda et tranquillitatis votive, quantum in nobis est, quietudinem procuremus. Ex ipsorum equidem nostrorum fidelium statu felici nobis mentis crescit tranquillitas, et persone nostre comoditatis felix suavitas generatur. Ad noticiam igitur universorum sacri Romani imperii fidelium volumus pervenire, quod pro statu bono rei publice feliciter dirigendo, in curia nostra sollempni apud Herbipolim edicta, in vigilia annunciacionis beate Virginis iudicio presedimus, assidentibus et astantibus nobis principibus nostris, nobiscum in eodem iudicio constitutis, ubi inter multa alia sententialiter quesitum exstitit: Si tutor aliquis de bonis pupilli, cuius tutor existit, que teneri debent ab imperio, pactiones, obligationes, promissiones vel aliqua alia facere possit, que in ipsius pupilli preiudicium vel dispendium vergere videantur. Et sententiatum exstitit communiter ab omnibus principibus et etiam approbatum: Quod nullus tutor possit vel debeat de bonis pupilli aliquid facere vel disponere, per quod ipsius pupilli, cuius est tutor, deterioretur condicio, vel per quod ipsi pupillo dampnum aliquod generetur[a], maxime cum tutores pupillorum suorum meliorem possint facere conditionem, deteriorem vero numquam. Qua sententia sic quesita in genere, lata rationabiliter et legitime approbata,

*) in? *ita* 1. den er *Lehm.* a) Dirre 2. (*Colon.*) b) gegeben und gescrhiben zu 2. c) concily 2. d) wirzburch 2. e) vrouwen 2. an dem palmtag *Lehm.* f) stét 2. *Monac.* 23. g) du 2. h) geburde 2. i) achzich 2. k) *ita* 2. und in dem vierzehendem iare unsers riches. *desunt* 1. iare der tzal *Monac.* 23. iar amen. Der dis bisher geschriben hat, Otmar Gossow des nam hie stat, für den bittent och ir alle, das im genad erwerb san Galle, von dem allmächtigen Gott, dz er an sinem ende mitt sinem hailigen wirdigen fronlichnam werd gespiset amen. An sant Gregorius tag nach der geburt Christi thusent vierhundert und im zway und sechtzigisten iar ze mittag ward dis buch usgeschriben. *Monac.* 558. l) *ita charta.*

1287. Mart. 24.

ad instantiam spectabilis viri Florentii comitis Hollandie, fidelis nostri dilecti, specialiter querebatur in sententia: Utrum si spectabilis vir Florentius, patruus et tutor ipsius Florentii comitis Hollandie, aliquas pactiones vel promissiones aut obligationes fecerit alicui de tenenda aliqua feoda sua ab alio quam ab imperio, a quo bone memorie quondam 5 suus pater eadem feoda tenuit in ultimis temporibus vite sue, si hoc in suum dispendium de iure possit vel debeat redundare? Et ad nostram requisitionem sententiatum exstitit per venerabilem Salzburgensem archiepiscopum, venerabilibus Maguntinensi et Coloniensi archiepiscopis, et aliis multis episcopis, ac illustribus comite Palatino Reni, Al.[a] duce Saxonie, multisque aliis principibus, qui presentes fuere, consentientibus: Quod ipsi Flo- 10 rentio comiti Hollandie per pactiones, obligationes vel alias ordinationes quascunque, quas spectabilis vir Florentius patruus et tutor suus de tenendis feodis suis ab alio quam ab imperio in suum preiudicium fecisse dinoscitur, nullum debet aliquo unquam tempore preiudicium generari, quo minus illa feoda omnia et singula tenere debeat ab imperio , prout quondam . . pater suus illa ab imperio tenuit in ultimo tempore vite sue. 15 Quam quidem sententiam, utpote rite et rationabiliter latam, duximus approbandam. In huius autem sententie sic late et per nos approbate testimonium et perpetuam firmitatem, ad discretorum virorum Stephani decani Traiectensis, Giselberti de Ruwel militis, et magistri Symonis de Durdrecht[b], ipsius Florentii comitis Hollandie procuratorum, requisitionem, presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas, ipsi Florentio comiti Hol- 20 landie predicto duximus transmittendas. Testes huius sunt principes superius nominati, et alii quam plures principes et fideles nostri.

Datum Herbipoli, in vigilia annuntiationis beate Virginis predicta, indictone 15. anno Domini 1287. regni vero nostri anno 14.

a) Alberto b) Durd' *charta.*

---

25 SENTENTIA DE BONIS DUCUM VACANTIBUS.

1288. April 12.

Debemus eam Gerberto in Cod. dipl. Rudolfi p. 237. ex apographo veteri tabularii Turicensis.

Nos Rodolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, fatemur et notum facimus presentium inspecturis seu auditoribus universis, quod nobis presidentibus iudicio in terra 30 Austrie, sententia obtenta et approbata fuerat per principes imperii, per comites, per liberos, per ministeriales et per provinciales Austrie et Stirie ita, quod vel nos, vel illum[a] quem eisdem terris daremus in dominum, intromittere deberemus de omni bono, quod Fridericus dux Austrie et Stirie, dum vivebat, in sua potestate et possessione usque ad mortem suam tenuit et deduxit, sive forent castra, sive ville, seu quocunque nomine cen- 35 seretur, et de hiis optime iustitiam deberemus facere, si quis in idem bonum haberet aliquam actionem. In huius sententie evidentiam sigillum nostrum pendi fecimus ad presentes.

Datum Basilie feria secunda ante Tiburtii et Valeriani, anno nativitatis Domini 1288. regni nostri anno 15.

40 a) vel quod nos vel ille *ed.*

CURIA ERFORDIAE.

1290.

Ex actis eius primum vulgamus sententiam contra thelonea iniusta, a Boehmero nostro ex authentico in tabulario Leodiensi descriptam; sententia de actione domini contra vassallum apud Sandium de feudis 51 Gelriae, Schützium, Senkenbergium edita est; sententiam authenticam

1290. *de defensione a periculo duellionis in tabulario regio Dusseldorfiensi adservatam, tabulario eius praefecto doctissimo V. Cl. Lacomblet debemus; declarationis et infeodationis de regno Ungariae chartas authenticas in tabulario Caesareo Vindobonensi adservatas Ill. L. B. de Hormayr in libro „Ueber Minderjährigkeit, Vormundschaft und* 5 *Grossjährigkeit im Oesterreichischen Kaiserstaate und Kaiserhause" p.* **150. 151.** *tum Cl. Kurz in historia Ottokari p.* **203. 204.** *ediderunt, unde eas, a Chmelio nostro cum authenticis collatas, iterum proponimus; sententiam contra alienationem bonorum feudalium a Ferdinando II. imp. anno* **1637.** *d. Oct.* **26.** *renovatam ratificatam et con-* 10 *firmatam, edidit Cramerus „in Wetzlarischen Nebenstunden" T. IX. pag.* **156.**

SENTENTIA CONTRA THELONEA INIUSTA.

Ian. 20. Nos Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo in die 15 sancti Sebastiani Erfordie nobis pro tribunali sedentibus, constituti in nostra presentia honorabiles viri Traiectensis et Wetflariensis ecclesiarum prepositi, canonici et procuratores ecclesie Leodiensis, devoti nostri dilecti, ex parte ipsius ecclesie Leodiensis, advocato eorum interprete, petiverunt per sententiam diffiniri: utrum aliqua civitas, opidum vel homo cuiuscumque conditionis aut status existat, occasione alicuius edificii thelonium, 20 pedagium seu vectigal in nostri regni districtibus instituere possit vel debeat, nostris consensu super hoc et licentia petitis minime ac obtentis; maturo et deliberato principum, baronum, comitum, et nobilium, qui fuere presentes, consensu accedente, extitit per sententiam iudicatum: quod nullum telonium, pedagium seu vectigal in regno nostro, nisi de nostra vel eius, qui Romanum pro tempore regeret imperium, prodiret plena 25 licentia et consensu, esset exigendum vel aliquomodo colligendum, potissime cum dive memorie quondam Fredericus imperator in statutis suis super pace plenius et expressius supra p. 315. statuisset, et nos similiter in nostris super pace statutis in curia Herbipolensi statuissemus aperte, quod sine nostro consensu et licentia vel eius qui imperio tunc preesset, nullum foret thelonium, vectigal vel pedagium exigendum. Qua sententia sic prolata, 30 advocatus dictorum procuratorum proposuit coram nobis, quod consules et cives Leodienses, reparationem viarum et pontium pretendentes, a curribus, salmariis et navibus, victualia et res alias ad civitatem Leodiensem vehentibus, certas exigunt pecunie quantitates, quas vulgariter chachage appellant, de venerabilis episcopi Leodiensis licentia et consensu, et petivit ipsi ecclesie super hoc salubri remedio subveniri. Sicque est per 35 sententiam diffinitum, quod exactionem, thelonium seu vectigal huiusmodi, quocunque nomine censeatur, debeamus et teneamur destruere ac delere. Quod quidem fecimus, et nunc facimus per presentes. Viis etiam iusticie iuxta sententiam prenotatam plenius inherere volentes, ipsis consulibus et civibus Leodiensibus sub obtentu nostri favoris et gracie precipimus et mandamus, quatenus a receptione ac exactione thelonei, pedagii seu 40 vectigalis huiusmodi, quocumque etiam nomine censeatur, quod a curribus, salmariis et navibus exigunt supradictis, desistant penitus et omnino, eandem vel consimilem in posterum nullatenus recepturi, nisi sufficienter ostendant et doceant, quod de nostra vel predecessorum nostrorum licentia hoc procedat.

Huius sententie testes sunt, et in ipsius prolatione personaliter affuerunt: venerabiles 45 Fuldensis et Hersveldensis ecclesiarum abbates; illustres Rudolfus dux Austrie, et Rudolfus illustris ducis Bauwarie filius, principes nostri karissimi; Fridericus burggravius de Nurenberg, Eberhardus de Katzennellenbogen, Gebehardus de Hirsberg, Guntherus de Suartzburg, Ludewicus de Ötingen, comites; Conradus de Winsperg, Gerlacus de Bruberg, et Fridericus de Hohenloch, et quam plures alii fide digni. 50

Et nos in testimonium premissorum hanc litteram exinde conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum Erfordie, anno Domini et die ut supra, indictione 3, regni vero nostri anno 17.

SENTENTIA DE ACTIONE DOMINORUM IN VASALLOS.

1290. Aug. 17.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod anno Domini 1290. 16. Calend. Septembris, indictione tertia, nobis sedentibus pro tribunali apud Erphordiam, presentibus 5 principibus, comitibus, nobilibus, baronibus, nec non proceribus regni, petitum fuit in iudicio coram nobis, ut sententialiter definiretur: si dominus aliquis habeat vasallum, qui attentat quid contra dominum, et contra quem dominus habeat actionem et ius agendi in iudicio, qualiter contra vasallum domino succurratur? Et extitit per sententiam, consensu principum[a] comitum ac nobilium, approbatum et legitime definitum, 10 quod ipse dominus suum vasallum, presentibus aliis vasallis coram se ad iudicium potest evocare, et cognoscere poterit pro vel contra ipsum vasallum, prout ipsorum dictaverit presentia vasallorum. Testes autem huic sententie presentes aderant; illustres[b] dux Saxonie, dux Brunsvicensis, principes nostri; nobilis burggravius de Nurenberg, comes de Winsberg[c], comes Everhardus de Catzenellebogen, et quam plures alii nobiles et baro- 15 nes. In cuius rei testimonium hanc paginam conscribi, et nostri sigilli munimine fecimus roborari.

Datum Erphordie, anno, die, indictione premissis, regni vero nostri anno 17.

DECLARATIO ET INFEUDATIO DE REGNO UNGARIAE.

Aug. 31.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani 20 imperii fidelibus graciam suam et omne bonum. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod quondam regnante illustri Friderico imperatore Romanorum clare memorie nobis et quampluribus principibus, baronibus, nobilibus presencialiter constitutis, rex Ungarie qui tunc fuit pro tempore, regnum suum a dicto imperatore Friderico accepit, ab eo et imperio titulo feodi possidendum. Hoc nos audivisse, vidisse et 25 presentes interfuisse, presentibus protestamur. In cuius rei testimonium hanc paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus roborari.

Datum Erfordie, pridie Kalendas Septembris, anno Domini 1290. indictione 3. regni vero nostri anno 17.

Rudolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani impe- 30 rii fidelibus, graciam suam et omne bonum. Licet regalis animi benivolenciam ad universos Romani imperii principes extendere largiflue teneamur, maximo tamen nature dictante stimulo nostram prolem propriam benemeritam dignamur prevenire gloria et honore. Ad hoc itaque habito respectu, regnum Ungarie, quod nobis et imperio per mortem quondam Ladyzlai regis vacare dinoscitur, cum suis hominibus, terris, castris, 35 civitatibus, oppidis, villis, possessionibus, iuribus, nec non attinenciis universis, et omni eo iure quo idem regnum predictus rex Ladyzlaus dinoscitur tenuisse, illustri Alberto duci Austrie, principi et filio nostro karissimo, titulo feodali a nobis et imperio perpetuo possidendum, ex regia munificencia de principum et baronum imperii consilio concedimus et donamus. In cuius rei testimonium hanc paginam conscribi et nostre ma- 40 iestatis sigillo iussimus roborari.

Datum Erfordie, pridie Kalendas Septembris, anno Domini 1290. indictione 3. regni vero nostri anno 17.

SENTENTIA DE DEFENSIONE A PERICULO DUELLIONIS.

Sept. 10.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum noti- 45 ciam tenore presentium volumus pervenire, quod nobis apud Erfordiam pro tribunali sedentibus, anno Domini 1290. 4. Idus Septembris, indictione 3., quesitum fuit per sententiam coram nobis, si aliquis suum adversarium in iudicio conveniat, de incendio nocturno, per eum modum quo moveat ei questionem duellionis, quod vulgo dicitur kamprecht, quo iuris auxilio talis in iudicio conventus valeat se tueri. Et extitit sen-

50 a) precipuorum *ed.* b) illustris *ed.* c) Neurenburg c. de Wunsberg *ed.*

1290. Sept. 10. tentialiter diffinitum, quod, quicumque pugna duellionis quod vulgo dicitur kamprecht, prestando iurisiurandi sacramento manualiter exhibito, suam possit innocentiam expurgare; nedum in hoc crimine accusatus, sed in multis aliis et diversis; nisi conscius repertus fuerit lese crimine maiestatis, in quem casum a duellionis periculo quod vulgo dicitur kamprecht, nullatenus se poterit defensare. Huic sententie testes aderant, nobiles viri Fridericus burgravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Catzenellenbogen, Eberhardus comes de Wirtenberch, Ulricus de Hanouwe, Fridericus de Hohenloch, Cunradus de Winsperg, et quam plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, anno Domini, die, et indictione prescriptis.

SENTENTIA CONTRA ALIENATIONEM BONORUM FEUDALIUM.

Oct. 21.

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod nobis sedentibus pro tribunali apud Erfordiam, comparuit in iudicio coram nobis sufficiens procurator venerabilis Henrici abbatis Werdensis, principis nostri dilecti, qui ipsius abbatis nomine proponebat: an aliquis vasallus, vel alter quicunque, qui bona tenet a domino, quocunque nomine censeatur, possit alienare vel distrahere illa bona, domino super hoc nullatenus requisito. Et de nostrorum procerum consilio sententialiter extitit definitum, quod neque vasallus vel alter aliquis fidelis preter scientiam domini ipsa bona, que tenet a domino, non possit alienare vel distrahere quoquo modo; et si in contrarium fecerit, ipsa bona ad manus domini devolvantur, et de ipsis dominus poterit ordinare pro sue voluntatis libitu.

Huius rei testes sunt, illustris Albertus dux Saxonie, princeps et filius noster dilectus; nobiles viri Fridericus burggravius de Nurenberg, Eberhardus comes de Catzenelenbogen, Ludovicus comes de Dettingen, Gerlacus de Bruberg, et Conradus de Winsberg; strenui viri de Papenheim, marchallus curie nostre, et N. magister curie nostre, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Erfordie, 12. Calendas Novembris, indictione 4, anno Domini 1290, regnorum vero anno 18.

1291. April 8.

CURIA SPIRAE.

Confirmata est in ea constitutio pacis in curia Wirzburgensi edita, secundum Lehmanni chronicon Spirense pag. **555.** *sqq.*

Diese satzunge des landfriedes haben wir Rudolph von Gottes gnaden Romisch kunic und ein merer des riches, mit Gunst und och mit rate der erbern herren, des cardinals des legaten, und der fursten, beder geistlicher und weltlicher, gesetzet ze Wurtzeburc in dem geboten hove, als hienach geschrieben stat. Wir setzen des ersten *etc. ut supra pag.* 448-452. *usque* 1287 iar. Diese satzunge und dirre brieff wart gelesen, und der landfriede wart ernuwet mit der fursten, und der landherren, und der städte geschwornen eyden, an dem sunnetage vor dem palm tage, uf dem hofe zu Spire, da man zalte von Gotes geburt, tusent, zweihundert und eins und neuntzig iar, und wart gestätigt derselbe landfriede von den nechsten Ostern über sechs iar ze haltene.

MANDATUM CONTRA IUDICES SERVILIS CONDITIONIS.

1291. Febr. 19.

Post Goldastum Constit. I. pag. 314. *publici illud iuris fecit ex authentico tabularii Switzensis V. Cl J. E. Kopp professor Lucernensis, in libro „Urkunden zur Geschichte der eidgenössischen Bünde" pag.* 29.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, prudentibus viris, universis hominibus de Switz, libere conditionis existentibus, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum. Inconveniens nostra reputat serenitas, quod aliquis servilis conditionis existens, pro iudice vobis detur; propter quod auctoritate regia volumus, ut nulli hominum, qui servilis conditionis extiterit, de vobis de cetero iudicia liceat aliqualiter exercere, presentium testimonio litterarum, quas maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri.
Datum in Baden, 11. Kal. Marcii, anno Domini 1291. regni vero nostri anno 18.

SENTENTIAE DE IURE COMMUNITATUM.

Febr. 23.

Depromimus eas ex Cl. Nyhoff „Gendenkwaardigheden van Nimwegen." T. I. pag. 36.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod iudice nostre curie sedente pro tribunali, fuit per sententiam inquisitum: si aliquis dominus terre habeat ex antiqua consuetudine, quod possit locare et exponere communitatem in terra sua, utrum hoc aliquis sibi possit prohibere? Ad quam inquisitionem responsum sententialiter extitit sub hac forma, quod si ab antiqua consuetudine et prescriptione illud extitit observatum, ita debet perpetim observari. Item inquisitum fuit per sententiam: si homines alicuius ville, communitatem adiacentem ville, in qua morantur, sibi attrahere possent, sine consensu domini terre? Ad quam inquisitionem sententialiter extitit iudicatum, quod non. Item inquisitum fuit: si aliqui occupaverint communitatem aliquam sine licentia domini terre, utrum dominus terre huiusmodi terram occupatam posset redigere in communitatem, et quam penam tales occupatores inciderint? Ad quam inquisitionem extitit sententialiter responsum, quod dominus terre huiusmodi terram occupatam potest redigere ad communitatem, et pena occupantium, cum sit arbitraria, consuetudini terre relinquitur imponenda.
Quas quidem sententias in omni sua parte approbamus et testimonio presentium confirmamus. Istis autem sententiis presentes fuerunt venerabiles viri episcopus Constantiensis, episcopus Losaunensis, abbas sancti Galli; et nobiles viri comes de Katzenelbogen, comes Ferretensis, comes de Ottingen, et quam plures sacri imperii nobiles et fideles.
Datum in Baden, 7. Kal. Marcii, indictione 4, anno Domini 1291. regni vero nostri anno 18.

UNIO PRINCIPUM REGNI ARELATENSIS.

Mai 4.

Evulgata est ex authentico in Histoire de Dauphiné T. II. p. 55.

1291. Mai 4. Rodulphus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus, universis imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Omnibus hominibus qui recte sapiunt, credendum esse putamus, quod omne nobis studium est, ut subiecti Romano imperio bene vivant, et vivente iustitia inter eos gaudeant commoditatibus pariter et honore. Ea propter ad notitiam omnium fidelium imperii volumus pervenire, quod conditionibus 5 subiectorum nostrorum in regno Arelatensi multifarie intellectis, astantibus in presentia maiestatis nostre episcopo Valentinensi et Diensi et episcopo Lausanensi nostris principibus, et nobilibus viris Humberto dalphino Vienne et Albonis comite senescallo nostro in predicto regno, et nobili matrona domina B. domina Fucigniaci, et Amedeo comite Gebennensi, et Aymario de Pictavia, et Humberto domino de Villariis, fidelibus nostris 10 et imperii predilectis, ipsos uniri iussimus, solemni promissione in manibus serenitatis nostre facta et corporali prestito iuramento, contra rebelles imperii et mandatorum regalium contemptores, et contra personas alias, cuiuscunque status conditionis aut dignitatis existant, presumentes dictos fideles nostros et ipsorum bona offendere quoquo modo. Dantes serie presentis annotationis nostre districtius in mandatis ballivo nostro ab Oro[1] 15 superius qui nunc est, et aliis qui fuerint temporibus futuris, sub pena amoris nostri, quatenus inter dictos fideles nostros unionem predictam faciat firmiter observari, ipsosque et eorum bona contra omnes, nullo ulterius expectato mandato, manu forti totiens quotiens opus erit manuteneat et deffendat. In quorum omnium firmitatem presentes litteras sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. 20

Datum apud Muratum 4. Nonas Maii, anno Domini 1291, regni nostri anno 18.

1) hodie Oron, qui surgit supra Beaurepaire dép. de l'Isère.

---

a. i.

SENTENTIA DE TERMINO DUELLI PROROGANDO.

Ex Gerberti codice dipl. Rudolfi p. **186.** *Cennius p.* **454.** *chartam ad* 25 *annum* **1279.** *pertinere opinatur, ratione haud patefacta.*

Presidentibus nobis nuper in civitate nostra N. pro tribunali solemniter die sabathi etc: et procuratore venerabilis Leodiensis episcopi principis nostri charissimi inibi comparente, ad requisitionem et iustitiam persone eiusdem, omnium circumstantium applaudente caterva et etiam approbante, sententialiter extitit iudicatum: quod quilibet prin- 30 ceps imperii, iurisdictionem obtinens temporalem, cuiuscunque conditionis existat, coram quo committi consuevere certamina duellorum, si die prefixo sive statuto pugilibus ad conflictum, ex causis necessariis et honestis, duelli huius pugne non valeat personaliter interesse, opportuna et utili mutabilitate consilii, sine ulla iniuria partium, idem princeps alium licite possit diem pro sua commoditate prefigere pugnaturis, ipsiusque 35 duelli conflictum usque in tempus habilius prorogare. Hinc est, quod nos auctoritate regia dictam sententiam, utpote rite latam, solemniter approbantes, universitati vestre edicto districtius duximus iniungendum, quatenus super huiusmodi prorogatione conflictuum duellorum, quam per venerabilem N. prenotatum episcopum hactenus fieri contigerit, aut contingeret imposterum, ei pareatis humiliter, et devotione qua convenit 40 intendatis.

ADOLFI REGIS CONSTITUTIONES.

CURIA COLONIAE.

1292.

Confirmata est in ea pax Wirceburgensis anni 1287. *cuius confirmationis exemplum vetus una cum edicto senatus Villingensis d. Natali Domini a.* 1294 *edito in tabulario Vindobonensi adservatum, a Chmelio nostro descriptum proponimus. Eadem formula apud Senkenbergium in Nova collectione p.* 38. *extat.*

Oct. 2.

Wir Adolf von Gottes gnaden Rômischer kung und ain merer des riches, tůn kunt allen den die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz die saczunge des lantvrides die kung Růdolf unser vorvar mit gunste und mit rate der erbaren herren, des kardinales des legaten, und fůrsten baider gaistlicher und weltlicher geseczet hatt ze Wirzeburg in dem gebotenne hôve uns geouget und gelesen wart ze Kôln uf dem sal von worte ze worte alse hienach geschriben stat. Dise sazzunge des lantfrides han wir Růdolf Rômscher kung *etc. ut supra p.* 448—452. *usque* vierzehenden iare unsers riches. Unde wan wir kůng Adolf dise saczunge des lantvrides von worte ze worte als hie vor geschriben ist von rate und mit gunste der fursten, graven, vrien, der stete, und ander des riches getruwen, ernuwet han, und er gesworn ist ander werbe ze haltenne von sant Remigen tage der da was do man zalt von Gottes geburte tusent zwaihundert und zwai und nunzig iar, zehen iar ze haltenne die dar nach koment ane mittel, so hain wir ze ainen urkund disen brief haizen besigelt mit unserem kunglichem insigel.

Der wart gegeben ze Kôln an dem andern tage nach sant Remigen tag von Gottis geburde als vor geschriben ist, in dem ersten iare unsers riches.

CONSTITUTIO ADVOCATI PRINCIPALIS.

1292. Nov. 18. Weissenburg?

Ex Butkens trophées de Brabant, Preuves pag. 128.

Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis etc. Ioannem Lotharingie, Brabantie et Limburgis ducem, quem ex parte circumspectionis et fidei merita nobis reddiderunt amabilem, et eximie virtutis prestantia effecit cariorem, constituimus advocatum principalem, et rectorem et iudicem generalem, in aquis et in terris, ad exercendum omnia que pacis observantiam respiciunt et advocati principalis ad officium pertinere noscuntur, nostro et imperii nomine exercenda, a partibus circa fluvium Moselle usque ad partes maris quod See vocatur, et ex parte Reni altera versus Westphaliam. Quocirca committimus et mandamus universis principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, prelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus, militibus, vassallis, communitatibus, castris, oppidis, villis, ceterisque sacri Romani imperii fidelibus, in partibus predictis constitutis et in pace communi iuratis, quatenus predictum ducem hilares et devote suscipere, sibi ac substituto vel substitutis, seu substituendo aut substituendis ab ipso in premissis, reverenter parere et humiliter pronis affectibus obedire curent, etc.

Datum anno Domini 1292. 14. Kal. Decembris, indictione 5, regni nostri anno 1.

1293. April 15.

SENTENTIA CONTRA PRAESCRIPTIONEM
IUDICII DE OPPRESSIONE VIOLENTA.

Ineditam hucusque debemus V. Cl. Lacomblet tabularii regii Dusseldorfiensis praefecto, qui eam ex autographo descriptam nobiscum communicavit. 5

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod nobis sedentibus pro tribunali apud Gruensvelt[1], anno Domini 1293. 17. Kal. Maii, indictione sexta, presentibus comitibus, baronibus, nobilibus, multisque curie nostre proceribus, querebatur in figura iudicii coram nobis, si aliqua mulier ab aliquo vi oppressa, manifesta oppressionis signa pre- 10 tenderet cum lugubribus clamoribus, super hoc licet querulosa iudicium requireret, verumtamen non haberet, et lapsu temporis taceret cum etiam iudicis haberet copiam, utrum eius taciturnitas et temporis lapsus sibi preiudicarent in tantum, ut de cetero ad suam querelam de oppressione coram suo iudice non deberet admitti? Super hac autem proposita questione licet quidam iudices et scabini de partibus inferioribus sentenciave- 15 runt, si talis mulier vi oppressa post oppressionis tempora ad sex septimanas, si iudicis haberet copiam, non fuerit suam iniuriam persecuta, eam amplius ab actione sua penitus repellendam; verum a curie nostre proceribus extitit finaliter diffinitum et ab astantibus approbatum, quod mulier vi oppressa temporis lapsu viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, vel sexaginta annorum nullatenus impeditur, quin iniuriam sue oppressionis co- 20 ram suo iudice valeat exercere. Et in eadem sententia coram nobis extitit adiectum, quod nulla constitutio municipalis, vel civium ordinacio, seu eorum diffinicio, in casu superius expresso regali sententie poterit aliquale preiudicium generare. Quam sententiam nostrorum procerum, utpote subnixam equitate, testimonio presentium approbamus. Testes autem interfuerunt nobiles comites Renaldus Gelrie, Eberhardus de Catzenellembogen; 25 nobiles Iohannes de Limperg, Gerlacus de Bruberg, et plures alii nobiles et milites. Ad cuius rei firmitatem presentia nostro sigillo iussimus roborari.

Datum loco, anno, die et indictione prescriptis, regni vero nostri anno 1.

1) Grünsfeld, inter Mergentheim et Bischofsheim septentrionem versus.

1294. April 14.

CURIA NUREMBERGENSIS. 30

Acta eius a Goldasto in Constit. T. I. p. 315. *primum edita sunt, atque a compluribus repetita; Mieris in chartulario Hollandiae T. I. p.* 551 *ea in ms. Handvest Chron. van M. van der Houve ad a.* 1293 *haberi adnotavit. Eadem, exceptis tamen capitulis* 2. 3. 4. 5. 6., *leguntur apud Matthaeum de Nobilitate p.* 218. 35

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, recognoscimus per presentes, quod nobis anno Domini 1293[a] in die beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum, in generali curia apud Nuremberg pro tribunali sedentibus, ad requisitionem spectabilis viri Reinaldi, comitis Gelrensis, per communem principum sententiam est obtentum:

a) millesimo ducentesimo nonagesimo tertio *Goldast; sed loco III. corrigendum IV. quod dies* 14. *Aprilis anni regni* 40 *secundi in annum* 1294 *cadit. Hoc ita esse, inde quoque constat, quod rex die* 15. *Aprilis a.* 1293 *apud Grunensvelt pro tribunali sedit, ideoque die anteriori Nurnberch curiam celebrare nequivit.* — MCCXCII. *Matthaeus.*

1294. Apr. 14.

1. Quod si insula nata[a] est in Rheno vel alio flumine, in comitatu alicuius comitis, qui in ipso flumine recipit telonia[b] et conductus, habetque comitatum eundem telonia et conductum ab imperio in flumine predicto, eadem insula potius spectat ad imperium et ad ipsum comitem, quam ad alium dominum cuius districtus protenditur 5 ad ripam fluminis prelibati[c].

2. Secundo ad eiusdem comitis instantiam est obtentum, quod nulli licitum est munitionem erigere de novo in comitatu alicuius comitis, nisi petita eius licentia et obtenta. Si autem comes alicui, edificanti munitionem, prestitit patientiam quousque edificaretur munitio, et passus est dominum eius tamdiu pacifice possidere, donec secun- 10 dum terre consuetudinem prescriberentur alia bona contra comitem, vel alium quemcunque, quod postea non potest impeti a comite super edificio prelibato.

3. Tertio fuit obtentum, si inter aliquos discordantes super homicidio aliqua compositio intercedat, et a parte que iniuriam intulit, parti lese satisfactio impendatur, et compositio fiat pro consanguineis omnibus partis passe iniuriam, postmodum vero pars iniuriam 15 passa proponat, quod non pro omnibus de parte eadem compositio intervenit, sed quibusdam nominatim exceptis; alia parte dicente e contrario, quod pro omnibus consanguineis lese partis compositio facta extitit et satisfactio subsecuta: partis hoc affirmantis probatio cum duobus testibus, ita quod manus affirmantis sit tertia, potius sit admittenda, quam partis contrarium asserentis.

20 4. Quarto fuit quesitum pro ipso comite, si alicuius domini familia in oppido, cuius dominium spectat ad ipsum, male tractatur[d] verbis vel factis, utrum dominus loci, vel scabini ipsius, debeant factum huiusmodi iudicare. Et obtentum fuit communi sententia, quod potius spectat ad dominum iudicium huiusmodi, quam ad scabinos predictos; nisi forsan ipsi cives per libertatem, concessam ab ipso domino vel a suis predecessori- 25 bus, contrarium doceant[e].

5. Quinto sententialiter est obtentum, quod si aliquis obsidet castrum in terminis regni Romani, nisi prius obtinuerit in figura iudicii, quod licite facere illud posset, nos obsidenti debeamus dare auctoritate regia in mandatis, ut obsidionem suam dissolvat, et prosequatur suam iustitiam coram nobis.

30 6. Sexto sententiatum extitit coram nobis, quod si debitor dicat, se creditori debitum persolvisse; creditor vero neget; ipsius debitoris, et non creditoris, est super hoc probatio admittenda.

Datum anno Domini, die et loco predictis, regni vero nostri anno 2.

a) *deest Matth.* b) teolonia *G.* thelonia *M.* c) praelibati. Datum *etc. ut infra, media desunt M.* d) tracte- 35 tur *G.* e) p. habeant *Mieris.*

1) Hi proximo sequenti die 27. Aprilis rex Ratispone Rudolfi privilegium de non alienandis bonis principum ad principatus suos spectantibus confirmavit. Lang. Regest. Boica T. IV. p. 562.

DIFFIDATIO PHILIPPI IV. REGIS FRANCIAE.

1294. Aug. 31.

Edidit eam Leibnitius in Codice dipl. T. I. pag. 32. *ex codice qui* 40 *V. Cl. Schlossero teste hodie in bibl. regia Parisiensi Fonds de Gagnieres Nro.* 88. *habetur, fol.* 36; *altera vice Martene in Thesauro Anecd. T. I. p.* 1270. *ex ms. ecclesiae Remensis. Eodem die rex sententiam Rudolfi supra p.* 452. *editam confirmavit; v. Mieris chartularium Hollandiae T. I. pag.* 559.

45 Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, magnifico principi domino Philippo Francie regi. Quod tam per progenitores vestros quam per vos, bona, possessiones, iura, iurisdictiones, tractusque terrarum nostri et[a] imperii per occupationem illicitam

a) *deest M.*

1294. Aug. 31. tanto tempore detinentur et temere usurpantur, prout in diversis locis rerum evidentia manifestat, nequeuntes a modo absque verecundia sub dissimulationis patientia preterire, vobis presentibus intimamus, quod ad prosecutionem iniuriarum tantarum disponimus contra vos vires nostre potentie exercere[a].

Datum apud[b] Nuremberg[c], 2. Calendas Septembris, anno Domini 1294. regni vero 5 nostri anno 3.

a) exerere? b) *deest L.* c) Reinerberg *M.*

1295. Mart. 29.

SENTENTIA DE FORO DOMINI A VASALLO INVASI.

Ex chartulario Avennensi edita apud Martene Thes. T. I. p. **1255.** 10 *— Paucis ante diebus scil. d.* **12.** *Kal. Aprilis rex anno regni sui tertio in Frankenvord, Conrado archiepiscopo Salisburgensi presentante et Heinrico Ratisponensi flagitante, privilegium Friderici II. pro principibus ecclesiasticis supra p.* **411.** *propositum confirmaverat; cf. Ried codex dipl. Ratisb. T. I. p.* **669.** *et Heinrici Steronis an-* 15 *nales ad h. a.*

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper[a] augustus, ad universorum notitiam volumus pervenire, quod anno Domini 1295[b] tertia feria post diem annuntiationis beate Marie virginis nobis apud Oppenheim pro tribunali[c] sedentibus, per sententiam est obtentum, quod dominus aliquorum feudorum invasus hostiliter a vassallo vel feodatario antequam 20 feoda reportet ad manus domini, prefixo die et loco invasori in presentia comparium et convassallorum suorum, stabit contentus sententia quam ii super invasione huiusmodi duxerint proferendam, presentium testimonio litterarum.

Datum Oppenheim, anno Domini et die predictis, regni vero nostri anno 3.

a) *deest M.* b) *Martene edidit MCCXCIII. sed eius anni feria tertia post Annunt. M. V. scil. d. 31. Mart. rex in vel prope* 25 *Reutlingen in Suevia morabatur, ubi die sequenti chartam edidit; praeterea insolitum fuisset feriam tertiam post pascha (die 29. Mart. 1293) ad festum minus praecedens referre. Aut igitur anno 1294 (d. 30. Martii) aut 1295 (d. 29. Martii) legendum, quod posterius ut cum Boehmero nostro praeferamus causa est, quod tum anno regni tertio congruit, tum aliae chartae regis die Aprilis 1. et 4 eius anni Oppenheim datae extant.* c) oppeingheim p. tribunalibus *ed.*

1295. Oct. 10.

SENTENTIA DE DAMNIS IN BELLO PER STIPENDIARIOS SUSTINENDIS. 30

Repetimus eam atque alteram eadem die latam ex Würdtweinii Novis subsidiis T. XIII. p. **41** *et* **43;** *easdem sed valde adbreviatas ex registro copiarii litterarum Mindensis ecclesiae tempore Bernardi de Mallinkrot conscripto edidit Kindlinger in libello „Sammlung* 35 *merkwürdiger Nachrichten und Urkunden“ p.* **92** *et* **90.**

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum notitiam volumus pervenire, quod anno Domini 1295. secunda feria post Dyonisii nobis in castro ante Cruceburg[a,1] pro tribunali sedentibus, obtentum fuit ad requisitionem venerabilis

a) Cruceberg *W.* Creutzbergh *K.* 40

1) oppidum Kreuzburg ad Werram fluvium, haud procul ab Eisenach.

Ludolphi [a] electi et confirmati Mindensis ecclesie principis nostri dilecti, per principum, nobilium, ac aliorum consistorio nostro assistentium concordem sententiam coram nobis: si aliquis princeps aut dominus interpellat aliquem subditum pro impendendo sibi auxilio contra suos adversarios de castro quod ab eodem suo domino tenet in pignore, pacto interposito de danda sibi pro huiusmodi auxilio pecunie certa summa, idemque subditus adiuvans dominum [b] ipsum de eodem castro sibi obligato, factusque eiusdem domini officialis, quod ipse subditus seu officialis dampna que exinde pertulerit, nisi aliud deducatur in pactum, debet personaliter sustinere, nec illud tenetur sibi suus dominus resarcire.

1295. Oct. 10.

Datum in castro apud Cruceburg [c], anno et die predictis, regni nostri anno 4.

a) ludolfi *K.* b) *ita correxi.* subditis adiuvans dum *ed.* c) cruceberg *W.*

SENTENTIA DE CONSTRUCTIONE MUNITIONIS IN FUNDO ALIENO.

1295. Oct. 10.

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini 1295, secunda feria post Dyonisii nobis in castro ante Cruceburg [a] pro tribunali sedentibus, obtentum fuit ad requisitionem venerabilis Ludolphi electi et confirmati Mindensis ecclesie principis nostri dilecti, per principum, nobilium, ac aliorum consistorio nostro assistentium concorditer sententiam coram nobis, quod nullus comes in terminis comitatus sui, in fundo proprietatis titulo ad aliquem incolam ipsius comitatus spectante, possit de iure absque consensu ipsius ad quem spectat ipsa proprietas, alicuius castri vel alterius munitionis edificia instaurare de novo. Item fuit obtentum in sententia coram nobis, ut si inter comitem cuius est comitatus, et dominum fundi predicti, super edificiis prelibatis questio oriatur, huiusmodi contentio coram nostra maiestate, tamquam superiori iudice, tractari debeat et finiri.

Datum in castro ante Cruceburg [b], anno et die predictis, regni vero nostri anno 4.

a) creuzberg *K.* b) creuzberg *K.*

PROTECTIO IURANTIUM PACEM IN TURINGIA.

1295. Nov. 13.

Publici iuris facta est a Wenckio in Historia Hassiae T. III. Dipl. pag. 164.

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, recognoscimus per presentes publice protestando, quod universos nobiles, ministeriales, civitates et incolas Turingie, qui pacem instaurandam per nos iurarunt vel iurabunt, manutenebimus et defendemus ab iniuriantibus sibi, non diminuendo iura eorum aliquatenus vel honorem, sed ea graciosius adaugendo, quamdiu se erga nos imperium et pacem iuratam habebunt et tenebunt bene, legaliter et rationaliter, ut tenebitur, iure imperii in omnibus tamen salvo.

Datum in Isenach, Idus Novembris, anno Domini 1295. regni vero nostri anno 4.

SENTENTIA CONTRA ADVOCATOS DE DOTE ECCLESIARUM ET CLERICORUM.

1295. Nov. 21.

Extat apud Würdtwein l. c. et decerpta apud Kindlinger l. c.

1295. Nov. 24.

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini 1295, quinta feria ante festum beate Katherine, nobis apud Isenach pro tribunali sedentibus, per communem sententiam nobilium tunc nostro consistorio astancium erat obtentum, nulli advocato quicquam licere, nec aliquod ius vel iurisdictionem habere, in dote alicuius ecclesie vel clerici, sive in rebus suis, nec 5 in vita nec in morte. Nos igitur huiusmodi sententiam iustam decernentes, approbamus et confirmamus presentium testimonio litterarum, nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum anno Domini, die et loco superius annotatis, regni vero nostri anno 4.

1296. Iul. 2.

CONFIRMATIO SENTENTIAE CONSERVATORUM PACIS IN THURINGIA. 10

Chartam antea in Wilkii Ticemanno editam, iam iterum ex authentico proponimus.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Litteras infra scri- 15 ptas vidimus et perspeximus, tenorem huiusmodi continentes: Nos Gerlacus dominus de Bruberg capitaneus, et duodecim pacis conservatores per terram Thuringie generalis, recognoscimus et ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod in iudicio coram nobis proxima quarta feria, ante festum beatorum Viti et Modesti, ad instantiam venerabilis viri, domni Hermanni abbatis cenobii Walkenredensis requisitum fuit, utrum 20 pro delicto persone debeat ecclesia vel cenobium, cuius filius esse dinoscitur, de iure incusari, aut dampnum exinde sive gravamen aliquod reportare. Ad quod debita deliberatione prehabita, responsum fuit nec non ab omnibus astantibus approbatum, quod delictum persone non debeat ecclesia luere, nec alicuius satisfactionis gravamini subiacere. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillorum nostrorum munimine fe- 25 cimus roborari. Testes huius facti sunt: domnus Hermannus de Orlamunde, Fridericus de Bichelingen; Fridericus de Rabenswalt, Guntherus senior de Swarzeburg, comites; et alii quam plures fide digni. Dat. in Wizzense anno Domini 1296. 18. Kal. Iulii. Item alia littera: Nos Gerlacus dominus de Bruberg capitaneus, et duodecim pacis conservatores per terram Thuringie generalis, recognoscimus et ad universorum noticiam 30 cupimus pervenire, quod constitutus in nostra presentia, videlicet proxima feria quarta, ante festum beatorum Viti et Modesti, venerabilis vir, domnus Hermannus abbas cenobii Walkenredensis, de homicidio, super quo strennuus vir Alexander de Wernrode et sui amici ipsum incusaverunt, quod ex suo instinctu perpetratum fuisset, ad sanctos sanctorum se coram nobis legitime et satis rite, nec non rationabiliter expurgavit. Hinc 35 est, quod nos concorditer, prout etiam inter nos communis sententia dictavit, predictum domnum abbatem ab huiusmodi crimine sive forefacto manifeste dicimus et clamamus esse per omnia innocentem. Quicumque autem deinceps prefatum domnum abbatem aut suum monasterium ratione huiusmodi delicti vellet impugnare, vel eos gravare presumpserit, indignationem gloriosissimi domini nostri, incliti Adolfi regis Romanorum, 40 et nostram nec non totius terre Thuringie offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentem litteram munimine nostrorum sigillorum fecimus roborari. Testes huius facti sunt: domnus Hermannus de Orlamunde, Fridericus senior de Bichelingen, Fridericus de Rabenswalt, Guntherus senior de Swarzeburg, comites; et quamplures alii fide digni. Dat. in Wizzense, anno Domini 1296. 18. Kal. Iulii. Nos itaque 45 devotis supplicationibus honorabilis viri Hermanni abbatis monasterii Walkenredensis

favorabiliter inclinati, universa superius contenta, sicut rite et provide facta sunt, ratificamus et presentibus confirmamus; mandantes illustri Ottoni marchioni Brandenburgensi principi nostro, per Saxoniam, et nobili viro Gerlaco de Bruberg, per Thuringiam capitaneis, ac aliis pacis conservatoribus qui pro tempore fuerint, ut confirmationem 5 nostram huiusmodi faciant et procurent inviolabiliter observari. — 1296. Iul. 2.

Datum in Frankenfort, 6. Non. Iulii, indictione nona, anno Domini 1296, regni vero nostri anno 5.

SENTENTIA DE IURE BORCHVREDE.

1296. Sept. 27.

Ex Würdtweinii Nov. Subs. T. XIII. p. 45; *excerpta in Kindlin-* 10 *geri libro s. c. pag.* 92. *habetur.*

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini 1296. die sanctorum Cosme et Damiani, indictione decima, nobis in Werthaim[a] pro tribunali sedentibus, quesitum fuit in sententia coram nobis: si duo domini equo iure habeant unum castrum, et iurant sive compromittunt 15 societatem sive pacem que vulgariter borchvrede nuncupatur inter se in castro memorato servare, postea vero alter eorum prohibet ne ab altero suo consocio custodiatur idem castrum per excubias sive vigilias pro parte sua, ymmo mandat ut destruatur suburbium sue partis, ut per hoc totius castri amissio seu perditio consequatur; utrum alter eorum hoc facere possit altero reclamante? diffiniente multorum nobilium tunc 20 ibidem astancium sententia, est obtentum, quod neuter eorum, altero invito, partem suam in eodem castro sine custodia relinquere potest nec destruere, nec quicquam attemptare in alterius preiudicium et gravamen; presentium testimonio litterarum, nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum die, loco et annis Domini superius annotatis, regni vero nostri anno 5.

25 a) werchaim *W.* wertheim *K.*

SENTENTIAE DE FIDE VASSALLO INFIDELI SERVANDA FRAGMENTUM.

1296. Nov. 5.

Habetur in Kindlingeri libello supra citato pag. 92.

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex etc: anno Domini 1296. die lunae post 30 omnium sanctorum, in Wilburch in tribunali sedentibus, Ludolfus episcopus Mindensis per legatum suum proposuit: an infideli ministeriali et doloso sit servanda fides? item an capiens talem ministerialem dolo peccet? Responsum fuit, quod ita.

SENTENTIA DE IURE VIRI CONDEMNATI.

1297. Febr. 4.

Edidit eam V. Cl. Günther in codice diplomatico Rheno-Mosellano 35 *T. II. p.* 521.

Wir Adolf von Gottes genaden roemisch kunig allewege ein merer, kunden an diesem brieve, daz unser lieber furste Boemunt der erzebischof von Triere, kom fur uns

1297. Febr. 4. do wir ze gerihte sassen, unde gerte ze ervarnde an einem gemeinen urteile, swa ein verzalt man were der vor gerihte wolt clagen, ob man dem rihten sol oder nicht? Do wart vor uns erteilet mit gesamenter urteile, daz man keinem verzalten man rihten sol; were aber ieman der gerihte vordere uber den verzalten man, so sol man dem clager gerihtes helfen uber den verzalten man alse reht is; des geben wir ze gezuge unsers gerihtes brief. 5

Dirre brief wart geben ze Kobelenz an dem mentage nach unser Frowen tage der lichtmes, do man zalte von Gottes geburte zwelf hundert iar nunzig iar unde in dem sibenden iare.

1297. Oct. 13.

SENTENTIA QUANDO LICEAT FEODA ECCLESIAE DONARE. 10

Publici eam iuris fecit Kindlinger l. c. pag. 93. *una cum confirmatione Alberti regis data in Meingen* 8. *Kal. Sept. a.* 1299. *indict.* 12. *regni anno* 2. *ex authentico tabularii Assindensis. Formulam absque dato videsis in Bodmanni Cod. dipl. Rudolfi p.* 314. 15

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nobis anno Domini 1297 sexta feria ante diem beati Galli apud Sintzeche pro tribunali sedentibus, ex parte venerabilis . . abbatisse et capituli secularis ecclesie Assindensis fuit requisitum in sententia coram nobis: si aliquis vasallus vel ministerialis habens feoda ab ipsa ecclesia, si non habeat heredes ascendentes vel 20 descendentes, aut fratres vel filios fratrum, possit ipsum feodum libere donando vel legando ipsi ecclesie reportare? Et fuit per sententiam omnium assistentium consistorio nostro concordem obtentum, quod vasallus ipse, dummodo feodum huiusmodi non pro indiviso cum aliis possideret, feodum ipsum donandi vel legandi ipsi ecclesie habeat liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus nostre ma- 25 iestatis sigilli munimine roboratas.

Datum apud Sintzeche, anno Domini 1297. 3. Idus Octobris, regni vero nostri anno 6.

ALBERTI I. REGIS CONSTITUTIONES.

1298. Iul. 27.

ELECTIO REGIA. 30

Acta eius in tabulario Caesareo Vindobonensi adservantur; unde mandatum electorum, et litteras electorum atque regis Bohemiae ad papam, vir doctissimus et reverendissimus Franciscus Kurz in historia Austriae regnantibus Ottokaro et Alberto T. II. pag. 230. *sqq. evulgavit. Easdem, flagitantibus nobis, Chmelius noster cum au-* 35 *thenticis iterum contulit, additis epistolis* 1) *ab Hermanno marchione*

Brandenburgensi eodemque tenore 2) a Boemundo archiepiscopo Treverensi et 3) a Rudolfo comite Palatino Reni duce Bawarie conscriptis, quas iam prima vice proponere iuvat. 1298. Iul. 27.

ELECTORUM LITTERAE AD PAPAM.

Iul. 28.

5 Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Boemundus Dei gracia Tre-10 virensis, Gerhardus Maguntinensis et Wicboldus Coloniensis ecclesiarum archiepiscopi, Rudolfus comes Palatinus Reni dux Bawarie, Al-15 bertus dux Saxonie, et Otto marchio Brandemburgensis, Romanorum regis de iure et antiqua consuetudine electores, devota pedum oscula 20 beatorum. Vacante iampridem Romano regno per mortem dive recordacionis, domini Adolfi, quondam Romanorum regis, nos principes 25 prefati apud Magunciam pro salubri status imperii reformacione, et pro celeri Romanorum regis futuri creacione, necnon propter evi-30 dentem tocius rei publice utilitatem, et urgentem sacri imperii necessitatem, convenientes in unum, post varios et diversos tractatus inter 35 nos habitos, pensata rei publice utilitate, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu prefixa fuit dies ad eligendum personam ydo-40 neam in regem Romanorum, videlicet 6. Kalend. Augusti, in civitate Frankenford, loco ad hoc debito et consueto. Qua die vocatis omnibus qui 45 voluerunt, debuerunt, et potuerunt comode interesse, convenientes ibidem, post varium et maturum, cum omnimoda sollicitudine, de futuri 50 Romanorum regis electione,

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Hermannus[a], Dei gracia marchio Brandenburgensis ac dominus de Henneberch, cum filiali reverentia devota pedum oscula beatorum. Vacante iampridem Romanorum regno per mortem, dive recordacionis, domini Adolfi, quondam Romanorum regis, nos una cum ceteris Germanie principibus, ad quos Romani regis electio in imperatorem postmodum promovendi, de iure et antiqua consuetudine dinoscitur pertinere[b], pro salubri status imperii reformacione, et pro celeri Romanorum regis futuri creacione, nec non propter evidentem tocius rei publice utilitatem, et urgentem sacri imperii necessitatem, convenientes in unum, post varios et diversos tractatus inter eosdem principes, nostros collegas, et nos habitos, pensata rei publice utilitate, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu, prefixa fuit dies ad eligendum personam ydoneam in Romanorum[c] regem, videlicet sexto Kalendas Augusti in civitate Franchenvurte[d], loco ad hoc debito et consueto. Qua die vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, et potuerunt commode interesse, convenientes ibidem cum principibus antedictis, post varium et maturum cum omnimoda sol-

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Wenzezlaus, Dei gracia rex Bohemie dux Cracovie et Sandomerie, marchioque Moravie, cum filiali obediencia devota pedum oscula beatorum. Vacante iamnuper Romanorum regno, per mortem dive recordacionis, domini Adolfi, quondam Romanorum regis, excellentes et magnifici Germanie principes, college nostri tam ecclesiastici quam seculares, ad quos una nobiscum Romanorum regis electio in futurum imperatorem promovendi, de iure et antiqua consuetudine, dinoscitur pertinere, pro salubri status imperii reformacione, pro celeri futuri Romanorum regis creacione, necnon propter evidentem tocius rei publice utilitatem, et urgentem sacri imperii necessitatem, convenientes in unum, apud Magunciam, post varios et diversos tractatus, inter eosdem principes nostros collegas, quamvis novis absentibus habitos, pensata rei publice utilitate, de voluntate unanimi et consensu principum eorundem, prefixa est dies ad eligendum personam ydoneam in Romanorum regem, videlicet, 6. Kalend. Augusti, in civitate Frankenford, loco ad hoc debito et consueto. Qua die predicti principes convenientes ibidem, post varium et maturum de futuri Romanorum

a) Boemundus Dei gracia Trevirensis ecclesie archiepiscopus. Devota pedum oscula beatorum. Vacante iampridem etc. 2. Rudolfus Dei gracia Comes palatinus Reni, dux Bawarie, cum filiali reverencia, devota pedum oscula beatorum. Vacante iampridem 3. b) pertinere, apud Magunciam (?) 3. c) Romanum 2. d) Frankenfurd 2. 3.

1298. Iul. 28.

diligenti premissa deliberacione tractatum, primitus Spiritus sancti gracia invocata, in illustrem virum, dominum Albertum ducem Austrie et Styrie, virum utique nobilem et potentem, de regali prosapia procreatum, laudabilia strenuitatis paterne vestigia imitantem, in omni virtuositate morum et conversacionis commendatum, valentem et potentem, iura imperii regere et defensare, et in melius reformare, ac in statu tranquillo et pacifico conservare, cum sollempnitatibus debitis et consuetis, tamquam in magis utilem et ydoneum tanto regimini gubernando, habito ad rei publice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu omnes et singuli pari concordia oculos nostros iniecimus, ipsum in regem Romanorum, in imperatorem futurum promovendum, una voce votoque unanimi concorditer, rite et legitime, eligendo. Qua quidem concordi electione, canonice quasi divinitus celebrata, eundem cum inenarrabilis immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium, necnon populi comitiva letante, ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instancia et sollicitudine diligenti duximus requirendum, ut ipse electioni, per nos concorditer de ipso celebrate, precipue propter Deum et utilitatem rei publice, suum dignaretur impertiri consensum; qui tandem omnium nostrum devictus instancia, ac nobilium caterva, necnon tocius populi acclamantis, laudabilibus desideriis superatus, tam onerosi regiminis sarcinam subeundo, huiusmodi electioni de se ce-

licitudine, de futuri Romanorum regis electione, diligenti premissa deliberacione, tractatum, Spiritus sancti gratia primitus invocata, in illustrem virum, dominum Albertum ducem Austrie et Styrie[a], virum utique nobilem et potentem, de regali[b] prosapia procreatum, laudabilia[c] strennuitatis paterne[d] vestigia imitantem, in[e] omni virtuositate morum et conversacionis multipliciter commendatum, valentem et potentem, iura imperii regere, defensare, et in melius reformare, ac in statu tranquillo et pacifico conservare, tamquam in magis utilem et ydoneum, tanto regimini gubernando, habito ad rei publice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu principum eorumdem, omnium, ac etiam singulorum, oculos nostros iniecimus, ipsum in regem Romanorum, in imperatorem futurum promovendum, una cum principibus antedictis, voto unanimi, concorditer, rite et legittime eligendo, cum sollempnitatibus debitis et consuetis. Qua quidem concordi electione[f] quasi divinitus celebrata, eumdem cum inenarrabili immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium, nec non populi comitiva letante, ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instantia et sollicitudine diligenti duximus requirendum, ut ipse[g] electioni, per nos concorditer de ipso celebrate, precipue propter Deum et utilitatem rei publice suum dignaretur inpertiri consensum; qui tandem nostra et principum aliorum devictus instantia, nec non totius populi acclamantis laudabilibus

regis electione tractatum, Spiritus sancti gracia primitus invocata, in illustrem virum, dominum Albertum ducem Austrie et Stirie, de communi consensu principum eorundem, omnium ac eciam singulorum, oculos suos iniecerunt, ipsum in regem Romanorum, in futurum imperatorem promovendum, voto unanimi, concorditer, nobis tamen absentibus eligendo. Cui quidem electioni de se celebrate, ad instanciam principum eorundem, predictus dux annuit et consensit. Nos igitur ad rei publice utilitatem, comodum et profectum, respectum habentes potissimum, huiusmodi electioni de predicto domino Alberto nobis licet absentibus celebrate, nostrum presentibus impertimur consensum benivolum et assensum; nolentes ut predicta electio, quam per nostri consensus ratihabicionem ratificamus et liberaliter approbamus, occasione nostre absencie in aliquo maculari possit in posterum, aut eciam viciari. Speramus etenim, in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifico, quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus, et moribus disciplina; presertim cum idem rex sit fide katholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, consilio pollens, Deo ut opinatur amabilis, et humanis conspectibus graciosus, ac insuper corpore strennuus, et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus. Quapropter pater sanctissime, devotum sancte matris ecclesie filium, tam provide sic electum, graciose et benivole prosequentes, ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis misericorditer amplectentes,

a) Stirie 2. 3. b) regia 3. c) laudabilis 1. d) paterna 1. e) et 1. f) electione concordi 3. g) ipsi 3.

lebrate legitime, annuit et consensit. Quapropter pater sanctissime, ut de regis sic electi persona, sacrosancte 5 Romane ecclesie matri nostre piissime nova congaudia cumulentur, idem rex est fide katholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, consilio 10 pollens, propriis potens viribus, et multorum potentum affinitate connexus, Deo ut opinamur amabilis, et humanis aspectibus graciosus, ac 15 insuper corpore strennuus, et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus, — propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius 20 principatu pacifico quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus, et moribus disciplina, — dictum regem, vestrum et sacrosancte Ro- 25 mane ecclesie devotum filium, paterno vestre sanctitatis applausu suscipientes, ipsum favore et benignitate solita in sibi commisso regimine di- 30 gnemini graciosius confovere; quem procul dubio sencietis intrepidum sancte matris ecclesie pugilem, et invictum katholice fidei defensorem. 35 Devotum igitur sancte matris ecclesie filium per nos, tam rite, tam provide sic electum, graciose et benivole prosequentes, ac ex affluenti 40 paterne dulcedine pietatis misericorditer amplectentes, eundem cum sanctitati vestre placuerit, et videritis oportunum, ad imperialis fastigii dyade- 45 ma dignemini evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gencium vos Dominus, et per vestre sanctitatis arbitrium 50 orbi terre post nubilum exoptata serenitas illucescat. In cuius rei testimonium sempiternum et evidenciam pleniorem, presentes litteras con- 55 scribi iussimus et nostris sigillis pendentibus roborari.

a) congaudia 3.

desideriis superatus, tam onerosi regiminis sarcinam subeundo, huiusmodi electioni, de se celebrate legittime, annuit et consensit. Quapropter pater sanctissime, ut de regis sic electi persona sacrosancte Romane ecclesie matri nostre piissime nova gaudia [a] cumulentur, presertim cum idem rex sit fide katholicus, ecclesiarum amator, iustitie cultor, consilio pollens, propriis potens viribus, et multorum potentum affinitate connexus, Deo ut opinatur amabilis, et humanis aspectibus gratiosus, ac insuper corpore strennuus, et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus, — propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, ut sub eius principatu pacifico quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus, et moribus disciplina, — dictum regem, vestrum et sacrosancte Romane ecclesie devotum filium, paterno vestre sanctitatis applausu suscipientes, ipsum favore et benignitate solita, in sibi commisso regimine dignemini gratiosius confovere; quem procul dubio sentietis intrepidum, sancte matris ecclesie pugilem, et invictum katholice fidei defensorem. Devotum igitur sancte matris ecclesie filium, per nos ceterosque principes electores tam rite, tam provide sic electum, gratiose et benivole prosequentes, ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis misericorditer amplectentes, eumdem, cum sanctitati vestre placuerit, et videritis opportunum, ad imperialis fastigii dyadema dignemini evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gentium vos Dominus, et per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre

eundem, cum sanctitati vestre placuerit, et videritis oportunum, ad imperialis fastigii dyadema dignemini evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit, in lucem gencium vos Dominus, et per vestre sanctitatis arbitrium, orbi terre post nubilum exoptata serenitas elucescat. In cuius rei evidenciam pleniorem et memoriam sempiternam, presentes exinde conscribi litteras, et nostro sigillo regali iussimus communiri.

1298. Iul. 28.

Datum apud Nuerenberch, 13. Kalend. Decembris, anno Domini 1298. indictione 12. regni vero nostri anno 2.

1298. Iul. 28.

Datum et actum apud Franchenford, anno Domini 1298. 5. Kalend. Augusti, indictione 11.

post nubilum exoptata serenitas elucescat. In cuius rei testimonium sempiternum, et evidentiam pleniorem, presentes literas conscribi, et nostri pendentis sigilli munimine iussimus roborari

Actum et datum in Franchenvurte[a], anno Domini 1298. 5. Kalendas Augusti, indictione 11.

ELECTORUM MANDATUM.

Gerhardus Dei gracia Moguntinensis, Boymundus Treverensis, nec non Wigboldus Coloniensis, ecclesiarum archiepiscopi, Wenezlaus rex Boemie, Rudolfus comes Palatinus Reni dux Bawarie, Albertus dux Saxonie, nec non Otto marchio Brandenburgensis, Romanorum regis de iure et approbata consuetudine electores, universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et prelatis, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, ceterisque sacri Romani imperii fidelibus, salutem in eo qui est omnium vera salus. Vacante iam pridem Romanorum regno per mortem dive recordacionis domini Adolfi quondam Romanorum regis, nos principes prefati apud Moguntiam pro salubri sacri status imperii reformacione, pro celeri Romanorum regis futuri creacione, nec non propter evidentem et oportunam tocius rei publice utilitatem, et urgentem necessitatem eiusdem imperii, convenientes in unum, post varios et diversos tractatus inter nos habitos, pensata utilitate rei publice, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu prefixa fuit dies ad eligendum personam ydoneam in Romanorum regem, videlicet 6. Kalendas Augusti, in civitate Vrankinvort, loco ad hoc debito et consueto. Qua die vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, et potuerunt comode interesse, convenientes ibidem, post multiplicem et maturum cum omnimoda sollicitudine de futuri Romanorum regis eleccione, premissa diligenti deliberacione, tractatum, Spiritus sancti gracia primitus invocata, in illustrem principem dominum Albertum ducem Austrie et Stirie, virum utique nobilem et potentem de regali prosapia procreatum, laudabilis strennuitatis paterne vestigia immitantem, in omni virtuositate morum et conversacionis multipliciter commendatum, valentem et potentem iura imperii regere et defensare, et in melius reformare, ac in statu tranquillo et pacifico conservare, cum sollempnitatibus debitis et consuetis, tamquam in magis utilem et ydoneum tanto regimini gubernando, habito ad rei publice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu, omnes et singuli, pari concordia oculos nostros iniecimus, ipsum in regem Romanorum, in imperatorem futurum promovendum, una voce votoque unanimi, concorditer, rite et legittime eligendo. Qua quidem concordi eleccione canonice quasi divinitus celebrata, eundem inenarrabili immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium, nec non populi comitiva letante, ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instancia, et sollicitudine diligenti, duximus requirendum, ut ipse eleccioni per nos de ipso facte et celebrate concorditer, precipue propter Deum et utilitatem rei publice, suum dignaretur impertiri consensum. Qui tandem omnium nostrum devictus instancia, et nobilium caterva, nec non tocius populi acclamantis laudabilibus votis et desideriis superatus, tam onerosi regiminis sarcinam subeundo, huiusmodi eleccioni de se celebrate legitime annuit et consensit. Quapropter universitatem vestram rogamus, requirimus et hortamur attente, mandantes vobis nichilominus per presentes, quatenus eidem domino Alberto, per nos in Romanorum regem tam rite tam provide sic electo, presertim cum idem rex sit fide catholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, consilio pollens, potens viribus, et multorum potentum affinitate connexus, Deo ut opinamur amabilis, et humanis aspectibus graciosus, ac insuper corpore strennuus, et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus, — propter quod speramus in eo qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifico quies

a) Frankenfurd 2. apud Frankenfurd 3.

regno proveniat, pax ecclesiis, concordia plebibus, et moribus disciplina, — fidelitate sincera intendere cum devocione debita studeatis, et recognoscentes ipsum rite et canonice electum ad regie celsitudinis dignitatem et gubernandam rem publicam, adeo fructuosis eidem consiliis et auxiliis oportunis debeatis assistere et fideliter adherere, quod vestre promptitudinis subsidio mediante, per eum, commissum a Deo sibi regimen geratur utilius, et salubrius gubernetur, quodque sub eo iura lacerata reintegrentur imperii, et status facilius reformetur. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem, presens decretum conscribi iussimus et sigillis nostris pendentibus roborari.

1298. Iul. 28.

Datum et actum apud Vrankinvort, 5. Kalendas Augusti anno Domini 1298. indiccione 11.

SENTENTIA DE BONIS IUDEORUM VACANTIBUS.

1299. Ian. 6.

Repetimus eam ex Gudeni Cod. dipl. Moguntino T. I. p. 914.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, tenore presencium profitemur, quod nobis pro tribunali sedentibus in castro Nuremberg anno Domini [a] 1299. in die epiphanie Domini, omnium circumstancium applaudente caterva et eciam approbante, sentencialiter extitit iudicatum, quod venerabili Gerhardo Maguntinensis ecclesie archiepiscopo, principi et familiari nostro dilecto, omnia debita suorum Iudeorum occisorum heredes non habencium cedere debeant, et ipsum archiepiscopum respicere integraliter et perfecte. In cuius rei testimonium maiestatis nostre sigillum presentibus est appensum.

Datum loco, anno et die predictis, regni nostri anno 1.

a) *vox deest in edito.*

SENTENTIA DE SUCCESSIONE MULIERUM IN BONIS FEODALIBUS.

1299. Febr. 20.

Edidit eam Kindlinger l. c. pag. 95. *ex copiario sec. XIV. exeuntis in archivo electorali Bonnensi tum temporis adservato.*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod anno Domini 1299. indictione 11. 10. Kalendas Martii nobis apud opidum Pinguiense pro tribunali sedentibus, per venerabilem Wicboldum archiepiscopum [1] sententialiter quesitum fuit: utrum filia in bonis feodalibus iure hereditario suis parentibus succedere possit, vel non? Quod ibidem per principum, nobilium, ministerialium, et militum tunc nostro consistorio astantium sententiam [a] extitit diffinitum, quod nulla filia vel mulier possit in bonis feodalibus succedere, nisi de plenaria voluntate domini feodi et consensu. Nos itaque huiusmodi sententiam, tanquam legitime diffinitam et a predictis principibus et nobilibus laudatam et approbatam, authoritate regia confirmamus, dantes has litteras nostre maiestatis sigillo sigillatas in dicte confirmationis testimonium super eo.

Datum die, anno Domini, indictione superius annotatis, regni vero nostri anno 1.

a) sententia *ed.*

1) Coloniensem.

1299. Aug. 5.

SENTENTIA DE BONIS FEODALIBUS RELICTIS ABSQUE LEIVESERBEN.

Vulgata est apud Kindlingerum l. c. pag. **96.** *ex eodem copiario Bunnensi.*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod anno Domini 1299. feria quarta ante festum beati Laurentii apud Fuldam nobis pro tribunali sedentibus, quesitum et propositum fuit in sententia a venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo, principe nostro carissimo, coram maiestate nostra tamquam in figura iudicii constituto: si quis tenens feodum a domino aliquo moriatur, absque heredibus illis qui vulgo dicuntur leivenherben*, et dominus feodorum ipsa feoda sibi attrahet, et ea per annum unum et diem sicut sua propria possidet pacifice et quiete, et ex tunc venit aliquis dicens, se in dictis feodis ius habere, et impetit dominum feodorum super ipsis; utrum ipso domino feodorum huiusmodi possessio anni et diei debeat suffragari? Ad questionem sic propositam, per principes, comites, aliosque nobiles taliter est responsum[a], et communi dictante et approbante ipsorum sententia est obtentum, quod dicto domino feodorum dicta possessio suffragatur, et impetenti ipsum nulla omnino actio inposterum competit in eisdem; presentium testimonio litterarum, nostre maiestatis sigilli robore signaturum.

Datum anno, die et loco predictis, indictione 12, regni vero nostri anno 1.

*) leiveserben *legendum.* a) runsum *ed.* b) quod *usque* obtentum *legitur bis apud Kindlinger.*

1299. Sept. 5.

PACTUM CUM PHILIPPO IV. REGE FRANCIAE.

Vulgamus illud collatis editionibus Leibnitii in Cod. dipl. T. I. pag. **40.** *ex transsumto, et altera ex tabulario Dalphinatus in Histoire de Dauphiné T. II. pag.* **83.**

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, quod nos considerantes, quod per regum et principum unanimes voluntates divine laudi quietius attendatur et christiana ad Deum crescat devotio, cum pace proximi pax Dei acquiritur et augetur, salus eorum et honor extollitur, et humane laudis preconio ampliatur, ac suorum imposterum roborantur iura regnorum; sincere devotionis glutino, amicitie societatis et unionis federa perpetuo duratura, nos et serenissimus princeps Philippus Dei gracia Francorum rex, amicus noster carissimus, inivimus, voluimus et consensimus, et ad invicem concordamus ac etiam promisimus fide data nomine iuramenti. Et iurabunt etiam in animas nostras nobis presentibus, videlicet pro iam dicto illustri rege Francorum comes sancti Pauli, pro nobis vero rege Romanorum comes Burchardus de Hohemberg avunculus noster carissimus, quod ex nunc in antea erimus ad invicem veri et fideles amici, ac in nostris et regnorum nostrorum et imperii honoribus, libertatibus et iuribus mutuo conservandis contra omnem hominem veri et validi adiutores; quodque inter nos et successores nostros, Romanorum et Francorum reges seu imperatores, pacis et fidelis amicitie federa perpetuis duratura temporibus servabuntur. Et hec omnia premissa et singula promisimus et presentibus promittimus pro nobis nostrisque heredibus sibi in imperio et regno succedentibus firmiter observare et attendere, et nullatenus contravenire, sub virtute a nobis date fidei et per predictos comites prestiti iuramenti. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum et datum Argentine, Nonas Septembris, indictione 12. anno Domini 1299. regni vero nostri anno 2.

SENTENTIA DE BONIS FEODALIBUS VACANTIBUS ECCLESIE LEGATIS.

1299. Oct. 19.

Legimus eam apud Kindlinger l. c. pag. 98. *ex authentico archivi principis Assindensis.*

5 Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Noveritis, quod anno Domini 1299. in crastino beati Luce ewangeliste, nobis Pingwie pro tribunali sedentibus, ex parte venerabilis Beatricis, Assindensis ecclesie abbatisse, principis nostre dilecte, in figura iudicii fuit per sententiam quesitum coram nobis: si aliquis vir vel 10 mulier, tenens bona feodalia ab aliqua ecclesia, et non habens heredes descendentes a se, nec etiam collaterales infra secundum vel tertium consanguinitatis gradum sibi coniunctos, utrum vir vel mulier talis sano corpore, donatione inter vivos, vel in lecto egritudinis in suo testamento, possit talia bona donare et legare ipsi ecclesie, a qua eadem bona tenet? Ad questionem sic propositam, per comites, barones, nobiles, et fideles nostros 15 tunc nostro consistorio assistentes in hunc modum fuit et est responsum, et communi dictante et approbante ipsorum sententia est obtentum: quod ex quo talis vir vel mulier decederet sine heredibus descendentibus, communi iure etiam, si donatio vel legatio nulla interveniret, ipsa bona, que tenuit ab ecclesia, vacant ipsi ecclesie et non alii; et quod multo fortius possit, sive sano corpore sive in lecto egritudinis, per ordinationem testa-20 menti sui illa bona ecclesie sue, a qua ea tenuit, legare, et in manus eiusdem ecclesie sine contradictione aliqua reportare. Quam quidem sententiam sic ab omnibus inibi nobis astantibus, ut dictum est, tanquam iustam laudatam et approbatam, auctoritate regia presentibus confirmamus, dantes has nostras litteras nostro maiestatis sigillo sigillatas in testimonium super eo.

25 Datum Pingwie, anno Domini et die predictis, indictione 13. regni vero nostri anno 2.

CONVENTUS CUM PHILIPPO IV. REGE FRANCIAE.

1299. Dec. 8.

Confirmatum est in eo foedus d. 5. *Septembris ictum, et pactum matrimonii Rudolfi filii atque unius filiarum Alberti cum filia et* 30 *uno ex filiis Philippi; nos prioris tantum formulam ex Leibnitio pag.* 41. *proponimus, reliquis collectioni nostrae Diplomatum sepositis.*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, *etc. ut in priori diplomate pag.* 472. *usque ad* fe-35 cimus apponi sigillum.

Actum et datum nobis et prefato rege Francorum presentibus apud Quatuor valles[1] die Martis, octava mensis Decembris, anno Domini 1299. indictione tredecima, regni vero nostri anno 2.

1) inter Vaucouleurs et Toul.

1301. Mai 7.

CASSATIO THELONEORUM AD RHENUM.

Mandatum hocce Boehmerus noster in tabulario civitatis Coloniensis repertum ex authentico exscripsit nobisque transmisit. Editum est die post ictum foedus cum civitatibus Wormatia et Spira in collectione nostra diplomatum referendum. 5

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, prudentibus viris . . magistris civium, scultetis, scabinis, consulibus et civibus civitatum Coloniensis, Maguntinensis, Trevirensis, Wormaciensis, Spirensis, Argentinensis, Basiliensis, Constanciensis, ac universis civibus ac fidelibus presencium inspectoribus per Romanum imperium constitutis, graciam suam et omne bonum. 10

Avaricie cecitas et dampnande ambicionis improbitas aliquorum animos occupantes, eos in illam temeritatem impellunt, ut que sibi a iure interdicta noverint, exquisitis fraudibus usurpare conentur. Nonnulli siquidem, et precipue venerabiles Coloniensis, Maguntinensis et Trevirensis archiepiscopi, principes, duces, comites, barones, nobiles Romani imperii, antiqua pedagia, thelonea sive exacciones, ab antiquis temporibus consti- 15 tuta, non modicum augmentantes, illa et alia eciam, a vobis et subiectis nobis et imperio, de novo imposita, quociens vos et eos per partes illas transire contingit, in Bacherach, Loynstein, Confluencia, Andernaco, Bunna, Nussia, Berke[1], et Smithusen contra iusticiam exigere et extorquere presumunt. Nos pacifico statui et tranquillitati subiectorum nostrorum ex credito nobis officio intendentes, noctes ducimus insompnes, ut 20 quietem vobis et aliis fidelibus imperii preparemus, ut ad presens maliciis, indignacionibus et predacionibus archiepiscoporum predictorum et cuiuscunque alterius occurramus, presenti pagina nostre maiestatis omnes donaciones, concessiones, tradiciones, imposiciones, augmentaciones, ordinaciones theloneorum, pedagiorum, exactionum, quibuscumque nominibus censeantur, dictis archiepiscopis, principibus, ducibus, comitibus, baronibus, 25 nobilibus, seu quibuscumque aliis, cuiuscunque honoris, status et condicionis existant, a divo patre nostro domino Rudolfo Romanorum rege seu aliis nostris inclitis predecessoribus et a nobis datas, traditas, donatas, concessas, habitas, confirmatas, sub quocumque colore a nobis seu a predecessoribus nostris exquisitas, in locis, opidis predictis seu in quibuscumque aliis locis Romani imperii, illis dumtaxat exceptis, que per dive me- 30 morie Fridericum victoriosum imperatorem, nostrum predecessorem, fuerunt data, concessa et ordinata, que in suo robore volumus permanere, revocamus, amputamus et eisdem archiepiscopis et quibusvis aliis denegamus; nec eosdem archiepiscopos seu alios quoscumque in theloneis, pedagiis, exactionibus in locis predictis et aliis quibuscumque auctorizamus nec eciam warandarizamus[a]. Et dicta thelonea, exacciones et pedagia 35 ipsis archiepiscopis et cunctis aliis in locis predictis et aliis quibuscumque recipere inhibemus, et recipere per presentes decernimus non licere, iure nostro et imperii in omnibus semper salvo; iniungentes et auctoritatem ac potestatem vobis dantes, ut pro tranquillitate et pacifico statu Romani imperii pacem generalem vestris adiutoribus ordinetis et ipsam servare iuretis, et omnibus receptoribus et exactoribus theloneorum et 40 pedagiorum in locis predictis impune et sine nostra offensa viriliter resistatis. Et ut archiepiscopi predicti seu quivis alius ignoranciam revocacionis, amputacionis, inhibicionis et decreti predictorum non possint pretendere vel causare, vobis universis et singulis mandamus, quatenus per vos alium vel alios revocacionem, amputacionem, denegacionem et inhibiciones nostras predictas dictis archiepiscopis coniunctim vel divisim 45 seu quibusvis aliis publicetis, notificetis et ad eorundem noticiam perducatis. Et ne decani et capitula dictorum archiepiscoporum possint allegare, quod delictum persone in dampnum ecclesie non debeat redundare, supradictas theloneorum revocaciones et inhibiciones eisdem sub competenti testimonio notificetis et similiter publicetis. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. 50

Datum Spire, Non. Maii anno Domini 1301. indiccione 14. regni vero nostri anno 3.

a) wandarizamus *charta*.

1) *Rheinberk* in sinistra Rheni; *Smithusen* haud procul a Cleve.

CONSTITUTIO PACIS AD RHENUM.

1301.

Primo vulgavit eam Obrechtus in dissertatione de foederibus imperii Germanici eiusque statuum p. 12. *sqq. unde in Lünigii Reichsarchiv T. VI. pag.* 7. *transiit, sed corrupta. Edita fuisse videtur Spirae.*

5 Wir Albrecht von Gotz gnaden der Römische kunig, Friderich von derselben gnaden bischoff zu Strazburg, Peter oech von Gotz gnaden der bischoff zu Baßile, und[a] wir die landgraven in dem Ober- und in dem Nider-Elsatze, Peter von Schönnecke der meister und der rat und die bürgere gemeinliche von Strazburg, Conrat der Schaler, den man sprichet Rommelher, der meister und der rat und die bürgere gemeinliche von Baßile, 10 tunt kunt allen den, die disen Brief gesehent und gehörent lesen; daz wir der kunig bi unsern küniglichen truwen, und wir die andern, bi geswornem eide, den wir getan hant, überein sint kumen eines gemeinen lantfriden, von der Selse untz an die Bürse, und von dem Rine untz an den Wasichen, alse daz bistum von Basile gat, und unsite Rines, alse daz bistum zu Strazburg gat, hiñan untze sante Iohanneses metz, und dannan über 15 vier iahr nach einander, ane undersatz vur uns und vur alle die unserē, also doch daz wir der bischoff von Baßile, und die burgēre von Basile iensite Rines ungebunden sint, und aber hie dissete Rines sint wir nut me schuldig noch gebunden zehelfenne, wande von der Birse untz an die Sorne, und iensite Rines, so ist nieman von des fridens halben gebunden durch walt zehelfenne. Alle pfaffen und alle geistliche lute, und alle gotz-20 huser, die sulent in diseme friden sin, und sulent in irme rechte, und in irme vrihette bliben, und alle edele lute, graven, frien und dienstlute, die diesen friden gesworen hant, zwischen den vorgeschriben zilen, oder noch schwernde werdent, und alle stetde und burge, und vestenen, und dörfer, und dinghöve, die in diseme friden gelegen sint, der soll inclichez bliben in sine rehte; die stat zu Strazburg sol mit namen bliben in irme 25 rehte, und in irre vrihette, ouch sol die stat zu Baßile mit namen bliben in irme rehte, und in irre vrihette. Wir Friderich der bischoff von Strazburg, und wir Peter der bischoff von Basile veriehent des, daz weder wir, noch ieman der in unsern bistumen ist geseßtzen, beholfen sol sin von dies lantsfridens halben umbe deheiner shlohte dingen die beschehen sint vor den winachten, die nu warent. Die nuwen zolle sulent auch abesin, 30 swa si gemachet sint uf dem lande oder uf dem wassere. Und swer disen friden brichet, beschihet daz in unserene dies kuniges gerehte, daz sol der, an dem er gebrochen ist, oder sine frunt an unser pflegere, die hie nidenan genennet sint, selbe vordere, oder mit gewissen boten und brieven, und sulent unsere pflegere zehent ane geverde uf den eit botschaften, und embieten dem, der den friden gebrochen hat, daz er in den nehe-35 sten ahte tagen daz wider tu und bessere, daz er also begangen het; tůt er dies nut, so sol derselbe unser pfleger alle die an die von aller der vorgenanten herren wegen dirre fride gesetzt ist, die hie niedenan mit namen geschriben stant, die sol er alle manen mit botten und mit brieven uf den eit, ob er ez mit siner macht ane sie nit volleenden mag ane geverde; und sulent die denne als ez hie[b] nidenan bescheiden ist, in den nech-40 sten ahte tagen der nach so sie gemant[c] werdent, bi irme eide mit solicher helfe und mit solicher macht, als sie alle oder die zweiteil under in überein kument, uf den eit den twingen, der den friden gebrochen het, daz er wider tu und bessere, daz er wider den friden getan het: mag aber er ez ane die andern gebessere mit siner macht, so sol men niemanne me manen umbe helfe. Wirt aber dirre friden gebrochen in unserme 45 des bischoffes gerehte von Strazburg, so sol mans vordern alse da obenen geschrieben stat an die, die von unserem wegen derzu gesetzet sint, und hie niedenan geschrieben stant, und sulent die denne uf den eit beide umbe daz wider tun, und umbe daz bessern tun, und gebaren in alle wis, alse da obene von dies kuniges pflegeren geschriben stat. In dirreselben wise sol men tun ane alle geverde, obe der fride gebrochen wirt, do mens 50 an den bischoff von Basile, oder an die lantgraven in Ober- und Under-Elsatze vordern sol, und sulent die, die von wen wegen derzu gesezet sint, und hie niedenan geschriben stant, derzu tun, uf den eit in alle wis, alse da obene geschrieben stat. Wirt aber er

a) unn *Obrecht constanter scribit.* (uñ) b) hin *ed.* c) genannt *ed.*

1301. gebrochen, do ez die burgere von Strazburg ane gat, da sol mens vordern ane den, der denne wissenthaft burgermeister ist, und sol der deme uf den eit schaffen, swelich burger von Strazburg den friden gebrochen hat, dass er daz darwider tu, und bessere in den nehesten ahte tagen; geschehe daz nicht, so sulent die andere burgere alle von Strazburg und die anderen des fridens eitgenossen den twingen, alse davor von den andern 5 geschriben stat. Zu glicher wiß sol der burgermeister von Basile tun, obe dirre fride gebrochen wirt, do ez die burgere von Basile ane gatt, zu besserende alles mit der bescheidenheit die hie niedenan geschriben stat. Alle geste und alle frömede lute, sie sint varnde blibende oder wesende in dem vorbescheidenen begriffe, die sulent disen selben friden han, als es da obenan bescheiden ist. Wirt ouch ieman gevangen in dis frides 10 begriffe, und wirt darus geführet, da sulent alle diß fridens eitgenossen bi dem eide ir helfe und ir maht zutun, daz der gevangene lidig werde, und solch unreht gebessert werde mit irre maht, alse die überein kumment uf den eit an die dirre fride gesetzet ist, sie alle oder daz zweiteil under in. Wurde aber der lantfride gebrochen obwendig der Birse untz an den Howenstein, und untz an Goldenfeils, derzu sint die, die inewendig 15 des Ockenbaches gesessen sint, helfe nicht gebunden, und sulent aber alle die, die obwendig gesetzet sint, helfe untz dargebunden sin. Richet öch ieman deheine tot gevehte oder wunden, die untz her geschehen ist, und noch unversünet ist, do mitte ist dirre friden nut gebrochen; swer aber vurbas wund wirt, den sol men rihten, alse men in von wunden rihten sol, und swer erschlagen wirt, des frunden sol men rihten, alse men 20 davon ze rehte rihten sol in den nehesten ahte tagen. Men pfendet öch wohl umbe kuntliche korngulte, und wingulte, und zinse, und gat daz öch nut an den lantfriden; anderes sol nieman den andern pfenden ane gerihte. Hett sich aber ieman verbunden mit sinen brieven, daz men in pfenden sule ane gerihte, den soll men pfenden an sine eigene, an sine erbe, an sine lehene, und an sine pfande; hett aber ein gotzhus oder 25 ein closter gut oder lute darüber er voget ist, an dem gute und an den luten soll men in nut pfenden. Swa die, an die dirre fride gesetzet ist, alle oder die zweiteil übereinkumment uf den eit, daz ein herre, oder ein statt, oder ein burg, oder ein dorf, do der fride gebrochen wirt, selbe mugent gebessern daz, damitte der fride gebrochen wirt, do sol men niemant me zu manen umbe helffe. Da sie aber überein kumment uf den eit 30 alle oder die zweiteil, daz men helfen soll, swer denne der nicht kumet mit solicher maht ane geverde, alse sie überein kument uf den eit, der sol meineidig und truwelos und erlos sinn, und sol uswendig dis frides sin, und soll men abe ime rihten, und en sol ime nieman rihten. Swa mitte dirre friden gebrochen wirt, das soll men wider tun und bessere, alse die an die ez geseßet ist, sie alle oder die zweiteil under in, uf den 35 eit übereinkument. Were aber, daz sie sich davon mahtent, und die besserunge verzugent durch mutwillen, so sulent sie meineide sin, und ußwendig dis fridens sin. Irret aber ir deheinen eheftiger not, oder herren not, oder einre lihte sturbe, so sol der herre von dies wegen er darbi was, einen andern darzu schicken an sine statt ane alle geverde; der solle öch denne sweren, alse der erste gesworen hätte, und so er geshwort, 40 so ist der eit stete. Alle die gut, die zu erben geluhen sint von alters her, die sulent in der gewonheite stan, als ez herkumen ist, diewile dirre fride wert. Swer diesen friden niht geswehrt, idermann vor sinne rihter in den nehesten zwein maneden, so dirre fride gekundet wirt, von stetten zu stetten, von burge zu burge, von dorfe zu dorfen, die sol men dornach nut me empfahen in disen friden, und soll ime öch nieman rihten, 45 und sol men abe ime rihten. Sprichet aber der rihter, er habe nut gesworen, bezuget er denne mit zwein ersamen mannen, daz er gesworen habe, dieß sol er genießen. Ist aber ieman uswendig landes, oder siech, oder gevangen, so er dies entladen wirt, so gat alrerst dise satzunge überein. Die prelaten, die tumherren, und die pfaffen, die sint dies eits erlassen durch erbarkeit. Diß sint, die wir der kunig rihtere über den friden ge- 50 seßet hant van unseren wegen, Iohannesen Ulrichen von dem Hus, Iohannesen den schultheißen von Ohenheim; so han wir der bischoff von Strazburg von unsere wegen gesesset herren Cunen von Geispoltzheim, und herren Cunen von Butenheim, und wir der bischoff von Baßile, Iohannesen von Wartenvels, der unser pfleger ist zu Schwartzenburg; so han wir die obere lantgraven von unsere wegen geseßet herren von Schönen- 55 burg, der gesessen ist zu Ensißheim; so ist von dies nideren lantgraven wegen, her Walter von Matzenheim; so ist öch von der burgere wegen von Basile, der ie burger-

cf. p. 430. c. 59. p. 434. c. 12.

meister ist; so hant öch die burgere von Strazburg iren burgermeister, der sol ie einen zu ime nemen, der die drizehen wochen vur sich mit ine vare. Daz diß war und stete sie, darumbe han wir die vorgenanten herren und stette unser ingesiegele zu einer urkunde an disen brief gehencket, der wart besigelt, do men von Gotz geburte zalte 5 drizehenhundert iar und ein iar. 1301.

PAX CUM ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.

1302. Mart. 21.

Ineditum hucusque pacis instrumentum Boehmero nostro debemus, ex libro copiario archiepiscopatus Moguntinensis in tabulario regio Wirzburgensi adservato saec. XIV. T. IV. fol. **100** *exscriptum.*

10 Wir Albrecht von Gots genaden Romescher kunik alle czijt eyn merrer des riches, viriehen und dun kunt allen den die diesen brieff sehent oder horent lesen, daz wir uns mit dem erbern fursten Berharden dem ertzbischof von Mencze, unser und des richs archicanceller in tutschen landen, umb alle die missehellunge krig und zweyunge, die zwuschen uns und allen unsern helferen wer die sint eynhalp, und zwischen dem vor-15 genantem ertzbischove von Mentze und allen sinen dienern und helfern wer die sin anderthalbe, ist biz here gewesen, nach unser und des riches erbern forsten marckgreven Otten von Brandenburc und ander unser und des richs getruen rat und helferen luterlich und gentzlich virsunet und virrichtet han, nach allen den worten die hernach gescreben stat.

20 Zu dem ersten ist gereddet und gesprochen, daz der vorgenant ertzbischoff von Mencze uns gelobet hat mit guden truwen, wer der ist der uns und daz riche angriffet, wider den sol er uns beholfen sin nach aller siner macht an geverde und gen menlichen. Oich sullen wir dawider dem selben ertzbischove zu sinen rechten bestanden und beholfen sin widder aller menlich.

25 Ez ist auch gerettet mer, daz der vorgenante ertzbischove die zulle zu Laynsteyn und waz er unrechter zulle hat, lazzen sal, und war er daruber briffe hat von uns und* von kunik Adolf, die sol er widder geben; und waz er vuer briffe hat von uns und von kunik Adolf dem vorgenannten, die sal er auch widder geben; behelt aber er der selben briffe keynen, die sullen alle doit sin und zu nichte. Waz er aber briffe hat uber 30 alte bestedunge, die sal er behalden. Daz ungelt und die Iuden zu Franckenfurd die sal er behalden recht als unser breffe stant und kunik Adolfs, die er daruber hat, die briffe sal er auch behalden.

* von ch.

Ez ist auch geret me, daz wir behalden sullen Selgenstad und daz dar zu gehoret als lange biß iz der vorgesprochen ertzbischoff uns mit recht an gewinnet, und wir sul-35 len auch im rechtes gestaden.

Ez ist auch me geret, daz die vorgenant rede die hie vorgeschreben ist stede und feste blibe, des hat der vorgesprochen ertzbischoff von Mentze zu underphant gesaczet die stat und die burg zu Bingen und daz darzu gehoret, Ernvels[1] und daz darzu gehoret, Scharpensteyn[2] und daz darzu gehoret, Laynsteyn und Lanekke und daz darzu gehoret. 40 Des hat der vorgenant markgreve von Brandenburc macht eyniz abzulazzen, daz ist Lanecke die burc, und die hat er von siner gewalt abgelazzen mit deme daz darzu gehoret.

Ez ist auch geret, daz die selben phant sullen stan funf iar, und wanne die funf iar ußgent, so sal man dem erczebischove, der da vorgenant ist, die vor-45 geschreben phant widder geben oder sinem stifte, ob er nicht en ist. Haben wir danne an der stat und an der burg zu Bingen icht rechtes, da sol uns der bischof rechtes an gestaten. Wer aber, daz got virbite, daz in selben funf iaren der erczebischof abe ginge, welich bischof nach eme qweme wolt er in dem vorgenanten gelobte sin, so sullen die selben phant stan die vunfe iar uz rech* als da vorgeschreben 50 stad. Wolt er aber darinne nit sin, so sal man uns Bingen die stat und die burc wid-

* recht

1) Erenfels in dextra Rheni, contra Bingen. 2) Scharfenstein supra Eltville infra Wiesbaden.

1302. Mart. 13. der geben mit allem rechte als wir iz iczu haben, und dem bischof der nach ime kümt oder sime cappitel die andern feste die phant sin widder geben mit allem deme daz darzu gehoret. Wer aber, daz got virbite, daz in denselben funf iaren wir sturben, so sal man dem erzbischof von Mencze oder sime capitel die vorgenante veste die phant sin alle widder geben mit allem dem daz dar zu gehoret. Wyr haben auch und 5 der vorgenante bischof eynen man gekoren, dem wir die vorgenante phant enpholen haben, der sal die phant haben als hernach geschreben stet. Der die phant halden sal daz ist Gotfrid von Brunecke, oder Andres sin son obe der fater sturbe in den funf iaren, der sal die vorgenante phant beseczen mit turnhutern, mit wechtere, mit portennern, mit burchmannen; die kost sal man von des erczbischofs gut von Meyntze gelden. 10

Auch ist geret umb die kost die selbe von Bruneck haben sal dar umme er sich der vorgenanten veste underwindet, daz sullen wie der bischof von Mencze und der marckgreve mit eynander machen; zwiten aber wir daran, waran danne den von Bruneck genugen sal, daz sal an demselben marckraven sten; waz uber die kost ist, iz sie off dem lande oder in den steten, an Iuden oder an kristen, daz sal dem bischof 15 fulgen.

Auch ist geret, daz der bischof mit den sinen in die vorgenanten vesten riten sol darin und uß, also daz er mit dem von Brunecke redde, daz er eme gelaube.

Auch ist geret, daz alle die bischove die in unser und des richs helfe sint gewest, oder phaffen oder emant von ir wegen, in diesem urlowge widder den ertzbischof von 20 Mencze, daz die sullen eyn gancz sün haben.

Es ist auch geret zwischen dem ertzbischof von Meincze und der stat von Meyncze, daz der selb bischof sal halden die brieve die er und sin vorvaren gegeben hant und sin capitel bestedegit hat; wo daz gebrochen ist, daz die brieffe sprechen, daz sal man widder tůn, da sal der bischof zwene man zu seczen und die stad von Meyncze zwene 25 man, die daz besehen waz daran gebrochen sie off eynen bescheyden dack, daz sal man widder tun, da die vier sprechent daz gebrochen si; daz selbe sal die stat dem bischof widder tun.

Auch ist geret, wan der von Brunecke inne nimmet Bingen, burc und stad, Scharpensteyn, Erenfels und Lansteyn die stat, darnach by firczegen dagen alle die festen 30 und alles daz gut dem bischof und allen sinen helferen sal man widder antworten, daz sie virloren hetten in diesem krige, und sal nieman sie daran hindern; daz haben wir gelobet, waz vesten uzwendig landes lit, die gewunnen sint an diesem krige von unsern helfern, die sal man widder antworten zwischen hie und sant Iacobs dag. Daz haben wir gelobet und zehen herren die man noch nennen sol, und geschee des nicht, so hant 35 die vorgenanten herren gelobit zu leysten zu Wormiße in der stad kuntlich ieder herre vor sich zu legen eynen ritter und eynen edeln knecht also lange biß daz geschecht als da vor geschreben stat. Ist aber daz wir ansprechen den selben ertzbischoff, daz er an uns gebrochen habe, des sullen wie kysen zwene manne und der bischof zwene, die sullen die bruche virhoren und sullen daz scheyden wes sie eyntrechtig werden off iren 40 eit. Und waz die selben vier oder der merer teyl daruber scheidet oder sprechet, daz sal stede behalden werden. Zwiten aber sie sich daran, so sullen sie ez vor den vorgenanten marckraven Otten bringen, wem der gestet, der hat sin sache verbunden. Wer aber daz der marckrave, des got nicht inwolle, abeginge, so sal uber denselben broch sprechen der vorgenant Gotfrid von Brunecke, und daz selb sal man stede halden. Ge- 45 schech auch daz derselbe Gotfrid von Brunecke sturbe, so sullen die vorgesprochen vier schidman eynen andern obern man walen und kisen off eren eyt, der gewalt habe zu sprachen ober den bruche, zu gelicher wise als der vorgenant marckgrave oder der von Brunecke hat. Hat aber der bischof von Mencze deheyn* gut daz wir ansprechen, daz iz des riches sie, da sal er uns rechtes an gestaden. 50

* keyn cod.

Ez ist auch geredt, daz der bischof und sin helfer uns und unsern helferen recht dun sullen, daz selb sullen wir und unser helfer dem bischof und sinen helferen auch widder tun.

Ez ist auch geret, daz die stete, die in unser und des riches helfe sint gewest, eyn recht sun sollen haben. 55

Ez ist auch geret, daz wir und der bischof eyn rechte sün geteydinget haben uns und allen unsern helffern zu beyden siten die dorch uns an disen krich sint kummen.

1302. Mart. 13

Auch ist geredt, daz wir und der bischof von beyden siten, iz sie uns selben oder unser helferen, ieden man widder inseczen sal in sin erbe, iz sie burg oder stad oder dorfe oder gerichte aller hande gut, wie iz genennit ist, da sal man ieden man wider in seczen, als er saß vor dem krige.

5 Ez ist auch geret, wer off des andern gut gebuwet hat in diesem krieg, daz sal er ab tun. Sint burge oder stede gebrochen, wes die sint, die sal er widder machen ob er wil, daz sal der herren wille sin, da in sal in nieman an hindern.

Auch ist geret, waz genummen ist an varenden gut under den die in dem urleyge begriffen waren, daz des sal eyn gancze sun sin.

10 Auch ist geret, daz alle gevangen die in dem urlug gevangen sint sullen ledig sin, die ir schaczunge nicht gegeben han, waz gegeben ist daz si hin.

Ez ist auch geret umme den von Bruberg, daz man im alle sin veste und sin gut und sin phant widder sal lazzen, ez sie zurbrochen oder untzobrochen.

Ez sal auch der bischof von Mencze uns die briffe, die der Pallanczgreve widder 15 geben hat, sin briff uns auch widder geben, da sie sich mit verbunden hatten, gelicher wise alsam der vorgenant Pallantzgref getan hat.

Ez ist auch geret, gift der bischof von Kollen uns widder die brieve, dar sich der bischof von Mencze und von Kollen und der Pallanczgref mit verbunden hatten, so sal der bischof von Mencze uns auch sin briff widder geben, die daruber geschreben sint.

20 Ez ist auch me geret, wie wir den bischof vergewissen sullen, daz wir im behol-fen sin, als unser brieve under uns beiden stent, daz sal an dem vorgenanten markra-ven von Brandenburg sten.

Daz diese sun in allen ir artikel als da vorgeschreben stat, stede und unczerbrochen belibe, so geben wir diesen briff versigelten mit unsern kunicklichen ingesigel.

25 Der brief ist gegeben in der stad zu Spire, da man zalte von Gots geburd druczehen hundert und zwey iar an sancte Benedicten tage in der vasten, in dem firden iare un-sers richs.

MANDATUM DE EXERCITU COLLIGENDO.

1302. April 1.

Ex veteri membrana bibliothecae Paullinae Lipsiensis descriptum 30 *extat apud Fellerum in Monumentis variis ineditis pag.* **593.**

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, strenuo viro Henrico advocato de Wida, iuniori, fideli suo dilecto, gratiam et omne bonum.

Pro tranquillitate rei publice et sacri Romani imperii recuperandis iuribus, in non-nullis terrarum partibus iniuriose distractis, disponentes exponere potentie nostre vires, et 35 de consilio nostrorum et imperii principum copiosum victoriosumque exercitum instau-rare, fidelitatem tuam requirimus et rogamus, sub debito fidei quo nobis et sacrosancto teneris imperio seriosius commonentes, quatenus opportunum nobis exhibiturus auxilium statim post festum ascensionis Domini proximum, sicut decentius poteris, sis apud Nu-renberc ad procedendum nobiscum finaliter constitutus, ut proinde beneficentie regalis 40 promotio tibi semper gratiosius debeatur.

Datum in Turego, Kal. Aprilis, regni nostri anno 4.

MANDATUM DE CASTRO IN DISPENDIUM PACIS EXSTRUCTO.

1302. Iul. 11.

Extat apud Hahn Collect. Monument. T. I. pag. **266.**

1302. Iul. 11.

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, illustribus O.[1] marchioni Brandenburgensi, H.[2] et Alb. ducibus Brunsvicensibus, O. duci de Brunswig et de Luneburg principibus, ac universis pacis generalis iuratis in Saxonia, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Ad noticiam serenitatis nostre insinuacione querelosa pervenit, quod viri nobiles, Alb. et Frid. comites de Werningherode, in generalis iurate pacis dispendium quoddam castrum[3] prope civitatem nostram Goslariensem, in fundo alieno de novo erexerunt et fundarunt, quod cum eidem civitati Goslariensi, ac viis regiis, prout intelleximus, impedimenta possit et incommoda generare, sinceritati vestre duximus committendum, quatinus circa dictum castrum, quicquid tranquillitati terre et bono communi expedire videritis, faciatis; caventes ne occasione castri eiusdem oriatur turbacio patrie sive pacis.

Datum in Eslingen, 5. Idus Iulii, regni nostri anno 4.

1) Ottoni. 2) Heinrico, Alberto, Ottoni. 3) Harzburg esse videtur.

1303. Ian. 4.

MANDATUM PACIS IN SAXONIA ET THURINGIA.

Proponimus illud ex Gudeni Cod. dipl. Moguntino T. III. pag. **10.**

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, illustribus Saxonie et in Brunswick ducibus, Thuringie lantgraviis, nec non comitibus, baronibus, nobilibus, civitatibus, communitatibus, et earum rectoribus ipsarum partium Saxonie et Thuringie, ceterisque presentes litteras inspecturis, principibus et fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

De statu pacifico et tranquillo partium Saxonie et Thuringie, mediante sollicitudine venerabilis Gerhardi Maguntini archiepiscopi, principis et compatris nostri karissimi, quem ad hoc specialiter expedire novimus, ordinare et disponere cupientes, ipsum ad vos et dictas partes Saxonie et Thuringie, mandato et auctoritate suffultum, ad extinguendum in eisdem partibus pernitiosa gwerrarum et simultatum incendia, quibus proch dolor eedem terre variis tribulationibus tribulantur, fiducialiter duximus destinandum, ex affectu plenissimo deposcentes, vobisque universis et singulis nichilominus iniungentes, quatenus memorato Gerhardo archiepiscopo super reformatione status predictarum partium, iuxta ipsius requisitionem nostro nomine consiliis et auxiliis constanter et fideliter assistatis, in eo celsitudini nostre regie gratum obsequium impensuri.

Datum Hagenowe, 2. Nonas Ianuarii, regni nostri anno 5.

1303. aestate.

CURIA NUREMBERGENSIS.

Constitutio pacis in ea edita pacem Rudolfi a. **1287.** *tam presso pede sequitur, ut capita tantum paci Wirzburgensi addita, paucasque sententias quibus verba aliquantisper immutata legimus, exprimere visum sit. Et in his quidem edendis cum codice unde editio in Schilteri Thesauro Antiqq. T. II. fluxit olim Krafftiano et Senkenbergiano mbr. sec. XIV., cuius hodie fata ignorantur, uti haud contigerit, textum Schilteri et Senkenbergii in Nova collectione pag.* **38.** *ope codicum saeculi XV. scilicet:* **1)** *universitatis Monacensis Nro. III.* **78.** *et* **2)** *regii Monacensis inter codd. Germ. Nro.* **136.** *a V. Cl. Föringer cum editis collatorum, tum* **3)** *bibl. Palatinae Vin-*

1303. aestate.

dobonensis inter codd. Iuris civilis Nro. 186. *et* 4) *inter codd. Salisburgenses Nro.* 385. *Chmelio nostro curante collatorum, atque* 5) *bibl. ducalis Guelferbytanae inter Augusteos Nro.* 82. 4. *recognovimus. Quos praeter constitutio extat* 6) *in cod. bibliothecae civitatis Neissensis in Silesia et* 7) *bibliothecae SS. Petri et Pauli Liegnitziensis membr. a.* 1386., *tum glossata in codd.* 8) *bibl. regiae Berolinensis inter Ms. germ. Nro.* 120. *mixt. in fol. anni* 1416. *atque* 9) *bibl. Milichianae Görlitzensis membr. in fol. a.* 1387; *legebatur quoque in codd.* 10) *I. P. de Ludewig Icti, cancellarii Halensis, chart. et* 11) *Steinbeckiano; de quibus videsis Viri doctissimi C. G. Homeyer, clarissimi professoris Berolinensis, recensum librorum iuris Germanici Berolini a.* 1836. *editum. Quinque tamen codices in usum nostrum versi, aeque ac Krafftianus quantum ex Schiltero et Senkenbergio constat, et Senkenbergianus recentior, nonnullis locis vitio communi laborant, ope constitutionis anni* 1287. *emendando; Senkenbergii textus in Corpore iuris feudalis Germanici p.* 566. *sqq. et in Nova Collectione Schilterianum exprimit, additis paucis codicis cuiusdam recentioris lectionibus nullius momenti, et adiecta lectione constitutionis anni* 1287. *ex Lehmanno; Senkenbergium Gatterer T. III. Commentt. Societatis Gotting. exscripsit. Ceterum Senkenbergius constitutionem nostram in omnibus fere iuris Saxonici et Suevici codicibus et editionibus haberi protestatus, haud dubie erravit. Editio Goldasti a Schiltero e latere codicis Krafftiani iterum expressa, pro genuino Alberti fetu minime habenda est, sed affixo spurio Alberti titulo pacem Friderici II. qualem fere in codice Basiliensi legi alio loco morituri sumus exprimit; cui rei fidem facit, quod ne unum quidem capitum ab Alberto primum editorum habet. Contra pacis Fridericianae editio Veneta annorum* 1476 *et* 1477. *constitutionem Alberti sequitur, ut ex capite* „Wir setzen auch und gepieten wan man ein fürgepot geb" *etc. ab Alberto primum edito, tum sententia cap.* 21. „Man sol ouch dy werntliche gerichte an yrem recht behalten" *et capitibus* 23. *et* 30. *quae nonnisi in constitutionibus annorum* 1287 *et* 1303. *habentur, constat, licet reliqua capita constitutionibus his propria minime ibi legantur; ideoque editio ista, a Gatterero T. III. Commentationum Gotting. iterum expressa, textui emendando paucis tantum locis confert.*

CONSTITUTIO PACIS[a].

Dise[b] sazung des landfrids haben wir Albrecht von Gots genaden Römischer könig und ain merer des reichs, mit gunst und mit rat der erbern herren, der kurfürsten, paide gaistlicher und weltlicher, gesezt zu Nürenberg in dem gepoten hoff, als hernach geschriben stett.

1. *Da ein sun mit seinem vater kriegt.* Wir sezen und gepieten des ersten bey des reichs hulden, mit der fursten[c] rat und ander des reichs holden und auch getrewen, welich sun *etc. ut in constitutione pacis Wirzburgensi a.* 1287. *supra pag.* 448. *c.* 1.

2. *Von der sun rätt* (a. 1287. c. 2.).

3. *Ob der vater dinstman hat, die im sein helffent* (ib. c. 3—6[d]).

a) *inscribitur:* Hie hebt sich an kunig Albrechtes fridbrief 1. 2. 4. hernach volgett der briff des romischen konigs Albrechts 5. *inscriptio deest* 3. b) Die 2. 3. c) korfursten 3. d) *sed c.* 6. *init. legitur:* Ain ieglich man hilffet es wol sinem genossen; *quod tamen Veneta haud agnoscit.*

1303. aestate.

4. *Ob der vater das recht nit gevordern mag* (a. 1287. c. 7—9[a]).
5. *Von dem lantfrid* (ib. c. 10—13[b]).
6. *Von der acht* (ib. c. 14).
7. *Von gewät* (ib. c. 15[c]).
8. *Von den pfalburgern* (ib. c. 16). Wir gepieten auch, daß man die pfalburger allenthalb laß; wir wellen in unseren steten ihr keinen haben. Und davon setzen wir und gepieten, wer ain purger well sein und purgerrecht well haben, daß der summer und winter pawlich und hablich[d] in der stat seye[e], oder man sol in nicht für ein purger haben; des haben wir ain frist geben yedem man sich zu berichten, bis[f] zu sant Walburgen tag, der da nur schierst komt[g], ob er purger well sein oder nicht.
9. *Von aigen lewten.* Wir gepieten[h] auch, daß kein stat yemant sein aigen man oder der sein recht lehen ist, einnem zu purger. Wir wellen auch, wär es das[i] kain stat darüber tät, mag dan des mannes herr oder sein wissenthaffter[k] ambtman den[l] man bestellen inner[m] iars frist als recht ist, so sol die stat den man[n] dem herren wider antwurten. Es en sol kain stat eins[o] herren ungeraiten[p] ambtman zu purger[q] nemen. Wir wellen auch allen freyen steten ir recht behalten, daß sie nyemant aus der[r] stat laden auff kain weltlich gericht die weil sie vor iren rechten richtern[s] gehorsam seint; an uns und an unseren hoffrichter, die mugent allenthalben richten umb weltliche[t] sach.
10. *Daß man kainen mundman hab* (a. 1287. c. 17).
11. *Von belaiten* (ib. c. 18[u]).
12. *Von zoll und gelait* (ib. c. 18). Wir gepieten etc. und um den pruch ist er in der acht und in des pabestes[v] panne den man iarlichen kündet an dem antlaß[w] tag.
13. *Von zöllen* (ib. c. 19).
14. *Von zöllen* (ib. c. 20).
15. *Aber von zöllen* (ib. c. 21. 22).
16. *Von pawen* (ib. c. 23).
17. *Von müntz* (ib. c. 24).
18. *Von falschait* (ib. c. 25. 26[x]).
19. *Von rawbern* (ib. c. 27).
20. *Wer den friden beswern sulle* (ib. c. 28).
21. *Von gaistlichen dingen* (ib. c. 29. 30).
22. *Wie der gotshaws vogt die gotshewser beschirmen sol* (ib. c. 31).
23. *Wie vil vögt uber ain gotshaws sein sullent* (ib. c. 32).
24. *Der die gotshewser den vögten zu laid angreiffet* (ib. c. 33.)
25. *Pfenden an gericht* (ib. c. 34).
26. *Der dewbigs oder rawbigs gut wissenlich kawffet* (ib. c. 35[y]).
27. *Der den ächter wissenlich behält* (ib. c. 36).
28. *Von dem acht schaz* (ib. c. 36).
29. *Der auch mit recht verderbt wirt von des reichs hoffrichter* (ib. c. 37).
30. *Wie man hinz den die den achter behalten richten sol* (ib. c. 37).
31. *Aber von hoffrichter* (ib. c. 37[z]).
32. *Wie man fürgepot tun sol* (ib. c. 38). Wir gepieten auch *etc. usque* genomen seint. Wir setzen auch und gepieten, wan[*] man ain fürgepot geb und[a] das er dasselb fürgepot antwurt mit des nächsten richters poten da der gesessen ist der da beclagt ist; und darumb gepieten wir allen weltlichen richtern, sie sein in steten oder auf dem land, das ieglicher richter dem clager poten geb den er gelaub[b] auf

a) *sed c. 7. lin.* 3. daz er sic zu hant reche. b) *sed cap.* 12. *l.* 3. hulden *usque* hulden *cap.* 13. l. 1. *excidit in codd. Krafftiano et nostris* 1—5 *atque editis, et in Alberti constitutione nullo modo excidi existimari potest, adestque in edit. Veneta.* c) *Hoc caput in codicibus Krafftiano* et 1—5 *infra num.* 27. *sistitur; in Veneta tamen hoc loco habetur.* d) heimlich 3. habelich 5. e) s. da er purger ist 3. 4. ? *Senkenb.* f) *deest Schilter.* g) der nu nachst kumpt 1. nehst kompt 5. h) verpieten 2. 3. i) d. e. *Sch* k) kuntlicher 5. l) oder 3. m) under 2. n) d. m. d. h. w. a. E. e. s. k. st. e. *desunt* 3. o) kains *Sch.* p) unberethenten 5. q) burger 3. r) irer stat lad 4. usser irer statt lade 3. ir stat 5. s) *ita Schilter*; vor iren richtern rechtes *Senk.* vor ir rechter gerichts 1. t) billich und mögelich sache 5. u) *sed lin.* 3. gewaltiglicher *codd.* v) reichs 1. 2. 3. 4. 5. *et cod. Krafft. apud Schilter.* w) dem heiligen antlacztag 1. *dies ista* (*supra a.* 1287. grün donnerstag) *ita dicitur a generali absolutione* (antlass) *fidelibus Christi ea die a papa collata.* x) *sed lin.* 4. *Krafft. codex et* 2. 5. sin landrecht. y) *sed lin.* 1. *codd. Krafft. ut* 1—5 *et Venet. omittunt* oder dubic. z) *lin.* 1. *codex Senkenberg. alter legit* verderben. *) wem *Schilter* 5. a) *deest Sch.* 5. b) dem zu glewben sey. 5.

1303. aestate.

des clagers pfhennyng[a] an gevärd der das fürgepot antwurt[b]; und sol der richter seinen offen prief herwider zu hoff senden, das es beschehen sey, und welicher richter[b*] des nicht tät, der sol dem cläger sein schaden abtun den er davon nympt. Und wo uns solich clag kumpt[c], das wellen wir vestiglich richten.

33. *Von[d] fürgepoten die an gericht geben werden.* Wir setzen auch durch fürderung[e] des gerichts, wan[f] man recht und fürgepot nyemant versagen sol, das unser[g] hoffrichter an gericht wol fürgepot geben mag. Wir setzen auch, das die urtail ab[h] sol sein damit man anlayt[i] gewan an fürgepot.

34. *Von gericht.* Wir setzen und gepieten, wer vor gericht clagt pis das der kumpt der beklagt ist zu dem tag als im zu[k] gericht gepoten ist, und der clager von im[l] das recht nicht nemen will, das man dem fürpas nicht richt, er leg dem sein kost ab von erst den er beclaget hat.

35. *Von anlaittung dem die geben wirt.* Wir setzen und gepieten wer sein clag mit recht volfürt, das im anlaite[m] ertailet wirt auff die läwt oder auf die gut darauf er geclagt[n] hat, das der richter einen[o] anlaiter geb den er vordert[p], und sol im der anlaiter die anlaite[q] geben mit des nächsten richters poten da[r] die anlaite[s] geschehen ist[t], und sol auch der[u] herr zu hoff enpieten auff seinen aid, das die anlaittung geschehen sey an gevärd mit seinem offen prief.

36. *Ob der[v] richter ainen clager sawmet.* Das gepieten wir[w] allen weltlichen richtern, das sie die clager nicht sawmen[x]; sawment sie darüber die clager, so müssen sie in ir schaden ablegen, und wellen wir darumb vestiglichen richten.

37. *Der[y] mit rechter clag in die oberacht[z] kumpt.* Wir setzen und gepieten auch, wer mit rechter clag in die oberacht[*] kumpt, den sol unser schreiber an unser achtbuch[a] schreiben umb welche sach und[b] warumb er in die oberacht[c] komen sey; wenn er sich berichtet mit dem clager umb die sach darumb er in die oberacht[d] kommen ist[e], oder uns[f] sicherhait geit an des clagers stat umb hawbtschult und umb schaden darumb er in die oberacht komen ist, so sullen wir in aus der obern acht lassen.

38. *Von satzung machen.* Wir wellen auch und gepieten vestiglich, das kain stat kain sazung mach oder mit kainen sachen die dem reich schedlich sein in[g] kainem seinem rechten oder irem herren des die stat ist.

39. *Der den lantfrid nicht swert* (a. 1287. c. 39).

40. *Wer den lantfrid swert und darnach pricht* (ib. c. 40[h]).

41. *Der umb des lantfridpruchs maynaid oder ächtig wirt* (ib. c. 40). Der auch den anderen der umb den pruch des lantfrides maynaid pännig[i] oder ächtig wirt, behaltet behauset oder behowet acht tag so es im verboten wirt[k], der sol in denselben schulden sein, als der ist den[l] er mit wissen noch dem[m] gebot gehawset[n] oder gehalten hat.

42[o]. *Der übeltätig lewt behält* (ib. c. 41).

43. *Der den lantfrid pricht und den pruch nicht püssen wil* (ib. c. 42).

44. *Wie man disen frid behalten sol* (ib. c. 43). Dise satzung des frides und des rechten die sol man allzeit behalten, und sol auch darnach richten, wan sie von alter herkommen seint und mit recht und mit gunst und mit rat der kurfürsten[p] aller gesetzt seint[q].

PROMISSIO BONIFACIO VIII.

Iul. 17.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Bonifacio divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, devota pedum oscula beatorum.

cf. supra p. 394. sqq. 421.sq.

a) gelt 5. b) antworte 5. b*) *deest Sch.* c) furkumpt 5. d) Von vorderung des richtes eyn clager 5. e) umb vorderung 5 f) das 5. g) u. und eyns iglichen h. vor g. 5. h) los 4. ob *Sch.* i) alleyne angewann, die furpote 5. k) von 4. *Schilter.* l) v. i. *desunt Schilter* 3. 5. m) anlaitte *Sch.* n) clagt *Sch.* o) ain anlaitter dy anleittung geben 4. *media desunt* — ein anleitung gebe 5. *media desunt.* p) vorder *Sch.* q) anlaittung *Sch.* r) das 3. s) anlaittung 3. 4. *Schilt.* t) sein *Senk.* u) dem herren 5. v) ain 1. w) Wir gepieten *Sch. S.* x) die clage sammen 3. y) Von aberachteren 5. z) aberacht *hic et infra* 2. 5. *) acht 3. a) ambtpuech 2. b) oder 2. *Sch.* c) acht 3. d) acht 3. e) sey *Sch.* f) im 5. g) an kainen sein rechten 4. h) *sed sub finem sententia* und der furste *usque* ahte tun *deest in codd. Krafft. et* 1—5. i) mayneidig bannig 3. k) behaltet *usque* verboten wirt *desunt* 1. 2. 5. *Schilter.* l) der mit 5. *Sch.* m) *deest Sch.* n) geheisset 3. o) *hoc caput post sequens scribitur in* 3. *et* übeltätig *loco* ubirseit *codd.* p) fursten a. 1287. q) *explicit* könig Albrechts prieff *Schilter Senkenberg.*

1303. Iul. 17.

Profiteor sanctissime pater et domine, me bonorum omnium largitori, ac vobis et ecclesie sancte sue, fore pro innumeris misericordiis et immensis beneficiis obligatum. Profiteor, quod desiderii mei recepi desideratum effectum, et diffiteri non audeo, quod in eo plus quam desiderare sciverim adinveni, mirans sic in preteritis esse provisum, quod de his, que circa talia in futuro peti poterunt, spes miserationis habetur. Assurgens itaque Deo, et sanctitati vestre, ac eidem ecclesie matri mee, ad gratiarum devotissimas et humillimas actiones totum me devoveo, totumque me offero et expono ad gratificationis debitum per omnia, in quantum humane imbecillitatis conditio patitur, exolvendum. Ad hec, licet pridie antequam circa negotium electionis de me ad Romanum regnum et imperium celebrate, ac alia que in hac parte incumbebant, esset per sanctitatis vestre beneficentiam mei status essentia solidata, fecerim infrascripta, et super eis meas patentes litteras beatitudini vestre duxerim destinandas, ac in solidatione huiusmodi procuratores mei, ad hoc specialiter constituti, ea in vestra presentia innovaverint; ecce nunc tamen, ut gratus reddar, et ipsa in maiori firmitate procedant, illa direxi presentibus innovanda. Recognoscens igitur, quod Romanum imperium per sedem apostolicam de Grecis translatum est in persona magnifici Caroli in Germanos, et quod ius eligendi Romanorum regem, in imperatorem postmodum promovendum, certis principibus ecclesiasticis et secularibus est ab eadem sede concessum, a qua reges et imperatores, qui fuerunt et erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; pia devotione et sincero corde profiteor, quod Romanorum reges, in imperatores postmodum promovendi, per sedem eandem ad hoc potissime ac specialiter assumuntur, ut sint sancte Romane ecclesie advocati, catholice fidei ac eiusdem ecclesie precipui defensores. Quapropter et ego et alii Romanorum reges et imperatores, qui erunt pro tempore, totis viribus ab illis abstinere debemus, que ipsi ecclesie possunt esse nociva, et per que inter vos dominum meum, qui nunc apostolice sedi feliciter preestis, et successores vestros, qui canonice intrabunt, et me ac Romanorum reges et imperatores, qui erunt inantea, possent scandala suscitari et materiá dissensionis oriri; et debemus illa devotis et ferventibus affectibus promovere, ex quibus christianitati tranquillitas pax et quies proveniat, dissidia et mala tollantur, per que paterna sinceritas et vera dilectio, quas vos et Romanam ecclesiam supradictam ad me habituros fiducia firma confido, minui vel offuscari valerent. Iuro etiam, tactis sacrosanctis euangeliis, quod ero fidelis et obediens beato Petro, et vobis vestrisque successoribus canonice intrantibus, sancteque apostolice Romane ecclesie. Non ero in consilio, consensu, vel facto, ut vitam perdatis aut membrum, aut capiamini mala captione. Consilium, quod vos vel ipsi mihi credituri estis per vos, aut per nuntios vestros, sive per litteras, ad vestrum vel eorum damnum nemini pandam, me sciente: et si scivero, fieri vel procurari, sive tractari aliquid, quod sit in vestrum vel ipsorum damnum, illud pro posse impediam; et si impedire non possem, illud vobis et eis significare curabo. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor ero ad retinendum, defendendum, et recuperandum, ac recuperata manutenendum contra omnem hominem, divino fultus auxilio, secundum meum scire et posse. Et recognosco et fateor omnia et singula, que a dive memorie Rodulpho patre meo Romanorum rege, et etiam a quibuscumque predecessoribus eius Romanorum regibus vel imperatoribus sive super fidelitatis iuramento, sive super quibuscunque aliis recognita, confessata, promissa, facta, iurata, confirmata, innovata, remissa seu de novo donata fuerunt, simul vel diversis temporibus; et ipsa ratifico, innovo, et confirmo, et ea iuro et promitto me inviolabiliter servaturum; et ex nunc similia in presentibus litteris meis patentibus meo magno signatis sigillo, remitto, facio, et de novo concedo. Omnia etiam et singula privilegia, liberationes*, donationes, concessiones, recognitiones, confessiones, traditiones, remissiones, et gratias [que] ab eisdem clare memorie patre meo, seu etiam a regibus vel imperatoribus predecessoribus eius, aut ipsorum aliquo vel aliquibus, confessata, innovata, recognita seu confirmata, facta sunt seu concessa, aut remissa vel donata de novo, de quibuscunque iuribus, seu rebus, bonis, aut libertatibus, vel aliis quibuscumque, ratifico, approbo, confirmo, et facio, et de novo concedo, prout magis ipsi sedi poterunt expedire. Statuo insuper, facio, et concedo quecunque per clare memorie Ludovicum imperatorem augustum tempore bone memorie Paschalis pape, et a clare memorie Othone rege tempore felicis recordationis Ioannis pape statuta vel iurata, recognita, facta, seu concessa fuerunt, sicut in capitulis positis

* libertates?

in 63. distinctione continentur in corpore decretorum, quorum unum incipit: Ego Ludovicus imperator; et aliud incipit: Tibi domino Ioanni pape; et omnia, et singula contenta in unoquoque ipsorum capitulorum, ipsaque promitto me inviolabiliter servaturum. Devotionem quoque et reverentiam filialem vobis domino meo summo pontifici, et sancte Romane ecclesie, reverenter exhibeo et devote: et ut devotionem et zelum, quos ad vos gero, et exaltationem ipsius Romane ecclesie efficaciter per operis executionem ostendam, paratum me offero, vos et apostolice sedis primatum ac iura, et libertates vestras, ac dicte sedis, contra omnem hominem defendere et tueri, et esse contra quoscunque hostes et rebelles, adversarios seu inimicos sedis eiusdem, cuiuscunque fuerint preeminentie, ordinis, dignitatis, et status, etiamsi regali vel imperiali prefulgeant dignitate; nec cum talibus, vel aliquo eorum, vel aliquibus, amicitie, coniurationis, confederationis, aut societatis, vel ligaminis fedus ineam, nec servabo, si quod forsan inivi cum aliquo vel aliquibus, qui nunc sunt, vel quod absit, erunt in hostilitate, rebellione, adversitate, seu inimicitia vestra, et Romane ecclesie memorate; quin potius ad mandatum vestrum successorumque vestrorum, vel ecclesie supradicte, talibus guerram movebo, et pro posse impugnabo eosdem. Prelatos, ecclesias, monasteria, capitula, conventus, personas ecclesiasticas, regulares et seculares, scienter iniuste aut iniuriose non offendam; sed ipsa in suis iuribus, bonis, libertatibus, et immunitatibus, prout et quantum in me fuerit, conservabo. Contra libertates et bona ac iura sepedicte Romane ecclesie non veniam; sed ea defendam, et ad defendendum iuvabo, et de nullo, quod ad ipsam sedem pertinet vel pertinebit, me contra eius beneplacitum intromittam: et si, divino fultus auxilio, velim intrare Italiam, meum adventum seu introitum vobis domino meo summo pontifici, ac eidem sedi, ante significabo; et a vobis et ab ea requiram humiliter et fideliter, ut mihi super meo introitu et adventu vos et sedes ipsa dignemini paterni favoris auxilium impertiri. Item iura Romani regni et imperii defendere et recuperare studebo secundum scire meum et posse, prout divino fultus adiutorio fuero. Insuper omnia et singula supradicta et infrascripta iuro me bona fide et inviolabiliter servaturum, et contra non venturum scienter. Ad hec promitto, et iuro tactis sacrosanctis euangeliis, quod ad quemcumque gradum, et statum cuiuscunque eminentie seu dignitatis, aut solium quantumcunque sublime, quocunque nomine censeatur, ascendero seu promotus vel assumptus fuero, supradicta omnia et singula confirmabo, innovabo, et etiam de novo faciam et concedam, verbis competenter mutatis; ac vobis domino meo pape Bonifacio, vestrisque successoribus canonice intrantibus, et apostolice sedi, super his patentes litteras meo magno sigillo signatas, et etiam bulla aurea, cum illa me uti contigerit, faciam assignari. In quorum omnium testimonium evidens atque robur sigillum meum regium presentibus est appensum.

Datum apud Nuremberg, anno Domini 1303. indictione 1. 16. Kal. Augusti, regni vero mei anno 5.

1303. Iul. 17.

CURIA NUREMBERGENSIS A. 1305.

1305. Aug. 15.

Tractatum pacis ibi cum ducibus Bawariae compositum ex authentico tabularii Caesarei Vindobonensis edidit Cl. Kurz in historia Ottocari T. II. g. 244.; tractatum cum rege Bohemiae vulgavit Czerwencka Ann. p. 262. multoque correctius Lünig. T. VI. p. 12.

Wir Albrecht von Gotes genaden chunich von Rom immer merär des riches, tun chunt, und veriehen allen den die disen brief ansehent, und hörent lesen, daz wir uns aller ding versünet haben, mit hertzog Otten und mit sinem bruder hertzog Stephan, und in lautterlich vergeben haben, ob si dehein schuld hieten gein uns, und gein dem riche, beiden von in selben, und auch von des chuniges wegen von Beheim, untz an

1305. Aug. 15. disen heutigen takh. Wir haben auch in dieselben sun genomen, alle ir helfär und dienär, die in darzu geholfen habent, und swaz in oder ir helferen genomen ist in dem urleug, ez sin veste, aigen, oder lehen, daz sol man in wieder lazzen. Auch loben wir in, daz si noch ir helfär des an deheinem ir reht niht engelten suln, gein uns noch gein dem riche. Auch haben wir umb den schaden der den vorgenanten hertzog Otten, 5 und hertzog Stephan von uns geschehen ist, do wir durch ir lant furen ab und auf, gesetzet, und auch umb daz gut, daz sie iehent, daz si angevallen si von dem graven von Hirzberch, an den hertzog Heinrich von Chärnten, und an graf Pertold von Hennberch, swie die zwen daz allez zwischen uns und in scheiden und machen, daz wir stät haben und volfüren. Swenne auch die hertzogen von Beiern, den vorgenanten hertzog Heinrich 10 von Chärnten zu uns bringent vor sand Mychels tag der schirst chumt, oder an gevärd hin nach, so sol diu schiedung ergen. Wär aber daz der vorgenant hertzog Heinrich von Chärnten stürb e diu schiedung ergieng, und der graf Pertolt von Hennberch, so suln ez der hertzog Rudolf von Baiern, und graf Burchart von Heiarloh scheiden in allen dem recht, als ez der von Chärnten, und der von Hennberch solten gescheiden ha- 15 ben. Wir veriehen auch, ob wir deheinerlaie sache, oder ansprache hieten, hintz den vorgenanten hertzog Otten und hertzog Stephan, daz wir si darumb von dem tag heut untz auf sand Mychels takh der schirst chumt, und von danne uber fümf gantzeu iar mit nicht ansprechen suln, an ob chümftichlich iht auflieffe, da si minn oder reht umb tun solten, nach derselben zit der fümf iar, haben wir hintz in iht ze sprechen, da suln 20 wir si umb betagen, und suln darumb von in minn oder reht nemen vor den fürsten, und an den steten als reht und gewonheit ist des landes und der herren von Baiern. Daz dise red, und den sun also stät und unzebrochen belibe, geben wir in ze urchund disen brief versigelt mit unserm insigel, und ist daz geschehen ze Nürnberch do von Christes geburt waren tausend iar, dreu hundert iar darnach in dem fümften iar, an 25 unser vrawen tag der ersten in dem ahten iar unsers riches.

Aug. 18. Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod super discordia, que inter nos ex una parte, et illustrem quondam Wenceslaum Bohemie Polonieque regem ex altera, vertebatur dum advixit, cum eius filio illustri Wenceslao Bohemie Polonieque rege, avunculo et 30 principe nostro charissimo, concordie, quam cum eo cunctis diebus vite nostre servare bona fide promittimus, devenimus unionem.

Primo quod omnis excessus, si quos ipsius avunculi nostri Bohemie ac Polonie regis genitor predictus in nos vel imperium quocunque modo commisit, propter quos in ipsum genitorem suum nostra legalis sententia lata vel bannum promulgatum fuissent, 35 que eius se extenderent ad heredes, predictum Wenceslaum Bohemie et Polonie regem avunculum nostrum, predicti quondam Wenceslai Bohemie et Polonie regis filium heredem et successorem, ac heredes suos, ab ipsis excessibus suis et bannis absolvimus, et in perpetuum auctoritate regia reddimus et esse volumus omnimode absolutos.

Promittimus preterea in regia fide, predictum Wenceslaum Bohemie et Polonie re- 40 gem, avunculum nostrum, heredes et successores suos Bohemie et Polonie reges, in ipsis Bohemie et Polonie regnis, et omnibus aliis principatibus et terris ac iuribus ac omnibus aliis, que ad ipsum Wenceslaum Bohemie et Polonie regem, avunculum nostrum, ex successione paterna vel quocunque alio titulo pervenerunt, nec de iure nec de facto toto vite nostre tempore aliquatenus impedire, etiamsi aliquod ius, quod vulgariter di- 45 citur anspruch, nobis vel imperio in eis competeret, vel diceremus competere, vel nobis aut imperio aliqua competere videretur. Sed ipse Wenceslaus Bohemie et Polonie rex, avunculus noster, heredes ac successores sui Bohemie et Polonie reges, predicta regna, principatus, terras ac omnia supradicta cum pleno dominio, et omnibus regnorum, principatuum et terrarum ipsarum titulis, honoribus, iuribus, iurisdictionibus, utilitati- 50 bus, in terra et supra terram, in regnis, principatibus, ac omnibus predictis et ex eis provenientibus, feudalia iure feudi, propria vero et hereditaria iure proprietatis et hereditario, debent obtinere in perpetuum, et ea libere et pacifice possidere.

Illustres preterea, Otthonem et Stephanum duces Bavarie, Ottonem, Hermannum, Ioannem et Valdemarum marchiones de Brandeburg, qui in guerra et discordia pre- 55

1303. Aug. 18.

dicta, que inter nos et predictum quondam Wenceslaum Bohemie et Polonie regem vertebatur, ipsius regis Bohemie et fautores et adiutores fuerint; insuper omnes alios, qui notabiliter et actualiter adiutores vel fautores predicti regis Bohemie et Polonie contra nos in eadem discordia sunt vocati et inventi, sive sint banniti sive proscripti vel 5 obligati per nos vel per alios, predicte concordie et unioni includimus, et inclusos esse volumus tenore presentium, et eos omnibus bonis in predicta concordia propter prestitum contra nos predicto regi Bohemie adiutorium vel favorem eis ablatis, et honoribus et iuribus eorum restituimus, et esse volumus plene et integre restitutos: nec quod eis ex hoc in ipsis bonis et eorum iuribus et honoribus ulla diminutio vel lesio 10 aut preiudicium aliquod generetur.

Promittimus insuper super terris, hominibus, bonis, et iuribus terre Vratislaviensis stare dictis et ordinationi spectabilium virorum, Bertoldi comitis de Hennenberg et Burkkardi burggravii de Magdeburg, per nos et predictum Wenceslaum Bohemie et Polonie regem, avunculum nostrum, ad hoc concorditer electorum.

15 De munitionibus autem, si quos ipsius Wenceslai Bohemie et Polonie regis, avunculi nostri, progenitores in terra Egrensi, quam cum suis pertinentiis ipse Wenceslaus Bohemie et Polonie rex, avunculus noster, ea integritate, qua ipsa terra genitori suo, per felicis memorie Adolphum Romanorum regem, predecessorem nostrum, olim fuit [a], compromisit restituere, sua pecunia comparamus, inter nos et ipsum Wenceslaum Bo- 20 hemie et Polonie regem, avunculum nostrum, taliter est ordinatum, ut eedem munitiones discussioni iuris subiaceant: utrum videlicet ad nos, vel ad ipsum Wenceslaum Bohemie et Polonie regem, avunculum nostrum, debeant pertinere, nisi ipsas idem Wenceslaus Bohemie et Polonie rex, avunculus noster, a nobis in feudum voluerit obtinere. In cuius rei testimonium presentes exinde conscribi, et maiestatis nostre sigillo iussimus 25 communiri litteras.

Datum apud Nürmberg, 15. Cal. Septembr., indict. 3, anno Domini 1305. regni vero nostri anno 8.

a) concessa *an* confirmata fuit?

MANDATUM DE SUSPENSIONE PROCESSUS.

1305. Sept. 17.

30 *Extat in V. Cl. Heinrici Schreiber professoris publici Friburgensis diplomatario eius civitatis pag.* **179.**

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, quinque pacis conservatoribus per Brisgoyam dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum. Quia nobilis vir Hesso de Uosemberg ea, que contra iura, tam pacem, attemptavit indebite, emendare et 35 corrigere iuxta nostrum beneplacitum est paratus, dignum et congruum arbitramur, ut emendam et correctionem huiusmodi, contemplatione Burkardi ipsius Hessonis filii, qui ad presens in nostris servitiis constituitur, usque ad nostrum ad partes illas adventum, teneamus favorabiliter in suspenso. Propter quod fidelitati vestre committimus et mandamus, volentes, quatenus contra predictum Hessonem, donec ad partes illas venerimus, 40 nullatenus procedatis. Nos enim audita causa eam terminare disponimus secundum quod sciverimus esse iustum.

Datum apud Bugingen, 15. Kalend. Octobr., regni nostri anno 8.

FOEDUS CUM ARCHIEPISCOPO SALZBURGENSI ET DUCIBUS BAWARIAE.

1306. Dec. 23.

45 *Ex Cl. Kurzii historia Austriae regnantibus Ottokaro et Alberto T. II. pag.* **249.**

1306. Dec. 23.

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod affectantibus ex animo, ut amoris puritas et unionis integritas, inter nos, Rudolfum inclitum regem Boemie, Fridericum ducem Austrie, filios nostros, venerabilem Cunradum Salczpurgensem archiepiscopum, ac illustres Rudolfum et Ludewicum Palatinos comites Reni duces Bawarie, avunculos et principes nostros karissimos, vigeat et persistat, ac specialis et perpetue pacis ac firmitatis federe solidata indissolubiliter perseveret, placuit nobis, et de regie maiestatis nostre iussu et imperio processit, quod dicti quinque principes nostri fide data promiserunt, et corporali sacramento prestito firmaverunt, nobis contra omnem hominem obsequi, et sese mutuo prosequi perpetuo consilio auxilio et favore. Ita, quod ipsi contra omnes et quoslibet, eos aut aliquem vel aliquos eorum turbare et offendere volentes, sibi alternatim assistent, et manuali adiutorio, quoad vixerint, mutuo se iuvabunt. Nos etiam contra invasores seu offensores ipsorum eis assistere promisimus auxilio, gratia et favore. Nos quoque Cunradus archiepiscopus, Rudolfus et Ludewicus fratres, nec non Fridericus, principes predicti, profitemur omnia et singula predicta promisisse, et ea firmasse corporali prestito iuramento, sicut superius est prescriptum, et etiam predicta promittimus per presentes fideliter attendere et servare. Et quia prefatus filius noster, rex Boemie, tempore huiusmodi unionis absens erat, promisimus, quod ipse omnia et singula premissa attendat fideliter, et observet, eaque suo tempore per suas corroboret litteras et sigillum. Ad perpetuam igitur huius rei memoriam, nos Albertus rex Romanorum predictus, pro nobis et Rudolfo, inclito rege Boemie, nec non nos Cunradus Salczpurgensis archiepiscopus, Rudolfus et Ludewicus duces Bawarie, et Fridericus dux Austrie, principes predicti, presentes litteras nostrorum sigillorum munimine duximus roborandas.

Datum Wienne, 10. Kalend. Ianuarii, indiccione 5, anno Domini 1306. regni vero nostri anno 9.

1307. April 29.

CONSTITUTIO PACIS IN SUEVIA.

Extat apud Datt de pace imperii publica pag. 29. *unde in Lünigii Reichsarchiv T. VI. pag.* 9. *transiit.*

Wir Albrecht von Gottes genaden Römisch künic alle wege ein merer des richis, embieten den edelen lüten, graven Ludewige von Oetingen dem alten, graven Ulriche von Helfenstain, Cunrad von Winsperg, Albrechte von Rechberg, Wernher dem voget von Tecke, Heinrich dem truzsezze von Dietzenhoven und den erbern lüten den burgern gemeinlich von Ougespurg, von Ezzelingen, von Ulme, von Rutelingen, von Gemünde, von Hailprunn, von Wile, von Wimpfen, von Halle, von Mosebach, von Werde, von Sunnesheim, von Heidolvesheim [a], von Logingen, von Nördelingen, von Giengen, von Bopfingen, von Dünckelspühel, von Füchtewang, von Kircheim, von Burgowe, von Güntzeburg, und dorzu gemeinlich allen edeln lüten und burgern unsern und des riches getruwen holden [b], der wir hie nicht gedacht haben, die in der geburde wohnhafft sint, als da vor geschriben stat, unser genade und alles gut. Wir embieten uch, wann wir die lant besorgen sullen, daz sie fride und genade haben, uff wazzer und uf lande, darumbe sin wir zu rate worden mit unsern lieben fürsten, graven, frien, dienstmann, burgern, und andern deß riches holden, daz grave Ludewig von Otingen der alte, sol einen ritter dargeben von sinen wegen, grave Ulrich von Helfenstein auch einen ritter, Cunrad von Winsperg einen ritter, Albrecht von Rechberg einen ritter, Wernher der voget von Tecke einen ritter, Heinrich der truchsezze von Dießenhoven sol auch einen ritter dargeben, den landfride uß zurichtende, von ir selbes wegen, ob sie dabi nicht gesin mögen; darzu sullen die burger von Nördelingen einen mann dorgeben [c], die burger von

a) heidolresheim *D.* b) helden *D.* c) *hic apud Dattium duae lineae vacant; certe haud omnium civitatum milites recensentur.*

1307. April 29.

Augespurg sollent einen dargeben, und die burger von Ulm einen von der wegen, die in graven Ulriches gebiete von Helfenstein sizzent. So sullent die burger von Ezzelingen einen dargeben, und die burger von Rütelingen auch einen von der wegen, die in Albrechtes pflege von Rechberg sizzent: es sullent auch die burger von Halle einen dargeben, und die burger von Heilprunne einen von der wegen, die in Cunradtes von Winesberg gebiete sint, die burger von Kircheim sullent auch einen dargeben, von der wegen, die in Wernhers des vogetes von Tecke gebiete wonhafft sint: darzu sullen die burger von Güntzeburg einen mann dargeben von der wegen, die in Heinriches des truhseßen von Dietzenhoven pflege wonhafft sint, den landfride ußzerichtende. Und darumbe so gebieten wir uch und allen den die den landfriden gesworen hant oder noch swerent, daß ir gehorsam sint den, die uber den landfriden gesetzett sint, oder werdent: swes sie alle überein kommen, oder der merteil under in, es si mit uzzogen, es si mit buwen, oder mit ander dingen, des deme landfride nutzlich unde notdurftic si, es si umbe totslege, umbe roub, umbe brant, umbe gefengniße, und umb ander sache, die man den vur leit, die uber den landfriden gesetzet sint, swes die über ain komment alle oder der merre teil und der in uf ir eit, den sie uber den lantfride gesworn hant oder noch swerent, die sache uz ze richtende oder nicht, daz ir des gehorsam sint. Wir wollen auch, were das ieman den lantfride nicht sweren wolte in der geburde, alß dar vor geschrieben stat, daz den der lantfride nicht schiermen sol, unde swaz deme geschiht von den, die den lantfriden gesworn hant, daz daruber keine bezzerunge hore. Swer auch den landfride sweren wil, der sol daß tun vor deme landfoget, in des gebiete er gesezzen ist, unde vor der burger einem oder zwein, die in der pflecnusse von der stette wegen dar zu geben sint, swes die darumbe uberein koment zu tunde, oder zu laßende. Dirre lantfride als da vor geschrieben stat, soll weren, unde stete bliben, von den wihennachten, die nu iüngest woren vor deme tage, alse dirre brief geben ist, biz zu den pfingesten, die nu aber nehest komment, und dannen über zwai iar, die aller nehest nach einander koment, alle die sache uzzerichtende, die da vorgeschrieben stant, die in disen ziten geschehent oder geschehen sint. Wir wollen auch, daß alle die satzunge, die da vorgeschrieben sint, umbe den landfride, daß die stede bliben, denne so vil, wurden wir ander dinge zu rate, die dem lande und deme lantfride nutzlich unde gut weren, daß wir daß wol sollen tun. Uns hat auch grave Ludewic von Otingen, grave Ulrich von Helfenstein, Conrad von Winsberg, Albrecht von Rechberg, Wernher der voget von Tecke, unde Heinrich der truchsezze von Diezzenhoven gelobet und gesworen zu den hailigen, daß si die lüte von in lazzen, die dem lande schedelich sint; und swaz sie deme lantfride zu helfe getun mügent ungevorlich an der stede helfe, daz sie daz thun sullent ane alle geverde. Mag ez ir einer nicht getun von ime selber, so sol er die, die under im sint manen ir eides, das sie im beholfen sin; mohte aber der lantfride mit in nicht ußgerichtet werden, so sullent sie den nehesten die an sie stoßent ir eides manen, daß sie in beholffen sin, daß der breste uzgerichtet werde, der denne ist. Wir wöllen auch sunderbar, daß der lantfride schierme und beholfen si, allen den clostern, die in der geburde ligent, also da vor geschriben ist, es sin frouwen closter oder müniche closter daß den ir breste werde uzgerichtet. Wir wollen auch, were daß die lüte, die den lantfride gesworen hant umbe Rotwile und in der geburde soliche arbeit angienge, daz sie in selben nicht gehelffen möchten, swenne sie danne die vor geschrieben manent ir eides, daß sie in beholffen sin, daß sulent sie tun ane geverde. Diese sullent ienen auch deßelben gebunden sin, swenne sie ir eides von in gemant werdent. Unde zu einem wißenhafften urkunde der vorgeschrieben dinge, geben wir der Römesch künic Albrecht diesen offenen brief, besigelt mit unserm küniclichem ingesigel.

Diere Brief wort geben zu Spire, an deme sameztage vor sante Walburge tage, da man zalte von Gotes geburte, druizehen hundert iar, und in dem sibenden iare, in dem nünden iare unsers riches etc.

HEINRICI VII. IMPERATORIS CONSTITUTIONES.

1308. Nov. 27.

ELECTIO REGIA.

Acta eius ex codice regio Parisiensi tunc temporis Nro. **9919.** *a Baluzio in Vitis Paparum Avinionensium T. II. p.* **266.** *et a Leibnitio in Codice dipl. T. I. p.* **252.** *vulgata proponimus.* 5

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Clementi quinto* sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Baldewinus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense archicancellarius, nec non Rodolphus eadem gratia comes Palatinus Rheni, Bavarie, et Rodolphus Saxonie duces, ac Waldemarus marchio Brandeburgensis, ad quos ius una cum venerabilibus patribus Coloniensi et Maguntinensi archiepiscopis eligendi[a] Romanorum regem in imperatorem promovendum dinoscitur pertinere, devotissima pedum oscula beatorum. Vacante nuperime, videlicet anno Domini millesimo trecentesimo octavo, ipsa die beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, per obitum clare memorie domini Alberti quondam Romanorum regis, Romano imperio, et nobis una cum dictis dominis Henrico Coloniensi et Petro Maguntinensi archiepiscopis, nostris coelectoribus, pro futuri regis substitutione postmodum convenientibus in diem electionis, videlicet quartam feriam ante festum beati Andree apostoli, que est vicesima septima dies mensis Novembris, concordavimus et comuniter ipsam diem prefiximus ad electionem huiusmodi celebrandam. Qua die in oppido Frankenvord[b], loco quidem ad hoc solito et consueto, nobis omnibus, qui debuerunt voluerunt et potuerunt electioni celebrande commode interesse, iterum convenientibus et ibidem presentibus, deliberatione provida prehabita ad procedendum in electionis negotio prelibato; ego Baldewinus[d] Treverensis archiepiscopus predictus in scriptis legi monitionem et protestationem quandam vice mea et omnium ius in ipsa electione habentium, monendo omnes excommunicatos, suspensos, ac etiam interdictos, nec non quoscunque alios, siqui forent forsitan inter eos qui de iure vel consuetudine interesse in ipsius electionis negotio non deberent, quod a tractatibus electionis celebrande et ab eadem electione recederent, me et alios libere eligere permittentes, protestans, quod non esset mea vel aliorum intentio tales admittere tanquam ius in electione habentes aut procedere vel eligere cum eisdem; immo volui, quod voces talium, si qui reperirentur postmodum interfuisse, nulli prestent suffragium nec alicui afferant nocumentum, et prorsus pro non receptis sive pro non habitis habeantur. Quam protestationem nos omnes et singuli alii nostri coelectores ratam et gratam habentes et acceptantes, consensimus in eandem. Et demum post tractatus prehabitos, consideratis sollicite et diligenter circumstantiis et statu personarum diversarum, per quas seu per quem regno vacanti posset utilius provideri, in illustrem virum Henricum comitem Lucemburgensem, virum utique catholicum, orthodoxe fidei fervidum zelatorem, ecclesie Dei et ministrorum eiusdem ac pacis sancte[e] ab ineunte etate sua — experientia, que est rerum efficax magistra, attestante — devotum et humilem amatorem, strenuum, de alto et generoso sanguine procreatum, in omni morum honestate prospicuum et preclarum, affabilem, benignum et mansuetum, ac in aliis agibilibus pro regimine rei publice quam plurimum circumspectum, nostrum in-

10 15 20 25 30 35 40

*) C. q. *desunt B. L.* a) *vocem inseruit Leibnitius.* b) frankenword *Baluz. hic et infra.* d) Balduinus *L.*
e) *hic Baluzius et Leibnitius inserendum censent* ecclesiae; *sed de* sancta pace *sermonem esse patet.*

1308. Nov. 27.

tuitum divina disponente clementia convertentes; ego Baldewinus Treverensis archiepiscopus pro me et nomine meo, prefatus Henricus Coloniensis archiepiscopus pro se et nomine suo, ac iam dictus archiepiscopus Maguntinensis pro se et nomine suo; ego vero Rodolphus dux Bawarie[a] pro me et nomine meo, ego quidem Rodolphus dux Saxonie pro me et nomine meo similiter, et ego Waldemarus marchio Brandeburgensis prenarratus pro me et magnifico viro Ottone marchione Brandeburgensi patruo meo, cuius vices in hac parte gero, nec non illustrium virorum Iohannis et Erici fratrum ducum Saxonie, qui etiam vices suas in hoc casu mihi commiserunt si de iure vel de consuetudine repertum fuerit eos fore in ipsa electione admittendos, vice et nomine; votis nostris et aliorum coelectorum nostrorum predictorum diligenter inquisitis, nos et dicti alii coelectores nostri omnes et singuli ius in electione dicti regis habentes, consensimus[b] concorditer in eundem comitem, et ipsum nominavimus quilibet nostrum pro se, nullo penitus, ut premittitur, discrepante, in Romanorum regem eligendum et in futurum imperatorem promovendum et in advocatum sacrosancte Romane et universalis ecclesie ac defensorem viduarum et orfanorum. Quibus sic peractis, ego Rodolphus comes Palatinus Rheni predictus, de mandato et voluntate speciali coelectorum meorum omnium predictorum, eundem Henricum comitem Luzemburgensem elegi solemniter in hunc modum:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Cum vacante regno seu imperio Romanorum per mortem bone memorie domini Alberti quondam Romanorum regis, vocatis qui fuerant evocandi et qui ius in electione futuri Romanorum regis habere dinoscuntur, et presentibus, die ad eligendum prefixa, omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, placuerit omnibus ad electionem procedere futuri regis, inquisitis votis omnium et singulorum ius in electione ipsius regis habentium, omnes et singulos electores predictos appareat ex premissis direxisse concorditer vota sua in illustrem virum Henricum comitem Luzemburgensem, in eum consentiendo et ipsum nominando in Romanorum regem eligendum, per cuius[c] quidem comitis experte strenuitatis merita ac fidei puritatem et constantiam speratur sacrosancta Romana et universalis ecclesia potenter ac utiliter posse defensari ac in spiritualibus et temporalibus votiva suscipere incrementa, ac etiam res publica provide dirigi et pariter superno sibi suffragante auxilio gubernari; ego Rodolphus comes Palatinus Rheni, vice mea et coelectorum meorum omnium ius in ipsa eletione habentium, ex potestate mihi ad eisdem tradita specialiter et concessa, eundem Henricum comitem Luzemburgensem invocata sancti Spiritus gratia eligo in Romanorum regem, in imperatorem futurum promovendum, in advocatum sacrosancte Romane et universalis ecclesie, ac defensorem viduarum et orphanorum.

Electione autem huiusmodi celebrata, eam omnes et singuli electores alii predicti approbavimus, et Te Deum laudamus alta voce fecimus decantari, et dictum nostrum electum, qui presens extitit, et electione de se facte, divine nolens resistere voluntati, interpellatus a nobis, reverenter consensit, ad ecclesiam fratrum Predicatorum in Frankenvort deduximus, et deinde electionem ipsam clero et populo fecimus solemniter publicari. Ea propter sanctitati vestre tam devote quam humiliter voto unanimi supplicamus, ut ipsum Henricum sic devote et concorditer electum in Romanorum regem, ut est dictum, paternis ulnis amplectentes, eidem munus consecrationis conferendo, sibi de sacrosanctis manibus vestris sacri imperii diadema dignemini loco et tempore [oportuno[d]] favorabiliter impertiri, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gentium vos Dominus, ut per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre post nubilum exoptata serenitas illucescat. Ceterum ut beatitudo vestra cognoscat evidentius vota nostrum omnium in predictis omnibus et singulis concordasse ac in petitione huiusmodi existere unanimes et concordes, presens electionis nostre decretum sanctitati vestre transmittimus cum sigillorum nostrorum appensione ex certa nostra scientia roboratum; quod etiam ad maiorem horum certitudinem per manum Henrici Lobruoch clerici notarii infrascripti in hanc publicam formam redigi fecimus et conscribi; quemadmodum hoc idem decretum etiam nos Rodulphus comes Palatinus Rheni[e] et Rodolphus Saxonie duces ac Waldemarus marchio predicti, per Arnoldum de Puteo, clericum Coloniensem publicum notarium, similiter de nostro et prefati Coloniensis archiepiscopi mandato pu-

a) Bavariae *L.* b) consentimus *B. L.* c) eius *L. supplens* quia *ante* per. d) *vox deesse videtur.* e) Bawarie *inserendum esse videtur.*

1308. Nov. 27. blicari fecimus et conscribi, ac per ipsum Arnoldum et Heydenricum de Effende* notarios publicos huic decreto subscribi. Acta sunt hec in domo fratrum Predicatorum in Frankenvort, presentibus venerabili patre domino Iohanne episcopo Argentinensi, et honorabilibus viris dominis Henrico abbate Fuldensi, Ernesto decano Coloniensi, Simone de Marvilla thesaurario Metensi, et Petro de Esch clerico, testibus ad premissa vocatis 5 specialiter et rogatis; anno Domini, die et loco predictis, indictione septima.

Et ego Arnaldus dictus de Puteo clericus Coloniensis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii publicus notarius, monitioni et protestationi per supradictum dominum Baldewinum Treverensem archiepiscopum, inquisitioni votorum eligentium per dominum Henricum Coloniensem archiepiscopum factis, et electioni per dominum Rodul- 10 phum comitem Palatinum Rheni subsecute, et omnibus aliis et singulis premissis, prout hec in instrumento presenti narrantur, una cum testibus suprascriptis presens interfui, ea vidi et audivi; et eisdem de speciali iussu et mandato dominorum archiepiscopi Treverensis, comitis Palatini Rheni, ducis Saxonie et marchionis Brandeburgensis, electorum predictorum, per manum Henrici [Lobruch clerici [a]] notarii supradicti in hanc publicam 15 formam redactis et conscriptis me subscribens, presens publicum instrumentum meo signo consueto signavi et roboravi, vocatus propter hoc specialiter et rogatus; sub anno Domini, indictione, die et loco predictis.

*) Essende? a) *horum loco lacunam habent B. et L.*

1309. # LEGATIO AD CLEMENTEM V. PAPAM. 20

Litteras Heinrici et sacramentum a legatis eius coram Clemente praestitum ex Raynaldi Annalibus T. XIV. ad a. **1309.** *et* **1311.** *Nro.* **11.** *atque Baluzio et Leibnitio ll. cc. sistimus.*

LITTERAE REGIS.

Iun. 2. Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Clementi sacrosancte Romane ac [a] 25 universalis ecclesie summo pontifici, Heinricus* Dei gratia Romanorum rex semper augustus, cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum.

Cupientes ferventi desiderio vobis, patri ac domino nostro clementissimo, et apostolice sedi zelum nostre devotionis offerre, nosque vestris et ipsius sedis beneplacitis coaptare, nostroque et sacri Romani [b] imperii statui sicut expedit providere, venerabiles 30 Othonem Basiliensis, et Siphridum Curiensis ecclesiarum episcopos principes nostros, et spectabiles viros Amedeum comitem Sabaudie affinem nostrum, Ioannem dalphinum [c] Viennensem et Albonensem [d] comitem, Guidonem de Flandria consanguineum nostrum, Ioannem comitem de Saraponte [e] fideles nostros dilectos, et honorabilem virum magistrum Simonem de Marvilla [f] vestrum capellanum thesaurarium Metensem secretarium 35 et familiarem nostrum dilectum, de quorum fide, legalitate, et industria plenam obtinemus [g] fiduciam, fecimus et facimus, constituimus et ordinamus nuncios et procuratores nostros, mandatum nostrum in se sponte suscipientes; ipsosque ad vestram presentiam pro nostris et imperii negociis specialiter destinantes, damus et concedimus eisdem plenam, generalem, et liberam potestatem, ac speciale mandatum, in vestre sanctitatis presentia, 40 devotionem et filialem reverentiam, quam erga vos et sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram sinceris affectibus gerimus, exponendi, petendi, procurandi seu impetrandi pro nobis et nostris favorem et gratiam vestram; nec non tractandi, explicandi, exercendi, promittendi, offerendi seu prestandi in animam et super animam nostram, debite vobis et sancte Romane ecclesie fidelitatis et cuiuslibet alterius generis 45 iuramentum; et specialiter ad petendum a vobis unctionem, consecrationem, et coronam

*) *rex in chartis suis seipsum* Heinricus, *non* Henricus *scripsit.* a) et *B. L.* b) *deest B. L.* c) dalphini *B. L.* d) Alb. et Vienn. com. *L.* e) Seraponte *B. L.* f) Mervilla *L.* Manulla *R.* g) obtinentes *R. L.*

imperii de sacratissimis manibus vestris nobis impendendam, ac faciendi omnia alia et singula, que circa huiusmodi nostra et imperii negotia tractanda, explicanda, exercenda, promittenda fuerint seu etiam facienda, que secundum Deum et honestatem viderint expedire, et que ad nos promovendum ad Romanum imperium fuerint facienda: ac etiam 5 requirenda, et cetera facienda, que regalis excellentia nostra faceret et facere posset, etiam in his, que mandatum exigunt speciale, et perinde ac si omnes casus, qui mandatum exigunt speciale, essent in presenti procuratorio specialiter denotati; promittentes nos ratum gratum et firmum perpetuis temporibus habituros, quicquid in premissis aut circa premissa per dictos nuncios et procuratores nostros omnes, vel maiorem partem 10 eorum, qui presentes fuerint, expositum, petitum, impetratum, tractatum, promissum, iuratum seu factum fuerit, aut quomodolibet procuratum. Volumus insuper, salvis premissis, quod predicti procuratores et nuncii nostri possint omnes in simul, vel maior pars eorum, facere procuratorium fortius quam fieri poterit nomine nostro et in persona nostra, sub sigillis eorum ad predicta facienda, si defectus aliquis fuerit in predictis. In 15 cuius rei testimonium presentes litteras scribi, et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

1309. Iun. 2.

Dat. Constantie, 4. Non. Iunii, indictione 7, anno Domini 1309. regni vero nostri anno 1.

PRONUNCIATIO PAPAE.

Iul. 26.

Auditis et diligenter intellectis, que venerabiles fratres nostri Basiliensis et Curien-20 sis episcopi et dilecti filii nobiles viri Amadeus Sabaudie et Iohannes Sarabrugensis[a] comites, Ioannes dalphinus[b] Viennensis, Guido de Flandria et Simon de Marvilla, procuratores et nuntii carissimi in Christo filii nostri, magnifici principis Henrici comitis de Lucemborc in regem Romanorum electi, nec non principum illorum de Alamania ad quos de iure ab antiqua consuetudine ius eligendi regem, in imperatorem postmodum 25 promovendum, noscitur pertinere, coram nobis et fratribus nostris, et postmodum coram nobis frequenter proposuerunt, petierunt et supplicaverunt, et proponere ac petere et supplicare voluerunt, oblato etiam nobis ipsius electionis decreto et ipso per nos et fratres nostros examinato, et etiam examinatione similiter in presentia eorundem fratrum per nos facta de conditionibus persone ipsius electi, in quantum ipso absente fieri 30 potuit, que requiruntur in illo qui est ad tam excellentis dignitatis culmen assumendus, quia ipsum sufficientem et virtuosum invenimus ad imperium obtinendum et omnia in electione predicta de ipso celebrata rite processisse, ipsum carissimum filium nostrum Henricum electum, reputamus, nominamus, denunciamus et declaramus regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio, iustitia exigente; et personam ipsius approbantes, pronun-35 ciamus et declaramus esse sufficientem, habilem et idoneum ad promovendum in imperatorem. Decernimus etiam et pronuntiamus, inunctionem, consecrationem et coronam Romani imperii per manus nostras debere sibi concedi loco et tempore opportunis[c]; ex nunc concedentes eidem nostram et sancte Romane ecclesie consuetos gratiam et favorem; precipientes ex nunc omnibus subditis suis, quod eidem, tanquam regi Romano-40 rum vero, efficaciter pareant et intendant. Et quia citius non possumus, cogitatis que nobis imminent pro concilio generali, quod tenere habemus, et alias facienda, festum purificationis beate Marie, quod erit usque ad biennium computandum a proximo futuro festo purificationis eiusdem, in basilica principis apostolorum de Urbe, pro predictis complendis eidem assignamus; retinentes nobis, sicut et de iure retentum est, quod si 45 predictis die et tempore in predictis vacare commode non possemus, possimus ea prorogare, si et prout expedire viderimus; offerentes nos paratos recipere iuramentum a predicto rege nobis debitum in animam ipsius, quod ipsi frequenter se obtulerunt prestaturos, habentes ad hoc plenam et liberam ac generalem potestatem et speciale mandatum super hoc a dicto rege, quod in continenti prestiterunt.

50

SACRAMENTUM REGIS.

In nomine Domini amen. Noverint universi hoc instrumentum[d] inspecturi, quod anno Domini 1309. die sabati vicesima sexta mensis Iulii, indictione septima, pontifica-

a) *ita L. emendavit.* Salaburgesis *B.* b) *B. et L. nonnunquam legunt* dalphini. c) *lacuna apud B. L.* d) i. publicum *B. L.*

1309. Iul. 26. tus sanctissimi patris et domini nostri, domini Clementis divina providentia pape V. anno quarto in palatio papali Avinione, videlicet in domo fratrum Predicatorum eiusdem loci, in qua sanctissimus pater et dominus noster, dominus Clemens divina providente clementia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summus pontifex, tunc residentiam faciebat, in consistorio publico et solemni, in quo erat idem dominus papa, et cum eo pre- 5 sentia reverendorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium, et aliorum archiepiscoporum, episcoporum, electorum, abbatum, et aliorum prelatorum, ac ceterarum personarum, tam ecclesiasticarum quam secularium, maxima multitudo; et venerabilis patris domini Sifridi episcopi Curiensis, ac spectabilium virorum dominorum Amedei comitis Sabaudie, Ioannis dalphini Viennensis ac Albonensis comitis, Guidonis de Flan- 10 dria, Ioannis de Saraponte comitis, et discreti viri magistri Simonis de Marvilla thesaurarii Metensis, procuratorum et nunciorum serenissimi principis domini Henrici regis Romanorum illustris ad infrascripta constitutorum, prout inferius continentur; postquam idem dominus summus pontifex, solemnitate debita precedente, predictum dominum Henricum in regem electum, in imperatorem postmodum promovendum, reputavit, no- 15 minavit, et declaravit regem, exigente iustitia, Romanorum; et personam ipsius approbans, pronunciavit eam et declaravit esse sufficientem, habilem, et idoneum ad imperium obtinendum, et eidem ad recipiendas unctionem, consecrationem et imperialis diadematis impositionem de manibus suis sanctis, certos locum et terminum assignavit: et ad prestandum iuramentum ipsi domino summo pontifici et ecclesie Romane in animam 20 et nomine dicti regis, quod dicti sui procuratores et nuncii eidem domino pape se frequenter obtulerant prestaturos, fuit hoc modo processum.

In primis quidem venerabilis pater dominus Bertrandus episcopus Albiensis domini pape camerarius, publice ac clara voce legit quandam patentem litteram magno sigillo dicti domini regis pendenti signatam, procuratorium seu potestatem dictorum procurato- 25 rum seu nunciorum plenarie continentem, cuius littere de verbo ad verbum, nil addito vel mutato, tenor dignoscitur esse talis. *Sanctissimo etc. ut supra pag.* 492. 493. Deinde reverendus pater dominus Neapoleo sancti Adriani diaconus cardinalis, publice legit quandam cedulam continentem formam iuramenti, quod dicti procuratores et nuncii domino pape ac ecclesie Romane in animam et nomine dicti regis prestare debebant [a]. Qua lecta, secun- 30 dum formam illam dicti procuratores et nuncii iuramentum huiusmodi prestiterunt in modum sequentem: *Nos Sifridus Curiensis episcopus, Amedeus comes Sabaudie, Ioannes delphinus* [b] *Viennensis et Albonensis comes, Guido de Flandria, Ioannes comes de Saraponte* [c], *et Simon de Marvilla* [d] *thesaurarius Metensis, nuncii et procuratores serenissimi principis Henrici Romanorum regis, habentes ad omnia infrascripta plenam et ge-* 35 *neralem ac liberam potestatem, et speciale mandatum ab eodem, prout constat per predictas patentes litteras ipsius, vobis sanctissimo patri et domino, domino Clementi divina providente clementia pape quinto, vice et nomine dicti domini nostri regis et in animam ipsius promittimus, et iuramus per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hec sancta Dei euangelia, et per hoc lignum vivifice crucis, et per has reliquias* 40 *sanctorum, quod nunquam vitam aut membra, neque ipsum honorem quem habetis, sua voluntate, aut suo consensu, aut suo consilio, aut sua exhortatione perdetis; et in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciet de omnibus, que ad vos pertinent aut Romanos, sine vestro consilio et consensu: et quicquid de terra ecclesie Romane pervenit* [e] *ad ipsum aut perveniet, vobis reddet quam citius poterit: et quandocumque in Lombardiam et* 45 *Tusciam aliquem mittet pro terris et iuribus suis gubernandis, quoties mittet eum iurare faciet illum, ut adiutor vester sit ad defendendum terram sancti Petri et Romanam ecclesiam secundum suum posse: et si permittente Domino dictus dominus noster rex Romam venerit, sanctam Romanam ecclesiam et vos rectorem ipsius et successores vestros exaltabit secundum suum posse: et cum Rome vel alibi per vos in imperatorem* 50 *coronandus fuerit dominus noster rex predictus, dictum sacramentum et aliud fieri consuetum ad requisitionem vestram tempore coronationis sue personaliter renovabit.* Quibus factis, idem dominus summus pontifex publice precepit mihi notario infra scripto, quod de predictis publicum conficerem instrumentum. Acta fuerunt premissa loco et die predictis, presentibus prefato domino Bertrando episcopo Albiensi domini pape ca- 55 merario, domino Arnaldo abbate monasterii Fontis frigidi sancte Romane ecclesie vice-

a) debeant *R.* b) dalphini *B. L.* c) Seraponte *B. L.* d) Manulla *R.* e) pervenerit?

1309. Iul. 26.

cancellario, domino Bernardo archiepiscopo Rothomagensi, domino Galhardo abbate monasterii sancti Severi Adurensis diocesis, domino Bernardo Roiardi archidiacono Xanctonensi, domino Cinthio de Urbe canonico Parisiensi, domino Guillelmo Accursi sacrista Caturcensi, domino Pontio priore de Benevento Lemovicensis diocesis, domino Io-
5 hanne de Furnis canonico Furnensi, domini pape capellanis; domino Raynaldo de Secia, domino Roberto de Gornay, militibus, et Sancio* de Faurgis, magistris hostiariis domini nostri predicti; et quampluribus et multis aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis. Et ego . . . . . . camere domini pape clericus et apostolica auctoritate notarius publicus, predictis omnibus una cum predictis et aliis quam pluribus et multis testibus
10 presens interfui, et de mandato dicti domini nostri summi pontificis predicta omnia fideliter scripsi et in hanc publicam formam redegi, et signum meum posui consuetum.

LITTERAE PAPAE.

Clemens episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri. Divine[a] sapientie imperscrutabilis altitudo exemplo celestium ter-
15 rena disponens, rigansque . . . . . . superioris . . . . . ., ut suorum operum fructum inferioris mundi machina salubriter . . . ., in firmamento celi duo luminaria magna constituit, ut orbem vicibus alternis illustrent; sic in terris duo precipua et suprema, sacerdotium videlicet et imperium, ad plenum regimen et gubernationem spiritualium mundanorumque constituens, utriusque potestatem superna provisione discrevit,
20 ut eorum perutilis ministerii operosa diversitas, nulla adversitate dissentiens, tam in executione commissi regiminis, quam in voti unitate concordes, ipsorumque procul dubio universis profutura concordia alterutrius fulta presidiis ac mutuis favoribus utriusque confota, liberius iustitie opus exerceat, pacem mundo pariat, tranquillitatem inducat et nutriat unitatem. Imperium quidem ad salutem fidelium sacerdotali auctoritate dirigitur,
25 et ipsius adiutum presidiis, sedatis interdum procellosis imminentium tempestatum turbinibus, tranquillum redditur et quietum. Sacerdotium vero pium et tutum debet habere recursum ad imperialem mansuetudinem debita sibi veneratione coniunctam, ut imperii Romani fastigium et eius culmini presidens specialis advocati et defensoris precipui circa ecclesiam gerat officium, et in ipsius fortitudine brachii defensentur ecclesie,
30 libertates et iura manuteneantur ipsarum, extirpentur hereses, cultus christiane fidei amplietur, et inimicis consternatis eidem, in pacis pulcritudine sedeat populus christianus, et in requie opulenta quiescat. Sane nuper venerabiles fratres nostri Otto[b] Basiliensis et Siffridus[c] Curiensis episcopi, et dilecti filii nobiles viri[d] Amedeus Sabaudie, Ioannes dalphinus Viennensis et Albonensis comes, Guido de Flandria, Ioannes de Sara-
35 ponte comes, et magister[e] Simon de Marvilla thesaurarius ecclesie Metensis, ambasciatores, procuratores, et nuncii tui ex parte tua cum pleno sufficienti mandato, prout per tuas patentes litteras magni tui sigilli appensione munitas nobis extitit facta fides, ad nostram presentiam destinati, coram nobis et fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus, in publico et solemni consistorio nomine tuo et omnium principum, in regis,
40 in imperatorem postmodum promovendi, electione voces habentium, tam de consuetudine quam de iure, proposuerunt inter cetera coram nobis electionem de te ad predictum regnum et ad imperium postmodum promovendo ab omnibus principibus, vocem in huiusmodi electione habentibus, fuisse concorditer et legitime celebratam, teque electioni huiusmodi consensisse, et alias solemnitates recepisse Aquisgrani, quas predecessores tui
45 recipere consueverunt ibidem, supplicantes instanter, ac inter alia humiliter postulantes, tibi unctionem et consecrationem per nostras manus impendi, et te in imperatorem Romanorum, advocatum et defensorem ecclesie, imperiali diademate coronari, et ad hoc tibi certos locum et terminum assignari, et alias tibi concedi per sedis apostolice favorem et gratiam consuetos. Nos igitur premissis per eosdem ambasciatores propositis
50 diligenter auditis, necnon predicto mandato, electionis quoque predicte decreto cum predictis fratribus diligenter inspectis, plenaque deliberatione discussis, factaque nobis de huiusmodi electione concordi et legitima plena fide; examinatione quoque de persona tua in eorundem fratrum presentia per nos facta, in quantum te absente fieri potuit, super

*) sanctio *L.* a) Divine *usque* quiescat *lin.* 32. *desunt R.* b) *deest R.* c) *deest R.* d) dilectus filius nobilis vir *R.* e) *deest B.*

1309. Iul. 26. conditionibus omnibus, que requiruntur in illo qui est ad imperialis culminis apicem sublimandus; quia ab olim nos et fratres nostri ex frequenti et familiari conversatione tua et magnorum ac proborum virorum testimonio indubitato et certo excellentiam tuam fore percipimus magnarum virtutum gloriosis titulis insignitam, discretionis immensitate sublimem, providentie maturitate fecundam, devotionis claritate conspicuam; 5 quodque in ea adeo prompti viget intellectus prosperitas, veritatis dilectio, et constantis fortitudinis firmamentum, ut tantarum virtutum castris in ipsa regnantibus sublimium honorum extolli fastigiis rationabiliter mereatur; te charissimum filium nostrum Henricum in regem electum, deputamus, nominamus, denuntiamus, et declaramus[a] regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio, iustitia exigente; tuamque personam tot excel- 10 lentium meritorum claritate suffultam, approbamus, pronuntiamus, et declaramus plene sufficientem et habilem ad suscipiendum huiusmodi imperialis celsitudinis dignitatem: decernentes et pronuntiantes, unctionem, consecrationem, et imperii Romani coronam tibi per manus nostras debere concedi loco et tempore opportunis, ad que ex nunc nos offerimus paratos: magnitudini tue nihilominus concedentes nostrum et Romane ecclesie 15 favorem et gratiam consuetos; precipientes ex nunc omnibus subditis tuis, quod tibi tanquam regi Romanorum vero, et per sedem apostolicam approbato ad imperium obtinendum, efficaciter pareant et intendant.

Et quia tam pro generali futuro concilio, quod iam mandavimus convocari, quam pro aliis arduis et inevitabilibus fidei christiane negotiis multa nobis imminent neces- 20 sario facienda, que non possent absque gravi periculo universalis ecclesie pretermitti, ante quorum expeditionem alia ponderosa implicare negotia vel explicationi ipsorum intendere commode non possemus; ut urgentibus ad presens negotiis utiliter expeditis, annuente Deo votis tuis et postulationibus tam feliciter quam celeriter satisfiat, celsitudini tue ad unctionem, consecrationem, et coronationem imperii Romanorum de mani- 25 bus nostris in basilica principis apostolorum de Urbe, Deo auctore, sumendas festum purificationis beate Marie, quod erit usque ad biennium, computandum a proximo futuro festo purificationis eiusdem, tibi de ipsorum fratrum consilio assignamus, eo[b] tamen salvo, ut si die et loco predictis nos ad premissa casu aliquo contingeret non intendere, absque alicuius inconstantie nota et sine tua displicentia liceat nobis terminum prorogare 30 predictum, sicut, quando, et quotiens nobis videbitur expedire. A dictis quoque procuratoribus et nunciis tuis, habentibus super hoc plenum et speciale mandatum, in animam tuam, prout ipsi nobis frequenter obtulerant, recepimus debitum iuramentum.

Euge igitur, fili charissime, recognosce humiliter tui beneficia Creatoris, eius beneplacitis te coapta, dirige vias tuas in semitis mandatorum ipsius, eius ministros ho- 35 nora, immo ipsum in illis; honora ecclesiam matrem tuam, longevitatem namque vite parentum etiam temporalium honorificatio pollicetur; recogita diligenter et tenaci commenda memorie, quam gratiosam tam olim in multis casibus, quam nunc in nunciorum tuorum expeditione celeri et felici Romanam ecclesiam invenisti, et ideo ipsam, eius et aliarum ecclesiarum honorem et iura dilige, protege et conserva. Pacem dilige, 40 regem imitando pacificum. Firma iustitia thronum tuum, illam sectare; fructus enim iustitie pax illa, si ante te ambulet, gressus tuos ponens in via tibi ab invio precavebit. Nec te clementia deserat, que amicos et devotos multiplicans, ad imperii adiicit firmitatem. Age viriliter et semper cor tuum in Domino confortetur.

Dat. Avinioni, 7. Kal. Aug., anno 4. 45

Clemens etc. universis personis ecclesiasticis et secularibus subditis carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris, cuiuscunque preeminentie, status, vel conditionis existant, salutem. Divine sapientie etc. (*ut supra pag.* 495. *lin.* 14—49.) favorem et gratiam consuetos. Ideoque vos omnes et singulos hortamur in Domino, per 50 apostolica vobis scripta mandantes, quatinus dicto regi quasi precellenti, et ducibus, procuratoribus, nuntiis et officialibus ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quantum ad vos et singulos vestrum communiter vel divisim pertinuerit, efficaciter intendere ac parere, sibique de iuribus suis integraliter respondere curetis.

Datum ut supra.

a) nominamus *usque* declaramus *desunt L.* b) eo *usque* expedire *desunt apud Raynaldum.* 55

CURIA SPIRAE.

1309.

Ex actis eius proponere iuvat sententiam proscriptionis interfectorum Alberti I. regis in Herrgotti Genealogia Habsp. T. II. p. **592.** *sed sermone genuino in Cl. Kurz historia Austriae regnante Friderico III. pag.* **419.** *vulgatam. In eadem curia rex d.* **13.** *Septembris sententiam Rudolfi I. supra pag.* **406** *et* **407.** *editam confirmavit.*

SENTENTIA PROSCRIPTIONIS.

1309. Sept. 18.

Wir Heinrich von Gotiz gnaden Romischer chunig allewege ein mererer des riches, chunden und veriehen offenlich, daz wir mit recht, und mit gesamter urteil, haben verzelt herzog Iohansen von Osterrich, herzog Rudolfes seliges sun von Osterrich, Rudolfen von Wart, Rudolfen von der Palme, Waltheren von Eschenbach, die edeln lut, und Chunraten von Tegervelt, einen ritter; wir haben in e und reht genomen, ir lehen den herren ledig geseit; ir elich wiertin, witiben, allez ir rehtiz, ir elich chint weisen, allez ir rethiz; wir verbieten sie ieren vreunden, und erlouben si ieren veinden. Wir nemen in gemainlich alle diu reht, die semper[a] lut und unversprochen leut ze reht haben sulen, und gunnen in ir lebens, als lang, als si verschult habent, durch die grozzen barmherzicheit, die Got an uns geleit hat, umb den mort, den si getan habent an dem Romischen chunig Albrehten seligen, unserm vorvar des riches, von unser lieben fürsten chlag des herzogen Friederichs von Osterrich, und herzogen Lupoldes sines bruder. Ez ist ouch vor uns erteilt nach der cheyser geschriben reht und mit gesammeter urteil, daz die vorgenanten verzalten lut alle ir leut und alle ir gut niht verandern mugen weder mit verchouffen noch mit versetzen, noch mit deheinerleye ding, wan daz die selben leut und gut dem Romischen reich ze reht gevallen sint, seit dem mal, daz si mit enander, oder sunderbar, des mordes uber ein chomen ze tunde, als verschriben ist. Ez ist ouch vor uns erteilt nach der cheyser geschriben[b] reht und mit gesammenter urteil, swer die vorgeschriben verzalten leut gehouset und gehovet und bei im behalten hat, do er den selben mort vor wesset, seit der zeit daz si den mort taten an dem Romischen chunig Albreht seligen, unserm vorvar des riches, daz die in die selben schuld gevallen sint, als die, die umb den selben mort verzalt sint. Alle die urteil die vorgeschriben sint, sint gesprochen aus der cheyser geschriben reht, und dar uber ze einem wissenthaften urchund geben wir disen brief besigelt mit unserm chunichlichen insigil.

Der brief wart gegeben ze Spyr an dem donerstag vor sand Mauricien tag, do man zalt von Gotiz geburtt driuzehen hundert iar und in dem neunten iar, in dem ersten iar unsers riches.

a) *ita K. et H. sed legendum esse videtur* senther. b) verschriben *K.*

CASSATIO ALIENATIONIS FEUDI.

Oct. 29.

Ex Butkens Trophees de Brabant, Preuves du livre IV. pag. **141.**

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, prudentibus viris oppidanis Antverpiensibus, nec non universis imperii fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Nuper ad nostre celsitudinis pervenit audientiam, per illustrem Ioannem ducem Brabantie seu progenitores vel antecessores suos forum salis et piscium, quod in Antverpia fore consuevit, et a nobis et a nostris predecessoribus et imperio tenebatur et tenetur in feudum, irrequisitis et inconsultis predecessoribus nostris

1309. Oct 29. divis imperatoribus et regibus qui pro tempore fuerunt, et sine consensu eorundem, titulo donationis vel venditionis alienatum, et de predicto oppido ad oppidum Mechliniense transpositum esse et improvide translatum, non considerato provide nec previso, quod vasallus qui feudum domino inconsulto et sine consensu eiusdem alienat, feudum perdit, et dominus a quocumque possessore vindicare potest. Affectantes igitur, prout 5 ex assumpti regiminis tenemur debito, alienata iura imperii recuperare, et diminuta seu distracta ad statum debitum regali solicitudine reducere; alienationem, transpositionem, seu translationem fori prenotati, minus provide factas revocamus et irritamus, ipsumque forum dicto oppido Antverpiensi in integrum restituimus authoritate regia, tenendum a nobis et imperio in feudum, per eundem Ioannem ducem Brabantie principem et fratrem nostrum 10 charissimum, sicut teneri consuevit priusquam ab eodem oppido alienatum extiterat et translatum. Quocirca vobis oppidanis mandamus et iniungimus seriose, quatenus huiusmodi forum ab oppido vestro ad oppidum Mechliniense occasione dictarum alienationis seu translationis, in preiudicium feudi nostri et imperii transire de cetero non permittatis. Ut autem premissa deinceps firma permaneant et inviolabiliter observentur, pre- 15 sentem paginam super eo conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Colmarie, 4. Kal. Novembris, anno Domini 1309. regni vero nostri anno 1.

1310. Mai 10.

LEGATIO AD VENETOS.

Acta eius ex libro Commemoriali olim archivi Veneti, iam Caesarei Vindobonensis, cuius rationem in annalibus nostris T. IV. pag. 194 20 *sqq. dedimus, T. I. fol.* 364—366. *hic prima iam vice prodeunt.*

LITTERAE REGIS[a].

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, egregio viro Petro Gradonico duci, et sapientibus viris consilio Venetiarum, suis et imperii fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum. Celestis altitudo consilii super cuncta tenens in excelsis impe- 25 rium, quo sic creaturarum condictiones disponit, et variat, quod in earum consideratione sensus hominis oberantur, faciens ex debilibus fortia, et ponens nonnumquam humiles in sublime; ad regalis administrationis nos evocavit excellentiam, et infudit mentibus nostris spem intentionis illius, tribuens potestatis plenitudinem et abundantiam facultatis, ut ad singulos, quos erga nos et sacrum Romanum imperium integre devotionis commendat 30 puritas, regalis considerationis intuitus favorabiliter extendamus, honorando quos honore dignos conspicimus, et inquietudinis incommodo fatigatis, salubri presidio succurrendo. Speramus enim, quod eius dextera, per quem regnamus et vivimus, nobis feliciter assistente, felicibus crescat auspiciis exaltatio Romani imperii, ipsique Deo reddantur accepta nostri[b] laboris susceptio, et fidelibus populis fructuosa. Plenam igitur de vestre fidelitatis 35 constantia gerentes fidutiam, venerabiles Gerardum Constantiensis, et Sifridum Curiensis ecclesiarum episcopos, principes nostros, Hugonem de Vico militem, ac discretum virum Henricum civem de Ast, secretarios, et nuntios nostros super certis nostris et imperii negotiis, ad vestram presentiam duximus destinandos, in fidei debito vos monentes attente[c], quatenus eisdem, et cuilibet eorum, si presentes non essent, adhibeatis fidem credulam 40 in dicendis, et que nostro nomine requisierint, per effectum adimplere studeatis, sicut statum nostrum et eiusdem imperii diligitis ac honorem.

Data in Rivoldensi[1], 6. Idus Maii, regni nostri anno 2.

Similis domino duci soli, vocando eum dilecto sibi.

a) *inscribuntur in codice ita:* Exempla litterarum missarum domino duci pro se, et communi per se a serenissi- 45 mo domino Henrico Dei gratia Romanorum rege. b) uestri *codex.* c) atente *codex.*

1) Rheinfelden?

1310. Iul.

POSTULATA LEGATORUM [a].

Vobis domino duci, ancianis, sapientibus, ac communi Venetorum, nos Gerardus et Sifridus, divina miseratione Constantiensis et Curiensis ecclesiarum episcopi, Hugolinus de Vichio miles, et Henricus de Valvengo civis Astensis, nuntii, procuratores, et ambaxatores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie; ex parte eiusdem domini nostri notificamus adventum predicti domini regis et imperatoris, qui erit ad tardius infra hinc et festum beati Michaelis nunc proximum adventurum ex ista parte montium personaliter constitutus, maior tamen pars gentium suarum erit ex ista parte montium infra finem mensis Augusti nunc proxime venturi.

Item requirimus ex parte dicti domini regis et imperatoris, quod placeat vobis ipsum recipere, cum ex ista parte montium fuerit, tamquam Romanorum regem et imperatorem.

Item requirimus, quod placeat, cum idem dominus noster ex ista parte montium venerit, mittere ad ipsum gentes armatas iuxta eius magnificentiam, ac vestram possibilitatem, ad faciendum ei societatem, comitivam, et honorem.

Item requirimus, quod placeat mittere ad eumdem dominum nostrum regem et imperatorem bonos et nobiles ambaxatores, et sapientes syndicos, et procuratores cum sufficienti mandato, ad tractandum cum eisdem de bono pacifico et tranquillo statu totius Italie, et ad audiendum voluntatem ipsius domini regis et imperatoris.

Item requirimus et monemus, ut placeat non facere guerram, sed potius facere pacem, si potest fieri, alioquim placeat habere treguam usque ad proximum festum omnium sanctorum.

Item requirimus ex parte eiusdem domini regis et imperatoris, quod si commune vestrum, aut aliqua singularis persona, teneatur ad aliqua iura, aut servitia, vel prestationes prefato domino vestro, preparet se ad ea, sicut iustum fuerit, persolvenda.

Iul. 20.

RESPONSIO VENETORUM [b].

Ad ambaxatam factam illustri domino duci et communi Venetiarum per honorabiles viros, dominum Gerardum et Sifridum, Constantiensis et Curiensis ecclesiarum episcopos [c], Hugolinum de Vichio militem [d], et Henricum de Calvengo [e] civem Astensem, ambaxatores, et nuntios serenissimi Henrici regis et imperatoris Romanorum, respondet prefatus inclitus dominus dux pro se et communi Venetiarum, et primo ad primum capitulum continens de adventu ipsius domini imperatoris, qui erit infra festum sancti Michaelis proxime venturum, quod ipse dominus dux, et commune Venetiarum de adventu eiusdem serenissimi et felicissimi domini imperatoris consolationem maximam recipiunt, atque habent, et magnificentiam suam optant, et sperant ad eius votum feliciter prosperari.

Ad secundum capitulum continens, quod placeat ipsi domino duci, cum ex ista parte montium ipse dominus rex fuerit, ipsum recipere, tamquam Romanorum regem et imperatorem, respondet dictus dominus dux pro se et communi Venetiarum, quod ipsum, et parati extant recipere, et habere tamquam regem et imperatorem Romanorum dignissimum, ut continetur in capitulo memorato.

Ad tertium capitulum, et quartum similiter continentia de ambaxatoribus mittendis ad ipsum dominum regem, et de gente armata etiam transmittenda, respondet predictus dominus dux, quod mittet ambaxatores, syndicos et procuratores suos, sicut conveniet ad culmen sue maiestatis, iuxta formam requisitam, et si eius adventus vel processus esset per mare, pararet et daret de gente sua celitus sibi per mare concessa, ad eius magnificentiam et honorem.

Ad quintum capitulum continens, quod placeat ipsi domino duci, si guerram habet cum aliquibus, facere pacem, vel treuguas, usque ad festum omnium sanctorum, respondet dominus dux, quod per Dei gratiam et provisionem cum nulla civitate guerram habet, licet summus pontifex contra commune et homines Venetiarum exhibuerit et exhibeat se discordem, sicut credit ipse dominus dux ad imperialem notitiam pervenisse,

a) *inscribuntur in codice:* Scriptum, quod dederunt ambaxatores domini regis. b) *in codice inscripta:* Responsio domini ducis ad predictas requisitiones. c) aepiscopos *c.* d) millitem *c.* e) Valvengo?

1310. Iul. sed sperat ipse dominus dux, quod operante pacis et quietis auctore, factum capiet bonum finem in brevi. Verum si opus esset, ipse dominus dux et commune Venetiarum ad imperialem favorem confidenter recurrerent, et requirerent, ut devoti sperantes firmiter ipsum favorem invenire propitium et benignum.

Ad sextum et ultimum capitulum de prestatione servitiorum et iurium, que per 5 commune, vel singulares personas imperio tenerentur, respondet supradictus dominus dux et commune Venetiarum, quod si reperietur, quod teneantur ad aliqua, illa parati erunt exhibere et dare, sicut iustum fuerit et debebunt.

Postremo offerunt ea que habent, ad ipsius domini imperatoris honorem, reverentiam, et augmentum, imperiali culmini se et statum suum humiliter commendantes. 10

Data vigesima Iulii, octave indictionis. Et nota quod fuit bullata bulla plumbea.

Sept. 5.

CURIA SPIRAE.

Sententias in ea contra civitatum privilegia et immunitatem theloneorum absque consensu imperatorum concessa promulgatas, ex Cl. Nyhoff Gedenkwaardigheden T. I. pag. **114.** *et Kremeri historia* 15 *Iuliacensi et Bergensi T. III. p.* **256.** *proponimus.*

SENTENTIA CONTRA PRIVILEGIA CIVITATUM.

Nos Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod nobis anno Domini 1310. feria sexta ante festum nativitatis beate Virginis, apud Spiram pro tribunali sedentibus, in 20 communi sententia per principes, videlicet per venerabiles Coloniensem, Maguntinum archiepiscopos, et Spirensem episcopum, necnon illustrem Theobaldum ducem Lotharingie, principes nostros, et nobilem virum Gerardum comitem Iuliacensem, consanguineum nostrum dilectum, ac alios nobiles astantes, quesitum extitit et obtentum: quod nullus princeps aut dominus potest alicui opido conferre vel concedere aliquas libertates, 25 vel etiam privilegiare eosdem, absque manu et expresso consensu regis in cuius regno dominium ipsius domini situm extitit. Cum itaque spectabilis vir Reynaldus comes Gelrensis, consanguineus et fidelis noster dilectus, et sui antecessores, quibusdam opidis suis dederint libertates, ac ipsa opida privilegiaverint, consensu recolende memorie dominorum imperatorum et regum Romanorum illustrium, predecessorum nostrorum, et no- 30 stro minime accedente, nos iuxta dictam sententiam principum et nobilium, estimantes in hac parte nobis et imperio iniuriam irrogari, huiusmodi libertates et privilegia datas et data per dictum Reynaldum comitem Gelrensem, suosque antecessores, sine consensu predecessorum nostrorum imperatorum et regum Romanorum et nostro, tanquam irritas et irrita, auctoritate regia revocamus; decernentes ipsas et ipsa carere penitus 35 robore firmitatis, ac precipientes eidem comiti firmiter et districte, quatenus litteras super libertatibus et privilegiis huiusmodi dictis opidis datas instanter repetat et recipiat ab eisdem, ac per occupationem personarum et rerum suarum ad hoc arceat et compellat, et deinceps sollicite precaveat, quod nullas libertates taliter eis datas seu privilegia teneat vel observet. In premissorum testimonium evidens et cautelam, sigillum 40 nostre maiestatis regie presentibus est appensum.

Datum Spire, Nonas Septembris, anno Domini ut supra, regni vero nostri anno 2.

SENTENTIA CONTRA CIVITATUM IMMUNITATEM A THELONEIS.

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod nobis anno Domini 1310. 45

feria sexta ante festum nativitatis beate Virginis apud Spiram pro tribunali sedentibus, in communi sententia per principes, videlicet per venerabiles Coloniensem, Maguntinensem archiepiscopos, ac Spirensem episcopum, nec non illustrem Theobaldum ducem Lotharingie, principes nostros, et nobilem virum Gerardum comitem Iuliacensem consanguineum nostrum dilectum, ac alios nobiles astantes quesitum extitit et obtentum: quod cum spectabilis vir Reinaldus comes Gelrie, consanguineus et fidelis noster dilectus, suique predecessores, concesserint quibusdam oppidis et specialiter oppido Zutphaniensi sine manu et consensu predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum illustrium atque nostro, quod de solutione thelonei solvendi apud Lobedde, quod theloneum idem comes a nobis tenet et imperio, esse debeant liberi et immunes; et cum ex huiusmodi concessione ipsum feodum diminuatur in nostrum et imperii preiudicium et gravamen, eandem concessionem sive libertatem per eundem comitem ac suos predecessores factas illegitime, carere viribus, et nullius existere firmitatis; volentes ac ipsi comiti districtius iniungentes, quatenus dicta oppida huiusmodi concessione seu libertate privare nullatenus pretermittat, et eadem oppida ipsa concessione seu libertate hactenus habita non sinat frui ulterius vel gaudere; et si qua ab ipso comite super eo habent privilegia, illa repetat et requirat, ac per detentionem personarum et bonorum suorum ipsos, si necesse fuerit, arceat et inducat, presentium testimonio litterarum sigilli nostri regii robore signatarum.

1310. Sept. 5.

Datum Spire, Non. Septembris, anno Domini ut supra, regni vero nostri anno 2.

PROMISSIO LAUSANNENSIS.

Oct. 11.

Raynaldus eam ex regestis Clementis V. papae edidit ad a. **1310.** *Nro.* **3—8.**

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Clementi, sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum.

cf. p. 483. sqq.

Ferventi desiderio cupientes sanctitatis vestre pedibus et apostolice sedi toto corde et animo zelum nostre reverentie, fidei, et devotionis offerre, vestris sanctis monitis, exhortationibus, et mandatis nos pro viribus coaptando, et honorem vestrum ac sancte Romane ecclesie ac aliarum ecclesiarum iura diligere, et pro posse protegere atque servare; attendentes propensius, quod nihil est, quod lumine clariore prefulgeat, quam recta fides in principe, nihilque est, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio; et quod ad Dei timorem servandum mandataque eius custodienda factus est omnis homo, sed precipue imperialis et regalis potestas, que a domino Deo est, et ad eius ministerium exequendum, ad fidem et reverentiam sui nominis dilatandam in omnes regiones et regna; promittimus et obligamus nos cum omni efficacia Deo omnipotenti, vobisque domino nostro Clementi summo pontifici, vestrisque successoribus ac sacrosancte sedi apostolice, et Romane ecclesie, que ecclesiarum omnium caput est et magistra, quod sacrosanctam catholicam et apostolicam ecclesiam, fidemque catholicam fundatam supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in cuius nomine omne genu flectatur celestium, terrestrium, et infernorum, nec est nomen aliud sub celo, in quo salvari oporteat credentes; toto corde et animo, pura fide et sancta intentione conservabimus, reverebimur, atque defendemus totis viribus et toto posse, ac omnem heresim et schisma extollentem se contra sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam exterminabimus pro viribus, et omnes hereticos, cuiuscumque sectae et conditionis existentes, facies quidem habentes diversas, sed caudas adinvicem colligatas, quibus vineam domini Dei Sabaoth perdere et vastare nituntur, omnesque fautores, adiutores, valitores, et receptatores ac defensores eorum: et quod nullo tempore coniungemur, confederabimur parentela, vel federe, vel unione quacumque cum

1310. Oct. 11. quocunque Saraceno vel pagano vel schismatico rege vel principe, vel quocunque alio fidei catholice communionem non habente, neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romane ecclesie, vel eidem manifeste suspecto.

Item promittimus et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, quod personam vestram, statum, et honorem, et successorum vestrorum, contra quemcunque seu quoscumque homines, cuiuscumque status, preeminentie, vel dignitatis existant, conservabimus et defendemus et manutenebimus; nec non omnia privilegia regum et principum et imperatorum Romanorum predecessorum nostrorum, cuiuscumque tenoris et continentie existant, quocumque tempore concessa sancte Romane ecclesie, ac Romanis pontificibus, et sedi apostolice, et quibuscumque ecclesiis, prelatis et ministris ipsarum, conservabimus et manutenebimus: nec aliquo unquam tempore contraveniemus, nec aliquem, quantum in nobis erit, venire permittemus quacumque occasione vel titulo allegato, iuris vel facti: immo ad perpetuam rei memoriam et sancte ecclesie securitatem atque cautelam ipsa privilegia omnia pro nobis et successoribus nostris ratificamus, et confirmamus, recognoscimus, innovamus, et de novo concedimus, prout melius et plenius possumus ex certa scientia cum omni efficacia et effectu: volentes ac etiam decernentes, quod ista generalis ratificatio, confirmatio, recognitio, innovatio, et de novo concessio, perinde robur obtineant perpetue firmitatis, ac si omnia et singula privilegiorum verba singulariter et expresse ac de verbo ad verbum presentibus inserta fuissent. Specialiter autem et expresse cum omni efficacia et effectu supradictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, et innovamus, et de novo concedimus omnia privilegia Constantini, Caroli, Henrici, Othonis quarti, Frederici secundi, atque Radulphi, regum et principum seu imperatorum Romanorum, quocumque tempore concessa super quibuscumque, cuiuscumque continentie vel tenoris existant, sancte Romane ecclesie, Romanisque pontificibus, et sedi apostolice.

Promittimus etiam et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, omni iure et forma, quo melius et efficacius fieri potest, manutenere et conservare omnia privilegia, cuiuscumque tenoris vel conditionis existant, et nullo unquam tempore contravenire, vel aliquo modo, quantum in nobis est, venire permittemus quacumque occasione, vel causa, vel titulo allegato iuris vel facti, per quoscumque reges, vel principes, seu imperatores Romanorum, et precipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Othonem quartum, et Fredericum secundum atque Radulphum concessa sancte Romane ecclesie et Romanis pontificibus et apostolice sedi super recognitione, innovatione, avoatione, donatione, concessione, quitatione, renuntiatione, et libera dimissione terrarum et provinciarum sancte Romane ecclesie ubicumque positarum; precipue marchie Anconitane cum omnibus civitatibus, limitibus, terminis, et confinibus suis integraliter, et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earumdem, exarchatus Ravenne et Pentapolis, ac Romaniole et Brittenorii comitatus, cum civitate Bononie et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis, et confinibus integraliter, et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem; vallis quoque, que Spoletana dicitur sive ducatus, cum civitatibus Perusii, atque Castelli, et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis, et confinibus suis integraliter, et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorundem; masse quoque, que Trabaria nuncupatur, cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter, et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem; patrimonii etiam beati Petri in Tuscia cum civitatibus Tuderti, Narnie, Urbisveteris, et Reate, et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis, et confinibus integraliter, et omnibus iuribus, et iurisdictionibus earundem; comitatus quoque Sabine cum civitate Interamnensium et arce Cesarum et terra, que dicitur Arnulphorum, cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis, et confinibus integraliter, et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem; comitatus quoque Campanie atque Maritime cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter, et cum omnibus iurisdictionibus et iuribus earundem.

Ex superabundanti de novo, et ad maiorem cautelam supradictas omnes terras atque provincias cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, terminis, limitibus, confinibus earundem, et ius ac possessionem et proprietatem ipsarum cum omni plenitudine recognoscimus iure plenissimo ad ius et proprietatem sancte Romane ecclesie spectare, ac omnimode pertinere: ac ipsas omnes terras atque provincias de novo avoamus, innovamus, atque concedimus, quitamus libere et dimittimus, restituimus et renuntiamus: nec non

ad omnem scrupulum removendum, et ut pax quies atque tranquillitas inter ecclesiam et imperium iugiter vigeat, et futuris, dante Domino, temporibus feliciter augeatur, et omnis contentionis et dissensionis cuiuslibet materia precludatur, prout melius et efficacius fieri et intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus, et donamus de novo, promittentes et obligantes nos, prout plenius et efficacius possumus, quod nullo unquam tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus, civitates, loca, castra, terras, et provincias supradictas, vel aliquam ipsarum vel earum partem; nec in ipsis, vel aliqua ipsarum, vel earum parte, iurisdictionem aliquam per nos vel per alium geremus vel exercebimus; vel iura aliqua, possessiones, vel tenutas habebimus vel possidebimus in eisdem terris vel provinciis, vel aliqua ipsarum vel earum parte; nec officium aliquod geremus, per nos vel per alium, potestarie, vel capitanie, seu quocumque nomine censeatur, in ipsis, vel aliqua ipsarum vel earum parte; et quod tanquam princeps catholicus, advocatus, et defensor sancte Romane ecclesie, iuvabimus ipsam, sibique assistemus contra quoscumque occupantes, invadentes, vel turbantes provincias ipsas, civitates, loca, castra, vel terras, vel aliquam ipsarum, seu earum partem; et quoscumque inobedientes seu rebelles ecclesie, precipue in provinciis, civitatibus, locis, castris, et terris eisdem, in nullo fovebimus vel manutenebimus, seu per quoscumque foveri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus; sed contra ipsos assistemus auxiliis, consiliis, et favoribus opportunis sancte Romane ecclesie, ac Romanis pontificibus, et apostolice sedi, quousque rebelles et subditi ad plenam reverentiam et obedientiam reducantur.

1310. Oct. 11.

Promittimus quoque, sanctam Romanam ecclesiam, et ecclesias alias, ac libertatem ecclesiasticam, et bona, iura, prelatos, et ministros ipsarum manutenere, conservare, ac pro viribus defensare; vassallos quoque Romane ecclesie contra iustitiam non offendere: et quoslibet devotos et fideles ecclesie, etiam in imperio constitutos, benigne tractabimus et contra iustitiam non opprimemus, neque per alium, quantum in nobis est, opprimi permittemus, sed conservabimus in iuribus et iustitiis eorundem. Predicta autem omnia et singula inviolabiliter observare et observari facere, et nullo unquam tempore contravenire iuravimus ad sancta Dei euangelia, tacto libro in manibus venerabilis patris domini Balduini archiepiscopi Treverensis, et discreti viri Ioannis de Molans scholastici ecclesie Tullensis vestri capellani, nomine Romane ecclesie et sedis apostolice ac vestro et de vestro mandato specialiter recipientium: de qua etiam receptione tam per alias nostras, quam per ipsorum recipientium litteras, seu instrumentum publicum plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam, et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam, presentes litteras regie maiestatis sigillo munitas fecimus communiri, promittentes et obligantes nos cum omni efficacia et effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam predicta omnia ratificabimus, confirmabimus, et recognoscemus, et faciemus et servabimus, atque iurabimus; et de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus litteras quadruplicatas, harum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, et ad securitatem et cautelam vestram et successorum vestrorum et sancte Romane ecclesie et apostolice sedis, imperialis maiestatis typario communitas.

Dat. Lausane, 5. Idus Octobris, regni nostri anno 2. anno Domini 1310.

CORONATIO MEDIOLANENSIS.

1311. Ian. 6.

Forma qua Heinricus et Catharina regina in coronatione Mediolanensi usi sunt, ex 1) codice regio Parisiensi Nro. 977. mbr. sec. XIV. integra prodit, quum antea ex eodem, ut videtur, codice, tunc temporis numero 4208. signato, a 2) Martenio in libro de antiquis ecclesiae ritibus T. II. p. 584. sqq. atque 3) haud integra a Muratorio in commentario de corona ferrea Anecdot. T. II. pag. 328. sqq. ex apographo codicis Modoetiensis, vulgata fuisset. Quod ea formulae

1311. Ian. 6.

pars, quae coronationem reginae attinet, in textu Muratorii praetermissa est, occasionem praebuit, ut Muratorius et recentiores nonnulli de Heinrico V. hic sermonem esse coniicerent; et ipsum ordinem in anterioribus quoque regum Theutonicorum coronationibus Mediolani magna ex parte adhibitum fuisse, minime negaverim. Additiones de coronatione Ludowici IV. imperatoris anno **1327.** *peracta agentes, in margine codicis legi, viro doctissimo B. Guérard, quo benigniter curante codex in usum nostrum versus est, monente didicimus.*

Incipit ordo ad consecrandum regem. Veniant cum magna processione in palatium regis episcopi suffraganei episcopaliter parati, et chorus maiorum decenter adornatorum cum crucibus et incenso, ut mos est in solemnitatibus incedere. Et illi de centum cum primicerio, qui primicerius habeat pluvialem et baculum cum thuribulo et cruce. Ipsi vero habeant cottas albas.

Modus processionis talis est. Primo incedunt vegloni et veglone decenter ornati et ornate; secundo incedunt clerici de numero centum; tertio chorus ordinariorum cum suis officialibus; quarto incedunt episcopi suffraganei. Cum autem pervenerint ad palatium, ubi est rex, dicat unus episcoporum hanc orationem: *Dominus vobiscum.* Respondent: *Et cum spiritu tuo* [a]. *Omnipotens sempiterne Deus, qui famulum tuum Henricum* [b], *regni fastigio dignatus es sublimare* [c], *tribue ei quesumus, ut ita in huius seculi cursu cunctorum in communem salutem disponat, quatenus a tue veritatis tramite non recedat. Per Dominum etc.* [d]

Postea suscipiant duo episcopi dextra levaque; clerici autem cantent responsorium: [e] *Dirumpam vincula populi mei, dicit Dominus, et disperdam omnia mala, que induxi super eos, ut auferam universum dolorem a facie terre, et a civitate ista.* Versus. *Israel si me audieris, non erit in te Dominus* [f] *recens, neque adorabis Dominum alienum* [g].

Deducitur rex ab ipsis episcopis cum processione usque ad ecclesiam beati Ambrosii, ducibus [h], marchionibus, nobilibusque cum populo ipsos episcopos et regem comitantibus, clericis autem canentibus psallendas: Antiphona prima [i]. *Benedices coronam anni benignitatis tue, et campi tui replebuntur ubertate.* Psalmus. *Te decet hymnus Dominus in Sion, et tibi reddetur votum in Hierusalem.* Antiphona secunda. *Beatus* [k] *homo Domine* [l], *quem erudieris, et de lege tua docueris eum* [m]. Antiphona tertia. *Iocundus homo qui disponit sermones suos in iudicio, non movebitur in eternum.* Antiphona quarta. *In via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentie non sedit, sed in lege Domini fuit voluntas eius.* Antiphona quinta. *Erit iustus tanquam lignum fructiferum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Antiphona sexta. *Desiderabiliora sunt, Deus, mandata tua super aurum et lapidem pretiosum, et dulciora super mel et favum.* Antiphona septima. *Et si coram hominibus insecutus est, Deus tentavit illum, tamquam aurum in fornace probavit eum, et sicut holocausti hostias accepit illum.* Antiphona octava. *Dicit Dominus: super quem requiescam? super humilem et mansuetum, trementem verba mea.* Antiphona nona. *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, dicit Dominus. Confortare populum tuum* [n], *ne timeas, ecce dominus Deus tuus ante te* [o], *et non te derelinquet.* Antiphona decima. *Ecce mitto angelum meum, qui precedat te, et custodiat semper. Conserva, et audi vocem meam, et precedat te angelus meus.*

Ad hostium autem [p] ecclesie clerus subsistat [q]. Alter episcopus dicit orationem hanc: *Dominus vobiscum.* Respondent. *Et cum spiritu tuo. Deus qui scis genus humanum nulla virtute posse subsistere, concede propitius, ut famulus tuus Henricus, quem populo tuo voluisti preferri, ita tuo fulciatur adiutorio, quatenus quibus potuit preesse, valeat et prodesse. Per Dominum etc.*

a) Resp. *usque* tuo *desunt* 1. 2. *et ita saepius.* b) Henrichum 1. 3. *et ita deinceps.* c) sublimare etc. *ceteris omissis* 2. *et similiter semper fere orationes omisit.* d) Per 1. *et ita saepius.* e) responsum 2. f) deus, deum 2. g) a. Ut auferam 2. h) proceribus 2. i) ant. p. *desunt* 3. k) benedictus 3. l) *deest* 2. m) *deest* 3. n) meum 2. o) te est 2. p) *deest* 2. q) s. et alter 2. *) i. e. senes.

1311. Ian. 6.

Introgressi autem decantent[a] clerici antiphonam: *In virtute tua Domine letabitur rex, et super salutare tuum exultavit vehementer. Desiderium anime eius tribuisti ei Domine.* Usque ad introitum chori[b]. Illis autem subsistentibus, dicat dominus archiepiscopus: *Dominus vobiscum. Omnipotens sempiterne Deus, celestium terrestriumque moderator, qui famulum tuum Henricum ad etc. ut supra pag.* 385. *lin.* 15.

Cantent clerici antiphonam[c] post *Kyrie* cum *Gloria. Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum*[d].

Post hec inter manus episcoporum perductus in chorum, usque ad altaris gradum incedat, cunctoque pavimento tapetibus paleolisque[e] contecto, ibi afferantur regalia, et deponantur coram[f] altari. Tunc interrogetur ipse princeps a domino archiepiscopo per hunc modum: *Vultis sanctas Dei ecclesias ac rectores earum*[1], *nec non et cunctum populum sibi et vobis subiectum, iuste ac religiose regali providentia iuxta morem patrum defendere ac regere?* Responsio regis: *Profiteor, in quantum divino fultus adiutorio ac solatio omnium fidelium meorum valuero, ita me per omnia esse acturum.*

Dominus archiepiscopus coram omnibus addat legens: *A*[g] *vobis perdonari petimus, ut*[h] *unicuique de nobis et ecclesiis nobis commissis canonicum privilegium*[2] *ac debitam legem atque iustitiam conservetis, ac*[i] *defensionem exhibeatis, sicut rex in suo regno unicuique episcopo et ecclesie sibi commisse per rectum exhibere debet.* Ad hoc rex respondeat, et taliter dicat[k]: *Promitto vobis sanctissimi patres, et perdono, quia unicuique de vobis et ecclesiis vobis commissis canonicum privilegium*[3] *et debitam legem atque iustitiam servabo, et defensionem, quantum potuero, adiuvante Domino exhibebo, sicut rex in suo regno unicuique episcopo et ecclesie sibi commisse per rectum exhibere debet.*

Deinde alloquantur duo episcopi populum in ecclesia, inquirentes eorum voluntatem, si tali principi ac rectori se subicere, ipsiusque regnum firma fide stabilire, atque iussionibus obtemperare velint, et si concordes taliter sunt in consecratione, qualiter fuerint in electione, ac[l] si concordes invenerint, agant gratias Deo, et omnis plebs cantet[m] *Kyrie eleison.* Post hec[n] ante altare rex totus in cruce prostratus cum episcopis iaceat, et presbyteris desuper choro letanias agentibus[o]. *Domine miserere, Domine miserere, Domine miserere, Christe libera nos, Salvator libera nos, Christe libera nos, Salvator libera nos, Christe libera nos, Salvator libera nos, sancta Maria, sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancte Ioannes, sancte Petre, sancte Paule, sancte Andrea, sancte Thoma, sancte Luca, sancte Stephane, sancte Clemens, sancte Nazari, sancte Celse, sancte Protasi, sancte Gervasi, sancte Grisante, sancta Daria, sancte Pantaleon*[p], *sancte Ambrosi, sancte Satire, sancta Marcellina, sancta Candida, sancta Iustina, sancte Benedicte, omnes sancti, exaudi Christe, voces nostras, exaudi Christe, voces nostras, exaudi Christe, voces nostras, exaudi Deus, et miserere nobis, exaudi Deus, et miserere nobis, exaudi Deus, et miserere nobis, Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.*

Finitis letaniis erigant se episcopi, et unus eorum dicat *Dominus vobiscum.* Respondent: *Et cum spiritu tuo. Te invocamus Domine sancte, Pater omnipotens eterne Deus, ut hunc famulum tuum Henricum, quem tue divine dispensationis providentia in primordio plasmatum usque in hunc presentem diem iuvenili flore letantem crescere concessisti, cum tue pietatis dono ditatum, plenumque gratia veritatis, de die in diem coram Deo et hominibus ad meliora semper proficere facias, ut summi regiminis solium glorie*[q] *superne largitate gaudens suscipiat, et misericordie tue muro ab*[r] *hostium adversitate undique munitus, plebem sibi commissam cum pace propitiationis et virtute victorie feliciter regere valeat*[s]. *Per dominum etc.*

a) i. cantent 3. b) usque ad i. ch. *desunt* 2. c) *deest* 2. d) *deest* 3. e) et paleolis 3. f) deponatur corona in 3. g) *Haec et sequentes formulae iisdem fere verbis in ordine consecrandi regis Francorum edito ex cod. Bartoldi abbatis a Menardo: sancti Gregorii liber sacramentorum Par.* 1642. 4. *p.* 278. *leguntur.* h) et 1. 3. i) ac 2. *M.* k) r. ei taliter 2. l) at 1. 2. et 3. m) decantet 2. n) hec similiter 2. o) clero l. agente 1. 2. p) pantalimon 1. 2. q) gratiae *M.* r) ob 1. s) mereatur *M.*

1) *additiones tempore domini Ludovici regis Romanorum*: canonice institutos, et[a] secundum religionem christianam debitam viventes. 2) *additio eiusdem temporis*[b]: sacro imperio, vobis[c] et successoribus vestris non obvians, nec derogans honori imperiali in aliqua sui[d] parte. 3) *additio*[e] *eiusdem:* prout iam promissum est[f].

a) *deest* 2. b) *deest* 3. c) nobis, nostris 3. d) *deest* 3. e) additiones 2. f) sicut premissum est 2.

1311. Ian. 6.

Tunc alius episcopus appropinquans, dicet[a] hanc orationem: *Deus qui populis tuis virtute consulis, et amore dominaris, da huic famulo tuo spiritum sapientie cum regimine discipline, ut tibi toto corde devotus, in regni regimine maneat semper ydoneus, tuoque munere ipsius temporibus securitas et[b] ecclesie dirigatur, et in tranquillitate devotio christiana permaneat, ut in bonis operibus perseverans, ad eternum regnum te duce valeat pervenire. Per dominum etc.*

Alius episcopus dicat:[c] *In diebus eius oriatur[d] omnibus equitas et iustitia, amicis adiutorium, inimicis obstaculum, humilibus solatium, elatis correptio[e], divitibus doctrina, pauperibus pietas, peregrinis pacificatio, propriis in patria pax, et securitas unicuique secundum suam mensuram; moderate gubernans se ipsum sedulus discat, ut tua irrigatus compunctione, toti populo tibi placita prebere vite possit exempla, et per viam veritatis cum grege gradiens sibi subdito, opes frugales abundanter acquirat, simul ad salutem non solum corporum sed etiam cordium a te concessa[f] cuncta accipiat, sicque in te[g] cogitatum animi consiliumque omne componens, plebis gubernacula[h] cum pace simul ac sapientia semper invenire videatur, teque auxiliante presentis vite prolixitatem percipiat, et per tempora bona usque ad summam senectutem perveniat, huiusque fragilitatis finem perfectum, ab omnibus vitiorum vinculis tue pietatis largitate liberatus, et infinite prosperitatis premia perpetua angelorumque eterna commercia consequatur. Per dominum etc.*

Tunc consecrat[i] eum metropolitanus in hec verba: *Omnipotens sempiterne Deus, creator et[k] gubernator celi, et terre conditor, et dispositor angelorum et hominum, rex regum, et dominus dominantium, qui Abraham fidelem famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi et Iosue tuo populo prelatis multiplicem victoriam tribuisti, humilem quoque David puerum tuum regni fastigio sublimasti, eumque de ore leonis, et de manu bestie atque Golie, sed et de gladio maligno Saul et omnium inimicorum eius liberasti, et Salomonem sapientie pacisque ineffabili munere ditasti, respice propitius ad preces nostre humilitatis, et super hunc famulum tuum, quem supplici devotione[l]* [1] *in regnum pariter elegimus, benedictionum tuarum dona multiplica, eumque[l] dextera tue potentie semper ubique circumda, quatenus predicti Abrahe fidelitate firmatus, Moysi mansuetudine fretus, Iosue fortitudine munitus, David humilitate exaltatus, sapientia Salomonis decoratus, tibi in omnibus complaceat, et per tramitem iustitie inoffenso gressu semper incedat, et totius regni ecclesiam deinceps cum plebibus sibi annexis ita enutriat et doceat, muniat et instruat, contraque omnes visibiles et invisibiles hostes idem potenter regaliterque tua virtute[m] regimen Italicorum administret, ut regale solatium[n] videlicet[o] Saxonum[p] . . . ., aliorumque populorum sibi subditorum sceptra non deserat, sed ad pristine fidei pacisque[q] concordiam eorum animos te opitulante reformet, ut utrorumque[r] horum populorum debita subiectione fultus, cum digno amore[s] per longum vite spatium paterne apicem glorie tua[t] miseratione unitum stabilire et gubernare mereatur; tue quoque protectionis galea munitus, et scuto insuperabili iugiter protectus, armisque celestibus circumdatus, optabilis victorie triumphum de hostibus feliciter capiat, terrorem sue potentie infidelibus inferat, et pacem tibi militantibus letanter reportet; virtutibus nec non quibus prefatos fideles tuos decorasti multiplici honoris benedictione condecora, et in regimine regni sublimiter colloca, et oleo gratie Spiritus sancti perunge. Per Christum dominum nostrum etc.[u]*

Hic[v] ungatur rex a domino archiepiscopo in[w] modum crucis in spatulis de oleo exorcizato, et cantent clerici antiphonam: *Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te[x] Deus dominus tuus[y] oleo letitie pre consortibus tuis.* Alia antiphona[z]. *Unxerunt Salomonem Sadoch sacerdos, et Nathan[*] propheta regem in Geon, et ambulantes[a] leti dixerunt: Vivat rex in eternum.*

Qua finita, prosequatur dominus archiepiscopus: *Unde unxisti sacerdotes reges et prophetas, et martyres, qui per fidem vicerunt regna, et operati sunt iustitiam, atque*

a) dicat 2. b) *deest* 3. *M.* c) *deest* 3. d) orietur 3. e) correctio *M.* f) concessam *M.* g) vitae 1. ? 3. h) plebem gubernacula 1. plebem gubernare 3. i) consecret 2. k) ac 2. l) atque 3. m) tue virtutis 1. tuae virtutis regimine administret *M.* n) solium *M.* o) *deest* 3. p) *ita* 3. *lacuna indicata.* Saxonum merciorum nordanymbarumque 1. *voces ex generali quodam ordine in usum regni Britannici conscripto superstites.* q) pacis 1. et pacis 3. r) utroque 1. uterque 3. s) condigno am. glorificatus *M.* t) tue 1. u) Per *usque* etc. *desunt* 1. 2. *M.* v) tunc 3. w) ad 3. x) *deest* 3. y) deus deus 2. z) al. an. *desunt* 3. *) nachaz 3. a) accedentes *M.*

1) *additio eiusdem:* in regem electus est.* *) *ita* 1; *desunt* 2. 3.

adepti sunt promissiones; cuius sacratissima unctio super eum effluat[a], *atque in interiora descendat, et cordis illius intima penetret, et promissionibus, quas adepti sunt victoriosissimi reges gratia tua, dignus efficiatur, quatenus et in presenti seculo feliciter regnet, et ad eorum consortium in celesti regno perveniat. Per dominum nostrum* 5 *Iesum Christum filium tuum, qui unctus est oleo letitie*[b] *pre consortibus suis*[c], *et virtute crucis ereas potestates debellavit, tartarea destruxit, regnumque diaboli superavit, et ad celos victor ascendit, in cuius manu victoria omnis, gloria et potestas consistunt, et tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti*[d] *Deus per omnia secula seculorum. Amen.*

10 Post unctionem[e]: *Deus*[f] *Dei filius Iesus Christus etc. ut supra p.* 190. *l.* 33—39.

Hic detur ei anulus a metropolitano: *Accipe regie dignitatis anulum, et per hunc catholice fidei in te cognosce signaculum, quia ut hodie ordinaris caput ac*[g] *princeps regni ac*[g] *populi, ita perseverabilis auctor*[h] *ac stabilitor christianitatis et christiane fidei, et per hunc scias triumphali potentia hostes repellere, hereses destruere, subdi-* 15 *tos coadunare, et connecti*[i] *perseverabilitati fidei catholice, ut felix in opere, locuples in fide, cum Rege regum glorieris in eternitate per eum*[k], *cui est*[l] *honor et gloria per infinita secula seculorum.*

Sequitur oratio: *Deus, cuius est etc. ut supra p.* 191. *lin.* 14—16.

Postea ab episcopis ensem accipiat, dicente metropolitano: *Accipe gladium etc. ut* 20 *supra pag.* 389. *lin.* 15—26.

Quo accincto[m] sequitur oratio: *Deus, qui providentia etc. ut supra p.* 191. *l.* 22—25.

Post hec domnus archiepiscopus coronam capiti regis cum episcopis suis imponat, et dicat: *Accipe coronam regni etc. ut supra p.* 389. *l.* 46—390 *l.* 7. *usque sancti.*

Sequitur[n] oratio: *Deus perpetuitatis, lux*[n*] *virtutum, cunctorum hostium victor, bene-* 25 *dic hunc famulum tuum tibi caput suum inclinantem, et prolixa sanitate et prospera cum felicitate*[o] *conserva, et ubicumque, vel pro quibuscumque*[p] *auxilium tuum invocaverit, cito adsis, et protegas, ac defendas; tribue, quesumus Domine, ei divitias gratie tue, comple in bonis desiderium eius, corona eum miseratione et misericordia, ut tibi Domino patri pia devotione iugiter famuletur.*

30 Hic detur ei sceptrum: *Accipe sceptrum etc. ut supra p.* 191 *l.* 41—46.

Oratio sequitur: *Omnium Domine fons etc. ut supra p.* 191 *l.* 47—*p.* 192 *l.* 1.

Tunc detur ei virga: *Accipe virgam virtutis etc. ut supra p.* 389 *l.* 33—44.

Tunc benedicat eum archiepiscopus dicendo[q]: *Extendat omnipotens Deus dexteram sue benedictionis, et effundat super te donum sue protectionis, et circumdet*[r] *muro* 35 *felicitatis ac custodia*[s] *sue propitiationis, sancte Marie, et beati Petri apostolorum principis, sanctique Ambrosii, atque omnium sanctorum intercedentibus meritis. Amen. Al*[t]. *Victoriosum te, atque triumphatorem de invisibilibus atque visibilibus hostibus semper efficiat, et sancti nominis sui timorem pariter et amorem continuo cordi tuo infundat, et in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat, et pace* 40 *in diebus tuis concessa cum palma victorie te ad perpetuum regnum perducat. Amen. Al*[t]. *Benedic Domine hunc regem nostrum, qui regna omnium moderaris a seculo, et tali eum benedictione glorifica, ut Davitice*[u] *teneat sublimitatis sceptrum, et glorificatus in eius protinus reperiatur merito. Amen. Al*[t]. *Honorifica eum pre cunctis regibus gentium, felix in populo dominetur, et feliciter eum omnes nationes adorent,* 45 *vivat inter gentium catervas magnanimus, sit in iudiciis equitatis singularis. Amen. Al*[t]. *Presta ei prolixitatem vite per tempora, et in diebus eius oriatur iustitia, a te robustum regiminis solium teneat, et in eterno regno glorietur cum iucunditate et iustitia. Amen. Quod ipse prestare etc.*

Deinde coronatus honorifice deducatur ad solium, et accipiat stationem a domino 50 archiepiscopo dicente sic: *Sta, et retine amodo locum, quem hucusque paterna successione tenuisti, hereditario iure tibi delegatum per auctoritatem Dei omnipotentis*[1],

a) s. caput eius defluat *M.* b) *deest* 1. 3. c) tuis 3. d) sp. s. *desunt* 3. e) unctionem dicatur 3. f) dominus 3. g) et 2. h) per se veraciter actor 3. i) converti 3. k) eum *usque* seculorum *desunt* 2. l) *deest* 3. m) finito 3. n) *deest* 3. n*) dux *M.* o) pr. fel. eum *M.* p) ubicunque pro quibus *M.* 55 q) *deest* 3. r) c. te *M.* s) custodiat 1. 3. t) Alleluia 3. u) *deest* 2. 3.

1) *additiones*[a] *eiusdem*: Tum enim Dei misterio in hoc cum[b] ceteris episcopis devoti et religiose adsistimus cum ceteris Dei servis, ut[c].
a) additio 3. b) tum Dei mysterio mihi cum 3. c) *deest* 3.

1311. Ian. 6. *et per presentem traditionem nostram, omnium scilicet episcoporum, ceterorumque Dei servorum, et quanto*[a] *clerum sacris altaribus propinquiorem perspicis, tanto potiorem in locis congruis honorem impendere memineris, quatenus mediator Dei et hominum te mediatorem cleri et plebis in hoc regni solio confirmet, et in regnum eternum secum regnare faciat Iesus Christus dominus noster, rex regum, et dominus dominantium, qui cum Deo etc.* 5

Post hec detur sibi pomum aureum cum cruce, et dicantur hec verba: *Accipe pomum aureum, quod significat monarchiam omnium regnorum, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.*

Et dicat domnus archiepiscopus omnibus audientibus: *Rectitudo regis est noviter ordinati et in solium sublimati, hec tria precepta populo christiano sibi subdito precipere. In primis ut ecclesia Dei et populus christianus veram pacem servet in omni tempore. Secundum est, ut rapacitates et omnes iniquitates omnibus gradibus interdicat. Tertium est, ut omnibus iudiciis equitatem et misericordiam precipiat, ut illi et nobis indulgeat suam misericordiam clemens et misericors Deus, qui cum etc.* Et dicat rex tertio: *Sic fiat.* Tunc det domnus archiepiscopus pacem regi, et rex det pacem omnibus, et clerici decantent alta voce: *Te Deum laudamus, te Deum confitemur etc.* 10 15

Ordo[1] ad benedicendum reginam. Debet regina adduci in ecclesiam cum honore, et in ipso ingressu dicit dominus archiepiscopus hanc orationem: *Omnipotens sempiterne Deus etc. ut supra p.* 390. *l.* 37—47.[2] *usque regendum nec non protegendum per Christum dominum nostrum, qui ex intemerato beate Virginis Marie utero nasci, visitare ac revocare dignatus est mundum. Qui tecum vivit et gloriatur Deus in unitate Spiritus sancti per immortalia secula.* 20

Tunc intret ecclesiam et prosternat se ante altare ad orationem, et post pusillum ab episcopis elevata inclinet caput suum, et archiepiscopus consecret eam hoc modo: *Deus qui solus etc. ut supra pag.* 391. *l.* 2—14. 25

Tunc super scapulas eius fundat dominus archiepiscopus oleum sanctum ad modum crucis et dicat hec verba: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, prosit tibi hec unctio olei in honorem et consecrationem*[b] *eternam.* Sequitur oratio. *Sancti Spiritus gratia etc. ut supra pag.* 391. *l.* 16—22. 30

Hic detur ei annulus[c]. *Accipe annulum fidei signaculum sancte Trinitatis, quo possis omnes pravitates hereticas devitare, et barbaras gentes virtute tibi prestita ad agnitionem veritatis vocare. Per. Omnium fons bonorum Domine, et cunctorum dator provectuum, tribue famule tue adeptam bene regere dignitatem, et a te sibi prestitam in ea bonis operibus corrobora gloriam. Per.* Hic coronetur dicendo: *Accipe coronam glorie, honorem iocunditatis, ut splendida fulgeas, et eterna exultatione coroneris. Per.* Sequitur. *Officio indignitatis etc. ut supra pag.* 391. *l.* 25—32. 35

Sequitur oratio ad complendum. *Omnipotens sempiterne Deus, affluentem spiritum tue benedictionis super famulam tuam nobis orantibus propitiatus infunde, ut que manus nostre impositione hodie regina efficitur*[d], *sanctificatione tua digna et electa permaneat, ut nunquam postmodum de tua gratia separetur indigna. Per.* 40

Tunc[3] domnus archiepiscopus missam celebret[e] cum plena processione. Oratio super populum: *Deus qui miro ordine universa disponis, et ineffabili gubernas presentia, quesumus, ut famulus tuus Henricus in huius seculi cursu implenda decernat, unde tibi in perpetuum placere valeat. Per etc.* 45

Epistola[f], et euangelium, responsorium[g] in missa pro rege, et dicto euangelio rex offerat panem et vinum ad manus domni archiepiscopi.

Oratio[h] super syndonem[i]: *Omnipotens sempiterne Deus, qui de plebe tua regni fastigio famulum tuum Henricum dignatus es sublimare, fac eum humilitatis, iustitie, ceterarumque virtutum bono exuberare, ut a tue veritatis tramite non recedat, et ad te, qui vita es, gratiosus perveniat. Per etc.* 50

a) quatenus 3. b) confirmationem *M.* c) annulum 1. d) instituitur *M.* e) celebrat 3. f) epistolam 1. g) Rre 1. require 2. h) *deest* 1. 2. i) sym 1.

1) *qui sequitur ordo ad benedicendam reginam nonnisi apud* 1. *et* 2. *legitur.* 2) *ad verba:* in reginam eligimus *in margine annotatum est: additio eiusdem:* profitemur. 3) *Quae sequuntur etiam in* 3. *leguntur.* 55

Super oblationem[a]: *Concede quesumus omnipotens Deus, hiis sacrificiis salutaribus placatus, ut famulus tuus Henricus ad peragendum regalis dignitatis officium inveniatur semper idoneus, et celesti patrie reddatur acceptus. Per Dominum etc.* 1311. Ian. 6.

Prefatium[b]: *Eterne Deus*[c], *qui es auctor totius bonitatis, regum consecrator,* 5 *honorum omnium attributor, dignitatumque largitor, cuius ineffabilem clementiam votis omnibus exoramus, ut famulum tuum Henricum, quem regalis glorie culmine voluisti sublimari, sapientie ceterarumque virtutum ornamentis facias decorari, et quia*[d] *tui est muneris, quod imperat, tue sit pietatis, quod id feliciter agat, quatenus de visibilibus et invisibilibus hostibus triumphator effectus, et transitorii regni guber-* 10 *nacula inculpabiliter teneat, et ad eterni regni infinita gaudia te miserante perveniat. Per Dominum etc.*

Benedictio archipresulis: *Benedicat tibi Dominus, custodiatque te, et sicut voluit te super populum suum esse regem, ita in presenti seculo felicem, et eterne felicitatis tribuat esse consortem*[e]. *Clerum et populum, quem sua voluit opitulatione in* 15 *tua sanctione congregari, sua dispensatione et tua*[f] *administratione per diuturna tempora faciat feliciter gubernari. Amen. Quatenus divinis monitis parentes, adversitatibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo imperio fideli amore obsequentes, et in presenti seculo tranquillitate fruantur, et tecum eternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse prestare etc.*

20 Post communionem[g]: *Hec Domine salutaris sacrificii perceptio famuli tui Henrici peccatorum maculas diluat, et ad regendum secundum tuam voluntatem populum tuum idoneum reddat, ut hoc salutari mysterio contra visibiles atque invisibiles hostes reddatur invictus, per quod mundus est divina dispensatione redemtus. Per dominum etc.*

25 Et finita missa rex communicetur, et sic ait: *Deo gratias.*

a) oblata 2. b) prefatio 3. c) † 2. d) ut 3. e) c. amen 3. f) sua 3. g) postcommunio 2.

LEGATIO VENETORUM.

Litteras Venetorum ad legatum regium et formam legationis Venetae ex libro Commemoriali T. I. fol. 370. 380. *vulgamus.*

30 Henrico de Valvenicho ambaxiatori, et familiario serenissimi domini Romanorum imperatoris. 1310. Nov. 9.

Gratanter recepimus amicitie vestre litteras, per quas inter cetera denotastis adventum domini imperatoris futurum die vigesimo tertio Octubris ad terram Secussus[1], propter quod nos ortati fuistis, quod paremus mittere obviam tanto domino honorabilem 35 ambaxatam; que missio vestra plurimum nobis grata extitit[a], et vobis inde multas gratiarum refferimus actiones, denotantes vobis, quod nos ellegimus ambaxatores nostros venturos ad eumdem dominum imperatorem, qui sunt de nobilioribus et honorabilibus civibus terre nostre, qui se parant, et in brevi venient ad dominum antedictum.

Data die 9. Novembris, 9. indictionis.

40 Forma ambaxate ad serenissimum et excellentissimum dominum Henricum, felicissimum Romanorum regem semper augustum, quam facere habent et faciunt nobiles viri Petrus Geno, Guido de Canali, Vitalis Michael, et Belletus Iustinianus, ambaxatores magnifici domini Petri Gradonico ducis, et communis Venetiarum, est hec: Quoniam ipsi esponunt cum inclinatione, et omni reverentia, et honore, quod predicti dux, commune, 45 et homines Venetiarum, exultationem et ineffabile gaudium habuerunt et habent de promotione eiusdem domini imperatoris, et eius prosperitate, et suo adventu ad partes Lombardie, et ad omnem eius exaltationem, et consolationem maiestatis ipsius. Et item ha- 1311. Ian. 20.

1) Susa, ut videtur. a) extit c.

1311. Ian. 20. bent recomendare, et recomendant eosdem ducem, et commune Venetiarum, et totum eorum ducatum ad summam maiestatem, et culmen imperiale domini imperatoris predicti; et item habent offere, et offerunt predictos ducem, et commune Venetiarum, et totum ducatum eorum ad exaltationem, et gloriam sui imperialis culminis, et honorem; et postremo habent supplicare, et supplicant, ut idem dominus imperator habeat commendata facta predictorum ducis, et communis Venetiarum, que habent facere in Romana curia cum domino papa, occasione Ferrarie; et quod ipsi domino imperatori placeat super inde scribere domino pape, sicut sue serenitati videbitur expedire.

Data fuit die 20. Ianuarii in vesperis.

1311.

STATUS LOMBARDIAE.

Notitiam de statu curiae regiae et Lombardiae tempore legationis Venetae, ex Commemoriali T. I. fol. **381.** *proponere iuvat.*

Regina vocatur Catherina.
Episcopus Zibonensis, sive de Geneua, vocatur Aymo.
Dominus Ugo Delphynus dominus de Folzogni.
Dominus Balduinus archiepiscopus Treverensis, frater regis.
Dominus Valravius, frater dicti regis.
Dominus Amedeus comes Sabaudie, factus vicarius generalis totius Lombardie.
Dominus Guido de Flandre, marescalcus regis.
Dominus frater Gandolphinus, preceptor Alemanorum in Franconia.
Dominus Guido de Delphinis.

Omnes de consilio regis, et dominus Gerardus episcopus Constantiensis.
Dominus Tibaldus episcopus Leodiensis de Loge.
Dominus Henricus episcopus Tridentinus, cancellarius.
Dominus Gerardus episcopus Basiliensis.

Nomina vicariorum positorum per imperatorem in terris infrascriptis Lombardie.
In Mediolano dominum Nicolaum de Bonsegnor de Sevis.
In Bergamo dominum Petrum de Aymorino.
In Brixia dominum Albertum de Rovoliono de castro Barcho.
In Cremona dominum Franciscum marcionem de Cauresano.
In Parma dominum Guidonem de Cuchinario de Monferrà.
In Regio dominum Spinetam de marchionibus Malaspinis.
In Mutina dominum Loste de Vercelensibus de Pistorio.
In Placentia unum militem de Florentia, nomine Lambertum Cipriani.
In Papia dominum Manfredum Grillum de Ianua.
In Tortona dominum Marchixetum marchionem de Malaspinis.
In Aste dominum Thomasinum de Grisola de Parma.
In Verona dominum Vanni Zeni de Pisis.
In Mantua dominum Lappum Farinatam de Ubertis de Florentia.
In Yvania et Cavavosa dominum Ioannem de sancto Laurentio.
Vicarius generalis per totam Lombardiam est dominus Aymerus comes Sabaudie cognatus imperatoris, et debet habere sub se mille quingentos equites armorum bene montatos ultramontanos, et debet poni talia ad substinendum ipsos equites per omnes terras Lombardie.
In Cher dominum Ugolinum de Vico de Florentia.
Casalis datus est comiti Philippono.
In Crema dominum Ottolinum de Sorisina de Mediolano.
In Burgo sancti Donini, dominum Thomam Pellizonum.
In Laude dominum Iacobum de Bachesello.

1311.

In Comis dominum Ioannem Torinum de Vales.
In Vercelis dominum Ugonem de Brixiacho.
In Novaria dominum Albertum Malosellum de Iania.
In Valchamunega dominum Ioannem de Crema.
5 In Modocia dominum Thomam de Plodono.
In Razolo dominum Andeluzum de Parma.

TRACTATUS CUM REGE FRANCIAE.

1310. 1311.

Acta ad eos pertinentia praecipua Leibnitio debemus, qui ea in Codice iuris gentium T. I. p. 59 *sqq. publici iuris fecit.*

POTESTAS REGIS.

10 — 1310. Apr. 26.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Notum sit omnibus, quod nos nobilem virum Iohannem de Flandria comitem Namurcensem fidelem et consanguineum nostrum dilectum, Simonem de Marvilla legum professorem tesaurarium Metensem, magistrum Henricum de Geldon. et Albericum de Faucheriis, clericos et dilectos nostros, et ipsorum quemlibet in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis, nostros facimus constituimus et ordinamus veros legitimos et indubitatos procuratores et nuntios speciales ad compromittendum pro nobis nomine nostro, cum magnifico principe Philippo rege Francorum illustri amico nostro carissimo, super omnibus questionibus seu discordiis motis et movendis tam per nos et predecessores nostros Romanorum reges contra predictum regem Francie et suos in regno predecessores, quam per ipsum et predecessores suos contra nos et predecessores nostros predictos, quacunque occasione seu causa; nec non ad tractandum seu ordinandum super mutuis amicitiis et confoederationibus inter nos ex una parte et dictum regem Francie ac successores suos in regno ex altera contrahendis; et super quibuscunque aliis negotiis nos et regnum nostrum ex una parte, et dictum regem et suum regnum ex altera tangentibus, et etiam super comitatu Burgundie ratione Philippi nati ipsius regis et Iohanne consortis eiusdem; ac dictum compromissum predictosque tractatus et ordinationes perficiendi, firmandi et complendi, nosque et regnum nostrum obligandi pro premissis, compromisso, tractatibus et ordinationibus firmandis, tam per iuramenta, quam alia, tenendis complendis et a nobis et a nostris inviolabiliter observandis; et faciendi supra premissa et quodlibet premissorum, quicquid veri et legitimi procuratores possent facere in promissis; dantes eisdem procuratoribus nostris seu nuntiis specialibus et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis, speciale mandatum, nec non plenam generalem et liberam potestatem in premissis et premissa tangentibus ac quomodolibet pertinentibus ad premissa; promittentes bona fide, nos ratum gratum et firmum nunc et in perpetuum habituros, quidquid per dictos procuratores et eorum quemlibet in solidum in promissis et quolibet eorundem et dependentibus ab eisdem factum, compromissum, tractatum, ordinatum, confederatum et obligatum est, firmatumque iuramento vel erit aut fuerit in futurum seu etiam procuratum. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Thuregi, 6. Kalendas Maii, indictione 8. anno Domini 1310, regni vero nostri anno 2.

CONVENTIO.

1311. Ian. 23.

45 A tous ceux qui verront ces presentes, salut en nostre seigneur. Sçavoir faisons à tous, que nous scachans certainement, et attendans les tres grandes amitiez et affections,

1311. Ian. 23. que nos seigneurs ont eues ensemble par tout le temps passé, et ont à present le grand desir encores et la grand volonté, en quoy ils sont, que les dites amitiez puissent perseverer et durer à tousjours; regardant de rechef, que par l'union de l'amitié et par vraye pure et leale alliance d'amour qui soit faicte d'entr'eux, apparent clairement et se peuvent ensuivre tres grans biens, grans profits et honneurs, non pas tant seulement 5 aux roys dessusdits et à leurs royaumes, mais avec ce à toute la chrestienté.

2. Nous qui quant à toutes ces choses dessusdictes, et à chacune d'icelles, faire, traicter, ordonner et accorder avons plein pouvoir, mandement et autorité de nos devant dicts seigneurs au nom d'iceux pour eux et pour leus successeurs selon ce qui est y dessoubz escrit, et au nom de leurs royaumes avons faict, traicté, ordonné et accordé 10 ensemble, faisons, ordonnons, traictons et accordons, que de ce que li uns desdicts seigneurs leurs predecesseurs ou leurs gens auront surpris sus le royaume de l'autre, ils prendront six personnes grans gens et preudes hommes, autant d'une partie comme d'autre, qui enquerront et cognoistront desdictes surprises, en quelque partie que ce soit des royaumes; et auront pouvoir de declarer et determiner ce qui sera trouvé par 15 eux; et s'il advenoit, qu'aucun des preudes hommes moumust, cil qui li auroit mis en mettroit ung autre en tel lieu de luy, qui auroit un tel pouvoir, comme cil, qui mort seroit avoit; et se les six dicts preud' hommes estoient à descord, ils de leur commun assentement à accord esliroient un septiesme, et la ou li trois de six seroient avec le septiesme, li quatre en determineroient, et seroit tenu en ce, que ils en feroient; et 20 durera leur pouvoir iusques à cinq ans tant comme aux surprises, que ils auroient trouvées, dont ils seroient chargié.

3. Et se il avenoit, que aucunes surprises se feissent de nouveau cas, pour ce ne mouvroient pas lesdits deux seigneurs guerre l'un à l'autre; mais en corps en connoistroient et determineroient ceux qui par eux seroient avant pris pour cognoistre desdits 25 besoignes; ne pour les surprises qui faictes seroient pour le temps passé, ne pourroient mouvoir ne faire guerre lesdicts deux seigneurs l'un à l'autre; tant comme cil, qui l'en diroit, qu'ils auroient faictes lesdites surprises, seroit appareliez de faire raison l'un à l'autre par grans et bonnes gens, qui mis y seroient d'une partie et d'autre, autant d'une partie comme de l'autre, et se cil, qui mis y seroient, ne pouvoient accorder, 30 ils prendroient un moien tiers ou cinquiesme ou septiesme, si comme dessus est dict. Et seront tenus chacun des deux seigneurs à contraindre ceux, qu'ils auroient esleuz pour leur partie d'aller avant, ou determiner sur ces besognes, et se les personnes esleues n'estoient à accord, chacun des deux seigneurs contraindroit ceux de sa partie à eslire le tiers, le cinquiesme ou le septiesme moien, pour eux accorder en la maniere 35 dessusdicte.

4. Item nous ez noms dessudicts avons faict, ordonné et accordé ensemble, que li uns desdicts seigneurs ne surprendra sur le royaume de l'autre ne fera surprendre à son escient, et que ils le promettront l'un à l'autre en bonne foy. Item nous avons traicté, ordonné et accordé ensemble, que li uns sera bon à l'autre sans fraude et sans 40 malice à quelque estat que il viegne contre tous, exceptée l'eglise de Rome, et que li un n'empeschera l'honneur, l'essencement, le droict, ne le proffit de l'autre en quelque maniere que ce soit. Item que li un ne pourchassera à l'autre mal grief, ne nuissance en nulle maniere, que il le puisse sçavoir ne connoistre; ains plaira l'honneur et le proffit de l'un à l'autre, et seront aidant et confortant l'un à l'autre contre tous excep- 45 tée l'eglise de Rome. Item nous ez noms de nos seigneurs dessusdicts et pour eux avons traicté, ordonné et accordé ensemble, que se ledict roy d'Allemagne estoit empereur, et il vouloit mettre en roy en Allemagne ou aillieurs la ou il pouist faire, ez aisles ou ez frontieres du royaume de France; il les feroit convenientier et jurer, que ils seroient bienveillans du roy de France ou alliez à luy, et que ils garderoient et ten- 50 droient les alliances et toutes les choses dessusdictes. Et encore se il y faisoit ou mettoit duc, comte, prince ou autres grans gouverneurs et administrateurs, il les feroit promettre ou jurer à estre bienveillans du roy de France, et à tenir les alliances dessus dictes et toutes les autres choses cy dessus accordeés. Et en cette mesme maniere le feroit le roy de France, se il en mettoit ez frontieres du royaume d'Allemagne, et se- 55 roit aussi alliez aux roys, que ledit roy d'Allemagne, qui ores est, qui seroit empereur, auroit mis en Allemagne ou ailleurs es frontieres du royaume de France. Et

1311. Ian. 23.

pour ce ne demeurroit, que le roy d'Allemagne, qui ores est, qui seroit empereur, ne fut tenu à garder au roy de France et à ses successeurs l'alliance, l'amour et toutes les choses dessusdictes et chacune d'icelles, et le roy de France et ses successeurs, audit roy d'Allemagne, que y cil empereur auroit promis.

5 5. Item nous ez noms dessusdicts et pour eux avons traicté ordonné et accordé, que ledit roy d'Allemagne recevra monsieur Philippes fils du roy de France comme comte de Bourgogne en son hommage plenement et clerement comme dou droict dou dict monsieur de la comté de Bourgogne, de ce et tout en la maniere que ses devanciers, et en enfourmera cil monsieur P. le roy d'Allemagne au jour de la veue, qui 10 se doict faire par lettres ou par tesmoins; en maniere, qu'il debvra souffire au regard de messire Louys comte d'Evreux et de messire Jean comte de Naymur; et sera sur ces dits messire d'Evreux et de Naymur à regarder et ordonner, quelle ayde ledit monsieur P. fera audit roy d'Allemagne pour son voyage de outre les mons, et quieules graces ledit roy d'Allemagne fera audit monsieur P. et en determineront au jour de la veue; 15 et donra le roy d'Allemagne ses lettres ouvertes audict monsieur P. que il le donra toute la faveur, que il pourra sans soy meffaire, en gardant audict monsieur P. sa comté de Bourgogne. Item il est traicté de nous ordonné et accordé es noms dessusdicts, que li roy d'Allemagne met ledit sieur P. en sa souffrance, se que ledit monsieur P. y est de maintenant jusques au jour de la veue, et se ladite veue ne se feroit, si de-20 meure lys monsieur P. en la souffrance du roy d'Allemagne jusques à sa volonté, et donra ly roy d'Allemagne audit monsieur P. jour souffisant et convenable; et se lettres apparent de luy, c'est à entendre lettres du roy d'Allemagne, le tendra toutes ces choses dessusdites et chacune d'icelles, sy comme elles sont y dessus escriptes, traictées, ordonnées et accordées.

25 6. Nous considerans les grands biens, et les grans proffits, qui par les alliances et les choses devant traictées peuvent venir et venront, à l'aide de Dieu, qui tous les rois adreite, et les royaumes a en son gouvernement, non seulement aux roys et aux royaumes dessusdits, mais generamment à toute la chrestienté, avons icelles alliances et toutes les choses devant dites ez noms de nos seigneurs les roys dessusdits et pour eux 30 faictes, traictées, ordonnées et accordées, faisons, ordonnons, traictons et accordons, et par le povoir et par l'auctorité que nous avons d'iceux, loons et approuvons, et icelles et chacune d'elles promettons pour eux et en leur nom, par foy nostre baillée corporellement les uns aux autres, et jurons ez ame, dessus saincts euangiles à tenir et garder à tousjours perpetuellement, entheriner et accomplir loyaument et fer-35 mement, sans venir allencontre par quelque maniere que ce soit, en tout ne en partie. En tesmoing de laquelle chose nous avons mis nos sceaux en ces presentes lettres. La teneur de la procuration que nous Loys de Clermont et Pierre arcediacre dessusdicts avons dudict nostre seigneur le roy de France est telle:

7. Philippus Dei gratia Francie rex, universis presentes litteras inspecturis salutem. 40 Notum facimus, quod nos carissimum consanguineum et fidelem nostrum Ludovicum de Claremonte camerarium Francie, et dilectum et fidelem clericum nostrum magistrum P. de Latilliaco archidiaconum Cathalanensem et ipsorum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, nostros facimus, constituimus et ordinamus veros legitimos et indubitatos procuratores et nuntios speciales ad compromittendum pro 45 nobis et nomine nostro cum magnifico principe Henrico rege Romanorum semper augusto illustri, amico nostro carissimo, super omnibus questionibus seu discordiis motis et movendis tam per nos et predecessores nostros Francie reges contra predictum regem Romanorum et suos in regno predecessores, quam per ipsum et predecessores suos contra nos et predecessores nostros predictos quacunque occasione vel causa; nec non ad tractandum 50 et ordinandum super mutuis amicitiis et confederationibus inter nos ex una parte, et dictum regem Romanorum ac successores suos in regno ex altera contrahendis; et super quibuscunque aliis negotiis nos et regnum nostrum ex una parte, et dictum regem et regnum suum ex altera tangentibus; et etiam super comitatu Burgundie ratione Philippi nati nostri carissimi ac Ioanne consortis eiusdem ac dictum compromissum predictosque 55 tractatus et ordinationes perficiendi, firmandi et complendi, nosque et regnum nostrum obligandi pro premissis, compromisso, tractatibus et ordinationibus firmandis tam per iuramenta, quam alia, tenendis complendis et a nobis et nostris inviolabiliter observan-

1311. Ian. 23. dis; et faciendi super premissis et quolibet premissorum, quicquid veri et legitimi procuratores possent facere in premissis; dantes eisdem procuratoribus nostris seu nuntiis specialibus [a], et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis, speciale [b] mandatum, nec non plenam, generalem et liberam potestatem in premissis et premissa tangentibus de quomodolibet pertinentibus ad premissa, promittentes bona fide, nos ratum, gratum et firmum nunc et in perpetuum habituros, quicquid per predictos procuratores [aut] ab eorum quolibet in solidum in premissis et quolibet eorumdem et dependentibus ab eisdem factum, compromissum, tractatum, ordinatum et confederatum, et obligatum firmatumque iuramento vel alias et fuerit in futurum, seu etiam procuratum. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum apud Livriacum, 23. die Ianuarii, anno Domini 1310.

Febr. 14.

POTESTAS PHILIPPI IV.

Philippus Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, quod nos dilectos et fideles nostros, episcopum Baiocensem, magistrum Gaufridum de Plecyo electum Ebroicensem, religiosum virum P. abbatem sancti Medardi Suessionensis, magistrum Alanum de Lambania archidiaconum Evroicensem, magistrum Ioannem Forgeti canonicum Claramontanum, ac Ingranum de Marrigno cambellanum nostrum, Guillelmum de Plisiano et Petrum de Galardo milites; et eorum quinque, quatuor, tres aut duos in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis; nostros facimus constituimus et ordinamus veros legitimos et indubitatos procuratores et nuntios speciales, ad compromittendum pro nobis et nomine nostro cum magnifico principe Henrico rege Romanorum semper augusto, illustri amico nostro carissimo, super omnibus questionibus seu discordiis motis vel movendis, vel que moveri potuissent, tam per nos vel predecessores nostros Francie reges contra regem predictum Romanorum et suos predecessores in regno, quam per ipsum et predecessores suos ratione regni Romanorum velut imperii contra nos et predecessores nostros predictos quacunque occasione seu causa; nec non ad tractandum seu ordinandum super mutuis amicitiis et confederationibus inter nos ex una parte, et dictum regem Romanorum, etiam si ad coronam imperii devenire contingat, ac successores suos in regno predicto velut etiam in imperio ex altera, contrahendis: ad probandum insuper et ratiffιcandum pro nobis et nomine nostro compromissum, tractatus, confederationes, amicitias et conventiones, habitos, interpositos seu factos inter carissimum consanguineum nostrum Ludovicum ex Claromonte cambellarium Francie, ac dilectissimum et fidelem clericum nostrum magistrum Petrum de Latiliaco archidiaconum Cathalanensem procuratores nostros, pro nobis et nomine nostro, et nobilem virum Iohannem de Flandria comitem Namurcensem militem, magistrum Simonem de Marvilla legum professorem thesaurarium Metensem, magistrum Henricum de Geldon. et Albertum de Foucheriis, clericos, procuratores regis Romanorum predicti, eius nomine et pro eo; novos etiam tractatus, confederationes, amicitias et conventiones iniendi, confirmandi et concordandi mutuo, inter nos successores nostros regis Francie ratione regni nostri ex parte una, dictumque regem et successores suos in dicto regno Romanorum ratione eiusdem regni seu imperii ex altera; etiam temporibus si eis expediens videatur, addendo, minuendo vel mutando, et super quibuscumque negotiis nos et regnum nostrum ex una parte, ac dictum regem et regnum ex altera tangentibus; et etiam super comitatu Burgundie ratione Philippi nati nostri carissimi et Iohanne consortis eiusdem; ac dictum compromissum pro eoque tractatus, confederationes, amicitias, conventiones et ordinationes perficiendi firmandi et complendi, nosque et regnum nostrum obligandi pro premissis compromisso, tractatibus et ordinationibus firmandis, tam per iuramenta, quam aliter; tenendis complendis et a nobis et nostris inviolabiliter observandis; et faciendi super premissis et quolibet premissorum, quicquid veri legitimi procuratores facere possent in premissis; dantes eisdem procuratoribus nominatis quinque vel quatuor aut tribus vel duobus ex ipsis in solidum speciale mandatum, plenam generalem et liberam potestatem in premissis et ea tangentibus, et quomodolibet pertinentibus ad premissa; et promittentes bona fide, nos ratum gratum et firmum nunc et in perpetuum

a) *ita correxi;* episcopalibus *ed.* b) *ita correxi;* episcopale *ed.*

habituros, quicquid per dictos procuratores nostros aut quinque seu quatuor vel tres aut duos ex ipsis in solidum, in premissis et quolibet eorumdem et dependentiis ab eisdem, factum, compromissum, tractatum, ordinatum, confederatum et obligatum firmatumque iuramento aut alias seu etiam procuratum fuerit in futurum. In cuius testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

1311. Febr. 14.

Actum apud Fontem Bliandi, die 14. Februarii, anno Domini 1310.

FOEDUS.

Iun. 17. Sept. 23.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, quod cum inter dilectos et fideles Ioannem de Flandria comitem Namurcensem consanguineum nostrum carissimum, et magistrum Simonem de Marvilla thesaurarium Metensem, nuntios et procuratores nostros ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos pro nobis et nomine nostro ex una parte; et Ludovicum primogenitum nobilis viri Roberti comitis de Claromonte camerarium Francie consanguineum nostrum dilectum, et magistrum Petrum de Latilliaco archidiaconum Cathalanensem, nuntios et procuratores magnifici principis Philippi regis Francie illustris, amici nostri charissimi, habentes ab ipso rege ad ea que sequuntur sufficiens et speciale mandatum nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera; habita inita et conventa fuerint inter nos et dictum regem et regna nostra super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque, unionis et mutue amicitie federa, confederationes, conventiones et pacta; prout in litteris inde confectis et nuntiorum ac procuratorum predictorum, nostrorum videlicet et prefati regis sigillorum appensione munitis, quarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt conscripti plenius continetur; nos considerantes utilitates et commoda, que non solum nobis et regi prefato et regnis et terris nostris ac regis eiusdem, verum etiam sacrosancte Romane matris nostre ac universalis ecclesie statui et honori, totique rei publice christiane, ac precipue negotio Terre Sancte, ad eius promotionem celerem, et felicem pro desideriis nostris successum, possent multipliciter provenire; unionem, federa et confederationes, conventiones et pacta, ac omnes et singulos articulos eorumdem, sicut in litteris supra dictis plenius et expresse continentur, pro nobis, regno et terris nostris, approbamus, laudamus, volumus, ratificamus et firmamus expresse, ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis imposterum, per Amadeum principem et comitem Sabaudie fidelem et affinem nostrum carissimum, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum prestari facimus, tibique Bernardo de Mercato de Penna publico notario nomine et vice dicti regis ac pro eo et quibuslibet aliis quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, legitime stipulanti sub legitima et solemni stipulatione promittimus, quod infra quatuor menses, postquam nos ad imperialis dignitatis fastigium Deo auspice contigerit esse promotos, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta, ac omnes et singulos articulos eorumdem, prout in predictis litteris plenius et expressius exprimentur, approbabimus, laudabimus, volumus, ratifficamus, et auctoritate imperiali curabimus confirmare, ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum prestari nihilominus faciemus, et concedemus super his eidem regi, gentibus, nuntiis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis, quatuor paria litterarum bulla aurea cum imperialis impressione typarii munitarum. Tenores autem litterarum nuntiorum et procuratorum predictorum nostrorum et dicti regis super unione, federibus, confederationibus et pactis predictis, ut premittitur confectarum tales sunt:

post quos *ed.*

„A tous ceux, qui verront ces presentes lettres, salut en nostre seigneur. Sçavoir faisons à tous, que nous sçachans certainement et attendant les grans amitiez et affections, que nos devant nommez roys ont eues ensemble par tout le temps passé, et ont à present; le grand desir et la grande volonté, en quoy ils sont, que les dites amitiez puissent perseverer et durer à tousjours; regardans derechef, que par l' union de la ditte amitié, et par vraye, pure et loyale alliance d'amour, qui soit faicté entreux à present,

1311. Sept. 23. clairement se peuvent ensuire plus grans biens grans proffits et honneurs, non pas tant seulement aux roys dessusdicts et à leurs royaumes, mais avec ce à toute la chrestienté; nous qui quant à toutes ces choses dessus dites, et à chacune d'icelles, faire, traicter, ordonner et accorder avons plein povoir, mandement et auctorité de nos devant dits seigneurs au nom d'iceux, pour eux, ou pour leur successeurs selon ce qu'il est cy des- 5 soubs escrit, et au nom de leur royaumes; avons faict, traicté, ordonné et accordé ensemble, faisons, traictons, ordonnons et accordons les choses, qui s'ensuivent. etc.

Item nous avons traicté, ordonné et accordé, que li uns sera bon amy à l'autre sans fraude et sans malice, en quelque estat qu'il viegne, contre tous, excepté l'eglise de Rome, et que li uns n'empeschera l'honneur, l'avancement, le droict, ne le proffict de 10 l'autre en quelque maniere, que ce soit. Item que li uns ne pourchassera à l'autre mal griefz ne nuisance en nulle maniere, que ille puisse sçavoir ne cognoistre, ains plaira l'honneur et le proffit de l'un à l'autre, et seront aydant et confortant l'un à l'autre contre tous excepté l'eglise de Rome.

Item nous ez noms de nos seigneurs dessusdicts et pour eux avons traicté, or- 15 donné et accordé ensemble, que si ledict roy d'Allemagne estoit empereur, et il vouloit mettre roy en Allemagne ou ailleurs la ou il le pouvist faire et ez frontieres dou royaume de France, il le feroit convenancier et iurer, que ils seroient bienveillans du roy de France et alliez à luy, et que ilz garderoient et tendroient les alliances et toutes les choses dessus dictes. Et encores se il y faisoit ou mettoit duc, comte ou prince, 20 ou autres grans gouverneurs ou administrateurs, il les feroit promettre et jurer à cette bienveillance du roy de France, et à tenir les alliances dessus dictes, et toutes les choses y dessus accordées; et en cette mesme maniere le feroit le roy de France, si en estoit mis ez frontieres du royaume d'Allemagne, et seroit enfin alliez aux roys, que ledit roy d'Allemagne, qui ores est, qui seroit empereur, auroit mis en Allemagne ou 25 ailleurs ez frontieres du royaume de France.

Et pour ce demourrant, par que le roy d'Allemagne, qui ores est, qui seroit empereur, fust tenu à garder au roy de France ou à ses successeurs l'alliance, l'amour, toutes ces choses dessus dictes et chacune d'icelles; et le roy de France et ses successeurs audict roy d'Allemagne, qui y cil empereur auroit povoir, toutes ces choses des- 30 sus escrites, traictées, ordonnées et accordées; nous considerans les grans biens et les grans proffits, que pour les alliances et les choses devant traictées et accordées peuvent venir et venront à l'aide de Dieu, qui tous les roys addreice, et les royaumes a en son gouvernement, non seulement aux roys et aux royaumes dessus dits, mais generalement à toute la chrestienté; avons icelles alliances et toutes les choses devant dictes ez noms 35 de nos seigneurs les roys dessus dicts et pour eux, faictes, traictées, ordonnées et accordées, faisons, traictons, ordonnons et accordons, et par le pouvoir et par l'auctorité, que nous avons d'iceux, loons et approuvons, et icelle et chacune d'elles promettons pour eux et en leur nom par nostre foy baillée corporamment les uns aux autres, et jurons ez ames d'eux sur saincts evangiles à tenir, garder à tousjours, perpetuellement entretenir 40 et accomplir loyaument et fermement, sans venir à l'encontre par quelconque maniere que ce soit en tout ne en partie. En tesmoing de laquelle chose nous avons mis nos sceaux en ces presentes lettres escriptes soubs nos seings, a Paris l'an de grace mil trois cents et dix, le Vendredy aprés la nativité saint Jean baptiste."

In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium presentibus litteris, 45 quas in presentem formam redigi et signari mandavimus, per supra dictum Bernardum notarium nostrum, maiestatis nostre una cum sigillo notarii fecimus apponi sigillum.

Actum in castris ante Bressiam in loco habitationis nostre, presentibus dilectis et fidelibus nostris Heinrico Dei gratia episcopo Tridentino cancellario nostro, Guidone de Flandria, Alardo domino de Rombaix, et magistro Alberico de Foucheriis clerico et the- 50 saurario nostro, testibus ad premissa vocatis et rogatis, anno Domini 1311, indictione 9, die 23. mensis Septembris, et regni nostri anno 3.

LITTERAE DE COMITIVA AD CORONATIONEM ROMANAM.

1311.

Prodeunt hic ex Commemoriali T. I. fol. 396.

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus, egregio viro Marino Georgio duci Venetiarum sincere sibi dilecto, gratiam suam et omne bonum. Quia Deo favente proposito[b], ad imperialis nostre coronationis sollempnia[c] cum honoribus coniugis peragenda procedere disponimus ad Urbem qualibet sine mora, sinceritatem tuam hortamur attente, in fidei debito, quo nobis et imperio astringeris, firmiter te monentes, quatenus ad nos, visis presentibus, omni occasione cessante, laudabilem comitivam, que nostrum et tuum honorem deceat, ad associandum maiestatem regiam ad coronationem nostram predictam non differas destinare; que die Iovis post festum beati Luce euangeliste in civitate Ianue sit nobiscum personaliter constituta.

Oct. 5.

Data Cremone tertio Nonas Octubris, regni nostri anno 3.

a) Haenricus *codex.* b) preposito *c.* a) solepnia *c.*

EDICTUM DE MONETA ITALIAE.

1311. Oct. 17.

Prodiit in Argelati libro de monetis Italiae T. II. pag. 263. *confirmatio edicti sequentis, a Bertholdo, vicario generali Ludowici IV. imp. in Italia, Mediolani a.* 1323. *ind.* 6. *die* 26. *Iulii edita.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nos pro monetis nostris per nos de novo ordinatis fabricandis et cudendis in Italia, ordinavimus cum operariis et monetariis nostri imperii de Italia, iuratis nostris, tam super braczeagio[1] et labore suo, quam super libertatibus et franchisiis, quas ipsos operarios et monetarios habere volumus, ut inferius continetur:

In primis quod operarii debent habere pro operagio denariorum qui dicuntur imperiales, de quolibet peso viginti marcharum et ontiarum duarum, decem solidos et decem denarios imperialium nostre nove monete, et ultra carbonem; et de dicto peso poterint facere duas marchas et dimidiam cisalie[2], et si ultra dictas duas marchas et dimidiam cisalie facerent, debet detrahi illud superfluum de suo operagio. Et debent tagliare monetas predictas tali modo, quod in duabus ontiis non sint plures quam tres denarii fortes, ac tres debiles; et si plures adessent, eos non tenentur magistri recipere, donec ipsi operarii emendaverint, et eos posuerint ad suum rectum punctum, et ibi debet esse tantum de fortibus, quantum erit de debilibus, et debent recipere ad punctum, et reddere ad punctum.

Item debent habere de operagio monete grosse argenti, de peso viginti marcharum et duarum ontiarum, decem solidos et decem denarios imperialium monete nostre parve, et debent facere cisaliam sicut dictum est supra de parva moneta, et recipere ad punctum, et reddere ad punctum, et taliare monetam tali modo, quod nullus de predictis denariis erit fortior vel debilior suo iusto pondere ultra granum.

Item dicti operarii de quolibet centenario denariorum auri debent habere pro operagio quinque solidos denariorum monete nostre parve supradicte, et debent recipere ad punctum, et reddere ad punctum, et eos taliare debent tali modo, quod nullus de dictis denariis erit debilior vel fortior suo iusto pondere ultra dimidium granum.

1) impensae in cudenda moneta; gallice *brassage.* 2) ramenta; gallice *cisaille.*

1311. Oct. 17.

Item monetarii debent habere de sex marchis tresdecim denarios imperialium parvorum pro monetagio monete nostre parve, et grosse, videlicet tantum de una, quantum de alia.

De monetagio vero monete auri, debent habere de quolibet centenario denariorum auri, viginti denarios imperialium parve monete supradicte, et debent recipere ad punctum, et reddere ad punctum; et debent et tenentur dicti operarii et monetarii venire operari et monetari in dictis monetis nostris, usque ad sufficiens fornimentum sive complimentum ipsarum monetarum, ad expensas proprias.

Nos vero non debemus modo in antea, nec alius nostro nomine, facere aliquos operarios sive monetarios, quamdiu ipsi legaliter et sufficienter furnient et complebunt opus predictum, et ea que ad officia sua predicta pertinent in monetis, et pro monetis nostris predictis.

Item non debent dicti operarii et monetarii petere a nobis, sive a magistris monetarum nostrarum, aliud donum sive avantagium aliqua causa, preterquam suum iustum salarium superius ordinatum.

Quocirca volens maiestas nostra Richardum Hugeniti de Florentia familiarem nostrum, et sopravisorem et ordinatorem dictarum monetarum nostrarum, et Abbizionem filium quondam Cavi de Florentia, magistrum dictarum monetarum, et omnibus operariis et monetariis iuratis nostri imperii in provincia Italie, ac eorum socios, quos de communi eorum assensu et voluntate habere voluerint, qui habent et iam acquisierint sibi ius operandi et monetandi et gaudendi privilegiis monetarum, et non alios, solita dignitatis sue debita gratia non privari, sed potius gratulari esse sibi benevolentiam nostri culminis ampliatam, prefatis magistris, operariis et monetariis, ac eorum sociis, et cuilibet eorum ut supradictum est, privilegium immunitatis et franchisie ubilibet Romani imperii duximus concedendum; ita quod a modo in antea usque in perpetuum, operando et non operando ad dictas monetas, dum tamen parati sint venire operari ad[a] monetas nostras, et ipsas furnire, ut superius dictum est, et per eos non stet, non teneantur nec compelli possint ullo modo per aliquos presides, rectores, aut universitates, magistratum, sive dignitatem, vel personam aliquam alicubi Romani imperii requiri seu compelli, ad solvendum aut ad sustinendum aliquod fodrum, talium, impositionem, datium, theloneum, seu mutam, passagium, vel pontagium: nec etiam ad eundum vel mittendum pro se ad aliquot[b] exercitus, seu cavalcatas, vel cernutas[c], nec ad subeundum aliquod aliud onus reale vel personale a modo in antea perpetuo imponendum; sed ab omnibus oneribus ubilibet Romani imperii publicis et privatis volumus et iubemus eos perpetuo liberos et immunes et penitus absolutos.

Preterea statuimus et iubemus, quod nullus eorum teneatur alicui de se conquerenti ubilibet Romani imperii quavis occasione in civili aut in criminali, nisi solummodo coram magistris et prepositis eorum, presidibus imperialis monete, de iustitia respondere; excepto de homicidio, raptu virginum, robaria[d], seu schacco, quibus casibus teneantur subire suorum iudicum iudicium et examen.

Insuper volumus, quod omnes officiales et familiares, qui erunt ad servitium nostrarum monetarum, dum erunt officiales et familiares, gaudeant et fruantur in omnibus eisdem privilegiis.

Quapropter precipiendo et monendo mandamus omnibus et singulis presidibus et rectoribus ubilibet Romani imperii, iustitiariis, universitatibus, magistratibus et dignitatibus, et omnibus aliis iusdicentibus, cuiuscumque status et conditionis existant, presentibus et futuris, quatenus hanc nostre immunitatis gratiam non audeant nec presumant aliquatenus violare, aut eius seriei in aliquo contraire, sub pena indignationis nostre, ac ponderis argenti persolvendi ad nostre arbitrium voluntatis. In cuius rei testimonium presentes litteras supradictis magistris operariis et monetariis dari iussimus, et sigilli maiestatis nostre appensione muniri.

Dat. Derthone, 16. Calendas Novembris, anno Domini 1311. indictione 10. regni nostri anno 3.

a) *ita corrigendum videtur;* ac *ed.* b) aliquos *legendum videtur.* c) *i. q.* cernita? *deliberatio publica.* d) *germanice* raub.

BANNITIO FLORENTIAE.

1311.

Edita est a Lamio in Deliciis eruditorum T. IV. pag. 200. sqq. sed haud raro ita corrupta, ut nonnullis in locis ab emendando textu abstinendum esset.

5 ## CITATIO.

Nov. 20.

In eterni omnipotentis Dei nomine amen. Harum presentium serie litterarum cunctis legentibus necnon audientibus appareat evidenter, quod fama vulgari et notoria precedente, ac multorum veridica relatione ferente, pervenit ad audientiam serenissimi principis domini Henrici, Dei gratia Romanorum regis semper augusti, quod Florenti-
10 norum effrenata temeritas ac superbia eorumdem incitata contra ipsam regiam maiestatem ac sacrum Romanum imperium, non verens, gravibus et enormibus iniuriis, et contumeliis, et excessibus tam graviter quam enormiter ipsam maiestatem ledere, non cessavit diutius et crebro non cessat; propter quod exemplo Christi, cuius vicem ipsa regalis dignitas in terris circa temporalia noscitur obtinere, nolens graves hasce iniurias,
15 contumelias, et offensas, prout infra serio declaratur, sub silentio pertransire, descendit, et descendere intendit ad veritatis indaginem, si opere compleverint quod testis ipsa fama denunciat. Sane ipsorum dura protervia non attendens quemadmodum sit grave, tantam maiestatem offendere temporalem, non habentes Deum pre oculis, tamquam inobedientie filii scelera criminibus accumulant. Et licet de ceteris ipsorum sceleribus sub
20 silentio et dissimulatione taceatur ad presens, multa misera gravissima que nullatenus videntur posse tergiversatione celari, graviter commiserunt. In primis quidem, quum per speciales nuntios et magne auctoritatis viros, Philippum Eistetensem [a] episcopum, Ludovicum de Sabaudia, Basianum de Guinisi legum professorem, ad partes [b] Tuscie, requisiti fuerunt Florentini predicti in consilio publico, quod removeretur seu removere
25 facerent exercitum, quem habebant super Arretinos fideles Romani imperii, ac etiam potestati et rectoribus dicti comunis Florentinorum preceptum foret per eosdem, et sepius, quod sub pena decem mille monetarum auri dictum exercitum facerent removeri, quod facere minime curaverunt, quinimo post preceptum prefatum deteriora fecerunt damna, vastationes, et incendia quam plurima committendo, in dedecus et contemptum ipsius
30 domini regis Guidonem della Turre de Mediolano, proditorem, rebellem, et fere bannitum ipsius domini regis et sacri Romani imperii, scienter et appensate receptantes contra voluntatem et mandatum eisdem Florentinis super hoc licteratorie destinatum; mandatumque vilipendentes ex toto. Preter hec etiam Florentini prefati scientes, Cremonenses fore inobedientes et rebelles sancti Romani imperii, requisiti ab eisdem Cremonen-
35 sibus, ut eisdem darent aliquem eorum civem in potestatem et rectorem, ut per eum possent gubernari, et manuteneri in rebellione predicta, quod minime facere recusarunt; quinimo Raynerium Marignani de Bondelmontibus eorum concivem in ipsorum potestatem seu rectorem concesserunt, et dederunt scienter, et appensate in grave preiudicium et iacturam prefati domini regis. Post hec speciales nuntios et magne auctorita-
40 tis viros dominum fratrem Nicholaum episcopum Lucerinum, et Pandolphum de Sabellis de felici genere Romanorum domini pape notarium, consiliarios ipsius regie maiestatis, ac etiam legatos ad Florentinos eosdem, ad alias civitates Tuscie et circumposite regionis, qui salutem et pacem zelabantur ipsorum, ex parte ipsius serenissimi principis, ut eosdem et alios monitione regis pacisci [c] miseratione piissima disponerent, ipsos et
45 alios subiectos Romano imperio debere esse pacificos et modestos; et ad hec per salutaria monumenta eos inducerent et dignarent directionibus opportunis. Sed ipsorum effrenata temeritas, et superba cupiditas more tyrannico satagens aliis dominari, nolentes Florentini prefato suavi iugo imperialis culminis eorum colla subiici pro bono pacis et tranquillitatis ipsorum et totius regionis iam dicte, sed potius voluntati rationem subii-
50 cientes, Pharaonis imitati duritiem, et obturantes more aspidis aures suas, elata obstinatione pacis et obedientie huiusmodi salubria monita more-predomiti equi viliter despexerunt, et huiusmodi despectione sola non contenti, eos aliis bonis et rebus ipsorum,

a) cisterciensem *ed.* b) *ita correxi;* presentes *ed.* c) pacifici?

1311. Nov. 20. quas secum portabant, nequiter spoliarunt seu spoliari fecerunt prope civitatem Florentie, eosque et familiares ipsorum gravibus contumeliis et offensis graviter affecerunt seu affici fecerunt, in grave dedecus et opprobrium ipsius regalis culminis ac sacri Romani imperii ac rei publice Romanorum. Quinimo quum essent Brixienses hostes ipsius regie maiestatis ac sacri Romani imperii, scienter et desiderate eisdem Brixiensibus sic in sua duritia et pertinacia commorantibus prebuerunt consilium auxilium et favorem, destinando eisdem magnam pecunie quantitatem, per quam potuissent in sua duritia permanere. His etiam non contenti, per civitatem eamdem publice, alta voce preconis, banniri fecerunt, quod unicuique licitum foret impune offendere in personis et rebus gentes illius, qui se gerit pro rege Alamannie, ipsum nolentes suum ac Romanorum regem aliquatenus adpellare, supprimentes ipsius veri nominis dignitatem in ipsius opprobrium et despectum. Preter hec etiam dominum Ludovicum de Sabaudia alme Urbis senatorem illustrem, per sacrosancte Romane ecclesie summum pontificem in ipsa senatoria dignitate solemniter confirmatum, ac per Romanum populum de mandato ipsius summi pontificis electum et solemniter nominatum, dicentes et adserentes senatori predicto per ipsius comunis litteras speciales eius reditum fore in ipsius iam dicti regis favorem, et statum, et propterea ipsum transitum facere per civitatem eamdem, eiusque districtum, nullatenus permittere intendebant. Coniurationem, et conspirationem, societatem, si societas dici posset, concorditer inierunt cum pluribus civitatibus et universitatibus provincie supradicte contra honorem et statum regie maiestatis, non recolentes in predictis verba Petri apostolorum principis: Estote subiecti omni creature propter Deum, sive regi tamquam precellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis. Sed eorum cecitas animis elevatis superbie cornibus venientes in malorum profundum circa supradicta, et quodlibet predictorum, ac circa plurima alia detestabilia, enormia, ac facinorosa, per que lese maiestatis crimen graviter incurrerunt. Et hec omnia fuerunt de anno proxime preterito, ac de anno presenti, super quibus omnibus, et singulis superius expressis, et nominatis, et in genere comprehensis, et aliis herentibus eisdem et dependentibus ab eisdem, idem dominus rex de plenitudine potestatis et auctoritatis regie, quum non possit absque gravi Christi offensa ipsorum iniquitates amplius tolerare, cogitur et intendit inquirere veritatem; et ipsum commune, et homines civitatis iam dicte eiusque districtus repertos culpabiles in predictis vel aliquo predictorum, debita pena et penis punire, et condemnare secundum sue voluntatis arbitrium, et secundum que tanta facinora tam gravia tamque detestabilia penarum exigunt ultionem; ita et taliter, quod ipsorum corrigatur nefanda temeritas et tradatur aliis in terris exemplum, et ne eorum penalis impunitas aliis incentivum tribuat delinquendi. Millesimo trecentesimo undecimo, indictione decima, die 20. mensis Novembris discreti et prudentes viri domini Petrus de Tuderto, et Bartholus de Spoleto, iudices maioris aule supradicti domini regis, habentes specialem commissionem, et delegationem, et plenariam potestatem ab ipso domino rege inquirendi et procedendi contra comune et homines civitatis Florentie eiusque districtus, super variis excessibus et delictis, prout in superiori inquisitione plenius continetur, ut de ipsa commissione, et delegatione, et plenaria potestate constat plenius per scripturam publice factam manu Thome notarii; considerantes, quod citatio fieri non possit commode de dicto communi et hominibus civitatis Florentie per nuncium, nec per litteras, metu mortis et corporis cruciatu, quem universaliter Florentini prefati inferrent et inferri possent de nuntiis dicti domini regis eosdem citantibus propter ipsorum obstinatam superbiam; sedentes idcirco pro tribunali, mandaverunt et commiserunt clerico bannitori dicti domini regis et comunis Ianue presenti in se mandatum sponte recipienti, quatenus publice, et alta voce, sonu tube premisso, citet, et requirat commune et homines civitatis Florentie, tam in aula domini regis quam etiam in omnibus locis consuetis civitatis Ianue, ut* ipsum commune et homines per legitimum syndicum sociatum cum duodecim melioribus hominibus dicte civitatis Florentie comparere debeant infra quindecim dies proxime venturos coram dicto domino rege, seu coram dictis dominis iudicibus ad excusandum se, si potuerint, ab inquisitione quadam, que fit et fieri intenditur contra dictum commune et homines per prefatum dominum regem sub* quibusdam excessibus et delictis, que commissa et perpetrata dicuntur per dictum commune et homines Florentie, et ad obedienda mandata ipsius domini regis, que infrascriptis capitulis summarie declarantur, que capitula predicti iudices mandaverunt

* per ed.

* super?

explicari per dictum bannitorem vulgariter et distincte, ut superius est expressum, ut ad notitiam dicti communis et hominum Florentinorum facilius valeant pervenire, et ne adfectatam ignorantiam pretendere valeant, etiam ipsa eadem omnia capitula in albo proponi in aula ipsius domini regis, ne ignorare valeant, quod publice proponitur in albo predicto. In primis quod quum Florentini et eorum rectores requisiti per ambasciatores ipsius domini regis, quod exercitum, quem habebant contra Arretinos facerent elevari sub certa pena, quod facere cessaverunt. Item quia Guidonem della Turre de Mediolano rebellem, et fere bannitum dicti domini regis, scienter receptaverunt contra voluntatem dicti domini regis. Item quia Cremonensibus dederunt in potestatem sive rectorem Rainerium Marignani de Buondelmontibus ut eosdem manuteneret in rebellione contra dictum dominum regem. Item quia Brixiensibus, tunc rebellibus sacri Romani imperii et ipsius domini regis, miserunt magnam quantitatem pecunie, per quam possent in ipsa rebellione persistere. Item quia societatem, et conspirationem inierunt cum pluribus civitatibus et universitatibus Tuscie contra ipsam regiam maiestatem. Item, quod Ludovicum de Sabaudia alme Urbis senatorem illustrem, volentem redire Romam ad exercendum officium senatoris civitatis predicte, non permiserunt transitum facere per civitatem et districtum eorum, asserentes eius reditum fore in auxilium dicti domini regis. Item, quod publice banniri fecerunt per civitatem ipsorum, quod cuilibet licitum foret impune offendere gentem illius qui se faciebat regem Alamanie. Item, quod despoliaverunt et derubaverunt ambasciatores ipsius domini regis, videlicet fratrem Nicolaum episcopum Lucerinum, et Pandolphum de Sabellis de civitate Romana, et domini pape notarium et consiliarium dicti domini regis. Et super his et aliis, que in ipsa inquisitione et processu plenius continentur, veniant responsuri coram dominis iudicibus de iure infra quindecim dies proximos venturos, quem terminum, primo, secundo et tertio, et ultimo, et peremptorio dicti domini iudices adsignant eisdem, alioquin adiecto termino in antea dicti iudices seu alteri eorum procedent contra eos, iustitia mediante, die predicta. Clericus bannitor predictus retulit predictis dominis iudicibus sedentibus pro tribunali in aula dicti domini regis ubi ius redditur ex commissione et mandato predictorum publice palam et alta voce, sono tube premisso bannuisse, et preconizasse, ac requisivisse, et citasse in dicta aula et in locis consuetis dicte civitatis Ianue, in omnibus et per omnia secundum formam dicti mandati die predicta.

1311. Nov. 20.

BANNITIO.

Dec. 21.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Ad gubernationem sacri Romani imperii divina nobis provectis potentia, ad quietem et pacem cunctorum subditorum nostrorum collatas undique reformandas cura sollicita nos adstringit ad dies vigiles et noctes insomnes deducendas; et labores continuos prestamus, ut vim et momentum regis pacifici adsumentes, eiusdem pacis dulcedine epulemur famelicos, Deo propitio, nostros subditos universos. Et antequam ad provinciam[a] proficisceremur Italiam, per eamdem nostros nuncios et legatos premisimus venerabiles Gerardum Basiliensem, et Philippum Eistetensem[b] episcopos, Ludovicum de Sabaudia virum strenuum, et Basianum de Guinisiis legalis scientie professorem, singulis eiusdem provincie civitatibus atque communitatibus[c] regium notificantes[d] adventum, favente Domino, in Urbe imperiali diademate decorandum, ipsamque pacem omnibus publice predicantes; et quum Florentinos, Christi domini nostri hereditatis, que pax est, expertes et protinus contemptores, et proximorum devios caritate, ipsos contra divinum[e] regis mandatum odentes, per commune civitatem Arretii, imperii nostri fidelem[f], nostri nuntii invenerunt hostiliter obsedisse, et damna nostris et aliis bonis eorum gravia inferentes, mandaverunt ex parte nostra Florentinis elatis predictis, sub penis pecunie gravibus eisdem hominibus et communi iniungentes, quod dictum inde amoverent exercitum, et ab ipsorum imperii fidelium iniuria et molestatione cessarent, quod tamquam superbi Luciferi filii et heredes, supernum et terrenum eorum dominum irridentes, contumaciter facere contempserunt, eisdemque obsidioni et offensioni predictorum nostrorum fidelium insistentes audaciter, [in] Dei et maiestatis nostre despectum, sicut ipsorum legatorum nostrorum nobis relatio[g] veridica patefecit. Deinde nobis ingredientibus provinciam Italiam memoratam et continue procedentibus in persecutione pacis iam dicte, dicti Florentini,

a) presentes *ed.* b) *ita correxi;* cisterensem *ed.* c) concivitatibus *ed.* d) notificationis *ed.* e) divini? f) *ita correxi;* imperii unde fidentes *ed.* g) relatis *ed.*

1311. Dec. 24.

ut nequitie filii, Guidonem de Turre de Mediolano, rebellem et hostem nostri imperii leseque maiestatis crimine publice exbannitum et condemnatum, contra voluntatem et inhibitionem nostram dolose et scienter in eiusdem contemptum imperii receptarunt, et in eorum civitate predicta publice tenuerunt. Item in civitate Cremone in rebellione nostra hactenus prorumpente, in eadem manutentione et confederatione, et homines dicte civitatis Florentie audaci nequitia presumentes, Rainerium Marignani de Bondelmontibus concivem ipsorum in potestatem et rectorem dictis Cremonensibus tunc nostris rebellibus concesserunt, ad eorum regimen ipsum personaliter transmittendo. Similiter civitatem et homines Brixie olim in rebellionem nostram et Romani imperii prosilitos, nobisque in eiusdem* obsidione morantibus, subventione magne quantitatis pecunie ad obtinendum et manutenendum eos in rebellione prefata in imperii nostri contemptum commune et homines dicte civitatis Florentie confoverunt, iniicientes et etiam temerarie facientes predicti superbie filii societatem, conspirationem, confederationem cum pluribus aliis Tuscie civitatibus et comunitatibus contra nos et Romanum imperium, et sese in oppositionem nostrarum gentium equitum multitudine* muniendo; dicto etiam Ludovico de Sabaudia alme nostre Urbis senatori illustri ad ipsius regimen redire volenti, per ipsorum civitatem et districtum in contemptum et lesionem nostri imperii transitum nequiter denegaverunt, adserendo ipsius sanatoris in Urbe regimen posse in favorem nostri imperii redundare. Que quantumcumque maiestatis nostre animum offendissent et per ea videremus eosdem in ipsorum damnationis et rebellionis consilio obstinatos, volentes tamen consideratione pii ac benigni patris, et domini, filios et subditos devios a via perditionis retrahere lenitivo modo et de plano potius quam armorum, et aliorum fidelium nostrorum parcere laboribus sumptuosis; de procerum nostrorum consilio decrevimus* ad ipsos transmittere nuntios solemnes, et venerabiles viros dominum Pandolfum de Sabello domini pape notarium, et fratrem Nicolaum episcopum Buttrentinum consiliarios nostros, ut eosdem paterna monitione et exortatione inducerent, et ad frugem melioris et sanioris redeuntes consilii nos benignum eorum patrem et dominum recognoscerent, orationis nube deposita, prelibati. Cumque dicti nostri nunctii se ad dictam civitatem Florentie vicinassent, et ad villam Lastre prope ipsam civitatem Florentie descendissent, tamquam aspides audire dictas monitiones salutiferas non volentes, eorum prescito adventu, deliberato consilio in superbie et damnationis spem plus accensi, publice per eorum civitatem et alta voce banniri ac preconizari fecerunt, quod nulla persona receptaret nostros nuntios memoratos, et cuilibet liceret, ipsos, et gentem nostram realiter et personaliter offendere sine pena, ipsosque in loco predicto violenter adgredi per magnam equitum et peditum armatorum Florentie concivium comitivam, et ipsos derubari et spoliari fecerunt equis quam pluribus et rebus aliis eorumdem, contra ipsos et familiares ipsorum iniurias graves, et alia plurima scelera contra nos et nostrum imperium perpetrando, non sine gravi contemptu nostri imperii et offensa; committentes predicta omnia et singula temporibus in nostra inde inquisitione seriosius designatis. Predicta igitur, fama etiam publica et notoria deferente, in nostram deducta notitiam, non volentibus connniventibus oculis ulterius pertransire, contra predictos comune et homines requirere, ac eosdem punire decrevimus de predictis, ipsosque citari et requiri per discretos viros Petrum de Tuderto et Bartholum de Spoleto, legum doctores aule nostre iudices, quibus ex speciali* mandato commisimus, voce preconia et per edictum publice propositum, quod infra certum terminum iam dilapsum, in curiam nostram coram ipsis legittime et perentorie curarent accedere per eorum legittimum* syndicum et cum duodecim hominibus melioribus terre ipsorum, nostra super his facturi mandata, ac responsuri, ac se excusaturi super inquisitione prefata; in quo quidem termino comparere nullatenus curaverunt. Deinde ad ipsorum omnem malitiam et contumeliam superandam, iterato requiri et citari fecimus eosdem modis predictis, quod in alio termino iam elapso in eadem forma coram dictis nostris iudicibus et alio seu aliis per nos deputatis vel deputandis in curia nostra curarent peremptorie comparere, nostra super his facturi mandata, et se excusaturi, et responsuri peremptorie super inquisitione predicta; alioquin pro confessis et convinctis haberentur de predictis omnibus et singulis predictorum, et tamquam confessi et lege convincti condemnarentur, ac etiam per idem preconium et edictum, quod certo alio tempore post edictum peremptorie decurrendo, ut in curia nostra per dictum eorum sindicum legitime et peremptorie comparere deberent, dictum exbannimentum et sententiam audituri. Et quibus terminis

eosdem *ed.*; m-em *ed.*; decernimus *ed.*; specialis *ed.*; legittimorum *ed.*

comparere[a] contumaciter contemnentes, contumacias contumaciis et inobedientias inobedientiis cumularunt. Ne igitur tanta et talia facinora remaneant impunita, ut cedat aliis in exemplum, ne de ipsorum contumacia valeant gloriari, ipsorumque comune et homines propter eorum contumaciam pro confessis et legittime convinctis habentes de omnibus et singulis excessibus supradictis, Christi nomine invocato pro tribunali sedentes, in iis scriptis sententialiter pronunciamus, dictum comune et homines civitatis Florentie mero et mixto[b] imperio[c], ... de iure et dominio potestarie, et rectorie, capitanie, omnique regimine, et omni iurisdictione quibus usi sunt, seu uti consueverunt in ea civitate, eiusque districtu et territorio[d], castra quoque et civitates, villas, et districtus eiusdem civitatis Florentie, et omnia bona que ipsa civitas et commune Florentie habent seu possident intra et deforis ubicumque, camere nostre et Romani imperii confiscamus[e], et perpetuo publicamus, privantes eosdem statutis et legibus municipalibus et auctoritate ea in futurum condendi, et omnibus feudis, franchisiis, privilegiis, libertatibus, et immunitatibus, et honoribus ab imperatoribus seu regibus Romanorum predecessoribus nostris concessis eisdem, quibus se reddiderunt indignos, ipsaque revocantes cassamus, et ex certa scientia ac nostra sententia irritamus. Et nihilominus ipsum commune et homines in quinque mille libris auri solvendis camere nostre et Romani imperii condemnamus. Priores quoque et consiliarios dicte terre, nec non ceteros rectores et officiales, qui nunc sunt, et qui de cetero dicta rebellione durante ad dicta officia adsumentur, perpetua damnamus infamia, et tamquam dicte rebellionis conscios et fautores perpetuo exbannimus. Et insuper omnes et singulos cives, et incolas, et districtuales dicte civitatis Florentie exbannimus, decernentes quod nulla civitas, castrum, vel baro, communitas[f], aut spiritualis persona, dictos commune, cives et districtuales[g], vel aliquem ipsorum receptet vel det eisdem auxilium quodlibet vel favorem post unum mensem completum a die huius sententie late inchoandum, sub pena cuilibet communi civitatis quinquaginta librarum auri, et cuilibet castro vel baroni viginti librarum auri, et cuilibet speciali[h] persone unius libre auri, persolvendo nostre camere, et plus et minus ad nostrum arbitrium, considerata qualitate personarum, et modo delicti. Et hec pena toties committatur, quoties contra factum fuerit. Et decernentes, quod quilibet possit ipsos Florentinos, tamquam bannitos et rebelles nostros et sacri Romani imperii, personaliter capere, tamen sine lesione personarum, et in nostram fortiam adsignare, et ipsorum bona capere et habere; inhibentes quod nullus dictorum communium vel singularium personarum civitatis Florentie et districtus debitor ipsis[i] de eorum debitis satisfaciat, vel respondere presumat. Ab omnibus autem predictis excipimus illos qui sunt de familia nostra, et illos qui sunt exules ratione precedentium de ipsa civitate et eius districtu, et eorum familias et res, familiares nostros, et exules, eorumque familias et bona, a dictis penis et bannimento et sententiis eximimus, et sub protectione nostra et Romani imperii reservamus. Mandantes quod potestas et capitaneus civitatis iam dicte, eorumque iudices, et notarii, nisi infra viginti dies ab huiusmodi nostre prolatione sententie decernendos ab ipsis officiis et civitate discesserint, vel qui de cetero ad dicte potestarie, capitanarie, iudicatus, vel tabellionatus officia vocati, presumpserint ad exercendum eamdem, et iudicandi, assidendi, et instrumenta publica faciendi potestate, omnique honore, et dignitate sint ipso iure privati perpetue. Quoniam infamie volumus et decernimus subiacere eosdem, nisi predicti comune et homines infra viginti dierum spatium per sindicum legitime ordinatum comparuerint coram nobis, mandatis nostris super his omnibus efficaciter parituri. Et predicta omnia ex[k] certa scientia et de plenaria potestate regie maiestatis pronunciamus facimus[l] ac etiam promulgamus ex certa scientia, statuentes predictam sententiam et processus super his habitos valere, et obtinere perpetui roboris firmitatem, non obstantibus si iuris ordo et solemnitas in predictis non fuerint observati, vel aliquis alius defectus posset opponi, et non obstantibus legibus aliquibus, quibus cavetur absentes damnari non posse, et quod ordo iuridicus sit servandus; quibus omnibus et aliis contrafacientibus quoad predicta ex certa scientia et potestate plenaria derogamus, salva et reservata nobis balia et potestate addendi minuendi corrigendi et interpetrandi in omnibus et singulis supradictis prout et quando nobis videbitur expedire.

1311. Dec. 24.

a) comparare *ed.* b) mexto *ed.* c) *locus legendus esse videtur fere ut pag.* 526. *lin.* 39—13. d) tenitorio *ed.* e) confirmamus *ed.* f) comitas *ed.* g) destrictuales *ed.* h) spirituali *ed.* i) ipsius *ed.* k) et *ed.* l) pronunciare faciemus *ed.*

1311. Dec. 24.

Data, lata et pronunciata est dicta sententia per predictum dominum regem sedentem pro tribunali, et lecta et publicata mandato et in presentia nostrorum dicti domini regis camere, quibus et cuique nostrum in solidum idem dominus rex mandavit, quod de predictis omnibus et singulis conficiamus et demus publica instrumenta. Ianue, in platea fratrum predicatorum de Ianua, posita infra domos dictorum fratrum extra muros 5 civitatis Ianue, cui platee coheret dormitorium dictorum fratrum ex una parte, et ex alia claustrum infirmorum, et ex alia piscina, per quam etiam plateam habetur ingressus in hortum ipsorum fratrum; presentibus venerabilibus patribus domino Baldovino archiepiscopo Treveriense, Theobaldo episcopo Leodiense, et dominis Amideo comite Sabaudie, Roberto de Flandria, Hugone Dalfini, Baldovino de Montorneto milite; Lodo- 10 vico comite de Utinguen [1]; Rainerio de Grimaldis milite de Ianua civitate; Manfredo marchione Saluctiarum; Stephano de Columna; Paulo de Auria de Ianua; Palmerio de Altovitis de Florentia iudice, Basiano de Guaccis iudice; Iohanne Theutonico iudice; Iohanne de Monticello de Ianua, Nicoloso de Sauro abbate populi Ianuensis, et Giuffredo comite de Leunigiana, et aliis pluribus fide dignis testibus, ad hec vocatis et rogatis, [anno] do- 15 minice nativitatis 1311, indictione 10, die 24. mensis Decembris, et regni ipsius domini regis anno 3.

Item die duodecima Decembris in castris ante Florentiam presentibus dominis Amideo comite Sabaudie eodem anno camerario domini imperatoris, Conrado* ostiario domini imperatoris, Heinrico panatterio [2] domini imperatoris, et Scotto de sancto Geminiano 20 iudice, testibus ad hec rogatis et vocatis.

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, cum voce preconia et edicto publice posito, peremptorie pro omnibus publice requiri et citari fecimus universitatem, in quantum de facto universitas adpellatur, civitatis Florentie, et cives plurimos in quantitate magna civitatis et comitatus eiusdem, ex pluribus et legittimis 25 caussis, per quas et quamlibet ex eis, universaliter civitas, et singulariter universi, contra nostram maiestatem publice commisisse inculpabantur; de quorum nominibus plenius continetur in dicto edicto publice posito, scripto et publicato per Paulum de Podio Bonizi, notarium nostre aule, quod in certo termino coram nobis comparerent ad se excusandum, et defendendum ab inquisitione, que contra eos fiebat ex caussis in dicta in- 30 quisitione insertis, et in termino eisdem statuto; et quum post terminum expectati non venerint, nec comparuerint prout de iure facere tenebantur, idcirco dictam universitatem civitatis Florentie, in quantum civitas et universitas adpellatur de facto, et omnes et singulos in dicto edicto publice appenso, scripto, et publicato per dictum Paulum notarium reputamus, et pronunciamus contumaces; declarantes de nostre plenitudine pote- 35 statis contra ipsos, tamquam contra contumaces, posse et debere procedi, prout nobis videbitur procedendum.

1) i. e. Oettingen. 2) i. q. panetarius, officialis qui mensae regiae panem mappas et manutergia subministrabat. *) conardo *ed.*

1312. April 11.

BANNITIO CIVITATUM TUSCIAE. 40

Ex transsumpto anni 1358. *in tabulario Estensi adservato vulgata est a Muratorio in Antiqq. T. IV. p.* 623 *sqq.*

In Dei nomine, amen. Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Ex quo rei publice curam assumpsimus divina iubente clementia, sedatisque discordiis, que per Alamannie partes inimico 45 pacis pullulaverant operante, in Italiam accedere festinavimus. In qua propter Romanorum regis absentiam universe civitates et communitates regalia Romani imperii occupaverant, et intra se civilibus bellis afflicte, partialitatum discordia excrescente, partibus certis ex ipsarum qualibet quasi deiectis, more tyrannico regebantur; multis, immo infinitis ipsarum civibus exulantibus ab eisdem, et bonis propriis per adversarios occu- 50 patis, diffusi cogebantur per civitates exteras mendicare. Et per Dei gratiam universa Lombardia et civitatibus et communitatibus eisdem ad pacis reductis concordiam, et extrinsecis exulibus cum intrinsecis compacatis, et aliquibus ex dictis civitatibus postea co-

1312. April 11.

errantibus emendatis, disposuimus Tusciam proficisci, ubi guerrarum discrimina, partialitatum odia, scandala, universaque ex ipsis mala provenientia, in personis et bonis Tuscorum communiter intus et de foris per singulas communitates eiusdem adeo excreverant et continue augebantur, ut vix mens amplecti et manus scribentis sufficeret ad narrandum. A clamationibus etiam et a lacrymationibus multorum ex ipsis terris exulum nostra excitabatur intentio, mensque regalis et animus cura vigili non cessabat, ut universam prefatam Tusciam, dictis exstirpatis erroribus et discordiis, ad pacis federa restaurare possemus, et universis de Italici iuris et Romani imperii fidelibus pacis et unitatis federe congaudentibus iustitie constitutis exhibitione Romanum fulgeret imperium, et regalis maiestas ad sacrarum susceptionem infularum Romam progredi quieto animo cum Dei auxilio, abiectis hostilitatis valeret conatibus. Verum nonnullas dicte Tuscie civitates, scilicet Florentiam, Lucam et Senas, omnium ipsius patrie malorum et scandalorum auctrices, ipsarumque tyrannos cives, quorum iniquis et perversis gubernatur consiliariis, ut suorum concivium exulantium spoliis uti solitis non cessarent, humane nature hostis dolositatibus ac superbia obstinanter offuscante, contra nos et Romanum imperium et fideles nostros, cum nonnullis aliis dicte Tuscie communitatibus invicem temerarias seditiones, confederationes, conspirationes inivisse, et in publicam rebellionem prorupisse comperimus, et sese gentium, equitum et peditum multitudine munivisse; passus etiam ipsarum territorii impeditos et munitos tenere; nuntios nostros, et gentes, et Romani fideles imperii per eosdem facere transitum non sinendo. Et quod inhumanius est, in se ipsos divinam et humanam legem transgredi non contenti, tamquam proditionis filii, Lombardie nostram provinciam, iam ad pacis concordiam restitutam, resubvertere et ad ipsam proditionem adducere satagentes, hostis humani sequentes vestigia, qui primos homines dulce pomum contra ipsorum conditoris prohibitionem comedere et gustare [a] seduxit, Ghibertum de Corrigia civem Parmensem, vasallum et fidelem tunc imperii atque nostrum, quem non modicis munificentiis et honoribus prefecimus, videlicet castro Guastalle quod sibi in feudum de camera regali concessimus, et vicarie civitatis Regii quam commisimus eidem, et Iohannem Chiricum de sancto Vitali, eiusdem Ghiberti generum et concivem, quorum magis consilio dicte civitates [b] Parme et Regii eorumque concives uti et regi potissime dicebantur, deceptiva pecunia ac florenorum non modica quantitate corruperunt, ut dictas civitates Parme et Regii, et ipsarum homines, ad confederandum cum ipsis Tuscie civitatibus rebellibus procurarent; ipsorum Tuscorum dolositatibus, et dictorum Ghiberti, et Iohannis, et Opizini de Anzolla iudicis operibus et tractatu, communia et homines dictarum civitatum Parme et Regii subverterunt, ac etiam induxerunt, ut se cum eis conspirarent et confederarent; ac etiam cum ipsis civitatum Parme et Regii communibus et hominibus et cum dictis Ghiberto et Iohanne communia et homines dictarum civitatum Florentie, Luce, et Senarum; dicte communitates et homines Parme et Regii, et dicti socer et gener cum dictis civitatibus Florentie, Luce et Senarum et aliis nostri Romani imperii emulis et infidelibus, ac etiam exbannitis nostris de civitatibus Mediolani et Cremone, temerarie dolose et nequiter contra nos et Romanum imperium et fideles eiusdem confederationem, conspirationem ac seditionem publica et notoria relatione percepimus inivisse, et contra nos et Romanum imperium in rebellionem publicam convolasse, nostrum etiam expellendo vicarium de regimine dicte civitatis Parme, dicteque civitatis Regii regimen, quod dictus nequam et infidelis Ghibertus nostro regebat nomine, contra nos eodem suo privato et proprio nomine abutendo. Occupavit insuper dictus Ghibertus violenter castrum nostrum Burgi sancti Donini, et occupatum detinet, et vicarium nostrum de ipsius regimine intro expulit seu expelli fecit contra dicti nostri vicarii voluntatem, et dictum Opizinum de Anzolla in potestatem rectorem dicti castri eligi fecit et procuravit, et ipsam potestariam et regimen dictus Opizinus acceptavit, exercuit et exercet; dictique Ghibertus et Iohannes gentes equitum et peditum in favorem Cavalcabobum et aliorum rebellium exbannitorum imperii nostri destinando, et personaliter eundo ad invadendum et occupandum nostram villam Casalis maioris, et pontem Doxulli districtus Cremone, que nostro nomine tenebantur, et cavalcandum et predandum dictam civitatem Cremone, tunc in nostra fidelitate manentem, et intrinsecus eiusdem tunc fideles nostros, propter que in Lombardia predicta excitata sunt guerrarum discrimina, scandala plurima, et

a) *ita correxi;* guastare seduxit. Ghibertum *Murat.* b) civitatis *M.*

1312. April 11. turbationes commote in terris quampluribus dicte nostre provincie Lombardie; committendo predicte communitates omnes et singule, et singule persone superius nominate, predicta omnia et singula temporibus in inquisitione, quam inde fieri fecimus, denotatis, contra nos et Romanum imperium, et in derogationem iuris et honoris nostri atque imperii, prout hec omnia et singula publica et notoria sunt, quam plurimum fide digno- 5 rum est regalibus auribus patefactum. Et licet hec omnia et alia per universas Lombardie et Tuscie partes fama notoria divulgaret, divinum sequentes exemplum, descendere voluimus et videre. Et per discretos viros Palmerium de Altuitis de Florentia legum professorem, et Andream Calandrinum de advocatis de Roma, consiliarios et aule nostre iudices, contra predictas civitates de Tuscia et de Lombardia earumque homines, et 10 dictos Ghibertum et Iohannem et Opizinum, inquirere fecimus de predictis facinoribus, felloniis, ac criminibus memoratis. Ipsaque communia, civitates, et homines, et quemlibet ipsorum, citari et requiri fecimus per nostros iudices antedictos predictorum publicorum, proposita voce preconia, ut certo iam elapso termino coram nobis et dictis nostris iudicibus dicte communitates per eorum syndicos, et dicte speciales persone per- 15 sonaliter, comparere curarent, nostra facturi mandata, et sese de premissis excusaturi si possent. Quod nequaquam facere curaverunt. Postmodum et iterato eosdem citari fecimus, certis et legitimis eis terminis pro secundo, tertio et peremtorio assignatis pro iudicibus prelibatis, ut coram nobis et dictis nostris iudicibus comparerent, nostris parituri mandatis, et se, si poterunt, defendere de predictis; alias a dictis terminis in antea 20 pro confessis et legitime convictis de predictis haberentur et singulis predictorum, et tamquam legitime convictos et confessos ex predictis damnaremus et exbanniremus eosdem. Qui ex tantorum scelerum comissione contra eorum regem et dominum protinus desperati, nostram misericordem clementiam non atttendentes, que petentibus quandocumque peccantibus misericordiam debitam non negavit, pro obedientia contumaciam ele- 25 gerunt, reatus reatibus, et scelera sceleribus in deterius iugiter cumulando. Quis ergo rex et dominus superni regis iram provocare non timet, si tam enormia et detestabilia inulta dimittat? Et si contra tales iura et leges inanimate armantur, quomodo animata lex arma vellet deponere contra eos; quos quia Dei timor non retraxit a malo, rigor saltem nostre debet corrigere discipline? Nec enim rex iustus esse censetur, qui bonos 30 premiis non exhortatur, et malos pena debita non affligit.

Volentes igitur more iusti regis, ne Superioris iram contra nos adducere videamur, tales subiectorum nostrorum excessus ac scelera punire et corrigere, negligendo, arma iustitie sumsimus ad predictorum rebellium punitionem, ut eorum exemplo alii terreantur; ut nostrum de vultu Dei prodeat iudicium, Christi nomine invocato pro tribunali 35 sedentes, habentes predicta communia, civitates et homines, speciales superius denotatos, ex notoriis et ex eorum contumacia pro confessis et legitime convictis de predictis omnibus et singulis excessibus et delictis; de plenitudine regie maiestatis contra eos, ut infra, sententias proferimus in his scriptis. Privamus quidem communia et homines dictarum civitatum Luce, Senarum, Parme et Regii, et quamlibet et quemlibet ipso- 40 rum mero et mixto imperio, et iurisdictione, omnique iure et dominio potestarie seu rectorie, et regimine ipsarum civitatum, que habent, vel habuerunt, vel quibus utuntur seu uti consueverunt pro ipsis civitatibus et eorum districtibus. Ipsaque merum et mixtum imperium, omnem iurisdictionem atque regimen ipsarum, nec non omnia ipsarum civitatum castra, villas, possessiones et bona intus et de foris, ubicumque sint, omnes- 45 que ipsarum in cuiuslibet ipsarum civitatum introitus, redditus, et proventus, nostris et Romani imperii erario et camere advocamus, publicamus, et confiscamus; privantes easdem, et quamlibet ipsarum civitatum et communitatum et personarum, et privatas declarantes omnibus franchiciis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus et honoribus, feudis, et omnibus iuribus, a nobis, vel ab imperatoribus seu regibus Romanorum et 50 predecessoribus nostris, concessis, seu qualitercumque acquisitis eisdem, ipsaque revocantes cassamus, irritamus, et ex certa scientia annullamus. Pronuntiantes et declarantes predicta communia et personas predictas, et quelibet et quamlibet eorum et earum, felloniam, proditionem et lese maiestatis crimen contra regiam celsitudinem nostram et Romanum imperium ex predictis excessibus incurrisse. Et nihilominus ipsa communia 55 et homines, et quodlibet ipsorum communium, multamus ac condemnamus fisco camere nostre et Romani imperii, videlicet commune et homines civitatis Luce in tribus milli-

bus libris auri puri; commune et homines civitatis Senarum in tribus millibus libris auri puri; commune et homines civitatis Parme in duobus millibus libris auri puri; commune et homines civitatis Regii in libris mille auri puri. Predictum vero Ghibertum declaramus felloniam et proditionem et crimen lese maiestatis contra nos et Romanum imperium commisisse, et etiam fecisse contra formam fidelitatis per eum prestite nobis pro feudo dicti castri Guastalle, quod eidem concesseramus in feudum; privantes eum, et privatum declarantes feudo castri predicti; ipsumque castrum, eiusque districtum, vasallos et habitatores cum omni iurisdictione et iure, et omnibus pertinentiis suis ad nostram cameram revocantes. Nec non ipsum Ghibertum, Iohannem Chirici, Opizinum de Azolla, tamquam rebelles et proditores imperii, et lese maiestatis crimine reos, de toto Romano imperio exbannimus, et eorum et cuiuslibet eorum bona omnia camere nostre et Romani imperii advocamus et publicamus; privantes eos et quemlibet eorum omni honore et dignitate, immunitate, privilegiis, franchiciis et libertatibus, a nobis et a Romanis regibus vel imperatoribus, predecessoribus nostris, et quibuscumque aliis concessis, seu qualitercumque eis acquisitis. Et eos, et quemlibet eorum perpetua volumus laborare infamia. Et si quando aliquis predictorum singularium in forciam nostram seu Romani imperii pervenerit, furcis suspendatur, ita quod moriatur. Antianos quoque, priores, consules et consiliarios dictarum terrarum, et cuiuslibet earum, qui tempore dicte rebellionis erant, et successive fuerunt, et in futurum fuerint dicta rebellione durante, de toto Romano imperio exbannimus et perpetua notamus infamia, privantes eosdem, et quemlibet ipsorum, omnibus privilegiis et honoribus, franchiciis et immunitatibus, a nobis vel Romanis imperatoribus seu regibus, predecessoribus nostris, concessis, vel aliter eisdem acquisitis. Et inabiles esse volumus iudicandi et assidendi officio, et cuiuslibet magistratus honore. Potestates vero, iudices, notarii, a tempore dicte rebellionis et ab inde citra, de predictis obnoxii sunt, et qui deinceps in regimine ipsarum terrarum prefuerint, et absque nostra vel successorum nostrorum licentia ad ipsarum regimen exercendum accesserint, privamus et privatos esse volumus ab officio iudicandi et assidendi, et notariatus, et cuiuslibet magistratus, et perpetue volumus infamie subiacere. Ac etiam omni privilegio, franchiciis, immunitatibus, et honoribus, et iuribus, a nobis vel predecessoribus nostris concessis, vel aliter eisdem quesitis, privamus; ipsa privilegia, honores, franchicias, et immunitates, et iura ex certa scientia revocantes. Ipsosque exbannimus, et tamquam rebelles Romani imperii a cunctis nostris et dicti imperii fidelibus volumus personaliter teneri, et impune offendi. Iudices quoque, advocatos, et notarios dictarum civitatum et earum districtuum cives vel incolas, iudicandi vel assidendi, et tabellionatus officiis privamus, et perpetue volumus infamie subiacere.

1312 April 11.

Item quia dictarum civitatum communia in dicte rebellionis et tam detestabilium scelerum obstinatione publica tanto tempore nullatenus perdurassent, cum ipsorum civium et incolarum patientia vel assensu, et ut pene metu coacti, se et dicta eorum communia a predictis nefandis erroribus retrahere et ad debitam reverentiam nostram et Romani imperii reducantur, universos et singulos dictarum civitatum earumque districtuum cives et incolas, tamquam nostros et Romani imperii rebelles, de toto Romano imperio exbannimus; mandantes, quod nulla civitas, castrum, vel villa, seu baro, vel alia singularis persona, prestet deinceps ipsis communibus, vel singularibus personis eorum, vel dictis Ghiberto, Iohanni et Opizino, vel alicui ipsorum, auxilium vel favorem; nec dicta communia vel aliquod ipsorum, vel ipsorum cives, incolas, districtuales, vel dictos Ghibertum, Iohannem, Opizinum, vel aliquem ipsorum, receptet, post unius mensis spatium a recitatione huius nostre sententie decurrendum, sub pena quinquaginta librarum auri pro qualibet civitate, et viginti librarum auri pro quolibet castro vel barone, et decem librarum auri pro qualibet persona, contrafacientibus, et quotiens contrafieret, et plus et minus ad nostrum arbitrium, attenta qualitate personarum, et modo delicti, nostre camere persolvendarum. Decernentes, quod quilibet possit et debeat cives et incolas et districtuales civitatum predictarum tamquam bannitos et rebelles Romani imperii personaliter capere, et in nostram forciam consignare, et ipsorum bona capere et habere. Inhibentes, quod nullus dictorum communium vel singularium personarum vel alicuius ipsorum communium debitores de ipsorum debitis eisdem satisfaciat, vel refundere presumat. Ab omnibus autem predictis excipimus illos omnes, qui sunt de nostra familia, et illos qui

1312. April 11.

sunt exules a dictis civitatibus ratione partium, eorumque familias et bona. Quos familiares nostros et exules eorumque familias et bona, a dictis sententia, penis, et bannis eximimus, et sub protectione nostra et Romani imperii reservamus; nec non et illos omnes qui iam ad nostra mandata venerunt et sunt, vel qui infra unum mensem proxime subsequentem ad nostra et Romani imperii mandata redierint. Volumus tamen de benignitate regia, ut spem misericordie peccantibus non tollamus, sed ut eis prebeamus ad gratiam materiam redeundi, quod dicta communia, si venerint infra terminos infrascriptos, nostris super premissis pariturі mandatis, videlicet commune Luce infra decem dies, commune Senarum infra quindecim dies, communia Parme et Regii infra viginti dies proxime subsequentes, a nexibus dicte sententie sint soluta. Contra commune vero civitatis Florentie, eiusque cives, et districtuales et officiales, alios processus et sententias, penas et banna de dictis criminibus et excessibus, quos et que per nos et iudices nostros fecimus et protulimus, qui et que in archivo nostro et Romani imperii conservantur, confirmamus, corroboramus, ac etiam innovamus, reservata nobis potestate in predictis criminibus mutandi, corrigendi, addendi, et detrahendi, prout de nostre maiestatis processerit voluntate. Et predicta omnia et singula ex certa scientia et plenitudine nostre regie potestatis pronuntiamus, facimus, et promulgamus; statuentes predictas sententias et processus super his habitis valere et tenere roboris perpetui firmitatem, non obstantibus, si iuris ordo et solemnitas in predictis non fuerit observata, vel si aliquis alius defectus opponi possit a quolibet contra ea: et non obstantibus etiam legibus aliquibus, quibus cavetur, absentes condemnari non posse, et quod ordo iuridicus sit servandus. Quibus omnibus et aliis contra facientibus, quo ad predicta, ex certa scientia et ex potestate plenaria derogamus.

Data et pronuntiata fuit dicta sententia per dictum serenissimum regem pro tribunali sedentem, et lecta et publicata mandato et in presentia ipsius domini regis per Paulum, quondam ser Ranucii de Podiobonicii, notarium et officialem ipsius domini regis, et in presentia mei Leopardi Freneti de Pisis, camere ipsius domini regis, in civitate Pisarum, sub logia domus viridarii Gerardi et Bonacoxii Gambacurtarum, in capella sancti Egidii positi. Quibus nobis, Leopardo et Paulo notarius suis supradictis, idem dominus rex mandavit de predictis fieri per nos publica instrumenta. Et hec omnia ibidem acta fuerunt, convocata ibi et adunata multitudine copiosa civium Pisarum, et diversarum terrarum Italicarum, et aliunde, de regie maiestatis mandato; presentibus magnificis et nobilibus viris domino Heinrico de Flandria marescalcho ipsius domini regis, Roberto de Flandria, Guifredo comite de Levigana[a], Nicolao de Bonsignoribus de Senis, Thoma de Septemfontibus camerario ipsius domini regis, Brancaleone de Auria de Genua, Umbertino de Lando de Placentia Pisarum potestate, Simone domini Iohannis de Spoleto capitaneo Pisarum populi, et Mense de Vico iudice, Mattheo de Cantono, Vanne Torcino, Guigueto Grasso, Ghegno Leuli, Batrameo Gonis, Betto Benaiuti, et Pardo Bocticella, antianis Pisarum populi, et Antonio de Surdis de Placentia, Bartholomeo de Spoleto, iudicibus, Iohannezono de domo Lanfrancorum de Pisis, Simone Philippi de Pistorio, Emfredo de Virgalensibus de Pistorio, Iohanne de Cerchiis, et Iohanne Iacotti de Florentia, et aliis pluribus fide dignis testibus ad hec; dominice nativitatis anno 1312. indictione 10, die 11. mensis Aprilis, ac regni ipsius domini regis anno 4.

a) Levigava *M.*

1312.

CORONATIO ROMANA.

Ordinem coronationis a Clemente V. legatis suis traditum atque ab Heinrico confirmatum 1) *Raynaldus ad a.* 1311. *Nro.* 7—18 *et* 1312. *Nro.* 39. *ex regestis Vaticanis et authentico arcis S. Angeli, tum* 2) *Würdtweinius in Subsidiis dipl. T. XI. pag.* 133. *ex codice Vaticano Nro.* 6198. *fol.* 44. *typis dederunt; Clementis litterae* 3) *in chronico Aulae regiae* (*Dobner Mon. V. p.* 300—310.) *leguntur; easdem* 4) *in*

1312. *codice chart. sec. XIV. principis de Fitalia Panormi invenimus. Constitutionem contra hereticos et sacrilegos Goldastus in Constitt. T. I. pag.* **408.** *edidit; nos eam emendavimus ex chronico Petri abbatis Aulae regiae in Bohemia, qui illam cum tribus aliis Heinrici con-* 5 *stitutionibus primae operis parti circa annum* **1317.** *conscriptae inseruit; Dobneri editionem ex codice membr. Iglavensi anno* **1393.** *conscripto in Monumentis Bohemiae T. V. Vir cl. Franciscus Palacky in libro „Würdigung der alten Böhmischen Geschichtschreiber" pag.* **128.** *ex codice Raudnizensi anni* **1564.** *duobus locis emendavit.* 10 *Constitutio habetur etiam in codice Vaticano Nro.* **3978.** *membr. in fol. sec. XIV. vel XV. cf. Annalium nostrorum T. V. pag.* **311.** *Iuramentum ex authentico tabularii arcis S. Angeli Raynaldus ad annum* **1312.** *Nro.* **40. 41.** *proposuit.*

ORDO CORONATIONIS.

15 Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, ad perpe- Iun.29. tuam rei memoriam. Cum sanctissimus in Christo pater dominus Clemens sacrosancte Romane ac[a] universalis ecclesie summus pontifex, reverendis[b] in Christo patribus, dominis Arnaldo Sabinensi apostolice sedis legato, Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopis, ac Luce sancte Marie in Via lata diacono cardinali, nec non felicis recordationis Leo- 20 nardo Albanensi episcopo, et Francisco sancte Lucie[c] diaconis cardinalibus, qui postmodum ambo diem clauserunt extremum, per suas litteras duxerit committendum, ut nos inungerent et imperiali diademate coronarent, ceteraque ipsius coronationis solemnia peragerent; idemque dominus summus[d] pontifex ex eo, quod multe observantie, multaque solemnia, multeque reverentie et honorificentie Romano pontifici competentia, propter 25 sui absentiam omitti debebant[e], in eisdem fuerit protestatus litteris, ac voluerit et apostolica auctoritate decreverit, nullum ex hoc iuris vel facti Romane ecclesie ac sibi suisque successoribus preiudicium generari, quin cum casus regem Romanorum in[f] imperatorem coronandi occurrat, omnia exhibeantur et fiant per coronandos a[g] Romanis pontificibus, sicut in forma que in archivio ecclesie et pontificali ordinario continetur, in 30 predictis descripta litteris seriosius est expressum, quarum quidem litterarum de verbo ad verbum tenor dignoscitur esse talis:

Clemens episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Arnaldo Sabinensi apostolice sedis legato ac Leonardo Albanensi et Nicolao Ostiensi episcopis, ac dilectis filiis Francisco sancte Lucie in Silice et Luce sancte Marie in Via lata diaconis cardi- 35 *nalibus, nuntiis eiusdem sedis, salutem et apostolicam benedictionem[h]. Rex regum et Dominus dominantium, Dei clementissimus filius Iesus Christus, honore multiplici reginam prefulgidam sibi in vestitu deaurato circum amictam varietate[i] assistentem a dextris, sanctam videlicet ecclesiam sponsam suam, quam suo pretiosissimo sanguine redimitam clementer sibi inseparabili federe coniungi voluit, honore primatus multiplici[k] ac* 40 *multifarie preeminentie insignivit, sed in eo potissime ipsam honorabilem et felici ac precellenti reddidit dignitatis statu fulgentem, quod[l] eidem tantam tribuit plenitudinem potestatis, ut personis quantumcunque conspicuis, quantumcunque[m] solemnitate[n] insignibus et preclaris in his[o] possit, sibique competat adesse magnifice, per que ipse clari[p] nominis titulum et famose consequantur potentie culmen et etiam incrementum. Domi-* 45 *nator enim celi, qui solus Altissimus potestatem habet[q] in regno hominum, et quecunque voluerit[r] suscitat super illud, potestatem dedit ei et honorem et regnum, potestatem, inquam[s] eternam, que non aufertur, et regnum quod non corrumpitur, ut[t] imperatores et reges in ipsa et per ipsam doctrina salutari intelligant et erudiantur iudices orbis terre eidem servire et obsequi in timore, qui imperat ventis et mari; cuncta namque que in*

50 a) et 2. b) reverendissimis 2. c) Francisco Silvae 2. d) *deest* 1. e) omittebant 1. f) *deest* 2. g) *deest* 2. h) salutem et ap. ben. *desunt* 1. i) varietatis 4. k) multiplicis 1. l) qui 2. m) quantacunque 2. 3. n) dignitate 3. o) iis 1. *et ita saepius.* p) clarius 4. q) habebat 4. r) quemcumque suscitat 4. s) *deest* 2. t) quod 3.

1312. Iun. 29.

celo sunt et in terra sua sunt, suum est regnum, ipse est super[a] *omnes principes, sue sunt divitie, sua gloria, qui dominatur omnibus, et in manu eius virtus et potentia, magnitudo et imperium omnium; sub quo curvantur qui portant orbem; per eum enim*[b] *reges regnant et principes et legum conditores iusta decernunt, qui habet in femore suo scriptum: rex regum et dominus dominantium; ad cuius preceptum elevabitur aquila et ponet in arduis nidum suum. Sane dudum post electionem charissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris, celebratam concorditer per regni Alamanie principes in electione Romanorum regis vocem habentes cum imminet facienda, solemnes*[c] *dicti regis ambasciatores ac nuntii ad nostram presentiam*[d] *accedentes et nobis eiusdem electionis presentato decreto, ad eorum instantem et devotam supplicationis instantiam, coram nobis et fratribus nostris iteratis vicibus et per interstitia*[e] *temporum*[f] *repetitam, prefatum regem, quia*[g] *per decreti prefati et conditionis persone ipsius, non levi notitia antea nobis et fratribus nostris note, examinationem*[h] *coram nobis et eisdem fratribus*[i] *habitam diligenter, in quantum fieri potuit eodem absente, sufficientem ipsum, idoneum et habilem invenimus ad prefatum*[k] *imperium obtinendum ac*[l] *electionem ipsam*[m] *canonicam extitisse, de eorundem fratrum nostrorum consilio*[n] *ipsum reputavimus, nominavimus, approbavimus, denuntiavimus et declaravimus Romanorum regem iustitia exigente, ac fore idoneum, sufficientem et habilem ad dignitatem imperialis celsitudinis obtinendam, pronunciantes insuper*[o] *ac etiam decernentes*[p] *sibi per nostras manus loco et tempore opportunis debere concedi*[q] *unctionem et ipsius imperii diadema, certum ad hoc ei terminum assignantes. Cumque postmodum rex prefatus Italie partes fuisset potenter*[r] *ingressus et a Lombardie civitatibus aliisque locis insignibus, ad que declinaverat, honorifice et pacifice iam receptus, alii prefati*[s] *regis ambasciatores et nuntii ad apostolice sedis presentiam accesserunt, qui cum multa nobis instantia inter cetera supplicarunt, quod cum ipsi patenter adverterent, sicut eis iam per nos super hoc*[t] *responsum extiterat, quod propter generale concilium, quod in Kalendis Octobris proximo venturis disposueramus dante Domino et disponimus celebrare, aliaque multa et ardua plurimumque urgentia*[u]*, que necessario in citramontanis partibus expedienda nobis negotia incumbebant tunc temporis et incumbunt, predictam unctionem et imperii diadema aliaque solemnia per nostras manus regi non poterant memorato concedi, terminum ipsum sub spatio temporis brevioris concludere ipsamque unctionem et imperii diadema ceteraque solemnia per aliquos de*[v] *fratribus supradictis in festo pentecostes tunc proximo secuturo*[w] *impendi facere dignaremur. Nos vero*[x] *predictis nuntiis receptis mansuetudine consueta, et his et aliis, que coram nobis voluerunt proponere, diligenter auditis, eis certo modo duximus respondendum, eiusdem regis super hoc cum predictis fratribus nostris diligenti deliberatione prehabita, nihilominus desideriis annuere intendentes. Et quia propter temporis nimiam brevitatem in dicto festo pentecostes solemnitatem unctionis et coronationis huiusmodi non posse fieri credebamus, nec*[y] *rex ipse*[z] *in prefato festo sibi, ut eius decebat honorem, de apparatu ad hoc necessario potuisset forsitan providisse, significavimus ei per nostras litteras speciales, ut tanti arduitate negotii diligenter inspecta et considerata prudenter*[*] *temporis qualitate, aliquem certum et solemnem diem prout crederet convenire, post festum predictum eligere, ipsumque nobis significare, illius deliberatio non differret, ut infra diem ipsum aliquos de fratribus supradictis de quibus apostolica deliberatio provideret, qui ei unctionis eiusdem*[a] *munus impenderent et imponerent vice nostra prefatum diadema imperii ac*[b] *alia inibi agenda solemnia peragerent, mitteremus, dilectos filios magistrum*[c] *Robertum electum*[d] *Salernitanum*[e] *et Hugonem Geraldi cantorem*[f] *Petragoricensem, cappellanos nostros, ad eundem regem super his cum eisdem nostris litteris*[f] *destinantes, per quos sibi paterne sinceritatis affectum et mentis apostolice puritatem, quos ad statum*[g] *ipsius et exaltationem magnificam habebamus, mandavimus*[h] *clarius aperiri. Verum rex prefatus super hoc matura deliberatione prehabita, festum assumptionis beate Virginis*

a) *deest* 4. b) *deest* 4. c) solemnibus — ambasciatoribus — nuntiis — accedentibus 2. 4. d) potentiam 2. e) vicibus per instanciam 4. f) episcoporum 2. g) qui 2. 4. quem pro 3. h) examinationi 3. i) *add.* nostris 2. 4. k) ipsum 4 l) et 1. m) predictam 2. 4. prefatam 3. n) concilio 1. o) obtinendam pronunciamus insuper . . . sibi 2. *lacuna indicata.* p) determinantes 3. q) c. in 4. r) p. et pacifice 2. s) predicti 2. *et ita saepius.* t) super hoc *desunt* 3. u) negocia 4. v) ex 2. w) proxime (— mo 3) futuro 2. 3. x) igitur 2. y) hec 2. z) iste 3. *) *deest* 3. a) *deest* 4. b) et 2. 3. c) magistros 1. d) clericum 2. e) salerni canonicum 3. f) *deest* 3. g) status ipsius exalt. 3. status ipsius et exalt. 2. 4. h) *deest* 2.

1312. Iun. 29.

proxime venturum pro termino ad recipiendum in basilica principis apostolorum de Urbe[a] *more solito unctionem huiusmodi et ipsius*[b] *imperii diadema aliaque inibi solemnia peragenda recepit*[c], *prout nobis per solemnes suos ambasciatores ac nuntios et speciales*[d] *litteras intimavit suo regali sigillo pendenti munitas, cum multa de-*
5 *votionis instantia supplicans per eosdem, ut ad eum aliquos mitteremus de fratribus memoratis pro impendenda*[e] *unctione huiusmodi et imponendo sibi eiusdem imperii diadema aliisque solemnibus peragendis. Porro si desuper datum esset*[f], *ut circa tanti celebritatem negotii exhiberi posset nostra presentia corporalis, ut ubi mente vigilanter intendimus, ibi presentialiter nostrum desiderium panderemus, ad quod*
10 *etiam eiusdem regis concurrunt, ut pro certo novimus, cum promptitudine multiplicis devotionis affectus, gauderemus*[g] *in Domino et plurimum satisfieret nostris votis. Verum quia ex causis predictis non possumus in hac parte affectibus satisfacere*[h] *mentis nostre, predicti regis frequentibus et devotis supplicationibus inclinati, et ad personas vestras apostolice mentis oculos fiducialiter dirigentes, vobis quorum nobis*
15 *sunt note virtutes, quosque in magnis et arduis dicta sedes diversis vicibus est experta, et de quorum operibus fructus uberes*[i] *provenisse conspicimus, super hoc nostre solicitudinis onus duximus imponendum, sperantes quod tanquam viri virtute magnifici, opus huiusmodi viriliter assumetis, ad divini nominis laudem et gloriam effectualiter exequendum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus,*
20 *quatenus vos ad dictam Urbem die assumptionis predicte*[k] *personaliter conferentes, ac ibidem convenientes in unum, tu*[l] *frater Ostiensis episcope missam celebres et regem inungas eundem, vosque fratres Albanensis, Ostiensis et Sabinensis episcopi, vosque*[m] *Francisce et Lucas*[n] *diaconi cardinales, vel illi vestrum qui presentes fuerint, eisdem regi et regine mitras et diademata imperii, regi quoque sceptrum pomum et*
25 *gladium et alia solemnia, prout infra patentius et distinctius vobis iniungitur, tribuatis, eorumque vertices inclytos reddatis illorum insigniis cum solitis solemnitatibus decoratos, in nomine ac*[o] *virtute Altissimi, prudenter honorifice ac*[p] *etiam diligenter, prout decet, tam*[q] *arduum et solemne negotium, quod*[r] *vobis committimus, nostris vice et nomine exequentes, in dicto festo assumptionis si poteritis*[s] *commode*
30 *vel alio certo convenienti die, quem idem rex ad hoc*[t] *pro qualitate negotiorum imminentium duxerit eligendum. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, quatuor, tres*[u], *duo*[v] *aut unus ex vobis ea nihilominus exequatur. Et ne quis in agendis solemnibus antedictis*[w] *error, quod absit, intervenire valeret, modum et formam et locum agendorum et ubi*[x] *et per quas personas agenda fuerint, particula-*
35 *riter et distincte duximus presentibus*[y] *inserenda, prout in archivio ecclesie et*[z] *pontificali ordinario continetur. Quorum forma talis est:* „Cum rex in imperatorem electus[*] pervenerit ad portam Collinam, que est iuxta castellum Crescentii, recipiatur honorifice a clero Urbis cum crucibus et thuribulis, et processionaliter deducatur usque ad gradus basilice sancti Petri, cantantibus universis: *Ecce mitto angelum meum etc.*,
40 camerariis[a] eius[b] missilia spargentibus ante ipsum et prefecto Urbis gladium preferente[c]. Cum autem pervenerit ante basilicam in platea[d], que Cortina vocatur, dextrandus[e] est a senatoribus usque ad gradus predictos, ubi eo descendente, tradendus est equus cui rex insederat illis. Interim summus pontifex cum omnibus ordinibus suis preparet se in secretario tanquam celebraturus divina, et processionaliter exiens usque ad suggestum
45 aree[f] superioris, que est in capite graduum, super faldestorium ibi sedeat, considentibus super gradus a parte dextera episcopis et presbyteris, a sinistra vero diaconis cardinalibus, et in proximiori gradu subdiaconis et acolythis, primicerio et cantoribus astantibus circa[g] illos, cum magnatibus et nobilibus, officialibus et ministerialibus aule papalis. Tunc rex cum archiepiscopis et episcopis, principibus et magnatibus suis, ascendens ad
50 summum pontificem, reverenter osculetur pedes ipsius[h], et offerens ei aurum, quantum sibi placuerit, benigne[i] recipiatur ab eo ad osculum et amplexum. Quo demum sur-

cf. p. 188. l. 2.

a) devote 2. b) *deest* 4. c) petiit 3. d) et sapienter 1. destinavit 4. e) *addit:* sibi 4. f) esset tempus 3. g) affectu gaudemus 2. h) *addit:* et 3. i) *deest* 2. k) predicta 2. 3. l) dum 2. m) vosque filii 2. ep. et dilecti filii Fr. 1. 4. n) Boca 3. o) et 2. p) ac *usque* exequentes *desunt* 3. q) d. causa
55 arduum 4. r) que 1. 2. 4. s) potius 2. t) ad hoc *desunt* 4. u) *deest* 4. v) *deest* 2. w) *deest* 3. x) tibi 2. y) *deest* 4. z) *addit:* in 3. *) *addit:* fuerit et 4. a) camsariis 2. b) et 4. c) ipsum gladium deferentibus 3. *ceteris omissis.* d) ante plateam 3. e) detrahendus 4. f) are 2. arce 3. g) iuxta 3. h) eius 2. 4. i) benigneque 2.

1312. Iun. 29.

gente, rex ipse a parte dextera ac prior diaconorum a parte sinistra deducant eum[a] usque in[b] ecclesiam sancte Marie in Turribus, ubi ante altare subdiacono[c] euangelii textum[d] tenente, rex super illum corporaliter prestet huiusmodi iuramentum: *Ego* [cf. p. 188. l. 7.] *Henricus*[e] *rex Romanorum, futurus annuente Domino imperator, promitto spondeo et polliceor coram Deo et beato Petro, me de cetero protectorem et defensorem fore summi pontificis et sancte Romane ecclesie in omnibus necessitatibus et utilitatibus*[f] *suis, custodiendo et conservando possessiones*[g], *honores et iura eius, quantum divino fultus adiutorio fuero*[h] *secundum scire ac*[i] *posse meum recta et pura fide; sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia*[k]. Forma autem iuramenti prestiti[l] in Avinione, per procuratores et nuncios predicti regis Romanorum tempore sue coronationis renovandi talis est: Nos Sifridus Curiensis *etc. ut supra p.* 494 *l.* 32 *usque* renovabit. — Deinde[m] summus pontifex cum ordinibus suis ad altare procedit, et facta ibi oratione ad sedem ascendit, rege cum suis et[n] tribus episcopis, videlicet Ostiensi, Portuensi et Albanensi, in ecclesia sancte Marie in Turribus remanente, ubi a canonicis sancti Petri receptus in fratrem, imperialibus induatur insignibus, dato ipsius pallio camerario domini pape. [cf. p. 193. l. 58.] Qui precedentibus illis canonicis et cantantibus[o]: *Petre amas me etc.* cum ad ostium basilice principis apostolorum pervenerit, que porta argentea nuncupatur, deducentibus eum hinc inde comite Lateranensis palatii et primicerio iudicum Romanorum, Albanensis episcopus ante ipsam portam argenteam hanc super eum benedictionem effundat: [p. 188. l. 27.] *Deus in cuius manu corda sunt regum etc.* Cum autem intra ecclesiam in medio rote pervenerit, Portuensis episcopus hanc orationem super eum[p] decantet: [p. 189. l. 46.] *Deus inenarrabilis auctor mundi etc.* Qui cum ad confessionem beati Petri pervenerit, prosternat se[q] pronus in terram, et prior diaconorum super eum faciat letaniam, qua finita [p. 193. col. 2. l. 31.] prior presbyterorum dicat orationem dominicam cum capitulis istis: *salvum fac servum tuum Domine*[r]. *Mitte ei auxilium de sancto. Domine salvum fac regem*[s]. Ac deinde dicat orationem istam: *Actiones nostras quesumus Domine etc.* Post hec procedant ad altare sancti Mauritii, [p. 190. l. 26.] ubi Ostiensis episcopus ungat ei de oleo exorcizato brachium dexterum et inter scapulas, hanc orationem dicendo: *Domine*[t] *Deus omnipotens cuius est omnis potestas etc.* Item aliam orationem dicat: *Deus Dei filius Iesus Christus etc.* His ita peractis, ascendit rex ad altare beati Petri, ubi summus pontifex facta confessione recipiat eum ad osculum sicut unum ex diaconibus; ipseque procedat ad pulpitum vel ambonem, ubi thalamus constructus de lignis et ornatus de palliis debet ei esse paratus, cum suis archiepiscopis et episcopis[u], principibus et magnatibus, secundum capacitatem loci consistat[v]. [p. 190. l. 22.] Primicerius autem et schola cantorum in choro ante altare decantent introitum, et post Kyrie eleison[w] et hymnum angelicum decantatum, summus pontifex dicit orationem [que competit illi diei, et hanc orationem 2. 4.] pro[x] ipso imperatore: *Deus regnorum omnium etc.*[y] Cumque lecta fuerit epistola et graduale decantatum, imperator ascendat processionaliter ad altare, ubi summus pontifex imponit ei mitram clericalem[z] in capite, ac super mitram imperatorium diadema, dicens: [p. 191. l. 28.] *Accipe signum glorie etc.* Deinde sceptrum et pomum aureum tradit ei[*], et post cetera gladium[a] ita dicens: [p. 193. col. 2. l. 51.] *Accipe gladium ad vindictam etc.* Qui coronatus incedens, portet in dextera manu pomum[b], in sinistra sceptrum, et sic[c] ad thalamum redeat, ipsoque ibi cum principibus suis consistente, prior subdiaconorum cum subdiaconibus Romane curie et capellanis aule imperialis ad pectorale dexterum ante crucifixum argenteum laudem imperatori alta voce decantent hoc modo: [p. 192. l. 8. sqq.] *Exaudi Christe etc.;* scriniarii vero Urbis sericis cappis induti, ante pectorale consistentes in choro respondeant: *Domino Henrico*[d] *invictissimo Romanorum imperatori et semper augusto salus et victoria.* Qua laude tertio repetita, prior subdiaconorum cum suis tribus vicibus dicat: *Salvator mundi* et scriniarii vicissim respondeant: *Tu illum adiuva.* Deinde iste cum suis duabus vicibus dicat: *sancta Maria;* et illi vicissim respondeant: *Tu illum adiuva;* et sic deinceps: *sancte Michael, sancte Gabriel*[e], *sancte Raphael, sancte Ioannes baptista, sancte Petre*[f], *sancte Paule,*

a) *deest* 2. b) ad 2. 3. c) dyacono 4. d) dextram 2. e) *addit:* etc. 2. f) utilibus 2. g) *addit:* et 2. 3. h) *deest* 2. i) stare et 2. et 3. k) sancta etc. *ed.* l) positi 2 m) demum 3. n) *deest* 1. 4. o) et cantoribus cantantibus 2. p) super eum *desunt* 3. q) *deest* 2. r) *addit:* etc. 2. s) istis dom. s. f. regem, s. f. servum tuum, mitte ei a. d. s. et tueatur ac demum 3. t) *deest* 3. u) et ep. *desunt* 3. v) *deest* 3. w) post graduale 2. x) quod 4. y) *addit:* item aliam orationem: suscipe domine preces, item aliam orationem: deus qui ad predicandum etc. 3. z) dominicalem 2. mitram *usque* super *desunt* 4. *) *deest* 3. a) *deest* 3. b) *addit:* et 3. c) *deest* 2. d) *deest* 3. e) s. Michael, s. G. *desunt* 2. f) Petre et cetera et illi respondeant ad quodlibet: Tu illum adiuva 3.

sancte Andrea, sancte Stephane, sancte Laurenti, sancte Vincenti[a], *sancte Silvester, sancte Leo, sancte Gregori*[b], *sancte Benedicte, sancte Basili, sancte Saba, sancta Agnes, sancta Cecilia, sancta Lucia*[c]. Quibus finitis, isti bis dicant: *Kyrie eleyson*, et illi vicissim respondeant: *Christe*[d] *eleyson*, ac deinde simul omnes: *Kyrie eleyson.* Post hec 5 euangelio decantato, imperator, corona et manto depositis, accedat ad summum pontificem, et offerat ad pedes eius aurum quantum sibi placuerit. Ipsoque pontifice descendente pro perficiendis missarum mysteriis[e] ad altare, imperator more subdiaconi offerat ei[f] calicem et ampullam, et stet ibi, donec pontifex ad sedem reversus communicet, sacramque communionem de manu eius suscipiat cum osculo pacis, et sic ad thalamum 10 rediens, in ambone resumat mantum pariter et coronam. Missaque finita, pontificalem benedictionem reverenter accipiat, et statim procedat ad locum ubi debet summus pontifex equitare; et[g] cum ipse pontifex equum[h] ascenderit, teneat stapedium selle eius, et arrepto freno, aliquantulum ipsum adextret, moxque suum equum ascendens, procedat iuxta summum pontificem usque ad ecclesiam sancte Marie in Transpadina[i], ubi dato sibi 15 osculo ad invicem, non corde sed corpore separentur. Si vero regina fuerit coronanda, debet super lectorium ex opposito thalamus preparari[k], ubi cum duabus ad minus puellis et aliquibus ex principibus imperii, tam[l] ecclesiasticis quam mundanis, resideat, et post coronationem imperatoris deducatur ad altare ante summum pontificem amicta regalibus indumentis; cui summus pontifex mitram imponat, ita quod cornua mitre sint a dextris 20 et a sinistris, et super mitram imponat coronam ita dicendo: *Accipe coronam imperialis excellentie etc.* Coronata vero regina reducatur ad thalamum, et post euangelium ducatur[m] ad oblationem summo pontifici exhibendam, stetque[n] in gradibus iuxta absidam[o] versus altare sancti Leonis, donec de manu summi pontificis post imperatorem sacram communionem[p] accipiat; et tunc ad thalamum reducta, permaneat usque ad finem misse. 25 Consuevit autem imperator larga presbyteria[q] omnibus[r] exhibere, quibus ea[s] cum[t] coronatur summus pontifex elargitur, videlicet episcopis, presbyteris et[u] diaconis cardinalibus, primicerio et cantoribus, subdiaconis basilicariis et regionariis[v], universitati cleri Romani, cappellanis et ceteris officialibus et ministerialibus curie, prefecto Urbis, senatoribus, iudicibus, advocatis et scriniariis ac[w] prefectis navalium. Consuevit etiam rex, quando 30 descendit de monte Gaudii et venit ad ponticellum, prestare hoc iuramentum Romanis: *Ego Henricus*[x] *rex futurus imperator iuro, me servaturum Romanis bonas consuetudines suas, sic me Deus adiuvet et hec sancta etc.*" — *Quia vero propter nostram absentiam nonnulla solemnia ex predictis personam nostram tangentia expedit intermitti, volumus atque decernimus, quod non obstantibus his que superius describuntur,* 35 *in gradibus scalarum*[y] *dicte basilice principis apostolorum idem rex Romanorum solemnitate et honorificentia debitis recipiatur ad osculum per vos episcopos et diaconos cardinales stantes in ordinibus vestris, indutos tamen omnes pluvialibus*[z], *processionaliter obviantes eidem cum subdiaconis et accolythis, primicerio et cantoribus, astantibus circa vos*[*] *magnatibus et nobilibus, officialibus et ministerialibus aule no-* 40 *stre. Aurum vero, quod rex coronandus*[a] *in eisdem gradibus apostolico consuevit offerre post*[b] *genuflexionem et deosculationem pedum, obmissis illis quas nulli vestrum faciat idem rex, quia soli Romano pontifici competunt et debentur, in eodem loco per eundem regem vobis*[c] *humiliter offeratur, ita dicente:* Si sanctissimus pater dominus dominus noster[d] Clemens summus pontifex esset hic presens, sibi offerrem aurum istud 45 presentialiter[e], sed propter eius[f] absentiam offero sibi[g], vobis dominis cardinalibus eiusdem domini pape vice et nomine recipientibus, aurum istud. *Quo facto, idem*[h] *rex existens in medio vestrum, vobiscum veniat ad altare sancte Marie in Turribus, et cum ibidem fuerit*[i] *publice in vestri presentia*[k], *recipientium nostro*[l] *et ecclesie Romane nomine, prestet idem rex sacramentum suo expresso*[m] *proprio nomine de verbo ad verbum,* 50 *prout superius continetur. Renovet autem sacramentum per procuratores suos prestitum sue approbationis tempore coram nobis secundum tenorem superius*[n] *descri-*

1312. Iun. 29. — p. 192. l. 40. — p. 191. l. 34. — p. 193. l. 10.

a) s. Vicenti *desunt* 4. b) s. Gr. *desunt* 1. c) *addit:* etc. 2. d) Kyrie 2. e) missarum sollempniis et ministeriis 4. f) *deest* 2. sibi 3. g) ut 3. h) *deest* 2. i) transpodina 2. transpidina 3. k) separari 4. l) *addit:* ex 3. m) et pariter euang. dicatur 2. n) sicque 3. o) absidiam 1. p) pariter imperatoriam 55 sacrationem 2. q) munera 2. prebendaria 3. r) *addit:* ordinibus 2. 3. s) *deest* 2. t) causa 3. u) *deest* 3. v) *addit:* et 2. 3. w) *deest* 3. x) *deest* 3. y) *deest* 4. z) t. o. pl. *desunt* 2. *) eos 4. a) *deest* 1. b) preter 2. c) nobis 1. *deest* 4. d) meus 3. e) personaliter 2. f) *deest* 2. g) *deest* 4. h) *deest* 2. i) fueritis 2. k) *addit:* et 2. l) vestro 4. m) *deest* 2. n) supra 2. 3.

1312. Iun. 29.

ptum. Et si in adventu suo in gradibus, ubi eidem obviabitis, renovationem predictam facere preelegeret, contentamur. Tu vero[a] *frater Ostiensis, ut premittitur, missam celebres et regem predictum inungas, prout in ordinario continetur; quod si te impediri contingat, hoc tu facias Albanensis, et si ambo impediremini, hoc tu facias Sabinensis episcopi*[b]*; letanias dicas*[c] *tu Francisce, si potes, pluviali tamen indutus, quod si te*[d] *impediri contingat, tu Lucas hoc in eodem habitu exequaris. Orationem autem, quam dicere debet prior presbyterorum cardinalium, tu dicas episcope Sabinensis; quod si te impediri contingat, tu facias Albanensis; quod si ambo impediremini, tu facias Ostiensis episcopi. Prestito autem in cappella predicta*[e] *sancte Marie de*[f] *Turribus iuramento, omnes remaneatis cum rege predicto, preter illum qui missarum solemnia celebrabit. Tu vero Albanensis, orationem que tibi dicenda competit, dicas loco et tempore debitis; orationem vero quam deberet dicere Portuensis episcopus, si adesset, dicas tu Sabinensis*[g]*, quod si te*[h] *impediri contingat, tu suppleas Ostiensis. Receptio autem ad osculum inter diaconos cardinales post confessionem in altari beati Petri factam*[i]*, quia soli Romano pontifici competit et concurrit cum osculo pectoris, omittatur. Vos autem universi imponatis mitras suo modo regi sueque*[k] *regine, prout in dicto ordinario*[l] *continetur, et diademata regi et regine predictis. Verba vero dicenda in impositione diadematum, scilicet*[m]*:* Accipe signum glorie *quoad regem, item:* Accipe coronam imperialis excellentie *quoad reginam, dicas tu Sabinensis; licet enim ratione prioratus hoc tibi non competat, quia tamen*[n] *in legatione nostram representas personam, hoc per te volumus adimpleri. Verba autem predicta dicas alte atque sonore, ita quod ab assistentibus audiantur. Omnes vero vos alii verba eadem voce submissa dicatis, sic ut nequaquam audiri possitis, sicut in consecrationibus prelatorum fieri consuevit per coassistentes principaliter consecranti*[o]*. Verba autem competentia in assignatione gladii post sceptrum et pomum aureum ipsumque gladium per te Albanensis ac vos alios tradita, scilicet:* Accipe gladium ad vindictam malefactorum etc. *tu idem alta et sonora voce dicas et proferas Albanensis, reliquis submissa voce*[p] *eadem verba dicentibus, prout in verbis impositionum mitrarum et diadematum superius est expressum. Decantato autem euangelio, rex coronandus offerat aurum, quod ad pedes Romani pontificis consuevit offerri, ad pedem maioris altaris, quod vos omnes nostro recipiatis nomine cardinales*[q]*. Cetera vero*[q] *solemnia peragantur cum omni solemnitate et honorificentia*[r]*, prout in ordinario continentur. Oblatio vero calicis et ampulle per imperatorem iam coronatum decantato euangelio, corona et manto depositis, more subdiaconi Romano fienda pontifici, et assistentia eidem fienda per imperatorem, donec Romanus*[q] *pontifex ad sedem propriam revertatur, quia*[s] *soli Romano pontifici competunt, omittantur. Idem tamen*[t] *imperator, si voluerit, sacram communionem de manu recipiat celebrantis, osculo tamen omisso. Quibus peractis ad thalamum rediens, in ambone resumat mantum pariter et coronam. Processus autem eiusdem imperatoris ad locum, ubi summus pontifex equitare deberet, et detentio*[u] *stapedii selle eius et arrepto*[v] *freno equi cui Romanus pontifex insideret adextratio*[w]*, officiique stratoris exhibitio, quia*[s] *soli Romano pontifici competunt et presentiam ipsius exigunt corporalem, omittantur omnino. Reliqua autem solemnia, prout exprimuntur in ordinario, solemniter et honorifice compleantur. Quia autem, ut*[x] *ex predictis apparet, multe*[y] *observantie multaque solemnia multeque reverentie et honorificentie Romano pontifici competentia propter nostram absentiam omittuntur, protestamur et volumus et apostolica auctoritate decernimus, nullum ex hoc iuris vel facti Romane ecclesie ac nobis nostrisque successoribus preiudicium generari, quia*[z] *cum casus regis Romanorum in imperatorem coronandi occurreret, omnia exhibeantur et fiant per coronandos a Romanis pontificibus, sicut in forma*[*]*, que in archivio ecclesie et pontificali ordinario continetur, superius descripta*[a] *seriosius est expressum. Ad eiusdem autem*[b] *ecclesie Romane, nostram et successorum nostrorum conservationem iuris atque cautelam volumus per*

a) *deest* 2. b) *deest* 3. c) dictas 2. d) *deest* 2. e) *deest* 3. f) in 2. g) Albanensis 3. h) *deest* 2. i) facienda 2. k) suoque 1. l) *addit:* de summo pontifice 3. m) sunt 3. n) tunc 2. o) consecrantes 2. p) submisse eadem 3. q) *deest* 2. r) magnificentia 4. s) qui 2. t) item cum 2. u) dictae 2. v) evecto 2. arreptio freni 3. w) adestratis 2. x) *deest* 2. y) *deest* 3. z) *deest* 2. quoniam 3. *) formulario vel archivio 3. a) in superius descripto 3. b) autoritatem 2.

vos ab eodem, tam rege coronando, quam imperatore coronato, expresse his nostris protestationi et decreto consentiente recipi patentes litteras quadruplicatas[a] *de verbo ad verbum tenorem presentium continentes suo regali*[b] *primum sigillo ac postmodum sua imperiali bulla aurea communitas, quas vos Albanensis, Ostiensis, Lucas, duo*[c] *aut alter vestrum, nobis aut camere nostre fideliter assignetis. Datum*[d] *in prioratu de Grausello*[e] *prope Malausanam Vasionensis*[f] *dioecesis* 13. *Kal. Iulii pontificatus nostri*[g] *anno sexto.*

1312. Iun. 29.

Nos igitur prefatus Heinricus Romanorum imperator, qui exaltationem Romane ecclesie ubilibet affectamus et eiusdem iura et bonas consuetudines diminuere non intendimus sed augere, predictis protestationi et decreto tenore presentium consentimus expresse, dantes et concedentes, ad ipsius Romane ecclesie et[h] eiusdem domini summi pontificis et successorum suorum conservationem iuris atque cautelam, has nostras litteras, consensum nostrum eiusdem protestationis ac decreti expressum continentes, imperialis bulle auree robore communitas.

Datum Laterani, 3. Kal. Iulii anno Domini 1312. indictione 10. post nostri susceptum[i] imperii diadema, regni nostri anno 4. imperii vero nostri anno 1.

LITTERAE ENCYCLICAE.

Iun. 28.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, venerabili abbati Waldsassensi, Cisterciensis ordinis, devoto suo ac dilecto, gratiam suam et omne bonum. Magnus dominus et laudabilis valde, in excelso divinitatis sue solio residens, imperium suum, quod pro meritis eius inter nationes diversas, quasi cum gentibus a suo creatore degenerantibus, vacillabat, transire voluit ad Romanos, ut illic preiret imperialis excellentie thronus, ubi erat sacerdotalis sedes et apostolica affutura: ita quod in eodem loco summi pontificis et imperatoris auctoritas reniteret. Novissimis quippe temporibus illo translato in Germanos, post quamplures principes ad ipsum vocatos imperium, quorum quidam ipsius imperii assumpsere diadema, quidam non, divina cooperante clementia, per eos ad quos spectat, in Romanorum regem, futurum imperatorem, rite et concorditer electi, proposuimus ad Urbem pro coronationis nostre suscipiendis solenniis proficisci, ac sanctissimum in Christo patrem dominum Clementem summum pontificem requisivimus, ut ad Urbem accedens, prefata solennia nobis ibidem tradere dignaretur. Qui cum ex certis causis iuxta nostrum immensum desiderium interesse nequiret, ne dicta coronatio ob sui absentiam impediri valeret, venerabilibus patribus, dominis Arnoldo sancte sedis apostolice legato, Leonhardo Albanensi, et Nicolao Hostiensi ac Velletrensi[k] episcopis, ac Francisco sancte Lucie, nec non Luce sancte Marie in Via lata diaconis cardinalibus, commisit in hac parte plenarie vices suas, cum clausula, ut si non omnes his exequendis interesse valerent, quatuor, tres, duo, vel unus eorum, dicte coronationis nostre negotium expediret.

Verum dictis Leonhardo et Francisco de hac luce subtractis, per dictos dominos cardinales superstites die festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, quem ad hoc, ut poteramus, virtute dicte commissionis elegimus, in ecclesia sancti Ioannis Lateranensis, presente archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et aliorum prelatorum ac ecclesiasticorum ordinum Urbis, ducumque, comitum, baronum, nobilium ac Romani populi, innumerosa caterva, oleo sacro uncti fuimus, nec non imperiali diademate coronati, ac aliis debitis ac consuetis solenniis insigniti. Hec autem devotioni tue voluimus intimare, ut de nostris felicibus successibus valeas exultare.

Datum Rome, 4. Kalendarum Iulii, regni nostri anno 4, imperii vero anno 1.

CONSTITUTIO CONTRA HERETICOS ET SACRILEGOS.

Heinricus septimus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus, ad perpetuam rei memoriam.

Reddentes honorem et debitam reverentiam summe et individue Trinitati, cuius

a) *deest* 3. b) cont. regio 3. c) *deest* 3. d) Datum etc. 3. *ceteris omissis.* e) trausello 2. grassiscello 4. f) Gasion. 4. g) p. n. *desunt* 1. h) ac 2. i) sceptrum 2. k) Veltrensi *U.*

1312. Iun. 28. providentia et miseratione benigna imperii dyadema suscepimus et gubernamus imperium; in qua spem nostram precipue ponimus, credentes firmiter, simpliciter profitemur, Patrem ingenitum, et Filium a Patre genitum, et Spiritum sanctum ex utroque procedentem, unam Deitatem, sub pari maiestate, et sub pia Trinitate, secundum apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam esse colendam. Hec est fides recta, que 5 contra omnes premunitur errores, quam divinum apostolum Petrum et Paulum doctorem gentium novimus tradidisse; qua dive memorie Constantinus, noster inclytus predecessor, Romanum munivit et auxit imperium. Cunctos populos nostro subiectos imperio, nostre ditioni subiectos, in ista volumus religione versari, et presenti in perpetuum lege valitura quam sanximus, omnes hereticos utriusque sexus, quocunque nomine 10 censeantur, perpetua dampnamus infamia, diffidamus et bannimus, confirmantes predecessorum nostrorum constitutiones et penas, que adversus hereticos, credentes, fautores, et [a] defensores et receptatores [b], sine quibus diutius manere non possent, hactenus sunt statute; mandantes insuper cunctis secularibus potestatibus, ut constitutiones Romanorum pontificum contra predictos vel in causa fidei editas [c] observent, et faciant ab aliis 15 inviolabiliter [d] observari. Sanctam Romanam ecclesiam sicut matrem, et ipsius sedis antistitem tanquam Christi vicarium et beati Petri successorem, veneramur, et precipimus cunctis ex debito venerari. Ipsam enim Romanam ecclesiam in spiritualibus divine providentie altitudo universis dispositione incommutabili ecclesiis pretulit, et totius orbis aurea presentia [e] insignivit; et ideo hanc esse omnium caput, ut patrum regule et 20 principum statuta declarant, et serenissimi [f] nostri testantur affectus. Quapropter Romanum pontificem, et ipsius ecclesie cardinales, qui sunt eius corporis pars preclara, ab omni iniuria cupimus esse alienos, mandantes presenti nostra constitutione, ut seculares quecunque potestates constitutiones tam pontificum quam principum Romanorum contra sacrilegos editas observent, et faciant arcius [g] ab aliis observari. 25

supra pag. 244 288 etc.

Et hanc itaque nostre serenitatis constitutionem in corpore iuris sub debita rubrica volumus [h] inseri et mandamus.

Datum in Urbe etc. [i]

Iul. 6.

IURAMENTUM.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Clementi, sacrosancte Roma- 30 ne ac universalis ecclesie summo pontifici, Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum.

Dudum, antequam susciperemus imperii diadema, in humilitatis spiritu, que virtutum comprobatur origo, sicut sancte matris ecclesie filius, nostre devotionis ac fidei zelum vobis et ipsi ecclesie ferventi desiderio ostendere cupientes, in manibus discreti 35 viri Ioannis de Molariis ecclesiastici Tullensis, capellani vestri, de mandato per vos ei facto, vestro, ecclesie predicte, et sedis apostolice nomine recipientis, sacrosanctis euangeliis corporaliter per nos tactis, prestitimus iuramentum, quod tenor litterarum vestrarum super hoc confectarum nostro regio pendenti munitarum sigillo continet, seriose promittentes, nosque firmiter obligantes cum omni efficacia et effectu, quod post im- 40 perialis diadematis a nobis coronationem susceptam omnia in iuramento et litteris contenta predictis ratificaremus, confirmaremus, recognosceremus, faceremus, servaremus, atque iuraremus, et de his omnibus infra octo dies post coronationem huiusmodi ad perpetuam rei memoriam, ac vestram et successorum vestrorum et ecclesie ac sedis predictorum securitatem atque cautelam, vobis patentes quadruplicatas imperialis maiesta- 45 tis typario communitas concedimus litteras huiusmodi litterarum vestrarum seriem continentes, que talis est: Sanctissimo *etc. ut supra pag.* **501—503.** Tanto itaque ferventius ad sanctitatem vestram, sanctam Romanam ecclesiam, et apostolicam sedem zelo fidei et devotionis accensi, quanto sumus amplius per susceptionem imperialis diadematis divine gratie munere sublimati; iuramento et litteris contenta predictis ratificamus, 50 confirmamus, et recognoscimus, et ea servabimus et etiam faciemus; ac predicta omnia et singula inviolabiliter observari facere, et nullo unquam tempore contravenire, de novo iuramus ad sacrosancta Dei euangelia corporaliter, tacto libro in manibus venera-

a) *deest G.* b) receptores *G.* c) edita *Dobner.* d) immobiliter *G.* e) preferentia *coniicit D.* f) sincerissimi *coniicit D.* g) arctius *G.* h) *deest D.* i) *ita et cod. Vatic.* 3978. — Urbe 1312. *G.* 55

bilium dominorum miseratione divina Arnaldi Sabinensis apostolice sedis legati et fratris Nicolai Ostiensis et Velletrensis episcoporum, nomine Romane ecclesie, sedis apostolice, ac vestro, et mandato vestro* specialiter recipientium: de qua receptione tam per nostras, quam ipsorum recipientium litteras plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam, et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam, presentes litteras quadruplicatas, tenore predictarum litterarum nostrarum in eis inserto imperialis maiestatis typario communitas, iuxta promissionem et obligationem nostras predictas sanctitati vestre concessimus, et eas per eosdem venerabiles dominos Sabinensem et Ostiensem episcopos duximus transmittendas.

1312 Iul. 6.

* nostro ed.

Dat. Rome apud sanctam Sabinam, 2. Nonas Iulii anno Domini 1312. regni nostri anno 4. imperii vero nostri anno 1.

BANNITIO CIVITATUM TUSCIAE ALTERA.

1313. Febr. 23.

Luci eam dedit Lamius in Deliciis eruditorum T. IV. p. 216. *sqq.*

In eterni Dei nomine amen. Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Ad certitudinem presentium ac memoriam futurorum, ut confundantur superbe agentes, et iniqui conturbentur et erubescant, dum preponderantia eorum peccata, quibus iram meruerunt, appensa in statera iustitie, ipsos trahunt in maledictionis profundum, et facti sunt gentibus in derisum. Sicut cera fluit a facie ignis, sic pereant peccatores pertinaces in malo; exsultent iusti in conspectu Dei et in letitia delectentur, habentibus virtute premium et culpa supplicium, transiens posteris in exemplum; ex ore sedentis in throno iusto iudicio procedente. Sane dum conatus nefandos et opera detestanda communium et universitatum civitatum Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii, nec non et castrorum Prati, sancti Miniatis, sancti Geminiani, collis vallis Else, montis Politiani, et Castri Plebis, nec non et infra scriptarum singularum personarum, quarum alique de civitatibus et castris predictis, alie vero de Florentia, Luca, Pisis, Senis, Eugubio, Monte Imperiali, qui olim Podium Bonizi dicebatur, et aliis terris et locis existunt, et inferius pro ordine describuntur rebellium cesaree maiestatis, diligenter attendimus; venit patenter in lucem, quod ipsi qui ex imperialium libertatum et honorum adipe impinguati et dilatati existunt, antiquorum beneficiorum, que premio eorum ab imperio recepisse noscuntur, immemores, et obtuso gratitudinis intellectu, facti degeneres, et in reprobum sensum elati contra imperatoriam maiestatem, eorum dominam et magistram, ipsorum et aliorum fidelium quietem commodam procurantem[a], quam cum omni subiectione revereri cuique humiliato spiritu obedire tenentur, erigentes superbie cornua, et se in aliorum foveam demergentes, maiestatem ipsam, postquam provincie Tuscie fines intravimus, contumeliis et iniuriis provocarunt, et provocare continuatione temeraria et temeritate presumptuosa[b] non cessarunt postmodum neque cessant, tamquam qui videntur elegisse pro gloria confusionis obprobrium, et irreparabile ruine periculum pro tutela. Nam licet nos antequam pro imperialis diadematis susceptione proficisceremur ad Urbem, communia et universitates[c] easdem singulariter et ligittime requiri fecimus et moneri, ut coram nobis per suos sindicos sufficientes comparere curarent, prestituri nobis, ut tenebantur et tenentur, debite fidelitatis iuramentum, et nostris mandatis et beneplacitis parituri; tamen ipsa communia et universitates a semitis mandatorum Domini oberrantes, et obturantes more aspidis aures suas, dictos sindicos ad presentiam nostram mittere dictumque iuramentum prestare[d] contumaciter obmiserunt, et nihilominus eadem communia et universitates et nonnulle de infrascriptis privatis personis, sicut ad nostrum auditum publica fama deduxit, et fide dignorum testimonia et rei experientia oculate probarunt, nosque quotidie clarius experimur, una cum Florentinis, Lucanis, et Senensibus, imperii hostibus et rei publice turbatoribus manifestis, facta cum eis coniuratione in predicte

a) procurantes *ed.* b) praesemptuosa *ed.* c) universitatis *ed.* d) praessare *ed.*

1313. Febr. 23. maiestatis offensionem, Romane adveniente nostre imperialis coronationis tempore, ad exercendam prius excogitatam malitiam, videlicet, si possent, coronationis solemnia perturbarent, et ipsorum iniquitate nequeunte ibi per Dei gratiam prevalere, nobisque postmodum contra Florentiam et alios hostes prefatos nostra signa felicia dirigentibus Florentiam, ut pro posse suo Florentinos diutius in rebellione foverent, gentes armatas sue ministros nequitie transmisisse, ac aliqui de ipsis personis singularibus personaliter adcessisse noscuntur, et ipsorum quidam per se, quidam per alios, primo in Urbe vias publicas et loca per que ad reverendam basilicam principis apostolorum de dicta Urbe, non solum nobis, sed etiam omnibus religionem forsan proficiscentibus christianam, munire ac nobis et ipsis gentibus nostris ad dictam basilicam, ne ibi dicta coronatio celebrari posset, aditum totis prohibere viribus presumpserunt; etiam in Urbe ipsa partibusque vicinis quam postmodum in Tuscia, simul cum aliis hostibus nostris predictis et sine ipsis, insidias posuerunt, obstacula paraverunt, spoliationes, violentias, incendia, homicidia, et alios enormes excessus, in nostre maiestatis offensam, rei publice perturbationem, ac pacis et tranquillitatis dicte provincie impedimentum nequiter perpetrarunt; infrascripteque persone singule pro sua singulari iustitia et calliditate, civitates castra et alia loca dicte provincie, que nobis debitam obedientiam denegant, ad rebellionem, et ad predictos et alios contra nos committendos excessus pro sue malignitatis instigatione nequiter concitarunt, ipsasque civitates castra et loca in rebellione tenuerunt et tenent, dando eisdem civitatibus castris et locis ad id auxilium consilium et iuvamen.

Nos autem, licet hec adeo notoria essent, ut nulla tergiversatione celari valerent, et nos qui legibus subiecti non sumus, contra communia et universitates predictas et ipsas singulares personas possemus ipsis inrequisitis procedere, tamen ex Augusti clementia, que libentius emendat in subditos peccata quam puniat, nec exerit ferrum precisionis in morbos, quos sanare potest mulcebris lenitatis medicine; ut experiremur, utrum aliquis obedientie spiritus remansisset in eis, volentes super his ex officio inquiri facere contra eos, commune, universitates, et singulares personas prefatas singulariter et legittime citari fecimus, ut coram nobis ad suam, si possent, innocentiam ostendendam comparere curarent, alioquin super his etiam ad sententiam, non obstante ipsorum et cuiuslibet eorum absentia, procedere curaremus. Verum eadem communia et universitates et singulares persone in malitia et contumacia obstinata nec ipsi* nec ipsorum aliquis in terminis ad hoc eis prefixis*, vel quivis eorum etiam post ipsos terminos expectati, comparere coram nobis aliquatenus curaverunt; propter quod eos ipsos contumaces esse reputamus, ac super his pronuntiamus fore, non obstante ipsorum contumacia, procedendum. In ipsorum igitur absentia, quam Dei replet presentia, receptis et examinatis testibus supradictis, et eorum dictis in scriptis redactis, et per peritos nostri palatii solemniter publicatis, et cum diligentia recensitis, factaque nobis de ipsis per eosdem peritos relatione fideli; et super his omnibus procerum, principum, et aliorum baronum nostrorum comunicato consilio, postquam apud eos nec requisitiones, nec monita, nec mansuetudo, nec benignitas proficere possunt, ut eorum temeritas elidatur: Christi nomine invocato, in presentia dictorum nostrorum procerum, principum, et baronum, et populi multitudinis copiose in his scriptis sententiamus decernimus et pronunciamus; quod muri, murorum turres, et porte civitatum predictarum, Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii ac etiam predictorum castrorum Prati, sancti Miniatis, sancti Geminiani, Collis Vallis Else, Montis Pulitiani, et Castri Plebis, sumptibus et expensis hominum civitatum et castrorum predictorum totaliter diruantur et funditus destruantur; eisdem sumptibus et expensis omnia fossata et valla in ambitus ipsarum civitatum et castrorum facta explanentur et devastentur, et dictorum murorum et vallorum et fossatorum solum, aratrum patiatur; et numquam muri, fossata, et valla predicta reficiantur absque cesaree celsitudinis licentia speciali eadem. Etiam communia et universitates earumdem civitatum Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii, castrorum Prati, sancti Geminiani, collis Val lis Else, montis Pulitiani, et Castri Plebis, omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus a nobis vel predecessoribus nostris imperatoribus vel regibus Romanorum vel eorum vicariis concessis eisdem, nec non et statutis consuetudinibus, quocumque iure vel titulo eis competant vel sint quesita, mero et mixto imperio si quod hactenus consueverunt exercere vel facere exerceri et omni iurisdictone in civitatibus et castris predictis et quodlibet ex eis, et earum ac eorum burgis, nec non et quibuscumque aliis

ipsius *ed.* praefissis *ed.* ambitu?

1313. Febr. 23.

castris et villis perpetuo privamus, iustitia suadente. Ac etiam omnia pedagia, theloneum, gabellas, reditus, proventus, et cetera bona mobilia, immobilia, que ipsa communia et universitates, et quodlibet et quelibet ex eis, habent tenent vel possident, vel que, seu alii* eorum vel earum nomine, percipere vel habere consueverunt temporibus
5 retroactis, nec non et castra, burgos, et villas, munitiones, fortellitias, reditus, et proventus, et quecumque alia bona, que communia et universitates predicte, et quodlibet seu quelibet ex eis, intus et extra civitates et castra ipsa habent vel possident aut quasi, cum ipsorum iuribus iurisdictionibus mero et mixto imperio, nobis et nostre camere confiscamus. Et nihilominus communia, universitates civitatis Pistorii in mille libris*
10 auri; Vulterrarum in sexcentis libris auri; Grosseti, Clusii, Prati, sancti Miniatis, sancti Geminiani, Collis Vallis Else, Montis Politiani, et Castri Plebis, et cuiuslibet eorumdem, in quingentis libris auri puri dicte nostre camere applicandis, persolvendis condemnamus. Et singulariter in his scriptis et omnes et singulos infrascriptos de civitate et castris predictis et infrascriptis terris et locis, ut infra per ordinem adponuntur, et qui singuli
15 pro posse suo fautores existunt, et auctores rebellionum et excessuum predictorum fuisse et esse noscuntur aliis nostris hostibus adsistendo continue, ut superius continetur, tamquam rebelles et proditores imperii et lese maiestatis crimine reos, de toto Romano imperio exbannimus et diffidamus, et eorum omnium et singulorum bona omnia mobilia et immobilia, iura et actiones in quibuscumque rebus, et ubicumque in imperio
20 competant, nostre camere advocamus, et confiscamus, privantes eos omnes et singulos omni honore et dignitate, immunitatibus, et privilegiis, franchisiis, et libertatibus a nobis vel predecessoribus, imperatoribus vel regibus Romanorum, et a quibuscumque principibus, nobilibus et personis aliis eis concessis, seu quocumque titulo adquisitis, et eos et quemlibet eorum perpetua damnamus infamia, ita quod sint intestabiles et
25 ad nullum actum legittimum de cetero admittantur; et si quo tempore aliquis ipsorum in imperii fortiam devenerit, sibi extremum furcis supplicium inferatur. Dictarum quoque civitatum et castrorum, et cuiuslibet ipsorum et locorum, que sub earum et eorum districtu hactenus extiterunt, omnes et singulos peritos iudicandi et adsidendi, advocatos advocandi, et tabelliones tabellionatus officio privamus, et perpetue volumus infamie
30 subiacere. Potestates, et iudices, ac notarios, qui predicte rebellionis tempore vel in futurum de predictis offensis obnoxii fuerint, et quivis ipsorum absque nostra vel successorum nostrorum licentia ad regimen dictarum civitatum et castrorum, vel alicuius earum aut eorum, exercendum adcesserint, omni adsidendi et iudicandi, et notariatus, et cuiuslibet magistratus officio, dignitate, et auctoritate, omnibusque privilegiis, immunita-
35 tibus, honoribus, et iuribus eis a nobis vel predecessoribus nostris concessis vel alio modo quesitis omnes privamus, et tamquam rebelles imperii exbannimus et diffidamus, ut a cunctis nostris et imperii fidelibus impune personaliter et realiter offendantur. Preterea mandamus, quod nullus princeps, vel alius nobilis, seu quecumque persona etiam cuiuscumque status seu conditionis existat, nullaque civitas, castrum, vel villa, seu quecumque
40 universitas, deinceps dictis communibus vel universitatibus Pistorii, Vulterrarum, Grossieti, Clusii, Prati, sancti Miniatis, sancti Geminiani, Collis Vallis Else, Montis Politiani, et Castri Plebis ac dictis singularibus personis, per nos ut patet superius condemnatis et diffidatis, vel alicui eorum seu earum, det vel prestet in aliquo auxilium, consilium, vel favorem, nec personas ipsas vel aliquam earum post unius mensis spatium ab hodie
45 computando, quoquo modo receptet, sub pena quinquaginta librarum auri pro qualibet civitate, principe, vel alio nobili, et viginti libris auri pro quolibet castro, et decem libris auri pro qualibet persona privata, quoties contra factum fuerit, et plus et minus ad nostrum arbitrium, et nostre camere persolvendis, decernentes quod unicuique impune liceat supradictas personas per nos taliter condemnatas, et earum singulas, nec non in-
50 colas et habitatores civitatum et castrorum superius condemnatorum, et terrarum, que olim de districtibus fuerint ipsorum, personaliter et realiter capere et tradere, nostre curie de bonis ipsorum que ceperit duas partes adsignando, et sibi tertiam* retinendo; inhibentes expresse, ut sepe dictorum communium vel universitatum, seu ipsarum singularium personarum vel alicuius ipsarum, debitores de debitis in quibus tenentur eisdem
55 ipsis nullatenus satisfaciant, nec presumant quomodolibet respondere, alioquin tantumdem nostre camere persolvant, et ad id sine strepitu vel figura iudicii compellantur. Ab huiusmodi tamen sententiis, condemnationibus, diffidamentis, et bannimentis, et aliis

* aliis *ed.* * libras *ed.* * etiam *ed.*

1313. Febr. 23. omnibus, et singulis processibus supradictis, omnes illos, qui sunt de nostra familia, et qui ab eisdem communibus vel universitatibus exulant quacumque ratione vel caussa, qui castra nostra sequuntur, et qui venerint, vel infra quindecim dies futuros ab hodie computandos accedent, videlicet post, et non ante, quam accesserint ad mandata nostra, volumus et declaramus cum eorum familiis et bonis exceptos et exemptos esse, ac sub 5 nostre protectionis clipeo permanere. Quos omnes et singulos cum eorum familiis et bonis contra premissa sub protectione nostra et imperii reservamus. Has nostras sententias, et alia omnia supradicta ex certa scientia robur firmitatis perpetue obtinere volentes, et supplentes omnem defectum, siquis forsan est habitus in processibus ob aliquam iuris solemnitatem omissam, de imperialis plenitudine potestatis, aliqua lege consuetudine 10 vel dissuetudine non obstantibus, quas haberi volumus pro expressis.

Nomina vero illorum qui de predictis publice inculpantur, et contra quos processum est, et reperti sunt culpabiles de predictis, sunt infrascripti: In primis de civitate Florentie.

Sextu Ultrarni. Lappus, Gualterottus, Ioannes, et Gualterius, quondam Iacobi de Bardis de Florentia. Anastasius de Bardis. Simon quondam Geri de Bardis. Cecchi- 15 nus quondam Geri de Bardis. Cete, et Feruccius, Iuliani de Florentia. Bartholomaeus quondam Rede. Richardus, Tomasus, Ciampus, et Nepus, omnes Nepi de Bardis de Florentia. Bandellinus Iohannis Bonaguide. Coltus Bonaguide. Gerardinus filius Colti. Masinus quondam Simonis Iacobi. Mazzinus dell' Acerano. Nerius, Gerius, et Nellus, quondam Simonis Iacobi. Franciscus, et Bertinus, quondam Ianuccii de Bardis de Flo- 20 rentia. Lapuccinus Guernieri, et Bandinellus Iannuccii, de Bardis. Iohanes Pini de Rossis. Bandinus Liscii. Stoldus, et Biancus, eius filii. Stoldus quondam Coppi Stoldi. Guccius quondam Tinghi Bandini. Manfredus Stoldi. Berlingherius quodam Albizzii Baldesis. Errigus eius frater. Guidus quondam Gerardi della Fede. Pela, et Bandinus, Masini. Rorbarius, et Iacobus, del Rosso. Tribaldus de Rossis. Guido Rigarelli, Sil- 25 vester, et Bartholus, eius filii. Torellinus, et Binguccius, de Fornariis. Sgualsa Lapi del Bottaccio. Barone de Rossis. Nicholuccius de Belfredellis. Aghius Gione de Alumis. Banchus de Aglionis. Cioninus, Ciandinus, Vanni, et Bancheronus, de Aglionis. Coppus Cotenna. Lapus eius frater. Noffus Guidi. Tegghia, et Gerius de Frescobaldis de Florentia. Guido Panicce. Cione Benintendi. Meccus, et Cenne, Belliotti de Flo- 30 rentia. Cassinus Sassini. Nerius Corsini. Iustus Benci. Iacobus de Certaldo dictus iudex. Beccha, et More, quondam Cecchi de Quarata, et Simon eius filius. Loctuco de Quarata. Rinuccius, et Ugho, fratres de Piano, qui dicuntur notarii. Albizinus Ughi. Prior Bartholi. Banchus, et Lapus, eius fratres. Franciscus della Scorta. Goccia de Nerlis. Nerlus de Nerlis. Barone Bellagonnella. Manettus eius filius. Bancheri- 35 nus Bertoldi. Gerius eius frater. Bone, et Ticius, quondam Iacobi de Verrazzano. Gerius Bonsi Siguli. Bindus, et Dacuccius, de Canigianis. Cere de Canigianis. Harricus quondam Sorelli. Albizzus de Corbellis, qui dicitur iudex. Boninsegna Angeluccii. Pacinus, et Pagliace, de Machiavellis. Vanni de Guicciardinis. Bencinus Sanne Benci. Donatus frater dicti Sanne. Reus Gueri. Pierus Compagni. Guadagnius eius frater. 40 Lapus Raynerii. Bindus, Lottus, et Guiduccius, eius fratres. Ugo Ugolini Benevieni. Iohannes Lapi Ugolini. Giottus, et Bindaccius, quondam Raynaldi. Guccius de Ponzano. Tuccius Ferruccii. Taddeus Ranucci de Municolis. Geppus magistri Lamberti. Binellus Guicciardi qui dicitur notarius. Ioannes Mazza. Pulce, et Pinus, quondam Chiavicelle de Tigliamochis. Bellincione de Cacciaforis. Lapaccius Cacciaforis. Bensus Pag- 45 nochia. Zuccarus de Soderinis. Guerra de Soderinis. Corsellus Bonaccursi. Silvester eius filius.

De Sextu sancti Petri maioris de Florentia. Bellincione de Donatis. Lore Scolaris. Donatus Gerii. Aipardus, et Iacobus, quondam Taddei. Sinibaldus Simonis. Americus, Ioannes, et Thomasius, quondam Cursi de Donatis. Masus de Donatis. Ursus 50 Burichocchii. Maruccius, Donatus, et Lappus, quondam Martelli de Donatis de Florentia. Donatus qui dicitur iudex de Donatis. Lapus, et Zurla, filii Loris Scolaris. Taddeus Buosi de Donatis. Lapus, Ioannes, Scolaio, et Donzellus, filii Bellincionis de Donatis de Florentia. Bindus, et Albertus, quondam Pepi de Adimaribus. Alamannus quondam Boccaccii. Talanus quondam Boccaccii. Cantinus, et Carolus, quondam Guerre 55 de Cavicciulis de Florentia. Guidus Bensi. Doffus, et Paganinus, quondam Lapi Alamanni. Guidus Didazi eorum nepos. Gerardus Sgrane. Pepus, et Talanus, Boccaccii

de Cavicciulis de Florentia. Ioannes Andree, et Nerius Chinza, de Riccis de Florentia. Rusticus, Riccardus, Ardingus, Bartolus qui dicitur iudex, et Iacobus qui dicitur iudex, omnes de Riccis de Florentia. Ioannes de Giugnis de Florentia. Falcus, et Fatius, quondam Cambi de Giugnis. Ugolinus, et Gerius, quondam Zampa de Giugnis. Nerius cle-
5 rici de Pazzis. Simon eius filius. Iachinottus de Pazzis. Clericus, et Antonius, eius filii. Franciscus quondam Pazini. Ghigus Iacobini de Pazzis. Rottinus, et Accorri, quondam Iacobini de Pazzis de Florentia. Lapus, et Cambius, quondam Geri Balestrerii. Baldus de Agullione qui dicitur iudex. Chele, et Nicolo, eius nepotes. Truffa de Agullione. Betto Ristori. Arrigus Cocchi qui dicitur notarius. Chellus Baldovini qui
10 dicitur notarius. Baldovinus eius frater. Bertus Baldovini pater predictorum. Mazzeus quondam Miglioris Guadagni. Meglioruzus quondam Zati Guadagni. Perozius olim Perozii quondam Guadagni. Lottus Miglioris Panze. Bartolus quondam Benedicti. Ioannes, et Nerius, eius fratres. Gerardus quondam Uberti, Cantiozus quondam Terii, Simon quondam Guidonis, Guccius quondam Cierriti, Laurentius Banchi Cierriti, Albiz-
15 zus qui dicitur notarius, de Vicedominis. Lapus Bracci. Lottus quondam Bindi Aliotti. Naddus Tedicis de Aliottis. Passa Zati Passavantis. Simon, et Zatus, Gatti Passavantis. Belluccius Comabelli. Franciscus, et Bengus, eius filius. Pannocchia Manni Riccomanni. Lapus Rainaldi, et Salvinus Grassus, Drittafede. Durante Bonfantini. Biadus, et Druci, Drittafede. Cionettus Giovenchi de Bastariis. Tommasinus, et Giacchettus, de Bastariis.
20 Guidus Orlandi Rustichelli. Lapus Davanzati. Cambius Magistri Salvi. Lapus Covoni. Auctus, et Lottus, Vermigii. Riccus de Albizzis. Lippaccius, et Girrardus, Bartoli. Fantinus, et Franciscus, Rustichi Bonifacii. Aldobrandus, et Iacobus quondam Spigliati de Filicaia. Naddus, et Ioannes dictus notarius, quondam Spigliati de Filicaia. Albertus, et Pierus, Bandini de Filicaia.
25 *De sextu sancti Petri Scaradii.* Naddus de Filicaia. Chiaramontese, Masus eius filius, Cinus, Dominicus, et Bindus, de Uccellinis. Ruggerius, et Spilla Benci medici. Rainaldus, et Scarpa Scarpe. Iohannes Alfani, Beliottus, et Sandrus, quondam Foresis Alfani. Landus, et Pace, Beliotti. Tegghia della Vitella. Cione de Magnale. Gianotte, et Guidus, de Magnale. Duccius Risaliti. Cione del Canella. Ioannes Rustichelli. Mi-
30 glinus Magaldi. Lapus Talenti. Iannottus Bucelli. Rustichus de sancto apostolo dictus notarius. Bellus Cullacci, Ciones, et Perozzus, quondam Gerardi notarius. Duccius, et Ciones, Magalotti. Lippus de Mancinis. Lottus, et Duccinus, Guidonis Malabocche. Nerius Marga de Mancinis. Catellinus, Calcina, et Gregorius, de Raffacanis. Lappus Zaffa. Guccius de Maneriis. Ceffus de Maneriis. Bartolinus Cienni Alberti. Donatus
35 dell' Antella. Cenninus Orifex. Lapus Arnolphi. Iacobinus Morelli de Tebalduccis. Lapus de Compiombensibus. Bertinus de Rimbertinis. Gallinus Cionis, et Ubaldinus Tadocii, de Sacchettis. Rodolphus, et Giambertinus, quondam Gerii de Cavalcantibus. Laurentius Turagli de Urtine. Mettus Bianchi de Pulcis. Laius, et Ghinuccius eius filius. Lamus, Fiorentinus, et Albicinus, Pucci Corbinelli. Caterinus, et Bertuccius Si-
40 nibaldi. Lotterius Uberti. Bettus, Baldus, et Pulce, quondam Guelfi de Pulcis. Franciscus quondam Pocciardi. Bertus, et Doginus, olim Dogii de Pulcis. Guido Pieri et Ruggieri de Pulcis. Banchellus, et Ioannes, Lamberti dell' Antella. Lambertus Masii de Antella. Guidus Betti del bene populi sancti Romuli.

De sextu Burgi. Collenzanus Gentili, et Pepus Raynerius, et Rossi, Manente Ray-
45 nerius Marignani, et Bindus Scancherius, omnes de Bondelmontibus de Florentia. Bondelmonte quondam Benghis, et Lottus quondam Bondelmontis, Monte quondam Gerrarducci, Venturella quondam Benghi, Vannes, eius filius, et Fantones Giotti, omnes de Bondelmontibus. Bernardus Paccini dicti Giotti. Franciscus Caccie Bonciani. Bardus quondam Masi Guernerii. Caccinus, et Giannottus quondam Cienni Bonciani. Brandal-
50 lus quondam Bartoli. Dardanus, et Leonus fratres de Acciaivolis. Montemagni, et Acciaivolus, quondam Marchi de Acciaivolis. File, Bindus, Ugho, et Pierus, Oddi de Acciaivolis. Lapus Rinovantis. Tuccius Scambrilla. Guccius Baris Tornabelli. Nerius quondam Bellincionis. Bellincione eius filius. Ioannes Simonetti. Azulinus de Bustichis. Alexander Fortebraccii. Andreas de Bustichis. Corteccione de Bustichis. Bertus, et
55 Pace, quondam Corteccionis de Bustichis. Banchus Nepi de Bustichis. Raynerius de Bustichis qui dicitur iudex. Simon, et Senga de Arruffatis. Gerius, Guglielminus, Pierus, et Vannes, quondam Manetti de Spinis. Philippus, et Spina, quondam Ugonis

1313. Febr. 23.

1313. Febr. 23. Spine. Doffus Lapi Ugonis Spine. Simon Gerardi, et advocatus eius frater. Vannes, et Simon, Rossi de Gianfigliazzis. Nicolaus Telli de Gianfigliazzis. Gerius de Gianfigliazzis. Stoldus, et Cantes, de Ardinghellis. Franciscus Ubaldini, et Lapus Donati, de Ardinghellis. Russus de Giandonatis. Scolarus, et Uguccione, quondam Ridolfi. Malignus et Nosus de Iandonatis. Coppus Stefani. Pazinus, et Pescinus, quondum Gusci 5 Pesci. Ceccus, et Bartolus, quondam Rustichi Armaivoli. Facius de Segna, qui dicitur iudex. Ioannes, et Facius, qui dicuntur notarii. Ceccus, et Dinus, quondam Corsi Fornarii. Donatus Tucci Busi. Vannes Colti. Medicus Aliotti. Sagna Filippi. Bernardus, et Tegghia, quondam Pacini Botticini. Rinuccius quondam Cocchi. Ioannes, et Tuccius Compagni. Bartolus, et Nerocius, quondam Mei Compagni. Meglius, et Firenze, Fa- 10 givoli. Buonus Callighaius. Gianni, et Masus, Bonci Linaivoli.

De sextu sancti Brancatii. Chele Pagnini Bordoni. Anselmus Palle. Duccius Palle. Vannes Puccii qui fuit de Forlì. Vannes Marsilii de Vecchiettis. Cenni Nanni Oricellarii. Spinellus de Mosciano. Paganus, et Lapus, de Stroctiis. Ubertinus qui dicitur iudex. Lapus Lucoli. Rainerius del Forese. Landus Marmi. Salvinus Albizi Olian- 15 dolo. Gerardus quondam Ugolini Ventraia. Ugolinus cardinalis dictus iudex de Tornaquincis. Cardinale Girolami. Lottus Ardinghi. Attore Belchari. Magister Ioannes Medicus. Ceffus Beccanugi. Bernardus, et Ferruccius, de Bordonibus. Lapus de Mongone. Baldus Borghi. Gerius Orlandi. Mannus Attaviani. Achori Beliardi. Dolcinus Aurifex. Guatanus de Pilis. Feus Mini Alberti. Franciscus Zucconis. Ceccus Miniati. 20 Checcus Corsi Fornarii. Nerius Vianattieri. Iohannes Incontri. Lippozzus Gerardini Gianni. Bindus dictus Bindactara. Bettinus, Cette, et Altieri, quondam Ormanni de Foraboschis. Zuccarus Magistri Iulii. Giannus eius frater. Massius Zuccari. Lapus Marie.

De sextu Porte Domus. Nepus Nepi della Tosa. Clericus eius filius. Gottefredus, 25 et Simon, quondam Rossi. Ganuccius de Matriola. Pinus quondam Vannis. Ioannes Saxus quondam Rainerii. Rossellinus quondam Henrici. Odaldus della Tosa. Veglia de Ameriis. Verius Rondinelli. Busticus, et Lapuccius, consigli. Falcoccius Rondinelli. Niccolus, et Taddeus, de Cerreto. Donatus, et Falcardius, Lapi Viviani. Butus, et Davancinus, Richi. Bartolinus, et Giuntha, Lapi de Galiano. Tertius de Bonellis. Ge- 30 rius Cardinalis. Alexius de Crinario. Amadore Lanaivolus. Albertus Rosone qui dicitur iudex. Gerius Rosone qui dicitur notarius. Hezolinus, et Lapus, quondam Fortis Besoli. Bindus de Brunelleschis. Martellinus Richi. Bartolus de Anchionibus. Stephanus Toscanelli. Cambius Malabocche. Tuccius Ciapi. Cambius Capellanus. Andreas Spinelli. Cenninus eius Frater. Lippus Bongie. Lapus, et Ardinghus, de Medicis. Bone 35 Bensi qui dicitur Notarius. Iacobus de Marignollis. Bancus, et Cassinus, Falchi Bonaccorsi. Dominicus Bencivienis. Pratese Beccarius. Neruccius, et Gieri, Bendi del Nero, de Ambrosiis. Scolaius de Iandonatis. Orsachius Tebaldi de Iandonatis. Iacobus Magnoli. Iannoctius Pucci Magnoli. Donatus, et Lapus Benci de Magnolis.

De sextu porte sancti Petri. Durante Vinatterius. Tomasius, Henrigaccius, Ugo- 40 lottus, et Maruccius, filii Aglionis de Aglis. Nerius, et Ventinus, Ghinucci Bonfantini. Ciones Salimbeni. Ghigus, Lapus, et Franciscus, Ruggerii Campanarii. Lapus, et Durante Bonfantini. Corbizus Mazochi. Bertius Arrighi. Durancozius Bonfantini.

Nomina vero comitatinorum Florentinorum, qui de predictis publice inculpantur et diffamantur, contra quos iam processum est, et sunt isti infrascripti: 45

Baldus, et Ranierus, Fini. Schiattinus, Tile, et Scalza, de Bonzzis de Fighine Vallis Arni superioris. Braccius Gentilis de Palmeriis. Paulus Arrighi qui dicitur iudex. Mazola Vice, Lappus Citti, Bufaza Cittadini, Maza Cituzzi, Bonaceltus, et Monis, Ghiarruccius, Tanus Landi, Angelus Bocchineri, Magna Giunchi, Gesca Dechi, Dati, Giaffa, et Romanus Vite, Ioannes Sartoris qui dicitur notarius, Vannes vocatus Ascianicus, Tonus 50 Landi, qui omnes sunt de Cascia Vallis Arni superioris. Nicola de Francesis. Franciscus Arrighi de Manettis de Fighine. Mazzuolus de Francesis. Ioannes de Neapoleonis de Manettis de Fighine. Bindus, Panziera, et Bindaccius, Ugi de Ricasoli. Faggiolus, Bertus, et Zeppa, Ugonis de Cacchiano. Rossus de Viella de Chianti. Pannocchinus Rugerii, Iacobus Alberti, de Broglie. Ugolinus de Vertine. Nuccius, Lapus, Alexander, et Guc- 55 cius, filii Totti de Uzzano. Guccius, Tottus, et Bindaccius, Rainaldi de Panzano. Bindus,

1313. Febr. 23.

Ciampoli, et Fredi, eius filius de Panzano. Vannes, Tinghinus, et Bettus, Balduvinetti de Gerardinis. Bettus, Duccius, Massus, et Naldus, Lotteringhi de Gerardinis, de Monte Corbolini. Vannes, Noldus, et Gerardus, quondam Bernardini de Gerardinis de Monte Corbolini. Bernardus, et Manfredi, quondam Bernardi Orlandi. Guidus Impic-
5 cia. Niccoluccius, et Fonochius, eius filius, Gualtierii, et Tanus, et Armaleus, filii Bernardi predicti, omnes de Squarcialupis de Montenano. Sarsinus Lupi Squarcialupi. Monaldus Squarcialupi. Ciampus eius filius. Gerardus Roggerii della Fiorina. Tone Ricchardi. Guarnerius Vangi, et Vangus Righetti, de Ciparello. Braccinus quondam Boncinsegne de Adoria. Quercius, Fede, et Segna, et Orlandus, eius filii. Bernardus de
10 Monte Rinaldi. Bindus Tegghie. Folinus eius filius. Massus, et Tegghia, etiam eius filii, Guccius, et Tribaldus dictus Panziera, quondam Thebaldi dicti Fuobe de Monte Rinaldi. Luca, et Masus, Tabaldi de Stinchis. Scolaius de Gangalandis. Bernarduccius, Sangallus, Cignus Marucci, Facius Garulla, et Robaldus, de Signa. Robaldus de Rinaldis. Bernardus, Guiduccius, et Iacobus, eius filii. Unitotius, et Bindaccius, quondam Gualterii. Guc-
15 cius, Gualterius, et Franciscus, quondam Rainaldi omnes de Rinaldis de Segna comitatini, et cives Florentini.

Data, lata, et pronunciata fuit dicta sententia per dictum dominum imperatorem pro tribunali sedentem, et lecta, et publicata mandato, et in presentia ipsius domini imperatoris, per Paulum Ranuccii de Monte Imperiali notarium et eius officialem, et in pre-
20 sentia mei Leopardi Frenetti de Pisis notarii camere Imperialis, et magistri Ioannis de Urbino, notariis ipsius domini imperatoris; quibus et insuper notariis supradictis idem dominus imperator precepit, quod de predictis omnibus et singulis fiant et dentur, et faciamus et demus publica instrumenta; in castris apud Montem Imperialem predictum Florentine dioecesis super Florentiam. Et hec omnia ibidem acta fuerunt; et convocata
25 ibi ad audiendum dictam sententiam legi imperiali mandato multitudine copiosa, tam nobilium quam popularium de partibus ultramontanis, et Italie, ac etiam aliunde, presentibus magnificis et potentibus viris et dominis, Amideo comite Sabaudie, Ioanne comite Foresii, Manfredo de Claramonte comite Mohac, Henrico de Flandria mariscalco dicti domini imperatoris, Tancredo comite de Muttigliana, Federico comite Montis Feltri,
30 Conte comite de Ilcio, Spinetta marchione Malaspine, et dominis Egidio thesaurario[a] domini imperatoris, Francisco Tani de Ubaldinis, Nicolao de Zauro de Ianua, Baldinaccio de Adimaribus de Florentia, Bascheria de Tosinghis de Florentia, Alexandro de Oisi, Simone Filippi de Pistorio, Nicolao de Bonsignoribus de Senis, Ioanne Zeno de Pisis, Theobaldo de Belloviso, Baldovino de Monte Cornetto, Raniero de Casulis, Giano de
35 Cerchis de Florentia, Paulonio de Faggiuola, et Raniero Iannis comite de Donnoratico, et quampluribus aliis fide dignis testibus ad hec rogatis et vocatis; dominice nativitatis anno 1313, indictione 11, die 23. mensis Februarii, ac regni ipsius domini imperatoris anno 5, imperii vero 1.

a) thesaurerio *ed.*

40
CURIA PISANA.

1313.

Edictum de crimine laesae maiestatis, ad calcem Corporis iuris civilis typis expressum, ope chronici Petri abbatis Aulae regiae apud Dobnerum Monum. T. V. p. **312.** *et codicis* 1) *bibl. Caesareae Vindobonensis inter libros Iuris canonici Nro.* **14.** *fol.* **296.** *membr. sec.*
45 *XV. proponimus, evolutis etiam codicibus* 2) *musei Burbonici Neapol. signato E.* **24.** *chart. in 4to sec. XV. ineuntis,* 3) *Vaticano Nro.* **3978.** *in fol. membr. sec. XIV. aut XV. et* 4) *Vaticano Nro.* **1437.** *membr. fol. sec. XIV. Declaratio quis sit rebellis? prodit ex libro Commemoriali rei publicae Venetae in tabulario Caesareo Vindo-*
50 *bonensi adservato T. I. fol.* **458, 459,** *collata editione Petri abbatis Aulae regiae l. c. pag.* **313,** *repertis quoque et evolutis codicibus*

1313. *2) musei Burbonici N. E.* **24.** *et 3) Vaticano Nro.* **3978.** *quem 4) Cl. Würdtwein in Novis Subsidiis T. XI. pag.* **50.** *expressisse videtur. Sententiam in Robertum regem Siciliae damus ex authentico archivi regii Taurinensis cuius lectiones in usum nostrum tabularii regii enotarunt, collatam cum editionibus prioribus 1) in historia Albertini Mussati apud Muratorium SS. X. pag.* **524.** *2) in chronico Siciliae in Martenii Thesauro T. III. pag.* **62.** *et Muratorii SS. X. pag.* **865.** *lectionis valde corruptae, sed nonnunquam sanae, 3) in Petri chronico Aulae regiae l. c. pag.* **316.** *Albertini lectionibus plurimum consono, 4) et Alberico de Rosate, qui plurimum cum* **1.** *et* **3.** *convenit, in Freheri SS. T. I. pag.* **413.** *et* **602.** *et in Bzovii Annal. eccl. T. XIV. pag.* **202.** *(edit. Colon. a.* **1618***); Freherum Goldastus in Constitutionibus T. I. pag.* **321.** *exscripsit. Quibus collatis, textus tamen omni parte integer minime prodit, quare aut lectiones authentici Taurinensis non omnes enotatas, aut exempla iam prima vitiis conspersa fuisse, opinari licet. Apographa saeculi XV. extant in codice Athenaei Taurinensis Nro.* **784.** *signato, et in codice D. Marci Venetiis Classis XI. Nro.* **84.** *membranaceo. Mandatum de exequenda sententia in civitatem Paduae ex Commemoriali T. I. fol.* **459.** *adiungimus.*

April 2.

EDICTUM DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS.

Heinricus [a] septimus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus, ad perpetuam rei memoriam. Ad reprimenda [b] multorum facinora, qui ruptis tocius debite fidelitatis [c] habenis, adversus Romanum imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requiescit, hostili animo armati [d] conantur nedum [e] humana, verum etiam divina precepta, quibus iubetur, quod omnis anima Romanorum [f] principi sit subiecta, sceleratissimis facinoribus [g] et assiduis rebellionibus demoliri: ne ex eorum absentia, in detestando lese maiestatis crimine processus et sententia retardentur [h], et tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita, hac edictali [i], Deo propitio, perpetuo valitura lege sanctimus [k], ut in quocumque lese maiestatis crimine, et maxime ubi contra Romanorum imperatores [l] vel reges aliquid [m], quod dictum crimen [n] tangat, asseratur commissum, possit procedi per accusationem, inquisitionem, seu denuntiationem, summarie et [o] de plano, sine strepitu et figura iudicii, prout illi, qui iurisdictioni preest, videbitur [p] expedire [q]. Ad hoc, si qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quevis persona, cuiuscumque status, dignitatis [r], vel condicionis existat, super dicto crimine per nuntium vel per litteras, seu etiam per edictum publice propositum citata, vel citatum [s], neglexerit [t] in termino personaliter vel legitime comparere: contra ipsam vel ipsum [u], perinde ac si personaliter [v] omnibus interesset, vel [w] lis foret legitime contestata, tam ad [x] recepcionem testium [y], eorum publicacionem, et sequentia, quam ad diffinitivam sententiam et [z] eius executionem [*] procedatur; legibus et [a] consuetudinibus non obstantibus quibuscumque. Hanc autem generalem legem nostram [b] extendi volumus [c] ad preterita, presentia et futura; quam [d] ex nunc absque alterius temporis exspectatione transcursus [e], suum integrum vigorem [f] decernimus obtinere. Amen [g].

Data Pisis, 4. Nonas Aprilis, regni nostri anno 5. imperii vero 1.

a) Heinricus *usque* memoriam *supplevi ex Dobnero; desunt in edd. et codd.* b) repremendum 1. reprimendum *Spangenb.* c) r. h. t. d. f. 1. r. t. f. h. 2. *et D.* (*debite deest*), r. t. f. d. h. *desunt.* d) animati *D.* e) nec tantum *D.* f) romano *D.* g) factinoibus 1. h) retardetur ac *D.* i) hoc edictali edicto D. p. in perpetuum *D.* k) s. l. s. 1. l) i. romanos *D.* m) aliquod crimen quod Deum tangat *D.* n) *deest Sp.* o) *deest* 1. p) videtur *Sp.* q) expediri 1. r) d. st. 1. s) citatus vel citata *D.* t) neglexit 1. u) ipsum vel ipsam *D.* v) presentialiter *Sp.* w) et *D.* x) tam quo ad 1. y) testium quam ad eorum 1. t. et e. *Sp.* z) s. generalem nostram legem et eius ex. *D. sed voces istas ex inferioribus desumtas et perperam insertas in codice Raudnitzensi minime haberi, animadvertit Cl. Palacky l. c. p.* 130. *) e prosecutionem p. *D.* a) vel *D.* b) *deest* 1. n. l, *D.* c) iubemus 1. *Sp.* d) q. legem *Sp.* e) recursus *D.* f) v. i. 1. g) *deest Sp.* 2. 3. et cetera *D. reliqua ex codice* 4. *addidimus.*

1313. Apr. 2.

DECLARATIO QUIS SIT REBELLIS.

Heinricus[a] septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, ad[b] perpetuam rei memoriam[c]. Quoniam[d] nuper est ad auditum nostrum deductum, quod inter nonnullos fideles et subditos nostros[e] provincie[f] Lombardie, aliorumque locorum Italie[g], disceptationes et dubia sepius oriuntur, an[h] infidelis et rebellis imperii quisquam[i] reputari debeat, nisi[k] prius per nostre maiestatis sententiam condempnatus[l] appareat; nos[m] attendentes, quod acta prava[n] malorum potius, quam verba sententiarum ipsos faciunt[o] pena condignos, et eo ipso[p], quod[q] quis peccat, correctionem meretur, et quanto plus differtur[r] punitio, tanto magis[s] culpa crescit, et gentibus in exemplum perniciosius[t] transit, tenore presentium declaramus, decernimus, et[u] pronuntiamus, quod illi omnes et singuli sunt rebelles et infideles nostri et[v] imperii, qui quomodocumque[w] publice vel occulte contra nostrum honorem infidelitatis[x] vel[y] rebellionis opera faciunt, et in[z] nostram seu imperii prosperitatem aliquid machinantur[*] contra nos[a] sive[b] officiales nostros, in hiis[c] que ad comissum eis offitium pertinent, rebellando[d]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre[e] declarationis, decreti[f] et pronuntiationis infringere, vel ei[g] ausu temerario contraire. Si quis[h] autem hoc attemptare presumpserit[i], indignationem nostram et penam mille librarum auri[k] nostre camere[l] solvendarum se noverit incursurum.

Data[m] Pisis[n], 4. Nonas Aprilis, presentis[o] regni[p] nostri anno 5. imperii[q] vero 1.[r]

April 25.

SENTENTIA IN ROBERTUM REGEM SICILIAE.

Heinricus septimus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

Deus, iudex iustus fortis et longanimis, omnes secundum sua merita iudicans, superbientem illum, qui, dum ante sue thronum clementie se gloria et honore sublimatum conspiciens, sedem suam ab aquilone[s], ut esset Altissimo similis, ponere cogitavit, de altis celorum fastibus ad inferiora terre in opprobria sempiterna demergens, ipsum omni gratia et spe misericordie condigne privando, eum duxit eternalibus ultionibus exponendum; sicut ad presens iustitiam respicit, et equitatem iudicat[t]. Ipse celestium terrestrium et infernorum dominus, qui novit occulta cordium, et ante cuius tribunal omnis calumnia cessat et veritas nullis[u] nequitie tenebris obscuratur, deponat nunc de sede potentem, qui tentavit et exacerbavit ipsum et concitavit eum in iram; perdat eum, qui mala querit; det[v] illi, qui obstinato animo viam innocentie effugit et gloriatur in malitia[w], opprobrium sempiternum; faciat in eum iudicium conscriptum, et sit gloria omnibus sanctis eius. Nequitie siquidem et perditionis alumnus Robertus, natus clare memorie Caroli secundi, qui se Sicilie regem intitulat, ex imperii Romani adipe impinguatus incrassatus et dilatatus, contra illum[x], cui[y] etiam causa multorum feudorum et honorum[z] ipsius imperii, que hactenus tenuit et que iniuste presentialiter occupat, humiliter obedire deberet, virus iniquitatis evomens, odia dolos et fraudes pro fidelitate retribuens, ex[*] detestando ingratitudinis vitio calcaneum rebellionis presumsit erigere, ac contra stimulum indurata nequitia calcitrare non cessat, nefandaque superbia tumefactus sedem ab aquilone[a], videlicet ab opposito maiestatis cesaree, quam eius dominam et magistram reve-

a) *Inscriptio in codice haec est:* Hoc est exemplum duarum litterarum domini imperatoris Romanorum veris bullis cereis ipsius pendentibus bullatarum presentatarum domino duci die vigesimo nono Iulii undecime indictionis, quorum tenor per omnia talis est. *Alteram chartam vide infra pag.* 549. b) augustus etc. 4. c) Henricus *usque* memoriam *desunt* 2. 3. *Sp.* d) Cum 4. e) nostre *D.* f) Prouincię, Lombardię 1. g) Ytalie *D.* h) ut *D.* i) quisque *D.* k) ubi *D.* l) condepnatus 1. m) a. et nos *Sp.* n) priuata 4. o) facit *D.* p) *deest* 4. *D.* q) quo *D.* r) deffertur 1. s) amplius *Sp.* t) p. in e. *Sp.* u) *deest D.* v) *deest D. Sp.* w) quandocunque *D.* 4. x) h. et fidelitatem rebellionis *Sp.* y) et *D.* z) contra nostri imperii *Sp.* *) m. sive contra officiales 4. a) c. n. *desunt D.* b) seu *Sp.* seu contra o. *D.* c) iis 4. *Sp.* d) rebellant 4. rebellandi *D.* Nulli *usque* incursurum *desunt* 4. Nulli ergo et cetera. Si *D.* e) *deest Sp.* f) *deest Sp.* g) *deest Sp.* h) qui *D.* i) presumserint *D.* k) *deest Sp.* l) c. n. *D.* m) Datum Pysis *D.* n) *deest* 1. o) *deest* 2. 3. 4. *D. Sp.* p) regiminis nostri anno I. *reliqua desunt* 2. q) quinto. MCCCXII *Sp. annus imperii deest.* r) primo. anno a nativitate Domini MCCCXIII. 3. 4. primo. Expliciunt nove leges serenissimi principis (Heinrici *deest*) septimi Dei gratia Romanorum imperatoris et semper augusti ad certitudinem presentium et memoriam futurorum *D.* s) ad aquilonem 2. 3. 4. t) sic (sic et 2) ad praesens iustitiam respiciat et aequitatem videat 2. 3. 4. u) nullius 1. 3. 4. v) et det 2. 3. 4. w) m. et 1. *auth.?* x) illud 2. 3. 4. y) cuius 1. *auth.?* z) bonorum 2. 4. *) et 1. *auth.?* a) ad aquilonem 3.

1313. April 25.

reri et honorare tenetur, sibi ponere satagens, ipsam convitiis et contumeliis provocavit hactenus, et protervo animo continuo provocare presumit. Ipse namque inter ceteros sue [a] malignitatis conatus, licet, antequam pro [b] imperialis diadematis susceptione proficisceremur ad Urbem, per suas litteras speciales pluries culmini nostro scripsisset, quod ipse — sicut et ex causa predicta debebat, et nos, qui nec verbo nec opere quod sciremus gravaveramus, nec gravare, sed potius gratiose tractare intendebamus eumdem, ex puritate conscientie credebamus — ad exhibendam nobis debitam reverentiam et honorem, tam in dicta coronatione quam alibi, intendebat, et ad id pro viribus se parabat: confederationes tamen [c] et conspirationes, uniones et ligas in offensam [d] et impedimentum progressus cesarei una cum Florentinis, Lucanis [e], Senensibus et aliis nostris et imperii [f] Romani subditis in Longobardia et Tuscia, ut eos in rebellionis precipitium et cecitatis foveat omen contrarium — sicut contraxisse dignoscitur —, per se suosque procuratores nuntios et ambasciatores, in nostre maiestatis iniuriam offensam et impedimentum progressus cesarei, facere procuravit et fecit, ac etiam tractavit et ordinavit, quod civitates Cremone, Regii et Parme, que sub nostra obedientia existebant, contra nos et imperium rebellarent, inducendo tam communia ipsarum civitatum, quam alios subditos nostros predictos ad rebellionem huiusmodi, et eis ad id pollicendo consilium auxilium et favorem; et nihilominus gentes dicti Roberti, eius fulti favoribus sueque nequitie conscii et ministri, civitatem Astensem et castra Valentie et Casalis sancti Evasii et alias nonnullas civitates et castra provincie Longobardie, que mandata nostra iuraverant et nos in eorum dominum recognoverant et officiales nostros receperant et habebant, officialibus ipsis exinde violenter eiectis, nequiter occuparunt, et occupatos et occupata pro Roberto retinent supradicto. Idem quoque Robertus Ioannem fratrem et stipendiarios suos Romam ea videlicet intentione transmisit, ut Urbe si posset sue dictioni [g] dolose subiecta, vel saltem turbine in eius periculo nefande seditionis immisso, dicte coronationis solemnia impediret [h]; prout dicti Ioannes et stipendiarii in ingressu nostro in Urbem predictam, et [i] quamdiu in partibus illis moram traximus, efficaci operum argumento probantes, una cum copiosa dictorum subditorum multitudine — que [k] per instigationem dicti Roberti, sub promissi eis sui subsidii et defensionis fiducia, cum equis et armis ad se opponendum nobis et exercendum precogitatam malitiam simul cum Ioanne stipendiariisque predictis convenit — ibidem contra nos et gentes nostras hostiliter posuerunt insidias, fecerunt insultus, spoliationes violentias et homicidia perpetrarunt, viasque publicas et loca, per que ad reverendam [l] basilicam principis apostolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus christianam liber aditus patere debebat, bellicosis apparatibus claudere, nobis ac nostris gentibus ad basilicam ipsam, ne ibi dicta coronatio celebrari valeret, accessum totis viribus prohibere, ac alias omni modo quo poterant [*] maiestatem nostram offendere procurarunt. Aliaque prefatus Robertus committebat, et erat in actu continue committendi omnia, que ad nostrum et imperii damnum vel iacturam tenderent, et ad eam omnibus modis quibus poterat nitebatur. Hoc siquidem ad nos decrescente [m] clamore notorio, et in pluribus etiam rerum experientia edocente, licet ipsa tam publica et notoria essent, quod nulla possent tergiversatione celari, et nos, qui legibus subiecti non sumus, contra dictum Robertum propter premissa ipso inrequisito potuissemus procedere: tamen ex Augusti clementia, que libentius emendat in subditis peccata quam puniat, nec exerit ferrum precisionis in morbos quos [n] sanare potest mulcebris lenitas medicine, post secessum nostrum de Urbe predicta super dicto notorio et predictis per ipsum Robertum contra nostram maiestatem commissis ad inquisitionem descendimus, quam, ut fidei vel amoris scintilla, si qua forsan remansisset in eo, ipsius viscera tangeret, et ipsa [o] interim spatium ad cor redeundi haberet, usque in presens gratiosis dilationibus [p] duximus protrahendam, Robertum predictum citari legitime facientes, ut coram nobis comparere curaret, super his si posset suam innocentiam ostensurus. Verum idem Robertus in sua protervia perseverans, in terminis ad hec sibi prefixis vel eorum aliquo per se vel alium comparere contumaciter non curavit. Quare

a) suos *omnes.* b) *deest auth.* antequam imperialis prof. 1. *caeteris omissis*, a. pro imperialis diadematis successione 2. a. imperialis celsitudinis coronationem ob quam 3. a. imperialis coronationis causa 4. c) tam 1. *auth? deest* 2. 3. d) et offensas 1. *auth?* e) lucernis *auth?* literas 1. f) nostri imperii 1. 3. 4. *auth?* g) perditioni 1. 3. proditioni 4. h) impedire 1. *auth?* i) *deest* 1. 4. *auth?* k) qui 1. 2. *auth?* l) tenendum 1. 3. tendendam 4. *) poterat 1. *aut?* m) deferente 2. *melius.* crescente 4. n) que 1. *auth?* membra que 2. eos quos 4. o) *scil.* fides? *certe lectio* ipse 1—4. *melior esse videtur.* p) deliberationibus 1. 3. 4.

1313. April 25.

nos super premissis in ipsius Roberti contumaciam fide dignis et sufficientibus receptis et examinatis testibus, et eorum dictis in scriptis redactis et per nos solemniter publicatis et de mandato nostro a peritis nostri palatii cum diligentia recensitis, et facta nobis de ipsis per ipsos peritos relatione fideli, per ea, que probata fuerant[a], predicta omnia et singula publica et notoria esse [et contra dictum Robertum tamquam publicum imperii hostem procedendum fore 2.] in scriptis interloquendo pronuntiavimus et declaravimus iustitia exigente. Ac postmodum eum requiri et citari sufficienter et peremtorie fecimus, ut, certo termino iam elapso, coram nobis, ubicumque essemus, ad hanc nostram[b] sententiam audiendam comparere curaret. Que ipse prescius, diffisus meritis et offensis, et in sua obstinatus contumacia et fraudibus perniciosius induratus[c], facere pretermisit. Quia igitur de premissis omnibus et singulis, prout prorsus in inquisitione continetur predicta, specialiter per dictos testes plenarie nobis constat[d], nos predictos et alios predicti Roberti excessus nefarios et opera detestanda maturo et iusto librantes examine, ac illud notissimum nullatenus obmictentes, quod ipse Robertus, cum in Urbe predicta causa prefate coronationis essemus, et dilectissimi fideles[e] nostri Pisani, qui inter ceteros nostros subditos fidelitatis et operis sinceritate renitent, galeas et gentes Romam ad nostrum servitium et honorem mitterent, galeas ipsas in nostre maiestatis iniuriam hostiliter[f] invadi, spoliari, et gentes predictas capi, carcerari, et in carcere detineri fecit, et nihilominus in huiusmodi continuatione criminum perseverando, mala malis addendo, et peiora quotidie committendo, dum contra rebelles nostros de Tuscia[g] direxissemus signa cesarea, rebellibus ipsis, sicut publicum et notorium est et facti evidentia docebat et docet, misit pluries armatorum subsidium, ut eos diutius in sue rebellionis erroribus confoveret; et attendentes, quod ipse, dum potuit pacem et quietem habere, dum debuit tranquillitatem expetere[h] ac nostram benevolentiam et dilectionem, quam sibi ex animi sinceritate paraveramus, obtinere, noluit[i], bellum quesivit, iniquitates exercuit, et pro posse procuravit, sicut adhuc[k] procurare non cessat, imperii populis seminare zizaniam, suscitare odia, immittere scandala, concitare tumultus, nutrire scismata, et fovere discordias, et sine intermissione in actu continuandi et committendi omnia que potest in contrarium nostrum existit, et non solum in nostrum et imperii contemtum reique publice detrimentum, sed etiam in perturbationem prosperitatis ecclesiastice, que ad dicti imperii statum plurimum tendere dignoscitur, et in retardatione negotii Terre Sancte, ad quod[l] teste illo qui omnia novit totis cordis affectibus anhelamus; et videntes apertius, quod dictus Robertus irrevocabiliter in devium erroris prolapsus et obstinatus in dolis, viam veritatis exsprevit omnino, et tamquam aspis surda suum pervium obstruens auditum, nec mandata nostra, nec legis penam, in quam suis culpis incidisse ac incidere noscitur, nec etiam imperatorie plenitudinem potestatis veretur, sed quotidie cervicis durioris efficitur, et quantum ipsum ad penitudinem expectamus, tanto maiorem sumit audaciam malignandi; considerantes etiam, quod ipse Robertus de imperii crapulatus pinguedine debacchatur[m], et ex licentie[n] sibi laxatis habenis furit, et nobis pro obedientia rebellionem et pro fidelitatis debito iniurias facit, nosque ac[o] quoscumque fideles imperii nobis obedientes pro posse impugnare conatur, eiusque potestas non in edificationem sed destructionem, non ad fructum et iuvamen, ut deberet, sed ad pestem esse dignoscitur; et volentes periculis et iniuriis que ipsius [por]tendunt insolentiam[p] obviare, ac euangelicam doctrinam sequentes, que nos monet, quod omnis arbor, que non facit fructum bonum, abscidatur[q] et mittatur in ignem; licet fideles reges et principes propter ipsorum[r] dignitatis eminentiam libenter condignis honoribus et gratiosis favoribus prosequamur: tamen, ut culpa supplicium timeat et virtus retributionem[s] expectet, Roberti eligimus domare superbiam et presumtionem erectam[t] conterere, ipsumque a statu suo quantumcumque sublimi deponere, cum propter premissa sit lese maiestatis crimine reus; universis et singulis dignitatibus quocumque[u] titulo comprehensis, et quibus se intitulat et decorat auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis, provinciis, contratis, civita-

a) fideli pro eis quae vidimus et audivimus 2. b) *addit:* definitivam 2. 3. c) inductus 1. 4. d) constant 1. *auth.?* e) *deest* 1. 3. 4. f) *deest* 1. 3. 4. g) Teustia *auth. deest* 1. 3. 4. h) exspectare 1. 2. 3. 4. i) voluit 1. *auth.?* k) etiam 1. 2. 3. 4. l) a quo 1. *auth.?* m) debacchatus 1. *auth.?* dilatatur 2. 3. 4. n) illicitis 3. 4. licitis 1. o) ad 1. *auth.?* p) *locus certe corruptus; que deest in auth.* iniuriis atque ipsius redunt 1. iacturis ac ipsius insolentiae 2. iniuriis absque ipsius retardatione 3. iniuriis et ipsius fraudibus 4. q) abscindatur 1. *auth.?* r) *ita* 2. principes propter in suorum *auth.?* principes praeterit in suorum 1. principes in suorum 3. 4. s) praemium retributionis 2. meritum retributionis 3. t) electam 1. *auth.?* elatam 2. u) modo sive tit. 2.

1313. April 25.

libus, castris, terris, villis, feudis, vassallis, bonis, rebus, iuribus et iurisdictionibus, tam perpetuis quam temporalibus, quos quas et que habet tenet et possidet vel quasi, seu habuerunt tenuerunt et possiderunt quomodolibet hactenus ipse vel sui predecessores, privamus; eumdemque Robertum, rebellem proditorem et hostem imperii dicteque maiestatis reum, de toto predicto imperio exbannimus et diffidamus, et ipsum, si quo tempore in nostram et imperii fortiam[*] venerit, vita per capitis mutilationem privandum in his scriptis sententialiter condemnamus; statuentes et mandantes, quod nulla persona, cuiuscumque nobilitatis excellentie status conditionis existat, nullaque civitas castrum villa vel universitas eidem contra nos et imperium[a] prebeat publice vel occulte auxilium consilium vel favorem, sub pena centum librarum auri pro qualibet civitate, et quinquaginta librarum auri pro quolibet castro, villa, marchione, duce, comite, barone et quolibet nobili, et viginti librarum auri pro qualibet alia singulari persona, pro vice qualibet qua contrafecerint committenda; quodque cuilibet impune liceat cives incolas et habitatores civitatum, castrorum, villarum, et quaslibet alias singulares personas, cuiuscumque status et conditionis existant[b], que contra nostrum honorem ei obedirent, vel darent auxilium consilium vel favorem publice vel occulte, offendere in persona rebus et iuribus, et ipsos et ea capere, restare[c] et detinere; inhibentes etiam et precipientes expresse, ne aliqui debitores eiusdem Roberti de bonis in quibus tenerentur in aliquo ei satisfaciant vel presumant quomodolibet respondere, alioquin tantumdem camere nostre persolvant, et ad id sine strepitu et figura iudicii compellantur. Universitates et provincias, civitates, castra, villas, et singulas universitates, et quaslibet singulares personas, cuiuscumque preeminentie vel exellentie, etiam si prediti[d] regia dignitate prefulgeant, et cuiuslibet alterius[e] nobilitatis, conditionis et status existant, que ex aliquo pacto promissione seu obligatione dicto Roberto aut suis predecessoribus facto vel pena apposita sub quacumque verborum forma comprehenso vel comprehensa, sive quavis ratione causa vel titulo et specialiter de aliquo servitio faciendo vel hominum armatorum prestanda[f] aut aliud subsidium dandum[g] per mare vel per terram tenerentur eidem Roberto, ab ipsis pacto promissione obligatione et pena apposita, vassallos quoque, feudatarios[h], et omnes et singulos qui eidem fidelitatis et feudi vel alia quacumque ratione vel causa ad aliqua prestanda servitia personalia vel realia tenerentur, ab omni vinculo fidelitatis subiectionis et obedientie sibi vel suis heredibus faciende absolvimus penitus et in totum; ita quod nec civitas[i], castra, ville, universitates et persone predicte pacto vel obligatione predictorum, nec vassalli et feudatarii prefati, cuiusvis[i*] fidelitatis et subiectionis vel obedientie ratione causa vel titulo, sibi vel suis heredibus quomodolibet teneantur. Provincias enim[k], civitates, castra, terras, villas, feuda, vassallos, bona, res, iurisdictiones, iura, servitia, et quecumque alia sub nostris comprehensa privatione et absolutione huiusmodi, confiscamus; demum omnibus et singulis militibus, auditoribus, iudicibus, iurisperitis, et notariis, qui eiusdem Roberti domestici seu familiares existunt seu alii in eius servitio esse noscuntur, et quibuslibet suis aliis, districte precipiendo mandamus, quatenus ab ipsius Roberti familiaritate, consilio, directione, et obsequiis quibuscumque infra duorum mensium spatium ab hodie computandum cum effectu recedant, numquam ad eius consilium vel servitium accedere publice vel occulte presumant; alioquin ipsos milites honore et dignitate militie[l], auditores, iudices[m] et iurisperitos omni iudicandi et assidendi auctoritate[n], omnibus et singulis privilegiis et immunitatibus, ac notarios notariatus officio, eos videlicet de dictis militibus, auditoribus, iudicibus, iurisperitis et notariis, qui huiusmodi mandato nostro[o] non paruerint, ex nunc pro ut ex tunc privamus, omninoque et inhabiles et infames reddimus, ita quod elapsis mensibus supradictis ad nullos actus legitimos postmodum quocumque tempore admittantur. Huiusmodi autem privationum, confiscationis, exbannitionis, diffidationis, condemnationis, et absolutionis sententias in his scriptis fecimus, et alia omnia et singula facta et instabilimenta facimus, exigente[p] iustitia et bono reipublice requirente, ac ex certa scientia, de plenitudine potestatis; supplentes omnem defectum, si quis forsan in inquisitione predicta de

*) fortia *legi videtur in auth.* fortalitiam 3. a) imperii subditos 2. b) existat 1. *auth.?* c) *i. q.* arrestare, *quod* 2. 3. 4. *legunt.* d) *deest* 2. 3. 4. e) *addit*: dignitatis 2. f) amatorumque 1. prestanda *deest* 2. 3. 4. g) dando 3. 4. h) feudatores 1. *auth.?* i) civitates 4. i*) cuius 1. *auth.?* k) *addit:* et omnes contratas 2. provincias enim contratas castra civitates villas 3. Ipsas enim contratas civitates castra villas 4. l) milites *auth.* m) aud. iud. *desunt* 1. 3. iudices adiudicandi 4. n) *deest* 1. 3. 4. o) n. plenarie 2. p) existente 1. *auth.?*

quibuscumque processibus propterea factis ob aliquam iuris solemnitatem omissam esset habitus [a], non obstantibus aliquibus legibus vel statutis [b], contractis et privilegiis, sub quacumque verborum forma concessis, etiamsi de ipsis oporteret de verbo ad verbum in presentibus fieri mentionem, que contra premissa vel premissorum aliquod possent 5 quomodolibet obiici vel opponi, quibus specialiter derogamus.

1313. April 25.

Actum Pisis, in presentia nostrorum principum et baronum, populi multitudine copiosa 7. Kal. Maii, regni nostri anno 5. imperii vero anno 1.

EXECUTIO SENTENTIAE CONTRA PADUANOS.

Mai 25.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, universis et singulis 10 imperii fidelibus ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Cum nuper contra civitatem Padue et commune ipsius, ac etiam contra quosdam cives et comitativos civitatis eiusdem, propter eorum nephandos excessus super reatu [c] legis Iulie lese maiestatis, sententiam curavimus promulgare, discretos [d] et sapientes viros Dominicum de Dugneiio, Suffredum de Vergellenz milites, Milanzium de Bononia, iudicem, 15 Ioannem de Castellione procuratorem fisci, pro publicatione dicte sententie ad partes Lombardie, Venetiarum, marchie Tarvisine duximus transmittendos, dantes nihilominus eis et dicto Dominico cum quolibet ipsorum dictam sententiam executioni debite mandandi plenariam potestatem. Quare vobis universis et singulis tenore presentium districte precipimus et mandamus, quatenus eisdem super executione prefata obedire curetis, dantes 20 executoribus antedictis, prout requisiverint, auxilium, consilium et favorem, sicut nostram indignationem cupitis evitare.

Data Pisis, 8. Calendarum Iunii, regni nostri anno 5. imperii vero 1.

a) est habitus 2. esse habitis 1. *auth.*? b) legibus constitutionibus contrariis 3. 4. 1. constitutionibus et gratiis 2. c) reata 1. d) discrettos 1.

---

25 # A D D E N D A.

KAROLI M. CAPITULARE LEGATIONIS ROMANAE.

785.

Instructionis regiae pro legatis ad Adrianum papam partem primam nuper in bibliotheca regia Parisiensi repertam V. Cl. Guérard 30 manu sua descriptam humanissime nobis transmisit. Edita est rege una cum Fastrada et prole regia in Saxonia morante, anno scilicet **785**, *aut Eresburgi, aut in conventu Paderbrunnensi mense Iunio Iuliove celebrato, aut in pago Bardengawi rebus cum Widokindo et Abbione compositis. Editione nostra praelo parata, ad 35 manus devenit viri doctissimi et humanissimi Champollion-Figeac libellus „Fragment inédit de la fin du VIII[e] siècle relatif à l'histoire de Charlemagne publié avec un facsimile Paris a.* **1836.** *in 8[vo]" ectypo chartae et commentario ornatus, unde membranam istam, in dorso vacuam et littera eius aevi scriptam, chartae authenticae partem esse 40 ostenditur.*

1) in eam potius sententiam inclino, ut capitulare Aeresburgi vel in conventu Paderbornensi conscriptum fuisse existimem, quum ex capp. 7. et 8. rex de Saxonia relinquenda non iam cogitasse videatur. Epistola igitur Codicis Carolini LXVII. apud Cennium LXXXI. qua papa regi de equis (in Saxonia iam tunc temporis haud vilibus) transmissis gratias agit, huic legationi respondere 45 videtur, nec vero epistola XCI. Cennii LXXXIV. Widokindo et Abbione baptizatis scripta.

785. Primo[a] capitulo. Salutat vos dominus noster, filius vester, Carolus rex, et filia vestra, domna nostra, Fastrada *regina, ac filii et*[b] filiae domini nostri, simul et omnis domus sua.

2. Salutant vos cuncti sacerdotes, episcopi et abbates, atque omnis congregatio illorum in Dei servicio constituta; etiam et universus *grex*[c] et populus Francorum.

3. Gratias agit vobis dominus noster, filius vester, quia dignati fuistis illi mandare per decorabiles missos et melliflua aepistola ves*tra* de vestra a Deo conservata sanitate; quia tunc illi gaudium et salus ac prosperitas esse cernitur, quando de vestra sanitate vel populi vestri[d] salute audire et certus esse meruerit.

4. Similiter multas vobis agit gratias dominus noster, filius vester, de sacris sanctis orationibus vestris, quibus adsidue pro illo et fidelibus *sanctae*[e] ecclesiae et vestris atque suis decertatis, non solum pro vivis sed etiam pro defunctis; et, si Domino placuerit, vestrum bonum certamen dominus noster, filius vester, cum omni bonitate in omnibus retribuere desiderat.

5. Mandavit vobis filius vester, dominus videlicet noster, quia, Deo gratias et vestras sanctas orationes, cum illo et filia vestra, eius coniuge, et p*role*[f] sibi a Deo datis, vel omni domo sua, sive cum omnibus fidelibus suis, prospera esse videntur.

6. Postea vero danda est aepistola dicentibus hoc modo: „Praesentem aepistolam misit vobis dominus noster, filius vester, postuland*o*[g] scilicet sanctitati vestrae, ut almitas vestra amando eam recipiat.“

7. Deinde dicendum est: „Misit vobis nunc dominus noster, filius vester, talia munera qualia in Saxonia praeparare potuit, et quand*o*[h] placet sanctitati vestrae, ostendamus ea.“

8. Deinde dicendum erit: „Dominus noster, filius vester, hec parva munuscula paternitati vestrae distinavit, inducias postolans interim dum meliora sanctitati vestrae praeparare potuerit.“

9. Deinde[i] . . . .

a) *V. Cl. Champollion-Figeac formulam initialem* Karolus gratia Dei etc. *excidisse censet; qua tamen nec opus erat, quaeque in multis capitularibus abest. Mihi in principio nihil excidisse videtur.* b) *quae littera obliqua scribuntur, exciderunt in charta. Vox* regina *certe desiderari videtur, et consentiunt vestigia litterae* re *abscisae et spatium; V. Cl. Guérard* ac filii et; *Champollion nonnisi* filii et *supplet.* c) *ita supplet Guérard, cui assentior,* universus generalis populus *Champollion.* d) populo vestro *corr.* populi vestri *charta.* e) *supplevit G. et Ch.;* sanctae Dei ecclesiae *legere mallem, sed spatium adversatur.* f) role *abscisum est.* g) o *abscisum est; Ch. legit* postolando; *sed G. et ectypon* postuland *habent.* h) o *abscisum est.* i) *reliqua abscisa sunt; exstant vestigia litterae* s, cl, *et alia incerta.*

T. I. p. 187.

KAROLI M. CAPITULARE AQUISGRANENSE
ANNI 813.

Primis anni **813.** *mensibus, ut ex annalibus Laurissensibus, Moissiacensibus et Einhardi constat, Karolus consilio cum suis habito, quinque synodos fieri decrevit, quae de statu ecclesiarum corrigendo consulerent et decreta sua ad placitum generale referrent. Synodi istae mense Maio Mogontiaci, tum Remis, Turonis, Cabillione et Arelate habitae sunt, et constitutionum earum collatio in conventu Aquisgranensi mense Augusto vel Septembri coram imperatore facta est, tali cum fructu, ut pars canonum capitulari generali capitibus* **46** *de causis populi et ecclesiae confecto insereretur. Quae quidem capitula quum tomo superiori pag.* **187** *sqq. extent, non esset cur eandem iterum rem attingeremus, nisi quod ultimis hisce diebus nova subsidia ad manus nostras devenerunt. Siquidem V. Cl. Föringer cuius iam saepius animum et de re nostra bene merita laudavimus,*

a nobis efflagitatus, ut textum synodi Altheimensis cum codice Monacensi conferret, eo evoluto complura reperit nunquam antea detecta, quae ad res nostras plurimum conferre statim ac deprehendit, ea descripta nobis transmisit. Codex iste hodie tabularii regii Monacensis, olim bibliothecae ecclesiae Frisingensis B. H. 1. *signatus, membr. in fol. minori centum paginas complexus, scribis compluribus saeculi X. debetur, addito postmodum in principio et in fine quaternione saeculi XI. Quaeque exhibet, sunt ista : fol.* 1—3. Psalmi et sermones pro omni gradu ecclesiastico; *fol.* 3—4. Synodus Moguntina saeculi X. *fol.* 5—6. Fides Rihkeri scholastici; *fol.* 11—15. Ordo conciliorum *editus apud Martenium de antiq. eccl. ritibus II.* 309; *fol.* 15—17. *notitia de synodis sex oecumenicis primis; fol* 17—22. Brevis annotatio capitulorum, in quibus constitutiones conciliorum Mogonciacensi et Remis et Caballione et Turonis et Arelato gestorum concordant, et in quibus unumquodque proprias constitutiones habeat . . . De fide catholica Mog. cap. I. Rem. I. Cab. XXXVII. Tur. XVIII. Arl. I. De sacramento baptismatis Mog. c. VII. Rem. VII. Tur. XVIII. Arl. III. De pace et concordia Mog. c. V. c. XX. Tur. XXXII. Arl. XII. De orfanis et exhereditatis Mog. c. VI. Rem. XXXVI. c. VI. Tur. Arl. LI. De rebus pauperum per malam occasionem non emendis. Mog. c. VII. Tur. XLIIII. Arl. III. *et ita centum undeviginti sententiae; fol.* 22—35[a]. *Concilium Moguntinum anni* 813; *fol.* 35[a]—38 *capitula infra edenda, in capite paginae CONCORDIA inscripta; fol.* 38—69. *concilia Remense, Cabillonense, Turonense, Arelatense anni* 813; *fol.* 69—70. *Epistola Zachariae papae Francis et Gallis directa (Würdtwein ep. Bonif.* 50.) *fol.* 70—71. *Karlomanni capitulare anni* 742. *fol.* 72—83. *Synodus Altheimensis; fol.* 83—85. *Conventus Confluentiae a.* 922. *fol.* 85. 86. *Epistola Nicolai papae ad Radoldum episc. Argent. fol.* 86—88. *Iudicium Paulini patriarchae Foroiul. de Haistulfo (Harzheim I.* 329.) *fol.* 88. 89. *epistola inedita Rhabani Mauri; fol.* 90. 91. *Concilium Erfordense anni* 932. *fol.* 91[b]. *forma sacramenti theotisca; fol.* 92[b]. *sacramentum Leonis III. supra p.* 15. *editum, fol.* 92. *in margine, textu deficiente, hae rubricae leguntur ad synodum Diusburgensem referendae:* De episcopis Einhardo[1] et Benedicto.[2] De monasteriis. De decimis. De Eginone. De Gebeharto. De Thiotmaro. De Asiche. De Thiedriche. De Hartmanno. De Buosen. De Iuone.[*] De falsis testibus. De clericis et ecclesiasticis rebus. *fol.* 93[a]—95. Regulae fidei . . contra Priscillianos; *fol.* 95—97. *canones singuli; fol.* 98—100. Sermo de festivitate omnium sanctorum.

Iam igitur quod acta conventus duplicis Aquisgranensis attinet, capitulare conventus prioris, quo synodi quinque atque capitula in iis tractanda decreta sunt[3], *haud extat, sed argumentum eius ex actis synodorum et ex capitulis subsequentibus colligitur. Acta synodorum et in codice nostro et typis edita extant. Collationem constitutionum in synodis editarum in conventu generali institutam nec non consensum episcoporum de ipsis, collationi, ut ordo capitulorum prodit, innixum, codici nostro debemus; eumque hic proponere iuvabit. Quem si cum capitulari ecclesiastico Legum T. I. pag.* 189.

1) Spirensi. 2) Mettensi; cf. Reginonis cont. a. 925. 927. Flodoard. a. 927. 928. 929. 3) quemadmodum Legum T. I. pag. 327. 328. capitulare de conventibus archiepiscoporum anno 829. habendis.

*) *ita, aut* Iuone, *codex legere videtur.*

T. I. p. 187. 190. *conferas, hic, ut in actis conventus Wormatiensis, haud omnibus quae episcopi postularent imperatores adsensum praebuisse, reperies.*

Ceterum Cl. Föringer observavit, cap. 12. *relationis in codice canonum bibl. olim Tegernseensis, iam regiae Monacensis, atque apud Burchardum Wormatiensem L. VIII. c.* 3. *pro capite XII.* concilii Moguntini *laudari; quod quidem, aeque ac alia infra ad concilium Altheimense proferenda,* Burchardum ipso nostro codice, ubi *relatio pro parte concilii Moguntini anni* 813. *facile haberi potest, usum fuisse confirmat. Lectiones quoque eius capitis Föringero debemus.*

CONCORDIA EPISCOPORUM.

Cap. 1. De scrutinio faciendo decrevimus, ut in episcopiis et ubi conventus est populi et clerici[a], et possibilitas permittit, ibi celebretur.

cf. T. I. p. 189. c. 1. 9. 2. De sacramento baptismatis, de pace et concordia, ita continendum decrevimus, sicut in capitulare dominico[1] et in omnibus synodis continetur.

3. De orphanis exhereditatis placuit nobis omnibus ita observare, sicut in Mogonciacensi conventu statutum est.

4. De rebus pauperum per malam occasionem emptis hoc omnibus placuit, quod in Mogonciacensi conventu statutum est.

cf. ib. c. 12. 5. De potestate episcoporum super res ecclesiasticas sicuti in capitulare dominico nec non in Mogonciacensi conventu constitutum est, observandum statuimus.

cf. c. 4. 6. De vita vero canonicorum sicut in capitulare dominico continetur et in conventu Mogonciacensi constitutum est, ita omnibus tenere placet.

cf. c. 4. 5. 7. De abbatibus vero et monachis sicut in capitulare dominico et in Cabillionensi conventu decretum est, omnibus ita observandum placet.

8. De abbatissis et monasteriis puellaribus ita omnes tenendum decrevimus, sicut in Cabillionensi conventu est statutum.

9. Ut sacerdotes a negotiis secularibus et turpibus lucris abstineant, et ioca inlicita atque ebrietatem non sectentur, omnibus ita placuit observandum, sicut in Cabillionensi conventu decretum est.

cf. c. 2. 3. 14. 10. De constituendis presbyteris et de eorum praedicatione et de habendis omeliis patrum et secundum earum doctrinam ad praedicandum ita omnibus placuit, sicut in capitulare dominico et in conventu Turonensi statutum est.

11. De moderanda monasteriorum congregatione omnes unum sentiunt et observare volunt.

12. Si liber homo[b] ante[c] annos legitimos tonsoratus est sine consensu parentum suorum, si[d] ipsi parentes infra triennium[e] non reclamaverint[f] ad imperatorem[g] aut proprium episcopum aut missum dominicum[h] aut comitem[i], in ipso clericatu permaneat. Si vero post legitimos annos per vim clericatus[k] est, et infra triennium[l] ad supra memoratas personas minime se reclamaverit[m], ita in clericatu[n] permaneat, sicut is, de quo superius dictum est. Si vero praefatae personae infra triennium[o] reclamationem fecerint[p], hi qui eos clericaverint[q] ipsis sive parentibus eorum hoc per legem exolvant[r] quod contra eos contraxerint[s]. Ille vero, qui ante legitimos annos tonsoratus est, utrum in eadem tonsura permanere debeat, necne, in potestate sit parentum. Similiter[t] et de eo statuimus, qui post legitimos annos tonsoratus est. Si vero is, qui tonsoratus est, alicuius servus fuit, domino per legem emendetur, quod[u] de eius servo contra eum contractum est. Ille vero, qui tonsoratus est, utrum in eadem tonsura permaneat, in po-

a) *i. e.* cleri *vel* clericorum. b) si quis *T. B.* c) autem ligitimos annos *T.* d) et si *T. B.* e) annum *T. B.* f) reclamaver̄ *cod.* non se reclam. *T. B.* g) principem *T. B.* h) ad proprium ep. aut ad miss. dom. *T. B.* i) aut ad comitem *desunt T. B.* k) clericus factus *T. B.* l) annum *T. B.* m) reclamavit *cod. B.* n) in clericatu ita *T.* o) annum *T. B.* p) fecer̄ *cod.* q) clericaver̄ *cod.* clericos fecerunt *T. B.* r) exsolvant *T.* s) contraxer̄ *cod.* t) Similiter *usque* tonsoratus est *desunt T. B.* u) quidquid *T. B.*

1) quo scilicet synodi convocatae erant.

testate sit dominorum [a]. Si vero hi qui liberi [b] ante legitimos aut post legitimos annos hoc modo, sicut superius taxatum est, tonsorati sunt, ad [c] gradus ecclesiasticos pervenerunt [d], in eisdem gradibus perseverare cogantur. Si vero servus quis [e] superius taxato modo tonsoratus [f] ad gradus ecclesiasticos pervenerit, domino suo per legem emendetur, 5 et ei redditus in gradu suo permaneat. Hoc et de velandis puellis observandum constituimus [g]. Haec [h] et his similia, quae* sacer iste conventus consideravit, usque ad arbitrium domni imperatoris reservata sunt; ut de omnibus, quod ei placuerit, statuat, quod autem aliter, emendet. (813.)

13. Ut sacrosanctum chrisma a presbyteris diligenter custodiatur, sicut in capitu- 10 lare dominico continetur et in Mogonciacensi et Turonensi et Aralatensi conciliis statutum est, ita omnes consentimus. (cf. c. 17.)

14. Ne laici presbyteros ab ecclesiis eiciant, neque ab eis munera exigant, et ne sine consensu episcoporum eis ecclesias dent, aut eos ministrare sine eorum consensu in basilicis faciant, omnes isti conventus unum sentiunt.

15 15. Ieiunia pro quibuslibet necessitatibus, quae pontifices in parrochiis suis rationabiliter constituunt, omni custodia observanda esse censemus, sicut ab eis constitutum est.

16. De observatione diei dominici ita omnibus visum est observatum iri, sicut in capitulare dominico continetur. (cf. c. 15.)

17. De observatione dierum festorum per anni circulum, et de veneratione et re- 20 verentia paschalis sollemnitatis, quae per totam ebdomadam cum omni veneratione celebranda est, ita omnes observandum decrevimus, sicut in Mogonciacensi conventu decretum est.

18. De episcopis, qui pro quibuslibet neglegentiis a presbyteris wadios accipiunt, et de his, qui decimas dare contempnunt, sive de his, qui incestus crimine polluuntur, 25 hoc omnibus placuit et observatione dignum visum est, quod in Cabillionensi concilio dictum est.

19. De honore ecclesiarum et de his, qui ad ecclesias confugiunt, et quod ecclesia cum magna reverentia adeunda sit, sicut in capitulare dominico continetur et in Mogontiacensi, Turonense et Aralatensi conventibus decretum est, ita tenere volumus 30 omnes. (cf. c. 10.)

20. Quod antiquae ecclesiae venerationi haberi debent, sicut Mogonciacensi et Arelatensi conventibus decretum est, omnibus observare placet.

21. De instauratione ecclesiarum et reddendis decimis et nonis ita observandum est, sicut domnus imperator crebro praecepit et praecipit.

35 22. De instruendis filiolis spiritalibus, sicut in Mogonciacensi et Arelatensi conventibus decretum est, omnibus placet.

23. De subintroductis mulieribus, sicut in canonibus statutum est, ita observare decrevimus.

24. De sepeliendis in ecclesia mortuis, sicut in Arelatensi conventu statutum est, 40 observandum decrevimus.

25. De criminosis et incestuosis et ceteris huiuscemodi pestibus ita nobis placuit, sicut in Turonensi decretum est conventu; ita dumtaxat, ut domni imperatoris erga haec, sicut et in omnibus, adiutorium praebeatur.

26. Quod episcopi operam dare debent lectioni, et non eis liceat ignorare canones, 45 et nullum ad sacros ordines ante legitimum tempus promoveant, sicut in sacris canonibus continetur et in capitulare dominico sive in conventu Turonensi, Cabillionensi, Remensi decretum est, omnibus observare placet.

27. De modo et observatione dandae penitentiae, sicut omnibus istis conventibus, qui anno praesente celebrati sunt, visum est, ita nobis placet et observatione dignum 50 ducimus.

28. De presbyteris, qui de una parrochia ad aliam commigrant, et in sacris canonibus prohibitum est, et in capitulare dominico et in conventu Cabillionensi et Turonensi decretum est. (cf. c. 23.)

29. De presbyteris iuste et rationabiliter in his sacris conventibus constitutum est, 55 ut potandum tabernas non ingrediantur.

*) qua *codex*. a) domini sui *T. B.* b) l. sunt *T. B.* c) et ad *T. B.* d) pervenerint *B.* e) qui *T. B.* f) t. est et *T. B.* g) est *T. B.* h) Haec *usque* emendet *desunt T. B.*

30. De perceptione et observantia sacramentorum, dominici videlicet corporis* et sanguinis, hoc servare modis omnibus placet, quod in Cabillionensi et Turonensi conventibus statutum est, et sacrarum scripturarum testimoniis probatum.

31. Ut praelati erga subditos et domini erga servos misericorditer agant, ita omnibus placet, sicut in Turonensi et Cabillionensi conventibus est decretum. 5

32. De orationibus pro domno imperatore et prole eius faciendis, ita omnibus placet, sicut in sacris conventibus statutum et decretum est.

cf. c. 10. 33. Ut mensura[a] et pondera iusta fiant, sicut in divinis legibus constitutum[b] est, et in capitulari dominico continetur, et isti sacri conventus statuerunt, ita omnibus observare placet. 10

*) corporibus *codex* a) munera *codex*. b) censitum *codex*.

---

916. Sept. 20.

CHUONRADI I. REGIS SYNODUS ALTHEIMENSIS.

Acta eius integra codici olim bibliothecae ecclesiae cathedralis Frisingensis B. H. **1**. *signato mbr. sec. X. debemus, iam in tabulario* 15 *regio Monacensi adservato, unde primus textum Ill. L. B. de Freyberg in Collectionis suae T. IV. pag.* **223**. *sqq. edidit; nos a V. Cl. Föringer iterum cum codice collatum scripturaeque specimine ornatum, emendatiorem sistimus. Codice isto nondum vulgato, praecipuam synodi notitiam debuimus Burchardo Wormatiensi, qui colle-* 20 *ctioni canonum et praefationem et canones aliquos inseruit. Prologus scilicet habetur lib. XI.* **68**; *capita* **6—9** *ibid. XI.* **69—72**; *c.* **16** *ib. I.* **230**; *c.* **26** *XI.* **78**; *c.* **29, 30** *I.* **162, 52**; *c.* **36—38** *I.* **231, 227,** *II.* **234**; *econtra IX.* **74** *ex concilio Triburiensi cap.* **51** *desumtum est. Auctor etiam collectionis canonum olim bibliothecae Palatinae Hei-* 25 *delbergensis iam vero Romae sub numero* **584** *adservatae, quem Burchardi fontem Cl. Aug. Theinerus in Disquisitionibus criticis p.* **332**. *sqq. probare aggressus est, praeter locos a Burchardo allatos, capitis* **15** *sententiam primam, caput* **19** *fere integrum et finem capitis* **23** *exhibet. Aventinus annalibus Boiis lib. IV. pag.* **376. 377.** 30 *ad praefationem et capita* **20, 21, 29, 30, 34,** *mutatis tamen eorum verbis, alludit. Ceterum codex Frisingensis unicus fere fons fuisse videtur, unde notitia synodi Altheimensis emanavit. Certe Burchardus (I. c.* **227**) *et codex Palatinus in eo conveniunt, quod acta conventus Erfordiensis anni* **932** *in codice nostro obvia, pro parte syn-* 35 *odi Altheimensis habuerunt, quomodo et Freybergii editio conciliorum Altheimensis et Confluentini solam concilii Altheimensis inscriptionem praefert. Alterum eiusdem rei vestigium in praefatione deprehenditur, ubi nomen Petri episcopi, in codice nostro aeque ac apud Burchardum loco non suo positum, sententiam destruit, omissa* 40 *praeterea voce* misso *apud Burchardum, et distinctione utrobique erronea.*

Chuonradum regem synodo interfuisse, Burchardi coniectura est, rerum ibi tractatarum gravitate se ipsam commendans.

De synodo acta apud Altheim.

Cap. 1. *De canonum institutis.* 2. *De episcopis.* 3. *Item de episcopis.* 4. *Item de* 45 *episcopis.* 5. *De vita et predicatione episcoporum.* 6. *De excommunicatione.* 7. *De*

his qui putabant pro defendendis ecclesiae rebus licere communicare excommunicatis. 8. *Ut malum exemplum episcopi populo non sint.* 9. *De corrigendo populo.* 10. *De privilegiis ecclesiarum.* 11. *De rebus et peccuniis ecclesiarum.* 12. *De legibus ecclesiae et iudicibus.* 13. *De accusatione episcopi vel sacerdotis.* 14. *De expoliato episcopo.* 15. *Quomodo episcopum quis appellare debet.* 16. *De purgatione episcoporum.* 17. *De lapsu sacerdotis et recuperatione.* 18. *De clericis et decimis.* 19. *Statuta pro robore*[a] *regum.* 20. *Item de eadem re.* 21. *De Erchengario penitente.* 22. *De eo qui periurat et alios in periurium*[b] *inducit.* 23. *De eo qui iuramentum regis violat.* 24. *De episcopo per dolum capto.* 25. *De peiurii discretione.* 26. *De clericis fugitivis.* 27. *De his qui communicaverunt excommunicatis.* 28. *De symoniaca haeresi vitanda.* 29. *De Ricquino clerico.* 30. *De episcopis qui de Saxonia non venerunt.* 31. *De Einhardo episcopo.* 32. *Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat preteriri.* 33. *De penitentia.* 34. *De his qui ad synodum vocati non venerunt.* 35. *De datis induciis et concilio Radesponensi.*

916. Sept. 20.

De synodo.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, anno ab incarnatione Domini 916. indictione 4, 12. Kal. Octobris, regno autem Chonradi piissimi et christianissimi regis quinto, congregata est sancta generalis synodus apud Altheim[1], in pago Retia, presente videlicet domni Iohannis papae apocrisiario Petro[c], sanctae Ortensis ecclesiae venerabili episcopo, misso ad hoc, quatinus aliquo modo diabolica semina in nostris partibus orta extirpare et nefandissimas machinationes quorundam perversorum hominum sedare[d] et eliminando purgare deberet. Transacto igitur triduano ieiunio et sacris laetaniis more debito celebratis, convenimus in ecclesia sancti Iohannis baptistae, et mesti consedimus. Tum[e] demum praefatus sancti Petri et domini Iohannis papae missus, proferens cartam apostolicis litteris inscriptam, qua monebamur, arguebamur et instruebamur de omnibus ad veram religionem christiane fidei pertinentibus. Quae omnia, ut iustum et dignum erat, humiliter accepimus, diligenter tractavimus, et devoto affectu omni modo amplectebamur[f]. Ergo euangelicam preceptionem et institutionem saluberrimam lacrimabili voce protulimus, qua arguebantur pharisei et scribae: *Mundate,* inquit, *prius quae intus sunt calicis et catini,* et item: *Eice primum trabem de oculo tuo,* ac propheticum: *Ruina populi sacerdotes mali,* perpendentes et discutiendo, nosmet ipsos inspicientes, et in medium penitentiae sanctae digno fructu ad pedes piissimi redemptoris Christi proicientes, deflevimus neglegentias innumerabiles, et peccata nostra gravissima. Deinde ortatu domini Petri contra nosmet ipsos et vitia irati, adiuvante primo sancto Spiritu et miserante, capitula infra notata ad correctionem tam nostram quam christiani populi statuendo collegimus.

1. Cap. *De canonum institutis.* Ut euangeliorum et canonum statuta, sine praeiudicio ab omnibus custodiantur; et nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur. In exponendis etiam vel praedicandis divinis scripturis, sanctorum catholicorum patrum et probatissimorum sensum quisque sequatur; in quorum scriptis, ut beatus dicit Hieronimus, fidei veritas non vacillat.

2. *De episcopis.* Dominus dicit in Exodo sacerdotibus: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.* Unde episcopi ante oculos semper habere debent filios Aaron, qui Deum non sacrificando alienum ignem obtulerunt, ac ex templo in conspectu patris mortui sunt. Et propheta: *Si populus peccaverit, orabit pro eo sacerdos; si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?*

3. *Item de episcopis.* Item Dominus in euangelio ad apostolos ait: *Vos estis lux mundi, et sal terrae. Si enim lux quae in vobis est tenebrae fiant, ipse tenebrae quante erunt? Et si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihil valet ultra, nisi ut foras eiciatur et conculcetur ab hominibus.*

a) *ita emendavit* F. probare *codex.* b) *codex hic* p̄ *ut supra cap. 7.* com̄ (communicare) *et c.* 15. đ (debet) *et infra* gg (gregorius) *scribit.* c) *ita voce hic collocata locum emendavi, quum in codice* misso ad Petro. Hoc quatinus, *et apud Burchardum* Ortensis ecclesiae Petro venerabili episcopo. Hoc quatenus *legeretur.* d) se dare *cod.* e) Tunc *Burch.* f) amplectabamur *codex.*

1) hodie Hohenaltheim, ad meridiem civitatis Nördlingen, in pago Sueviae Ries.

916. Sept. 20.

4. *De eadem re.* Apostolus Paulus dicit: *Oportet episcopum inreprehensibilem esse, docere populum non solum verbis sed etiam bonis actibus, quia spectaculum,* inquit, *facti sumus et angelis et hominibus.* Et Gregorius papa: *Cuius enim vita despicitur, constat ut et predicatio ipsius contemnatur.*

5. *Item de vita et predicatione.* Episcopos et sacerdotes admonemus et coram districti iudicis oculis contestamur, ut pie, iuste, et caste vivant, et diligenti studio missas populis cantent, et pabulum verbi divini illis, id est [a] praedicationem, sedulo administrent, quia ut ait beatus Gregorius: *Iram* [b] *contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine predicationis sonitu incedit.*

6. *De excommunicatione.* Scimus sacra auctoritate scriptum: *qui excommunicato communicaverit, excommunicetur.* In hoc nos fatemur, episcopi, et presbyteri, et clerici, penaliter peccasse, quod in posterum Deo auxiliante et emendare et evitare cupimus et praecipimus.

7. *De his qui putabant pro defendendis ecclesiasticis rebus licere excommunicatis communicare.* Placuit sanctae synodo, hunc errorem quasi impium [c] ab ecclesia amovere, quia animarum curam a Domino accepimus non pecuniarum. Inde et reddituri sumus Deo rationem, et accepturi propter suam misericordiam aeternam retributionem, vel iustam damnationem.

8. *Ut non malum exemplum sint populo episcopi.* Bonum exemplum populis se ipsos episcopi et sacerdotes debent praebere et ostendere, non solum dictis, verum et factis. Propter hoc enim statuimus, ut minime umquam in posterum contra sacra statuta aliquomodo [d] communicemus excommunicatis; et diiudicamus [e] nosmet ipsos, quatinus in futuro non iudicemur a Domino. Sequi cupimus dicta et statuta sancti Gregorii papae, et penitentiam dignam agere volumus secrete in monasterio, quia [f] publice nequivimus [g], in futuroque predicta omnibus modis Deo propitio vitare [h]. Eandemque legem statuentes presbyteris, diaconibus et omni clero, si de gradu deponi noluerint, ut fideliter observent, et aliis servare predicent.

9. *Ad populum de correctione.* Auctoritate apostolica firmamus dicta et precepta sacrorum canonum, et interdicimus, quamdiu quis excommunicatus sit, ut quis [i] ei audeat communicare vel cum eo in aecclesia orare. Et laici qui secuti nos sunt, ut dicunt, errantes, sequantur nos modo, nosmet ipsos per penitentiam corrigendo macerantes, et viam eis vitae praedicantes et aperientes, ut quandoque resipiscant a diaboli laqueis, a quibus [per nostra mala exempla *B. I.*] capti tenentur, et ad veram matrem ecclesiam per penitentiam revertantur.

10. *De privilegiis ecclesiarum.* Privilegia ecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli, iussu Salvatoris, intemerata et inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.

11. *De rebus et pecuniis ecclesiarum.* Qui Christi et ecclesiae pecunias vel res abstulerit, sacrilegium facit. Apostolus enim Paulus dicit: *Si quis violaverit templum Dei, disperdet illum Deus.* Violat quis templum Dei, dum pastor aut non recte vivens, aut non iuste docens, christianos seducit, vel laicus quis iniuste aecclesiasticis et inreligiose utens rebus. Item Ambrosius dicit: *Sciendum est omnibus quod sacrilegium sit, res aeclesiae quocunque modo auferri et in aliud transferri.* Hieronimus: *Iniquum est, et sacrilegii instar, ut quae pro salute animarum suarum quisquis aecclesiae contulerit, inde auferri et in aliud transferri.*

12. *De legibus aecclesiae et iudicibus.* Leges aecclesiae apostolica firmamus auctoritate, et peregrina iudicia submovemus. Peius malum fore non aestimo, quam christianos suis invidere episcopis et sacerdotibus; non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservabit iudicio.

13. *De accusatione episcopi vel sacerdotis.* Dei ordinationem accusant, qui constitutos sibi episcopos vel sacerdotes accusant. A quibus se omnes fideles cavere debeant. Itaque constitutum liquet a tempore apostolorum et deinceps placuit, ut accusatus vel iudicatus a conprovincialibus in aliqua causa episcopis licenter appellet [k] et adeat apostolicae sedis pontificem.

14. *De expoliato episcopo.* Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus episcopo-

a) idem *c.* b) contra se o. i. e. s. s. s. p. *in margine eadem manu addita.* c) pium *codex*; impium *Burchardus.* d) a. *usque* dicta et statuta *in margine suppleta.* e) *ita et Ivo;* diiudicemus *B.* f) *ita B. et I.* in monasteriorum *c.* g) nequimus *B.* h) v. volumus *B. I.* i) ut nullus nostrorum episcoporum ei *B. I.* k) a. et a. a. s. p. *in margine.*

916. Sept. 20.

rum bona vel res aecclesiae ab aemulis detinentur, ut aliquis aliquid illis episcopis obicere debeat. Nec quilibet quicquam poterit eis quoquo modo maiorum vel minorum obicere, dum aecclesiis aut rebus aut potestatibus carent suis. Et revera ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit quod obiecit, paenam quam 5 ipse intulit patiatur. Infames autem ad accusationem vel testimonium, vel iudicium, tam sacrae leges quam seculi non admittunt.

15. *Quomodo episcopum quis appellet.* Si quis erga episcopum vel auctores aecclesiae quamlibet querelam habere iustam crediderit, non prius primates aut alios adeat iudices, quam ipsos a quibus se lesum aestimat conveniat familiariter. Et secundum 10 euangelicum preceptum hoc agat non semel sed saepissime cum omni paterna reverentia, adhibitis secum probatis viris et idoneis religiose testibus, quatinus ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut dignam excusationem. Si autem tunc episcopus agere renuerit, tum primum causam suam deferat ad primates, ut secundum sacros canones iudicetur hucusque. Absit autem a fidelium cordibus, ut putent vel dicant, episcopis impune pec-15 care licere, vel sacerdotes Domini iniuste aliquo modo in populo agere debere; nam Dominus dicit: *Ultionem a sanctuario meo incipiam.*

16. *De purgatione episcoporum.* Statuimus propter Dei dilectionem et proximi, et fidelium honorem catholicorum, et precipue ob multa [a] scandala eruenda et funditus extirpanda, et perturbationes quae noviter exortae sunt et oriuntur, nec non ut omnes 20 sciant, nos episcopos tales Dei misericordia nequaquam esse [b], quales dicimur [c], exemplum sancti Leonis papae, qui supra [d] 4 euangelia iurans coram populo se purgavit, sequi et imitari, salva tamen auctoritate canonica.

17. *De clericis post lapsum restitutis.* Errant qui putant, sacerdotes Domini post lapsum, si condignam egerint paenitentiam, Deo ministrare non posse et suis honoribus 25 frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et suum sacerdotium digne custodierint. Perpende enim Davidem prophetam peccasse, et sanctum Petrum principem apostolorum Dominum negasse, et tamen post dignam paenitentiam in propriis honoribus permansisse.

18. *De clericis et decimis, et qui decimas nolunt dare.* Clerici etiam non secularibus iudicibus sed episcopali audientia reserventur. Fas enim non est, ut divini mu-30 neris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Decimas quoque Domino et aecclesiis dare, sicut in divina lege scriptum est, iudicamus. Sed et ipsae decimae in potestate episcopi sint et presbyterorum eius. Nam et qui decimas post crebras admonitiones et predicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.

19. *Pro robore regum nostrorum.* Post instituta quaedam aecclesiastici ordinis, 35 vel decreta, quae ad quorundam pertinent disciplinam, postremo nobis, cunctis episcopis et sacerdotibus, presbyteris, et omni clero consonoque populo, una sententia est, pro robore regum et stabilitate christianae fidei gentisque, pontificale ultimum sibi Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe [e] gentium, ut fama est, tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam suis regibus et dominis servare contemnant, 40 et ore nefario simulent iuramenti professionem, dum retineant mente perfidiae inpietatem. Iurant enim regibus suis, et fidem quam pollicentur praevaricant, nec metuunt sanctum volumen illud terribilis [f] iudicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque paenarum est [g] comminatio super eos qui iurant in nomine Dei [h] mendaciter. Et ideo si placet omnibus qui adestis haec [i] tertio reiterata sententia, vestrae vocis eam con-45 sensu firmate. Ab universo clero et populo dictum est: *Qui contra hanc vestram definitionem presumpserit, anathema maranatha, hoc est perditio, in adventu Domini sit, et cum Iuda Scarioth partem habeat* [k] *et socii eorum* [l] *Amen.*

20. *Item de robore regis.* Contestamur coram Deo et omni ordine angelorum, choro prophaetarum, atque apostolorum, et omnium martyrum, coram omni catholica 50 aecclesia, et christianorum coetu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam principis nece attrectet, nemo regni eum gubernaculis privet, nemo tyrannica presumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in eius adversitatem sibi coniuratorum manus associet. Quod si in quippiam horum quisquam nostrum temerario ausu [m] praesumptor extiterit, anathemate divino perculsus, absque ullo remedii loco habea-55 tur condempnatus aeterno iudicio.

a) multitudinem *Burch. Theiner.* b) fuisse *Th.* c) dicimus *Th.* d) super *Th.* e) *deest Th.* f) terribile *Th.* g) *deest Th.* h) Domini *Th.* i) hoc *Th.* k) p. h. *desunt Th.* l) eius *Th.* m) *ita correxi; usu codex.*

916. Sept. 20.

21. *De Erchangario et sociis suis.* Erchengario et eius complicibus et sociis, quia peccaverunt et in christum Domini, regem et dominum suum, manus mittere pertemptaverunt, insuper et episcopum suum venerabilem Salomonem dolo comprehenderunt, sacrilegiumque in aecclesiasticis rebus perpetraverunt, hanc paenitentiam eis iniunximus*, ut seculum relinquant, arma deponant, in monasterium eant, ibi iugiter paeniteant omnibus diebus vitae suae. 5

22. *Qui peiurat et alios in periurium inducit.* Qui peiurat et alios in periurium sciens et voluntarie inducit, reus erit omnium animarum quas seduxit, seculum relinquat, arma deponat, in monasterio paeniteat omnibus diebus vitae suae. Vel per triennium quidem Ancyrani locum interaudientes, ieiunantes in pane, sale et aqua accipiant; post 10 aliud vero sexennium paenitentiae subiciantur acriori, et alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut expleto decennio communionem consequantur. Alii autem duodecim annos vel 14. Et in hoc consentiunt, ut nunquam carnem comedant, vel vinum bibant omnibus diebus vitae suae.

23. *De eo qui iuramentum regis violat.* Si quis laicus iuramentum violando pro- 15 fanat, quod regi et domino suo iurat, et postmodum perverse in eius regnum et dolose in mortem aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit manum suam in christum Domini mittens, anathema sit; nisi per dignam paenitentiae satisfactionem emendaverit, sicuti constitutum a sancta[a] synodo est, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, et paeniteat omnibus diebus vitae suae, verumtamen com- 20 munionem in exitu vitae cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, presbyter, vel diaconus si hoc crimen perpetrat, degradetur. Item sanctus Augustinus dicit: *Siquis laicus per cupiditatem peiurat, totas res suas vendat et distribuat pauperibus, et conversus in monasterio serviat Deo. Et si quis peiuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.*

24. *De episcopo per dolum capto, et peiurio.* Quisquis per dolum mittit manum 25 suam in christum Domini, episcopum videlicet patrem et pastorem suum, quia sacrilegium committit; et qui ecclesiam Dei devastat et incendit, quia et hoc sacrilegium est; vel qui monachum vel presbiterum occiderit; et qui periurat, et in interitum domni sui regis intendit, vel cupiditatem iuraverit, vel parricidium committit; placuit sanctae synodo, ut in uno loco, id est monasterio, peniteat omnibus diebus vitae suae, vel 12 30 annos districte peniteat, secundum canones, tres annos in pane, sale et aqua, a carne vero et vino omnibus diebus vitae suae abstineat.

25. *De discretione peiuriorum.* Qui[b] sciens et voluntariae periurium fecerit, 7 annos peniteat secundum canones; qui inscius vel seductus, tres quadragesimas in pane, sale et aqua; si quis coactus pro vita redimenda, 3 quadragesimas et legitimas ferias; si pro alia 35 aliqua necessitatis causa, 3 annos, unum in pane, sale et aqua. Qui conpulsus a domino suo, si servus, 3 quadragesimas et legitimas ferias; qui autem fecerit, et alios seduxerit, 12 annos districte peniteat secundum canones, vel seculum relinquat iuxta Ambrosium, et serviat Deo. Secundum Augustinum qui[c] ignorans peiurium facit, 1 annum, qui ignorantem sciens in peiurium duxerit, 7 annos districte, qui vero suspicatur quod in 40 peiurium ducatur, tamen iuret per consensum, 3 annos, 1 in pane aqua et sale peniteat. Haec vero omnia humanius difiniunt.

26. *De clericis fugitivis.* Sanctus Gregorius dicit: *Clericum fugientem ab ecclesia*[d] *vel domino*[e] *proprio et nolentem reverti, iudicamus, communione privari, quoadusque ad propriam ecclesiam vel ad dominum suum redeat. Et item clericum fugitivum* 45 *suo episcopo vel domino decernimus apostolica sententia restitui, vel excommunicari, una cum*[f] *eo et illos qui ei communicaverint.*

27. *De his qui communicaverunt excommunicatis.* Si quis sponte communicaverit excommunicato, verbo, oratione, in cibo, vel potu, 40 dies peniteat in pane, sale et aqua. Qui vero eis communicaverit in homicidiis vel flagitiis, volens sive nolens, reus erit irae 50 et vindictae Dei omnipotentis quem spernit; quia haec omnia divina ei voce interdicta sunt, et secundum apostolum obedire Deo oportet magis quam hominibus; et secundum quod deliquit, digne iuxta decreta canonum peniteat.

28. *De simoniaca heresi vitanda et ambitu.* Gregorius papa dixit: *Omnino execrabile scelus et gravissimum detestamur, quod sacri ordines per simoniacam heresim,* 55

*) *ita correxi;* p. coniunximus *codex.* a) sancto *codex.* b) *vocem supplevi, deest in cod.* c) quae *cod.* d) e. sua vel servum fugientem dominum proprium *B.* e) d. suo *B.* f) u. cum illis qui *B.*

916. Sept. 20.

quae prima contra ecclesiam orta, sed districta maledictione damnata est, conferantur, quod apostolica auctoritate fieri in posterum prohibemus. Sed nec per ambitum quisque presumat episcopatum invadere. Quia licet cetera cuiuspiam talia vitae sint merita, ut nihil sit quod ex his sacerdotalibus valeat ordinationibus obviare, tamen solius nefas 5 ambitus severissima canonum districtione damnatur, quod apostolica firmamus auctoritate, et ut non ordinetur precipimus, qui hoc peccatum peragit.

29. *De Ricquino.* Ricquinum[a], qui contra sanctorum canonum sanctiones Strazburgensem ecclesiam invasit, quem ad sanctam synodum per litteras nostras vocavimus[b], et venire contemnens nec vicarium suum misit, auctoritate sancti Petri[c], Iohannisque, 10 vicarii eius, domni pape, et precepto sanctae presentis synodi, iniungendo vocamus iterum et precipimus, quatinus ad concilium[d] Mogontia indictum a metropolitano episcopo suo ad presentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi et confratrum suorum veniat, suae inobedientiae et perversitatis ibidem iustam rationem redditurus. Sin autem neglegenter et hoc agere parvipenderit, abstineat se a proprio gradu, donec Romam veniens co-15 ram domno papa et sancta ecclesia reddat rationem.

30. *De episcopis qui de Saxonia ad synodum non venerunt.* Placuit sanctae synodo, episcopos qui vocati de Saxonia ad sanctum concilium non venerunt, nec secundum canones sacros, missos suos vel vicarios direxerunt, gravi increpatione obiurgare et pro culpa inoboedientiae increpare. Unde iterum eos fraterna caritate ad predictum concilium in-20 vitamus et vocamus. Quod et si hoc, quod non optamus[e], pro nichilo duxerint, et venire noluerint[f], iustamque rationem reddere inoboedientiae suae detrectaverint, apostolica auctoritate interdicit eis Petrus, sancti Petri et papae missus, una cum sancta synodo missas celebrare, quousque Romam veniant et coram papa et sancta aecclesia dignam reddiderint rationem.

25 31. *De Einhardo confratre nostro excecato.* Nimis horrendum facinus, scilicet de episcopo et confratre nostro Einhardo[1] excecato, ad liquidum minime definire valuimus. Precepimus tamen venerabili episcopo Ricgauwo et monuimus, ut diligenter inspiceret et investigaret paenitentiam hominum illorum, qui hoc peccatum peregerunt, et iustitiam aecclesiae et episcopo inde pro hac re promissam, quid actum foret; et litteris cun-30 cta comprehendens, universali pape sagaci veritate innotescere satageret, si prius non valeret, vel vigilia efficeret sanctae pentecosten.

32.[g] *Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat preteriri.* Provideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse, et avertite, quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace etiam ecclesias constitutas non posse presumere; sed ut sepe accidit, 35 quotiens a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine precavendum.

33. *De penitentia.* Sanctus Paulus apostolus instruit penitentiam dignam agere in ieiuniis, vigiliis, et orationibus cum elemosinis; sanctus Gregorius: *Quem caro laeta* 40 *traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam;* sanctus Augustinus[h]: *Penitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei; sicque penitere, ut tibi amarum sapiat in animo, quod antea dulce fuit in vita.*

34. *De his qui ad synodum vocati non venerunt.* Decrevit sancta synodus, ut omnes qui ad eam vocati non venerunt, ipsi qui polluti fuerant insania Erchengarii, 45 Berhthaldi, et Burghardi, Arnoldique, si digne paenitere velint, veniant cum summa celeritate ad proprios pastores et episcopos suos, et accipiant illam paenitentiam, quam sancta synodus communiter invenit et scribere mandavit; sin autem minus, sciant se anathematis vinculo nodatos, ut in litteris domni pape Iohannis continetur.

35. *De datis induciis Arnoldo et Berahdoldo.* Concilium et synodum Radesponensi 50 civitate fieri statuimus Nonis Octobris, ad quod Arnoldum et Berehthaldum cum sociis eorum venire precipiendo vocamus, datis ad hoc solummodo induciis, ut resipiscant et digne paeniteant. Sin autem, suadente diabolo, superbe hoc nostrum salubre consilium contempserint, et digne non paenituerint, sicut in epistola Iohannis papae scriptum habetur, et ut homines illorum firmaverunt non venerint, anathemate inrevocabili modo

55 a) Richuuinum episcopum qui *B.* b) invitavimus *B.* c) Petri ego Ioannes vicarius apostolici ex p. *B.* d) concilium id est Maii Moguntiae *B.* e) optam *c.* f) noluerunt *c.* g) *numerus excidit in codice.* h) augustus *c.*

1) episcopo Spirensi.

916. Sept. 20. dictando et conscribendo eos perpetualiter innodamus, et cum Iuda traditore Dei aeterno igni tradimus cremandos.

36. *De monacho episcopo effecto.* Statutum et rationabiliter secundum sanctos patres a synodo est firmatum, ut monachus quem canonica electio a iugo regulae monasticae professionis absolvit, et sacra ordinatio de monacho episcopum facit, velut le- 5 gitimus heres paternam sibi hereditatem postea iure vindicandi potestatem habeat; sed quicquid prius adquisierat vel habere visus fuerat, monasterio relinquat et abbatis sui qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sacrificatur et titulatur, secundum sacros quod adquirere poterit canones restituat, salva auctoritate de propria hereditate patris sui, quam licet ei cui 10 vult concedere; et ita distinguat omnia, ut canones diiudicant et distinguunt.

37. *De episcopi hereditate.* Sed et hoc ibidem inventum est de episcopis, presbyteris, et clericis, si hereditatem prius [a] a domno rege vel alio principe vel amico suo [b], seu quolibet sibi in proprietatem adquisierint, ut donare eis liceat hanc cui voluerint quamdiu [c] vivunt, pro remedio animae suae ad aecclesiam quamcunque elegerint, vel 15 consanguineis suis vel amicis. Sin autem antea obierint quam firmiter [d] perfecerint, altari cui servivit [e] omnia perpetuo sacrificentur et in ius tradantur. Similiter de presbyteris [f] qui laicis deserviunt statutum esse, scire omnes convenit, de omnibus rebus mobilibus, sive inmobilibus. Monachus autem abbati et monasterio suo omnia relinquat.

38. *De clericis qui a dominis suis liberi facti sunt.* Nullus clericus ad gradum 20 presbiterii promoveatur, nisi ut scriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem quis de servis suis quemquam elegerit, et docuerit litteras et libertate condonaverit, et per intercessionem erga episcopum presbyterum effecerit, et secundum apostolos victum et vestitum ei donaverit, ille autem postea [g] in superbiam elatus, missam dominis suis et canonicas horas observare et psallere renuerit, et eis iuste obedire dicens 25 se liberum esse noluerit, et quasi libere, cuius vult, homo fiat, hoc sancta synodus anathematizat [h], et illum a sancta communione arceri iudicat, donec resipiscat et domino suo obediat [i]. Sin autem obstinato animo et hoc contempserit, accusetur [k] apud episcopum qui eum ordinavit, et degradetur, et fiat servus illius, id est [l] domini sui, sicut natus fuerat. Quisquis vero talem secum habuerit postea quam rem illius predictam audierit, 30 et domino suo non reddiderit, vel a se proiecerit, sive episcopus, sive comes, sive [m] clericus, sive laicus, anathematis illius societate nodatus, paenam excommunicationis luet.

a) *deest Burch.* b) suo seu per hereditariam sortem sibi devenerit vel acquisierunt donare *Burch.* c) dum *B.* d) *ita correxi, uti et B.* qua infirmiter *c.* e) serviunt *B.* f) presbyteris statutum est *B. ubi reliqua desunt.* g) posita *manu posteriori in margine correctum* postea. h) anathematizatur *codex.* i) o. secundum cano- 35 nica praecepta *B.* k) accusatur *codex.* l) idem *B.* m) sicut *codex.*

---

968. Oct. Nov.

OTTONIS M. MANDATUM DE INTHRONIZATIONE ARCHIEPISCOPI MAGDEBURGENSIS.

Ex actis institutionis archiepiscopatus Magdeburgensis apud Sagittarium (v. Boysen histor. Magazin fasc. I.) a Boehmero nostro cum 40 *authenticis et cum diplomatario sec. XIII. collatis, litteras imperatoris ad proceres Saxoniae de inthronizando Adalberto, primo Magdeburgensi archiepiscopo, seligimus, loco reliquis inter diplomata assignato. Autographum adservatur in tabulario regio Berolinensi; editum est post consecrationem Adalberti, quae Romae die* 15. *Kal.* 45 *Nov. contigit. Manu eiusdem aevi inscribitur:* **Qualiter Adalbertus archiepiscopus in episcopalem sedem primus intronizatus est.**

968. Oct. Nov.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus, omnibus fidelibus nostris, episcopis scilicet et comitibus ceterisque comprovincialibus, aeternam in Domino salutem et omne bonum.

Quoniam augmentum divini cultus salutem et statum esse regni vel imperii nostri 5 credimus, idcirco cunctis, quibus posse suppetit, modis hoc amplificare tendimus et desideramus. Igitur Magadaburgensi civitate, sicut omnium vestrorum novit caritas, archiepiscopalem sedem fieri desiderantes, oportunum etiam nunc temporis ad hoc peragendum tempus invenientes, consilio venerabilis archiepiscopi Hattonis[1] et Hildewardi[2] episcopi, ceterorumque fidelium nostrorum, virum venerabilem Adalbertum episcopum, 10 Rugis olim praedicatorem destinatum et missum, archiepiscopum et metropolitanum totius ultra Albiam et Salam Sclavorum gentis, modo ad Deum conversae vel convertendae, fieri decrevimus pariter et elegimus, quem et Romam pro pallio a domno papa suscipiendo direximus. Et ut hec nostra electio firmior et subnixior fiat, eum vestrae caritati dirigimus, et ut a vobis omnibus et vocum acclamatione et manuum elevatione electus, suae 15 sedi inthronizetur, omnimodis desideramus. Ne vero haec eius electio vel inthronizatio futuris, quod absit, temporibus aliquorum valeat invidia molestari, tres ab illo episcopos unum Merseburgo, alterum Citicae[3], tertium Misnae[4], in praesentia legatorum domini papae et vestra, volumus ordinari, ut haec eadem praesentia vestra ante Deum et sanctos eius intentionis nostrae sit testis futura. Et quia vir venerabilis Bouso multum iam in eadem 20 Sclavorum gente ad Deum convertenda sudavit, inter Merseburgensem et Citicensem ecclesiam, quam velit, electionem habeat. Altera vero secundum convenientiam nostram in dispositionem archiepiscopi nostri cedat. Vos autem marchiones nostros, Wigbertum scilicet, Wiggerum et Guntherium, fidelitate nobis debita obtestamur et admonemus, ne quid in hac ordinatione archiepiscopo nostro in vobis obsistat, sed secundum disposicio- 25 nem nostram et suam, ut vobis dixerit, fiat. Et quaecumque ab illo audieritis, nos velle sciatis. Ne vero idem episcopi qui ordinandi erunt, pauperes et villanis similes aestimentur, volumus caveatis et consilio archiepiscopi et eorum, qui cum illo in natale Domini erunt, episcoporum et comitum, qualiter sustententur inveniatis. Quicquid enim illis impenditur, pro nostra Deo salute offertur, vestraque per hoc merces apud Deum non mi- 30 norabitur. Super haec domni episcopi Dudo[5] et Doudelinus[6] in archiepiscopi nostri electione volumus ut subscribant, et fidem subiectionemque illi promittant.

Et ut haec nostra vestraque postmodum electio firma et stabilis perseveret, cartam vel noticiam hanc in ecclesia Magadaburgensi perpetualiter permansuram, et eorum quae praediximus testem iugiter futuram, scribi iussimus, et manu propria subtus firmavimus, 35 et anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum domini Ottonis (L. M.) magni et invictissimi imperatoris augusti. (L. S.)

1) Moguntini. 2) Halberstadensis. 3) Hugonem. 4) Burchardum. 5) Havelbergensis. 6) Brandenburgensis.

HEINRICI II. IMP. LEGES PAPIENSES.

1022. Aug. 1.

40 *Extant in actis synodi Papiensis a Benedicto VIII. habitae, a Cossarto ex codice in fine corroso Tomo IX. collectionis Conciliorum Parisiensis a.* **1671** *insertis.*

ORATIO PAPAE.

Communis honor, communis dolor *etc.* . . . . Autore igitur Deo et principibus no- 45 stris Petro et Paulo, florente gloriosissimo filio nostro H. semper augusto, approbantibus fratribus nostris et omnibus consacerdotibus, hunc ita de mundo tollamus errorem, et ita hanc intelligentiam omnibus saeculis, omni dubietate fugata, infundamus, ut nullis umquam temporibus haec pestis repullulet, nec umquam in talibus sine causa secutura posteritas dubitet. Et ut firmum post hac quod sancimus permaneat, et in

1022. Aug. 1. fines orbis terrae conservandum perveniat, totius huius summa sententiae hac nostri forma decreti, fratribus et coepiscopis nostris subscribentibus, confirmabitur.

1. *Ut nullus in clero mulierem attingat.* Nullus presbyter, nullus diaconus, nullus subdiaconus, nullus in clero, uxorem aut concubinam admittat, cum nulli quoque laicorum scire liceat mulierem praeter uxorem. Quod si fecerit, secundum ecclesiasticam regulam deponatur. Sed neque secundum humanas leges ex longo factas et receptas, ullus admirationis[a] locum in plebe habeat. 5

2. *Ut episcopus nullam feminam habeat, neque cum aliqua habitet.* Episcopus sicut nullam habebit, ita cum nulla penitus habitabit. Quod si fecerit, et nostris regulis et mundanis legibus concordantibus, honore, quo se ipse fecit indignum, abiicietur. 10

3. *Ut filii clericorum, servorum ecclesiae, servi sint ecclesiae cum omnibus adquisitis.* Filii et filiae omnium clericorum omniumque graduum de familia ecclesiae, ex quacumque libera muliere, quocumque modo sibi coniuncta fuerit, geniti, cum omnibus bonis per cuiuscumque manus adquisitis, servi proprii suae erunt ecclesiae, nec umquam ab ecclesiae servitute exibunt. 15

4. *Ut filiis clericorum, servorum ecclesiae, nullus iudex libertatem promittat.* Quicumque filios clericorum, servorum ecclesiae, de quacumque libera procreatos, liberos esse iudicaverit, anathema sit, et habeat in iudicio quod fecit, quia ecclesiae tulit quod non dedit.

5. *Ut servi ecclesiarum per manus liberi nihil adquirant.* Nulli servorum ecclesiae, sive in clericatu sive in laicatu, de quibus nostrum est et fratrum nostrorum iudicare, liceat comparare aut ullo modo adquirere per manus aut nomen alicuius liberi hominis. Quod qui fecerit, [in]evasibiliter caesus, tamdiu carceratus habebitur, quamdiu omnes[b] ecclesia recipiat scriptiones. 20

6. *Ut ille, qui chartam per suas manus accipit, finem ecclesiae faciat.* Ille autem male liber, qui factus est diaboli servus, per cuius manus latrocinantes servus ecclesiae, quicquid illud fuerit, adquisivit, aut ecclesiae totam faciat securitatem, aut maledictus inter fures ecclesiae et sacrilegos habeatur. 25

7. *Ut nullus iudex aut tabellio chartas scribant, quas servi ecclesiae per manus liberi adquirunt.* Iudex vero aut tabellio, qui tam inlicitas chartas scripserint, et res pretio servorum ecclesiae comparatas, aut aliqua liberalitate conlatas, nomini alicuius liberi titulari praesumpserint, anathemate ferientur. Sed neque honorabitur in palatio, qui ecclesiam, palatii matrem, non erubuit impugnare. 30

Hoc autem ecclesiae Dei testamentum, contra malignantes, Deo autore, autoramentum, dilectissimi filii nostri H. augusti edicti lege firmari, corroborari, et humanis inseri et inscribi legibus volumus; et per omnem imperii sui latitudinem, ut suscipiatur, teneatur, et publica autoritate omni tempore iudicetur, omnes in commune oramus et obsecramus. Erit enim Deo volente in aeternum valiturum, si, quod ecclesiastica gravitas prohibet, publico fuerit vigore exterminatum. Nec factiosi huius decreti scientiam dissimulabunt, quae omnium libris inscripta, per ora omnium evolabit; nec impune putabunt audendum, quod publica damnatum severitate cognoverint. 35 40

Ego B.[1] papa aeternae Urbis huic constituto synodali subscripsi.
Ego A.[2] sanctae Mediolanensis ecclesiae archiepiscopus subscripsi.
Ego R.[3] Ticinensis ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego A.[4] Cumanus episcopus subscripsi. 45
Ego L.[5] Taurinensis ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego P.[6] Terdonensis ecclesiae episcopus subscripsi.
Ego Leo Eusebianae[7] ecclesiae catholicus episcopus subscripsi.

Actum Papiae, Kal. Augusti, imperante domno H. gloriosissimo augusto, per manus fratris Vercellensis episcopi. 50

RESPONSIO IMPERATORIS.

Nihil tibi, sanctissime papa B. possum negare, cui per Deum omnia debeo, praesertim cum iusta petas, honesta cum iustis fratribus suggeras, et me in consortium

1) Benedictus VIII. 2) Aribertus. 3) Raynaldus. 4) Albericus. 5) Landulfus. 6) Petrus. 7) i. e. Vercellensis sancti Eusebii ecclesiae; idem Leo in placito eiusdem anni et alias subscripsit: *Leo servus Eusebii.* apud Murator. SS. I. II. p. 498. 55

a) ullius administrationis? COSSARD. b) omnis *ed.*

sanctae solicitudinis ideo advoces, ut sicut laboris, ita participes simus et gaudii. Gratias itaque sancto episcopatui tuo iure habeo uberes, qui et salubriter componit ecclesiam, et a clericorum incontinentia, unde omne malum velut ab aquilone super terram emersit, correctionis vigilanter fecit principium. Omnia quidem, quae pro ecclesiae 5 necessaria reparatione synodaliter instituit et reformavit paternitas tua, ut filius laudo, confirmo, et approbo; et ut omnes sint paratiores, eam me inviolabiliter servaturum adiuvante Deo promitto. Et in aeternum mansura, et inter publica iura semper recipienda, et humanis legibus solenniter inscribenda, hac nostra autoritate vivente ecclesia per Dei gratiam victura, cum senatoribus terrae, cum domesticis palatii, et amicis rei 10 publicae, coram Deo et ecclesia ita corroboramus.

1022. Aug. 1.

CAPITULA.

1. *Ut nullus in clero mulierem contingat.* Nullus in omni gradu ecclesiae uxorem vel concubinam habere praesumat, nec in una domo cum muliere audeat habitare. Quod si fecerit, servata Iustiniani augusti aequitate, curiae civitatis tradatur cuius est 15 clericus. Iure etenim manebit miser in curia, quem ecclesiae regula depositum eiecit ab ecclesia.

Novell. 123. c. 14.

2. *Ut nullus episcopus mulierem habeat, aut cum ea habitet.* Episcopus cum nulla umquam muliere habeat tectum, cum nulla habeat lectum. Quod si fecerit, servato antiquo et moderno ecclesiae iudicio, deponatur. Eritque tanto casus gravior, 20 quanto gradus altior.

3. *Ut filii clericorum, servorum ecclesiae, servi sint suae ecclesiae cum omnibus adquisitis.* Filii autem omnium clericorum omniumque graduum servorum ecclesiae, de quacumque muliere, quocumque modo sibi coniuncta, fuerint nati, servi suae erunt ecclesiae, cum omnibus bonis adquisitis; et quia servi sunt et erunt, numquam de ser- 25 vitio ecclesiae exire debebunt. Et omnia quae ipsi per manus et per scriptiones alicuius liberi adquisierint, ecclesiae sicut sua propria reddimus. Suo etenim iuri totum ecclesia ut proprium vendicabit, quidquid ullo ingenio ecclesiae servus contraxit; nec ulli secundum phantasmaticos dabit adulterium libertatem, quod corpus in infamiam, et in servitutem traiicit animam.

30 4. *Ut nullus filiis clericorum, servorum ecclesiae, libertatem audeat iudicare.* Quicumque ergo posthac eos esse liberos iudicaverit, et pro eis contra ecclesiam dederit sententiam, et hoc capitulum autoritate sanctae ecclesiae statutum non receperit [a], et in suis libris non scripserit, et secundum hoc capitulum, filios clericorum de familia ecclesiae proprios servos esse, suae ecclesiae usu semper valituro, non iudicaverit, facultatum 35 publicatione nudatus, perpetuo damnetur exilio. Ubi sicut nulla umquam illi lex iudicandi, nulla ita erit spes remeandi. Neque enim mirum, sed iustissimum nimirum, si is amisso officio corpore exulabit, quem ecclesia, quia Deum amisit, anathemate fulminavit. Matres vero eorum libertatem adulterio vendentes, prius in foro castigatae fiant exemplum, et postea iudicio ecclesiae et nostro exulent. Quia si fuerint in vicinia, vix 40 aut numquam eorum cessabit malitia.

5. *Ut servi ecclesiae per manus liberi hominis nihil adquirant.* Servis ecclesiae, ut nostris, adquirere licet iuste, et licuit; sed per manus alicuius liberi scriptiones ullas contrahere, nullo umquam tempore licebit. Quod si fecerit, ecclesiae iudicio ut suus coercebitur. Si enim ad nostrum spectaret iudicium, ut fugitivuus addiceretur.

45 6. *Ut iudex aut tabellio chartas non scribant* [b], *quas servi ecclesiae per manus liberi adquirunt.* Iudicibus vero et tabellionibus, quorum nostra interest, si posthac tales fecerint scriptiones, manum amputamus dexteram, quae scripsit contra ecclesiam. Ut qui noluit integer verum iudicare in palatio, in foro mancus, corrigat alios a mendacio.

7. *Ut ille, per cuius manus servus ecclesiae chartas accepit, finem et securitatem 50 ecclesiae faciat.* Ille autem Deo et hominibus execrandus, per cuius manus invalidas et nomen vacuum fraudulenter ecclesiae servus scriptiones accepit, sub sacramento eisdem redditis scriptionibus, ut omnium litium iacula sopiantur, omnem ecclesiae, prout constiterit, coactus faciet finem. Moxque eum insequetur stylus proscriptionis, quem mater et magistra nostra ecclesia vulneravit gladio maledictionis.

55 a) *ita Cossardus coniecit;* nostrae ceperit *codd.* b) *ita corr. Coss.* inscribant *cod.*

1022. Aug. 1. *Subscriptio.* Ego H. gratia Dei imperator augustus, hanc constitutionem legis perpetuae per consilium domni papae B. suggerente plurimo coetu episcoporum, Deo autore statui, firmavi, et semper valere decrevi, et optavi, meosque imperii primores firmare rogavi.

Ego O. marchio interfui, et hanc legem mundo pernecessariam, et oculos ecclesiis sublatos reddentem, firmavi et laudavi. 5

Ego R. marchio interfui et laudavi.

Ego O. comes palatii interfui et laudavi [a].

a) *reliqua nomina perierunt.*

1149. Aug. 21.

CHUONRADI III. REGIS SENTENTIAE DE ADVOCATIA ET IURISDICTIONE. 10

Debemus eas Boehmero nostro, qui chartam authenticam, in bibliotheca publica Stuttgardiensi adservatam, vidit nuper atque transscripsit.

Anno dominicae incarnationis 1149. indictione 12. duodecimo Kal. Septembris venerunt 15 fratres de monasterio sancti Remigii Francorum apostoli, Hugo scilicet eiusdem aecclesie venerabilis prior, Petrus prepositus de monte sancti Remigii, Iohannes camerarius, Frankenevurt ad curiam invictissimi Romanorum regis Cuonradi secundi, et fęcerunt querimoniam de advocatis, qui erant in terra quae pertinet ad montem sancti Remigii, quorum numerus magnus erat et plus ad nocendum quam ad defendendum paratus. Super 20 quorum proclamatione quesita est a domino augusto sententia iudicii, et ex communi principum qui ibidem aderant consensu Ludowicus comes regionarius iudicialem sententiam promulgavit: quod nullus posset causas vel lites, quae ad advocatorum ius pertinerent, audire vel terminare vel placita advocatiae tenere, nisi qui bannum de manu regia recepisset. Deinde altero et coherenti iudicio quesito, iudicavit Otto, filius Cuonradi mar- 25 chionis de Missina, omnium principum favore et conniventia: quod Herimannus Palatinus comes de Reno, qui advocatiam in prefatis bonis de manu domini regis habebat, latam legis sententiam effectui mancipare deberet, et omnia corrigere quaecumque contra indubitati iuris rationem in prenominatis possessionibus ab iniustis advocatis essent perpetrata. Quod etiam ei ab inclito rege Cuonrado sub omnium testimonio presentium per 30 optentum graciae suae ut perficeret imperatum est. Preterea in eisdem possessionibus in villa nomine Cosla [1] habitabat quidam Albertus, ministerialis proprius aecclesiae beati Remigii in suburbio Remorum civitatis sitae, cuius pater maiorem beneficii sui partem, scilicet villam Milwilre, Herceberch, Habbach et alia quedam abbati sancti Remigii, suscepta ab ipso pecunia, reddiderat et legitime abdicaverat. Easdem possessiones pre- 35 dictus Albertus per vim occupabat, nolens stare in conventione patris, quam legitime et absque ipsius iniuria fęcerat. Item etiam Albertus beneficium cuiusdam militis sui, videlicet terram de Alba, cum ipso milite suo dicto Harduwino in altari optulerat et liberum aecclesiae resignaverat, quod iterum violenti usurpatione invadebat. Super quibus omnibus ab abbate sancti Remigii frequenter evocatus et ad domum suam Remis ad 40 agendam causam venire iussus, dicebat se intra fines alterius regni causam non debere agere et iudicium subire, sed in terra et lege gentis suae paratum se esse ex iudicio facere. Interrogavit itaque dominus rex quendam de ministerialibus suis Cuonradum nomine de Haga [2], quid super hac controversia iuris ordo contineret. Respondit ille, cunctis assentientibus: omnem hominem sive liberum sive ministerialem oportere domum illius 45 adire, cuius nomine possideret, in quocunque regno vel provincia sita esset, si de ipsa possessione controversia ageretur. Omnium itaque suffragante iudicio, gloriosus rex pre-

1) Cusel ad Mosellam. 2) Hagen, hodie Hain in der Dreieich prope Francofurtum. BOEHMER.

cepit, ut cuncta haec, sicut prescripta sunt, prosequente iusticia effectui manciparentur, et aecclesia beati Remigii de possessionibus, quas sepe dictus Albertus occupaverat, per advocatum et regios nuncios reinvestiretur. Et ut haec omnia postmodum rata et inconvulsa permanerent, presentem paginam item[a] inclitus rex sigilli sui impressione muniri iussit, et ut testes qui interfuerunt annotarenter instituit. Interfuerunt itaque huic actioni: Guido sanctae Romanae aecclesiae cardinalis diaconus et apostolicae sedis legatus, Heinricus Moguntinae sedis archiepiscopus, Albero Trevirensis archiepiscopus, Bocco Wormaciensis episcopus, Burchardus Argentinensis episcopus, Herimannus episcopus Constantiensis episcopus[b], Bernardus Patherburnensis episcopus, Fredericus dux Sueviae et Alsatiae, Albertus marchio de Brandenburch, Ludowicus lantgravius[c], Ludewicus comes de Los, Herimannus Palatinus comes de Reno, et frater eius Heinricus de Cacenelenboge, Otto comes de Rinecha, Gerlacus comes de Novo castro, et alii multi; Wibaldus Stabulensis abbas, et Arnoldus regiae curiae cancellarius, quorum suffragio id maxime actum est.

1149. Aug. 21.

a) idem? b) *ita charta.* c) *qui supra:* comes regionarius.

FRIDERICI I. IMP. TRACTATUS CUM ALDEFONSO VIII. REGE CASTELLAE.

1188. April 23.

Chartam in tabulario comitis de Mora repertam comes de Torresvedras in Relacionibus suis, escritura **99.** *pag.* **50.** *tum P. Franciscus Sota in „Chronica de los principes de Asturias y Cantabria", escritura* **47.** *pag.* **678,** *Antonius Suarez de Alarcon in „Relaciones genealogicas de la casa de los marqueses de Trocifal", escrit.* **99.** *p.* **50.** *ediderunt atque Antonius de Lupian Zapata tractatui apologetico pro regina Berenguela inseruit. Lupiani tractatus in appendice libri „Memorias historicas de la vida y acciones del rey D. Alonso el noble octavo del nombre, recogidas per el marques de Mondexar a.* **1783.**" *p. XXXIX. sqq. adiectis nonnullis Sotae et Suarezii lectionibus vulgatus est. Nos textum qui melior videbatur, Sotae scilicet, cum Mondexari editione collatum proponimus, mutatis tamen quae aperte editori vel typographo tribuenda, in authentico minime occurrere potuerunt, e. g.* Conrradus, natibitas, cibitas, varones, duçem, duçet, conçepta, deçeserit, amem, tan, mito, *et alia eiusmodi. Locum de alode familiae Stauficae insignem quantum licuit explicare conati sumus.*

In Dei nomine amen. Divina procurante clementia, placuit nobis Frederico[a], Dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto, et vobis Aldefonso[b], eadem gratia regi Castellae et Toleti, contrahere matrimonium inter serenissimum filium nostrum Conradum, ducem de Rotemburch[c], et illustrem filiam vestram Berengariam, ad cuius rei et coniugii consummationem ego Fredericus Romanorum imperator et semper augustus, cum consensu eiusdem filii Conradi promitto, quod mittam filium meum Conradum ad regnum vestrum in proxima litania, et desponsabit et ducet in uxorem legitimam praedictam filiam vestram Berengariam; et dabit ei donationem propter nuptias, quae vulgo dicitur apud Romanos doaire, apud Hispanos arrhas. Videlicet totum alodium[d], quod contigit eum tam a nobis, quam a nobilissimo patrueli meo Frederico, quondam duce de Rotemburch, quod est in episcopatu Herbipolensi et Francia[e] orientali, in provintiis Sual-

a) federico *MONDEXAR. ita et infra.* b) adefonso *hoc loco SOTA; qui et* Conrradus *scribit.* c) betenburch *SOTA. bis.* d) allodium *M.* e) franconia *M.*

1188. April 23.

veld[1] et Riez appellatis, in Suevia, et inter Rhenum[a] et Sueviam situm, cuius[b] aliquam partem per certa nomina praesenti paginae[c] duximus inserendam[d]: castrum Rotemburch[e, 2] et castrum Verbinisperch[f, 3] cum omnibus eorum[g] pertinentiis, curtes et alodia[h] quae habemus tam in civitate Herbipolensi quam in episcopatu, burgum Vicemburch[i, 4] cum omnibus suis pertinentiis, mediam partem castri Valirstein[k, 5] cum omnibus suis pertinentiis, castrum Flochberc[l, 6] cum omnibus suis pertinentiis, burgum Bobphingin[n, 7], castrum Waltusin[o, 8] cum omnibus pertinentiis, burgum Gemunde[p, 9] cum pertinentiis, burgum Tinkelspuhel[q, 10] cum pertinentiis, burgum Ufkirchin[r, 11] cum pertinentiis, praedium in Burberch[s, 12] cum pertinentiis, burgum Kinc[t, 13] et praedia attinentia, burgum Eppingen[u, 14] cum pertinentiis, castrum Bieneke[v, 15] cum pertinentiis, castrum Wiliberch[w, 16], castrum Riet[x, 17], alodium in Lutgersteigem[y, 18], alodium in Suaigrem[z, 19], alodium in Flina[*, 20], alodium in Suntheim[a, 21], alodium in Northeim[b, 22], alodium in Malmisheim[c, 23], alodium in Enbodilingem[d, 24], alodium in Gondoliheim[e, 25], alodium in Mechingen[f, 26], alodium in[g] Gugelingem[27], alodium in Michinvelt[28], castrum Elisporch[h, 29], advocatiam in Wilcemburch[i, 30] secundum usum et consuetudinem Alemaniae. Et manebit apud vos in regno vestro interdum cum voluerit; et redibit in terram suam quando sibi placuerit.

Et ego praedictus Aldefonsus, rex Castellae et Toleti, promitto cum consensu filiae meae Berengariae vobis imperatori, quod dictam filiam meam Berengariam tradam in sponsam et uxorem legitimam filio vestro Conrado. Et a proximo festo nativitatis Domini usque ad duos annos ibit filia mea Berengaria ad terram imperatoris, et deferet secum quadraginta duo milia aureorum, ita quod imperator praemoneatur super hoc per spatium novem mensium ante terminum praefixum, ut assignetur locus, ubi ei occurrere faciat. Hec autem sunt pacta infrascripta, quae debent servari ex utraque parte, tam ex parte[k] imperatoris et filii sui Conradi, quam[l] ex parte Aldefonsi, regis Castellae, et filiae suae Berengariae: Si praedictus Aldefonsus, rex Castellae, filium habuerit masculum legitimum, filius ille succedat ei heres in regno Castellae. Si rex Aldefonsus sine filio masculo obierit, succedat in regno filia sua Berengaria et vir eius Conradus cum ea, salvo et servato illeso iure suo dominae reginae Alienor, uxori[m] dicti regis Castellae, in omnibus et per omnia in arrhis suis. Hec autem sunt, quae sibi assignata sunt in dotem[n], id est in arrhas: Naxara, Tobia[o], Grañon, Zereco, Pazlongos, Zellorigo, Faro, Pancorbo, Monasterio, Vilforado[p], Villafranca, Alba de Monte de Oca[q], Arlancon, Burgos, Monio, Castro Soriz[r], Amaya, Orcexon, Uruel, Palancia[s] comitis, Astudello, Carrion, Fromesta, Portus

a) *ita legendum esse videtur;* Suaveldem. Riezas, Elatis in Suevia et in terrenum et Sueviam *M.* Sualbenden apellatis in Suebia et inter Rhenum et Suebiam *S.* b) eius *M.* c) pagina *S.* d) inferendam *M.* e) Rothemburch *M.* f) *ita S.* Wmisberch *M.* g) *deest S.* h) *ita S. constanter.* i) burgumviçenburch *S.* k) valistrem *M.* vel raustein *S.* l) flochbere *M. S.* n) bebphingin *S;* b. B. c. W. c. o. p. *desunt M. A.* o) *ita corr.* vbaltufin *S.* p) Gemande *S.* q) Tinhelfpuhes *M.* Tin Relf puohel *A.* r) uskirchin *S.* uschirehim *M.* s) pr. Emburberch *M.* p. in Burbech *S.* t) Rine *M.* u) Eppigem *M.* Epingen *S.* v) Riemeck *M.* w) viliberch *M.* vbiliberch *S.* x) Rierch *M.* y) Lut Persteigem *M.* z) Suelgrera *M.* Suçigrem *S.* Suaeigrera *A.* *) Sflinag *M.* Flinag *A.* a) Sunthein *S.* b) Erraim *M.* Erteim *A.* Northein *S.* c) Malmisthein *S.* d) Envaro de Lisgem *M.* e) Geldolusheim *M.* Gondolihein *S.* f) Norchingem *M.* g) *deest S.* h) elisperch *M.* i) Vbilçemburch *S.* Viscemburch *M.* k) t. ex p. *desunt M.* l) quam *usque* Berengariae *desunt M.* m) uxoris *S.* n) dote *S.* dotem et in *M.* o) Soria *M. ubi* Gr. Z. *desunt.* p) Belforado *M.* q) monte Doca *M.* r) Castroxeriz *M.* s) Urrual, Palentia *M.*

1) pagus Sualafeld ad orientalem Franciam et diocesim Eichstetensem, Ries ad Sueviam et diocesim Augustanam pertinebat. 2) Rothenburg ad Tuberam. 3) Viernsberg inter Rothenburg et Erlangen. 4) Weissemburg in pago Sualafeld. 5) Wallerstein. 6) Flochberg in pago Ries, proxime Bopfingen. 7) Bopfingen. 8) videtur esse Waldhausen, villa inter Bopfingen et Aalen; an Baldern? 9) Gmünd, ad occidentem civitatis Aalen. 10) Dinkelsbühl. 11) fortasse Aufkirchen ad Wernizam, inter Dinkelsbühl et Wassertrudingen. 12) videtur esse Burgberg, ab occidente inter Gundelfingen et Giengen. 13) Giengen. 14) Eppingen inter Heilbronn et Bruchsal. 15) Bingen prope Siegmaringen vix esse videtur. 16) Wildberg, aut fortasse Weil, aut Velberg prope Hall. 17) an Rieth prope Vaihingen? 18) locus ignotus. 19) Schweigern inter Heilbronn et Eppingen. 20) Flein a meridie Heilbronn. 21) Suntheim inter Burgberg et Gundelfingen? 22) Nordheim supra Heilbronn a laeva Nicri? 23) Malmsheim inter Heimsheim et Sindelfingen. 24) Heimsheim? (olim Heimbodesheim). 25) Gundelsheim ad Nicrum infra Heilbronn. 26) an Merchingen a septentrione fluvii Iaxt? 27) Göklingen supra Ulm ad Danubium? 28) Michelfelden prope Hall? 29) incognitum, nomina Adelsberg, Igelsberg ad Nagold, aut Heselberg ad Murg fluvios aliquam similitudinem praebent. 30) Wilzburg prope Weissemburg.

1188. April 23.

sancti Anderii[a], villa Corel, Peñafiel, Magam, et duae partes[b] salinarum de Velinchon, quae sunt regis.

Si filia regis Berengaria sine prole concepta de filio imperatoris decesserit, regnum Castellae revertatur ad prolem regis aliam, vel ad prolem suae posteritatis, cuiuscunque gradus sit. Quod si nulla ex eo superstes fuerit soboles, tunc revertatur regnum ad dispositionem regis Aldefonsi Castellae, ut ille possideat regnum, quisquis sit, cui rex Aldefonsus illud assignaverit et iusserit dari[c]; et supradictus Conradus teneatur sacramento suo ita facere de regno Castellae, sicut rex Aldefonsus[d] disposuerit et praeordinaverit. Si rex Aldefonsus filium masculum legitimum habuerit, et ille filius sine prole legitima superstite decesserit, praedicta Berengaria, filia regis, habeat regnum Castellae, et vir eius Conradus cum ea, vel ea[e] proles, si quam legitimam reliquerint. Si forte praefatus Conradus decesserit, nulla suscepta prole de uxore sua Berengaria, ipsa reducatur salva et secura[f] ad regnum Castellae, si sibi[*] placuerit redire[g]. Et nichilominus habeat dotem suam, id est[h] arrhas, in terra viri sui, videlicet totum alodium quod superius dictum est. Item ex quo[*][i] filius imperatoris Conradus ad regnum Castellae venerit, suscipiat benedictionem cum filia regis Castellae, a die qua venerit ad Castellam usque ad tres menses, vel antea. Et postquam eam sic legitime duxerit, faciant statim securitatem homines terrae regis[k] Castellae de regno filiae eius Berengariae et Conrado viro eius cum ea secundum praescriptas et subsequentes conditiones, salva fidelitate regni. Et recepta securitate regni, faciat securitatem ipse Conradus, et iuret, quod omnia hec[l] pacta praecedentia et subsequentia, quo[m] ad eum pertinet, observet bona fide et sine omni[l] fraude et dolo. Item si rex Aldefonsus sine masculo filio superstite obierit, quamdiu filius imperatoris et filia regis prolem non habuerint, ipse Conradus dividat terram regendam nobilibus cum consilio uxoris suae Berengariae, et aliter non liceat ei. Et illi, quibus ipse terram regendam, ut moris est apud Hispanos, commiserit in honorem, faciant tunc hominium reginae, uxori suae, filiae regis, et viro eius Conrado, sicut fecerunt primi, qui terram rexerant; hoc tamen remoto, quod regi in diebus suis complere debent[n], vel filio eius, si filium haberet. Item si rex sine filio masculo obierit, veniat Conradus et uxor eius Berengaria ad regnum Castellae, et detur uxori eius regnum, et ipsi cum ea; et Conrado[l] non detur sine uxore sua Berengaria, ipsa praesente et vidente, et non aliter; nec homines patriae aliter teneantur. Item si mortuo rege sine filio masculo, uxor Conradi Berengaria, filia regis, forsitan infirma, accedere non potuerit ad Castellam, veniat Conradus, et adhibeat[o] prolem suam et uxoris suae, si quam habuerint, et detur eis[p] regnum. Si prolem non habuerint, veniat tamen tempore ad defendendum regnum, et adiuvent eum homines ad defensionem regni, et serviant ei tamquam domino, excepto, quod potestatem non habeat in castris seu villis mutandi vel alienandi. Et quando uxor eius venire poterit, veniat, et cum venerit, detur ei regnum et[q] viro eius cum ea. Si obierit forte Conradus, habens filium vel filiam de filia regis Berengaria, veniat ipse filius vel filia reginae Berengariae et proles sua ad Castellam, et detur eis[r] regnum. Et homines patriae expectent adventum eorum, et custodiant regnum, et nulli illud tradant nisi ipsis. Et si Conradus et uxor eius Berengaria defuncti fuerint, prole utriusque superstite, si qua fuerit, detur ei regnum. Et ego Fredericus supra nominatus Romanorum imperator, promitto et convenio, quod omnia prescripta pacta et condiciones, quae me contingunt et filium meum Conradum, et ad nos pertinent, servabo[s] bona fide et sine omni fraude et dolo, et faciam teneri et fideliter observari. Et ego Heinricus rex, filius imperatoris, promitto et convenio, quod omnia praescripta pacta faciam observari a fratre meo Conrado, quecunque patrem meum et fratrem contingunt, et ad eos[t] pertinent observanda. Et ego praedictus rex Aldefonsus promitto et teneor sacramento, quod homines meo mandato in anima mea fecerunt, quod praescripta, quae me contingunt, et ad me pertinent, observem, et observari faciam bona fide, et sine omni fraude et dolo. Et ego sepe dictus[u] Conradus filius imperatoris, concedo atque affirmo praescripta pacta omnia, et fideliter et integre omnia praedicto modo me observaturum promitto, et iuravi coram nuntiis regis Castellae. Et[v] ego Berengaria, filia regis Castellae, similiter et omnia

a) Andreae et Villaroel *M.* b) duo porti *M.* c) voluerit dare *M.* d) Alfonsus *S. et ita deinceps.* e) eius? eorum? f) secure *S.* *) ibi *S.* g) et si placuerit redire, nihilominus *M.* h) et *M.* i) quando *M.* k) regi *M.* l) *deest M.* m) *ita correxi;* quae *edd.* q. ad e. pertineant *M.* n) debebant *M.* o) adducat *M.* p) ei *M.* q) et ipsi Conrado *M.* r) eius *S.* ei *M.* s) servare *S.* servem *M.* t) eum *M.* u) supradictus *M.* v) Et *usque* Castellae *desunt M.*

1188. April 23. illa, quae de praescriptis me observanda contingunt, me observaturam promitto. Nec non et ego Alienor regina, uxor regis Castellae, mater praedictae Berengariae, promitto, quod ea, quae me contingunt, et ad me et filiam meam pertinent, pro posse* meo faciam observari. Si forte ante adventum Conradi dominum regem, quod absit, decedere contigerit, barones et principes regni, et potestates, et civitates, et magister Calatrabensis cum 5 fratribus suis, et commendator[a] de Ucles cum fratribus suis, teneantur sacramento et promissione recipere Conradum filium imperatoris, et tradere illi praedictam filiam regis Berengariam in uxorem, et dare regnum ipsi uxori eius, et Conrado cum ea. Et archiepiscopus et episcopi teneantur regnum interdicere, et contradicentium personas excomunicare; dominusque[b] Toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas teneatur ad hoc 10 in ea obedientia, quam promisit domino pape, et suffraganei eius in ea obedientia, quam ei debent. Martinus Burgensis episcopus teneatur obedientia, quam debet domino papae. Rodericus[c] Calagurritanus episcopus teneatur obedientia, quam debet domino suo metropolitano. Dominicus Abulensis episcopus teneatur obediencia, quam debet domino suo metropolitano. 15

Hec sunt nomina principum et nobilium qui sacramenta praestiterunt: Comes Petrus, comes Ferrandus, Didacus Gemenez, Didacus filius comitis Lupi, Petrus Ferrandi, Rodericus Guterri senescalus regis, Ordonius Garsiae, Albarus Roderici de Masella[d], Petrus Roderici de Guzman, Lupus Didaci merinus[1] regis, Lupus Didaci de Mena, Gundisalbus[e] Ferrandi potestas, Ferrandus Martini. 20

Hec sunt nomina civitatum et villarum quorum maiores iuraverunt: Toletum, Concha, Opte, Guadalfaxara, Fita, Salamanca[f], Uceda, Buytrago, Madrit, Escalona, Macheda, Talabera, Placencia, Turgelium[g]; citra Alpes vero, Abula, Secobia, Arebalum[h], Medina de Campo, Ulmetum, Coca, Portellum, Collar, Petraca, Fonte domna, Septempublica, Aelon, Maderolo, sanctus Estefanus, Oxoma, Caracena, Atencia, Segontum, Medina Celi[i], 25 Vellanga[k], Almacanum, Soria, Agripennis, Farica; citra Dorium[l] vero, Vallisoletum, Palantia, Lucronium[m], Calagurri, Arnetum, Oterium de Sellis, Septimanca, Turris de Lobaton, Monsletus, Fons Purus, sanctus Facundus, Zeya[n].

Facta charta anno dominicae incarnationis 1188. indictione 6.

Data apud Saligestad, per manum Ruodulphi[o], imperatoris aulae protonotarii, pre- 30 sente Iohanne imperialis aulae cancellario[p] 9. Kalendas Maii, era 1226. feliciter amen.

*) praeposse *S.* a) commendato *S.* b) dominus quidem *M.* c) Podericus *S.* d) Manxilla *M.* e) Gundlsalbus *M.* f) Talamanca *S.* g) Truxillo *M.* h) Archalum *S.* i) Selexs *M.* k) Berlange *M.* l) Contradorium *S.* m) Lueronium *S.* n) Cea *M.* o) Ruduolphi *S.* Radolphi *M.* p) chancelario *S.*

1) *i. e.* maiorinus, maior domus. 35

c. 1193. Mart.

HEINRICI VI. IMP. MANDATUM DE APPELLATIONIBUS.

Ex codice ecclesiae Spirensis minori in tabulario Carlsruhano adservato edidit eam tabulario illi praefectus Dümgius noster, in Regestis Badensibus pag. 152. 40

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, fidelibus suis universis civibus Spirensibus, gratiam suam et omne bonum. Conquestus est nobis dilectus noster Spirensis episcopus, quod cum ipse et sui iudices in iudicio sedeant, et de aliquo vestrum habeatur querimonia, statim ante latam sententiam ille de quo movetur querimonia subterfugii ac dilationis causa absque termino praefixo ad nostram praesenciam appellare 45 soleat. Unde talem insolenciam a vobis supportare nolentes, vobis mandamus et districte precipimus, ne aliquis vestrum de cetero a presencia predictorum iudicum ad nostram vel alterius iudicis presenciam appellare[a] presumat ante latam sentenciam, sed post latam sentenciam, antequam approbata fuerit, a gravamine et iniuria sibi illata appellare poterit, litteris tamen eorundem iudicum ad nostram presenciam delatis, quae veritatem 50 rei et modum appellationis contineant et terminum ei praefixum, ut inspecto earum tenore, iuxta sententiam quam curia nostra dictaverit, super hoc rescribere sciamus.

a) apellare *ed.*

HEINRICI VI. IMP. CONSTITUTIO DE MONETA SPIRENSI.

1196. Iun. 26.

Edidit eam ex authentico Cl. Dümgius l. c. pag. **153.**

Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus et rex Siciliae.
5 Quoniam serenitatis nostrae sublimitas exigit, ut ea, quae in statutis antecessorum nostrorum aliquid ambiguitatis offerunt, nostra interpretatione declarentur et perspicua fiant, et quae discordiam nutrire videntur, imperiali auctoritate ad statum pacis et tranquillitatis reformentur, dissensionem illam, quae de moneta Spirensi inter fidelem nostrum Ottonem venerabilem Spirensis ecclesiae episcopum, et dilectos nostros eiusdem ecclesiae
10 canonicos vertebatur, penitus amputare decrevimus secundum antiquorum privilegiorum tenorem ac iuxta petitionem praefati episcopi; sancientes, ut de caetero Spirensis moneta libralis sit, quod vulgo pfundich dicitur, sub ea scilicet forma, quod 12 unciae et 6 denarii unius marcae pondus habeant, et 13 unciae et 6 denarii unam marcam puri argenti valeant et repraesentent. Nulla alia mutatio in hiis fieri de-
15 bet, nisi quod singulis annis, si voluerit episcopus, novum signum pro arbitrio suo denariis imprimetur. Ut autem haec constitutio omni aevo inconvulsa permaneat, praesentis scripturae et sigilli nostri auctoritate eam corroboramus. Et ne aliqua potestas ipsam monetam in levius aut deterius imminuat, aut aliqua ratione sine communi consensu et voluntate praelatorum et canonicorum nostrorum permutet, sub poena 100 libra-
20 rum auri firmissime statuimus. Huius rei testes sunt: Cunradus Argentinensis episcopus, Fridericus praepositus sancti Thomae et frater Argentinensis ecclesiae, comes Albertus de Tagesburg, comes Sigebertus, Cuno de Minzenberg, Heinricus pincerna, Drusardus de Spira, et alii quam plures.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis 1196. ind. 14. Datum apud Hehen-
25 heim 6. Kal. Iulii.

HEINRICI REGIS CURIA NURNBERGENSIS.

ad p. 253. 1224. Iul. 23.

Sententiam in ea de libertate stratarum regalium prolatam atque ab Adolfo rege confirmatam Cl. Kurz in historia Austriae regnantibus Ottokaro et Alberto I. T. II. pag.* 213. *edidit.

30 Nos Adolfus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, per presencia profitemur, quod venerabilis Conradus archiepiscopus Salczeburgensis, apostolice sedis legatus, princeps noster carissimus, nostram adiens presenciam, litteras incliti predecessoris nostri, domini Hainrici septimi divi Romanorum regis semper augusti, in nulla sui parte viciatas nostris exhibuit oculis et manibus penitus in hec verba:

1295. April 27.

35 In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus septimus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus, in perpetuum. Constitutus in presencia nostra apud Nurnberg in curia nostra sollempni, presentibus imperii principibus, videlicet Choloniense, Treverense archiepiscopis, Metense, Ratisponense, Pataviense, Frisingense et Augustense episcopis, Bavarie et Austrie ducibus, et aliis imperii magnatibus, dilectus et fidelis noster prin-
40 ceps venerabilis Salzburgensis archiepiscopus per sentenciam requisivit, an hominibus alicuius iter et actus, et via in stratis regalibus et publicis, quoad mercimonia sua deportanda, et alias negociaciones faciendas, a domino terre vel a quoquam alio valeat vel debeat interdici. Dictavit igitur sententia principum, quod illud nulli liceat, nec aliquis debeat aliquod in suis conmerciis et negociacionibus impedire. Nos igitur dictam sen-

1224. Iun. 23. tentiam de communi consensu principum rationabiliter latam[a] confirmamus auctoritate regali, et instrumento presenti nostrique sigilli munimine roboramus.

Datum apud Nurnberch, anno Domini 1224. indicione 12. decimo Kalendas Augusti, amen.

Volentes itaque ad imitacionem duorum principum Romanorum sentencias publicas, a sacri imperii obtimatibus conditas, et que videntur sapere iusticiam et continere equitatem, non solum tolerare equo animo, verum eciam virtute Romani culminis defendere et tueri, supradictam sententiam ratam habentes et gratam, ipsam presentium robore innovamus; universis et singulis Christi et imperii fidelibus inhibentes, ne quis dictam sentenciam contra innovacionis et confirmacionis nostre tenorem audeat infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum.

Datum Ratispone, anno Domini 1295. 5. Kalendas Maii, indictione 8. regni vero nostri anno 3.

a) *ita correxi;* Ratam *ed.* b) May *ed.*

---

ad p. 285. 1231. autumno.

FRIDERICI II. IMP. CURIA RAVENNAE.

Ad acta eius pertinent litterae ad civitates Italiae invitatoriae, quas hic ex Caffari annalibus Genuensibus apud Murat. SS. T. VI. pag. 463. 464. *inserimus.*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Hierusalem et Siciliae rex, potestati totique communi Ianuae fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Dudum per litteras nostras vos fecisse recolimus plenius certiores, qualiter de consilio summi pontificis indiximus primo venturo mense Novembris in festo Sanctorum omnium generalem curiam in Ravenna cum rege Alemanniae, filio nostro, et universis[a] imperii principibus, vita comite, sine defectu quolibet celebrandam, desiderio summo zelantes honorem Dei, et imperialem gratiam, pacem universalis imperii reformare, disponere statum Italiae prosperum et tranquillum, sedare dissidia civitatum intus et extra ferventia, et inter vicinos et populos omnem turbinem et odii fomitem amovere: tempus idoneum esse confidimus, quo vestra et universalium[c] omnium vota piis monitis nostrae mansuetudinis debeant convenire, ut tot incumbentibus dissensionum malis, quae passim et publice civitates et populos in desolationem impellunt, quae intestina et plusquam civilia bella movent, finis debitus imponatur. Nos autem cum omni serenitate cordis et corporis ad illius celebritatem curiae auctores pacis noveritis advenire, pro dispositione status imperii et dissensionibus amovendis cum consilio summi pontificis, assistentia principum, et nostrorum provisione fidelium procedere proponentes. Quapropter universitati vestrae sub debito fidelitatis, quo nobis et imperio tenemini, firmiter praecipiendo mandamus, quatenus eligatis de communi viros industres et peritos, quot et quales videbitur expedire, una cum potestate vestro mittendos Ravennam ad curiam praetaxatam, qui veniant omnium vestrum auctoritate providi consilii moderatione suffulti, qui sufficienter valeant nostris colloquiis et ordinationibus interesse, prudentia et virtute conspicui, ut quod de promotione status imperii et tranquillitate totius Italiae fuerit per generale colloquium approbatum, pro parte sua et nostra sciant et possint diligenter implere.

a) universi *MURATORI.* b) celebranda *MURATORI.* c) universa?

HEINRICI REGIS CURIA FRANCOFURTANA.

ad p. 302. 1234. Febr. 13.

Actis eius addimus mandatum de immunitate civium Bremensium et Stadensium a theloneo in Lubeke, nuper a V. Cl. Heinrico Smidt tabulario civitatis Bremensis Boehmero nostro transmissum.

5 Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis hoc scriptum intuentibus in perpetuum. Noverint universi, quod tam constitutionibus a nostra maiestate nuper in curia Frankenfurd promulgatis, quam etiam peticioni dilecti principis nostri G.[1] venerabilis Bremensis ecclesié archiepiscopi satisfacere cupientes, cives Bremenses et Stadenses a prestatione thelonei, quod ab ipsis in civitate Lubeke hucusque exigi consue-10 vit, liberos penitus dimittimus et absolutos. Et ne id temporis processu in dubium revocetur, presentibus litteris nostre maiestatis apponi iussimus sigillum.

Datum apud Frankenfurt, Idus Februarii, indictione septima.

1) Gerhardi.

FRIDERICI II. IMP. CONSTITUTIO PACIS.

ad p. 314 sqq.

15 *Constitutionis Fridericianae anno* 1235. *teutonico sermone conscriptae exemplum nullum superesse, supra p.* 312. *monuimus; iam vero beneficio Virorum doctorum qui operi nostro plurimum favent, etsi non exempla ipsa, attamen textum a constitutionibus Rudolfi, Adolfi et Alberti diversum, ideoque aut ab exemplo theutonico anni* 1235. 20 *in iudiciis singulis adservato,* aut a textu latino derivatum, proponere licet. Flagitantibus enim nobis, VV. Cll. Föringer et Wackernagel haec transscripserunt:* 1) *paginam secundam codicis regii Monacensis inter libros S. Nicolai Pataviensis Nro.* 95. *summae decretalium Bernardi Faventini, membranacei, saeculo XIII. medio aut* 25 *exeunte, ut scripturae specimen ostendit, exarati; et* 2) *textum constitutionis in codice bibl. universitatis Basileensis C. V.* 26. *chart. in* 4to *sec. XV., qui theutonico sermone Karoli IV. bullam auream, recensum ordinum imperii, constitutionem pacis, recessum curiae Nurenbergensis a.* 1431. (*apud Koch I.* 146) *et Friderici IV. reformatio-* 30 *nem Francofurtanam a.* 1442. *exhibet. Quibus adiungimus, omnibus votis satisfacturi, textum codicum duorum a Senkenbergio in Nova collectione T. I. pag.* 19. *sqq. expressum.*

CODEX MONACENSIS SAEC. XIII.	CODEX BASILEENSIS SAEC. XV.	CODD. SENKENBERG. SAEC. XV.
		Kaiser Friderich gesetz.
Ditz ist der fride und ez gesetze, daz der keiser hat getan, mit der fursten rat, uber alle diutschiu rich.	Wir setzen und gebietten von unserm keyserlichen gewalt und mit der fúrsten rate und mit andren des richs getrúwen mannen.	Item wir setzen und gebieten von unnsrem kayserlichem gewalt und mit der fuͤrsten ratt und mit andren deß reichs trewen mannen.

*) ex Constitutione pacis d. 6. Iulii a. 1281. supra pag. 429. cap. 42.

p. 315. c. 11.

1. Swelch sun sinen vater von sinem eigen, oder von sinem erbe, oder von sinem gůt verstozet, oder brennet oder roubet, oder wider in ze sinen vienden swert, mit eiden, daz uf sins vater ere gat, oder uf sine verderbnusse, beziuget ez sin vater ze den heiligen vor dem rihter, mit zwein sentbarn mannen, der sun sol sin verteilet eigens und lehens, und varends gůtes, und berlichen alles des gůtes, des er von vater und von můter erben solde ewichliche, also daz im weder rihter noch der vater wider gehelfen mag, daz er dehein reht ze den gůte gewinnen muge.

Swelch sun an sins vater lib ratet oder vrevelichen angrifet mit wnden oder mit vanchnusse, und er daz vor dem rihter beziuget als hie vor geschriben ist, der selbe si elos[a] und rehtelos ewichlichen, also daz er niemer wider chomen mag mit deheiner slahte dinge ze sinem rehte.

Alle die der vater nennet ze zeuge vor dem rihter, uber alle die sache die hie vor geschriben ist, die ne suln des niht uber winden durch mageschaft, noh durch deheiner slahte dinch, sin gesten dem vater der warheit. Der des niht tun wil, den sol der rihter darzu dwingen, ez ensi daz er vor dem rihter ze den heiligen swer, daz er drumbe nine wizze.

Hat der vater dienstman oder ist daz er eigen liute hat, von der rat oder von der helfe der sun dirre dinge deheinez tůt wider sinen vater, der hie oben geschriben ist, beziuget daz der vater uf sie als hie geschriben ist selbe dritte zen heiligen, die selben sint elos

1. Welch sun sinen vatter von sinen bůrgen oder von anderm sinem gůt verstosset oder in brennet oder roubet oder zů sines vatters vigenden sichert mit trůwen oder mit eyden das uff sins vatters ere geit oder uff sin verderpnisse, bezůget in des sin vatter by den heiligen vor sinem richter mit zweyn semper mannen die nieman ze recht verwerffen mag, der sun sol verteilt sin eigens und lehens und varendes gůtes des er von můter oder von vatter yemer erben sol ewiclich, also das im weder richter oder vatter niemer wider gehelffen mag, daz[b] er kein recht zů dem selben gůt yemer gewinnen můge.

Welich sun an sins vatters lip rattet oder in frevellich angriffet mit wunden oder mit vangnůsse oder in dehein band leget das gevangnisse heisset, wirt er des vor sinem richter ůber zůget als hie vor geschriben ist, derselb ist erloß und rechtlos eweclich, also das er niemer wider komen mag zů sinem rechten.

Alle die der vatter nemmet ze gezůgen vor dem richter ůber alle die sache die hie vor geschriben sint, die sond nit des ůber werden durch magschafft noch durch keiner slacht ding sy gestanden dem vatter der worheit; der des nit tůn wil den sol der richter dar zů zwingen, es ensige denne das er vor dem richter swer zů den heiligen, daz er dar umb nit enwisse.

Hat der vatter dienstman oder ist er also das er eigen lůt hatt von der rat oder von der hilff der sun dirre ding deheins tůt wider den vatter so hie vor geschriben ist, bezůget es der vatter vor sinem richter als hie vor geschriben ist selbdritt zů den heiligen,

1. Welicher sun seinem vater von seinen burgen oder von andrem seinem gut stost oder brennet oder in raubt oder zu seines vater veinde sitzt mit trewen oder mit ayden, das er auff seins vater ere gat oder uff seins vater verderbnuß ůberzugett in des sein vater auff den heyligen vor seinem richter, mit zwaien scheinpernn mannen die nyemant mit recht verwerffen mog, der sun sol sein verteilt aygens und lehens und varnds gutz und warlichen alles gutz das er erben sol von vater und von muter ewiglich also das ym weder richter noch der vater nymer wider gehelffen můge das er kain recht nymer mer gewynnen můge zu demselben gute.

Welicher sun seins vater leybe rettelt oder in frevelichen angreyft mit wunden oder mit gefencknusse, wirt er des vor seinem richter ůberzůgett als hye vorgeschrieben ist, derselb sey erlos und rechtloß ewiglichen, also das er nymer wider kumen můge zu seinem rechten.

Alle dye der vater nymet zu gezuge vor dem richter umb die sach dy hye vor geschriben ist die sullend des nicht ůber werden durch manschaft noch durch kainerlay ding sy gestan dem vater der warhait; der das nit thun wil den sol der richter darzu zwingen, das er zu den heyligen schwure das er darumb nit wisse.

Hat der vater dienstmane oder aygen leut von der rate oder hulffe der sun wider den vater derre ding daheines begat die hye vorn geschriben seind ůberzůget sy der vater des selb dritt auf den heiligen vor seinen richter dye selben sint erloß und

a) elos *corr.* eerlos *cod.* b) dz *c.*

und rehtlos ewichlichen, also daz sie niemer mugen widerchomen ze reht mit deheiner slaht dinge. E daz si elos beliben und rehtelos, so můz der vater e haben den sun uberwunden[a] vor dem rihter.

Aller slaht liute die des vater dienstman oder eigen nine sint, mit der rat, oder mit der helfe der sun wider den vater der dinge deheinz getan hat, diu hie vor geschriben sint, uberziuget sie der vater des als hie gescriben ist, der rihter in des gerihte daz geschehn ist, sol dieselben in die aht tůn, und sol si niemer dar uz lan, sin gelten dem vater sinen schaden zwivalt, den er von ir rat oder von ir helfe genomen hat, und dem rihter sin reht.

Hat derselben deheiner lehen von dem vater, daz selbe lehen sol dem vater ledich sin zehant, so er in uberwindet, und solz im niemer wider gelihen, oder lihet erz im wider, so sol er dem rihter sins lehens oder sins eigens als vil geben; oder hat er des niht, so sol er als vil silbers geben, als tiure daz lehen ist.

An allen disen sachen die hie geschriben sint mag ein igelich sentbere friman, der sin reht hat, dem vater, er si furst oder sus ein friman, helfen diz beziugen, swa erz weiz.

a) uberwuden *cod.* b) rechter *cod.*

die selben erloß und rechtlos sin sǒllen also das sy niemer wider komen mu̍gen zů iren rechten[b] mit deheiner slacht ding.

Der vatter mag aber die lu̍te sy sin dienstman oder eygen lu̍te mit disen dingen nicht bereden daz sy do von erloß oder rechtloß beliben, er enhabe ee uff den sun beredet.

Aller schlacht ander lu̍ten die des vatters dienstman oder eygen lu̍te nicht ensint mit der rate oder mit der helff der sun wider den vatter dirre dinge deheines getan hatt die vor geschriben sint, bezu̍get sy der vatter des als hie vor geschriben ist, der richter in des gericht es geschechen ist sol die selben in die acht tůn und sol sy niemer dar us gelan, sy gelten denn dem vatter zwivalt sinen schaden den er von im oder von ir helffe genomen hatt und dem richter sin recht.

Hat der selbe deheiner lehen von dem vatter, dasselbe lehen sol dem vatter ledig sin ze hant so er in u̍berwindet und sol es im niemer gelichen; oder lichet er im es wider, so sol er sins eigends oder sins lehens oder hatt er des nicht so sol er im alsvil silbers geben als tu̍re das lechen ist.

An allen disen sachen die hie obnan geschriben sint mag ein yeglich semper fryman dem vatter es sige furst oder sust ein hoch fryman gehelffen das bezu̍gen wo er das weis.

Ein dienstman mag es ouch bezu̍gen mit andern dienstmannen, ein eygen man mit sinem genossen, ein yeglich fryman hilffet es ouch wol ein dienstman ob er es weis, ein dienstman hilffet es ouch wol dem der sin undergenoß ist, die nideren mu̍gen es den hohen nit gehelffen.

rechtloß ewiglichen also das sy nymer kumen mu̍gen zu irem rechten.

Der vater mag aber auff dye leutte nichs bereden das er auff den sun berette allerschlechte, anter leute dye des vaters tagwercker oder dienstman nit enseind, mit der ratt oder hilff der sun wider den vatter dere ding kains begeet, uͤberzuget sye des der vater mit zwaien scheinparnn mannen, der richter sol dyeselben leute in die acht thun, und sol sy nymer mer darauss lassen pyß sy dem vater zwifaltig vergelten, den schaden den er von ir rat oder von ir hilff genommen hat, und dem richter sein recht, hat derselb enkein lehen von dem vater, das sol ym ledig sin das sol er im nymer widergeleichen; oder leyhet ers ym daruͤber wider so sol ers dem richter zwierndt als vil pessern mit anderm seinem gut.

Umb alle dise ding dye hye vor geschriben sind mag ein yeglich scheinperr freymann oder er sy fuͤrst oder sonst ein hoch frymann dem vater helffen zwingen ob ers weste. Ein dienstman mag es auch bezugen mit andern dienstmannen, ein aygen mit seinem genossen, die andern mugen es mit den hohen gehelffen.

Ist der vater von gevanchnusse oder von siechtům oder von ander ehaft not darzu wrden daz er ditz reht niht gefurdern mag, so sol ez siner mage einer tun, und sol derselbe mag bereden ze den heiligen, daz den vater ehaft not irret, daz er dar niht chomen moht, und sol die not nennen, und swenn er daz beredet, so sol man im rihten umb die sache, an des vater stat, als ob der vater da ware.

c. 5. 2. Der keiser hat gesetzet und geboten swaz schaden iemen an dehein slahte dinge gesche, daz er des selbe niht enreche ern chlagez e sinem rihter, und volge siner chlage ze ende als da reht ist, ez ensi als verre daz er ze hant da si, und er ziuge daz er durh sinen lib oder sin gut erz můse tůn ze not were. Swer sich anders richet denne hie geschriben ist, swaz schaden er drumbe tůt, den sol er im zwivaltech gelten, und swaz schaden im geschehn ist, der sol verlorn sin, und sol niemer deheine chlage nah dem gewinnen. Swer aber sine chlage volfuret, als da geschriben ist, wirt im niht geriht, und můz er durch not sinem viend wider sagen, daz sol er tůn bi tage, und von dem tage so er im widersaget hat, unz an den vierden tag, so ne sol er im deheinen schaden tun, weder an libe noh an gute, so hat er dri tage fride. Derselbe dem da wider saget wirt dern sol och an libe noh an gute unz an den vierden tag, dem der im wider sagt hat, deheinen schaden tůn. An swederm daz gesetzede gebrochen wirt, der sol fur sinen rihter varn, und sol ienen bechlagen derz im getan hat, dem sol der rihter furgebieten selbe oder mit

Ist das der vatter vor gefengnisse oder vor siechtům oder vor ehaffter not das recht nit gevorderen mag, so sol es siner moge einer tůn, und sol der selbe moge bereden uff den heiligen das den vatter ehafft not losse das er dar nit komen můge und sol die not nennen[a], und wenne er das beredet so sol man im richten umb die sache an des vatters stat als ob der vatter selber do were.

2. Wir setzen und gebietten was schaden yeman gescheche an deheiner hande dinge das er das selbe nit reche er enclage es alrerst sinem richter und volge siner clage ze ende als recht ist, es ensye alsverre das er do ze hand sy und sines libes und sines gůtes nutze tůn ze not were; wer sich anders richet denne hie vor geschriben ist, was schaden er im darumb tůt den sol er im zwivalt gelten, und was schaden im geschechen ist der sol verlorn sin, und sol niemer dehein clage dar nach gewinnen. Wer aber sine clage volle reichet als do geschriben ist, wirt im nit gerichtet, und můs er sinem vigende durch not widersagen das sol er tůn by tage, und von dem tage so er im widersaget hat, untz an den vierden tag, sol er im deheinen schaden tůn weder an lib oder an gůt, so hatt er dry tage fryde. Der selb dem do widersaget wirt der sol ouch an libe oder an gůte untz an den fierden tag dem der im do widersaget hett, deheinen schaden tůn.

An wederm dis gebott gebrochen wirt, der sol fůr sinen richter varen und sol in beclagen der im do getan hat, dem sol der richter selber fůr gebietten oder mit

Ist das der vater ehaftiger nott das recht nit gevordrn mag, so sol es seiner mage einer thun, und sol derselb mag beweren auff den heiligen das den vater ehafte not zwingett und irret und sol dye not benennen, wann er das getutt, so sol man im richten an des vaters statt umb alle dye sachen als ob der vater selbs da were.

2. Item wir setzen und gebietten was sach yeman in kainerley hand dinge geschah das er das nit reche er clag es seinem richter und volge seiner clage an ein ende, es ensey dann das er sich zu not mus weren, seines leybes und seins gutes; wer sich anders richtet on clag was schadens er seinem widersachen dutt, den sol er im zwifaltig gelten, und was schadens von seinem widersachen vor geschechen was der sol verloren sein.

Wer aber sein clag volfurett als da geschriben ist, wirt im nicht gerichtett und muß durch not seinen veinden wider sagen das sol er thun pey tage, und von dem tage pys an den vierden tag sol er im kainen schaden thun weder an leyb noch an gut, so hat er drey gantz tag fryden.

Demselben dem da wider sagt wirt, der auch weder an leyb noch an gut dem der ym da widersagt hat, byß an den vierden tag keynen schaden thun. An wem diß gesetz gebrochen wirt, der sol fůr seinem richter kumen und sol beclagen seinen widersachen, dem sol der richter fůr gericht gebietten, mag er sich dan

a) nemen *cod.*

sinem boten. Mag sich der selbe der da an gesprochen ist, niht enschuldigen selbe sibende sentbare liute, vor dem rihter, so si er elos und rehtlos ewichliche, also daz er niemer muge wider chomen ze sinem rehte.

3. An swem der hantfrid gebrochen wirt, erziuget er daz zen heiligen vor sinem rihter, mit dem der den hantfride gemachet hat und mit zwein andern sentbaren mannen, die ir reht behalten hant, daz der frid an im gebrochen si, der rihter sol ienen ze aht tůn, der den frid gebrochen hat, und sol in niemer uz der aht lan, ane des chlagers willen, oder er verliese die hant drumbe; ez ensi als verre, daz er mit dem totslage den fride breche, so sol siner mage einer chlagen, uber die selben getat, und sol ez och bereden als hie geschriben ist, und swenn er daz beredet, so ne sol in der rihter von der aht niemer gelazen, wan mit dem tode, und sol elos und rehtlos sin.

Wil aber im der den hantfrid gemachet oder enphangen hat, niht gesten des rehtes, daz er an im gebrochen si, dem sol der rihter daz gebieten bi des keisers hulden, daz er im sins rehtes helfe, oder zen heiligen swere, daz er niht darumbe enwizze. Lat er daz durh manschaft[a], oder durh deheiner slahte dinch, er ist dem keiser und dem rihter siner schulde schuldech.

4. Ez gebiutet der keiser bi sinen hulden, allen den furstin und allen den die gerihte von im habent, daz si rehte rihten, als iedes landes sit und reht si, und gewonheit, und daz si daz selbe gebieten den rihtern, die gerihte von in haben; swer des

sinen botten, mag sich der selbe der do an gesprochen ist, nicht entschuldigen selb sibend semperlůte vor dem richter, so sy er erloß und rechtloß, also das er niemer wider kome zů sinem rechten.

3. An wem der landfryde gebrochen wirt, erzůget er[b] das vor sinem richter mit dem der den landfride macht und mit zweyn anderen semperen mannen die ir recht behalten hand, das der fryde an im gebrochen sy, der richter sol in ze achte tůn, der den frid gebrochen hatt, und sol in niemer uß der achte lan ane des clagers willen, oder er verließ die hand dar umb; das ensi als verre das er mit dem tode schlage den fride breche, so sol siner moge einer clagen umb die selben tat und sol ouch bereden als hie geschriben ist; wenne er das beredet, so sol der selbe niemer von der acht komen wann mit dem tode und sol erloß und rechtlos sin.

Wil aber nu der, der den lantfriden gemachet hat oder enpfangen, nit gestan des rechtes das er an im gebrochen sy, dem sol der richter gebieten by des keysers hulden, das er im sins rechtes helffe, oder by den heiligen, wer es das er es icht wisse, lat er das durch magschafft oder durch deheiner slachte ding, er ist dem keyser und dem richter ze hand schuldig.

4. Wir setzen und gebietten by unsern hulden, das alle unser fůrsten und alle die gerichte von uns hant rechte richten als des landes recht sy und gewonheit, und das sy dasselbe gebietten den die gerichte von in hant; wer des nit tůt

vor dem richter nit entschuldigen auff den heyligen selb sybend scheinper mannen, so sey er erloß und rechtloß wiliclich, also das er nymer mer kumen můge zu seinen rechten.

c. 3. 3. Item an wemme der hantfriden gebrochen wirt, gezuget er das auff den heyligen vor seinem richter mit dem er dan hantfriden gemacht hat und zwen andern scheinper mannen dye ir recht behalten haben, das der fryden an ym gebrochen sey, der richter sol in in dye acht thun, der den friden geprochen hat, und sol in nymer auß der acht lassen on des clagers willen, er verliesse die hand darum.

Daruber hat er aber den handfriden mit dem todschlagen gebrochen, so sol er nymer auß der acht kumen, dann mit dem tod, und sol erloß und rechtloß bleyben ewiglichen.

Wil aber der den hantfriden empfangen hat, yener an dem er geprochen ist, des nit gesten das er im gebrochen sey, so sol ym der richter gebieten pey des keysers hulden, das er inn der warhait gestee, oder auff den heiligen schweren, das er darumb nit wisse, lasset er es ůber das durch maneschaft oder durch ander liebe, er ist dem kayser und dem richter sein hant schuldig.

c. 4. 4. Item wir setzen und gebieten von unserm kayserlichen gewalt und pey unsern hulden, das alle unser fůrsten und alle dye gericht von uns haben, recht richtent, und sy das gebyetend allen dye gericht von uns habend; wer das nit thutt uber den wollen

a) *ita pro* magschaft *cod.* b) es *codex.*

niht entut, uber den wil der keiser swerlichen rihten, als da reht ist, und swaz im uber in erteilt wirt, des en wil er niht lan und wil daran niemen uberseln, noh niemens schonen. Und gebiut och den furstin, daz si mit der bůze die rihter dwingen die von in geriht hant, daz si reht rihten, und der bůze niht enlazen, die uf si erteilt werde.

c. 12. 5. Der keiser gebiutet, daz dehein rihter niemen in die aht tů, wan offenlichen, und daz dehein rihter niemen uz der aht laze, er neme die gewisheit daz dem chlager gerihtet wrde nah des landes gewonheit. Tůt des der rihter niht, daz sol der keiser rihten uber in, als da reht ist, daz wil och der keiser geloben und behalten. Und gebiutet och der keiser einem igelichem rihter, dem gewettet wirt, da er den ahter uz der aht lat, daz er die wette gar neme, und ir niht enlaze, durh daz, daz die liute dest ungerner in die aht komen, und wil ouch der keiser sines rehtes niht lazen, darumbe gebiut erz desto festlicher.

c. 9. 6. Der keiser gebiutet och daz bi sinen hulden, daz niemen deheinen pfalburger habe, noh deheinen muntman, ern wil ir och in sinen stettn niht.

c. 8. 7. Und gebiutet bi sinen hulden, daz niemen den andern durh daz lant beleite umb dehein gut, ern habe daz geleite von me rich.

ůber den wellen wir scharppfliche richten als recht ist, und was uns uber den erteilt wirt, des wellen wir nit lassen, und wellen dar an nieman ůber sehen noch niemans schonen. Und gebieten ouch den fůrsten, das sy mit der bůsse zwingen die von in gericht hant, das sy recht richten und der bůsse nit lossen die uff sy erteilt wirt.

5. Wir setzen und gebieten, das dehein richter yeman in die achte tůn sol wann offenlich und das dehein nieman uß der achte lasse, er neme die gewisheit das dem clager gerichtet werde noch des landes gewonheit, tůt des der richter nicht das sol der keyser richten als recht ist.

Wir setzen und gebietten was yeglichem richter gewettet werde, das er den åchter uß der acht lasse, das er das neme und des nicht lasse; dar umb das die lůte dester ungerner in die achte komen. Wir wellen ouch unsers rechten nicht lassen.

6. Wir setzen und gebietten, das man die pfalburger allenthalbe lasse, wir wellen in unsern stetten deheinen han und wellen ouch nit das sy yeman anders habe.

Wir setzen und gebietten by unsern hulden, das nieman deheinen muntman habe.

7. Wir setzen und gebietten by unsern hulden, das nieman den andren durch das lande beleite von dem riche.

wir scherpflichen richten als recht ist, und was uns uber sy vertailt wirt das wöllen wir nit lassen, und gebyetend auch unsern fůrsten das sy mit der puß zwingen dye die da gericht von in habent und der puß nit lassen.

5. Wir gebietten auch das kain richter nyeman in dye acht thon solle, wann offennlichen, und auch nyeman darauß lassen er neme aller erst die gewissenhait das den clegern gebessert werde, nach des lands gewonhait.

Thut des der richter nit das sol der kayser ůber in richten, wir globen das das wir das halten.

Wir globen auch das sunderlich pey unsern hulden, was yeglichem richter gewettig werde von den dye auß der echt kumen, das er das gar neme und das nit entlasse, das man dester ungerner in die åcht keme.

Wir wollen auch selber unsers rechten nit lassen. Darumb gebieten wir dest vestiglicher allen den die gerichtes pflegen, das sy es dester gerner haben. So lassen sy dye buss uber das wir wöllen es in unbarmlich abnemenn, also das es nymer kainen richter gelusten darff.

6. Wir setzen und gepieten das man dye pfalburger allenthalben lassen; wyr wollent das sy nyemant halten, und wollen in unsern stetten kainen halten.

Wir gepieten und setzen pey unsern hulden das nyeman kain mundman habe.

7. Wir setzen und gebyetten, das nyeman den andern durch das land gelayte umb kain gutt oder durch kain myette, er hab dan das ge-

CODEX MONACENSIS	CODEX BASILEENSIS	
	Hoc loco in codice leguntur quae infra capitulo 15. *scripsimus.*	laytt von dem reich oder ob ers durch got thun wolle, der mag es wol thun on allerschlechte vorchte mit unsrem urlaub. Wir setzen und gebietten von unsrem kayserlichem gewalt, wann man den verholen wuchrer erfore, er sey in dem marckte oder in dem dorff, und wirt er uberwunden als recht ist mit zwayen scheinpern mannen, das er von nyemant merung hab genomen, man sol im sein gut taylen; und hat er ein elich weyb dy sol das drittail beherten uff den heyligen das dyeselb mißtat wider iren willen sey beschehn, dut sy das nit so sey alles ir bayder gut an irs hern gewalt gevallen, und sol sy ver von dannen schicken von aller cristenhait außsetzen, es ensey dann das sie darumb besserung und puß enpfahn wollen.
8. Er verbiutet alle zolle, die sit sins vater tode des keisers Heinriches, uf gesetzet sint, so uf wazzer, so uf lande, von swem si uf gesetzet sint, daz si es abe sin, ez ensi als verre daz dern da hat gewisen muge vor dem riche, als da reht ist, daz ern ze reht haben sul. Er gebiutet och umb alle zolle, die gehohen sint zun reht, anders denne si zem ersten uf gesetzet wrden, daz man die hohunge abe neme, und der zol ze reht belibe, als er sol. Swer die zolle nimet anders denn er sol ze reht, oder an einer andern stat, denne da er uf gesetzet ist, man sol in haben fur einen strazrouber.		8. Wir setzen und gebietten das alle dye zolle die sind nach unsers vater tod kayser Hainrichs auffgesatzt er sey auff wasser oder auff land, von wem sy auffgesatzt sind das sy absein, es sey also verr, das er in hatt, also das verhollen mugen auff den heyligen vor dem richter das er in zu recht haben solle, wer mer zolles nymbt dann er zu recht sulle, oder des da er nicht gesetzt ist, wirt er des überzügett vor dem richter als recht ist, man sol in haben für ein straßrauber. (c. 6.)
Alle die zolle nement uf wazzer oder uf land, die suln wegen und brucken ir reht behalten, mit machen und uzzimber und mit bezzerunge [a], und von den si den zol nement die suln si befriden		Alle dye zoll nement auff wasser oder auff land dye sullent den wegen und den prucken ir recht halten mit machen und mit zymern, und von den sy zoll nement dye sullent sy befriden und be-

a) zerunge *cod.*

und beleiten nach ir maht, als verre ir geriht ist, also daz si niht verliesen. Swa zwene mit einander urliugent, der einer oder beide geleit habent, swer dem ze leide die straze angrifet, wirt er des uberziuget als reht ist, uber den sol man rihten als uber einen strazrouber. Swer dicz gebot brichet ze drin malen, wirt er des vor dem keiser uberziuget als da reht ist, so sol der zol dem rich ledich sin. Er gebiutet bi sinen hulden, daz man die rehten lantstraze var, und niemen den andern mit gewalt von der rehten straze bedwinge. Er gebiut och swelch herre sine stat oder sine burch bowen wil, oder dehein bov, der sol bowen von sinem gute, und niht von der lant liute gute. Swer drumb deheinen zol und ungelt nimet, in deheiner stat, oder uf deheiner straze, uber den sol man rihten als uber einen strazrouber.

CODEX BASILEENSIS

laiten nach ir macht als verr ir gericht gat also das sy nichts verliesen.

Wer diß gebot pricht zu dreyenmalen wirt er des von dem kayser ůberzugett und uberweysett als recht ist so sol dem richter der zol ledig sein.

Item wir setzen und gebieten das man dye recht strass var und das nyemant den andern zwinge mit gewalt von der rechten strasse.

Item wir setzen und gebieten welicher here ein stat oder ein burg wolle bawen der sol bawen mit seinem gut.

Und nymbt er icht me kain gult oder ungelt von yemandt an kainer strassen, man sol uber in richten als uber ein strassen rauber.

c. 7. 9. Er gebiutet daz alle die munze die sit sins vater tode gemachet sint, oder swa man sie gemachet, daz si es alle abe sin, und der sie da hat dern muge gewisen vor dem rich als reht ist, daz er si ze reht haben sul. Swer uf iemens phenninge deheinen valsch sleht oder heizet slahen, den sol man haben fur einen valscher. Er gebiut, daz man in steten in dorfen die alten munze nah ir rehte habe, und verbiutet allen valsch.

9. Item wir setzen und gebieten das alle dye muntz dye seyt unsers vaters tode kayser Hainrichs gemacht sind das dye absind, wer sy daruber haben will der sol das bewern vor dem richter als es rechte ist das er sy zu rechte haben solle.

Wer auff yemanth pfenning dheinen valsch brennett oder schlecht, wirt er des uberwunden, man sol ůber in richten als uber ein valschen und sol kein gut nemen dafůr.

Wir gebieten das man die alten můntz behalt nach iren rechten und verbieten allen valsch.

c. 1. 10. Er gebeutet in allem sinem riche, daz man geistlich behalte der erzebischofe, bischofe, erzpriester geistlich reht, und in des niemen wider si.

10. Wir gebietten das man in stetten und in dǒrfferen allenthalb in unserm riche an geistlichen sachen halte der ertzbischofe und der ertzpriester recht, und

10. Item wir setzen und gebietten von unsrem keyserlichem gewalt vesticlichen das man in allem unsrem reich in stetten und in dorffern zu rechter zeytt sol sent legen

CODEX MONACENSIS

11. Er gebiutet daz aller goteshuser vogiten, daz si den goteshusern vor sin, und beschirmen uf ir vogitei, als ez gegen gote wol geste, und och sine huld behalten, und sich an der gotes huser gůte und vogitei also behalten, daz dehein groz chlage von in chome. Swer des niht entut, chumet im daz ze chlage, daz wil er rihten als reht ist und also vestlichen, daz er dar an niemens schonen welle. Er gebeutet vestlichen, daz niemen durch deheines vogites schulde noh ze leide der goteshuser gut daz sin vogitei ist, weder brenne roube noh phende. Swer daz dem vogite tut ze leid, wirt er des uberredet als reht ist vor dem rihter, den sol man ze aht tůn, und en sol in uz der aht niht lan, ern gelt den schaden dristunt als tiur er ist, und suln diu zwei teil dem goteshuse, und dem vogite daz tritte teil.

12. Er verbeutet daz niemen phende an des rihters urlob. Swer daz tut, uber den sol man rihten als uber einen rouber.

13. Er gebiutet, swer wizzenlichen roub choufet, oder diubich gut, odir wizzenlichen diebe wirt ist, und in sinem huse zernt und niht ahter sint, wirt er des uberzeuget als reht ist, zem ersten so sol er zwivalt gelten ienem sin gut dem ez da genomen ist, ez si diubech oder roubech. Wirt aber ers uberredet, daz ers zem andern male getan hat, ist daz gut roubech, so sol man uber in rihten

Reliqua exciderunt.

in des nieman wider sy mit deheinem gewalte.

11. Wir setzen und gebietten das alle die gottes hůsern vor sin und sy schirmen uff ir vogtye als es ze got wol ste und ouch unser hulde dor mit behalte und sich an der gottes hůser gütter das ir vogty ist also behalten das dhein clage von im kom; wer des nicht tůt kumet uns des clage, das wellen wir richten als vesticlichen das wir niemans schonen.

Wir verbieten by unsern hulden das nieman durch deheines vogtes schulde noch im ze leyde der gottes hůser gůt das ist ir vogty weder brenne noch roube noch pfende. Wer das dar ůber tůt dem vogte ze leyde wirt er des bezůget als recht ist, den sol man ze achte tůn und sol in uß der achte nicht lan er gelte denn den schaden drystund als tůr als es ist, und sond die zweyteil dem gotzhus werden des das roubet ist, dem vogt das drytteil.

12. Wir verbietten das nieman pfende one des richters urlop, wer das tůt ůber den sol man richten als ůber einen åchter.

13. Wer wissentlichen roub kouffet oder dieplich gůt oder ro̊uber oder diep wissentlichen wirt ist und in sinem huse zerent und nicht åchter sint, wirt er des bezůget als recht ist, zem ersten sol er zwivalt gelten ienem sin gůt dem es genomen ist, es sy diebig oder ro̊ibig. Wirt aber er uber redt das ers zem andern mol getan hat, ist das gůt ro̊ubig, man sol uber in richten als ůber einen rouber, ist es diebig man sol uber in richten als ůber einen diep.

Wir setzen und gebietten, das nieman sin pfand gelo̊ssen mag, wann selbdrit

und des den bischoffen nyeman wider sey.

11. Item wir setzen und gebietten bey unnsern hulden, das aller gotzheuser vogtt den gotzheusern vor sey und sy beschirme als es in gen gott wol stee und auch unser huld damit behalten und sich an der gotzheuser gutate also haltent das uns kein gros clage von in kome. Wer das nit thut kumpt uns von dem clage das wollen wir zorniclichen richten. c. 2.

Item wir gebieten pey unnsern hulden das man durch kein forchtes schuld der gotzheuser gut weder prenne noch raub noch pfende, wer es daruber thut, dem zu pen und zu layde, wirt er des uberrett als recht ist vor dem richter, den sol man zu acht thun und sol in darauss nymer mer gelassen, er gelte dann den schaden drey stund, als dure als er geacht wirt, so sullen dye zwaitail der pessrung dem gotzhaus vogt.

12. Item wir gebietent das yemant an des gerichtes wo̊rt pfende, wer daruber das dutt, wirt er des uberwunden, man sol uber in richten als uber ein rauber. c. 10.

13. Wir verpieten pey unnsren hulden vesticlich das yeman wissennlich reube oder dings kauffe oder kainen rauber oder dyeb herberge, wer es daruber thutt, wirt er des uberwunden mit dreyen scheinpern mannen und ist ym das erst er sol genem dem das gut genomen was zwifalt gelten seinen schaden, wirt er aber ůberrett das es ym zu dem andern mal geschehen sey, ist das gut raubig man sol ůber in richten als uber ein rauber, ist es dyebig man sol uber in richten als uber einen dyeb. c. 14.

CODEX MONACENSIS

siner genosse die die worheit wissen; und ouch nyeman sin gůt gesetzen mag wann mit sins herren hand von dem er es ze lehen hat[a].

c. 13.

14. Wir setzen und gebietten, das nieman gehalte noch herberge wissentlich deheinen åchter, wer das tůt wirt er des ůberwunden als recht ist, er ist in den selben schulden, und sol man ůber in richten als ůber einen åchter; entredet er sich mit siben semparen mannen ze den heiligen, das er nicht wisse das er ein åchter was, er sol unschuldig sin. Wo man in verbůttet oder angriffet, in sol niemen weren; wer den wert, wirt er des uberwunden als recht ist, das er in wissentlich habe gewert, der sol sin in den selben schulden, und sol man ůber in richten als uber einen åchter. In welhe stat der åchter kome, den sol man behalten, und wer in ůbel tůn wil dem sol mans nicht weren; im sol nieman geben ze kouffende noch vergeben, noch sol umb in nieman nicht kouffen; man sol in miden mit allen dingen.

Haec exciderunt.

Behaltet in ein statt wissentlich, ist sy umbmuret der richter in des gericht es ist, der sol sy nider brechen; ůber den wirt der in gehalten hatt, ůber den sol man richten als ůber einen åchter und sol sin huse zerfůren. Ist die stat ungemuret, sy sol der richter brennen, das sol nieman weren. Setzet sich die statt do wider, statt und lůt sint rechtlos; mag des der richter nit getůn, so sol man es dem keyser kunden, und sol es tůn mit sinem keyserlichen gewalt.

c. 15.

15. Wir setzen das unser hofe habe einen hof-

CODD. SENKENBERGG.

14. Item wir setzen und gebietten vestiglichen, das yeman halt kainen åchter wer es uber das tutt wirt er es uberweyset mit zwayen gewissen mannen die von irem recht nyemant verwerffen mag man sol uber in richten als uber ein achter. Entret er sich aber auff den heyligen selb sybend scheinper mannen, das er enwuste das er ein achter was, er sol unschuldig seyn.

Item wo man angriffet ein åchter den sol nyman weren, wer in aber werett und wirt er das uberkumen mit zwaien scheinpern mannen der sol in der selb schuld seyn und man sol uber in richten als uber ein echter. In weliche stat der echter kumpt in der sol man in nit halten, man sol im auch nichts geben zu kauffen und sol auch umb in nyemans kauffen, und gebietent das man in meyde in allen dingen.

Item helt ein stat gemeinnlich und wissennlich ein echter ist sy umbmaurett der landrichter in des gericht sy stett der soll sy nyderprechen, uber den wirt der den inbehelt uber den sol man richten als uber ein achter und sol sein hauss zerfůren. Ist die stat ungemaurett, so sol sy der richter prennen und das sol nyemant weren. Setzet sich dye statt dawyder und die leute sint rechtloß, mag der richter die stat nit uberwinden, so sol ers dem keyser kunden und sol es dann mit seiner keyserlichen gewalt und mit seiner hilf thun.

15. Item wir setzen das unser hoff hab einen hoff-

a) *His verbis cod. B. explicit, quae sequuntur supra inter cap. 7. et 10 leguntur.*

CODEX MONACENSIS

richter der ein fryman syge, der sol an dem ampte beliben zem minsten ein iore, ob er sich recht und wol behaltet, der sol alle tage ze gerichte gan ane den sunnentag und one grosse hochzit, und sol allen botten richten die im clagent und von allen lúten one fúrsten und ander hohe lúte, wann gat an ir lip oder an ir recht oder an ir ere und von andren hohen sachen, die wellen wir selbe richten. Er ensol nieman fúr tagen er tůye es denn mit unserm sunderen rate oder gebotte. Er sol nieman in die achte tůn noch usser achte lan, das sond wir selbe tůn. Der richter sol sweren zen heiligen, das er von nieman dehein gůt neme umb das gericht noch durch liebe, noch durch bette, noch durch forchte anders richte wann noch recht als im erteilt wirt, und er von sinen sinnen aller beste kan one aller slachte valsch. Der richter sol nemen alle die gewette die uns gewettet werden und vor im beclaget werdent von den die uſs der achte koment, und sol der nit lossen, dar umb das man dester ungerner in die achte kum. Dise wette geben wir und bescheiden dem richter, das er dester williclicher richte und ouch von nieman gůt neme umb das gerichte.

Haec exciderunt.

Der richter sol han einen schriber der ane schribe alle die in die achte koment, und von wes clage sy in die achte koment, und die sache dar umb sy dar in koment, und der namen die uſs der achte koment, und die sache war umb sy usser achte koment, und sol die burgen schriben *) die den clagern gesetzet werdent und wannen sy sin und wie sy heissent, und sol schriben ander gewysheit die man den clagern

richter der ein freyman sey der sol an dem amt pleyben zu dem mynsten ein iar ob er sich recht und wol daran helt, der sol auch alle tag zu gericht sitzen on den suntag und on alle heilig tage, und sol allen leuten richten dye im clagen von allen leuten on von fursten und von andern hochen leuten wo es get an iren leyb und an ir ere an ir rechte, an ir erb an ir lehen, das wollen wir selber richten.

Derselbe richter sol auch nyemant vertragen, er thu es dan mit unserm worte, er sol auch nyeman in die acht thun noch darauß lassen wann das sullen wir selber thun.

Derselbe richter sol schweren auf den heyligen das er durch lieb noch durch laid noch durch vorcht noch durch nicht anders richten wann nach recht als im ertailt wirt. Derselbe richter sol nemen alle dye wette dye uns von den werden dye auß der acht kumen, der sol er uber ain nit lassen, darumb das er dester ungerner in die acht kume, dyse wette beschaiden wir demselben richter, darumb das er dester gerner richte, und von nyemant kainer hand gut umb das gericht neme. Der richter sol haben einen sunderlichen schriber der anschreibe dye in dye acht kumen und von was clagen sie in dye acht kumen und den tag so sie darein kument, er sol auch schreyben die dye aus der acht kumen, und den tag wann sy darauß kummen, und sol kainer schreiben den burgen dye den clagern gesetzt werden umb dye besserung, und sol anschryben alle dye besserung dye den clagern ir pesserung gelůhen wirt ir geleystet, er sol auch schreyben aller der namen,

*) burger schriber c.

CODEX MONACENSIS

tůt noch landes gewonheit. Und sol schriben aller der namen die ze schådlichen lůten dem lande geseit wer-dent, und wie und von wem sy von den schulden komen, und sol schriben so sy ze recht komen uß der achte so tilgge ir namen abe; und sol schriben alle die urteil die von grossen sachen vor uns gesamnet werdent uff die rede das man an semlichen sachen die selben urteile stette habe; und sol schriben das lant do die selbe urteil inne gesamnet wart. Der selb sol nemen alle die briefe die umb clage sint, und sol dehein unmůß han. Der selb schriber sol sweren zen heiligen, durch liep, noch durch leid, noch durch miette, noch durch deheiner slachte ding, schribe noch entů an sinem ampte, wann das recht ist als er sich aller beste kan versten. Das hand wir dar umb gesetzet wann es uns nůtze duncket allen den die in unserm riche sint und gemeinlichen allen botten den wir nit gaches gerichten mügen von unsern manigvaltigen unmůssen. Der selb schriber sol ein leye sin, ob er anders tůye denne recht ist das es im an den lip gee.

Haec exciderunt

dye dem land zu schadlichen leuten gesetzt werden, und wann sy sich der schuld entredent so sol er iren namen abschreyben und abstreichen, 5 derselb sol auch schreyben all dye urtail dye umb gros sach von uns gesament werden und da sy funden werdent, darumb das man nach 10 denselben urtailen richten. Derselbe sol nemen alle dise prieff dye umb clag sint und sol kein andern mussen haben, dann die brieff berichten. 15 Der schreyber der hyezu erkoren ist und wird der sol schweren auf den heiligen das er durch lieb noch durch laytt noch durch vorchte 20 noch durch miette noch durch magschafft noch durch kain hand ding icht thu oder schreybe, an seinem ampte, dann das recht ist als er sich 25 aller past versynen kan; der selb schreyber sol ein lay sein darumb ob er anders thu dann er zu recht sol das es im an den leyb gee. Diß 30 haben wir gesetzt durch was das wann uns nutze duncket allen den dye in unnsrem reich seind und allen gemainen leuten den wir nit stett- 35 lich mugen gerichten von unsern manigvaltigen unmussen.

PARS

PARS ALTERA.

CAPITULARIA SPURIA.

CANONES ECCLESIASTICI.

BULLAE PONTIFICUM.

KAROLI

KAROLI MAGNI CONSTITUTIO SCAHININGENSIS.

784.

Memorant annales Laurissenses, Karolum a. **784** *per Thuringiam Scahiningum usque progressum, cum Saxonibus fecisse conventionem;* 5 *quam ipsam in chronico quodam Gandersheimensi repertam, Io. Christophorus Harenberg a.* **1758** *in primo fasciculo Monumentorum historicorum adhuc ineditorum pag.* **90**, *evulgasse professus est. Sed quum de fide editoris haud ita constet, ut ab eo prolata indubiam sibi auctoritatem vindicare possint, et saltem de vocabulorum vel etiam* 10 *sententiarum aut per chronistam aut per editorem immutationibus suspicio, in locis e. g. „et de punctibus multifariis conventum" „in loco Seligenstat, vulgo Sliestat" „decimas et nonas ex omni proventu" „dona component", haud omnino vana esse videatur, dubiae fidei documentum inter genuina Karoli capitularia non recipien-* 15 *dum censui.*

Cum in Saxonia orientali una cum primoribus Francorum et Ostsaxonum placitum infra villam Scanigge in Nortthuringia, adstantibus episcopis et abbatibus non paucis, habitum sit et de punctibus multifariis conventum, constituimus, ut in loco Seligenstat, vulgo Sliestat, inter Oreheim et Scanigge fiat opidum ex villa, et ibi episcopus Saxonie 20 orientalis sedere possit. Id vero si effici non possit, locus maior et munitus in sedem episcopi per missos et comites nostros deligendus est, ubi ab invasionibus orientalium inimicorum episcopus nil habeat timendum. Episcopo et presbiteris, qui illi debent esse obedientes, Saxones pro sacramentis, pro sepultura, pro officio vario, dabunt nihil. Dabunt vero ecclesiis singulis singulos mansos, episcopo et presbiteris decimas et nonas 25 ex omni proventu, ut antistites ecclesiarum inde vivere, pauperes sublevari, et utensilia ecclesiae cuiusque comparari possint.

Promiserunt Saxones sacramento, quod intra annum cum suis, quotquot nondum sunt baptizati, baptismum suscipient, quod cum comitibus nostris secundum leges ipsorum iudicium facturis volunt scabinos suos adiungere, quod paganias suas volunt dimittere, 30 quod sacrificia hominum et bestiarum, cremationes hominum mortuorum, incerta auguria et divinationes infidas derelinquent, et regibus Francorum per omnia manebunt fideles, et ante Kalendas Maii dona component et postea nobis ad curtem nostram Eresburg mittent, quod cum iurarunt digitis in coelum sublatis, nos misericorditer et propitiata mente ipsos in mundiburdium ac in tuitionem nostram nostrorumque successorum 35 recepimus. Id. Augusti.

790.

KAROLI MAGNI DECRETUM
DE EXPEDITIONE ROMANA.

Fictitia haec charta, ultimis duodecimi saeculi annis confecta, eo celebritatem quandam nacta est, quod viri docti complures maximam rerum in Germania nostra, quam saeculis X. vel XI. contigisse sibi persuaserant, commutationem inde explicari posse opinati sunt. Sed nec commutatio illa, qua liberorum hominum ordinem in servos redactum fuisse apud se constituerant, medio aevo accidit, nec constitutione nostra in rem vocata explicari posset, quum in ea de bellis tantum transalpinis, non vero de totius rei bellicae commutatione sermo sit. Chartae mendacium et forma eius et materia arguunt. Confictam esse patet, ut pro constitutione Karoli Magni veniret; Karoli nomen, annus 790, *regni numerus* 22, *Wormatia locus, et mora ibi tracta, scriptorem arguunt historiae et annalium (e. g. Mettensium ad a.* 790.) *haud ignarum, cuique animus esset chartam ad annum istum referendam conscribere. Quare et eorum opinio qui Karolo Magno Crassum aut Chuonradum II. substituere conati sunt, nulla ratione fulta facillime concidit. Iam vero chartam a Karolo Magno minime profectam, cum formulae invocationis, dignitatis, cancellarii, annus „ab incarnatione Domini," tum oratio chartas saeculi XII. redolens, et narratio „qualiter dum pro nostra consecratione coronaeque perceptione proficiscendi tempus ad apostolicam sedem instaret . . . contigit principes cum militibus de Romana expeditione quae tunc instabat acerbe contendere" veritati aperte repugnans, evidentissime demonstrant. Unde chartae, non casu aliquo depravatae immutataeve, sed ab auctore fallere volente effictae, nullam plane fidem tribuendam esse efficitur. Confecta autem esse videtur, quum frequentes Friderici I. expeditiones Italicae („pro corona nostra* vel aliqua regni utilitate aut honore Romana expeditio") *magnam iam Germanis molestiam ingererent, et fortasse litis cuiusdam in favorem abbatis Chiemensis in Bavaria dirimendae causa. Nam in bibliotheca monasterii Chiemensis antiquissimum eius exemplar circa annum* 1190 *exaratum, unde reliqua omnia derivata sunt, reperitur.* 1) *Adservatur illud in bibliotheca regia Monacensi inter Cimelia IV.* 3. *signatum, atque codici saeculi XII. a nobis Legum Tomo I. pag. XXI. laudato, eadem manu chartarum ductus imitante adiectum est, cui codicem traditionum Chiemensium in annum* 1190 *excurrentem deberi Monumenta Boica T. II. p.* 375. *testantur. Codicis eius duo apographa extiterunt:* 2) *C. bibliothecae regiae Monacensis Cimel. IV.* 3. 6., *olim civitatis Augustanae mbr. sec. XII. in* 8vo, *Marco Welsero primum notus, unde editiones A) Rittershusiana a.* 1598. *in* 4to, *Freheriana a.* 1599., *Ioh. Wilh. Hoffmanni delineatio haud satis fida, tum Gebaueri editio desumtae sunt.* 3) *Codex alter e Chiemensi anno* 1476 *a Petro Sayn de Frisinga transscriptus, chartaceus, a Senkenbergio in editionibus suis SI.) in Corpore iuris feudalis germanici a.* 1740 *et* 1772, *atque SII.) in Neuer Sammlung der*

Reichsabschiede a. **1747.** *adhibitus est, quum Chiemensis ipse nonnisi in Monumentis Boicis T. II. p.* **372.** *indeque in Fischers Litteratur des Germanischen Rechts, satis negligenter expressus sit. Hanc textus historiam operis nostri ferventissimus adiutor V. Cl. Föringer codicibus librisque typis expressis inter se collatis enucleavit*[1], *nobisque flagitantibus non solum codicem utrumque Monacensem manibus terendum commisit, sed et lectiones eorum diligentissime enotatas transmisit, quarum beneficio editionem ad fidem codicis Chiemensis institutam iam proponimus.*

In[a] nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus divina favente gratia rex Francorum et Romanorum. Si praedecessorum nostrorum morem sequimur, non solum praesentibus sed et succedentibus subvenire nitimur. Hac de causa universorum cognoscat experientia, qualiter dum pro nostra consecratione coronaeque perceptione proficiscendi tempus ad apostolicam sedem instaret, cum quam multis principibus annum Wormatiae[b] transegimus, ibique omnem reipublicae statum utilem et honestum confirmare, nocivum atque contrarium radicitus exstirpare decrevimus. Interim dum haec agerentur, casu contigit principes cum militibus de Romana expeditione quae tunc instabat acerbe contendere, constringentes eos multo plures halspergas de beneficiis suis sibi ducere, quam illi faterentur se posse vel iure debere. Sed quoniam[c] hoc non ab aliquo antecessorum nostrorum terminatum fuerit[d], dignum duximus[e], ut eorum altercationi finem et modum[f] imponeremus, atque decretum et certam aliquam legem super omni Romana expeditione concederemus. Statuimus ergo et decrevimus cum consensu tam spiritualium quam secularium principum ibidem nobiscum assidentium, quando pro corona nostra vel aliqua regni utilitate aut honore Romana expeditio a nobis vel a successoribus nostris praeparetur, ad omnium nobiscum euntium praeparationem annus cum sex ebdomadibus pro induciis detur, et taliter per totum[g] regnum fidelibus nostris indicetur. Cuicumque autem secundum hanc legem eadem expeditio imperetur, si ad curiam Gallorum, hoc est in campum qui vulgo Rungalle dicitur, dominum suum non comitetur, et ibi cum militari apparatu non repraesentetur, feodo preter hos qui cum gratia dominorum suorum remanserint, in conspectu nostro absque spe recuperationis privetur. Qui autem per hominium[h], sive liberi sive famuli, dominis suis adhaeserint, quot decem mansos in beneficio possideant, tot brunias cum duobus scutariis[i] ducant; ita tamen ut pro halsperga tres marcas et pro singulis scutariis singulas marcas accipiant; et sic eundo ac redeundo cum hoc stipendio[k] sine omni dominorum dampno vel expensa nisi[l] quantum ipsis[m] dominis placuerit fideliter serviant. Si autem forte, quod absit, accidat, ut idem milites diversos dominos propter diversa beneficia acquirant, ne aliquod beneficium indebitum vel sine servitio remaneat, singuli singula debita singulis dominis persolvant, videlicet quantum ab ipsis si irent accepturi erant, tantum se daturos cognoscant, vel in praefato loco, ut dictum est, feodum amittant[n]; nisi aliqui a nobis[o] vel a regno sint inbeneficiati, hi si nobiscum vadant, nolumus ut feodum amittant, set stipendia nisi voluntate dominorum non praetermittant. Similiter de ecclesiarum filiis vel domesticis, id est ministerialibus, vel quorumcunque principum clientela qui cottidie ad serviendum parati esse debent, statuimus, ut quicunque 5 mansos in-beneficio possideant, domino suo ad quem pertinent bruniam cum uno scutario ducant. Et hoc in arbitrio dominorum pendeat, quos ducant, a quibus stipendia accipiant, quibus etiam halspergas concedant. Ipsis etiam ad itineris praeparationem 5[p] librae suae monetae in stipendium tribuantur, et duo equi, unus currens alter ambulans, addantur, ac duobus sociis sou-

a) *Codici 2. manu sec. XVI, nec tamen Welseri, titulus inscriptus est*: De expeditione Romana. FÖRINGER. b) wormacię 2. c) quo 2. quando *editi inde proflui.* d) *ita* 1. 2. fuerat *A.* e) duximus dignum 2. *A. S. I. II.* f) finem commodum *A.* g) per totum taliter 2. *A.* h) hominum 2. *A.* i) scutariis *usque* scutariis *desunt* 2. *A.* k) stupendio 1. stupendio *corr.* stipendio 2. l) in *Mon. B.* m) ipsius 2. n) amittant *usque* amittant *desunt A.* o) a nobis aliqui 2. p) V. 1. 2. sex *S. I. II.*

1) cf. Annalium nostrorum T. VII.

790. marius victilibus bene oneratus committatur, qui ad ipsis ad opus dominorum diligenter custodiatur. Ipsi quoque in dominorum tamdiu vivant procuratione, quamdiu in incepta[a] vadant expeditione; et quicquid a rebellibus regnis[b] pugnando acquisierint, partes duas ad dominos deferant, tertiam sibi pro consolatione retineant. Quos autem non pascunt domini, ad ipsos reportent tertiam partem sui acquisiti. Singuli vero principes suos habeant officinarios speciales, marscalcum, dapiferum, pincernam et kamerarium; qui 4 quanto plus sunt laboraturi, tanto plus in stipendio, in vestitu, in equitura prae ceteris sunt honorandi; scilicet unicuique[c] istorum 10 librae cum tribus equis tribuantur; quartus marscalco addatur, quorum unum ad praecurrendum, alterum ad pugnandum, tertium ad spatiandum, quartum ad loricam portandum. Isti vero tales remanere cupientes, si apud[d] dominos impetrare[e] valeant, quot mansos possideant tot[f] libras suae monetae vel totum fructum feodi in illo anno pro stipendio persolvant. Ut autem nostrum imperium ab omnibus habeat supplementum, hoc constituimus et firmiter praecipimus, ut singuli buringi decem cum 12 funibus de canapo solidos dominis suis impendant, et insuper soumarium cum capistro concedant; quem, si domini voluerint, ipsi ad primam navalem aquam usque[g] perducant. Mansionarius 5 solidos, absarius 30 denarios, bunuarius[h] 15, quorumlibet larum[i] possessores 6 suppleant. Et ut haec nostri decreti auctoritas inviolabilem et incorruptam in Dei nomine apud omnes successores nostros obtineat emunitatem[k], cunctis principibus[l] qui aderant astipulantibus, manu propria subter eam roborare decrevimus et annuli nostri signo[m] assignari iussimus.

Signum Karoli [monogramma][n] gloriosissimi regis. Hernustus notarius ad vicem Lutwardi cancellarii recognovi. Data 8. Idus Iunii anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 790, regni autem eius[o] 22, ante consecrationem[p]. Actum Wormatiae feliciter Amen.

a) incepta *M. B.* b) regni *A. S. I. II.* c) s. et u. 2. *A. S. II.* d) aput 2. e) inpetrare 2. f) *voces* tot libras suae *in cod.* 2. *abscissae, in editionibus inde derivatis desunt.* g) *deest M. B.* h) bunaiarius 2. i) larium *A. S. I. II.* k) firmitatem *scribendum fuerat!* l) presentibus *M. B.* m) sigillo *M. B.* n) *monogramma hoc a genuino Karoli satis distans, codex* 2. *post* notarius, *et editiones A. post* gloriosissimi, *S. I. post* nota *scribunt, Cluten. et S. II. omittunt.* o) nostri *S. I. II.* p) anno consecrationis XXII. *S. I.* anno consecrationis XXI. *lectio codicis Senkenbergiani.*

KAROLI M. ET HLUDOWICI I. CAPITULARE
APUD THEODONIS VILLAM.

Capitula haec spuria primum sub nomine Karoli Magni in Collectionibus Conciliorum Crabbii, Coloniensi a. 1567. *T. III. p.* 269, *et aliis edita, deinde a Goldasto in Constitutionibus, et a Sirmondo inter Concilia Galliae T. II. ex Burchardo et Ivone adsumta annisque* 820 *et* 821 *adsignata, tum a Baluzio cum codice Vaticano collata annoque* 822 *adscripta, hic ex codice Gothano saeculi XI. iterum prodeunt. Quum igitur Karoli nomen in codicibus praeferant, ad eius tamen regnum nullo modo referri possunt, quod Haistulfus et Hetti anno* 813, *Hadabaldus et Ebo nonnisi annis* 819 *et* 822 *archiepiscopatum adepti sunt. Nec meliori successu Hludowico imperatori adsignata sunt, quum Ebone post diem* 5. *Iunii a.* 822 *in archiepiscopum electo, et Haistulfo secundum annales Xantenses anno* 825 *vel*

secundum alios anno **826** *defuncto, conventum intra hos terminos habitum fuisse oporteat, eo tamen spatio temporis re vera nec Triburiae nec apud Theodonis villam conventus celebratus sit. Textum collata B) Baluzii editione, ex codicibus* **1)** *Gothano sec. XI. et* **2)** *Vaticano, cuius lectiones Baluzius affert, eundem fere qualem Conciliorum editores primo proposuerant, iterum evulgamus.*

Ex concilio apud Theodonis villam habito tempore Karoli magni.

In concilio apud Theodonis villam, ubi interfuerunt 32. episcopi, Aistulfus Mogontiensis archiepiscopus cum suis suffraganeis; Hadabaldus, Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis; Hetti, Treverensis archiepiscopus, cum suis suffraganeis; Ebbo, Remensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, cum nuntiis reliquorum episcoporum Galliae et Germaniae, ob nimiam praesumptionem quorumdam tyrannorum in sacerdotes Domini bachantium[a], et propter factum quod in Wasconia noviter accidit de episcopo Iohanne inhoneste et inaudite mordridato, decretum est ut communi consensu et humili devotione supplicarent[b] auribus principis, si suae pietati complaceret, ut calumnia in Christi sacerdotes peracta iuxta synodalia[c] determinaretur pleniter statuta, hoc idem episcoporum iudicio placeret, si ex toto secundum potestatem ipsorum posset definiri, id est, ut canonica feriantur sententia, hi videlicet qui timorem Domini postponentes, in ministros suos crassare praesumunt. Quod si vero pietati illius complaceret[d], iuxta capitula regum praecedentium, ubi eorum provisio misericorditer in offensis pecuniae quantitatem interposuit, pro levigatione scilicet paenitentiae placuit, ut[e] praefatae res per pecuniam ab imperatoribus et a sibi[f] sacerdotibus ad defensionem concessam, et per poenitentiam determinentur[g] episcoporum iuditio, si pietas illius conlaudare voluerit, sic definiri eis complacuit.

1. Si quis subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, et convaluerit, quinque quadragesimas sine subditis annis poeniteat, et trecentos solidos cum sua compositione et episcopalibus bannis episcopo[h] componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas cum sequentibus annis poeniteat, et quadringentos solidos cum tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus[i] episcopo componat.

2. Si quis diaconum calumniatus fuerit, et convaluerit, sex quadragesimas sine subditis annis poeniteat, et quadringentos solidos cum compositione sua et episcopalibus bannis episcopo[k] componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadragesimas cum sequentibus annis poeniteat, et sexcentos solidos cnm tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus[l] episcopo componat.

3. Si quis presbiterum calumniatus fuerit et spassaverit, septem[m] quadragesimas sine subditis annis poeniteat, et sexcentos solidos cum triplici sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum poenitentia secundum canones ei inponatur, et nongentos solidos cum triplici compositione sua et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

4. Si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestaverit, decem quadragesimas sine[n] subditis annis poeniteat, et presbyteri non[o] occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu et non sponte occiditur, cum comprovincialium episcoporum consilio homicida poeniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis[p] diebus vitae suae, cingulum militare deponat, absque spe coniugii in perpetuo maneat.

Aistulfus Mogontiensis archiepiscopus dixit: „Si principibus placuerit aliisque fidelibus suis, rogemus ut conlaudetur et subscribatur.“ Et conlaudatum est et subscriptum est tam a principe quam a caeteris omnibus.

a) baccantium *B.* b) supplicarentur *corr.* supplicarent 1. supplicaretur *B.* c) synodalica 2. d) *deest* 1. e) pro consolatione sanctae ecclesiae, ut *B.* f) et a sibi *desunt B.* g) determinari *B.* h) *deest* 1. i) *deest* 1. k) *deest* 1. l) *deest* 1. m) sex *B.* n) cum *B.* o) *deest B.* p) omnibus *B.*

Capitulum aecclesiasticum apud Theodonis villam[a] a Karolo[b] magno et Luthowico et primis Galliae conlaudatum et subscriptum.

Placuit nobis et fidelibus nostris, ut sicut ab episcopis et reliquis sacerdotibus, ac Dei servis, alio anno Triburiae[c] ammoniti fuimus et rogati, ut episcopi et eorum ministri, quos Deus suo, non humano, iudicio reservavit, iuxta sanctorum canonum sanctorumque patrum ac capitularium praecedentium regum coram positorum statuta, ut Dei sacerdotes eorumque cooperatores, quorum intercessionibus, supplicationibus sancta Dei aecclesia constare videtur, intacti permaneant, constituimus: 5

1. Ut si quis subdiaconum calumniatus fuerit, et convaluerit, poenitentia canonica poeniteat, et trecentos solidos episcopo componat. Et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones praecipiunt poeniteat, et quadringentos solidos episcopo componat. 10

2. Si diaconum[d] calumniatus fuerit, et convaluerit, poeniteat secundum canones, et quadringentos solidos episcopo[e] componat. Si non convaluerit, iuxta praecepta synodalica poeniteat, et sexcentos solidos episcopo componat.

3. Si presbyter male tractatus fuerit[f] et spassaverit, secundum eius episcopi sententiam poeniteat in cuius territorii potestate esse dinoscitur[g]. Si autem mortuus fuerit, ut synodus diiudicaverit poeniteat, et 900[h] episcopo componat. 15

4. Et si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestaverit, poeniteat secundum canonum statuta, et presbyteri non[i] occisi triplicem compositionem cum iustitiis quae in superiori capitulo scripta et confirmata esse videntur, componat. 20

5. Si quis per industriam episcopum occiderit, iuxta id quod apud Triburiam[k] a 20 episcopis decretum est, et quod ibi a nobis et a primatibus tocius [Galliae[l] et] Germaniae benigna conlaudatione conlaudatum et subscriptum est, poeniteat, [et pecuniam a nobis concessam ecclesiae viduatae persolvat[m]]. 25

6. Et hoc de nostro adiecimus, ut si quis in his supradictis sanctorum canonum nostrique decreti sanctionibus episcopis inoboediens et contumax extiterit, primum canonicâ sententia feriatur, deinde in nostro regno beneficium non habeat, et alodis eius in bannum mittatur; et si annum et diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur, et captus in exilium religetur, et ibi tamdiu custodiatur et constringatur, donec coactus Deo et sanctae aecclesiae satisfaciat, quod prius gratis facere noluerat. 30

Et si omnibus vobis ista complacuerint, dicite. Et tercio ab omnibus conclamatum est: Placet. Et imperatores et pene omnes Galliae [et[n] Germaniae] principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces. Et aecclesiasticus ordo Deo et principibus laudes referentes ymnum Te Deum laudamus decantaverunt. Et sic soluta est synodus. 35

a) triburiam a Karolo et primis Galliae et Germaniae conlaudatum et subscriptum *Burchardus et Ivo.* b) hludowico pio et hlothario imperatoribus constituta et a primis Galliae et Germaniae *G.* c) anno apud Theodonis villam *B.* d) d. quis c. *B.* e) *deest* 1. f) presbyterum quis male tractaverit *B.* g) poeniteat et nongentos solidos episcopo componat. Si *B.* h) et 1200 solidos episcopo *B.* i) *deest B.* k) Theodonis villam a XXXIII *B.* l) Galliae et *desunt* 1. m) *haec desunt* 1. 2. n) et Germaniae *desunt* 1. 40

---

817. # HLUDOWICI I. IMPERATORIS PACTUM CUM PASCHALI PAPA.

Charta inde a saeculo duodecimo celeberrima atque saeculis subsequentibus pro sincera habita, in authentico exemplari aut quod pro authentico habeatur haud amplius extat. Siquidem qui nostro aevo 45

auctoritatem eius iterum vindicare conatus est, Ill. Marinus Marinius Tabularii Vaticani Praefectus, in libro „Nuovo Esame dell' autenticità de' diplomi di Ludovico Pio, Ottone I, e Arrigo II. sul dominio temporale dei Romani pontefici Roma 1822. *in* 8voo *pagina* 103 *textum qualem in codice Cencii Camerarii Colonnensi saec. XIII. invenerat excudit. Quum igitur quaestio de fide diplomati habenda, ex conditione territorii pontificii tempore Hludowici imperatoris lucem certissimam accipiat, paucis de historia eius monendum est.*

Anno 753 *mense Octobri Stephanus II. papa, imperatore Constantinopolitano iubente, ad Aistulphum Langobardorum regem profectus est, exarchatum Ravennatem et reliqua loca ab eo invasa repetiturus. Quod quum frustra attemptasset, Pippinum regem adiit, atque primum die* 6. *Ianuarii a.* 754 *Pontigone promissione de auxilio ferendo accepta, in conventu publico Carisiacensi pactum de defensione ecclesiae Romanae atque de coronatione Pippini filiorumque eius iniit, quo Pippinus ea quae Aistulphus Graecis abstulerat se Romanae ecclesiae collaturum promisit. Conditio ista his verbis expressa erat*[1]*:* A Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Burdone, inde in Berceto, deinde in Parma, deinde in Regio, et exinde in Mantua atque in Montesilicis, simulque universum exarchatum Ravennantium sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum et Istriam, necnon cunctum ducatum Spoletinum sive Beneventanum. *Bellum tamen magna cum difficultate susceptum*[2]*, eam tantum ad finem gestum*[3] *et anno* 755 *finitum est, ut Langobardi Pentapolim, Narnias*[4] *et Cecanum*[5]*, Tusciae atque Campaniae Romanae urbes ab ipsis invasas, et reliqua unde populus Romanus conquereretur redderent; quibus, bello reparato, anno* 756 *Comiaclum accessit. Unde confecta Pippini donatio, has civitates complectebatur*[6]*: Ravennam, Ariminum, Pensaurum, Concam, Fanum, Cesinas, Sinogallias, Aesim, Forum Populi*[a]*, Forum Livii cum Sassubio, Montem Feltri, Acerrem, Agiomontem, Montem Lucati, Serram, castellum sancti Marini, Bobium, Urbinum, Calles, Luciolis, Eugubium et Comiaclum; sed et Faventiam, ducatum Ferrariae*[7]*, necnon Imolam Bononiam et Gabellum*[8] *simul traditas fuisse, ex subsequentibus patet; nec unquam pontificem ulterius quid apud Pippinum impetrasse reperimus. Annis duodeviginti post, Desiderio primum fuso, Spoletini, Reatini, incolae ducatus Firmani, Auximani, Anconitani et habitatores castelli Felicitatis ad Hadrianum papam se contulerunt*[9]*, et Karolus rex, Romae Hadriano restitutionem exarchatus a Desiderio invasi pollicitus, praeterea donationem Pippini Carisiacensem confirmavit*[10]*. Quibus promissis, Hadrianus anno* 774 *vel* 775 *partem exarchatus recepit*[11]*, reliquam vero, scilicet Imolam, Bononiam, Gabellis, Faventiam, ducatum Ferrariae, Comiaclum, Forum Livii, Forum Populi, Cesenam, Bobium, Tribunatum decimum, archiepiscopo Ravennate renitente, et*

a) ita Codex Vindob. hist. eccl. Nro. 90.

1) Vita Hadriani I. cap. 42. 2) Einhardi Vita Karoli c. 6. 3) Fredegarii contin. 4) Narni. 5) Cecano, ad meridiem Frosinonae. 6) Vita Stephani II. c. 46. 47. 7) Vita Hadriani I. c. 6. 8) Codex Carolinus epist. 54. 9) Vita Hadriani I. c. 32. 33. 10) ibid. c. 42. 11) Cod. Carolinus ep. 54.

817. *castellum Felicitatis a duce Clusino invasum*[12], *nonnisi anno* 775 *vel* 776 *recuperare potuit*[13]. *At vero Hadrianus ad ulteriora progressus, inde ab anno* 777 *terras flagitare coepit, nec ab ipso nec a Stephano Paulove unquam possessas, sed quas pontificibus a regibus Langobardorum aliisve olim ereptas atque ex donatione Carisiacensi sibi restituendas contendebat. Primo*[14] *inde ab anno* 777 *civitates aliquot in Tuscia Langobardorum sitas, ducatus Spoletinum et Beneventanum, Corsicam et patrimonium Sabinense, tum*[15] *Terracinam occupatam rursusque amissam, Caietam, Neapolim et patrimonia partium earum affectabat, obtinuitque a Karolo anno* 781 *Romae praesente filiis eius Pippino et Hludowico in reges Langobardorum et Aquitaniae consecratis, concessionem patrimonii Savinensis „pro luminariorum concinnationibus atque alimoniis pauperum," quod tamen nonnisi a.* 783 *a missis Karoli B. Petro traditum est. Eodem tempore vel certe anno* 787 *civitates in Tuscia Langobardorum, Suana, Tuscana, Bitervum, Balneum Regis et ceterae, scilicet Castellum Felicitatis, Urbs vetus, Ferentum, Orta, Marca, restitutae sunt*[16]. *Quibus Populonium et Rosellas necnon civitates in partibus Beneventi*[17] *tum Capuam*[18] *addi, annis* 787 *et* 787 *flagitabat; obtinuitque in tertio Karoli itinere Romano promissionem de tradendo Benevento, irritam tamen, quod rex, Grimoaldi ducis favore ductus, episcopia quidem monasteria curtes publicas et civitates absque incolis papae contradi, earum habitatores tamen in Grimoaldi fide persistere concessit. Is Hadriani expostulationibus Karolique favoribus finis extitit; nam nec ultra Hadrianum aliquid obtinuisse, nec successorem eius Leonem III anno* 808 *ex pacto Carisiacensi Corsicam*[19] *insulam efflagitantem meliori fortuna usum fuisse, reperimus. Constat igitur, Karolum ea quae, Desiderio Ticinum adhuc tenente et eventu belli ambiguo, in pacto Carisiacensi renovato pontifici promiserat, integra servare nec voluisse nec potuisse, ea fortasse ratione ductum, quod pontifices iura sua in territoria singula ad meridiem lineae descriptae posita, prout tenebantur et polliciti esse videntur, probare nequivissent*[20].

Karolo igitur obeunte res ita comparata erat, ut pontifices sub imperio Francorum 1) ex antiquo iure *urbem* Romam *cum* ducatu suo *id est Campaniam cum Maritima usque ad Ceperanum*[21] *et Terracinam,* et Tusciam Romanorum, *scilicet civitates Portum, Centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutriam, Nepem, Castellum, Gallisum, Ortum, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum insulis tribus, Narniam et Utriculum,* 2) ex donatione Pippini et Karoli *exarchatum Ravennantum, Pentapolim et Aemiliam, cum civitatibus supra memoratis, tum* 3) ex pacto Carisiacensi et iure Karolo regi probato *territorium Savinense, civitates in Tuscia Langobardorum supra memoratas, (fortasse additis Populonio atque Rosellis) et iura in ducatu Be-*

12) ep. 55. 13) anno 783 totum exarchatum tenebat ep. 83. 14) ep. 59. 15) ep. 65. 16) ep. 89. 17) ep. 88. 89. 18) ep. 90. 19) Leonis III. epistola 4. 20) Cod. Carol. ep. 59, qua Hadrianus civitates in partibus Tusciae, Spoleto, Benevento et Corsica simul et Savinense territorium appetens, chartas iura B. Petri probaturas ex archivo Lateranensi regi proponit. Ep. 73 Maginarium Karoli missum iura ecclesiae in patrimonium Savinense ex documentis agnovisse, atque patrimonium tradidisse, refert. 21) Cecanum, haud longe a Ceperano, Aistulfus a. 755 restituit.

817. *neventano sibi tradita possiderent;* affectarent vero, nec tamen evincere potuissent: 4) *plurima a meridie lineae a Lunis cum insula Corsica per Surianum, montem Bardonis, Bercetum, Parmam, Regiam, Mantuam, Montem Silicis porrectae, praecipue Corsicam, Populonium et Rosellas, ducatos Spoletinum et Beneventanum, Capuam, Caietam, Neapolim cum patrimoniis ibidem sitis, partim a Francis, partim a ducibus Beneventaneis, partim a Graecis possessa. Quibus a Hludowico imperatore nihil praeter curtem regalem in Germania additum*[22] *est. Unde confirmationem quae sub nomine eius circumfertur commentitiam esse, haud dubie apparet, non solum propter vitia formae, sed qua insulae Sardinia et Sicilia atque Campaniae Beneventanae pars cum civitatibus Sora, Arce, Aquino, Arpino, Teano, Capua, et patrimonia Beneventanum, Salernitanum, Neapolitanum, et Calabriae superioris et inferioris, quae nec in potestate Francorum essent, papae concedi dicantur. Chartae exemplar omnium quae extant vetustissimum, scilicet in codice Vaticano Nro.* **1984.** *sec. XII. ineunte exaratum, nacti, textum inde desumtum iam proponimus.*

In nomine domini Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Ludovicus imperator Augustus, statuo et condo per hoc pactum confirmationis nostre, tibi beato Petro principi apostolorum, et per te vicario tuo dompno Paschali[a] summo pontifici et universali pape et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo, et suburbanis, atque viculis omnibus, et territoriis eius, montanis ac marittimis, litoribus, ac portubus seu cunctis civitatibus, castellis, opidis, ac viculis in Tuscie partibus, id est[b] Portum, Centumcellas, Chere, Bledam, Manturanum, Sutrium, Nepe, Castellum, Gallisem, Hortem, Polimartium, Ameriam, Todem, Perusiam[c] cum tribus insulis suis[d], id est maiorem, et minorem, Pulvensim[e], Narniam, Utriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad suprascriptas civitates pertinentibus. Simili modo in partibus Campanie Segniam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Frisilunam, cum finibus Campanie necnon et[f] Tiburim, cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus, nec non et[g] exarchatum Ravennatem cum integritate, cum urbibus, civitatibus, opidis, et castellis, que pie recordationis domnus Pipinus rex ac bone memorie genitor noster Karolus imperator beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iamdudum per donationis paginam restituerunt, hoc est civitatem Ravennam, et Emiliam[h], Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, Adrianisque[i] et Gabelum cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis terra[k] marique ad supradictas civitates pertinentibus. Simulque[l] et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum[m], Fanum, Senegalliam[n], Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemferetri, Urbinum[o], et territorium Valvense[p], Callem, Luciolis, Eugubium[q] cum omnibus finibus ac terris ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinensem[r] sicut a genitore nostro Karolo imperatore beato Petro apostolo per donacionis scriptum concessum est sub integritate, quemadmodum ab Ithe- rio et Magenario abbatibus, missis illius, inter idem territorium Sabinense atque Reatinum diffinitum est. Item in partibus Tuscie Longobardorum Castellum Felicitatis, Urbivetum, Balneum regis, Ferenti, Castrum Biterviumn[s], Orthas, Marcam[t], Tuscanam, Suanam, Populonium, Rosellas, et insulas, Corsicam, Sardiniam, et Siciliam sub integritate cum omnibus adiacentibus, ac territoriis, maritimis, litoribus, portubus ad supra-

a) donno Pascali *Marinius.* b) item *M.* c) perusium *M.* d) *deest M.* e) P. et lacu, Narniam *M.* f) *deest M.* g) *deest M.* h) Entiliam 1. i) et Adrianis quod et Gabellum *M.* k) in terra *M.* l) similiter *M.* m) Pisaurum *M.* n) Senogalliam *M.* o) Ulbinum 1. p) Balnense *M.* q) L. et Eugubium *M.* r) Sabinense *M.* s) Viterbii *M.* t) Martam 1.

22) vita Stephani IV. c. 2.

817. scriptas civitates et insulas pertinentibus. Item in partibus Campanie Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, et Capuam, et patrimonia ad potestatem vestram et dicionem pertinentibus [a], sicut est patrimonium Beneventanum, et Salernitanum, et patrimonium Calabrie inferioris, et superioris, et patrimonium Neapolitanum, et ubicumque in partibus regni atque imperii a Deo nobis commissi patrimonia vestra esse noscuntur. Has omnes suprascriptas provincias, urbes, et civitates, opida, atque castella [b], viculos, ac territoria, simulque [c] patrimonia iam dicte ecclesie tue, beate Petre apostole, et per te vicario tuo spirituali patri nostro donno Pascali, summo pontifici et universali pape, eiusque successoribus usque in finem seculi eodem [d] modo confirmamus, ut in suo detineant iure, principatu, atque dicione.

Simili modo per hoc nostre confirmacionis decretum firmamus donaciones, quas pie recordationis donnus Pipinus rex avus noster, et postea donnus et genitor noster Karolus imperator beato apostolo Petro spontanea voluntate contulerunt. Nec non et censum, et pensionem, seu ceteras daciones [e], que annuatim in palacium regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia Longobardorum, sive de ducatu Spoletino [f], sicut in suprascriptis donacionibus continentur [g], et inter sancte memorie Adrianum papam, et domppnum ac genitorem nostrum Karolum imperatorem convenit, quoniam [h] idem pontifex eidem de suprascriptis ducatibus, id est [i] Tuscano et Spoletino [k], sue [l] auctoritatis preceptum confirmavit, eo scilicet [m] modo, ut annis singulis predictus census ecclesie beati Petri apostoli persolvatur salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dicione, et illorum ad nostram partem subieccione. Ceterum sicut diximus omnia superius nominata ita ad vestram [n] partem per hoc nostre confirmacionis decretum roboramus, ut in vestro vestrorumque successorum permaneat iure, principatu, atque dicione, ut nec a nobis, nec a filiis vel successoribus nostris, per quodlibet argumentum sive machinacionem quacumque parte minuatur vestra potestas, aut vobis de suprascriptis omnibus, vel successoribus vestris inde aliquid subtrahatur, de suprascriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis [o], territoriis, atque patrimoniis, necnon et pensionibus, atque censibus; ita ut neque nos ea subtrahamus, neque quibuslibet subtrahere volentibus consenciamus, sed pocius omnia que superius leguntur, id est provincias, civitates, urbes, oppida, castella, territoria, patrimonia, atque insulas, census, et pensiones ecclesie beati Petri apostoli, et pontificibus in sacratissima illius sede in perpetuum residentibus in quantum possumus nos deffendere promictimus. Ad hoc, ut omnia ea in illius ditione ad utendum, et fruendum, atque disponendum firmiter valeat obtineri. Nullamque in eis nobis partem, aut potestatem disponendi, vel iudicandi, subtrahendive, aut minorandi vendicamus, nisi quatenus ab illo, qui eo tempore huius sancte ecclesie regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et si quilibet homo de supradictis civitatibus ad vestram ecclesiam pertinentibus ad nos venerit, subtrahere se volens de vestra dicione et potestate, vel aliquam quamlibet iniquam machinacionem metuens aut culpam commissam fugiens, nullo modo eum [p] recipiemus, nisi ad iustam pro eo faciendam intercessionem, ita dumtaxat si culpa, quam commisit, venialis fuerit inventa, sin aliter conprehensum vestre potestati eum remictamus. Exceptis his, qui violenciam, vel oppressionem potenciorum passi ideo ad nos venerint, ut per nostram intercessionem iusticiam accipere mereantur, quorum altera condicio est, et a superioribus est valde disiuncta. Et quando divina vocacione huius sacratissime sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro aut Francus, aut Langobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos [p*] aut publice, aut privatе veniendi vel [q] electionem faciendi, nullusque in civitatibus, vel territoriis [r] ecclesie beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hominem [s] facere presumat. Sed liceat Romanis cum omni veneracione, et sine qualibet [t] perturbacione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam. Et eum quem divina inspiracione [u] et beati Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint [v] sine qualibet ambiguitate vel contradicione more canonico consecrary [w], et dum consecratus fuerit, legati ad nos vel ad successores nostros reges Francorum di-

a) pertinencia *M.* b) castra *M.* c) s. et p. *M.* d) eo *M.* e) donaciones *M.* f) spoletano *M.* g) continetur *M.* h) cum *M.* i) d. in *M.* k) Spoletano *M.* l) siue l. m) eodem simili *M.* n) nostram *M.* o) villis *M.* p) e. aliter r. *M.* p*) c. R. *desunt* *M.* q) aut *M.* r) t. ad e. *M.* s) hoc *M.* t) aliqua *M.* u) spiracione *M.* v) eligerint s. aliqua *M.* w) consecrare *M.*

rigantur, qui inter nos et illum amicitiam, et caritatem, et pacem socient, sicut temporibus pie recordacionis donni Karoli attavi nostri, seu donni Pipini ávi nostri, vel eciam Karoli imperatoris genitoris nostri consuetudo erat faciendi. 817.

Hoc autem ut ab omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesie et nostris firmum esse credatur, firmiusque per futuras generaciones et secula ventura custodiatur, proprie manus signaculo, et venerabilium episcoporum, atque abbatum, vel eciam optimatum nostrorum sub iureiurando, promissionibus, et subscriptionibus pactum istud nostre confirmacionis roboravimus et per legatum sancte Romane ecclesie Theodorum nomenculatorem domino Paschali[a] papae direximus.

Ego Ludovicus misericordia Dei imperator subscripsi. Et subscripserunt tres filii eius, et episcopi 10, et abbates 8, et comites 15, et bibliothecarius unus, et mansionarius unus[b].

a) pascali *M.* b) unus et hostiarius unus *M.*

EUGENII II. CONCILIUM ROMANUM.

826. Nov.

Canones eius 36. 37. 19. 38. *et* 33. *inter Hlotharii imperatoris leges receptos esse, Tomo I. p.* 372 *adnotavimus; quum igitur textus concilii, cuius nonnisi pars hucusque in collectionibus extabat, integer in codice bibl. ducalis Guelferbytanae Blankenburgico sese obtulisset, eum exscribendum et hoc potissimum loco sistendum duximus. Capitula ita inscripta:* Haec kapitula domni Hlotharii imperatoris sunt CIIII. quae non legitur in aere, *fol. codicis* 113—115, *textus fol.* 120—12. *legitur.*

1. *Ut episcopus bono approbatus opere ordinetur. In hoc capitulo monet ut apostolica in ordinandis servetur auctoritas, deinde subiungit verba pastoralis libri.*

2. *Ut nullus episcopus aliusque sacerdos muneribus ordinetur. In hoc capitulo monet, ut simoniaca heresis caveatur, quia tam dans quam accipiens proprio privari debet officio.*

3. *Qualiter episcopum docere et consistere oportet. In hoc capitulo hortatur, ut verbis et factis praelati iter bene vivendi subditis demonstrent.*

4. *De indoctis sacerdotibus. Hic fit admonitio, ut indocti ministri ab officio suspendantur, quo usque ipsis edoctis licentia ministrandi detur. Sin autem doceri non potuerint, in episcopi arbitrio erit qualiter tractandi sint.*

5. *Ut in elegendis episcopis canonum regula servetur. Canonum vero regula est, ut episcopus non habeatur, qui a clero et plebe non eligitur.*

6. *Ut episcopi extra propriam parroechiam non morentur. Hic facit mentionem Sardicensis concilii, in quo praecipitur, ut ultra trium ebdomadarum spatium episcopi extra suum episcopatum non maneant, nisi forte licentia metropolitani.*

7. *Ubi clerici consistere debeant. In hoc capitulo precipitur, ut iuxta ecclesiam claustra constituatur, ubi sit refectorium et dormitorium et reliquae officinae clericorum usibus aptae.*

8. *De sacerdotibus in subiectis plebibus constituendis. In hoc capitulo optatur, ut presbyteri plebium cum consensu fidelium reverentius ordinetur.*

9. *Ut clerici non plusquam sufficiat ordinentur. Monet enim, ut in congregandis clericis modus teneatur, videlicet ne plus admittantur quam facultas rerum eis canonice adtributa sufficere possit.*

10. *De sacerdotibus qui in ecclesiis vel in monasteriis non habitant. Hic praecipit, ut presbyteri in secularibus domibus non habitent, sed in ecclesia aut in monasteriis ubi feminarum non est habitatio.*

11. *Ut sacerdos non aliquo ludo delectetur, quatinus beatus existere possit die ac nocte in lege Domini meditando.*

12. *Ut sacerdotes foenoris aliquid aut rustica ministeria non exerceant. Hic monet a venatione et rusticis operibus sacerdotes abstinere, moneteque ut absque ornatu sacerdotali de domibus suis non exeant.*

13. *Si sacerdotes testimonium dicant. Hic praecipitur, ut sacerdotes non cogantur fieri testes, sed si oportunitas exigerit, a proprio episcopo interrogentur, ne veritas occultetur.*

14. *Ubi sacerdotem post condemnationem esse oportet. Hic praecipitur ut sacerdos depositus in tali loco ab episcopo collocetur, in quo peccata sua deflendo iterum non peccet.*

15. *De suspectis sacerdotibus. Hic itaque monet, ut sacerdos bis sive tertio de qualibet femina famam habens*

826. Nov. *ab episcopo correctus, si loqui cum ea comprobatus fuerit, canonice iudicetur.*

16. *Ut episcopis de subiectis plebibus aliisque piis locis non liceat res auferre. In hoc capitulo precipitur, ut nec de plebibus nec de aliis piis locis aliquo modo res proprie auferantur.*

17. *De presbyteris qui pro unius oblatione alterius nolunt suscipere. Hic praecipitur ut presbyter pro alicuius gratia alterius oblationem non spernat.*

18. *Qua auctoritate dimissoriae fiant aut credantur. Hic praecipitur, ut nonnisi postulatus episcopus clerico licentiam ad alteram ecclesiam transeundi concedat.*

19. *Ut episcopi universique sacerdotes habeant advocatos, pro reverentia videlicet sacerdotali, excepto publico reatu.*

20. *De his qui advocatum invenire nequeunt. De his precipit, ut coram plebe ab episcopo discutiantur, et si male fame fuerint, canonice iudicentur.*

21. *De monasterio vel oratorio quod a proprio domino soli aedificatum est. In hoc capitulo precipitur, ut nec oratorium vel monasterium a proprio domino aedificatum violenter auferatur, sed liceat ei per consensum episcopi bonae famae habere presbyterum.*

22. *De invasione quasi pro parte ecclesie facta. Si quispiam invasor comprobatus, dicat pro parte ecclesiae se egisse, de privata sibi re pertinente, ab ipso suoque herede solvatur invasio; sacerdos denique in tali culpa pauper inventus, a proprio canonice iudicetur episcopo, ut non ecclesia sibi commissa damnum sustineat.*

23. *De senedochiis et*[a] *ptochiotrofiis nosocomiis*[b] *et orfanotrofiis et gerontocomiis brefotrofiis*[c] *et monasteriis tam monachorum quam sanctimonialium definitum est, ut haec omnia pia loca per sollicitudinem episcopi intentio construentium conservetur.*

24. *De piis locis qui sine presbyteris existunt. Definitum est*[d] *ut si ad ius ecclesiae pertinent, ab episcopo ordinentur; si vero ad seculares homines respiciunt, ab episcopo ipsi admoneantur, ut infra trium ebdomadarum spatium ordinentur.*

25. *De destructis ecclesiis. Hic constitutum est, ut ecclesia destructa de propria facultate restauretur, aut si minor est facultas, populi auxilio reparetur.*

26. *Si episcopus a subiectis sacerdotibus et clericis dationes exigat. De hoc capitulo definitum est, ut nullus episcoporum a presbyteris vel clericis amplius exigat quam statutum est.*

27. *Quales abbates sint constituendum. In hoc capitulo precipitur, ut edocti sint et presbiterii*[e] *honore fulti.*

28. *Docet qualiter monachi vel abbates conversari debeant. Quamquam plura genero monachorum observanda, et alia omnimodo sint refutanda, tamen de his qui in solo habitu existunt, diligenti cura debet unusquisque episcoporum in sua diocesi decertare, ut qui religiositate conantur illudere, boni pastoris studio quoartentur, ut aut proprium quod fuerit revertantur monasterium, aut perspectum congruum in alium mittantur. Ut qui semel se Deo voverunt et habitum monachorum ostenderunt, vel comas totonderunt, regularem*[f] *teneant vitam, ut in uno scilicet ut convenit dormitorio vel refectorio dormientes atque existentes, et ad similitudinem apostolorum omnia peragentes, quia nequisquam quod habebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.*

29. *De feminis quae habitum religionis susceperunt. Definitum est, ut femine quae habitum religionis sub obtentu religiositatis susceperunt, in ipso permanere*[g] *cogantur, et in monasteriis ad exemplum virorum vivere compellantur.*

30. *De negotiis et laborationibus die dominica non faciendis. Definitum est, ut qui contra hanc sanctionem fecerit, per poenitentiam purgari debeat.*

31. *De criminalibus causis et furtis ceterisque similibus die dominico inventis. In hoc capitulo definitur, ut qui in aliis diebus haec scelera patrasse invenitur, licentia sit eos capiendi ac iudicandi. Deindeque praecipitur, ut die dominica nemo puniatur.*

32. *De his qui sine ostenso crimine inviti in monasteriis detinentur. Definitum est, ut sicut ille qui sponte monasterium ingreditur, non habeat licentiam exeundi, ita ille qui invitus intro mittitur, nisi voluerit non detineatur.*

33. *Ut laici ad missas in presbiterio non consistant. Hic hortatur, ut sicut loca clericorum et laicorum, ita virorum ac feminarum sint discreta.*

34. *De scolis reparandis pro studio litterarum. Hic fit admonitio, ut in episcopiis atque plebibus magistri liberalium artium super scolas constituantur. Quod si magistri liberalium artium defuerint, tamen divinarum scripturarum omnimodo perquirantur.*

35. *De conviviis festis diebus non faciendis. In hoc capitulo saltationes et turpia verba et ritus gentilium interdicuntur. De his vero admontti qui emendare noluerint, communione privandos decernit.*

36. *De his qui adhibitam sibi uxorem reliquerunt, et aliam sociarunt. Hic ad memoriam revocantur dominica sententia, ut nulli liceat uxorem suam dimittere, excepta causa fornicationis. Quod si reliquerit et aliam duxerit, ad priorem redire postea monetur. Quod si utrisque pro religione separatio placuerit, monet ut sine episcopi consilio non fiat.*

37. *Ut non liceat uno tempore duas habere uxores, uxoremve et concubinam. De illo vero qui cum uxore concubinam habet, praecipit, ut si admonitus eam a se abicere noluerit, communione privetur.*

38. *De incestis coniunctionibus. Hic precipitur, ut nullus propinquam nec quam propinquus habuit, uxorem ducat.*

39. *De forensibus presbyteris qui per vitiosos episcopos ordinantur. Hic praecipit, ut absque ullius licentia nullus deinceps presbyter ordinetur.*

40. *Ut presbyteri qui in diversis baptisteriis vel quibuscumque sacris oratoribus inexcusabiliter ad concilium diocesis episcopi occurrant.*

41. *Ut laicus qui alterius presbyterum ecclesiae cuiuscumque sua potestate instituerit non praebente consensu episcopo cuius parroechia videtur existere, ad fidelium communione separetur; presbyter vero, si ab episcopo suo vocatus redire noluerit, proprium gradum amittat.*

Incipit capitula admonitionis Eugenii papae consilio et subscriptione episcoporum facta.

Fratres et coepiscopi sacerdotes et cuncti cleri. Quoniam religiosus sancto Spiritu congregante conventus hortatur, ut quaecumque pro disciplina ecclesiastica sunt, cura diligentiore tractemus, si placet fratres ea quae ad hortationum tenorem pertinent iuxta divine legis praecepta et Nicenorum canonum constituta ita iuvante Domino in omne aevum mansura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare, quia nos qui potissimi sacerdotes administramus officia talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi. Quia meminimus qualiter comminetur Dominus negligentiae sacerdotum. Siquidem reatum maiorem delinquit, qui potiore honore perfruitur, et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. Cavendum ergo inprimis est, ne a sacros gradus quod gestis prio-

a) e 1. b) onoscomiis 1. c) brefotoflis 1. d) *deest* 1. e) pbesbiterii 1. f) regularum 1. g) permaneant 1.

ribus ante perscriptum est, ut quicquid contra legem aut sanctorum canonum instituta aut decreta patrum inventum fuerit,* de singulis capitulis, seu de his qui inscii sunt litterarum et doctrinarum, in honorem inventi 5 nec non qui contra statuta inventi fuerint, quae vestrae existunt sanctitati dicenda, vel aliqua parte membrorum perpessi, et qui ex poenitentibus ad sacros ordines adepti. Quisquis talium consecrator extiterit provideat. Nos enim in nullo volumus severitatem exercere, sed 10 qui in causis Dei contumacia vel delicto deliquerit, aut ipse quod perperam fecit abolere noluerit, in se quicquid in alio non resecari inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodire, si placet omnes causas et subscriptiones proprias commodate ut synodali iudicio audi-15 tus claudatur inlicitis.

Responsio episcoporum. 1. Vere cognoscimus gratia sancti Spiritus cor apostolatus vestri succensum, ut tantae miseriae squalores fidelium mentibus detergantur; et quasi vulnus corpori infixum addito talium miseriae 20 obserato salutari antidoto curetur, sicut bene provisum est interdictione quae contraria sunt, ne duo quispiam cuiuscumque regentes sacrique baptismatis unda lotus attemptet, ut non tanti piaculi sicut audita sunt mole oppressi precipitii incidant ut ne voragine mereantur 25 iniquitatis vitari debeant, atque radicitus evellantur.

Secunda admonitio pontificis. 2. Necessaria rerum dispositione constringimur, in apostolicae sedis moderamine convenimus, si canonum paternorum decreta librare, et retro presulum decessorumque nostrorum precepta 30 metiri, ut quae presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, et adhibita consideratione diligenti, quantum possumus fieri temperemus, quod nec in totum formam veterum videamur excedere regularum, et reparandis militiae clericalis officiis, quae 35 per diversas provincias neglecta videantur recuperentur in melius, ut quae per loca destitutae eclesiae competentis ex auxilii salutare subsidium restaurandae non neglegamus, animarum nostrarum salutem, ne nobis ad magnum eveniat reatum, si tanto coortante periculo in 40 quantum valuerimus si neglegimus subveniri.

Secunda responsio episcoporum 3. Etiam si nulla staret necessitas eclesiasticae disciplinae expetenda, revera nobis fuerat illud privilegium sedis vestrae, quod susceptis regni clavibus post resurrectionem salvatoris 45 per totum orbem beatissimi Petri singularis praedicatio universorum in luminationem prospexit; cuius vicarii principatus sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus et amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela servitus ad fidem recurrisemus 50 apostolico ore laudatam, id est responsa querentes, unde nihil errore nihil praesumptione sed pontificali totum deliberatione praecipitur, ut quod observare velitis, apostolicis affatibus instruamur. Quatenus et fraternitate collecta prolatis in medium venerandi synodi constitu-55 tis, adversus ea quae contraria sunt legi vestra auctoritate subnixi quid oporteat in hominibus ordinationem fieri intellegere Deo iuvante possimus. Erit profecto vester triumphus, si apostolatus vestri temporibus quod sancti Petri cathedra obtinere catholica audeat eclesia, 60 si novella zizaniorum semina fuerint omnino stirpata, orante pro nobis sancto apostolatu vestro, iugi aevo divina conservet aeternitas.

Exaudi Christe Eugenio papae vita.

4. Oramus sanctitatem vestram, ut aures vestras intima 65 cordis affectione per singula attentius accomodare procuretis, ut noster labor in omnibus nostrarum animarum proficiat ad salutem; et si vobis placet ut audiatis, legantur coram omnibus. Universi respondentes dixerunt: legantur.

Theodorus diaconus legit.

70 In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti quod est trinitas individua, primis omnium de ecclesiis Dei quae per singula loca in parroechiis vicos vel civitates in ruinis neglecto reiacent, in quibus nec officia aut luminaria fiunt, nec etiam ibidem pro aliquo servitio inveniuntur, et dotes quae ex tempore consecrationis ibidem datae fuerunt, ablatae sunt, nec recordantur quas prius possidebant; praevidete itaque fratres, qualiter domus Dei, ut honorem habeant a fidelibus christianis, restauratae existant, et primitiae et redditus quos Deus fidelibus iussit ibidem offerre, non minuantur. Ut sacerdotes ministrique Dei secundum Deum ibidem servientes et conversantes suum possint observare propositum. Quia scriptum est, sacerdotes non aliis vacent nisi sola oratione lectione et praedicatione. Nam quis securus iudicem nuntiet si praeco tacet? et ut per prophetam Dominus comminans ait: Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Quia si sacerdotes inopes aut inprudentes existunt, qualiter possunt aliis subvenire? Quia qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Quam ob rem si Dei domus in paupertate aut destructione inveniantur, quomodo populus Dei docere possit? Pensate fratres qualem rationem ante tribunal Christi reddituri erimus, videat plebs christiana si domus Dei haec patiuntur, quid de se[a] suaque domo suisque posteris aestimetur? Quoniam de omnibus actionibus et neglegentiis sumus in tremendo examine rationem Deo reddituri.

826. Nov.

5. Itaque sacerdotes et ministri Christi qui inter gradus clericorum ordinati existunt, debito officio secundum Deum et doctrinam patrum in omnibus conserventur, eruditi existentes in divinis libris, valeantque se conspicere et alios emendando docere. Ut quibus commissa sunt divina tractare misteria, prudenter atque decenter[b] cum Dei timore sua valeant ministeria adimplere, ut Deo cui assistunt profecto placere possint.

6. Cavendum quippe est, ut non ineruditi ad ministerium Christi vel inlitterati ut decet accedant, ne, quod absit, eveniat sicut Dominus ait: Si caecus caeco ducatum prestitit, ambo in foveam cadunt. Quia non eos convenit secularia cura peragere, vel etiam per domos alienas inconvenienter conversare, sed potius in aeclesiis habitantes, debita studeant officia exercere.

7. Igitur monachi et sanctimoniales feminae quaeque se sponte Deo voventes tradiderunt, et ante humanos oculos in habitu religiositatis ostendere decreverunt, in ea vita ac religione et opere studeant permanere, quia cum se in oculis hominum ostendunt, maxime in conspectu Dei profiteri considerantur aeterni. Idcirco pensare studeant, ne falso nomine et habitu existentes, hypocrite[c] inveniantur. Impium enim est homini Deo mentiri. Itaque unusquisque observare studeat, et verba sapientissimi optimique praedicatoris attendat, cum ait: Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Nam qui votum mutaverit, de reatu suae conscientiae promissionisque constringitur, et reus in Dei apparebit iudicio, si se emendare omnino noluerit. Providendum denique est et omnimodis curandum atque studiosius vigilandum, cui cura regiminis commissa est, ut haec omnia oportuna cum Dei timore ordinentur, ne per neglectum pretermissa sint, et periculum adcrescat, quam per neglegentiam et peccata adstant et pericula adcrescunt. Si vero sanctitati vestrae placet, abbates vel abbatissae per monasteria quae ordinanda sunt non per munera ordinentur, sed studiosius inquirantur, qui sciant Dei habere timorem et hominis reverentiam, bonisque operibus perfulgentes, ut optime eruditi in his que sibi pertinent maneant; et subiectos sibi recto moderamine secundum Deum et sanctam regulam pleniter et pure queant cunctos edocere, ut de susceptis animabus in Dei iudicio* non reprobi sed potius immaculati appareant, quatenus illam desiderabilem vocem possint audire: Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui

*) udicio c. a) re c. b) docenter c. c) hyporite c.

826. Nov.

8. Considerandum vero nobis est et a populo nimis cavendum, ut nullus ex* propria cognatione aut velatam diaconam vel raptam uxorem accipiat, ne talibus rebus animam perdat, et principum institutis damnatus fiat. Haec autem fratres commissis ovibus a nobis sedule ammonenda sunt, ne forte populus christianus tali praesumptione temerator existat, et tam nos quam ipse peccatum incurrat.

9. De quibusdam regionibus ad nos refertur, quod die sancto dominico sicut in aliis diversa opera exercentur, quae in illo fieri non conveniunt. Quapropter admonenda nobis necessaria res existit, et grandi comminatione populum cohercere, ne hoc die divinam vocem obaudiens servile opus audeat exercere; quia sex diebus fecit Deus coelum et terram et omnia quae sunt in eis; dieque septimo requievit, quem benedixit et sanctificavit et Moysi verba legis praecipiens ait: Mementote diei sabbati, ut sanctifices; requiescas tu et quae tua sunt; et ut psalmista admonet dicens Vacate et videte quoniam ego sum dominus. Et si populus Hebreorum cum tanta devotione hodie celebrat quod ei in figura novi testamenti commissum est, quanto magis populus christianus diem sanctam resurrectionis domini nostri Iesu Christi et nostrae redemptionis cum magno honore atque timore debet observare, et non in aliis vacare nisi oratione, et ad ecclesiam Dei concurrens praeceptaque divina cum reverentia audire, totoque corde percipere, credere et operari, et corpus Christi quod consecratur digne studeant assumere.

10. Itaque fratres mei omnes admonendi et docendi a vestra sanctitate sunt, ut fidem quam in baptismate promiserunt tenentes, timorem Dei tam viri quam femine prae oculis habeant, et orationem dominicam ac symbolum parare et memoriter retinere non neglegant, ut quod corde credit, ore proferat, ut cognoscat se qua conditione seu religione adepti sanctum baptisma sunt professi ut Christi mandata in omnibus conservare studeant, et divino mandato Deum et proximum diligant, ut scriptum est: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota virtute tua, et proximum tuum sicut te ipsum, quoniam dilectio proximi malum non operatur.* Unde et Dominus: qui diligit me sermonem meum servabit, et ego diligam eum et ostendam ei me ipsum. Et iterum. *Qui non diligit me, sermones meos non servat, habet qui iudicet eum.* Hinc Iacobus ait: *Si quis totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Quid enim est hoc unum nisi vera et perfecta caritas, quam unicuique non subdole convenit observare.

11. Et hoc fratres admonere oportet, ut condecet, ita castum possit observare coniugium, quia scriptum est: *A Deo preparabitur mulier viro, et quam Deo coniunxit homo non separet.* Videat quicumque est ille et intellegat qui Dei precepta contemnit, qualiter erit iudicandus nisi emendare studuerit, qui contra divina praecepta propriam dissociaverit carnem merito fit condemnandus. Itaque et qui se iunxerit meretrici, corpus Christi et templum Dei maculare attendit. Videte fratres, videte, et diligenti cura attendite, ne quis faciat membra meretricis, sicut scriptum est: *Qui adheret meretrici, unum corpus efficitur.* Melius namque est ut si qui sine uxore est, si potest sic maneat, si autem non se continet, nubat. Ne, quod absit, diabolica instigatione a Deo separatus videatur, et pereat ut scriptum est: *qui elongat se a Deo, peribit.* Cavendum est ne pro tali culpa parvaque et caduca istam vitam perdat, quispiam carnis subsequens voluntatem aeternam et angelorum societatem. Haec fratres dilectissimi diligentius pro Dei amore nostraque apostolica interveniente admonitione, quae hodie vobis relecta sunt attendentes observare atque admonere procurate, ut sermo Dei a vobis in omnibus indifferenter percurrat, ne inimicus, qui ut leo rugiens quaerit quem devoret, locum vastationis iuveniat, ut tam relecta quam etiam (quae) adhuc pio moderamine et vestro synodali concilio confirmanda existunt, omnibus proficiant ad salutem. Quia qui aures clausas admoniti habere noscuntur, sine dubio desperati existunt. 5 Itaque omnibus praedicando curiosius subvenite, ne aliqua desperatione, quod Deus non permittit, promissis premiis alieni existant. Sed omnia observantes, aeterni regni participes divinis dapibus mereantur inveniri. Haec enim quamvis pauca dictis sufficiat, crastino vero 10 Deo largiente pro affectu universae plebis Christi et alia sunt dicenda.

In nomine Domini et salvatoris nostri Iesu Christi imperantibus dominis nostris piissimis augustis Hludowico a Deo coronato magno imperatore anno XIII; sed 15 et Lothario novo imperatore eius filio anno X. indic. IIII mense Novembrio die XII. Eugenius sanctissimus atque beatissimus et universalis papa cum universis coepiscopis, videlicet Petronaci archiepiscopo civitatis Ravennatae[a], Leopardo episcopo Forosinfronate, Passivo epis- 20 copo Herane, Runualdo episcopo Agnaniae, Lamperto episcopo Aretinae, Iohanne episcopo Silvae candidae, Stephano episcopo Portuense, Benedicto episcopo Aloanense, Cesario episcopo Hostiense, Georgio episcopo Vellatriense, Constantino episcopo Petreniense, Romano 25 episcopo Cerense, Grasulfo episcopo Fesulense, Paulino episcopo Sunogauliense, Peredeo episcopo Renense, Ausperto episcopo Popoliense, Valerino episcopo Sutriense, Stefano episcopo Ariminense, Germano episcopo Ausimano, Pasivo episcopo Galiense, Stefano episcopo Orte- 30 nense, Andrea episcopo Clusense, Stabili episcopo Castello felicitatis, Waliperto episcopo Urbivetense, Vestiano episcopo Suanense, Alifredo episcopo Balneo regense, Paulino episcopo Triviense, Petro episcopo Centumcelense, Agatho episcopo Montefeletrano, Item Aga- 35 tho episcopo Polimartiense, Magno episcopo Asiense, Liutardo episcopo Nucesense, Petro episcopo Lucano[b], Bertoaldo episcopo Lunense, Agiprando episcopo Florentino, Lomprando episcopo Pisturiae, Theoderico episcopo Perusinae, Donato episcopo Galense, Codemundo 40 episcopo Tuscanense, Ragiperto episcopo Suelense, Tigrino episcopo Anconitano, Agiperto episcopo Fanestre, Iohanne episcopo Pissane, Benenato episcopo Eugubiense, Lupo episcopo Furcunense, Petro episcopo Voluterrense, Sebastiano episcopo Ticinense, Dominico episcopo Pen- 45 saurense, Iohanne episcopo Hesinate, Leonino episcopo Tribustabernae, Gratioso episcopo Nepessine, Iohanne episcopo Tuterninae, Eleutherio episcopo Privinatae, Benedicto episcopo Amerinae, Theodosio episcopo Mantutriense, Adriano episcopo Salatritano, Samuhele epis- 50 copo Savinense, Adriano episcopo Signinae, Cosma episcopo Humanatae, Maurino episcopo Urbinatae, Walano episcopo Teatinae, atque cunctis venerandis presbyteris, scilicet Iohanne archipresbytero, Dominico presbytero, Georgio presbytero, Iohanne presbytero, Simeon 55 presbytero, Sergio presbytero, Gregorio presbytero, Benedicto presbytero, Urso presbytero, Crisentio presbytero, Simeon presbytero, Lubiano presbytero, Anastasio presbytero, Benedicto presbytero, Maurino presbytero, Urso presbytero, coram sacratissimo corpore beatissimi 60 Petri principis apostolorum residentibus; astantibus quoque diaconibus quorum sunt nomina: Valentinus archidiaconus, Theodorus diaconus, Leo diaconus, Faustinus diaconus, item Leo diaconus, Leontius diaconus, diversoque clero, legente Theodoro diacono, pontifex dixit: 65 *Cum simus dominicae plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei praesidio pro eorum sepe cogitare salutem,* ne de creditis frustrati, quod absit, animabus, insidiis antiqui hostis ante omnium pastorem nisi succedat praeveniendo de offensis correctio distri- 70 ctam cogamur solvere rationem. Dumque perpendo vel animo reduco, quanta circumspectione nos oportet in-

*) et c. a) rarauennate c. b) lucana c.

826. Nov.

vigilando contra sui cuiusque sceleris nequitiam obviare, et si quando insilierit ad perturbandas fidelium mentes, adiutorio superne ictu peius resistere ei[a], valde concutior, atque nimis tabesco, ne serpentina calliditate, quod absit, leviores quosque decipiat. Deo vero favente sollicitudinem animae, pio ore, mente, divino iuvamine freti pro salute hominum omnium ostendere debemus, ut in confusum vultum non fraudet, de cuiusquam perculsi asistere aeterni iudicis mereamur, sed potius vocem audire inquientem: Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Hinc namque est quod ingemescens dico, quia populi christiani per provincias et loca commorantes audio temere contra catholicae fidei documenta et patrum statuta agere, quod oportunum est spiritali amputari mucrone, ne seges boni agricolae zizaniorum mixta horrentibus fructibus sordescat.

Item capitula predicti pontificis de ministris et ordinibus ecclesiasticis.

1. *Ut episcopus approbatus opere ordinetur.* Beatissimi Pauli discretionem atque admonitionem episcopum consecrari omnino oportet, desiderabilem boni operis, inreprehensibilem, et reliquis omnibus apparitionibus quae secuntur, ut doctrinam Dei nostri ornet in omnibus, ne ut in pastorali libro continetur, contradicendus inveniatur. Ab imperitis enim, inquit pastorale, magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? et iterum: Ille igitur, ille modis omnibus ad exemplum vendidi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino per inbecillitatem corpus, nec valde per contumeliam repugnet. Qui ad aliena cupiendo non ducitur, sed propria largitur, qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed numquam plus quam deceat[b] ignoscens ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla inlicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienae infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus laetatur; qui ita se imitabilem ceteris in cunctis quae agit insinuat, ne inter eos habeat quod saltim de transactis erubescat. Qui sic studet vivere, et proximorum quoque arentia doctrinae fluentis valeat inrigare, qui orationis usu experimento iam didicit, quod obtinere a domino quae poposcerit possit, cui effectus vocem iam quasi specialiter dicitur. Adhuc loquente te dicam: ecce adsum. Ideoque talium rerum tales esse oportet, non indocti ne aliqua oportunitate turpes inveniantur, sicut in eodem libro habetur. Quia cum spiritale aliquid a subditis pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc incipiat querere vel discere, cum questionem debet enodare.

2. *Ut nullus episcopus aliusque sacerdos muneribus ordinetur.* Cavere itaque oportet unumquemque sacerdotem, ne premiis videatur consecrari, ut non exemplo Simonis magi in condemnationem et laqueum incidat diaboli; quia tam factus quam etiam faciens honore adepti debent esse condemnandi, sicut in Calcidonense aliorumque patrum habetur concilio, quia qui muneribus ordinatur, non animae decertare cupit remedium, sed vanae gloriae venerare lucrum.

3. *Qualiter episcopum docere et consistere oportet.* Episcopum vero bono opere consistere oportet, ut non solum factis congruentibus luceat, sed optimus speculator existat, qualiter populus verbum predicationis ostenso opere sine dubio observando attendat, beatissimo Gregorio papa docente. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut et sua singulis congruat, et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat.

4. *De indoctis sacerdotibus.* Quamquam ad monita doctorum et statuta patrum sacerdotes indoctos prohibet consecrari, oportuni temporis moderatione, si episcopus inveniatur indoctus, a metropolitano proprio, et deinceps sacerdotes, id est presbyteri, diaconi, vel etiam subdiaconi, a suo proprio episcopo ut doceri possint admoneantur, et interim subiecti sacerdotes et tales clerici ad tempus celebrationem divinis misteriis et officiis suspendantur, ut docti valeant ad debitum ministerium advenire. Si autem potuerint edoceri, in potestate episcopi sit.

5. *Ut neglegendi episcopi canonicam regulam observentur.* Episcopum enim consecrari non convenit, nisi a clericis et populo fuerit postulatus. Unde Celestinus* papa dicit: Nullus invictus ordinetur episcopus. Plebis enim, clericorum et ordinis, consensus et desiderium constat esse requirendum. Et Leo sanctissimus papa ait: Nullam enim ratio sinit ut inter episcopus habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti. Quod si in eadem ecclesia dignus non inveniatur, tunc alter de altera eligatur ecclesia. Tamquam vis necessitas eveniat invidiose nullo modo consecretur invitus.

6. *Ut episcopi extra propriam parroechiam non morentur.* Episcopi enim ad culturam propriis ecclesiis sepius debent adesse, quia absentia episcopi plerumque fit calamitas plebis. Ideoque Sardicense admonente concilio, ultra trium ebdomatarum spatium propriis ecclesiis non morentur, nisi forte per iussionem metropolitani vel principis, si ex necessitate contingat; quoniam longius nisi per auctoritatem canonicam proficisci neque subiecti sacerdotes debent.

7 *Ut clerici consistere debeant.* Necessaria etenim res existit, ut iuxta ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis eclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum sit refectorium ac dormitorium, seu ceterae officinae ad usus clericorum necessariae. Ministri vero post episcopum super ea tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exhornent quam dehonestent.

8. *De sacerdotibus in subiectis baptismalibus plebibus constituendis.* Episcopi in baptismalibus plebibus ut testes propriis diligenter curam habere debent, et cum eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius observentur, convenit enim in eis ibidem habitantium sibi adhibere consensum.

9. *Ut clerici non plusquam sufficere ordinentur.* Itaque congregandis clericis modus discretionis teneatur. Videlicet ne plus admittantur quam facultas rerum eis canonice attributa sufficere possit.

10. *De sacerdotibus qui in ecclesiis vel monasteriis non habitant.* Sacerdotes namque constitui non oportet nisi in ecclesia aut speciali monasterio deputentur, ne necessitas in saecularibus domibus illis habitando occurrat; alioquin a propriis episcopis aut in episcopia aut in monasteria habitandi et conversandi pro exercendo officio constituantur. In quibus enim mulieres nulla conversari ratione permittit.

11. *Ut sacerdos non aliquo ludo delectetur.* Sacerdos enim sedule divina debet perscrutari et admonere eloquia, ut inveniatur beatus de quo psalmista ait: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Quamobrem ludo aliquo coram se fieri non delectetur Transgressor quippe inventus, ad admonitionem episcopi ulterius agere desinat aut** canonice iudicetur.

12. *Ut sacerdotes feneralia aut rustica ministeria non exerceant.* Sacerdotes itaque qui ad debita et opor-

a) resisterei *c.* b) doceat *c.* *) et lestinus *c.* **) desint au.

826. Nov.

tuna officia ecclesiis indifferenter adesse debent, fenore aliquo aut venatione vel aliqua occupatione rusticoque ministerio omnino non occupentur, quia sine ornatu sacerdotali extra domos eos apparere non convenit. Ne ut aliqui saecularium iniuriis paciantur, sed ea solummodo quae per patrum instituta videntur observent. Contrarius denique inventus aut deinceps desinat, aut canonice subiaceat disciplinae.

13. *Si sacerdos testimonium dicat.* Quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio aut confugiendis instrumentis non rogentur; quia eos in talibus rebus esse non convenit; si enim eunte causae aliquid viderint aut audierint, ubi nullae idoneae seculariae inveniantur personae, ne veritas occultetur et malus et bonus estimetur, in providentia propria sit episcopi, ut aut coram se et competentibus iudicibus aut aliter veritatem honorifice attollat.

14. *Ubi sacerdotes post condempnem esse oportet.* Sacerdotes etenim aut quamvis alius in ordine eclesiastico provectus si in eo [a] scelere inveniatur, quo abiciendus existat, depositus providentia episcopi bene proviso loco constituantur, ubi peccata lugeant et ulterius non committant.

15. *De suspectis sacerdotibus.* Si quispiam sacerdotum, id est presbyter diaconus etiam subdiaconus, de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus, post primam secundamque etiam admonitionem metropolitani vel alterius episcopi aut eius cui subiacere videtur, inveniuntur fabulari cum ea, vel aliquo modo cum ea conservari, canonice iudicentur. Quapropter unusquisque episcoporum in tali se studium ac diligentem curam habere debet, ne eclesia Christi a propriis possit sordidare ministris. Quia cum propriam uxorem habere non permittitur, maxime ab omni femina sit abstinendus.

16. *Ut episcopo de subiectis plebibus aliisque piis locis non liceat res auferre.* Nulli episcoporum liceat res immobiles de subiectis plebibus aliisque piis locis in proprio usu habere, ne maiores enormiter* locupletentur et minores tali facto pauperes inveniantur. Contra agens canonicam auctoritatem coartandus existat.

17. *De presbyteris qui pro unius oblatione alterius recipere nolunt.* Presbiteris nullis blandiantur aut suadeantur sermonibus, ut non omnium ad se concurrentium in quibuslibet sacris locis oblationibus ad missarum sollemnitatem recipiant. Quia cum mediatores Dei hominumque existunt, in exercendis votis relaxandisque peccatis largissimam debent orationem peragere. Si quis autem contra hunc temerator extiterit, aut desinat aut doctoris proprii constringatur sententia. Redemptor etenim noster cum sit omnipotens inmenseque misericordiae plenus, quantorum populorum vota non recipit et vincula peccatorum unatenus non resolvit!

18. *Quare aut auctoritatis dimissoriae fiant aut credantur.* Episcopus subiecto sibi sacerdoti vel alio clerico nisi ab alio postulatus dimissoriam non faciat, ne ovis quasi perdita aut errans inveniatur; sed consensum unius in alterius inveniatur ovili. Et ne vere ut falsae credantur, et falsae ut verae suspicentur, universalis pontificis aut imperialis vel metropolitani bulla roborari.

19**. *Ut episcopi universique sacerdotes advocatos habeant.* Quia episcopi universique sacerdotes ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituantur, debet ergo unusquisque eorum tam pro eclesiasticis quam propriis suis actionibus excepto publico videlicet crimine advocatum habere, non malae famae suspectos, sed bone opinionis et laudabilis artis inventus. Ne, dum humana lucra attendunt, aeterna praemia perdant.

20. *De his qui advocatos invenire nequeunt.* Si enim fuerit quispiam sacerdotum inventus qui advocatum in iudicium proferre non valeat, coram plebe propria suum episcopum tandem oportet discutere sacerdotem, si bonae an malae conversationis existat, aut cuius rei a cura [b] debitę advocatum habere non possit; malus vero inventus, pro qualitate culpae secundum canonicum norma emendari curetur.

21. *De monasterio vel oratorio quod a proprio dominio soli aedificatum est.* Monasterium vel oratorium canonice constructum, a dominio constructoris invito non auferatur, liceatque illi id presbitero cui voluerit pro sacro officio illius dioceseos et bonae auctoritatis dimissoriae cum consensu episcopi ne malus existat commendare, ita ut ad placita et iuxta reverentiam ipsius episcopi oboedienter sacerdos recurrat.

22. *De invasione quasi pro parte ecclesiae facta.* Si quispiam invasor comprobatus dicat pro parte ecclesiae se egisse de privata sibi re pertinente, ab ipso suoque herede solvatur invasio. Sacerdos denique in tali culpa pauper inventus, a proprio canonice iudicetur episcopo, ut non aeclesia sibi commissa damnum sustineat.

23. *De senedochiis et aliis similibus locis.* Per sollicitudinem episcoporum quorum dioceseos existunt, ad easdem utilitates quibus constituta sunt ordinentur, ut debiti panes atque cure pertinentibus vertant.

24. *De piis locis quae sine presbyteris existunt.* Sunt quaedam pia loca ut fertur in diversis regionibus inventa, quae ita impia sollicitudine et sacerdotibus destituta, nulloque debito ibidem resonant nec existunt officia, ut cum sint pro sola Dei laude constituta, divino attestante oraculo: *domus mea domus orationis est*, nunc autem ut aliae domus utilitate secularium hominum sordidae inveniuntur. Itaque si proprio iure eclesiae subiecta episcopus ibidem sine intermissione presbiterum cum sufficientiae suae utilitatis opes constituat, et si secularium hominum sunt iure constituta, ab episcopo illius dioceseos admoneantur, et si admoniti presbiterum infra trium mensium spatium ibidem neglexerit constituere, curam exinde habens episcopus absque neglecta principi suggerat, quatenus eius emendetur sententia.

25. *De ecclesiis destructis.* Eclesiae et quaelibet pia loca destructa reiacentia promissae atque susceptae formatae constitutionem proprio dispendio restaurentur, non sufficiente vero necessario a populo plebis auxilientur, qualiter Dei domus honorifice videantur existere.

26. *Si episcopus a subiectis sacerdotibus eclesiarum donationes exigat.* Nulli liceat episcoporum a subiecto sacerdote vel aliquolibet alio clerico et piis locis dationes ultra statuta patrum exigere, aut perpositas in angariis inferre. Sed cum sit optimus perspector, ita perspiciat, et universe sibi oves commisse a se maxime alantur, atque in necessitatibus adiuventur, quam inlicitis exactis dationibus opprimantur.

27. *Quales abbates sunt constituendi.* Abbates etenim per coenobia, velut instanti tempore nuncupantur monasterium, tales constituantur, qui cui vocabuli ministerium digne possint indubitanter supplere. Ita docti, ut quandoque fratrum neglegentia acciderit, omnino cognoscere possint et emendare, sacerdotali quoque sint honore adempti, ut peccantium sibi subiectorum fratrum valeant omnimodis neglecta refrenare et amputare commissa. Et ita observent, ut statuta regularum per omnia non inveniatur delinqui.

28. *De monachis qui in solo habitu existunt, et non in ea vita vivunt.* Quamquam plura sint genera monachorum observanda, et alia omnimodis refutanda, tamen de his qui in solo habitu existunt, diligenti cura debet unusquisque episcoporum in sua diocese decertare, ut qui religiositate conantur illudere, boni pastoris studio coartentur, ut aut ad proprium quo defuerunt revertantur monasterium, aut perspectum congruum in aliud mittantur. Ut qui semel se Deo voverunt et habitum monachorum ostenderunt, regularem teneant vitam, ut in uno scilicet ut convenit dormitorio ac refectorio dor-

a) eos c. *) enormititur c. **) XX. c. b) causa?

mientes atque existentes, et ad similitudinem apostolorum omnia peragentes, quia nequisquam quod habebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

5 29. *De feminis sub religioso habitu existentibus.* Feminae vero quae habitum religiosum aut velamen sub obtemptum religiositatis suscipiunt, cum essent vero potentes, deinceps viros sociari non permittantur, sed eligentes monasterium regulariter vivant, aut in domi-10 bus susceptum habitum caste observent. Contra autem turpes inventae, providentia episcopi emendentur.

30. *De negotiis et laborationibus die dominico non faciendis.* Constat enim omnes omnino observare, ut die dominico nullus audeat operationes mercationesque 15 peragere, preter in cibariis rebus pro iterantibus, ita ut libere possint ac debitę in eo die secundum possibilitatem omnes ad aeclesiam currere, et in sola omnipotentis Dei oratione vacare. Ut qui christiano vocabulo nuncupatur, convenienter opera peragere videantur.

20 31. *De criminalibus causis et furtis ceterisque similibus die dominico inventis.* Sunt quippe qui dominico die in quo commissa facinora debent oratione abstergere, alia delectantur committere. Itaque quae aliis diebus committuntur iudicis auctoritate terminentur. 25 Eo die persona suspecta et reatu infamata aut optimę satisfactione aut custodiis constituere ut licitis diebus iudicetur.

32. *De his qui sine ostenso crimine inviti monasterium sunt introducti.* Sicut enim qui monasterium ele-30 gerunt, a monasteriis egredi non permittuntur, ita hi qui inviti sine iuste ostensionis crimine monasterio sunt intromissi, nisi volentes non teneantur; quia quod non petunt non observant. Ideoque tales considerandi sunt maxime peccata committere quam plangere, sicut de-35 creto sanctissimi Leonis papae manifestissime continetur.

33. *Ut laici ad missas in presbiterio non consistant.* Sacerdotum aliorumque clericorum ecclesiis servientium honore a laicorum discrete apparere conveniunt. Quam ob rem nulli laicorum liceat in eo loco ubi sacerdotes 40 vel reliqui clerici consistunt, quod presbiterium nuncupatur, quando missa celebratur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere.

34. *De scolis reparandis pro studio litterarum.* De quibusdam locis ad nos refertur non magistros neque 45 curam inveniri pro studio litterarum. Idcirco in universis episcopiis subiectisque plebibus et aliis locis in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia adhibeatur, ut magistri et doctores constituantur, qui studia litterarum liberaliumque artium habentes, dogmata assidue doceantur, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata.

826. Nov.

35. *De conviviis festis diebus non faciendis.* Sunt quidam et maxime mulieres, qui festis ac sacris diebus atque sanctorum nataliciis non pro eorum quibus debent delectantur desideriis advenire, sed blando et verba turpia decantando choros tenendo ac docendo, similitudinem paganorum peragendo advenire[a] procurant. Tales enim sicut minoribus veniunt ad eclesiam, cum peccatis maioribus revertuntur. In tali enim facta debet unusquisque sacerdos diligentissime populum admonere, ut pro sola oratione his diebus ad eclesiam recurrant, quia ipsi qui talia agunt, non solum se perdunt, sed etiam alios deperire attendunt.

36[1]. *De his qui adhibitam sibi uxorem relinquunt et aliam sortiunt.* Nulli liceat excepta causa fornicationis adhibitam uxorem relinquere et deinde aliam copulare; alioquin transgressorem priori convenit sociari coniugio. Sin[b] autem vir et uxor divertere[c] pro sola[d] religione inter se consenserit[e] vita[f], nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter proviso constituatur[g] loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonio[h] non solvantur.

37[2]. *Ut non liceat uno tempore duas habere uxores, uxoremve et concubinam.* Nulli liceat uno tempore duas habere uxores, uxoremve et concubinam, quia cum domui non fit lucrum, animae fit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat eclesiam, ita vir castum debet custodire coniugium.

38. *De incestis et inutilitatibus coniunctionibus.* Consobrinam, nepotem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus audeat in coniugio copulari. Si quis vero huic nefario coniugio convenerit, et in eo permanserit, sciat se apostolicę auctoritatis anathematicis vinculo esse innodatus; et nullus sacerdos illi tribuat communionem. Si vero conversus diversusquę ab inlicita fuerit copulatione, dignae penitentiae submittantur, ut sacerdos loci consideraverit.

Eugenius gratia Dei episcopus sanctae catholicae atque apostolicae Romanae eclesiae huic decreto a nobis promulgato subscripsi.

a) ac venire c. b) Si *V. Vn.* c) dimittere *V. Vn.* d) s. vitae r. *V. Vn. E.* e) consenserint *V. Vn. E.* f) *deest V. Vn. E.* g) constituantur *V. Vn. E.* h) matrimonium non soluatur *V. Vn. E.*

1) inter Hlotharii Capitularia T. I. p. 372. c. 1. 2) inter Hlotharii Capitularia T. I. p. 372 c. 2.

BENEDICTI CAPITULARIA.

50 *Opus hoc editionibus Ansegisi de quibus T. I. pag. 263—265 monui, praeter tamen Heroldinam, adiunctum, in codicibus ibi pag. 268—270 recensitis, Gothano, Bellovacensi, Camberonensi, Rivipullensi, Normannico, Trecensi, Sangallensi N. 727, Colbertino, altero Vaticano,*

Tiliano, Pithoeano, Parisiensi, et regiis Parisiensibus **4636, 4634, 3839** *et* **3839***A. reperitur. Quorum plurimos, exceptis scilicet Gothano et Parisiensibus* **4636** *et* **4634**, *quum Stephanus Baluzius editioni suae adhibuisset, nos ope codicis Gothani, qui hucusque nunquam in rem vocatus fuerat, textum Baluzianum leviter tantum recognoscendum statuimus, eaque in re iuvenis doctissimi D. Bethmanni praecipue opera usi sumus. Codex Gothanus Ansegiso Benedictum pro libris V. VI. VII. habitum statim subiungit, ita ut post Ansegisum legantur verba* **De conglutinatione istorum cet.** *minio scripta. Hic illic manus secunda correxit, notas margini adscripsit, litteris* **i i** *coniunctis duas lineas transversas imposuit, sed raro, duobus tribusve in locis voces perperam collocatas, litteris* **a** *et* **b** *impositis in iustum ordinem redegit; saepissime, ubi leguntur quae clero utilia sunt, margini signum vocis NOTA apposuit, addens nonnunquam:* **nota diligenter; nota caput pro episcopis utillimum; nota perutilis de immunitate;** *similia. Ubi quod transscripsit exemplar non potuit legere, in margine hoc indicavit scriptor codicis littera* **r** *adiecta.*

E reliquis codicibus integros tres libros cum additione II, III, IV exhibent tantum Bellovacensis atque Vaticanus alter, Gothani eo quoque similes, quod primae additionis loco rubra tantum capitum exhibent in fine libri tertii (cf. ibi notam), tum omissis tantum hisce rubris regii Parisienses **4634. 4636** *et* **4635.** *sed hic valde imperfectus atque mancus. Libros tres cum additione prima, secunda, tertia habet regius Paris.* **4637**; *cum secunda tantum et quarta Parisiens.* **4635.** — *Rivipullensis atque Camberonensis exhibent tantum librum primum Benedicti; Sangallensis N.* **727.** *librum I et II, c.* **1—100**; *Normannicus I, II* **1—363**; *Colbertinus l. 1 et excerpta e II et III; S. Arnulfi Mettensis excerpta tantum librorum I—III. Thuaneus (olim Pithoei) et Claromontanus libris tribus carentes, quattuor tantum additiones exhibent.*

Qui quidem codices, quantum Baluzii ex annotationibus coniici potest, non admodum inter se discrepant. Nostra igitur editio maxime codicem Gothanum sequitur, lectionum praestantia Baluzianae editioni in universum praeferendum; cuius quae non erant recipiendae lectiones diligenter annotavimus in margine, apposita etiam potiore Baluziani textus varietate, et si quas addiderat Baluzius aliorum codicum lectiones scitu dignas.

Codicem regium Parisiensem N. **4761**, *olim Divionensem, capitula Benedicto decerpta et a Baluzio pro Capitularibus Karoli Magni incerti anni secundo et tertio habita, praebere, iam tomo anteriori monuimus; eadem fere ratione C. regius Parisiensis N.* **1455.** *membr. in fol. sec. IX. ex bibliotheca Iacobi Tavelli Senonensis, postea Colbertinus* **3368**, *regius* **3887. 1. 1.** *A., in pagina codici praeposita caput libri I.* **35. 36.** *ita signatum* **„De presbiteris criminatis quomodo purgentur. Cap. XLV."** *habet, a Baluzio itidem pro singulari Capitulari perperam habitum; et in codice regio Parisiensi N.* **4376.** *in fine collectionis canonum sub titulo* **„Ex concilio regum Karoli Ludovici Lotharii cui interfuit Bonefacius romane sedis legatus"** *Benedicti l. II. caput* **291.** *invenire licet.*

Benedicti figmenta in Gallia sub Karolo Calvo recepta, in Germania nostra nunquam legis vigorem adepta sunt. Quarum naturam explicaturum en audiamus virum clarissimum F. H. Knust, Hannoveranum, libri de Pseudo-Isidoro auctorem insignem, a quo ut operam suam enucleandis Benedicti fontibus navaret facile obtinui:

„De Benedicti levitae collectione Capitularium scripsit F. H. Knust, Hannoveranus. Francofurti ad Moenum Kal. Martii a. 1836.

Si verum est, quod nullus dubito, ut fides auctorum non ex eo tantummodo pendeat, quod ipsi de semetipsis suisque libris praedicant, sed maxime ex aliorum testimonio, certorum consensu documentorum et totius, de qua agunt, disciplinae connexu atque tenore proficiscatur: hunc diaconi quondam Moguntini librum nomine collectionis capitularium, quo sese efferre cupit, plane indignum esse, ingenue confitendum est. Promissa enim non continet, multa legi capitularium contraria exhibet, haud pauca audacter conficta nobis apponit et omnem rerum ac sententiarum ordinem confundit.

Ne quarta quidem pars opusculi e genuinis deducta est capitularibus; reliqua vero omnia a diversissimis auctoribus sunt depromta. Nam fontes istius sunt sacra biblia, vera capitularia, Ansegisi collectio capitularium, codex Theodosianus cum extravagantibus, breviarium Alarici regis Wisigothorum, novellae Iuliani, leges Baiuvariorum et Wisigothorum, Childeberti Francorum regis decreta, opera Ambrosii, Augustini, Prosperi, sive Iuliani Pomerii, et Gregorii primi, sententiae Sextii Pythagorei et Isidori Hispalensis, Rufini historia ecclesiastica, Cassiodori historia tripartita et Bedae historia Anglorum, collectio canonum ac decretalium Dionysio-Hadrianea, Pseudo-Isidoriana et vetustissima illa, quae codice Ms. Monacensi, olim Frisingensi B, G. 8 asservatur, Fulgentii Ferrandi breviatio canonum, capitula Patricii et Theodori Cantuariensis, epistolae Bonifacii Moguntini et quae ad eum scriptae sunt cum rescriptis Romanorum tunc temporis pontificum, statuta quaedam eidem Bonifacio adscripta, sed post annum 814 certe interpolata, collectiones canonum poenitentialium, sacramentarium Romanum, Theodulphi Aurelianensis opusculum de officiis presbyterorum et Ionae Aurelianensis de institutione laicali, concilia denique in regno Francorum usque ad tempora Lotharii I. celebrata. En habes, qua Benedictus usus est, bibliothecam. Quo melius tamen iniquum istius studium operisque partes atque tenorem perspicere possis, fontes omnium capitulorum opusculi iam accuratius tibi enumerabo.

Liber primus.

Capitulum
- 1. est Zachariae papae epistola.
- 2. — Capitulare Karlom. a. 742.
- 3. — eiusdem Capitul. a. 743.
- 4—5. Karol. Capit. eccles. a. 789. c. 60. et 61. = Anseg. I, 58 et 59.
- 6—9. Pippini Capit. Compend. a. 757. c. 12, 15, 21, 22.
- 10—12. Pippin. Capit. incert. an. c. 2 et 3.
- 13—14. cf. Concil. Meldens. a. 845. c. 62.
- 15—17. Pippin. Capit. incert. an. c. 6 et 7.
- 18—21. eiusdem. Capit. Comp. a. 757. c. 5, 6, 8, 11.
- 22. Concil. Chalced. c. 9 epitome.
- 23. Can. Apost. c. 40 epit.
- 24. Concil. Gangrens. c. 8.
- 25—26. — Antioch. c. 2 pars media et c. 5 pars ultima.

(22—26: Ex collectione Dionysio-Hadrianea.)

Capitulum
- 27—29. Concl. Chalced. c. 4 pars media; c. 10 quibusdam omissis; c. 4 pars ultima.
- 30—31. Concl. Carthag. c. 29 et 33 initium.
- 32—33. Concl. Afric. c. 31 et 42 epitome.
- 34. Coelestini decrett. c. 20 titulus.

(27—34: Ex collect. Dionysio-Hadrian.)

- 35. cf. Cod. Ms. Monacens. olim Frisingens. B. F. 1. fol. 35. capitula episcopi vel archiep. cuiusdam data presbyteris cap. 31. „Magno studio hoc nobis providendum est, quod de presbyteris criminosis, qui accusati sunt et semper negant, agendum sit.“
- 36. dubiae fidei.

Capitulum			Capitulum		
37.	Bonifacii I. decret. c. 3. (= epist 2.)	Ex collectione Dionys. Hadr.	125.	Concil. II. Arelat. c. 12 et 28.	Ex collect. Isidor.
38.	Leonis I. decrett. c. 3. titulus.		126.	Leonis I. epist. ad Rusticum Narbon.	
39.	Ansegis. II. 23.		127.	cf. Gregorii I. homil. 26 in Evang.	
40.	dubiae fidei. cf. Anseg. I. 136. Pseudo-Clementis ep. 1 et Pseudo-Damasi epist. 4.		128.	Concil. III. Tolet. c. 11 pars altera.	Ex collect. Isidori.
41—54.	Ansegis. I. 138, 140—152.		129.	Conc. I. Arel. c. 16. cf. Gregorii III. poenit. c. 12.	
55.	Concil. II. Carthag. c. 9. ex collectione Isidoriana.		130.	Concil. XI. Tolet. c. 12.	
56—58.	Anseg. I. 154—156.		131.	Concil. V. Carth. c. 11.	
59—60.	Capitul. Vernens. a. 755. c. 8.		132.	Innoc. I. ep. 1. c. 7.	
61.	Concil. Ephesini, vel potius Cyrilli Alexandrini anathematt. c. 12 ex collect. Dionys. Hadr.		133.	Leonis I. ep. ad Rustic. Narbon. c. 16; ad Nicetam Aquilei. c. 6.	
62.	Capitul. Vernens. a. 755. c. 9.		134—135.	Felicis III. epistola ad episc. Sicil.	
63—95.	Anseg. I. c. 7—160 pluribus capitulis omissis.		136.	cf. Canon. Basilii c. 75, Concil. Ancyr. c. 5, Agath. c. 60. Poenitent. antiquum librum apud Martene T. IV. Thesauri.	
96—97.	Anseg. II. 44 et 45.		137.	Concil. VI. Tolet. c. 7.	Ex Isidor.
98—101.	Capit. Wormat. 829. ecclesiast. 1, 2, 4, 7.		138—142.	Concil. IV. Carth. c. 74—76, 78, 79. cf. Bened. I. 118, 120.	
102—105.	Anseg. III. 78, 38, 55, 79.		143—168.	Concil. Mogunt. a. 813. c. 20, 21, 27—31, 33—35, 37—48, 53—56.	
106—109.	Anseg. IV. 16, 17, 49, 51.		169—173.	cf. Capitul. 801 Aquisgran. c. 8, 5, 10—12, 7; magis tamen Benedicti verbis congruunt c. 8, 24, 26, 27, 29 capitulorum datt. presbyteris, quae Cod. Mss. Frising. B. F. 1. leguntur. cf. supra cap. 35.	
110.	Capitul. Wormat. 829. mundan. c. 5.		174.	cf. Concil. II. Cabilon. c. 12 et 44. Cod. Frising. c. 10.	
111—114.	Theodori Cantuar. Capit. c. 68, 27, 30, 120. Not. cap. 113 exstat quoque in sententiis canonic., iussu Baturici episcopi Ratispon. a. 821. conscriptis. Cod. Ms. Monacens., olim Sci. Emmerammi E. XCI.		175.	cf. Capitul. Aquisgr. 801. c. 13. Concil. Valent. c. 6.	
115.	Benedicti lib. I. 49 et 50 supra.		176.	cf. Cap. Aquis. 801. c. 15. Cod. Frising. c. 5.	
116.	Concil. III. Tolet. c. 11. cf. Concil. Agathens. c. 15.		177.	cf. Concl. VI. Arelat. c. 24. Cod. Frising. c. 20.	
117.	Concil. III. Carth. c. 32 et Leonis I. ep. 79. c. 6.	ex collectione antiq. canon. poenit. Tom. I. spicilegii Dacheriani edit. de la Barre.	178.	cf. Cap. Aquis. 801. c. 9.	
118.	Concil. IV. Carth. c. 76.		179.	ibid. c. 17. Cod. Frising. c. 19.	
119.	Leonis I. ep. 91.		180.	Capit. Compend. 757. c. 14. adiectis quibusdam à Benedicto verbis.	
120.	Concil. IV. Carth. c. 76.	Ex collect. Isidor.	181—182.	Concil. Mogunt. 813. c. 7 et 8.	
121.	Concil. Araus. I. 3.				
122.	Concil. Agath. c. 15.				
123.	Concil. IV. Carth. c. 80.				
124.	Capitul. Patricii c. 7. Harduin. T. I. Concil. p. 1794.				

Capitulum

183—184. Ansegis. III. 31 et 36.
185. Concil. Mogunt. 813. c. 9.
186. Ansegis. IV. 14 not.
187. Concil. Carthag. c. 8, pars altera.
188—189. Concl. Chalced. c. 24, 18.
190. Conc. III. Aurel. c. 12, pars ultima.
191. cf. Decrett. Childeb. a. 596. c. 13.
192. Concil. Autissid. c. 43.
193—206. Capit. Francic. 779. c. 8, 7, 9, 10, 11, 13, 15—19, 21—23.
207. Capit. episcoporum a. 779.
208—229. Capit. Aquisgr. 817. ecclesiast. c. 1, 4, 6—11, 13, 14, 17—28. vide Anseg. I. 77, 80, 82 sqq.
230—239. Capit. Aquis. 817. legibus addend. c. 1—10. cf. Anseg. IV. 13 sqq.
240—243. Capit. Boioaric. 803. c. 4—7.
244—245. Capit. A. Theodon. 805. c. 10 et 8. Anseg. append. I. 8 et 9.
246—259. Capit. B. Theodon. 805. c. 4—22. exceptt. 7, 14, 18, 20, 21. vide Anseg. I. 112. III. 4—12. I. 114, 115. append. I. 10. III. 14, 16.
260. Capit. B. Theodon. 805. c. 24.
261—263. Capit. 803. legi Salic. add. c. 1, 2. Anseg. III. 25, 26.
264—274. Anseg. IV. 48. I. 125, 131, 145, 161. II. 6, 7, 10, 22, 23, 37.
275—278. Capit. Wormat. 829. ecclesiast. c. 3, 5, 6, 8, 9.
279. cf. Capit. 803. legi Salic. addend. c. 2. Karoli epist. 807. ad Pippinum missa.
280—299. Anseg. III. 2, 24, 32, 35, 36, 43, 47, 48, 51—53, 61, 78, 79, 87. IV. 9, 22, 35, 37, 49.
300—301. Capit. Wormat. 829. pro lege habenda c. 3, 6.
302. Anseg. I. 133.
303. Capit. 800. pro pago Cenoman.
304—305. Capit. 779. Francic. c. 5, 12.
306. Leg. Baiuar. XV. 3.
307. Cod. Theod. II. 4, 7 interpret. } Brev. Alaric.
308. Cod. Theod. IX. 40, 1. interpret. cf. Pseudo-Iulii ep. 2. c. 26. } Brev. Alaric.
309. Pseudo-Callisti epist. 2.
310. Concil. II. Tolet. c. 5. Pseudo-Gregor. I.
311—313. Pauli Sentt. V. 5, 9. IV. 12, 5. I. 13. cf. Ennodii ep. I. 4. } Brev. Alar.
314. Cod. Theod. XI. 39, 3. interpr. } Brev. Alar.

Capitulum

315—322. Episcoporum ad imperat. relat. 829. Wormat. C. c. 2; A. c. 1, 2; B. c. 1, 6, 16 (cum sentt. Pseudo-Damasi ep. 4.)
323—325. Concil. II. Aquisgr. 836. II. 6—8.
326—327. Episcoporum relat. 829. B. 11, 12.
328—329. Concil. II. Aquis. 836. I. 11, 12.
330—334. Episcoporum relat. 829. B. 15; C. c. 6, 9, 10, 12, 13.
335. Pseudo-Callisti epist. 2.
336—337. Leg. Baiuar. I. 8, 9, 7 (quibusd. additis.)
338—339. Cod. Theod. I. 3, 35. I. 2, 5.
340—341. Leg. Baiuar. VI. 2. initium. II. 5. plurimis omissis et mutatt.
342—350. Leg. Baiuar. VIII. 6, 5, 7, 9, 10, 13, 14, 16, 17.
351—352. Leg. Baiuar. IX. 1. VIII. 18.
353—355. Leg. Baiuar. IX. 13—16. non semper ad verbum plurimisque omissis.
356—357. Leg. Baiuar. XIV. 2, 4, 5.
358—359. Leg. Baiuar. XV. 6, 7.
360. Leg. Baiuar. XIX. 7 pro „navem“ inepte „causam“ posuit.
361—363. Leg. Baiuar. XVIII. 6; XV. 9, 10.
364—367. Leg. Baiuar. III. 14 non ad verb. XV. I. XIII. 8. II. 8 cum additam.
368. Cod. Theod. XI. 39, 7 interpr. } Brev. Alar.
369. Nov. II. Marcian. interpr. } Brev. Alar.
370. dub. fid.
371. Cod. Frising. B. F. 1. c. 25.
372. cf. Concl. Mogunt. 813. c. 4. Marten. collect. T. VII. p. 3.
373. supra I. 143.
374. cf. Concl. I. Aquis. 816. c. 141. Concil. VI. Paris. 829. I. 14.
375. Karoli II. Synod. Bellovac. 845. c. 1. cf. Convent. Colon. 843. c. 1, 2.
376. cf. Convent. Colon. 843. c. 3.
377. cf. Convent. Colon. 843. c. 4.
378—390. Iuliani antecess. novell. 78 (al. 79) c. 1—3; 4 (al. 5.) c. 58, 2, 7; nov. 61, 1; nov. 52; 54; 115; 42; 69, 7; 115, 68; 119, 6; 115, 10.
391. Bened. I. 311 supra.
392. Pseudo-Iulii epist. 2. c. 31.
393. Pseudo-Felicis II. epist. 1. c. 13.
394. Concil. II. Braccar. c. 8.
395. Concil. Carthag. c. 19. epitome.
396. Cassiodori hist. trip. V. 17.

Capitulum

397. Pseudo-Iulii epist. 2. c. 36.

398. Pseudo-Eleutherii epist. unic.

399. Concil. IV. Carth. c. 58. cf. Ps. Felic. II. epist. 1. c. 14.

400. Cod. Theod. II. 18, 1. interp. = Ps. Eleutherii epist.

401. Concil. I. Arelat. c. 3. Pseudo-Iul. 2, 20.

402. Cassiodori hist. trip. X. 6.

403. Synod. IV. sub Symmach. c. 3. Pseudo-Steph. 2.

404. Concil. III. Carth. c. 10. Pseudo-Iul. 2. c. 22.

405. Leg. Wisigoth. II. 1, 28. titulus. Ps. Synod. VI. sub Symmacho.

Liber secundus.

1—53. Genes. IX. 6. vers. vulgat. Exod. XX. 7, 12. vulg. XXI. 7. vulg. 8 non ad verbum, 12, 14—36 vulg. XXII. 1—21, 29, 30. Levit. VI. 2—5. XVIII. 6, 7. XIX. 20, 31, 32, 35, 36. XX. 10, 11. Numer. V. 7. XXXV. 16, 30. Deuter. XIV. 28, 29. XXII. 6—11, 23—25. XXIII. 1, 2, 19, 21. XXIV. 5, 16. vulg., sed non semper ad verbum. cf. Collationem legum Mosaicarum et Roman. in corpore iuris Anteiustin.

54. est can. 22 concil. Sardic. versionis veteris in Cod. Ms. Monacensi, olim Frising. B. G. 8, asservat., cui similem in lucem edidit Amort Tom. II. pag. 249 elementt. iuris canon.

55. exstat in libro poenitent. antiquo apud Martene Tom. IV. pag. 31. sqq. Thesauri.

56—60. Fulgentii Ferrand. breviat. canonum c. 37, 92, 95, 90, 100.

61. can. 19. Concil. Sard. vers. antiq.

62—63. Fulg. Ferrand. c. 103, 163.

64. can. 3. Concil. Sard. vers. antiq.

65—66. Fulg. Ferrand. c. 192, 219.

67. can. 20. Concil. Sardic. vers. antiq.

68. Lib. poenit. apud Martene l. c. cf. Zachariae epist. 12.

69. cf. Capit. Worm. 829. eccles. 3, 2.

70. Lib. poenit. apud Martene l. c.

71. cf. Capit. Aquis. 802. c. 35, 37. Raban. epist. ad Reginbald. c. 5.

72. cf. Karlom. Capit. 742. c. 5.

Capitulum

73. Concil. Paris. 829. I. 49.

74. Concil. Aquis. 836. II. 10.

75. Concil. Aquis. 836. III. 5 et Concil. Paris. l. c. cf. Concil. Nannetens. c. 8.

76. cf. Concil. Paris. I. 35.

77. cf. Capit. Theodori Cant. c. 103. Martene collect. T. VII. p. 3.

78. cf. Pseudo-Clementis epist. 1 et 3.

79. Bonif. Mogunt. epist. 105.

80. ex epistolis Gregorii II. et III. ad Bonif. Mogunt. (ep. 122 et 126 inter Bonif. epist.) Eadem Pseudo-Gregorius I. in epistola ad Felicem profert.

81. Gregor. III. ep. ad Bonif. (ep. 130.)

82. Capit. minora 803. c. 17.

83. Concil. Aquis. 836. III. 5. cf. Capit. Aquis. 801. c. 21.

84. Leg. Wisigoth. IV. 5, 6.

85. Damasi epist. ad Paulin.

86—87. Concil. Herudfordens. c. 6, 10. apud Bed. histor. Angl. IV. 5.

88. Concil. Autissid. c. 44. addit. quibusd.

89. cf. Concl. V. Paris. 8. Carth. 33.

90—95. Lib. poenit. apud Martene l. c. cf. Capit. Theod. Cant. 51, 102, 83.

96. cf. Conc. Meld. 845. c. 64—68. Concil. III. Aurel. c. 16. Leg. Wisig. III. 3.

97. cf. Concl. VI. Arelat. 26. Pseud. Lucii ep. unic.

98. cf. Capit. 803. in lege Sal. mitt. c. 1.

99. dub. fid. cf. Pseudo-Pii I. ep. 2. et Pseud.-Gregorii I. ep. ad Felic.

100—103. Iulian. Novell. 115, 71, 52, 77. Benedict. I. 385, 383.

104. Pseudo-Greg. I. epist. ad Felic.

105—106. Capit. 769. 9—11.

107. Concil. V. Aurel. c. 20. Cod. Theod. IX. 2, 1. interpret. et IX. 3, 7.

108—110. Iul. Novell. 4, 58; 119, 5; 115, 55. — Bened. I. 379.

111—117. Cod. Theod. XVI. 2, 47 nonnullis mutatt. 2, 38. (Iul. Nov. 77); 2, 23. (uti apud Pseudo-Pium I. ep. 2.) 2, 29; 2, 31; multis omissis; 2, 34; 2, 40 plurimis praetermissis cf. Ps. Pium l. c.

118. Iulian. Novell. 115, 6.

119. Leg. Wisigoth. XII. 3, 12 titulus.

120. Canon. Apostolorum c. 9.

Capitulum	
121.	a Benedicto secundum decreta Pseudo-Damasi, Ps. Leonis, Ps. Felicis IV. et Ps. Ioannis excogitatum.
122.	Leg. Wisigoth. XII., 3, 19 titulus Concil. Chalced. c. 27.
123—129.	Iulian. Novell. 115, 33, 115, 8; 51 (n. 192), 1; 6 (n. 27); 115, 52. cf. Regul. Chrodegang. 3, 84.
130.	Leg. Wisigoth. XII. 3, 8 nonnullis muttat.
131.	Concil. I. Arelat. c. 16.
132.	Concil. Agathens. c. 38 initium.
133.	Leg. Wisigg. III. 2, 9. Concil. Vernens. 15.
134.	Concil. I. Arvernens. c. 14.
135—136.	Concil. V. Aurel. c. 14, 13.
137—138.	Leg. Wisigg. VIII. 1, 10 et 11.
139—140.	Concil. I. Aurel. c. 19, 22.
141—142.	Concil. I. Arelat. c. 22. II. 49.
143.	Leg. Wisigg. XII. 3, 25 titulus.
144.	Concil. II. Arelat. c. 51.
145.	Concil. Agath. c. 8.
146—153.	Leg. Wisigg. II. 4, 4 et 5; 5, 1 et 2 et 4. III, 4, 18. V. 4, 1 et 7.
154—155.	Concil. Agathens. 52, 57
156.	Concil. V. Paris. 4.
157—158.	Concil. Agathens. 32.
159—161.	Leg. Wisigg. V, 7, 12. VII, 2, 7, VIII, 1, 2.
162.	Concil. VI. Paris. I. 1, cf. Relat. Episcoporum ad Imperat. 829. A. 1.
163.	Regul. Chrodegang. c. 33. cf. Concil. Meldens. 845 c. 79.
164.	Concil. Remens. 630. c. 6.
165.	Capit. general. Aquens. 802 c. 10.
166—169.	Concil. Herudford. c. 2, 3, 6, 8. ex Bedae Histor. Anglor. IV, 5. cf. Bened. II. 86 supra.
170.	cf. Concil. Aquis. 836, III. 22. cf. Cod. Fris. B. F. 1. c. 6. et 25.
171.	Capit. Aquis. 801. c. 8. Reg. Chrodeg. 24.
172.	Cod. Fris. B. F. 1. c. 23. cf. Concil. Mog. c. 28.
173.	cf. Ordinem Roman. aut Sacrament.
174—175.	Bonifacii Mog. statt. c. 25, 26.
176.	Conc. VI. Paris. II. 12. III, 8 et 9.
177.	Theod. Cant. capit. cf. Martene Thesauri T. IV.
178—179.	Bonif. Mog. statt. c. 4, 29. cf. Capit. Presbytt. 806 c. 20, 19.

Capitulum	
180.	Concil. I. Vasens. c. 3. Meldens. c. 46.
181.	Capit. Presbytt. 803 c. 10. Meldens. 48. cf. Cod. Fris. B. F. 1. c. 26.
182.	Concil. VI. Paris. I. 54.
183.	Gelas. decrett. c. 5.
184—186.	Bonif. Mog. statt. 28, 27, 30.
187.	Poenit. antiq. Martene Thes. IV.
188.	supra II. 181. cf. Concil. VI. Paris. I. 8.
189—191.	Bonif. Mog. statt. c. 36, 34, 35.
192.	cf. Theod. Cant. c. 36. Cod. Fris. c. 25.
193.	Episcopor. ad Imperat. relat. 829. D. c. 3 et 4.
194—196.	cf. Caesarii homiliam 66. Conc. III. Tolet. c. 23.
197.	Concil. III. Tol. c. 22. Martene Collect. T. VII. p. 3. c. 40.
198.	Theodor. c. 19. Bonif. c. 19.
199.	Concil. II. Lugdunens. c. 4.
200—202.	Bonif. statt. c. 1—3.
203—204.	Can. Apostolorum c. 42—44.
205.	Episcoporum relat. 829. D. c. 11.
206.	Bonif. statt. c. 31.
207.	Poenitent. antiq. Mart. Thesaur. IV. 48.
208.	Episcoporum relat. 829. D. c. 12.
209.	Bonif. statt. c. 35. Theodor. 31. Poenit. antiq. Mart. Thes. p. 37, 41.
210—214.	Capit. Ribuar. 803. c. 5—7, 9—13. cf. Anseg. III, 44, 45.
215, 220, 225, 230, 235, 240, 244.	Ex relat. Episcoporum 829. D. c. 20.
216—219. 221—224. 226—229. 231—234. 238—239. 241—242.	Anseg. Append. I. 28. lib. I. 136. III. 33, 34, 35. Append. II. 4—7 lib. III. 36, 37. I. 137. App. II. 8. lib. III. 38. I. 138. III. 39—42. Append. II. 9.
236—237.	Capit. minor. 803 c. 18. 19.
243.	Capit. Ribuar. 803 c. 14.
245—247.	Capit. Boioar. 803 c. 1—3.
248.	Concil. Aquis. 836. III. 20.
249—255.	Benedict. supra lib. I. 240—242, 317, 243, 317.
256—290.	Capit. A. et B. Theodon. 805, sed ab Ansegiso et Benedicto maxima ex parte iam supra prolatum. cf. Anseg. I. 105-111, III. 1—3, 6. I. 113. III. 13, 15. Append. I. 1. lib. III. 22—24, 47—50. Benedicti I. 244—261.

Capitulum

291—298. Ansegis. III. 25, 26, 22—24, 47—50. Benedict. I. 261—263, 280, 286, 287.

299. Theodulphi Aurel. Capit. c. 35.

300—308. Concil. III. Carth. c. 10, 20; I. 11, 14; II. 13, 8, 9, 10; III. 20. Ex Isid. coll.

309. Cod. Afric. c. 120. Ps. Iul. ep. 2.

310. Concil. I. Arelat. c. 17. Ex Isid.

311. Can. Apost. c. 40. epitom. Hadr.

312. Concil. I. Arelat c. 19.
313. Bened. supra I, 396.
314. Concil. I. Arelat. c. 14.
315. Concil. Nicaen. 9. (c. 11 apud Rufin.)
316, 317. Concil. Elibert. c. 52. 73.
318. Concil. Tarracon. c. 4.
319—326. Concil. I. Toletan. c. 11, 12; IV. 45; VII. 1; VIII. 2, 13; IX. 15; XII. praef.
} Ex Isid. collect.

327. Bened. supra II. 130.

328. Leonis I. epist. 51.
329—330. Innoc. I. ep. 27; 22. c. 7.
331. Zosimi ep. 2.
332—340. ex Leonis I. ep. 8, 13, 15, 42, 44, 47, 92, 84.
341. Synod. sub Hilario c. 1.
342. Anastasii I. ep. 4.
} Ex Isid. collect.

343—346. Leg. Wisigg. II. 1, 9; 4, 4 et 5; 5, 2. Bened. II. 147, 149.

347. Theodulphi Aurel. Capit. c. 34.

348—356. Leg. Wisigg. II. 4, 12; 5, 4; III. 4, 18. VII. 2, 8. V. 7. 12. VIII. 1. cap. 2, 6, 10, 11. Bened. II. 150, 151, 159, 161, 137, 138.

357. Pseud. Stephani epist. 2.

358. Cod. Afric. 74. Fulg. Ferrand. 52.

359. Pseud. Callist. epist. 2.

360. Cod. Gregorian. X. 1, 2 interpret. breviarii Alaric.

361, 362. Pseud. Stephan. ep. I. Ps. Callist. ep. 2.

363. Concil. IV. Carth. c. 30. Pseud. Iul. ep. 2.

364. Bened. supra I. 187.

365. Isidori Hisp. sentt. III. 39. Pseud. Euseb. 2.

366—368. Cod. Theod. extrav. I. cum addit.; XVI, 11, 3. XVI, 2, 3.

369. Benedicti figmenta, illis Pseudo-Damasi et Pseud. Leonis I. nec non Pseud. Felicis IV. ac Ps. Ioannis similia.

370, 371. Benedicti somnia. cf. conc. Aquis 836. libell. ad Pippinum regem epil., unde verba „Flexis omnes precamur“ sqq. depromta sunt; vide Bonifacii Mog. epist.; Cap. 769 c. 1. Leg. Baiuar. I. 1. Wisigoth. V. 1, 6. Concil. I. Vasens. c. 4. Gangrens. c. 4. Innoc. I. ep. ad episcopos Macedon., Regul. Chrodegangi; floscul. Ps. Isid.

372—380. ex Capit. eccl. 789; Benedictus cap. 377 ex sacris bibliis quaedam inseruit, nimirum Proverb. VI. 16—19. III. 13. Ecclesiastae VI. 9. Prov. XI. 2, 14. Eccl. V. 1, 2. vers. vulgat. Vide Anseg. I. 58, 59, 62. III. 89. I. 66—68. III. 90. I. 70. App. I. 34. lib. I. 75—76. — Bened. I. 4 et 5.

381. „*Studend.* sqq. ex Conc. IV. Carth. c. 26.

„*Auctoritas*“ Pseud. Pelag. II. ep. I. (al. 8.)

Episcopi sqq. Leg. Wisigg. II. 1, 30.

Nullus Episcopus — Pseud. Felicis II. ep. 1. c. 17.

Nemo Episcopum — Ps. Felicis II. ep. 1. c. 1.

Accusatores — Ps. Iul. ep. 2. c. 5.

Variis detract. — Damas. ep. ad Illyr. Ps. Felic. II. ep. 1. c. 10. histor. tripart. V. 16.

Multum derog. — Damas. l. c. Ps. Anacl. ep. 1.

Primo semper — Ps. Felicis II. ep. 1. c. 13.

Non est — Pseudo Iul. I. ep. 2. c. 31.

Omnis accus. — Ps. Iul. ibid. c. 32.

Episcop. nec — Conc. IV. Carth. 19.

Non est — Bened. supra II. 313.

Maior — Bened. I. 397.

Iudicis non — Bened. I. 398.

Episcopos eiectos — Pseudo-Zephyr. ep. 2.

Placuit, ut — Concil. V. Aurel. c. 17. Ps. Iuli I. ep. 2. c. 7.

Si quae causae — Innoc. I. ad Victric. Ps. Pelag. II. ep. 1 (al. 8.)

Prudentissime — Concil. Afric. ep. ad Coelestin. papam.

Servata — Concil. I. Cpltan. c. 2.

Si quis episcopus — Pseudo-Fabian. ep. 3.

Quaecunque — Benedict. II. 113.

Unaquaeque — Coelestin. decrett. c. 17. Deuteron. 27, 17. vulgat.

Capitulum

Qui sunt — Concil. I. Cpltan. c. 2. *Non oportet* — Innoc. I. decret. c. 36.

382, 383. Bened. I. 341. II. 97.

5 384—391. Cod. Theod. VII. 1, 1. XVI. 2. 40. IX. 10, 1. VI. 5, 2. XVI. 2, 47 et 34 et 47 et 38. (Bened. II. 117, 114, 116, 111, 112.) Brev. Alaric.

10 392—393. Synod. IV. sub Symmacho c. 3.

394. Concil. I. Vasens. c. 4.

395. Concil. VI. Paris. I. 5.

396. Cod. Theodos. IX. 10, 1. interpretat.

15 397. Pseudo-Felicis II. ep. I. c. 15.

398. Pseudo-Iulii I. ep. 2. c. 26.

399. Bened. II, 360.

400—401. Concil. I. Arelat. c. 17. (Herudford. 8). Sardicens. c. 4. Ben.

20 II. 310.

402. Pseudo-Gregor I. ad Felicem.

403. Histor. trip. II. 2, VIII. 12.

404. Concil. Aquis. 836. libell. ad Pippin. III. 5—8.

25 405. Secund. Ben. II. 395, 404.

406. Bened. II. 115.

407. Benedicti decretum, ex Pseudo-Urbano, Pseudo-Lucio, Bonifacii Mogunt. ep. 19 et 105, Concil.

30 I. Aurelian. c. 15 et Concil. Aquis. 836 libell. ad Pippinum, I. 32. III. 8. conflatum.

408. Bened. II. 327.

409. Concil. Remens. 630. c. 8. cf.

35 Pauli Sentt. II. 26.

410. Cod. Theod. III. 12, 4. interpret.

411. Leg. Wisigg. III. 5, 2. pars med.

412—415. Bonif. Mogunt. ep. 19.

416—417. Bened. II. 148, 152.

40 418. Concil. II. Turon. c. 26.

419. Bened. I. 3.

420. Cangyth abbatissae ep. ad Bonif. Mogunt.

421. cf. Concil. Roman. sub Gregorio

45 II. c. 4.

422, 423, 425. Bened. I. 3.

424, 426, 427. Bonif. Mog. ep. 19, 105. cf. Pseudo-Anaclet. ep. 1.

428. Concil. II. Turon. 25, 24.

50 429—430. Bened. II. 392, 426.

431. cf. Pseudo-synod. VI. sub Symmacho. Convent. in Verno palat. 844. c. 12.

432, 433. Concil. VI. Paris. III. 2.

55 434, 435. Concil. II. Matiscon. c. 10. I. 18.

436. Pseudo-Felicis II. epist. 1. c. 7.

Capitulum

Liber tertius.

1. Pseudo Anacleti epist. 2. cf. Concil. Carth. c. 17. titul.

2—3. Concil. Chalced. c. 8. 9. Bened. I. 22.

4. Can. Apost. 40 init. Bened. I. 23.

5. Concil. Ancyr. c. 4. pars ultima.

6. Concil. Neocaes. c. 3. pars ultima.

7—8. Concil. Gangrens. 8, 9. Bened. I. 24.

9—11. Concil. Antioch. 4, 2, 5. Bened. I. 25, 26.

12—13. Concil. Chalc. 4, 10. Ben. I, 27, 28.

14. Concil. Sardic. 21.

15—16. Concil. Carth. praefat. et cap. 5.

17—18. Concil. Chalced. c. 4. pars ultim. Bened. I. 29.

19. Concil. Carth. c. 18. titul.

20—33. Leonis I decrett. c. 46, 47, 49. Bened. I. 133.

24. Coelestini decrett. c. 19 et Hilarii decrett. c. 3.

25—35. Concil. Carthag. c. 27, 29, 33 et African. c. 5, 6, 10, 31, 39, 43, 44, 58, 50. Ben. I. 131, 30—32.

36—39. Innocent. I. decrett. c. 7, 36, 55, 56 (titulus a Ben. mutatus.) Bened. I, 132.

40—43. Zosim. decrett. c. 2. titul. Leonis I. decr. c. 5. tit. Zosimi decr. c. 3. Bonifacii I. decr. c. 3. Bened. I. 37.

44—50. Coelestin. decrett. c. 1, 13, 12, 14, 17, 20, 22.

51—62. Leonis I. decr. 1, 2, 6, 6, 15, 14, 14, 18, 19, 22, 23.

63—65. Hilar. decret.

66—67. Simplicii decr. 1. Felicis III. decr.

68—69. Gelas. decr. 18, 19, titul.

70—72. Anastas. decr. c. 2, 4, 8 tituli.

(Ex coll. Dionysio-Hadr. — bracketing 1—72)

73. Innoc. I. decr. 26.

74—76. Concil. Antioch. 9, 11, 25.

77—79. Concil. Laodic. 42, 12, 13.

80—82. Concil. I. Cpltan. c. 2. Ben. II. 381.

83, 84. Concil. Chalced. c. 9, 21.

Capitulum		
85—93.	Concil. Carthag. c. 8, 30. Afric. 54. Carth. 8, 19 init. et finis. Afric. 26, 63 tit. et finis. Bened. II. 364. I. 395.	Ex coll. Dionysio-Hadrian.
94—95.	Coelest. decr. 17, 18.	
96—97.	Concil. Carth. c. 13; Afric. 17 pars med.	
98.	Bened. I. 320, 321.	
99—101.	Concil. Afric. 96—98.	
102—105.	Bened. II. 381, 401, 381. III. 59.	
106—108.	Pseudo-Iulii ep. 2. c. 14, 33, 5.	
109.	Bened. II. 381.	
110—112.	Pseudo-Callisti ep. 2.	
113—114.	Bened. III. 49. II. 358.	
115.	Pseudo-Marcellini ep. 2.	
116—117.	Synod. III. sub Symmacho.	
118—121.	Concil. Afric. 26 titulus Carth. c. 19. African. 41 pars prim. Carth. 15 pars med. = Bened. III. 91, 90.	
122.	Leonis I. decrett. c. 49.	
123—137, 139, 140.	Capitul. a. 769. Ben. II. 156.	
138.	Concil. I. Arausic. c. 3.	
141—143.	Benedicti decreta verbis Bonifacii Moguntini (ep. 19), Zachariae pap. (ep. libro Benedicti praefix). Capitul. a 769 et 789, Pseudo-Lucii et Pseudo-Symmachi decorata. cf. Convent. Theod. 844. c. 4. et Vernens. 844, c. 10.	
144.	Zachariae pap. epist. 7.	
145.	Concil. III. Aurel. 32. Pseudo-Anaclet. ep. 1.	
146, 147.	Bened. I. 2.	
148.	Concil. II. Braccarens. c. 1.	
149—150.	Bened. II. 303. I. 307.	
151.	Concil. Carth. c. 5. Fulg. Ferrand. c. 24. Bened. II. 301.	
152.	Cod. Theod. II. 2, 1. interpret. Pseudo-Fab. ep. 2.	
153.	Pseudo-Felicis II. epist. 1. c. 1-4.	
154.	Bened. II. 302.	
155.	Capit. Vern. 755, c. 18. Concil. Carth. c. 11. Can. Apostol. c. 40. Pseudo-Clementis epist. 3. Concil. Chalced. c. 8. pars alt.	
156.	Ps. Steph. ep. 2. Bened. III. 89, II. 104, 357.	
157.	Cod. Theod. II. 10, 1 et 2 interpretat.	
158—159.	Bened. II. 304. Anseg. I. 29.	
160.	Cod. Theod. II. 26, 2. interpret.	

Capitulum	
161.	Bened. II. 305.
162.	Relat. episcoporum 829. D. c. 7.
163—164.	Paul. sentt. I. 6, 1. Cod. Theod. IX, 10, 3. interpret. — Brev. Alaric.
165—167.	Bened. II. 306; I. 213; II. 365.
168.	Cod. Theod. IX. 41, 1 interpret.
169.	Leg. Wisigg. VII. 2, 15 et 16.
170—171.	Bened. I. 308. II. 309.
172.	Relat. episcoporum 829. D. 13, 14.
173.	Pseudo-Felicis II. ep. 1. c. 9.
174.	Cod. Theod. IX, 45, 4. interpret.
175.	Bened. III. 151. II. 400.
176.	Pseudo-Fabian. epist. 1.
177.	Cod. Theod. X. 2 et 17 interpret.
178.	Bened. III. 171.
179.	Poenitent. antiq. apud Martene T. IV. Thes. cf. Ps. Evaristi epist. I. Capitul. 755. c. 15. Ticinens. 801. c. 19.
180.	Concil. Afric. c. 95.
181.	Cod. Theod. XI. 36, 1. interpr.
182.	Bened. II. 311.
183.	Anseg. I. 98, 99.
184.	Pseudo-Iulii epist. 2. c. 31.
185.	Cod. Theod. XVI. 2, 2 interpr.
186.	Bened. I. 92.
187.	Ps. Callist. ep. 2. Ps. synod. V. sub Symmacho.
188.	Cod. Theod. XVI. 7, 1. interpr.
189.	Bened. II. 312.
190, 194.	Relat. episcoporum 829. D. 18, 8.
191.	Concil. VI. Toletan. c. 11.
192.	Novel. Valent. 23, 1. (al. Nro. 5.)
193.	Pseudo-Liberii epist. 1.
195—196.	Cod. Theodos. XVI. 3, 2. Pauli sentt. I. 12, 1—7.
197.	Bened. II. 314.
198.	Theodulphi Aurel. Capit. c. 14.
199.	Bened. I. 403.
200.	Pauli sentt. V. 4, 15, 18, 20 interpret.
201.	Bened. II. 315.
202.	cf. Innocent. I. ep. 5. Felicis III. ep. 3. Libel. poenit. apud Martene T. IV. l. c.
203.	Concil. I. Vasens. c. 10. Pseudo-Fabian. 2.
204.	Paul. sentt. V, 5, 3, 6, 8, 9 interpret.
205.	Bened. II. 317.
206.	Theodulphi Aurel. Capit. c. 16.
207.	Synod. IV sub Symmacho c. 3.
208.	Cod. Theod. IX. 6, 2. interpret.
209, 210.	Ben. II. 319; II. 157, 154, 158.
211.	Pseudo-Fabian ep. 2.

Capitulum	
212.	Pauli sentt. V. 23, 4.
213, 214.	Bened. II. 320. III. 27. cf. Concil. Agath. 22. Vernens. 844. c. 12.
215.	Pseudo-Stephan ep. 2.
216.	Cod. Greg. X. 1, 2 interpr. Brev. Alaric.
217, 219.	Bened. II. 321, 363.
218.	Concil. Agathens. c. 41.
220.	Cod. Theod. II. 1, 2 et 4 interpr.
221.	Bened. II. 323.
222.	Pauli sentt. V. 21, 1 interpr.
223, 224.	Bened. II. 325. III. 175.
225.	Concil. Agath. c. 44.
226.	Cod. Theod. IV. 22, 4.
227.	Bened. II. 328.
228.	Concil. I. Toletan. c. 5.
229.	Cod. Theod. V. 5, 1 interpr.
230.	Bened. II. 330.
231.	cf. Anseg. I. 93.
232.	Cod. Theod. IX. 10, 1 interpr.
233.	Bened. II. 332.
234.	Concil. Agath. 8, 5, 20. Bened. II. 145.
235.	Cod. Theod. IX. 10, 4.
236.	Bened. II. 339.
237.	Concil. Agath. c. 2.
238.	Cod. Theod. XI. 39, 9. Ps. Iul. ep. 2, 9.
239.	Leonis I. epist. 84. c. 1.
240.	Novel. „Neminem exhiberi."
241.	Bened. II. 340.
242.	Concil. XI. Tolet. 4; Nannet. c. 1.
243.	Pauli sentt. I. 21, 14.
244.	Bened. II. 341.
245.	Damas. ep. ad Paulin. Ben. II. 85.
246.	Pauli sentt. V. 4, 12.
247.	Bened. II. 342.
248.	Gelasii epist. 10 et 9.
249.	Sentt. Pauli V. 25, 4 interpr.
250.	Leonis I. ep. 87. c. 1.
251.	Cod. Theod. XI. 30, 2 et 20 interp. cf. Pseudo-Fabian. ep. 3.
252.	Theodulphi Aurel. Capit. c. 27.
253.	Cod. Theod. IX. 1, 11. X. 10, 3 interpr. Ps. Fabian. epist. 3. Ps. Iul. ep. 2. c. 24.
254.	Bened. I 368.
255—258.	Childeberti decret. a. 596. c. 2, 5, 7, 2. cf. poenit. apud Martene Thes. IV.
259.	Ennodii apologia pro Symmacho et Isidori Hispal. sentt. II. 16. cf. Pseudo-Sixti II. epist. 2.
260.	Benedicti figmentum. cf. Pseudo-Damasi epist. 5 et Ps. Pelagii II. ep. 1 (al. 8).

Capitulum	
261.	Dubiae fidei. cf. Bened. II. 89, 370. cf. Concilia a. 843—845 celebrata.
262.	Concil. Laodic. c. 43, 45—47, vers. Isidori.
263—267.	Concil. III. Carth. 5. Arvern. c. 1, 5, 10, 14. Bened. II. 134.
268.	Concil. Milevet. c. 2. Fulg. Ferrand. 78.
269—271.	Concil. Agath. 38, 41, 32. B. III. 218.
272.	Concil. Epaon. c. 37, 38.
273—278.	Concil. III. Aurel. 20—23, 28, 29.
279.	Concil. II. Turon. c. 4.
280.	Theod. Aurel. Capit. c. 37, 41.
281.	Dubiae fidei.
282.	cf. Ionae Aurel. de instit. laic. II. 24.
283—287.	Cod. Theod. XI. 39, 3 interpr.; XVI. 2, 12. XVI. 2, 30. XVI. 9, 1 interpr. XVI. 11, 3. Ben. II. 368, 367.
288—289.	Pauli sentt. I. 7, 2 interpr. I. 7, 4 interpr.
290.	Concil. III. Tolet. c. 21.
291.	Bened. III. 163.
292—295.	Concil. III. Tolet. 19, 18; I. 16, 15.
296.	Concil. Valent. c. 5.
297—299.	Pauli sentt. II. 2, 1 interpr. II. 4, 4 interpr. II. 5, 1 interpr.
300—302.	Concil. Ilerd. 14, 10. Agath. c. 38.
303—304.	Pauli sentt. II. 5, 3 interp. II. 10, 1 interpr.
305, 306.	Concil. Agath. 25, 36.
307—309.	Pseudo-Iulii ep. 2. c. 5, 28, 6, 16. Pseudo-Angilram. 11, 18, 19.
310, 311.	Concil. Agath. 15, 2. Bened. I. 122.
312, 313.	Pauli sentt. II. 12, 5. II. 13, 1 interpr.
314, 315.	Ps. Iulii ep. 2. c. 17, 10. Angilr. 20, 23.
316, 317.	Concil. II. Arelat. c. 23, 21.
318, 319.	Pauli sentt. II. 15, 3 interpr. II. 17, 11.
320.	Concil. II. Hispal. c. 6. Cpltan. a. 391. Pseudo-Angilr. c. 27.
321.	Concil. Chalced. c. 9. quibusd. additt.
322.	Legg. Wisigg. II. 4, 7. Cod. Theod. Pseudo-Steph. ep. 2. Angilram. c. 31.
323, 324.	Cod. Theod. novel. „neminem exhiberi" IX. 1, 12. Ps. Steph. ep. 2. Angilr. 32, 33.
325.	Bened. III. 160.
326.	Pauli sentt. III. 5, 13.

Capitulum	
327—330.	Cod. Theod. III. 19, 7 interpr. II. 24, 2. VIII. 13, 4 interpr. VIII. 13, 2.
331.	Bened. II. 402.
332—333.	Cod. Theod. novel. „neminem exhib.“ XI. 30, 2 et 15 interpr. Angilr. 35, 36.
334—336.	Pauli sentt. II. 17, 16 interpret. II. 18, 1. II. 20, 1 interpret.
337—338.	Concil. V. Paris. c. 12, 13.
339.	Pseudo-Fabian. epist. 2.
340—346.	Pauli sentt. II. 31, 10. IV. 8, 14 interpr. V. 1, 4. V. 3, 3. V. 3, 4. V. 3, 6. III. 4, 2. Pseud. synod. VI. sub Symmach. Angilr. 39.
347.	Cod. Theod. IV. 16, 2. Pseudo-Iulii ep. 2. c. 34. Angilr. c. 40.
348.	Bened. II. 361. Angilr. c. 41.
349.	Ps. Iulii ep. 2, 21. Angilr. 42.
350—352.	Ps. Felicis II. ep. 1. c. 2, 5, 7. B. II. 436.
353—355.	Pauli sentt. V. 4, 9. interpr. V. 5, 9. V. 6, 8. interpr. Bened. III. 204.
356.	Concil. Ancyr. c. 15. vers. Isid. Exstat quoque in Cod. Monac. olim Frisingens. B. G. 8.
357.	Pauli sentt. V. 31. interpr. Angilr. 44.
358.	Ps. Iulii ep. 2, 23. Angilr. 46.
359.	Bened. III. 16. Angilr. 47.
360—361.	Cod. Theod. X. 10, 2. interpret. IX. 34, 1 et 9 interpr. Angilr. 49, 50.
362—363.	Pauli sentt. V. 11, 4. interpret. V. 16, 5.
364—365.	Cod. Theod. IX. 1, 5. interpret. IX. 1. 11. interpret. Ps. Fabian. ep. 3. Angilr. 51, 52. Bened. III. 253.
366.	Bened. III. 193. Angilr. c. 59.
367.	Ps. Fabian. ep. 3. Angilr. c. 60.
368.	Bened. II. 316. Angilr. 63.
369.	Bened. II. 397. Angilr. 67.
370—371.	Pauli sentt. V. 21, 3. V. 22, 1.
372—373.	Sextii Pythagor. sentt. 174, 250. Ps. Callist. ep. 2 et 1. Angilr. 70, 71.
374.	Ps. Eusebii ep. 1. Angilr. 79.
375—376.	Concil. Nannet. c. 9, 3.
377.	cf. Concil. III. Tolet. c. 17.
378.	cf. Bonifacii Mogunt. statt. c. 11.
379.	cf. libell. poenit. apud Martene Thes. IV.
380.	Concil. Nannet. c. 18.

Capitulum	
381.	Concil. Neocaes. c. 2. lib. poenit.
382. a.	b. Libell. poenitent. l. c. Concil. Nannet. c. 12. Elibert. c. 47.
383—389.	Ionae Aurel. de institutione laicali l. 7. titulus; I. 8. tit.; I. 15. tit.; I. 18. tit. et Hormisdae epist. 25. c. 2. I. 19. II. 1 et 2 tituli.
390.	Bened. decretum cf. Concil. IV. Tolet. c. 64. Pseud. Alexandri ep. 1.
391.	Pseud. Felicis IV. ep. 1. Pseud. Gregor. I.
392, 393.	Concil. Afric. c. 97. Arelat. I. c. 2.
394.	Anseg. I. 93. Ps. Fabian. ep. 2. Ps. Leonis ep. 88 de chorepisc.
395.	Concil. Meldens. 845. c. 64, 65. cf. Concil. Vernens. 844. c. 6. Cod. Theod. IX. 15. 1. interpr.
396.	Ionae Aurel. l. c. I. 14. titulus.
397.	Bened. II. 88.
398.	Concil. I. Matiscon. c. 5.
399.	Concil. IV. Tolet. c. 32. Ant. 5.
400.	Bened. I. 2.
401.	Gregorii III. epist. 1. c. 1.
402.	Bened. decretum. Ps. Damasi ep. 5. Ps. Leonis 88.
403.	Zachariae papae epist. ad Bonif. Mogunt. (ep. 134 inter epistol. Bonifacii.)
404.	Bened. III. 262.
405—407.	Gregorii III. epist. 1. c. 5, 6, 3.
408—411.	Bened. III. 264—267.
412—418.	Fulg. Ferrand. breviat. can. c. 59, 60, 61, 90, 92, 95, 138, 219. Bened. II. 57, 58, 66.
419—422.	Bened. II. 136, 135, 390.
423, 424.	Bened. leges. cf. Ps. Damasi ep. 5. Ps. Leonis 88. Ps. Ioannis epist. unic.
425, 426.	Leg. Wisigg. XII. 3, 25. titulus. XII. 3, 26. Bened. II. 143.
427.	Cod. Theod. XVI. 7, 1. interpr. Ps. Felicis II. ep. 1, 9.
428, 429.	Leg. Wisigg. XII. 2, 17. VII. 2, 7. B. II. 160.
430.	Bened. III. 280.
431, 432.	Dubiae fidei. cf. Ps. Felicis IV. epist. 1; Ps. Gregorii I. epist. ad Felicem. Concil. II. Tolet. c. 5. Decret. Childeberti c. 2.
433.	Concil. Ilerdens. c. 4, 7.
434.	Concil. Agath. c. 61.
435.	Bened. II. 409. sive Concil. Paris. 628. c. 10.

Capitulum	
436.	Cod. Theod. IX. I. 19. Ps. Eutych. epist. 2. Ps. Angilr. c. 7.
437.	Pseud. Felicis II. ep. I. c. 19. Angl. 21.
438.	Cod. Theod. XVI. 2, 41. Pseudo-Caii ep. unic. Angilr. c. 24.
439.	Ps. Steph. ep. 2. Angilr. 25.
440.	Cod. Theod. IX. 6, 3. Ps. Steph. ep. 2.
441.	Ps. Anacleti ep. 2.
442—443.	Concil. Autissid. 17, 43. Bened. I. 192.
444.	Concil. Chalced. act. 3.
445.	Leonis I. epist. 61.
446.	Ps. Fabiani epist. 2.
447—451.	Gregorii I. regest. lib. VII. epist. 66. VII. 8. VII. 48 (al. 82) VII. 129. II. 24. Ambros. epist. V. 20.
452.	Concil. Mogunt. 813. c. 10.
453.	Cod. Theod. IX. 1, 12. Ps. Steph. ep. 2.
454.	Concil. I. Matiscon. c. 17.
455.	Patricii Capit. c. 27. Harduin. T. I. concil. legitur quoque in sententiis iussu Baturici episcopi Ratispon. a. 821 conscript. Cod. ms. Monacens. olim sancti Emmeramni E. XCI.
456—457.	Concil. I. Carth. 7, 14. Bened. III. 149.
458.	Concil. II. Hispal. c. 3.
459.	Ennodii apolog. pro Symmacho.
460.	Bened. III. 34.
461.	Concil I. Vasens. c. 6.
462—463.	Ps. Evarist. ep. 2 et 1.
464.	Bened. III. 381.
465—472.	Concil. IV. Toletan. c. 36, 27; III. 21 titulus, 19, 13, 10 (et Capit. Aquisgranens. 817 legibus addend. c. 9.) I. Tolet. c. 11, 13, 14, 14. Bened. III. 292. II. 319.
475.	Leg. Wisigg. XII. 3, 10 pars prima.
476.	Concil. III. Toletani confirmatio.
477.	Cod. Theod. XVI. 2, 29.
478.	cf. Capit. 789. c. 80 fin.

Additio I

est Capitul. monachorum a. 817.

Additio II

est episcoporum a. 829. Wormaciae Imperatori data relatio. D. c. I. — E. c. 8.

Additio III.

Capitulum	
1—6.	Ansegis. I. 77—79, 91, 104, 81.
7.	Capit. 769. general. c. 8. Pseudo-Fab. ep. 2.
8.	Ps. Iulii ep. 2, c. 8.
9.	Marciani lex de prohib. disputt.
10—14.	Bened. III. 352, 110, 427; I. 178. II. 335.
15.	Ps. synod. V. sub Symmacho.
16.	Leonis I. epist. 78.
17.	Bened. III. 217.
18.	Ambrosii epist. 13.
19.	Bened. III. 385.
20.	Ps. Felicis II. epist. I. c. 14.
21—22.	Bened. II. 235. III. 350.
23.	Ps. Clementis epist. I.
24—30.	Bened. II. 85. III. 240. II. 373. I. 182. II. 129. I. 154, 154.
31.	Iuliani novell. 120 (523), 18.
32—40.	Bened. I. 156, 158. II. 128. I. 160, 162. II. 127. I. 163, 164. II. 126.
41—42.	Concil. II. Remens. a. 813. c. 17, 19.
43.	Bened. II. 125.
44—45.	Concil. Remens. c. 25, 34.
46—47.	Bened. II. 124.
48.	Concil. Remens. c. 37.
49.	Concil. Cabilon. a. 813. c. 25.
50.	Iuliani novell. 115, (433), 7.
51—52.	Concil. Cabilon. c. 26, 27.
53.	Iuliani novell. 115 (123), 13.
54—55.	Concil. Cabil. c. 30, 32.
56.	Ansegis. II. 29.
57—58.	Concil. Cabil. 33, 34.
59.	Bened. I. 378.
60—61.	Concil. Cabilon. 35, 36.
62.	Bened. I. 379.
63—65.	Concil. Cabilon. 38, 42, 43.
66.	Bened. I. 381.
67—68.	Concil. Cabilon. 47, 48.
69.	Iuliani novell. 115, 60, (123, 57).
70.	Concil. Cabilon. c. 49.
71.	Concil. III. Turon. a. 813. c. 7.
72.	Bened. I. 382.
73—74.	Concil. III. Turon. 8, 9.
75.	Bened. I. 383.
76—77.	Concil. III. Turon. 10, 11.
78.	Iuliani novell. 6, 6.
79—80.	Concil. III. Turon. 12, 13.
81.	Bened. I. 385.
82—83.	Concil. III. Turon. 16, 14.
84.	Bened. II. 101.
85—86.	Concil. Turon. 27, 33.
87.	Iuliani novell. 119 (518), 13.
88—89.	Concil. Turon. 34, 35.

Capitulum	
90.	Iuliani novell. 120 (524), 19.
91—94.	Concil. Turon. 39, 41—43.
95—99.	Concil. VI. Arelat. a. 813. c. 5, 12, 13, 17, 18.
100.	Addit. III. 33 supra.
101.	Pauli sentt. II. 31, 15.
102.	Bened. III. 354.
103.	Concil. V. sub Ps. Symmacho.
104.	Bened. II. 410 et III. 433.
105.	Bened. III. 251 et 333.
106.	Ecclesiastic. XVI. 3. cf. Pseudo-Lucii ep. unic.
107.	Pseudo-Pelagii II. epist. 8.
108.	cf. Concil. III. Turon. c. 4.
109.	Bened. III. 254.
110.	cf. Concil. Aquisgr. 816. c. 13.
111.	Pseudo-Anacleti ep. 1.
112.	cf. Concil. III. Turon. c. 23.
113—114.	Prosperi Aquitan. sive Iuliani Pomerii opuscul. de vita contemplativa lib. II. c. 9, 10. Eadem leguntur in Concil. Aquis a. 816. c. 35 et 107.
115—122.	Concil. Moguntin. a. 813. c. 56, 55, 49, 40, 31, 32, 23, 16. Bened. I. 168, 167. III. 376. I. 156, 149.
123—124.	Bened. III. 432, 433.

Additio IV.

Capitulum	
1—2.	Leg. Wisigg. XII. 3, 10 et 8. Bened. III. 475.
3.	Hist. tripart. VII. 12. Ben. II. 381.
4.	Bened. II. 337. cf. praefat. Isidori Mercat.
5.	Pseudo-Stephani epist. 2.
6.	Augustini ep. 50. Ps. Callist. ep. 2.
7.	Leonis I. epist. 86.
8.	Non est decretum Anastasii, sed excerptum e spuriis Isidori decretalibus. cf. Ps. Athanas. ad Felicem II. epist.; Ps. Cornelii ep. 2. Ps. Melchiad. ep. unic.; Ps. Marcelli ep. 2. Ps. Iulii, Ps. Felicis II. 1.
9—17.	Bened. II. 381, 381. III. 323, 349. I. 187. III. 357, 121, 358, 87 et 110. Ps. Felicis I. epist. 2. Angilr. 2, 32, 42—46, 5.
18—23.	Pseudo-Iulii epist. 2. c. 25, 16, 14, 11, 5, 6. Angilr. 8, 19, 14, 4, 11, 18. Bened. III. 309, 106. II. 381, III. 308.
24—26.	Bened. II. 381. III. 321, 83, 436.
27—30.	Pseudo-Iulii ep. 2. c. 10, 3, 3, 2, 30. Bened. III. 315, 87.
31.	Leonis I. epist. 87.
32.	Bened. III. 195.
33.	Leonis I. epist. 63.
34.	Bened. III. 205.
35—36.	Concil. IV. Carth. 55. Arelat. I. c. 7.
37—38.	Bened. III. 456, 397.
39—43.	Capit. Aquis. 825. c. 1, 8, 11, 12, 4, 2.
44—45.	Bened. III. 470.
46—48.	Concil. Mogunt. 813. c. 14, 15, 9. B. I. 185.
49—50.	Concil. Agath. 62, 31.
51—52.	Concil. Antioch. c. 2, 6.
53—57.	Bened. I. 22. III. 26, 209, 292, II. 407.
58—59.	Gelasii decrett. c. 27 titulus. Synod. IV. sub Symmacho c. 8 titulus.
60—61.	Bened. III. 457, 277. Concil. IV. Carth. 24.
62—63.	Concil. Gang. 19. Carth. III. 5. B. III. 263.
64.	Concil. Ilerd. c. 9.
65.	Bened. II. 145.
66—68.	Concil. IV. Carthag. 60, 62, 61.
69.	Martini Braccar. Cap. c. 65.
70.	Concil. II. Carth. c. 9. B. III. 165.
71—73.	Concil. Agath. 44. Laod. 13. Carth. 31.
74.	Greg. II. decrett. Pauli sentt. IV. 11, 8 interpr.
75.	Greg. III. ep. 1. c. 5. Greg. II. ep. 14. Concil. Agath. c. 61. Ps. Greg. I.
76—77.	Add. IV. 63. Bened. I. 133.
78—79.	Concil. Augustodun. a. 670. c. 10. cf. Turon. II. c. 10, 15, 16.
80—81.	Concil. Gerund. 10. Braccar. I. 16.
82.	cf. Concil. Paris. 829. III. 2. Ion. Aurel. III. 8.
83.	cf. Libell. poenit. apud Martene Thesauri T. IV. Concil. IV. Aurel. 28.
84—86.	Concil. V. Paris. 6, 4, 5. B. II. 156.
87.	Concil. II. Turon. c. 10.
88.	Non legitur inter epistolas Gregorii II. vel III. ad Bonif. cf. Zachariae papae epist. ad Episcopos Francorum c. 21. Concil. V. Paris. c. 15. Carth. IV. 104.
89.	cf. Concil. Carth. c. 33. VI. Paris. I. 15.
90.	cf. Concil. XVII. Tolet. 3. Aquis 816. II. 28.
91.	Bened. I. 52.

Capitulum	
92.	Bened. I. 60. III. 147.
93.	cf. Libell. poenit. apud Mart. l. c.
94.	cf. Augustini enchirid. c. 71. Ionae Aurel. I. 16.
95—119.	Capit. Wormat. 829. eccles. c. 1—7, 9, 10. mundan. c. 1—7, 10—15. pro lege habend. c. 2—4. Bened. I. 98—101, 110, 275—278, 300.
120—142.	Cap. Franc. 779. c. 1—13, 15—23. Bened. I. 193—206, 304, 305.
143—144.	Ben. I. 207. III. 214. Add. IV. 89.
145.	Concil. Paris. 829. I. 25.
146.	Concil. Meldens. 845. c. 72.
147.	Bened. II. 374.
148—153.	Add. IV. c. 89—94 supra.
154.	Concil. II. Milevit. c. 20.
155—158.	Concil. Agath. 2, 32, 38, 52. Bened. III. 311; II. 157, 158; III. 269, 210.
159.	Concil. African. c. 72.
160.	E diversis scriptis conflatum. cf. Concil. Paris. 829. III. 2. Cod. Theod. IX. 7, 6. Bonifatii Moguntini epist. 19. Bened. III. 143.
161—169.	Addit. IV. 118, 119; 98—103.
170.	Ansegis. IV. 29.
171.	Capit. Wormat. eccles. 829. c. 8.

His igitur Benedicti fontibus indicatis, opusculum ipsius collectionem capitularium minime nominari debere, quisque videt. Id quod Benedictus quoque optime sciebat. Quominus enim ipse haec omnia ex diversissimis auctoribus conquisivisse videretur, totus in collaudando ecclesiae Moguntinae scrinio laborat, quo eadem, excerpta iam a Karoli ac Ludovici imperatorum sapientissimis viris et cura Riculphi, archiepiscopi Moguntini († 814), pridem ibi reposita Autcario adiuvante invenerit. Sed varii excerpta generis, etiamsi Karoli vel Ludovici iussu confecta fuissent, capitularia non erant, alioquin Pauli diaconi homiliarium, eodem Karolo praecipiente collectum, revera inter capitularia esset numerandum. Ionas quoque Aurelianensis illum de institutione laicali librum, quo Benedictus usus est, ne Ludovici quidem iussu, sed precibus Matfredi comitis commotus composuit. Breviarium Alarici et leges Wisigothorum ac Baiuariorum imperatores certe in epitomen non redegerunt, quia illud in negotiis ecclesiasticis hae vero apud Baiuarios et regni Francorum Wisigothos valebant atque vigebant; illis ergo in negotiis et horum regionibus excerpta superflua, alibi vero nullius erant auctoritatis. Licet legibus Romanis ac canonum codice nonnunquam, illis tamen diversissimis Benedicti fontibus, veluti[1] epistola Cangyth abbatissae ad Bonifacium Moguntinum, nullo unquam modo imperatores in capitularibus condendis usi sunt.

Et qui fieri potuit, ut, quandoquidem capitularia non solum in palatio cura cancellarii, sed etiam in ecclesiarum bibliothecis asservabantur, neque Ansegisus, qui a. 827 collectionem capitularium in lucem edidit, nec Lotharius I. qui a. 832 constitutionibus suis Papiensibus capitula ex Karoli ac Ludovici legibus excerpta inseruit, ullas harum Benedicti legum invenerint? Capitularia, quibus illi usi sunt, etiamnunc saepius, memorata vero Benedicti nusquam reperiuntur. Ea autem ipsius, quae Baluzius seorsum publici iuris fecit, aut a Sirmondo et Goldasto aut ab aliis iam saeculo IX et X e Benedicto excerpta fuerant vel ab ipso Levita composita ac separatim edita, ut sciscitari atque in scrinio Moguntino ea inspicere volentibus ostendi queant. Huiusmodi Karoli constitutionem, cuius spuriam originem nemo non videt[2], Hincmarus Remensis laudat quatuorque priora eiusdem capitula nobis describit. Caput primum atque secundum sunt Ludovici imperatoris capitularis Aquisgranensis a. 817 c. 1 et 2; caput tertium ex Bonifacii Moguntini epistola 19 conflatum est; quartum denique Pseudo-Isidori de chorepiscopis somnia profert, longe post Karoli obitum somniata.

Valde dolendum est, quod[3] Aldrici Cenomanensis collectum quoddam ex codice Dionysio-Hadrianeo, synodis illo tempore celebratis et Pippini, Karoli ac Ludovici capitularibus opusculum, ex quo simili modo contra Benedicti fraudes argumenta sumi possent, iniuria temporis hominumve perierit. Alium tamen, Rabanum scilicet Moguntinum, Autcarii († 847) successorem, qui capitularia parvi pendere non solebat, haud contemnendum habemus iudicem. Is enim a. 853 capite 29 epistolae suae ad Heribaldum ita scripsit: „Quod autem, inquit, interrogasti de his, qui matrimonio coniuncti sunt et nubere non possunt, si ille aliam vel illa alium ducere possit, *non cum auctoritate*, *sed*

1) B. III. 420. 2) opuscul. 46. T. II. operum pag. 762. cf. Bened. I. 208. II. 426. III. 260. Add. III. 1, 2. 3) Baluzii Miscellan. III. pag. 44.

quorundam statutis respondeo, in quibus scriptum est: Vir et mulier" etc. uti apud Benedictum II. 55 leguntur. Quo de capitulo, si ex capitularibus a Benedicto haustum fuisset, tali modo Rabanum non iudicasse credo. Neque porro canones synodorum Ludovici et eorum, qui ante eum vixerunt, Francorum principum tempore celebratarum in capitularium ponendi sunt ordine. Esti enim saepissime ante placita generalia synodi 5 congregarentur, ubi de certis quibusdam rebus iussu principis tractandum erat, licetque 4 plures nonnunquam canones, prout necesse erat[4], in placitis postea comprobarentur atque in capitularia, quae ibi constituebantur, adsciscerentur, ut a. 813 et 829 factum 5 esse scimus — unde[5] Hincmarus Remensis inter capitularia e gestis synodalibus promulgata aut non promulgata caute discernit—: tamen canones synodorum comprobatione 10 principis sanciti nonnisi in ecclesiasticis certarum parochiarum vel provinciarum negotiis vim legum habebant, non vero tanquam capitularia ubique ab omnibus observabantur. Benedictus autem ex iisdem a. 813 et 829 synodis ea quoque hausit, quae exinde in capitularia non translata fuerant, Moguntinumque anni 813 concilium totum fere descripsit. Constat quoque inter omnes, Karolum et Ludovicum, quoties conciliorum et 15 Romanorum statuta pontificum sacerdotibus inculcanda duxerint, semper Dionysio-Hadrianea usos fuisse collectione, illumque magnum regem ea, quae iis omnino observanda sint, inde deducta ecclesiastico anni 789 capitulari, canonibus tamen Sardicensibus provocationem ad Romanum pontificem permittentibus consulto omissis, inseruisse: at Benedictus non solum Sardicensem synodum pretiosissimam habet, sed etiam praeter Dio- 20 nysio-Hadrianeam illam quoque Pseudo-Isidori et antiquam ad lib. II, 54 notatam collectionem nec non Rufini Nicaenorum versionem statutorum et Fulgentii Ferrandi canonum breviationem adhibuit. Praeterea narrans, *„quaedam Paulini Aquileiensis et Alcuini magistri capitula"* septimo se libro posuisse, ab iisdem *„propter libri canonum brevitatem levitatemque excerpta,"* nulla fide dignus est. Qui quum nullus alius sit liber ca- 25 nonum, nisi codex Dionysio-Hadrianeus, quumque ex hoc libri septimi vel tertii capitula 2—97 revera hausta sint, absurdum est credere, ob brevitatem eiusdem codicis explicandam ex hoc ipso sententias fuisse excerptas. Huc adde, quod haec omnia superflua fuerint, quia, ut modo diximus, iam anno 789 potiora illius codicis — fortasse a Paulino et Alcuino secundum quandam, qua Benedictus hic abusus est, narrationem — col- 30 lecta esse nemo ignorat. Sed et haec, quaeso, quae sequuntur, considera. Capitulum 446 libri tertii, quod *„suggestio populi ad Karolum"* inscribitur, nullius populi, sed verba Pseudo-Fabiani profert, qui sententiis concilii Chalcedonensis abusus plus duobus decenniis post Karoli decessum secundam suam epistolam conscripsit. Vide quoque insulsissimam Levitae fatuitatem, qua capite 370 libri secundi populum Karolo scribentem facit. 35 „Tales, inquit, a nobis segregate et si *nos fideles habere vultis* in ergastulum sub publica poenitentia redigite et *postulata concedite.*" Neque enim populus id, quod petere voluit, efflagitat, scilicet ne sacerdotes in bellum proficiscantur, sed de raptis ecclesiarum rebus conqueritur. Haud saniore mente caput 36 libri primi composuit. Verba enim haec: „consultu domini et patris nostri Leonis apostolici ceterorumque Romanae ecclesiae epi- 40 scoporum et reliquorum sacerdotum, sive *orientalium et Graecorum patriarcharum* et multorum sanctorum episcoporum et sacerdotum, nec non et nostrorum episcoporum ceterorumque sacerdotum *ac Levitarum* auctoritate et consensu — definitum est" — haec, inquam, verba ineptissima sunt et fraudatoris solummodo digna ingenio. Ubinam gentium tempore Leonis III hoc concilium oecumenicum congregatum fuit? nusquam! 45 Quidnam magni sancti patres atque *levitae* statuerunt? „Si quis, inquiunt, culpabilis inventus fuerit, canonice damnetur; cetera quisque in canonibus reperire poterit." Tantae igitur molis erat, convocatis totius mundi sacerdotibus, ea decernere, quae cuivis nota erant? Quam ob rem Moguntinum a. 851 concilium, quo haec de presbyteris criminosis quaestio ad finem quendam perducta est, nullam harum naeniarum rationem duxit. 50 Capitula libri III, 260, 402, 423, 424; II, 121, ubi de chorepiscoporum abolendo munere agitur, Karolo Magno, qui Leone III consentiente ea promulgaverit, assignantur. Sed usque ad tempora Ludovici imperatoris nulla eiusmodi lex lata fuit. Concilium Parisiense 829 et episcopi, qui eodem anno Wormaciae potiora eiusdem concilii statuta imperatori tradebant, id tantum postulant, „ut chorepiscopi modum mensurae, qui in 55

4) Hincmar. de divortio Lotharii resp. ad interrog. V. 5) ibidem respons. ad interrog. VI.

sacris canonibus praefixus sit, non excedant.“ Concilium Aquisgranense 836 dixit chorepiscopos esse episcoporum ministros. Eadem concilium Meldense 845 et Nicolaus I. in epistola ad Rodulphum episcopum Bituricensem rata habent. Haec eadem Karolus quoque anno 789 iam probaverat. Ludovicus imperator a. 828 chorepiscopos „adiutores ministerii episcoporum“ nominat. Eodem autem tempore erant, qui dicerent, chorepiscopos aut abrogandos aut certe in presbyterorum ordine esse ponendos. Contra hos „vaniloquos magistros“ Rabanus tunc abbas Fuldensis, petente Drogone ecclesiae Metensis episcopo, libellum de chorepiscopis scripsit, ubi haec maxime memoranda sunt. „Miror, inquit, quomodo isti, qui hanc contentionem movent, ordinem chorepiscoporum tantum despiciant, ut paene eis nihil amplius dignitate presbyterorum tribuant, quum hoc nec novorum nec antiquorum nec etiam ipsis apostolorum dogmatibus consuetudinibusque conveniat. — Claret enim hoc, quod in his non ratio et humilitas, sed invidia atque superbia dominentur.“ Inter hos chorepiscoporum inimicos et Pseudo-Isidorus, qui post annum 836 opus suum elaborare coepit, et Benedictus fuit. Quum igitur Benedictus lib. III. c. 260 nobis narret, Leonem III illa praecepta, quae olim sedes apostolica de chorepiscopis promulgaverit, laudasse, quumque haec alia non sint, nisi decreta Pseudo-Damasi, Pseudo-Leonis I, Pseudo-Felicis IV et Pseudo-Ioannis III, omnia illa de chorepiscoporum munere abrogando conficta et falsa sunt capitula. Quam quo melius perspicere possis fraudem, capitulum quoddam Benedicti cum figmentis Pseudo-Isidori est comparandum.

Bened. III, 423.

Placuit, sicut Leonis papae et omnium episcoporum nostrorum atque reliquorum fidelium generali ac synodali consultu decrevimus, ut nullus chorepiscopus per manus impositionem spiritum sanctum tradere aut sacerdotes vel levitas aut subdiaconos sacrare vel virgines velare, aut sanctum chrisma conficere vel ecclesias aut altaria sacrare aut benedictionem in publica missa populis tribuere praesumat, quae omnia summis pontificibus, id est cathedralibus episcopis debentur et non chorepiscopis vel presbyteris, quorum formam iuxta sanctorum canonum decreta chorepiscopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quae ab eis geruntur, et ipsi omni ecclesiastico honore funditus priventur.

Pseudo Leonis I. epistola 88 de chorepiscopis.

Cum-synodum episcoporum sive ceterorum consacerdotum Christique fidelium coadunatam habuissemus — omnino decretum est, ut chorepiscopi — id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, ... arripere non praesumant. Quaedam sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum aut virginum consecratio. — Nec erigere eis altaria nec ecclesias vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus — spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere — nec publice quidem in missa quenquam poenitentem reconciliare. Quae omnia solis deberi summis pontificibus auctoritate canonum praecipitur. — Haec enim omnia illicita sunt chorepiscopis — vel presbyteris, qui eandem gestant formam.

Pseudo-Damasus in epistola 5 de chorepiscopis

decernit, eos a pontificalibus removendos esse officiis et sacro ministerio privandos. „Et ideo, inquit, quidquid ex supradictis ministeriis pontificalibus praesumebant, irritum erat. — Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, ut sacerdotes sint, sed omni ecclesiastico funditus priventur honore.“

Haec iam sufficiant. Ista vero omnia sicut alia spuria capitula velut I, 33, 36; II, 99, 366, 371, 406, 424, 426, 427; III, 141, 143, 241, 261, 281, 390, 446 propter styli similitudinem et fontium, unde manarunt, aequalitatem ab uno eodemque confecta sunt auctore, post synodum Aquisgranensem II (836) et elucubratam Pseudo-Isidori collectionem (840) Moguntiae, ubi Bonifacii epistolas invenit, vivente ac laborante, nimirum ab ipso Benedicto, qui eodem ibi tempore degebat, iisdem ex fontibus hauriebat, scrinium Moguntinae ecclesiae in suam utilitatem conferebat eademque scribendi ratione gaudebat.

Quibus ita peractis, de ratione, qua auctor fontibus suis usus sit, quaedam adiicere

iuvabit. Omnia ita se dedisse dixit, ut invenerit, id est, secundum Baluzii explicationem, nihil se addidisse, nihil mutasse nihilque detraxisse. Sed ipsis fontibus cum Benedicti opusculo comparatis, rem aliter sese habere iudicabis. Primo enim non omnia, ubi fieri potuit, nobis integra reddidit capitularia, sic lib. III, 123 sqq. ex ratione facile perspicienda caput 16 capitularis a. 769[6] omisit; deinde vero I, 166, 322, 360, 387; II, 130, 209, 235, 327; III, 20, 39, 109, 260, 289, 315, 321; addit. IV, 2, 27 et alia bene multa valde sunt corrupta, mutata atque falsata. Incommode quoque accidit, ut Moguntinae a. 813 sub Riculpho celebratae synodi canones adulterans[7] in mendacio deprehendi potuerit. Numquid hos in Riculphi scrinio, ab ipso archiepiscopo iam falsatos potuit invenire? Plura tamen fontibus haud consentanea (I, 113, 381, 436; III, 315, 352, 436.) ex Pseudo-Isidori mercibus sunt deducta. In fontibus exscribendis modo sensum tantummodo reddere, modo partem aliquam capitis, titulum, initium, finem, mediam particulam exhibere, modo hac modo illa ex parte librorum sententias (I, 340—367) depromere eisque alias aliunde petitas (II, 130—161) interponere solet. Quae quo consilio fecerit, quisque videt, scilicet, ut nemo fraudes ipsius detegat. Tantum etiam abest, ut in opusculo consarcinando fontium vel argumenti vel temporis observet rationem ac ordinem, ut incredibili festinatione, quam ipse dicendo se omnia „tam cito emendare non potuisse“ confessus est, totam confundat rem (I, 83, cf. Anseg. I, 51, 52) pluraque bis aut ter repetat, ita ut solo septimo libro plus centum, et in additione quarta plus quam nonaginta capitula superflua sint. Attamen de industria quoque haec iterasse videtur; hoc enim modo saepius lectorum animis quae ipsi valde curae cordique erant inculcabantur, et ista narratio de capitularibus „paria initia ac imparem finem habentibus“ optime probabatur. Huiusmodi capitulare tanquam in conventu Wormaciensi promulgatum, lib. II, 370—381 edidit; at capita 370—380 non Wormaciae, sed in placito Aquisgranensi a. 789 condita erant; cap. 381 vero ex diversis, ut supra ostendimus, scriptis conflatum est.

Num auctor ita, ut sibi propositum fuit, opusculum suum composuerit, non satis liquet; ea certe, quae libro septimo „monasticae disciplinae congruentia“ se retulisse praefatus est, in prima nobis expanduntur additione. Exstant quoque libri manu scripti, qui primam additionem continua numerorum serie septimo adiungunt libro. Ivo Carnotensis talem sine dubio possidebat. Isaac tamen Lingonensis in suo Benedicti opusculo, quod a. 858 in ordinem materiarum disposuit, nullam quatuor additionum invenit; illud vero, quod eodem tempore Herardus Turonensis et[7*] Hincmarus Remensis adhibuerunt additamentis illis non carebat. In bibliotheca Gothana codex olim Moguntinus, pretiosissimum antiqui cuiusdam Moguntini codicis apographum, adhuc asservatur, ubi Ansegisi opusculum tres Benedicti libri cum additionibus statim sequuntur; nec in plurimis Benedicti codicibus additiones istae desiderantur, quae ad exemplum Ansegisi, qui tres appendices quatuor libris adiecit, adnexae sunt. Benedictus, licet earum auctor esse nolit, nihilominus eas composuit. Uberiores tantummodo sunt ex quibusdam trium librorum fontibus collectiones[8], simili modo confectae, nec nova nec Benedicto incognita proferentes. Caute profecto callideque omnes precatur fideles, ut, si reperirent quae nec ipse nec Ansegisus invenerit, aut huius aut ipsius addant libro; nam si alii quoque suis similia in lucem edebant, ipse nemini in suspicionem venire poterat. Eam ob causam ea, quae in quarta additione leguntur, iam ab[9] Erchembaldo celeberrimo quondam Karoli Magni cancellario excerpta vel collecta fuisse narrat, quae tamen Karoli iussu in capitularia assumta et postea cura Benedicti fidelium tribus libris addita fuerint. Erchembaldum vero ista non vidisse, ex fontibus supra enumeratis satis elucet.

Autcarii iussu opus suum, procusis iam Pseudo-Isidori mercibus factaque[10] Viroduni inter Ludovici Pii filios pactione inchoavit et post synodum[11] Meldensem (845) extremis vitae Autcarii († 847) temporibus perfecit ac divulgavit. Rabano ecclesiam Moguntinam regente (847—856), quem[12] anno 853 ad id respexisse commemoravimus, iam longe lateque disseminatum fuit. Adhibuerunt istud Karolus II. 857 in conventu Carisiacensi, 860 in capitulari post reditum a Confluentibus missis dato, 872 in capitulari Pistensi,

6) cf. lib. II. 80. Pipin. Capit. Compend. 757 c. 1. 7) lib. I. 166. 7*) de divortio Lotharii respons. ad interrog. VI. epist. ad Hildegarium. cf. Add. IV. 113. 8) Add. IV. 2. lib. I. 166. 9) Theodulph. carmin. lib. III. 147. 10) praefat. metric. vers. de Ludovico Germaniae rege. 11) Ben. I. 13, 14, 375. III. 395. Add. IV. 146. 12) fortasse iam ante cf. conventum Moguntin. a. 851. c. 6. Ben. I. 2.

873 Carisiacensi, 874 Attiniacensi; Karolus III. 898 in capitulari Tongrensi, 920 in epistola ad episcopos; concilium Pistense 863, Wormatiense 868, apud Sanctam Macram 881, Coloniense 887, Moguntinum 888, Trosleianum 909; Isaac Lingonensis, Herardus Turonensis, Hincmarus Remensis, Hincmarus Laudunensis, auctor collectionis Anselmo dedicatae, Riculphus Suessionensis, Regino, Burchardus, auctor excerptionum Egberti, Ivo et ceteri collectores plurimi. Laudatur nomine capitulorum imperialium, synodalium, Karoli, regum et imperatorum, aut libri primi, secundi, tertii, vel quinti, sexti et septimi capitularium. Concilium Trosleianum Ansegisi opusculo libros Benedicti modo adnumerat, modo non. Apud Gallos maioris fuit auctoritatis, quam apud Germanos.

Ad opusculum suum, brevi tempore tam late promulgatum, et describendum et propagandum adiutoribus certo usus est; utrum Probo presbytero, quem annales Fuldenses (a. 859) tantis cumularunt laudibus, an illis clericis Moguntinis, qui anno 848 contra Rabanum conspirarunt, non liquet. Scripsit praeterea [13] epitaphium Autcarii, ut ex scribendi genere elucet, nec minus auctor Pseudo-Isidori et Angilramni sententiarum credendus est.

Iam videamus, quonam consilio Benedictus hunc composuerit librum, capitularia interpolaverit ac nova procuderit.

Tempore Ludovici Pii, quum respublica magis mulierum aulicorumque hominum, quam imperatoris voluntate atque consilio regeretur, et suae quisque potius, quam communi utilitati consuleret, multi quoque sacerdotes suis augendis et rebus et auctoritati prospicere studebant. Quorum inter duces praecipuus doctissimusque fuit Ionas episcopus Aurelianensis. Is Matfredo comiti, amico Walae, librum de laicali institutione inscriptum, et Pippino Aquitaniae regi similem de institutione regia agentem direxit, quo non tam de corrigendis hominum moribus, quam de summo sacerdotibus tribuendo honore multa exposuit. Quarum haud paucas sententias idem pontifex Parisiensis, cui interfuit, concilii actis a. 829 adiungendas curavit. Hoc ex concilio episcopi, quibus de quatuor eodem anno celebratis synodis relatio ad imperatorem facienda erat, potiora excerpserunt capitula et Ludovico Wormaciae tradiderunt. Quorum tamen perpauca tantummodo in comitiis Wormaciensibus comprobata et tanquam leges promulgata sunt. Ceteris autem, fortasse a laicis, repugnatum est. Patres igitur concilii II Aquisgranensis (836) easdem synodi Parisensis sententias contra sacrilegorum calumnias [14], „ista omnia cupiditate et quadam adinventione a sacerdotibus commentata esse“ dicentium, longo dictorum biblicorum agmine defendere conati sunt. Benedictus vero illis ex libris et his ex synodis hauriens, ea, quae principes rata esse noluerant, quibusque valde fuerat repugnatum, inter capitularia relata sub legis vincula coniecit. Qua de re Isaac Lingonensis librum Benedicti tanti habet, ut statim omnium utilitati in ordinem materiarum eum redigat. Haec capitularia iis bene opponenda esse putat, qui „omnia, ad suam emendationem vel cautelam dicta, a sacerdotibus conficta, excogitata atque inventa esse garriant.“ Benedictus autem, licet librum suum in gratiam istorum scripsisse videatur sacerdotum, tamen cum Pseudo-Isidoro concordans haud raro ab iis dissentit, praecipue in disciplina ecclesiastica severiori condenda.

Quae quo libentius in regno Lotharii, Ludovici atque Karoli pro legibus ab omnibus reciperentur et [15] *„iure firmissimo pro lege tam ecclesiastica quam et saeculari tenerentur,“* et laicorum et sacerdotum leges adhibuerat. Unusquisque igitur suis similes leges in hoc libro Benedicti invenit.

Non defuerunt autem [16], qui dicerent, concilia sine legatis vel sine consensu Romani pontificis celebrata nec rata, nec ullius auctoritatis esse debere. His noster respondet, *„haec principum capitula maxime apostolica auctoritate fuisse firmata, quia his cudendis maxime apostolica legatio interfuisset“* — quod tamen commenticium est.

Synodum ac comitiorum a. 840—845 acta demonstrant, omnia illa, quibus commotus Pseudo-Isidorus extremo Ludovici Pii tempore decretales suas confinxerat, minime cessasse. Miseriae, calamitas, animi depravatio, morum perversitas, rapinae, sacrilegia, vastatio, caedes, officiorum neglectus, contemtus legum, religionis, sacerdotum atque ecclesiarum, calumniae et cetera mala ex bello civili manarunt. Haud immerito igitur Levita queritur canens

13) Serrarii rerum Moguntiac. l. IV. 14) libel. ad Pippin. praefat. 15) cf. Benedicti praefat.
16) Agobardi opuscul. de dispensatione eccles. rerum c. 20.

„Namque patrant multi funestas saepe rapinas,
Nonnulli violant templa dicata Deo;
Sunt alii scelerum foedati labe suorum,
Fistula quos omnes commemorare nequit.
Sed cohibet tales legum censura sacrarum
Decretisque vetat illa patrare piis.“

Quibus verbis si conficta, adulterata et saepius repetita capitula addideris, consilium auctoris optime rectissimeque cognoscere poteris. Iam quum in libro nostro, quoniam vera falsis repugnare solent, multa sibi contraria inveniantur (I. 21. II. 63, 87, 235. III. 73, 381), praesertim decretales Pseudo-Isidori genuinis adversentur capitularibus: quaenam observanda sint, disertis verbis Benedictus edocuit. Praecepit enim „leges imperatorum non esse supra legem Dei, sed subtus; non licere imperatori vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina praesumere; anathemate feriendum esse, quicunque regum deinceps canones in quocunque crediderit vel permiserit violandos; honore aut communione privandum esse, quisquis statuta patrum sive sacerdotum violaverit; nulli fas esse sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare; omnes denique constitutiones contra canones et decreta Romanorum vel reliquorum pontificum nullius esse momenti.“ (I. 402. II. 303, 322. III. 244, 346, 457. Ad. III. 18. IV. 60).

Decreta igitur ecclesiastica, inprimis Pseudo-Isidoriana legi civili ac capitularibus praeposuit. Quam ob rem Benedicti dogmatibus iam indicandis similia Pseudo-Isidori et discrepantia capitularium subiiciam.

Benedictus autem non solum perversos pontificum aliorumque civitatis hominum mores corrigere severiorique disciplina coercere, verum etiam sacerdotes ab acerbissimis vexationibus et calamitatibus liberare eosque a ditione rei publicae in libertatem vindicare, munus chorepiscoporum abrogare et episcopum Moguntinum ad primatis honorem evehere voluit.

Primo loco de coercenda morum perversitate et disciplina ecclesiastica severius constringenda hoc modo leges condidit. Nemo, inquit, matrimonium inire praesumat, nisi legitimum. Nullus ergo propinqua sibi cognatione usque ad septimum gradum coniunctam[17], nemo raptam puellam[18], sed consensu parentum acceptam eamque ex lege dotatam ducat in matrimonium a sacerdote consecrandum[19]. Coniugium autem nullo unquam modo, ne divortio quidem, nisi ex consensu amborum, rebus divinis operam dare volentium, debet dissolvi[20]. De adulteris vero et libidinosis gravissimum sumendum est supplicium[21]. — Qui agros vastat rapinas facit vel, ut fiant, sinit, gravem subeat poenam damnumque multipliciter resarciat; ecclesiarum vero ac sacerdotum bona invadens diripiensve insuper publicam delictorum poenitentiam profiteatur[22]. — Nemo quoque illas caute asservandas litteras vel tabulas, quibus beneficia principum largitate ecclesiis aut sacerdotibus concessa consignantur, spernat vel pro nihilo ducat[23]. — Causae ecclesiarum aut sacerdotum differri non debent, sed contino iudicentur et in gratiam eorum dirimantur (I. 307. III. 150). — Primores civitatis, qui, quo securius praecepta et auctoritatem pontificum spernant, in domibus suis sibi altaria statuerunt domesticosque ad rem divinam ibi faciendam sibi elegerunt presbyteros, hos episcopo non consentiente muneri ecclesiastico nec praeponere nec ab eo repellere audeant, nec usquam eos alibi, nisi in ecclesiis et altaribus, ut decet consecratis, sacra facere cogant[24]. — Monachi, virgines Deo sacrae et sacerdotes canonici officia sua exequantur (Ad. I. al.). — Sacro-

17) lib. I. 166; II. 80, 130, 209, 327, 408. III. 179, 356, 432. Ad. IV. 2. 74, 75. Pseudo-Callisti ep. 2. Pseudo-Gregorii I. ep. ad Felicem. — His adversantur capit. a. 753 c. 1. 757, 1. Capit. Ticin. a. 801. c. 20. concil. Mogunt. a. 813 c. 54; a. 847 c. 30. 18) lib. I. 223—225, 238, 385. II. 96 — Nihilominus Balduinus raptam Karoli Calvi filiam postea in matrimonium accepit. 19) II. 133. III. 179, 463. Ps. Evaristi ep. 1. 20) II. 63, 87. Ps. Evaristi ep. 2. Ps. Callisti ep. 2. — Vide contra capit. a. 744. c. 9. 753, 5 et 9. 757, 8. Lotharii I. Excerpta Canonum c. 1. (Legum T. 1. p. 372) Concil. Paris. 829, III. 2. 21) I. 304, 310. II. 71, 87, 106, 204, 266, 409—415, 419, 421, 424 et multa alia. 22) I. 142, 143. II. 84, 89, 97, 134—136, 370, 383, 402, 404—406, 426—431. al. Pseudo-Anacleti ep. 1. Ps. Pii I. ep. 2. Ps. Lucii ep. unic. Ps. Urbani ep. unic. Ps. Symmachi synod. VI. 23) II. 111, 112, 114, 116, 329, 368, 388—391, 426. III. 285, 421, 445. Ps. Anacleti ep. 1. — Revera multarum ecclesiarum, velut Cenomanensis, Remensis, privilegia violabantur. 24) I. 43, 147, 158. II. 201, 202, 211. III. 136, 316, 431. Ad. II. 12. III. 70. IV. 70. lib. I. 267. III. 391. Pseudo-Clementis ep. 3. Ps. Felicis IV. ep. 1. — cf. Capitul. 817 c. 9.

rum antistites abrogandam more gentilium mortuos sepeliendi consuetudinem vel ossa defunctorum e sepulcris eiiciendi (II. 197, 198. III. 192. Ad. IV. 146) exstinguere populumque eo perducere studeant, ut tributa ecclesiis pendenda faciat, vota exsolvat, vaticinatores veneficosque devitet, symbolum sive brevem fidei christianae formulam et ipse 5 discat et liberos suos edoceat [25] et infantes certo tempore baptismate sacro inaugurandos curet (II. 188. III. 263. Ad. II. 2). — Chorepiscoporum insolentia, qua non solum episcoporum, rebus saecularibus plus iusto occupatorum, muneris multum sibi arrogant, sed etiam honore suo elati presbyteros despiciunt, ablato quo gaudent nomine atque honore, iam penitus frangenda est. Quorum tamen qui resipuerint, presbyteris sese posthac non 10 praeponentes, loco suo remaneant [26].

His Benedicti legibus relatis, iam eas ipsius audiamus, quibus munitus laicis omnem de rebus ecclesiasticis disponendi facultatem adimere et sacerdotes cum ab omnibus iniuriis ac vexatione tutos reddere, tum supra homines civiles extollere voluerit.

Nullus, inquit, laicus, ne rex quidem, de ecclesiis, monasteriis ecclesiasticisque bonis 15 vel sui vel aliorum in gratiam quidquam statuat [27]; multoque minus veritatem sacrae doctrinae, suis locis ac synodis tractandam, definire audeat [28]. — Sacerdotes non ex voluntate principis vel aliorum, sed secundum regulas ecclesiasticas libere deligantur, rituque solemni in ordinem clericorum recepti, omnibus, quae ad Dei cultum non spectant officiis, liberandi sunt [29]. — Deo igitur servientes, ut in bellum proficiscantur, cogi nun- 20 quam debent [30]. — Neque enim a iudicibus civilibus sacerdotes vel coerceri vel puniri possunt [31]. — In episcopum vero nec laicus nec clericus apud iudicem civilem litem inferat [32] — quia nullus omnino laicus sacerdotem accusare aut iudicare debet [33]. — Itaque de presbyteris criminosis nec sententia a laicis dicenda est, nec quidquam statuendum [34]. — Sacerdotum quoque accusatio et damnatio quam difficillima reddenda est [35]. Si quis 25 igitur episcopum in ius vocare voluerit, ad synodum provincialem legitimo tempore, iussu papae Romani aut vicarii ipsius vel primatis, convocandam causa eius deferatur, quae tamen, veluti causa maior, a papa tantummodo finienda est. Sententia quoque, principis auctoritate vel metu prolata, irrita est et a papa retractanda, ad quem cuivis et iudicato et accusato provocare licet [36]. — Episcopi vero expulsi et a munere suo re- 30 moti recipiendi sunt ubicunque advenerint et aliis ecclesiis praeponendi [37].

25) I. 161, 170, 260. II. 174, 175, 290. III. 404. Ps. Urbani epist. unic. 26) I. 320, 321. II. 121, 369. III. 98, 260, 394, 402, 423, 424. Ps. Damasi epist. 5. Ps. Leonis I. ep. 88. Ps. Felicis IV. ep. 1. Pseudo-Ioannis III. ep. unic. — vide supra pag. 24—26 hac de re disputata. 27) I. 386, 403. II. 89, 370, 393, 426, 427. III. 199, 207. — Ps. Stephani ep. 2. Ps. Symmachi synod. VI. — cf. au- 35 tem Capit. 793 c. 6. 825 c. 8. Karolus Magnus ac successores eius suo iure de monasteriis rebusque ecclesiasticis statuebant. — Lotharii constitt. in Maringo a. 825 c. 4. 28) I. 113, 381. II. 195. Ps. Pii I. epist. 2. — cf. tamen Capit. 825 c. 2, 3, 28. nihilominus etiam Karolus Magnus contra Felicem et Elipandum, idemque princeps ac Ludovicus Pius contra Graecorum ineptias veritatem divinam defenderat. 29) III. 78, 79, 94. Ad. IV. 72. lib. II. 118. III. 185, 290, 467. Pseudo- 40 Anacleti ep. 2. — cf. Concil. Paris. 829. III. 22. Licet enim Ludovicus a. 817 liberam sacerdotum et abbatum electionem concessisset, tamen ecclesiae Traiectensi, Senonensi, Metensi, Remensi aliisque multisque monasteriis rectores praeposuit. Capit. 793 c. 6. 30) II. 61, 321, 370, 371. III. 123, 124, 141, 142. — Tempore Ludovici Pii ac filiorum eius et deinceps episcopi et abbates ad bellum et sponte et coacti ire solebant; id quod Autcario, qui tam ignave suum contra Lotharii 45 fratres duxerat exercitum, valde displicuit. 31) I. 390, 384. II. 156, 157. III. 139. Pseudo-Felicis II. epist. 1. al. 32) II. 145. III. 469. Ad. IV. 165. Pseud. Stephani ep. 2. al. 33) I. 70, 378, 390. II. 381. III. 211. Ps. Telesphori ep. unic. Ps. Clementis ep. 1. al. 34) I. 35, 36, 370. III. 281. — cf. Capit. Francof. 794. c. 38, 39. 35) II. 104, 357, 365, 381, 402. III. 116, 153, 167, 331, 373. Ad. IV. 8, 17. al. Ps. Stephani ep. 2. Ps. Fabiani ep. 2. al. 36) I. 405. II. 64, 113, 381. III. 50 314, 320, 323, 349. Ad. IV. 11, 12, 24. al. Ps. Iulii epist. 2. Ps. Felicis II. ep. 1. — Haec omnia de accusatione ac damnatione sacerdotum prolata genuinis repugnant capitularibus. Neque enim Karolus nec Ludovicus cuiquam ad Romanum pontificem provocare permiserunt; synodos ipsi solummodo convocabant; papam Romanum primum regni Francorum pontificem suoque imperio subiectum iudicabant; in causis ecclesiasticis dirimendis post episcoporum, comitum, metropolitano- 55 rum et archicapellani iudicium regalis summa erat auctoritas. cf. Sigeberti regis epist. ad Desiderium episcopum Cadurcensem. Concil. Paris. a. 829. lib. I. c. 11. Capitul. 794. c. 6, 30. 812. III. c. 2. 825. c. 2, 3. Statutt. Rispacensis et Frisingens. a. 799. c. 25. al. 37) II. 54, 337. III. 14, 189. Ad. IV. 6. Ps. Callisti epist. 2. — Capitul. 789. c. 23. 801. c. 13. 806. c. 10. — Ebonem Remensem, ab episcopali munere remotum publicamque poenitentiam professum Autcarius postea re- 60 cepit et Ludovico Germanico consentiente ecclesiae Hildeshemensi praeposuit; id quod legibus ecclesiasticis vetitum erat. Ps. Pelagii II. epist. 1.

Episcoporum maxima omnium est dignitas atque auctoritas, ipsam principalem vel regalem longe antecellens [38]. Quicunque igitur iis non obtemperat, a coetu et consuetudine christianorum segregandus est [39]. Si quis hos Dei legatos vicariosque falsis accusationibus atque calumniis fatigaverit vel affecerit, is non solum anathemate feriendus, sed etiam morte mulctandus est [40]. Iidem summi sunt iudices, quorum in synodis et clericorum causae et laicorum cum clericis lis et summa civitatis negotia audiantur ac iudicentur [41].

Haec Benedictus. Quibus Levitae dogmatibus ista episcoporum arrogantia, qua tanquam iudices de Ludovico Pio, Lothario et Karolo Calvo sententiam tulerunt eosque regno indignos iudicarunt, defenditur et velut legibus roborata confirmatur.

Restat autem, ut, quomodo sedi Moguntinae auctor consulere voluerit, postremo loco paucis explicemus. Quamvis prudens Riculphus Moguntinus litterarum studiosum se esse simulaverit, tamen, ut monachus Sangallensis memoriae mandavit, Karolo Magno propter imperitiam et arrogantiam non tam exosus quam in ludibrio fuit. Hac cum narratione mirum in modum Alcuini exhortatio ad eundem praesulem convenit, in epistola 181 haecce scribentis: „Sit tibi, inquit, manus in eleemosynis apostolica, lingua praedicationis officio devota . . . Sint tibi cum sobrietate convivia . . . Sit manus dextra saepius euangelicis ornata paginis, ut cibis spiritualibus pascatur animus . . . Non sis tuis inferior antecessoribus, ut quorum tenes cathedram, illorum meritis aequiparare dignus efficiaris in coelis.“ Iam quum Riculphus, eodem monacho docente, iacturam famae apud posteros fecerit, Benedictus doctum et eruditum eum fuisse ostendere conatur, narrans in comitiis Wormatiensibus eundem ecclesiasticam quandam constitutionem in medium protulisse, cuius nec ceteri episcopi nec Karolus habuerint notitiam (III. 281). Deinde iis poenas minitatur, qui de mortuis temere iudicent et in alterius famam verba contumeliosa confinxerint (III. 70, 361).

Autcarius autem, qui Ludovici Pii partes deserens ei, venia impetrata, insidias posuerat, et postea Lothario adhaerens hunc quoque reliquerat et ad Ludovicum Germanicum, in quem antea maximo odio ardebat, transierat, haud sine iure a scriptoribus tunc temporis perfidus et insidiator appellabatur; et quum a Lothario contra fratres ipsius cum exercitu missus locum quoquo modo defendendum ignave reliquisset, de eo canebatur:

„Scilicet arma minus, quam sacra Otgarie noras!“

Hinc igitur Benedictus, neminem libellos famosos vel cantica in alterius blasphemiam impune compositurum aut cantaturum esse, decrevit (III. 200, 361, 368).

Sedes Moguntina inde a tempore sancti Bonifacii prima et metropolis Germaniae credebatur, sed temporibus Riculphi et Autcarii honore vicariatus carebat et ab archicapellano atque archiepiscopo Iuvavensi in iure suo interpellabatur. Itaque iam Riculphus, teste Alcuino (epist. 182), vetera reformare et in antiquum reponere voluerat ordinem; id quod Autcarius quoque efficere studebat. Licet autem [42] „erga Romanum pontificem valde devoti“ essent, tamen Drogo, episcopus Metensis et archicapellanus, a papa vicarius est constitutus. Autcarius vero ad normam ecclesiae Africanae primates creare voluit; qua de re Pseudo-Isidorus et Benedictus [43] primo de necessitate hos praesules suscipiendi [44], deinde de archiepiscopis, quibus hic tribuendus sit honor [45], denique de munere atque officiis ab iisdem explendis, leges dederunt. Quaecunque autem de sede illa primaria dicebantur, neque in Coloniensem, neque in Iuvavensem quadrabant, optime tamen vel solummodo in Moguntinam. Primus archiepiscoporum hic novus praesul horum ac ceterorum episcoporum iudex, secundus post papam et primus Germaniae pontifex evadere voluit, qui summorum cognitionem negotiorum sibi vindicare debeat. Hoc munere constituto, illud archicapellani in nihilum redigeretur, necesse erat. Ne quis autem episcopus [46], id quod semper ceteris displicuerat, deinceps archicapellanus

38) I. 319, 322, 375. II. 99, 104. III. 390. 39) I. 78, 163, 255. al. Ps. Clementis epist. 3. 40) III. 203, 205, 360. 41) II. 366, 381. III. 109. Ps. Pelagii II. epist. 3. (al. 8.) 42) auctor incert. de Benedicto apud Pithoeum. 43) III. 1. Ps. Anacleti epist. 2. 44) III. 156, 439, 460. Ps. Clementis ep. I. Ps. Iulii ep. 2. c. 12. Ps. Aniceti ep. unic. 45) II. 309. III. 171, 181. — II. 381. III. 89, 156. Ad. IV. 10. — lib. III. 83, 314, 321. Ad. IV. 25. Aegyptiorum epistol. ad Ps. Felicem II. Ps. Anacleti ep. 1. Ps. Felicis I. ep. 2. Ps. Stephani ep. 2. Ps. Iulii ep. 2. al. 46) Hincmar. opuscl. 14. c. 14, 15.

fieret, huiusmodi hominem, quippe indebitum sibi locum usurpantem, sacrilegum esse statuit (II. 387, 396).

Quibus ita expositis, quem ad finem Autcarius falsos decretales adulterataque capitularia componenda curaverit, bene intellexisse credo; sed et hoc, quanti scilicet hic liber ad statum rei publicae tunc temporis cognoscendum conferat, te animadvertisse confido.

Qua re Benedictus insatiabili odio chorepiscopos persecutus sit, non invenio, nisi Reginbaldo, chorepiscopo Moguntino, aliisque honorem et auctoritatem, quibus gaudebant, invideret seque iis non tam praeponeret, quam parem iudicaret [47].

Licet Germani haud magnam huic capitularium collectioni fidem habuerint, tamen Benedictus, sicuti Ragunfridus diaconus Rhemensis, qui a. 853 in synodo Suessionensi accusabatur, quod praecepta regio nomine falsa compilasset, nunquam de fraude sua in ius vocatus est. — Sed nihil semper latet.

Explicit feliciter. Deo gratias.

De conglutinatione istorum et communicatione [a] septem librorum, capitulorum videlicet dominicorum, qualiterque, quibus, et a quibus collecti, ordinati atque conscripti esse monstrantur, sequens indicat lectio et qui etiam istis panduntur versiculis.

Quattuor explicitis, lector venerande, libellis,
Qui canonum recitant iura tenenda satis,
Quosque pater quondam collegit nobilis apte
Ansegisus [b] ovans, ductus amore Dei,
Autcario demum, quem tunc Mogontia summum
Pontificem tenuit, praecipiente pio,
Post Benedictus ego ternos levita libellos
Adnexi, legis quis recitatur opus;
Quos patet inventos, praefatio pandit ut ipsa,
Distinctim titulis suppositisque suis.
Hos igitur relegens devoto pectore biblos,
Gratanter studeas fundere, posco, preces,
Quatinus aeterno donentur munere caelo,
Haec pia sanxerunt qui quoque iura pie.

Incipit sequentium capitulorum praefatio.

Praecedentes quatuor libelli nonnulla gloriosissimorum Karoli atque Hludowici imperatorum continent capitula, quae eorum tempore ab Ansegiso abbate sunt collecta atque in praedictis coacta libellis, sicut in eorundem prooemio continetur. Sed quia ab eo nec media, ut rati sumus [c], sunt forsitan inventa vel collecta, necesse erat, ut a fidelibus ubicunque inveniri potuissent, quaererentur et ob recordationem tantorum principum vel eorumdem capitulorum utilitatem coadunarentur et membranis insererentur atque a fidelibus memoriae commendarentur. Quapropter ea, quae ille aut invenire nequivit, aut inserere fortasse noluit, et illa quae postmodum a fidelibus sanctae Dei ecclesiae et Pippini ac Karoli atque Hludowici didicimus in iamdictis libellis minime esse inserta, pro Dei omnipotentis amore et sanctae Dei ecclesiae ac servorum eius atque totius populi utilitate fideliter investigare curavimus et in tribus subsequentibus libellis distincte cum titulis suis coadunare, ac Hludowico Hlotharioque atque Karolo nobilissimis regibus, filiis scilicet Hludowici piissimi imperatoris, habenda et omnium christianorum fidelibus tradenda scribere non distulimus; ut scirent, qualiter iuxta normam avi, proavi ac genitoris secundum Domini scilicet voluntatem, sicut et illi fecerunt, clerum et populum sibi commissum Domino opem ferente regere mererentur. Haec vero capitula, quae in subsequentibus tribus libellis coadunare studuimus, in diversis locis et in diversis scedulis, sicut in diversis synodis ac placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus, et maxime in sanctae Mogontiacensis metropolis ecclesiae scrinio a Riculfo eiusdem sanctae sedis metropolitano recondita, et demum ab Autgario secundo eius successore atque consanguineo inventa repperimus, quae in hoc opusculo tenore suprascripto inserere maluimus. Monemus ergo lectores, ut si eadem capitula duplicata vel triplicata repperemint, non hoc nostrae imperitiae reputent; quia, ut diximus, diversis ea in scedulis invenimus et ob id tam cito haec emendare nequivimus, sed cunctis scientiae repletis lectoribus haec corrigenda dimisimus. Invenimus insuper quaedam ex his paria initia habentia et inparem finem; quaedam vero pares fines, sed non paria initia; in quibusdam autem minus et in quibusdam plus: et propterea illa sic dimisimus, sicut invenimus. Precamur etiam omnes, ut si deinceps plura ex his invenerint, quae memoratus Ansegisus non inseruit, nec nos potuimus hactenus invenire, ut ea illis in quarto aut quinto libello distincta inserere non pigeat; quatinus ipsi ex hoc gratiam Dei habeant, et clerus ac populus eorum utilitatibus non careat, quoniam valde sunt utilia haec capitula, et scire volentibus oppido profutura, quae pro lege tam ecclesiastica quam et seculari iure firmissimo

a) communione G. b) Anschisus *infra* Ansegisus, *et* Ansighisus G. c) m. veracius G.

47) cf. quoque 36. I. de levitis narrata.

sunt tenenda. Primo igitur in loco posuimus nonnullos versiculos in laudem praedictorum principum metrice compositos. Deinde sequuntur capitula primi libelli, subiectis numeris suis, ut facilius inveneri possit sententia quae quaeritur. His ita peractis est in fronte primi libelli posita Zachariae papae epistola omnibus episcopis ac reliquis ecclesiastici ordinis gradibus et cunctis ducibus atque comitibus omnibusque Deum timentibus [a] per Gallias et Francorum provincias constitutis directa, sicut in ea continetur. Quam secuntur duo synodales conventus, 5 quos sanctae Romanae et apostolicae ecclesiae legatus Bonifacius, memoratae Magontiacensis ecclesiae archiepiscopus, vice supradicti Zachariae papae una cum Karlomanno Francorum principe canonice tenuit; ut agnoscant omnes haec praedictorum principum capitula maxime apostolica auctoritate fore firmata. Post ista quoque quae secuntur, eadem auctoritate maxima ut diximus ex parte et omnium Francorum utriusque ordinis virorum assensu sunt roborata. Secundo vero in libello post capitulorum numerum prima fronte posita sunt quaedam ex lege 10 divina excerpta capitula, sicut ea sparsim in eorum mixta capitulis repperimus, ut omnes haec capitula legibus divinis regulisque canonicis concordare non ignorent. Tertio siquid emin libello post eiusdem libelli capitulorum numerum quaedam ex canonibus a Paulino episcopo et Albino magistro reliquisque iussione Karoli invictissimi principis magistris sparsim collecta sunt inserta capitula; et quibusdam interpositis, sequuntur alia regulae monasticae congruentia; et demum ea quae secuntur, ad sanctae Dei ecclesiae servorumque eius atque totius chri- 15 stiani populi utilitatem sunt conscripta capitula, sicut in eodem continentur libello. Precamur quoque lectores omnes cunctosque iudices et sapientes, ut non ea sinistra interpretatione ullo unquam tempore dignentur exponere, aut quemquam iniuste iudicare, vel eo quod non sint quaedam ex his iuxta regulam grammaticae artis composita, reprehendere; sed pro ipsis principibus eorumque et sanctae Dei ecclesiae fidelibus, qui haec eadem simul cum eis tractaverunt, atque pro nobis, qui ea colligere ac describere certavimus, orare studeant; et iam- 20 dicta capitula pariter nobiscum et cum illis [b] amplecti, venerari, amare legibusque tenere decertent annuente Domino, ut parem omnes ex hoc mercedem habere mereamur. Amen.

Incipiunt versus de praedictis principibus.

Aurea progenies, felici stemmate pollens,
    Francorum virtus, perpetuumque decus, 25
Pippinus quondam micuit sublimiter atque
    Karlomannus agens, quae placuere Deo.
Censores etenim veri pietatis amore
    Ecclesiae leges instituere sacras.
Quas dum lector ovans descriptas legerit istic, 30
    Nec minus et iura posteriora legat.
Hinc cesar Karolus divino munere fretus
    Nobiliter proceres rexit in orbe suos:
Quorum sceptra piis una moderatus habenis
    Cunctorum vicit inclyta gesta patrum; 35
Virtutum gemmis David reliquosque secutus,
    Insigni fama fulsit ubique sui.
Quid memorem multas domuit quas denique gentes,
    E quis et remeans clara trophea tulit?
Nec mirum, coluit dum regis iussa superni, 40
    Decernens sanctis iura tenenda viris;
Ob quae promeruit celestia scandere regna,
    Qua quoque percepit praemia larga satis.
Inde Hludowicus regno successit avito,
    Eximius princeps, divus et orbis apex: 45
Augusto nituit sub quo Germania cultu,
    Cultori tribuens commoda multa suo.
Pacis amator enim caesar pietatis et almae
    Consuluit populis plebibus atque suis.
Scilicet ut regum renovans sancita priorum, 50
    Prudenter titulos adderet ipse pios.
Quapropter moriens penetravit sidera coeli,
    Solvens praecelso cantica digna Deo.
Hinc etiam sequitur soboles veneranda per orbem
    Ipsius insigni nomine digna patris. 55
Hludowicus [c] enim fluvii cis litora Reni
    Imperat et gentes comprimit ecce feras.
Necnon Hlotharius parili ditione potitus
    Francorum cesar sceptra tremenda vehit.
Tum Karolus regnum Francorum sorte retentat, 60
    Nomen avi referens auxiliante Deo.

a) ad D. pertinentibus *G.* b) n. illi a. *BAL.* c) *Pro quatuor sequentibus distichis Bellov. habet:*
Lotharius primum regnum sortitus avitum,
    Arduennae nemoris incola factus ovat.
Hinc Hludowicus heros Rheni cis littora genti 65
    Imperat et populi effera colla terit.
Tunc Karolus, cari species genitoris amata,
    Gallorum coetus ordinat atque domat.
Illis nos, qui fata tenent, loca partibus aequis
    Haec ferimus scripta semper habenda sibi. 70

Nos quibus illa, tenent terni quae iura libelli,
Obtulimus scripta, semper habenda sibi.
Quorum norma docet iugiter nos vivere recte
Et studiis Domino rite placere piis.
5 Haec resecant pravos aequo moderamine mores,
Vivendi normam contribuendo piis.
Namque patrant multi funestas sepe rapinas,
Nonnulli violant templa dicata Deo;
Sunt alii scelerum fedati labe suorum,
10 Fistula quos omnes commemorare nequit.
Sed cohibet tales legum censura sacrarum,
Decretisque vetat ista patrare piis.
Ergo duces laudare decet per carmina fortes,
Munere virtutum qui micuere sacro;
15 Francia sub quorum sceptris tutissima mansit,
Libertate vigens, colla superba terens,
Quam variae gentes dominam timuere severam,
Utpote quas armis caepit ovando suis.
Unde sibi nomen meruit decus atque perenne,
20 De victis populis celsa trophea ferens.
Coelestis patriae donati munere reges
Exultant iugiter et sine fine canunt;
Alta poli cuius subierunt culmina laeti,
Quos devota chelys iam resonavit ovans.
25 Felices nimium, quos aula beata receptans
Coelicolis iunxit civibus ipsa libens.
Non ibi iam metuunt furvas nocuasque tenebras:
Quin potius verae lucis amoena vident.
Sic euangelici [a] testatur pagina bibli,
30 Quod mundi lumen sit Deus altitonans,
Hoc iubar exilarat superorum corda virorum,
Irradiansque procul nubila tetra fugat.
Hoc etiam vatum cecinit pulcherrime quidam,
Olim quod dominus lux sit [b] amanda [c] Deus.
35 Cui decus et virtus, laus et veneratio semper,
Imperiumque manet cuncta per aeva sacrum.
Ipse tibi tribuat prolixae tempora pacis,
Credita qui plebi fersque talenta tibi.

Incipiunt capitula quinti libelli.

a) et angelici *G.* b) luxit *G.* lusit *BAL.* c) amando *G. BAL.*

43. *De presbiteris, a quibus per ecclesias constituantur.*
44. *De honore pro aecclesiis dando.*
45. *De decimis dispensandis.*
46. *De ecclesiis vel altaribus inmeliorandis.*
47. *De ecclesiis vel altaribus ambiguis.*
48. *De linteis altaribus praeparandis.*
49. *De parochianis alterius presbiteri.*
50. *De parrochia alterius presbiteri.*
51. *De termino ecclesiarum.*
52. *De rebus presbiterorum.*
53. *De poenitentibus non cogendis vinum bibere.*
54. *De presbiteris, a quibus se caveant.*
55. *De presbiteris qui agenda in domiciliis caelebraverint.*
56. *De praedicatione vel capitulis presbiterorum.*
57. *De eucharistia.*
58. *De ampullis tribus in caena Domini habendis.*
59. *Ut omnes clerici episcopis suis subiecti sint.*
60. *De ordine sacerdotum.*
61. *De eo qui non confitetur Dei verbum passum carne.*
62. *De modo excommunicationis, tam de clericis, quam de laicis.*
63. *De his qui a synodo vel a suo episcopo damnati sunt.*
64. *De episcopis vel quibuslibet ex clero.*
65. *De die dominica, qualiter observanda est.*
66. *De ignotis angelorum nominibus.*
67. *De mulieribus, ne ad altare accedant.*
68. *De episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.*
69. *De maleficis vel incantatoribus.*
70. *De negotio clericorum inter se.*
71. *De conspiratione clericorum vel monachorum seu laicorum.*
72. *De fide sanctae Trinitatis praedicanda.*
73. *De his qui se convertunt ad Deum.*
74. *De his qui non sunt bonae conversationis.*
75. *De his qui cum excommunicato communicaverunt.*
76. *De subiectione presbiterorum.*
77. *De clericis ecclesiastici ordinis.*
78. *De falsis nominibus sanctorum.*
79. *De uxore a viro dimissa.*
80. *De oblatis pauperum.*
81. *De ieiuniis a sacerdotibus constitutis.*
82. *De his qui contra naturam peccant.*
83. *De nominibus recitandis.*
84. *De canonum institutis a presbiteris non ignorandis.*
85. *De sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
86. *De fide presbiterorum ab episcopis discutienda.*
87. *De presbiteris in ecclesiis constituendis ab episcopis et non ab aliis.*
88. *De villis novis in ecclesiis in eis noviter constitutis.*
89. *De presbiteris, qui feminas in domibus habent.*
90. *De scriptoribus.*
91. *De incestuosis.*
92. *De communicatione fidelium.*
93. *De confugio ad ecclesiam.*
94. *De admonitione sacerdotum.*
95. *De praedicatione ad plebem.*
96. *De eruditione filiorum a parentibus vel patrinis.*
97. *De ecclesiis antiquitus constitutis.*
98. *De his qui sine consensu episcopi presbiteros in ecclesiis constituunt vel de ecclesiis eiciunt.*
99. *De ecclesiis inter coheredes divisis.*
100. *De manso ad ecclesiam dato.*
101. *De his qui decimas dare nolunt, nisi a se redimantur.*
102. *De testibus ad rem quamlibet discutiendam.*
103. *De causa ebrii hominis et de eius testimonio et de placito comitis.*
104. *De hoc, si presbiteri sanctum chrisma dederint ad iudicium subvertendum.*
105. *De placito centenarii.*
106. *De raptu viduarum.*
107. *De homine publicam poenitentiam agente interfecto.*
108. *De observatione praeceptorum dominicorum.*
109. *De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis.*
110. *De commutationibus utilibus permanendis, inutilibusque delendis.*
111. *De ecclesiae consecratione, in qua mortuorum cadavera sunt sepulta.*
112. *De officio laicorum.*
113. *De stultorum voto solvendo.*
114. *De non prodendo a presbiteris crimen episcopi.*
115. *De parochianis alterius presbiteri.*
116. *De manus impositione et resolutione canonica.*
117. *De poenitente cuius crimen pervulgatum est.*
118. *De poenitentibus qui eucharistiam acceperint in infirmitate positi.*
119. *De remedio poenitentiae, et quod absolutio poenitentum per manus impositionem episcoporum supplicationibus fiat. Propter quod necesse est ut reatus peccatorum ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur, etiamsi periculo mortis urgente statim post acceptionem poenitentiae et reconciliatio subsequatur. Ex epistola papae Leonis ad Theodorum Foroiuliensem episcopum.*
120. *Item de poenitentum absolutione, ut per manus impositionem episcoporum vel sacerdotum precibus fiat.*
121. *Ut poenitens ostensis poenitentiae fructibus ad communionem recipiatur.*
122. *Ut poenitentes tempore quo poenitentiam petunt, super caput cilicium a sacerdote consequantur.*
123. *Ut omni tempore ieiunii manus poenitentibus a sacerdote imponatur.*
124. *Ut lapsi per manus impositionem episcopi absolvantur.*
125. *Ut poenitentes communicent, qui ante reconciliationem moriuntur.*
126. *De his, qui convivio gentilium usi sunt.*
127. *Ut criminalia peccata multis ieiuniis et crebris manus impositionibus a sacerdotibus purgentur.*
128. *Ut poenitentibus iuxta canonicam auctoritatem poenitentia detur, et ante suspensos a communione excubare faciant ad ecclesiae officium.*
129. *De his qui separati a communione fuerint poenitentibus.*
130. *Ne in confinio mortis poenitens a reconciliatione diutius suspendatur. Et ut oblatio eius qui poenitens, necdum reconciliatus, de hac vita exierit, ab ecclesia recipiatur.*
131. *De presbiteris vel diaconibus graviori noxa convictis.*
132. *De poenitentibus, qui ex gravioribus levioribusque commissis poenitentiam gerunt.*
133. *De his qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt.*
134. *Ut poenitentes, qui ex gravioribus peccatis poenitentiam gerunt, tribus annis sint inter audientes, si veram poenitentiam gesserint.*
135. *De caticumenis non praetereundis.*
136. *Ut qui poenitentiam publice gerunt, uno anno sint cum cilicio inter audientes.*
137. *De poenitentibus transgressoribus.*
138. *Ut poenitentibus absque personarum acceptione poenitentia detur.*
139. *De neglegentioribus poenitentibus.*
140. *De eo qui poenitentiam in infirmitate petit.*
141. *Ut poenitentes non se credant absolutos, nisi per manus impositionem.*
142. *De poenitentibus, qui antequam leges poenitentiae exsequantur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint.*
143. *De loco monasteriorum vel aedificiis providendis.*
144. *Ut episcopi sciant qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant.*
145. *Ut presbiteri chrisma diligenter custodiant.*
146. *Ut presbiteri utantur assidue orariis.*
147. *Ne laici presbiteros eiciant de ecclesiis.*
148. *Ne laici a presbiteris munera exigant.*
149. *De fugitivis clericis.*
150. *De laetania maiore.*
151. *De quatuor temporibus observandis.*

152. *De indicto ieiunio.*
153. *De dominicis diebus.*
154. *De decimis.*
155. *Ut ecclesiae pacem habeant.*
156. *Iterum de pace ecclesiarum.*
157. *Ut antiquae ecclesiae honorem suum habeant.*
158. *De beneficiis ecclesiasticis.*
159. *Ne presbiter missam solus cantet.*
160. *De oblatione et pace in ecclesia facienda.*
161. *De symbolo et oratione dominica.*
162. *Ut malum ebrietatis omnino vitetur.*
163. *De spiritualibus filiolis.*
164. *Ut canticum luxuriosum circa ecclesias deseratur.*
165. *De incestuosis.*
166. *Ne in quarta aut in quinta aut sexta generatione coniugium copuletur.*
167. *Ne proprius filius de baptismo suscipiatur vel ad confirmationem teneatur.*
168. *De damnatis nuptiis.*
169. *De cura et praedicatione sacerdotum erga populum sibi commissum, et ut facinerosos extra ecclesiam eiciant.*
170. *Ut presbiteri omnes suos subiectos orationem dominicam et simbolum doceant.*
171. *Quibus temporibus baptizandum sit.*
172. *Quod nullum pretium pro baptismo accipi debeat.*
173. *De decimis, ut fideliter a fidelibus dentur et canonice a presbiteris dividantur.*
174. *De presbiteris, ut seculares non exerceant curas, neque iudices villarum fiant.*
175. *Ut in titulis quibus presbiteri consecrantur, ante suam promotionem stabilitatem promittant.*
176. *Ne feminae cum presbiteris habitent.*
177. *De presbiteris vel clericis fugitivis.*
178. *Ut in domibus non consecratis nequaquam missa celebretur.*
179. *Ut presbiteri, diaconi vel subdiaconi nec arma portent nec venationem exerceant.*
180. *Quod non liceat mulieri velum sive sponte sive non sponte acceptum dimittere.*
181. *Ut res pauperum vel minus potentum mala occasione non emantur.*
182. *De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de convenientia episcoporum cum laicis.*
183. *De eo, qui causam iudicatam repetere praesumit.*
184. *De colonis et fiscalinis.*
185. *De vita canonicorum.*
186. *De presbiteris occisis.*
187. *De accusatione episcopi.*
188. *Quod non liceat monasteria Deo sacrata diversoria fieri secularia.*
189. *Ut coniurationes vel conspirationes non fiant.*
190. *De illis, qui res ecclesiae tenent.*
191. *De servo ecclesiae in furtu comprehenso.*
192. *De his qui clericum iniuriaverint.*
193. *Ut homicidis vel caeteris reis, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, nullus eis victus detur.*
194. *De decimis per iussionem episcopi dispensandis.*
195. *Qualiter de latronibus faciendum sit.*
196. *De periuriis.*
197. *De latronibus iuste peremptis, et de hominibus iniuste punitis.*
198. *De nonis et decimis vel censu ecclesiarum.*
199. *De tributariis ecclesiarum.*
200. *Ut sacramentum pro ghildonia non fiat.*
201. *Ut iterantibus nullus impedimentum faciat.*
202. *De teloneis forbannitis.*
203. *Ut mancipia non sine testibus vendantur.*
204. *Qualiter de comitibus vel de vassis dominicis iustitias non facientibus agendum sit.*
205. *De his, qui pretium pro faida recipere et iustitiam facere nolunt.*
206. *De latronibus bis per membra et tertio per vitam puniendis.*
207. *Decretale precum quorundam episcoporum.*
208. *Quod res ecclesiarum vota sint fidelium, pretia peccatorum, et patrimonia pauperum; quibus non solum conlata conservanda, sed etiam alia augenda sunt.*
209. *De conlatis ecclesiae dividendis.*
210. *De ordinatione servorum.*
211. *De personis a quibus non sunt res accipiendae.*
212. *Ut nullus presbiter aliqua cupiditate quemquam tonsurare suadeat.*
213. *De presbiteris constituendis.*
214. *De mansis uniuscuiusque ecclesiae.*
215. *De presbiteris uniuscuiusque ecclesiae.*
216. *De sacris vasis ecclesiae ad pignus datis.*
217. *De ecclesiis destructis, vel de nonis et decimis.*
218. *De presbiteris, qui feminas in domibus habent.*
219. *De presbiteris, qui pro chrismate in coena Domini veniebant.*
220. *De praedicatione et confirmatione episcoporum.*
221. *De pueris tondendis et puellis velandis.*
222. *De feminis viros amittentibus.*
223. *De raptis et de earum raptoribus.*
224. *De puellis raptis necdum desponsatis.*
225. *De desponsatis et ab aliis raptis.*
226. *De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.*
227. *De puellis, quo tempore velentur.*
228. *De examinatione sanctae crucis non facienda.*
229. *De pabulo verbi divini nuntiando.*
230. *De homicidiis in ecclesiis vel in atriis earum perpetratis.*
231. *De iniuriis in ecclesiis sacerdotum factis.*
232. *De viduis et pupillis et pauperibus.*
233. *De raptu viduarum.*
234. *De homine publicam poenitentiam agente interfecto.*
235. *Ut omnis homo liber potestatem habeat ubicunque voluerit res suas dare pro salute animae suae.*
236. *De homicidiis prohibendis.*
237. *Quid in compositionem wirgildi dari non debeat.*
238. *De raptu alienarum sponsarum.*
239. *De falsis testibus convincendis.*
240. *De concordia episcoporum et comitum.*
241. *De latronibus, homicidis, adulteris, incestuosis, sub magna districtione coercendis.*
242. *De invasione aliorum rerum.*
243. *Pro qua re in praesentiam regis venire quis debeat.*
244. *Ne noviter conversi cito ad aliqua mittantur exercenda negotia.*
245. *Quid de his agendum sit qui, gratia fugiendi debitum servitium, seculum relinquunt.*
246. *Quid tempore famis ac cuiuslibet tribulationis agendum sit.*
247. *Ut infra patriam arma non portentur. Et qualiter discordantes ad pacem cogantur redire.*
248. *De armaturis et bruniis habendis.*
249. *De his, qui iudiciis scabinorum adquiescere nolunt.*
250. *Quod regi et senioribus tantum fidelitas per sacramentum promitti debeat. Et ut caetera sacramenta legaliter fiant.*
251. *Ut si conspirationes factae fuerint, triplici ratione iudicentur.*
252. *Qualiter de testibus agendum sit, qualesque ad testimonium adducantur.*
253. *Quales personae ad causas discutiendas et terminandas eligi debeant.*
254. *De teloneis, quae de mercatis et navigiis vel aliis, aut quaecunque iniuste exiguntur, quid fieri debeat.*
255. *De his, qui ex seculo ad monasteria converti volunt.*
256. *De hominibus pauperibus liberis, ut a potentioribus non opprimantur iniuste.*
257. *De ecclesiis sive sanctis noviter inventis.*
258. *Ut heribannus absque personarum acceptione fideliter ab omnibus exigatur.*

43. *De presbiteris, a quibus per ecclesias constituantur.*
44. *De honore pro aecclesiis dando.*
45. *De decimis dispensandis.*
46. *De ecclesiis vel altaribus inmeliorandis.*
47. *De ecclesiis vel altaribus ambiguis.*
48. *De linteis altaribus praeparandis.*
49. *De parochianis alterius presbiteri.*
50. *De parrochia alterius presbiteri.*
51. *De termino ecclesiarum.*
52. *De rebus presbiterorum.*
53. *De poenitentibus non cogendis vinum bibere.*
54. *De presbiteris, a quibus se caveant.*
55. *De presbiteris qui agenda in domiciliis caelebraverint.*
56. *De praedicatione vel capitulis presbiterorum.*
57. *De eucharistia.*
58. *De ampullis tribus in caena Domini habendis.*
59. *Ut omnes clerici episcopis suis subiecti sint.*
60. *De ordine sacerdotum.*
61. *De eo qui non confitetur Dei verbum passum carne.*
62. *De modo excommunicationis, tam de clericis, quam de laicis.*
63. *De his qui a synodo vel a suo episcopo damnati sunt.*
64. *De episcopis vel quibuslibet ex clero.*
65. *De die dominica, qualiter observanda est.*
66. *De ignotis angelorum nominibus.*
67. *De mulieribus, ne ad altare accedant.*
68. *De episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.*
69. *De maleficis vel incantatoribus.*
70. *De negotio clericorum inter se.*
71. *De conspiratione clericorum vel monachorum seu laicorum.*
72. *De fide sanctae Trinitatis praedicanda.*
73. *De his qui se convertunt ad Deum.*
74. *De his qui non sunt bonae conversationis.*
75. *De his qui cum excommunicato communicaverunt.*
76. *De subiectione presbiterorum.*
77. *De clericis ecclesiastici ordinis.*
78. *De falsis nominibus sanctorum.*
79. *De uxore a viro dimissa.*
80. *De oblatis pauperum.*
81. *De ieiuniis a sacerdotibus constitutis.*
82. *De his qui contra naturam peccant.*
83. *De nominibus recitandis.*
84. *De canonum institutis a presbiteris non ignorandis.*
85. *De sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
86. *De fide presbiterorum ab episcopis discutienda.*
87. *De presbiteris in ecclesiis constituendis ab episcopis et non ab aliis.*
88. *De villis novis in ecclesiis in eis noviter constitutis.*
89. *De presbiteris, qui feminas in domibus habent.*
90. *De scriptoribus.*
91. *De incestuosis.*
92. *De communicatione fidelium.*
93. *De confugio ad ecclesiam.*
94. *De admonitione sacerdotum.*
95. *De praedicatione ad plebem.*
96. *De eruditione filiorum a parentibus vel patrinis.*
97. *De ecclesiis antiquitus constitutis.*
98. *De his qui sine consensu episcopi presbiteros in ecclesiis constituunt vel de ecclesiis eiciunt.*
99. *De ecclesiis inter coheredes divisis.*
100. *De manso ad ecclesiam dato.*
101. *De his qui decimas dare nolunt, nisi a se redimantur.*
102. *De testibus ad rem quamlibet discutiendam.*
103. *De causa ebrii hominis et de eius testimonio et de placito comitis.*
104. *De hoc, si presbiteri sanctum chrisma dederint ad iudicium subvertendum.*
105. *De placito centenarii.*
106. *De raptu viduarum.*
107. *De homine publicam poenitentiam agente interfecto.*
108. *De observatione praeceptorum dominicorum.*
109. *De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis.*
110. *De commutationibus utilibus permanendis, inutilibusque delendis.*
111. *De ecclesiae consecratione, in qua mortuorum cadavera sunt sepulta.*
112. *De officio laicorum.*
113. *De stultorum voto solvendo.*
114. *De non prodendo a presbiteris crimen episcopi.*
115. *De parochianis alterius presbiteri.*
116. *De manus impositione et resolutione canonica.*
117. *De poenitente cuius crimen pervulgatum est.*
118. *De poenitentibus qui eucharistiam acceperint in infirmitate positi.*
119. *De remedio poenitentiae, et quod absolutio poenitentum per manus impositionem episcoporum supplicationibus fiat. Propter quod necesse est ut reatus peccatorum ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur, etiamsi periculo mortis urgente statim post acceptionem poenitentiae et reconciliatio subsequatur. Ex epistola papae Leonis ad Theodorum Foroiuliensem episcopum.*
120. *Item de poenitentum absolutione, ut per manus impositionem episcoporum vel sacerdotum precibus fiat.*
121. *Ut poenitens ostensis poenitentiae fructibus ad communionem recipiatur.*
122. *Ut poenitentes tempore quo poenitentiam petunt, super caput cilicium a sacerdote consequantur.*
123. *Ut omni tempore ieiunii manus poenitentibus a sacerdote imponatur.*
124. *Ut lapsi per manus impositionem episcopi absolvantur.*
125. *Ut poenitentes communicent, qui ante reconciliationem moriuntur.*
126. *De his, qui convivio gentilium usi sunt.*
127. *Ut criminalia peccata multis ieiuniis et crebris manus impositionibus a sacerdotibus purgentur.*
128. *Ut poenitentibus iuxta canonicam auctoritatem poenitentia detur, et ante suspensos a communione excubare faciant ad ecclesiae officium.*
129. *De his qui separati a communione fuerint poenitentibus.*
130. *Ne in confinio mortis poenitens a reconciliatione diutius suspendatur. Et ut oblatio eius qui poenitens, necdum reconciliatus, de hac vita exierit, ab ecclesia recipiatur.*
131. *De presbiteris vel diaconibus graviori noxa convictis.*
132. *De poenitentibus, qui ex gravioribus levioribusque commissis poenitentiam gerunt.*
133. *De his qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt.*
134. *Ut poenitentes, qui ex gravioribus peccatis poenitentiam gerunt, tribus annis sint inter audientes, si veram poenitentiam gesserint.*
135. *De caticumenis non praetereundis.*
136. *Ut qui poenitentiam publice gerunt, uno anno sint cum cilicio inter audientes.*
137. *De poenitentibus transgressoribus.*
138. *Ut poenitentibus absque personarum acceptione poenitentia detur.*
139. *De neglegentioribus poenitentibus.*
140. *De eo qui poenitentiam in infirmitate petit.*
141. *Ut poenitentes non se credant absolutos, nisi per manus impositionem.*
142. *De poenitentibus, qui antequam leges poenitentiae exsequantur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint.*
143. *De loco monasteriorum vel aedificiis providendis.*
144. *Ut episcopi sciant qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant.*
145. *Ut presbiteri chrisma diligenter custodiant.*
146. *Ut presbiteri utantur assidue orariis.*
147. *Ne laici presbiteros eiciant de ecclesiis.*
148. *Ne laici a presbiteris munera exigant.*
149. *De fugitivis clericis.*
150. *De laetania maiore.*
151. *De quatuor temporibus observandis.*

259. De hominibus vel feminis liberis, qui cum fiscalinis se coniungunt.
260. Ut oratio dominica et simbolum et lex seu capitula regum diligenter intellegantur.
261. De occisione clericorum et sacerdotum atque monachorum.
262. De damnis in immunitatibus factis.
263. De furibus infra emunitatem retentis quid agendum sit.
264. De locis ad claustra canonicorum facienda.
265. De emptione, tempore messis, causa cupiditatis et turpis lucri.
266. De stabilitate episcoporum vel clericorum.
267. De ecclesiis vel altaribus ambiguis.
268. De ebrietate.
269. De admonitione ad comites pro utilitate sanctae Dei ecclesiae.
270. De admonitione ad laicos pro honore ecclesiastico conservando.
271. De admonitione ad episcopos vel comites pro concordia ad invicem et cum caeteris fidelibus.
272. De operibus in restaurationem ecclesiarum adimplendis.
273. De comitibus ut ministris ecclesiae in suis ministeriis adiutores sint.
274. Ut de incestuosis et his, qui decimas non dant, ab episcopis et presbiteris, et de neglegenter viventibus, wadii non accipiantur.
275. De ecclesiis destructis.
276. De his, qui nonas et decimas dare neglexerunt.
277. De his, qui restaurationes ecclesiarum neglegunt.
278. De his, qui agros dominicatos ideo neglegunt, ut nonas exinde non persolvant.
279. Ut intellegatur, in quo facto immunitas frangatur.
280. De iustitiis generalibus.
281. De animalibus vel aliis rebus, a quibus emantur.
282. De eo, qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat.
283. De heribannatoris coniecto.
284. De colonis et fiscalinis.
285. De falsis testibus.
286. De hominibus ad mortem diiudicatis, et postea eis vita concessa, si iustitias quaesierint.
287. De homine cui post iudicium vita concessa est, si iustitiam reddere noluerit.
288. De liberis hominibus qui ad mallum venire cogendi sunt.
289. De testibus ad testimonium dicendum, qualiter adhibeantur.
290. De iustitia cuiuslibet a nullo quolibet dilatanda.
291. De nimium blasphemis latronibus.
292. De testibus ad rem quamlibet discutiendam eligendis.
293. De placito centenarii.
294. De placitis a missis dominicis comitibus notum faciendis.
295. De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis post obitum maritorum accipere debeant.
296. De falsis testibus convincendis.
297. De terra tributaria.
298. De terra censali.
299. De observatione praeceptorum dominicorum.
300. De eo qui propriam derelinquit uxorem vel sine culpa interficit, et aliam ducit.
301. De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in terra dominica resident, ad testimonium non recipiendis.
302. De presbiteris, diaconibus, et reliquis ex clero canones sancti Sylvestri et aliorum 84. episcoporum.
303. Ex capitulis domni Karoli, qualiter ex factis aut mansis vel curtis servitium agatur.
304. Ut episcopi incestos emendent et corrigant.
305. Ut ea conserventur, quae in placitis et sinodis Pippinus rex constituit.
306. De eo, qui a servo alieno aliquid comparaverit.
307. Ut ecclesiarum negotia a iudice continuo audiantur.
308. Ut iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.
309. Ut qui socii criminis sunt, non admittantur testes.
310. De nuptiis incestis prohibendis.
311. Ut de absentibus non iudicetur.
312. Ut clementior severiori praeferatur sententia.
313. Ut qui de se confessus est, super alium non credatur.
314. De testimonio unius hominis non accipiendo.
315. Ut contra episcopos nullus graviter aut leviter agat.
316. Quod per Spiritum sanctum remissio fit peccatorum.
317. De quatuor vitiis, quae fidem catholicam commaculant.
318. Quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus, eiusque caput Christus sit.
319. Quod eiusdem ecclesiae corpus in duabus principaliter dividatur eximiis personis.
320. Ut chorepiscopi modum mensurae, qui in sacris canonibus praefixus est non excedant.
321. De chorepiscopis, qui in vicis commorantur.
322. De honore et obedientia episcoporum et reliquorum sacerdotum.
323. De quatuor neglegentiis sacerdotum.
324. De presbiteris qui in suis domibus feminas habent.
325. De presbiteris qui contra statuta canonum villici fiunt.
326. Quod conversatio sacerdotalis testes vitae probabiles habeat.
327. Ut episcopi in rebus ecclesiae circa propinquos suos exponendis reprehensionem caveant, et ut discretionis modum teneant.
328. Quod nonnulli episcopi sibi subiectos canonicos, monachos et sanctimoniales neglegant.
329. De episcopis, abbatibus et sacerdotibus, qui propria loca relinquunt.
330. De laicorum clericis.
331. De monachis et presbiteris sive clericis, qui passim palatium adeunt.
332. Ut non sit sanguinis christianorum temeraria effusio.
333. De abbatibus canonicis et regularibus, vel abbatissis.
334. Ut capellae absque iussu sive permissu proprii episcopi non fiant.
335. Ut omnes, qui in fide catholica suspecti sunt, in testimonio humano dubii habeantur.
336. Ut si quis ministros ecclesiae iniuriaverit, hoc tripliciter componat.
337. Ut si quis contumax reverentiam ecclesiarum non habet, quingentos componat solidos.
338. Ut cuncta, quae circa ecclesias earumque ministros antiquitas sancta statuit, inviolata persistant.
339. De praediis Deo dicatis.
340. De eo, qui die dominico opera servilia fecerit.
341. De eo, qui infra regnum per vim aliquid rapuerit.
342. De eo qui alienum servum ad furtum suaserit.
343. De fure nocturno tempore capto.
344. De eo, qui de fure nesciens aliquid comparaverit.
345. De eo, qui occulte in nocte vel in die alterius animal occiderit.
346. De eo, qui occiderit alienum animal, et non negaverit.
347. De eo, qui furtivam rem scienter emerit.
348. De eo, qui de latrone furtivam rem scienter ad custodiendum acceperit.
349. De sacramentis leviter non iurandis.
350. De eo, qui contra caput alterius falsa suggesserit.
351. De eo, qui per invidiam vel dolum liberi vel servi domum incenderit.
352. Ut si quis servum iniuste accusaverit alienum, domino simile mancipium pro hoc facto reddat.
353. De via publica.
354. De via convicinali.
355. De eo, qui fontem coinquinaverit.
356. De eo, cui aurum vel argentum aut ornamentum commendata fuerint.

Incipit libellus quintus.

1. *Epistola Zachariae papae Francis et Gallis directa.* Zacharias papa universis episcopis, presbiteris, diaconibus, abbatibus, cunctis etiam ducibus, comitibus 40 omnibusque Deum timentibus per Gallias et Francorum provincias constitutis. Referente nobis reverentissimo atque sanctissimo fratre nostro Bonifacio episcopo, quod dum sinodus adgregata esset in provincia vestra iuxta nostram commonitionem, mediantibus filiis nostris Pip-45 pino et Karlomanno principibus vestris, peragente etiam vice nostra metropolitano Bonifacio, Dominus inluminasset corda vestra cum principibus vestris in praedicationem eius, ut omnibus commonitionibus eius obediretis et falsos et scismaticos et homicidas et fornicarios a 50 vobis expelleretis sacerdotes, omnipotenti Deo nostro gratias egimus, et pro vobis incessanter sumus orantes, ut qui coepit in vobis opus bonum, perficiat usque in finem. Obsecramus enim omnes vos coram Deo, ut eius commonitionibus firmiter obediatis: ipsum enim vice 55 nostra in partibus illis ad praedicandum constitutum habemus, ut vos Deo propitio ad viam perducat rectitudinis, et a cunctis facinoribus salvi esse possitis. Habuistis enim peccatis facientibus nunc usque falsos et erroneos sacerdotes. Unde et cunctae paganae gentes 60 vobis pugnantibus praevalebant, quia non erat differentia inter laicos et sacerdotes, quibus pugnare licitum non est. Qualis enim victoria datur, ubi sacerdotes una hora dominica pertractant mysteria et christianis dominicum porrigunt corpus pro suarum animarum redem-65 ptione, et post christianos, quibus hoc ministrare debuerant, aut paganos, quibus Christum praedicare, propriis sacrilegisque manibus necant; praecipue dicente eis Domino: *Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur fo-70 ras, et conculcetur ab hominibus.* Et dum haec ita sint, et tales in vobis fuerint sacerdotes, quomodo victores contra vestros inimicos esse poteritis? Nam si mundos et castos ab omni fornicatione et homicidio liberos habueritis sacerdotes, ut sacri praecipiunt canones et nostra vice praedicat praefatus Bonifacius frater noster, et ei in omnibus obedientes extiteritis, nulla gens vestrum ante conspectum stabit; sed corruent ante faciem vestram omnes paganae gentes, et eritis victores; insuper et bene agentes, vitam possidebitis aeternam. Vos autem, carissimi fratres, qui estis veri sacerdotes vel sub regali disciplina constituti, sic vosmetipsos exhibete, ut certos ministros Dei et dispensatores mysteriorum Dei, ut non vituperetur ministerium vestrum [a], ne fiat in vobis sicut scriptum est: *Erit, sicut populus, sic et sacerdos.* Et si hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus, aut qualis a Deo expectatur retributio? Sed sic vos corrigite ut veri sacerdotes. Et tales ad sacerdotium perducite, ut et vobis et illis testimonium maneat bonum ab his, qui foris sunt; quatinus ab hominibus vobis adquiratis laudem et a Deo mercedis praemium in aeterna beatitudine percipere mereamini, eo quod per vos ad Christi perducti sunt rectam fidem, innoxios habentes sacerdotes. Ad synodum namque omni anno convenite ad pertractandum de unitate ecclesiae, ut si quid adversi acciderit, radicitus amputetur, et Dei ecclesia maneat inconcussa. Bene valete.

2. *Incipit synodus cum actibus suis, iussione apostolica a sancto Bonifatio et Francorum episcopis sub Karlomanno duce habita anno incarnationis dominicae* 742 [b]. In nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Karlomannus dux et princeps Francorum, anno ab incarnatione Christi 742, 11 videlicet Kalendas Maias [c], cum consilio servorum Dei et optimatum meorum episcopos qui in regno meo sunt, cum presbiteris, ad concilium et syno-

a) nostrum *G.* b) DCCLXII *G.* c) mar *G.*

dum pro timore Christi congregavi, id est Bonifacium archiepiscopum, et Burchardum et Regenfridum et Wiztanum[a] et Witbaldum et Dadanum et Eddanum ac reliquos episcopos cum presbiteris eorum, ut mihi consilium dedissent, quomodo lex Dei et ecclesiastica religio recuperetur, quae in diebus praeteritorum principum dissipata corruit, et qualiter populus christianus ad salutem animae pervenire possit et per falsos sacerdotes deceptus non pereat. Et per consilium sacerdotum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos, et constituimus super eos archiepiscopum Bonifacium, qui est missus sancti Petri. Statuimusque per annos singulos synodum congregare, ut nobis praesentibus canonum decreta et ecclesiae iura restaurentur, et religio christiana emendetur. Et fraudatas pecunias ecclesiarum ecclesiis restituimus et reddidimus; falsos vero presbiteros et adulteros, vel fornicatores, diaconos et clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus et degradavimus, et ad poenitentiam coegimus. Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illis tantummodo, qui propter divinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimplenda et sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt; id est unum vel duos episcopos[b] cum capellanis presbiteris princeps secum habeat, et unusquisque praefectus unum presbiterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possit. Necnon et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus: similiter ut acceptores[c] et falcones non habeant. Decrevimus quoque iuxta sanctorum canones, ut unusquisque presbiter in parrochia habitans[d] episcopo subiectus sit illi, in cuius parrochia habitat, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui, sive de baptismo, seu de fide catholica, sive de precibus et ordine missarum episcopo reddat et ostendat. Et quandocunque iure canonico episcopus circumeat parrochiam populos ad confirmandos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in coena Domini semper novum chrisma ab episcopo quaerat. Ut episcopo testis adsistat castitatis et vitae et fidei et doctrinae illius. Statuimus etiam, ut secundum cautelam omnes undecunque supervenientes ignotos episcopos vel presbiteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus. Decrevimus quoque, ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem habeat, adiuvante graphione, qui defensor ecclesiae est, ut populus Dei paganias non faciat; sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat, sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive fylacteria et auguria, sive incantationes, sive hostias immolatitias, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini[e] et suos sanctos ad iracundiam provocantes, sive illos sacrilegos ignes, quos Nedfratres vocant, sive omnes, quaecunque sunt, paganorum observationes[f] diligenter prohibeant. Statuimus similiter ut si post hanc synodum, quae fuit 11. Kalendas Maias, unusquisquis[g] servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, ut in carcere poenitentiam faciat in pane et aqua. Et si ordinatus presbiter sit, duos annos in carcere permaneat, et antea flagellatus et scorticatus videatur; et post episcopus adaugeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus vertentem annum ibi poenitentiam agat. Similiter et nonnanes[h] velatae eadem poenitentia contineantur, et radantur omnes capilli capitis eius. Decrevimus quoque ut presbiteri vel diaconi non sagis laicorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei. Et nullus in sua domo mulierem habitare permittat. Et ut monachi et ancillae Dei monasteriales iuxta regulam sancti Benedicti coenobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare et vivere studeant, et vitam propriam degere secundum praedicti patris ordinationem non neglegant.

3. *Item altera synodus a supradictis episcopis ac principe apostolica auctoritate Kalendas*[i] *Martias Lyptinas habita.* Modo in hoc synodali conventu qni congregatus est Kalendas Martias in loco qui dicitur Lyptinas, omnes venerabiles sacerdotes Dei et comites et praefecti prioris synodi decreta consentientes firmaverunt, seque ea implere velle et observare promiserunt. Et omnis ecclesiastici ordinis clerus; episcopi et presbiteri et diaconi cum reliquis clericis, suscipientes antiquorum patrum canones promiserunt, se velle ecclesiastica iura moribus et doctrinis et ministerio recuperare. Abbates vero et monachi receperunt regulam sancti patris Benedicti ad restaurandam normam regularis vitae. Fornicatores namque et adulteros clericos[k], qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, praecipimus inde tollere et ad poenitentiam redigere[l]. Et si post hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint, prioris synodi iudicium sustineant. Similiter et monachi et nonnae[m]. Statuimus quoque cum consilio servorum Dei et populi christiani, propter imminentia bella et persecutiones caeterarum gentium quae in circuitu nostro sunt, ut sub precario et censu aliquam partem ecclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casa solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel monasterium reddantur; eo modo, ut si moriatur ille, cui pecunia commodata[n] fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita sit; et iterum, si necessitas cogat aut princeps iubeat, precarium renovetur et rescribatur novum. Et omnino observetur, ut ecclesiae vel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario praestita sit. Sed si paupertas cogat, ecclesiae et domui Dei reddatur integra possessio. Similiter praecipimus, ut iuxta decreta canonum adulteria et incesta matrimonia, quae non sunt legitima, prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio; et ut mancipia christiana paganis non tradantur. Decrevimus quoque, quod et pater meus ante praecipiebat, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur et damnetur quindecim solidis.

4. *De fide catholica et primo praecepto legis.* Primo omnium admonemus, ut fides catholica ab episcopis et presbiteris diligenter legatur, omnique populo praedicetur. Hoc enim primum praeceptum domini Dei omnipotentis est in lege: *Audi, Israhel, quia dominus Deus tuus Deus unus est.* Et ut ille diligatur ex toto corde, et ex tota mente, et ex tota anima, et ex tota virtute.

5. *De pace et concordia servanda.* Ut pax sit et concordia et unanimitas cum omni populo christiano inter episcopos, abbates, comites, iudices et omnes ubique seu maiores seu minores personas; quia nihil Deo sine pace placet, nec munus sanctae oblationis ad altare, sicut in euangelio ipso Domino praecipiente legimus. Et ut est illud secundum mandatum in lege: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Item in euangelio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et iterum: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim praecepto discernuntur filii Dei et filii diaboli, quia filii diaboli semper dissentiones et discordias movere satagunt, filii autem Dei semper paci et dilectioni student.

6. *De eo qui a presbitero non baptizato baptizatus est.* Si quis baptizatus est a presbitero non baptizato, et sancta Trinitas in ipso baptismo invocata fuit, bapti-

a) Guntharium *G.* b) presbiteros *Tilian. Trec.* c) vel accipitres *G. in margine.* d) habitat *G.* e) c. Deum et *Colb. Rivip. BAL.* f) obseruationibus *G.* g) ut quisquis *G.* h) nonanes *G.* i) caroli *G.* k) *desst BAL.* l) redire *G.* m) nona *superscr.* nes *G.* n) commendata *Trec. Tilian.*

zatus est sicut Sergius[a] papa dixit; impositione vero manus indiget. Georgius episcopus Romanus et Iohannes sacellarius sic senserunt.

7. *De eo, qui filiastrum aut filiastram ante episcopum tenuerit.* Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, et alteram non accipiat. Similiter et mulier alterum non accipiat. Georgius sensit.

8. *De his, qui propter faidam in alias patrias fugiunt.* Qui propter faidam fugiunt in alias patrias et dimittunt uxores suas, nec ille vir nec illa femina accipiant alterum coniugium. Georgius sensit.

9. *De incestis.* Si homo incestum commiserit cum Deo sacrata aut cum matre sua aut cum matrina sua de fonte aut[b] confirmatione, aut cum matre et filia, cum duabus sororibus, aut cum matris filia, aut cum sororis filia, aut cum nepta, aut cum consobrina, aut subrina, aut cum amita vel matertera, aut[c] cum his quibus canones prohibent copulari[d], de istis criminibus pecuniam suam perdat, si habuerit. Et si haec emendare noluerit, nullus eum recipiat nec cibum donet. Et si fecerit, sexaginta solidos domno regi componat, usque dum ipse homo se correxerit. Et si pecuniam non habuerit, si liber est, mittatur in carcerem usque satisfactionem; si autem servus aut libertus est, vapuletur plagis multis. Et si dominus suus eum permiserit amplius in talem lapsum cadere, ipse sexaginta solidos domno regi componat[e]. De reliquis vero propinquis iuxta constituta sanctorum patrum et iuxta decreta canonum iudicetur.

10. *De ecclesiasticis viris.* Si ecclesiastici viri supradicta facinora commiserint, si honorabilis persona fuerit, perdat honorem suum; minores vero vapulentur aut in carcerem mittantur.

11. *De presbiteris et clericis, ut archidiaconus eos convocet ad synodum.* De presbiteris et clericis sic ordinavimus, ut archidiaconus episcopi eos ad synodum convocet[f]. Et si quis ire contempserit, tunc comes iussione[g] episcopi monitus eum distringere faciat, ita ut ipse presbiter aut defensor suus sexaginta solidos componat et ad synodum postea velit nolit veniat, et episcopus ipsum presbiterum vel clericum iuxta canonicam auctoritatem diiudicari faciat. Solidi vero sexaginta de ipsa causa in sacellum domni regis veniant.

12. *De eo qui misso episcopi contradixerit vel presbitero aut clerico incestuosum.* Si aliqua persona per violentiam presbitero aut clerico vel[h] misso episcopi incestuosum contradixerit, tunc comes ipsam personam per fideiussores positam ante regem faciat venire una cum missis episcopi. Et[i] domnus rex ita eos distringat, ut caeteri emendentur.

13. *De his, qui res ecclesiasticas verbo domni regis tenent.* Ut illi homines, qui res ecclesiasticas per verbum domni regis tenent, sic ordinatum est, ut illas ecclesias unde sunt, vel illas domus episcopii vel monasterii, cuius esse noscuntur, iuxta quod de ipsis rebus tenent, emendare debeant, et illos census vel illas decimas ac nonas[k] ibidem dare pleniter debeant sicut eis ad Vernum ordinavimus. Et qui hoc non fecerit, ipsas res perdat.

14. *Ut presbiteri, qui vicos vel ecclesias tenent, ceram vel alios census ad matrem civitatis ecclesiam persolvant, sicut consuetudo fuit.* Ut hi, qui illos vicos vel illas ecclesias tenent, illos census vel illam ceram, quae longo tempore ad illud episcopium reddiderunt, modo sic ordinavimus ut sic faciant. Et qui hoc non fecerit, sexaginta solidos componat.

15. *De emunitatibus servandis.* Ut emunitates pleniter conservatae sint.

16. *De iustitiis faciendis.* Ut omnes iustitias faciant, tam publici, quam ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palatium venerit pro causa sua, et antea suo[*] episcopo suisque ministris quae ecclesiastica sunt, et quae secularia suo comiti non innotuerit in mallo ante rachinburgios, aut si causa sua ante comitem in mallo fuit et ante rachinburgios, et hoc sustinere noluerit quod ipsi legitime iudicaverint, si pro istis causis ad palatium venerit, vapuletur. Et si maior persona est, legem[m] exinde faciat.

17. *De ecclesiasticis viris qui se reclamantes ad palatium veniunt.* Si ecclesiastici viri ad palatium venerint de eorum causis se reclamare, nisi[n] super eorum seniore, vapulent[o], nisi senior suus eos pro causa sua transmiserit.

18. *De muliere, quae sine licentia viri sui velum in caput miserit.* Mulier si sine comiato[p] viri sui velum in caput miserit, si viro suo placet, recipiat eam iterum ad coniugium.

19. *De eo, qui filiastram suam contra voluntatem ipsius dederit viro ingenuo vel servo.* Si quis homo filiastram suam contra voluntatem ipsius et matris et parentum dederit viro ingenuo aut ecclesiastico vel servo[q], et illa noluerit habere ipsum et reliquerit eum, potestatem habeant parentes illius dare illi alium maritum. Et si iam maritum habet, non separetur.

20. *De femina ingenua quae servum acceperit.* Si femina ingenua acceperit servum, sciens[r] quod servus esset, habeat eum. Una enim lex erit et viro et feminae.

21. *De eo, qui habet mulierem legitimam, si frater eius adulteraverit cum ea.* Si quis homo habens mulierem legitimam, si frater eius adulteraverit cum ea, ille frater vel illa femina, qui adulterium perpetraverunt, interim quod vivunt nunquam habeant amplius coniugium. Ille vero cuius uxor fuit, si vult, potestatem habet uxorem accipere aliam.

22. *Ut sacerdotes vel clerici ad secularia negotia, relicto episcopo suo, non convolent.* Quod non oporteat sacerdotes vel clericos habentes adversus invicem negotia proprium episcopum relinquere et ad secularia iudicia[s] convolare.

23. *Ut presbiteri et diaconi praeter episcopum nihil agant.* Presbiteri et diaconi praeter episcopum nihil agere pertentent.

24. *De eo qui oblata dederit vel acciperit praeter episcopi iussionem.* Si quis oblata dederit vel acceperit praeter episcopum vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit.

25. *Cum excommunicatis non licere communicare.* Cum excommunicatis non licere communicare. Nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes ecclesiae, simul orandum esse. Ab alia ecclesia non suscipiendum, qui in alia minime congregatur.

26. *De eo qui ecclesiam Dei conturbat.* Si quis ecclesiam Dei conturbare et sollicitare persistit, tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

27. *De monachis, ut in civitate vel regione qualibet episcopo suo subiecti sint.* Monachos per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse episcopo suo, et quietem diligere, et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi in locis quibus renuntiaverunt seculo permanentes. Nec ecclesiasticis vero nec secularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes; nisi forte eis praecipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis.

28. *Ut clericus in ecclesia in qua praetitulatus est, permaneat.* Clericum permanere oportet in ecclesia, cui

a) Stephanus *coniecit BAL.* b) et *G.* c) aut *usque* copulari *desunt in Capp.* 757, 19. d) copulare *G.* e) *reliqua desunt in* 757, 19. f) c. una cum comite *Cap. inc. a.* 3. g) i. e. m. *deest ib.* 3. h) v. m. e. *deest ib.* 3. i) ut *G.* k) annonas *G.* *) suo — secularia *desunt C. inc. a.* 9. m) *haec diversa in C. i. a.* 9. n) *haec diversa ib. c.* 10. o) vapulenter *G.* p) commeatu *Normann. et Cap.* 757 licentia *Trec. Camb. Pal. Colb. Reg. et Regino, Burch. Ivo, Gratian.* q) servo vel ecclesiastico 757, 4. r) et sciens *G.* s) negotia *G.*

in initio ab episcopo praetitulatus ac sortitus est, et ad quam confugit quasi ad potiorem. Hoc autem refutantes, statuimus [a] revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinatus est, et ibi tantummodo ministrare. Si quis hanc diffinitionem transgressus fuerit, decrevit sancta synodus a proprio gradu recedere.

29. *Ut episcopus curam monasteriorum gerat.* Episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam gerere.

30. *De eo, qui excommunicatus pro suo neglecto fuerit.* Si quis excommunicatus fuerit pro suo neglecto, et tempore excommunicationis suae ante audientiam communicare praesumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

31. *Ut presbiteri rem ecclesiae non vendant.* Placuit ut presbiteri non vendant rem ecclesiae ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis.

32. *Ut manumissiones in ecclesia celebrentur.* Manumissiones in ecclesia sunt celebrandae.

33. *De defensoribus ecclesiarum ab imperatore poscendis.* Defensores ecclesiarum adversus potentias secularium vel divitum ab imperatore sunt poscendi.

34. *Ut nullus sacerdos canones ignoret.* Nulli sacerdoti liceat canones ignorare.

35. *Quid de presbiteris criminosis, de quibus adprobatio non est, agendum sit.* Et hoc nobiscum [b] magno studio pertractandum est, quid de illis presbiteris criminosis, unde adprobatio non est, et semper negant, faciendum sit. Nam hoc sepissime a nobis et progenitoribus atque antecessoribus nostris ventilatum est, sed non ad liquidum actenus definitum. Unde ad consulendum [c] patrem nostrum Leonem papam sacerdotes nostros mittimus; et quicquid ab eo vel a suis perceperimus, vobis una cum illis, quos mittimus, renuntiare non tardabimus. Vos interdum vicissim tractate adtentius, quid ex his vobiscum constituamus una cum praedicti sancti patris institutionibus; ut murmur cesset populi, et nos his satisfacientes inlesi Domino auxiliante ab utrisque maneamus. Sequitur constitutio memorata.

36. *De sacerdotum purgatione.* [d] *Ex capitulis domni Karoli.* Omnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus, quod saepissime suadente antiquo hoste sacerdotibus crimina diversa obiciantur. Sed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio et satisfactio fiat, licet tempore bonae memoriae domni genitoris nostri Pippini, sive priscis temporibus a sanctis patribus et a reliquis bonae devotionis hominibus saepissime ventilatum fuerit, nos tamen pleniter et ad liquidum definitum reperire minime quivimus. Nostris quippe temporibus idipsum a sanctis episcopis et reliquis sacerdotibus et ceteris ecclesiasticae dignitatis ministris, nostris [e] in regnis seu in aliis Deo degentibus, nobisque una cum eis agentibus, saepissime propter multas et nimias reclamationes, quae ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu domni et patris nostri Leonis apostolici ceterorumque Romanae ecclesiae episcoporum et reliquorum sacerdotum sive orientalium et Graecorum patriarcharum, et multorum sanctorum episcoporum et sacerdotum, necnon et nostrorum episcoporum omnium ceterorumque sacerdotum ac levitarum auctoritate et consensu atque reliquorum fidelium et cunctorum consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vobis omnibus utriusque ordinis ministris scire volumus. Statutum est namque ratione et necessitate ac auctoritate praedicta, consultu omnium, ut quotienscunque cuiquam sacerdoti crimen imponitur, si ipse accusator talis fuerit, ut recipi debeat; quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est: si autem, ut dictum est ille accusator, qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum et bonorum testium adprobare in conspectu episcoporum poterit, tunc canonice diiudicetur; et si culpabilis inventus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum suprascripto praetextu adprobare ipse accusator minime poterit, et hoc canonice definiatur. Ipse ergo sacerdos, si suspiciosus aut incredibilis suo episcopo aut reliquis suis consacerdotibus sive bonis et iustis de suo populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in praedicta suspicione remaneat, cum tribus aut quinque vel septem bonis ac vicinis sacerdotibus exemplo Leonis papae [f], vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse perspexerit [g], et cum aliis bonis et iustis hominibus se sacramento coram populo super quatuor evangelia dato [h] purgatum ecclesiae reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, et quid de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

37. *De eo, qui confitetur de crimine.* Manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto et delegato iudicio purgandi se occasione non utitur: nihil enim interest, utrum in praesenti examine omnia quae dicta sunt de eo comprobentur, cum ipsa absentia pro confessione constat.

38. *De usuris.* Usuram non solum clerici, sed nec laici christiani exigere debent.

39. *De comitibus, ut ministris ecclesiae in suis ministeriis adiutores sint.* Comites ministris ecclesiae [i] eorumque ministeriis, ut hoc plenius et de nostris et de se et de suis hominibus obtinere possint, adiutores in omnibus fiant. Et quicunque prima et secunda vice de his a comite ammonitus non se correxerit, volumus ut per eundem comitem eius neglegentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate quod in nostro capitulari continetur [k], subire cogatur.

40. *De ordinatione presbiterorum.* Ut presbiteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut ante ordinationem pleniter et studiosissime instruantur, qualiter se a vitiis cavere debeant et qualiter subditos doceant; ne torpentes vel hebetes in doctrina sancta vel vitio malae famae eorum neglectu vel aliqua mala similitudine, quod absit, aspergantur: quoniam detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius et ministri vel nuntii esse noscuntur [l], quia nimis graviter peccant, qui sacerdotes et ministros Christi detrahunt: quoniam testante euangelica tuba melius est unicuique, ut suspendatur mola asinaria collo eius et demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de pusillis, Christi videlicet ministris. Et alibi: *Qui vos recipit, me recipit; et qui vos spernit, me spernit.* Et ut hoc detractionis et scandali peccatum omnes summopere caveant, obnixe monemus et coram Deo testamur et sicut Dei fideles rogamus, ne Christi detrahant ministros. Similiter et Christi domini nostri ministros et sacerdotes nostrosque magistros monemus, ne locum subditis tribuant detrahendi; quia qui detrahit fratrem suum, homicida est; et peior legitur esse detractio quam fornicatio. Ideo monemus et praecipue rogamus ne fiat, ne absque gladio aut vulnere corporis aliquo quisquam homicida inveniatur. Et sicut de hominibus corporaliter occisis iudicare decrevimus, sic et de illis, qui ex hoc detractionis scelere detecti coram nobis fuerint, peragi Domino annuente decernimus; ut pax ecclesiarum, in quantum Dominus auxilium dederit, in finibus et regionibus nobis a Deo commissis nulla turbetur tempestate detractionum atque bellorum.

41. *De presbiteris, qualiter ecclesiae introitum consequantur.* Ut nullus presbiter ad introitum ecclesiae exenia donet.

a) *deest G.* b) vobiscum *Baluz. p.* 327. c) consulandum *G.* d) furcatione *G.* e) *deest G.* f) *BAL. hic e paucis aliquot codicibus inseruit:* qui duodecim presbiteros in sua purgatione habuit. g) prospexerit *G.* h) datum *G.* i) e. in eorum ministeriis 825, 23. et II. 23. k) continet *G.* l) dicuntur *BAL.*

42. *De non cogendo bibere.* Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum.

43. *De presbiteris, a quibus per ecclesias constituantur.* Ut nullus laicus presbiterum in ecclesia mittere vel de ecclesia [a] eicere praesumat, nisi per consensum episcopi.

44. *De honore pro ecclesiis dando.* Ut episcopi praevideant, quem honorem presbiteri pro ecclesiis suis senioribus tribuant.

45. *De decimis dispensandis.* Ut decimae in potestate episcopi sint, qualiter a presbiteris dispensentur.

46. *De ecclesiis vel altaribus immeliorandis.* Ut ecclesia vel altaria melius constituantur. Et ut nullus presbiter annonam vel foenum in ecclesia mittere praesumat.

47. *De ecclesiis vel altaribus ambiguis.* Ut ecclesiae vel altaria, quae ambigua sunt de consecratione, consecrentur.

48. *De linteis altaribus praeparandis.* Ut presbiteri per parrochias suas feminis praedicent, ut linteamina altaribus praeparent.

49. *De parrochianis alterius presbiteri.* Ut nullus presbiter alterius parroechianum, nisi in itinere fuerit vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat.

50. *De parochia alterius presbiteri.* Ut nullus presbiter in alterius presbiteri parochia eo [b] inconsulto missam cantare praesumat, nisi in itinere fuerit; nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

51. *De termino ecclesiarum.* Ut terminum habeat unaquaeque ecclesia, de quibus villis decimas recipiat.

52. *De rebus presbiterorum.* Ut unusquisque presbiter res, quas post diem consecrationis adquisierit, propriae ecclesiae relinquat.

53. *De poenitentibus non cogendis vinum bibere.* Ut nullus presbiter aut laicus poenitentem cogat [c] vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad praesens pro ipso unum vel duos denarios iuxta qualitatem poenitentiae dederit.

54. *De presbiteris, a quibus se caveant.* Ut nullus presbiter cartas scribat, nec conductor sui senioris existat.

55. *De presbiteris, qui agenda in domiciliis celebraverint.* Statutum est, ut si quis presbiter in domiciliis agenda celebraverit sine licentia et consilio sui episcopi, honore sacerdotali privetur.

56. *De praedicatione vel capitulis presbiterorum.* Ut unusquisque presbiter capitula habeat de maioribus vel de minoribus vitiis, per quae cognoscere valeat vel praedicare subditis suis, ut se caveant ab insidiis diaboli.

57. *De eucharistia.* Ut presbiter eucharistiam habeat paratam, ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

58. *De ampullis tribus in coena Domini habendis.* Ut presbiter in cena Domini tres ampullas secum deferat, unam ad chrisma, aliam ad oleum ad catecuminos inunguendos, tertiam ad [d] infirmos unguendos iuxta sententiam apostolicam; ut quando quis infirmatur, inducat presbiteros ecclesiae, ut orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini.

59. *Ut omnes clerici episcopis suis subiecti sint.* Ut omnes presbiteri, diaconi [e] et subdiaconi sub potestate episcopi maneant.

60. *De ordine sacerdotum.* Ut nullus presbiter praesumat in alia parrochia baptizare nec missas celebrare sine iussione episcopi, in cuius parrochia est. Et omnes presbiteri ad concilium episcopi conveniant. Et si hoc, quod superius compraehensum est, facere contempserint, secundum canonicam institutionem iudicentur tam ipsi, quam et defensores eorum.

61. *De eo, qui non confitetur Dei verbum passum carne.* Si quis non confitetur Dei verbum passum carne et crucifixum carne et mortem carne gustasse factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est et vivificator [f] ut Deus, anathema sit.

62. *De modis excommunicationis tam de clericis, quam de laicis.* Si quis presbiter ab episcopo suo degradatus vel excommunicatus [g] fuerit, et ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine comiato facere praesumpserit, et postea ab episcopo correptus et excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum similiter. Quicunque clericus vel laicus aut femina incestum commiserit et ab episcopo suo correptus se emendare noluerit, et ab ipso excommunicatus fuerit, qui postea cum ipso communicaverit, similiter excommunicetur. Et ut sciatis, qualis sit modus istius excommunicationis, in ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo christiano cibum nec potum sumere; nec eius munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se iungere, nec salutare, antequam ab episcopo suo sit reconciliatus. Quod si aliquis se reclamaverit, quod iniuste sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum episcopum venire, ut ibidem secundum canonicam institutionem diiudicetur; et interim suam excommunicationem custodiat. Quod si aliquis ista omnia contempserit et episcopus hoc minime emendare potuerit, regis iudicio exilio condemnetur.

63. *De his qui a synodo vel a suo episcopo damnati sunt.* Haec vero per singula capitula in statutis Niceni concilii legere potestis, seu in aliis sanctorum patrum synodalibus edictis et in Antioceno concilio, quod hi, qui damnati sunt a synodo vel a suo episcopo, et postea ministrare praesumunt, praecipitur ut nullus audeat eis communicare. Si quis vero eis communicat, simili sententiae subiaceat, sicut et damnatus.

64. *De episcopis vel quibuslibet ex clero.* Item in eodem concilio, ut episcopus vel quilibet ex clero sine consilio vel litteris episcoporum vel metropolitani non audeant regalem dignitatem pro suis causis clamare, sed in communi episcoporum concilio causa eorum examinetur.

65. *De die dominica, qualiter observanda est.* Item in eodem concilio praecipitur, ut a vespera usque ad vesperam dies dominica servetur.

66. *De ignotis angelorum nominibus.* Item in eodem concilio praecipitur, ut ignota angelorum nomina nec fingantur nec nominentur, nisi illorum, quos habemus in auctoritate. Hi sunt, Michahel, Gabriel, Raphael.

67. *De mulieribus, ne ad altare accedant.* Item in eodem concilio, quod non oporteat mulieres ad altare ingredi.

68. *De episcopis ordinandis vel quibuslibet ex clero.* Item in concilio Calcedonensi, quod non oporteat episcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinare: quia utrique deponendi sunt, et qui ordinat, et qui ordinatur, necnon et qui mediator est inter eos. Item de eadem re in canonibus apostolorum. *Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur ipse et ordinator eius et a communione abscidantur.*

69. *De maleficis vel incantatoribus.* Item in eodem concilio, ut coclearii, malefici, incantatores, et incantatrices fieri non sinantur, quos in Symone mago Dominus terribiliter damnavit.

70. *De negotiis clericorum inter se.* Item in eodem concilio, ut si clerici inter se negotium aliquod habuerint, a suo episcopo diiudicentur, non a secularibus.

71. *De conspiratione clericorum vel monachorum seu laicorum.* Item in eodem concilio, ut nec clerici, nec monachi, nec laici conspirationem vel insidias contra pastorem suum faciant.

72. *De fide sanctae Trinitatis praedicanda.* In con-

a) de e. *deest* I. 141. b) eo i. *deest* I. 148. c) invitet I. 151. d) inunguendos inf. *G. cf. Anseg.* e) d. et s. *deest* 755, 8. f) vivificatur *G.* g) vel e. *deest* 755, 9.

cilio Cartaginensi. Primo omnium necesse est, ut fides sanctae Trinitatis et incarnationis Christi, passionis, resurrectionis et ascensionis in coelos diligenter omnibus praedicetur.

73. *De his, qui se convertunt ad Deum.* Item in eodem de his, qui in periculo constituti sunt et convertunt se ad Deum, ut canonice inquirantur de reconciliatione, et canonice reconcilientur.

74. *De his, qui non sunt bonae conversationis.* Item in eodem, ut illi, qui non sunt bonae conversationis et eorum vita est accusabilis, non audeant episcopos vel maiores natu accusare.

75. *De his, qui cum excommunicato communicaverint.* Item in eodem, ut qui excommunicato praesumptiose communicaverit, excommunicetur et ipse.

76. *De subiectione presbiterorum.* Item in eodem concilio infra dua capitula, ut nullus presbiter contra episcopum suum superbire audeat.

77. *De clericis ecclesiastici ordinis.* Item in eodem [a], ut clerici ecclesiastici ordinis, si culpam incurrerint, apud ecclesiasticos iudicentur, et non apud seculares.

78. *De falsis nominibus sanctorum.* Item in eodem, ut falsa nomina martyrum et incertae sanctorum memoriae non venerentur.

79. *De uxore a viro dimissa.* Item in eodem, ut nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum vivente viro suo; nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

80. *De oblatis pauperum.* In concilio Gangrensi, ut nulli liceat oblationes quae ad pauperes pertinent, rapere vel fraudare.

81. *De ieiuniis a sacerdotibus constitutis.* Item in eodem, ut ecclesiastica a sacerdotibus ieiunia constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

82. *De his, qui contra naturam peccant.* In concilio Ancyrano. Si inventi sunt inter vos qui cum [b] quadrupedibus aut cum consanguineis usque ad septimum genuculum vel masculis contra naturam peccant, dura et districta poenitentia sunt coercendi. Quapropter episcopi et presbiteri, a quibus iudicium poenitentiae iniungitur, conentur omnimodis hoc malum a consuetudine prohibere vel abscidere.

83. *De nominibus recitandis.* Item eiusdem, ut nomina publice non recitentur ante preces sacerdotales.

84. *De canonum institutis a presbiteris non ignorandis.* Item eiusdem, ut nulli sacerdoti liceat ignorare sanctorum canonum instituta.

85. *De sacerdotibus contra decretalia agentibus.* Item eiusdem, ut si quis sacerdotum contra constituta decretalium praesumptiose egerit et corrigi noluerit, ab officio suo submoveatur.

86. *De fide presbiterorum ab episcopis discucienda.* Ut episcopi diligenter discutiant per suas parroechias presbiterorum fidem et baptisma catholicum et missarum celebrationes, ut fidem rectam teneant et baptisma catholicum observent et missarum praeces bene intellegant, et ut psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur, et dominicam orationem ipsi intellegant et omnibus praedicent intellegendam, ut quisque sciat quid petat a Deo. Et ut *Gloria Patri* cum omni honore apud omnes [c] cantetur, et ipse sacerdos cum sanctis angelis et populo Dei communi voce *Sanctus, Sanctus, Sanctus* decantet. Et omnimodis dicendum est prebiteris et diaconibus, ut arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei, quam in armis.

87. *De presbiteris in ecclesiis constituendis ab episcopis et non ab aliis.* Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbiteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur. Et si laici clericos probabilis vitae et doctrinae episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos reiciant.

88. *De villis novis et ecclesiis in eis noviter constitutis.* Sancitum est de villis novis et ecclesiis in eis noviter constitutis, ut decimae de ipsis villis ad easdem ecclesias conferantur.

89. *De presbiteris, qui feminas in domibus habent.* Sancitum est ab episcopis de presbiteris, qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, ut si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur.

90. *De scriptoribus.* Ut scribae vitiose non scribant.

91. *De incestuosis.* De incestuosis, ut canonice examinentur et nec propter alicuius amicitiam quidam relaxentur, quidam vero constringantur.

92. *De communicatione fidelium.* Ut omnes fideles communicent et ad missas perspectent [d] sine aliqua occasione [e].

93. *De confugio ad ecclesiam.* Si quis ad ecclesiam confugium fecerit, in atrio ipsius ecclesiae pacem habeat, nec sit ei necesse ecclesiam ingredi; et nullus eum inde per vim abstrahere praesumat, sed liceat confiteri quod fecit, et inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico perducatur.

94. *De admonitione sacerdotum.* Ut sacerdotes admoneant populum, ut elimosinam dent et orationes faciant pro diversis plagis, quas assidue pro peccatis nostris patimur.

95. *De praedicatione ad plebem.* Ut ipsi sacerdotes unusquisque secundum ordinem suum praedicare et docere studeat plebem sibi commissam.

96. *De eruditione filiorum a parentibus et patrinis.* Ut parentes filios suos, et patrini eos quos de fonte lavacri suscipiunt, erudire summopere studeant; illos, quia eos genuerunt et eis a Domino dati sunt; et istos, quia pro eis fideiussores existunt.

97. *De ecclesiis antiquitus constitutis.* Ut ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec ulla possessione priventur.

98. *De his, qui sine consensu episcopi presbiteros in ecclesiis constituunt vel de ecclesiis eiciunt.* De his, qui sine consensu episcopi presbiteros in ecclesiis suis constituunt vel de ecclesiis eiciunt, et ab episcopo vel a quolibet misso dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum nostrum rewadiare cogantur et per fideiussores ad palatium nostrum venire iubeantur; et tunc nos decernamus, utrum nobis placeat ut aut illum bannum persolvant [f], aut aliam harmiscaram sustineant [g].

99. *De ecclesiis inter coheredes divisis.* De ecclesiis, quae inter coheredes divisae sunt, consideratum est, quatinus si [h] secundum providentiam et admonitionem episcopi ipsi coheredes eas voluerint tenere et honorare, faciant. Si autem hoc contradixerint, ut in episcopi potestate maneat, utrum eas ita consistere permittat aut reliquias exinde auferat. Et ubi ad nostrum beneficium ecclesiae pertinentes ita divisae inventae fuerint, ut describantur et nobis renuntietur.

100. *De manso ad ecclesiam dato.* De uno manso ad ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicunque pro hac causa accusatus fuerit, comes vel missi hoc, quod inde subtractum est, presbiteris cum sua lege restituere faciant.

101. *De his, qui decimas dare nolunt, nisi a se redimantur.* De decimis, quas populus dare non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit et nec episcopum nec comitem audire voluerit, si noster homo fuerit, ad praesentiam nostram venire compellatur. Caeteri vero distringantur, ut inviti ecclesiae restituant, quod [i] voluntarie dare neglexerunt.

102. *De testibus ad rem quamlibet discuciendam.* Ut

a) e. concilio *G.* b) quicumque *G.* c) homines *G.* d) perexpectent I, 132. e) deprecatione I. 132.
f) persolvat *G.* g) sustineat *G.* h) *deest G.* i) qui *superscripto* vel quod *G.*

quandocunque testes ad rem quamlibet discutiendam quaerendi atque elegendi sunt, a misso nostro et comite, in cuius ministerio de re qualicunque agendum est, tales eligantur, quales optimi in ipso pago inveniri possint. Et non liceat litigatoribus per praemia falsos testes adducere, sicut actenus fieri solebat.

103. *De causa ebrii hominis* [a], *et de eius testimonio, et de placito comitis.* Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere nec testimonium dicere. Nec placitum comes habeat, nisi ieiunus.

104. *De hoc si presbiteri sanctum crisma dederint ad iudicium subvertendum.* Ut presbiter, qui sanctum chrisma donaverit ad iudicium subvertendum, postquam de gradu suo depositus fuerit, manum amittat.

105. *De placito centenarii.* Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem, nec ad libertatem suam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur; sed ista [b] aut in praesentia comitis vel missorum nostrorum iudicentur.

106. *De raptu viduarum.* Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis vel invitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, in triplo componat. Et [c] si invitam eam duxit, legem suam ei componat, illam vero ulterius non attingat.

107. *De homine publicam poenitentiam agente interfecto.* Qui hominem publicam poenitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat et wirgildum proximis suis [d] persolvat.

108. *De observatione praeceptorum dominicorum.* De observatione praeceptorum nostrorum et inmunitatum [e] praecipimus, ut ita observentur, sicut a nobis et ab antecessoribus nostris constitutum est.

109. *De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis.* De locis iamdudum sacris et nunc spurcitia foedatis, ut iuxta possibilitatem in antiquum statum reformentur.

110. *De commutationibus utilibus permanendis inutilibusque delendis.* Ubicunque commutationes tam tempore nostro quamque genitoris nostri legitimae et rationabiles atque utiles ad [f] ecclesias Dei factae sunt, permaneant. Ubicunque vero inutiles et incommodae atque inrationabiles factae sunt, dissolvantur, et recipiat unusquisque quod dedit. Ubi vero mortua manus interiacet aut alia quaelibet causa, quae rationabilis non esse videatur, inventa fuerit, diligenter describatur et ad nostram notitiam perferatur.

111. *De ecclesiae consecratione in qua mortuorum cadavera infidelium sunt sepulta.* Ecclesiam in qua mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet. Sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsa corpora et rasis vel lotis lignis eius, reaedificetur. Si haec consecrata prius fuit, missas in ea celebrare licet, si tamen fideles fuerint, qui in ea sepulti sunt.

112. *De officio laicorum.* Laicus non debet in ecclesia lectionem recitare nec alleluia dicere, sed psalmum tantum aut responsoria sine alleluia.

113. *De stultorum voto solvendo.* Episcopo licet votum solvere, si vult.

114. *De non prodendo a presbiteris crimen episcopi.* Presbitero non licet peccatum episcopi prodere, quia super eum est.

115. *De parrochianis alterius presbiteri.* Ut nullus presbiter alterius parrochianum, nisi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

116. *De manus impositione et resolutione canonica.* Ut nemo sacerdotum populi sibi peccata confitentium sine auctoritate canonum iudicare praesumat. Et ut quando unicuique quisquam sacerdos sibi scelera sua confitenti iuxta praedictum canonicum modum poenitentiam tribuit, si [g] comam dimiserit aut habitum mutaverit, manus ei secundum canonicam auctoritatem imponat cum orationibus, quae in sacramentario [h] ad dandam poenitentiam continentur. Si vero occulte et sponte confessus fuerit, occulte fiat. Et si publice ac manifeste convictus aut confessus fuerit, publice ac manifeste fiat, et publice coram ecclesia iuxta canonicos poeniteat gradus. Post peractam vero secundum canonicam institutionem poenitentiam occulte vel manifeste, canonice reconcilietur et manus ei cum orationibus, quae in sacramentario ad reconciliandum poenitentem continentur, imponatur, ut divinis precibus et miserationibus absolutus a suis facinoribus esse mereatur: quoniam sine manus impositione nemo absolvitur ligatus. Et ideo dominus et magister noster discipulis suis ac successoribus eorum ligandi ac solvendi dedit potestatem, ut peccatores ligandi habeant potestatem, et poenitentiam condigne agentes absolvi atque peccata cum divina invocatione dimitti queant. Nec mirum hoc. Quia si homines suis servis dant potestatem de subditis ligandi et solvendi vel nocendi et adiuvandi apud se, quanto magis dominus omnium hominum hanc potestative potestatem praepositis sanctae ecclesiae dedit dicens: *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta erunt.* Et reliqua.

117. *De poenitente, cuius crimen pervulgatum est.* In concilio Cartaginensi de eadem re praecipitur, ut si cuiusquam poenitentis publicum et vulgatissimum crimen est, quod universam commoverit ecclesiam [i], ante absidam manus ei imponatur. Et alibi in canonibus vel in decretalibus Leonis papae praecipitur de eadem re, ut absolutio poenitentum per manus impositionem episcoporum supplicationibus fiat; et reliqua multa talia et horum similia.

118. *De poenitentibus, qui eucharistiam acceperint in infirmitate positi.* Poenitentes, qui in infirmitate viaticum eucharistiae acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

119. *De remedio poenitentiae, et quod absolutio poenitentum per manus impositionem episcoporum supplicationibus fiat. Propter quod necesse est, ut reatus peccatorum ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur, etiamsi periculo mortis urgente statim post acceptionem poenitentiae et reconciliatio subsequatur. Ex* [k] *epistola papae Leonis ad Theodorum, Foriouliensem episcopum.* Multiplex misericordia Dei ita lapsis humanis subvenit, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparetur aeternae, et qui regenerationis dona violarunt, proprio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum perveniant sic divinae voluntatis praesidiis ordinatis, ut indulgentiam Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeant obtinere [l]. Mediator enim Dei et hominum dominus Iesus Christus hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut et confitentibus poenitentiae sanctionem darent et ab eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui utique [m] operi incessabiliter ipse Salvator intervenit, qui nunquam his abest, sicut ipse ait: *Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Qua de re innuitur, ut si quid per servitutem nostram bono ordine et grato impletur effectu, non ambigamus per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum. Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo munere indulgentiae praesentis exciderit, et priusquam ad constituta remedia perveniat temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore non recepit [n], consequi exutus carne non poterit. Idcirco necesse est nos eorum, qui obierint, merita actusque discutere, cum dominus noster,

a) nominis *G.* b) isti *BAL.* c) vel *BAL.* d) eius *BAL.* e) immunitate *BAL.* f) inter *BAL.* g) nisi *G.* h) sacramentorio *G. const.* i) *in concilio:* universa ecclesia noverit. k) exemplar p. *G. et codd. BAL.* l) obtineri *G.* m) itaque *G.* n) recipit *G.*

cuius iudicia nequeunt comprachendi, quod sacerdotum impleri ministerio non sivit, suae iustitiae reservavit [a]; ita potestatem suam timeri volens, ut hic terror [b] omnibus prosit, et quod quibusdam tepidis aut neglegentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur. His autem, qui tempore necessitatis periculis urgentibus praesidium poenitentiae et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venire moras conversio, dicente Dei spiritu per prophetam: *Cum conversus ingemueris, salvus eris.* Et alibi: *Dic iniquitates tuas prior, ut iustificeris.* Item: *Quia apud Dominum misericordia est, et copiosa apud eum redemptio.* In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles nec se accusantium gemitus lacrymasque neglegere, cum poenitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente apostolo: *Ne forte det illis Deus poenitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.*

120. *Item de poenitentum absolutione, ut per manus impositionem episcoporum vel sacerdotum precibus fiat.* Si quis in periculo vel pace aut infirmitate poenitentiam acceperit, si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori eius eucharistia.

121. *Ut poenitens ostensis poenitentiae fructibus ad communionem recipiatur.* Ut poenitens ostensis necessariis poenitentiae fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiat.

122. *Ut poenitentes tempore, quo poenitentiam petunt, super caput cilicium a sacerdote consequantur.* Poenitentes tempore, quo poenitentiam petunt, impositionem manus super caput et cilicium a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur.

123. *Ut omni tempore ieiunii manus poenitentibus a sacerdote imponatur.* Omni tempore ieiunii manus poenitentibus a sacerdotibus imponatur.

124. *Ut lapsi per manus impositionem episcopi absolvantur.* Nec absolvendos lapsos in fide credamus, nisi per impositionem manus episcopi.

125. *Ut poenitentes communicent qui ante reconciliationem moriuntur.* Placuit his, qui accepta poenitentia ante reconciliationem migrant ad Dominum, communicari pro eo quod honoraverunt poenitentiam. Qui si supervixerint, stent in ordine poenitentum, ut legitimam communionem statuto tempore reconciliatione et manus impositione episcopi [c] vel eius iussu presbiteri recipiant.

126. *De his, qui convivio gentilium usi sunt.* Qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt, possunt ieiuniis et manus impositione purgari.

127. *Ut criminalia peccata multis ieiuniis, et crebris manus impositionibus, a sacerdotibus purgentur.* Criminalia peccata multis ieiuniis et crebris manus sacerdotum impositionibus eorumque supplicationibus iuxta canonum statuta placuit purgari, ita ut nemo sine manus impositione episcopi aut eius iussu alicuius presbiteri se credat esse a suis facinoribus absolutum. Non est mirandum, si absolutio peccatorum per manus impositionem precibus sit sacerdotum, cum Dominus in veteri lege super caput hostiae manum sacerdotis praeceperit imponi. Etenim sicut tunc per illam hostiam, ita nunc per invocatione Spiritus sancti, per quem fit [d] remissio peccatorum, per manus episcoporum vel eorum auctoritate reliquorum sacerdotum impositione, supplicationibus eorum remittuntur peccata. Nam quando Dominus Lazarum suscitavit, ait discipulis suis: *Tollite lapidem:* subauditur, ut mortuus surgat dans exemplum, ut sicut ipsi manibus tollunt lapidem ut mortuus surgat, ita ipsi et successores eorum manus poenitentibus imponant, ut per impositionem manuum suis precibus mortuum de sepulchro, id est peccatorem de vitiis surgere et relevare faciant; et sicut illi praedictum Lazarum institis, id est funibus conligatum iubente Domino solvunt [e], qui ait, *Solvite illum, et sinite abire*, ita isti [f] eorum supplicationibus auxiliante Domino et comitante Spiritu sancto, qui in his semper operatur, per manus impositionem peccatorum solvant vincula eosque tempore a sanctis patribus constituto sacra eucharistia communicent et absolutos ire permittant.

128. *Ut poenitentibus iuxta canonicam auctoritatem poenitentia detur, et ante suspensos a communione excubare faciant ad ecclesiae officium.* Ut secundum formam canonum poenitentibus detur poenitentia, et prius eos a communione suspensos ad officium ecclesiae excubare faciant et inter reliquos poenitentes ad manus impositionem crebro recurrere. Expleto autem satisfactionis tempore et sacerdotali preces per manus impositionem, iuxta ordinem sacramentorum et canonum reconcilient poenitentes et sacra communione confirment.

129. *De his qui separati a communione fuerint poenitentibus.* Qui a communione separantur in locis quibus seclusi fuerant, per manus impositionem recipiantur in communionem. Nec se quisquam a peccatis absolutum sine reconciliatoria manus impositione credat; sed per manus impositionem precibus sacerdotum reconcilietur, sicut auctoritas habet ecclesiastica.

130. *Ne in confinio mortis poenitens a reconciliatione diutius suspendatur. Et ut oblatio eius, qui poenitens necdum reconciliatus de hac vita exierit, ab ecclesia recipiatur* [h]. Qui poenitentiam in mortis agit periculo, non diutine a reconciliationis gratia differendus est. Sed si profecto mortis urget periculum, poenitentia [i] per manus impositionem accepta statim et reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus aeger abscedat, quam donum reconciliationis accipiat, sicque superstitibus [k] quodam modo doloris videtur esse perpetuum, si praecisum ab ecclesiae membris eum, qui utique reconciliationis non meruit gratiam, raptim a praesenti vita mortis natura subduxerit. Unde iuxta papae Leonis edictum his, qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia praesidium poenitentiae [l] et mox reconciliationis remedium implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda; quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. De his autem, qui accepta poenitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesserint, quamquam diversitas praeceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nobis sententia placuit, qui multiplices numero de huiusmodi humanius decreverunt, ut et memoria talium in ecclesiis commendetur et oblatio pro eorum dedicata spiritibus accipiatur.

131. *De presbiteris vel diaconibus graviori noxa convictis.* Item confirmatum est, ut si quando presbiteri vel diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, non eis manus tanquam poenitentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur. Neque permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.

132. *De poenitentibus qui ex gravioribus levioribusve commissis poenitentiam gerunt.* De poenitentibus, qui sive ex gravioribus commissis sive ex levioribus poenitentiam gerunt, si nulla interveniat aegritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanae ecclesiae consuetudo demonstrat. Caeterum de pondere aestimando delictorum sacerdotis est iudicare, ut adtendat ad confessionem poenitentis et ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac [m] tum iubere dimitti, cum viderit con-

a) reseruabit *G.* b) error *G.* c) e. v. e. i. p. *a Benedicto addita.* d) s. qui est r. *G.* e) *deest G.* f) istis *G.* g) s. percepta m. impositione *G.* h) receptetur *G.* i) poenitentiam p. m. i. acceptam *G.* k) supprestibus *Sang. Camb.* l) p. remedium et m. ex more r. *G.* m) quantum i. *G.*

gruam satisfactionem. Sane si quis aegritudinem inciderit atque usque desperationem devenerit, ei est ante tempus paschae relaxandum, ne de seculo absque communione discedat.

5 133. *De his, qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt.* Qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt, possunt ieiuniis et crebris manus impositionibus purgari, ut deinceps ab idolothitis abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes.
10 Si autem aut idola adoraverunt aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per poenitentiam publicam et per manus impositionem sacerdotali prece sint reconciliati, non oportet admitti. Tempora poenitudinis habita moderatione sunt constituenda,
15 prout conversornm animos sacerdotes inspexerint esse devotos, pariter etiam habentes aetatis senilis intuitum, et periculorum quorumque aut aegritudinum respicientes necessitates; in quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc poenitet, de salute ipsius de-
20 speretur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem, id est per manus impositionem absolutione precum sacerdotalium communionis gratia subveniri.

134. *Ut poenitentes, qui ex gravioribus peccatis poenitentiam gerunt, tribus annis sint inter audientes, si ve-*
25 *ram poenitentiam gesserint.* Poenitentes, qui ex gravioribus peccatis poenitentiam gerunt, si ex corde poeniteant, sicut Nicena synodus de lapsis constituit, tribus annis sint inter audientes, quinque vero vel septem annis subiaceant inter poenitentes manibus sacerdotum.
30 Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo populis in oratione socientur. Nec confundantur Deo colla submittere, qui eum non timuerunt abnegare. Quod si utpote mortales intra metas praescripti temporis coeperit vitae finis urguere,
35 subveniendum est implorantibus seu ab episcopo, qui poenitentiam dedit, seu ab alio, qui tamen datam esse probaverit, aut similiter a praesbitero, iussu aut permissu tamen proprii episcopi, per manus impositionem absolutione precum sacerdotalium viaticum abeuntibus
40 de seculo non negetur. Pueris autem, quibus a puritate vocabulum est, seu clericis, seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur aetatis, aliquandiu sub manus impositione detentis reddenda communio est. Quod si ante praefinitum poenitentiae
45 tempus despecti a medicis aut evidentibus mortis pressi indiciis recepta quiquam [a] communionis gratia convaluerint, servemus in eis, quod Niceni canones ordinarunt, ut habeantur inter illos, qui in oratione sola communicant, donec impleatur spatium temporis eisdem
50 praestitum.

135. *De catecuminis non praetereundis.* Nec catecumini praetereundi sunt, quia non est causa dissimilis, sicut iidem sancti canones ordinaverunt. Hi qui quolibet modo Christum, quem semel confessi sunt, abiura-
55 rint, tribus annis inter audientes sint, et postea cum catecuminis permittantur orare, per manus impositionem communionis catholicae gratiam recepturi.

136. *Ut qui poenitentiam publicę gerunt, uno anno cum cilicio sint inter audientes.* Qui poenitentiam publice
60 gerunt, debent unum annum esse cum cilicio inter audientes, vel usque ad magnum diem, et populo, quando intrat in ecclesiam, perfusi lacrymis veniam postulare precarique eum humiliter, ut pro eis dignetur orare. Tribus vero annis subiaceant inter poenitentes manibus
65 sacerdotum in loco retro ostio ecclesiae poenitentibus constituto, et seorsum, infra ipsam tamen ecclesiam, secluso populo tamen, iam non in terram prostrati, sed vultu et capite humiliato, humiliter et ex corde, ut supra dictum est, veniam postulent et pro se orare exposcant.
70 Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed populis tantummodo in oratione socientur, ut perfectionem septimo in coena Domini consequantur anno, id est per episcopi vel eius iussu, si ipse abest, aliorum sacerdotum manus impositionem, absolutione sacerdotalium praecum, communionis catholicae gratiam recepturi. *Qualiter septem annorum poenitentia agatur.* In his vero septem annis multipliciter ieiuniis, orationibus, fletibus et elymosinarum, pro ut melius potuerint, exhibitionibus et lacrymis persistant. Et ne ulterius eis talia contingant admodum caveant, dicente Domino: *Vade et amplius noli peccare.*

137. *De poenitentibus transgressoribus.* Ut hi, qui frequenti praevaricatione peccata vel poenitentiam iterant, frequenti sententia, nisi per satisfactionem quae praevaricati sunt emendare nitantur, coerceantur vel condemnentur, ut haec, quae voluntarie non diluerunt, inviti emendent. Quod si his aliquis renuerit et praeceptis sui sacerdotis inobediens apparuerit, secundum modum culpae excommunicetur. Si quis autem his ante reconciliationem et eorum satisfactionem absque proprii episcopi licentia communicare praesumpserit, simili excommunicationi subiaceat. Sacerdotes autem, ad quos pertinere noscuntur, si eos quolibet munere vel favore aut neglegentia admonere noluerint aut per satisfactionem revertentes non susceperint, aut contemnentes de ecclesia non eiecerint, simili sententia plectantur, quousque vel emendationis vel eorum damnationis sententia promulgetur.

138. *Ut poenitentibus absque personarum acceptione poenitentia detur.* Ut sacerdos poenitentiam imploranti absque personae acceptione poenitentiae leges iniungat.

139. *De neglegentioribus poenitentibus.* Ut neglegentiores poenitentes tardius recipiantur.

140. *De eo, qui poenitentiam in infirmitate petit.* Is qui poenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuit vel in frenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et accipiat poenitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori eius eucharistia. Si supervixerit, commoneatur a supradictis testibus petitionis suae satisfactio, et subdatur statutum poenitentiae tempus, quamdiu sacerdos, qui poenitentiam dedit, probaverit.

141. *Ut poenitentes non se credant absolutos, nisi per manus impositionem.* Poenitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiae acceperint [b], non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

142. *De poenitentibus qui antequam leges poenitentiae exsequantur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint.* Poenitentes, qui antequam leges poenitentiae exsequantur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis sacerdos subvenire non potuerit, memoria eorum et orationibus et oblationibus commendetur.

143. *De loco monasteriorum vel aedificiis providendis.* Dignum ac necessarium est, ut missi nostri per quaeque loca directi simul cum episcopis uniuscuiusque diocesis perspiciant loca monasteriorum canonicorum pariter et monachorum similiterque puellarum, si in apto et in congruo loco sint posita, ubi commodum necessarium possit [c] adquiri, quod ad utilitatem pertinet monasteriorum, sicut in sancta regula dicitur: *Monasterium autem ita debet constitui, ut omnia necessaria infra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis vel clericis* [1] *vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum.* Similiter quoque aedificationes monasteriorum supradicti missi et cum eis episcopi per diversa loca praevideant, si aptae sint et congruenter sanctae professioni compositae, vel si claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animae in eis commorantium sub

a) quidem *G.* b) acceperunt *B.* c) c. ac n. posset *G.*

1) *vel clericis* Benedictus de suo addidit.

disciplina canonica vel regulari. Ubi autem aliter inventa fuerint, hoc omnimodis episcopus loci ipsius faciat emendari, ita ut condignam professioni eorum custodiam habeant canonici vel monachi atque nonnanes, ne detur eis occasio maleficiendi, quod absit.

144. *Ut episcopi sciant, qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, vivant.* Praecipimus, ut unusquisque episcopus sciat per singula monasteria, quantos quisque abba canonicos in monasterio suo habeat. Et hoc omnino ambo pariter provideant, ut [a] si monachi fieri voluerint, regulariter vivant; sin autem, canonice vivant omnino.

145. *Ut presbiteri chrisma diligenter custodiant.* Presbiteri sub sigillo custodiant chrisma et nulli sub praetextu medicinae vel maleficii donare inde praesumant. Quod si fecerint, honore priventur.

146. *Ut presbiteri utantur assidue orariis.* Presbiteri sine intermissione utantur orariis propter differentiam sacerdotii dignitatis.

147. *Ne laici presbiteros eiciant de ecclesiis eosve in eis constituant absque propriorum episcoporum consensu.* Ut laici presbiteros non eiciant de ecclesiis neque constituant sine consensu episcoporum suorum.

148. *Ne laici a presbiteris munera exigant.* Ut laici omnino munera iniusta non exigant a presbiteris propter commendationem ecclesiae cuiquam [b] presbitero.

149. *De fugitivis clericis.* Ut unusquisque episcopus in sua parrochia diligenter presbiteros vel clericos inquirat, unde sint. Et si aliquem fugitivum invenerit, ad suum episcopum redire faciat.

150. *De letania maiore.* Placuit nobis, ut letania maior observanda sit a cunctis christianis diebus tribus.

151. *De quatuor temporibus observandis.* Constituimus, ut quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio observentur; id est in Martio mense ebdomada prima, feria quarta et sexta et sabbato veniant omnes ad ecclesiam hora nona cum letaniis ad missarum solemnia. Similiter in mense Iunio ebdomada secunda feria quarta et sexta sabbato ieiunetur usque horam nonam, et a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembrio ebdomada tertia. Et in mense Decembrio ebdomada, quae fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, sicut est in Romana ecclesia traditum.

152. *De indicto ieiunio.* Quod si quis indictum ieiunium superbiendo contempserit et observare cum caeteris christianis noluerit, in Gangrensi concilio praecipitur, ut anathematizetur, nisi emendare se studeat.

153. *De dominicis diebus.* Omnes dies dominicos cum omni veneratione observare decrevimus et servili opere abstinere. Et mercatus in eis minime sit, nec placitum, ubi aliquis ad mortem vel ad poenam iudicetur [c].

154. *De decimis.* Ammonemus atque praecipimus, ut decima Deo omnino dari [d] non neglegatur, quam Deus ipse sibi dari constituit: quia timendum est, ut quisquis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua, et [e] qui decimam Deo dare neglexerit, novem partes auferantur ab eo.

155. *Ut ecclesiae pacem habeant.* Reum confugientem ad ecclesiam nemo abstrahere audeat neque inde donare ad poenam vel ad mortem, ut honor Dei et sanctorum eius conservetur; sed rectores ecclesiarum pacem et vitam ac membra eis obtinere studeant. Tamen legitime componant, quod inique fecerunt.

156. *Iterum de pace ecclesiarum.* Praecipimus, ut in ecclesiis aut in domibus ecclesiarum vel in atriis placita secularia minime fiant.

157. *Ut antiquae ecclesiae honorem suum habeant.* Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

158. *De beneficiis ecclesiasticis.* Quicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta ecclesiae restauranda vel ipsas ecclesias emendandas omnino adiuvent, et [f] nonam et decimam reddant.

159. *Ne presbiter missam solus cantet.* Nullus presbiter, ut nobis videtur, solus missam cantare recte valet. Quomodo enim dicet: Dominus vobiscum, vel sursum corda ammonebit habere, et alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit?

160. *De oblatione et pace in aecclesia facienda.* Oblationem quoque et pacem in ecclesia facere iugiter ammoneatur populus christianorum; quia ipsa oblatio sibi et suis magnum est remedium animarum, et in ipsa pace vera unanimitas et concordia demonstratur [g].

161. *De symbolo et oratione dominica.* Symbolum, quod est signaculum fidei, et orationem dominicam discere semper ammoneant sacerdotes populum christianum. Volumusque ut disciplinam condignam habeant qui haec discere neglegunt, sive in ieiunio, sive in alia castigatione. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad scolam, sive ad monasteria, sive foras presbiteris, ut fidem catholicam recte ediscant et orationem dominicam, ut domi alios docere valeant. Qui vero aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

162. *Ut malum ebrietatis omnino vitetur.* Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere praecipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum esse decrevimus usque ad emendationem congruam.

163 *De spiritalibus filiolis.* Praecipimus, ut unusquisque compater vel proximi spiritales filios suos catholice instruant.

164. *Ut canticum luxuriosum circa ecclesias deseratur.* Canticum turpe atque luxuriosum circa ecclesias agere omnino contradicimus, quod et ubique vitandum est.

165. *De incestuosis.* Ut episcopi incestuosos puriter [h] investigare studeant, omnino praecipimus. Et si penitere noluerint, de ecclesia expellantur donec ad poenitentiam revertantur.

166. *Ne in quarta vel quinta aut sexta generatione coniugium copuletur.* Contradicimus quoque, ut in quarta vel quinta sextaque [i] generatione nullus amplius coniugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum inventum fuerit, separetur.

167. *Ne proprius filius de baptismo suscipiatur vel ad confirmationem teneatur.* Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam cuius filium vel filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

168. *De damnatis nuptiis.* Si quis viduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre et filio, tales copulationes anathematizari, nec umquam amplius coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri [k].

169. *De cura et praedicatione sacerdotum [l] erga populum sibi commissum, et ut facinorosos extra ecclesiam eiciant.* Ut sacerdotes populi sibi commissi curam habeant et instanter de eorum animarum salute praedicent, et ut facinorosos secundum euangelicam institutionem arguant.

170. *Ut presbiteri omnes suos subiectos orationem dominicam et symbolum doceant.* Quod presbitero praevidendum sit, ut omnes qui christiano nomine censentur, orationem dominicam et symbolum memoriter teneant et intellegant.

171. *Quibus temporibus baptizandum sit.* Ut baptismum non fiat nisi statutis temporibus, id est, pascha et pentecosten, nisi infirmitas intercesserit. Et ut aliubi

a) *deest G.* b) cuiquam a p. *BAL.* c) tradatur *BAL.* d) dare *G. et infra.* e) *sequentia a Benedicto. cf. epla. synodica Turon. II. a.* 567. f) et n. et d. r. *desunt* 813. 24. vel annonam *G.* g) demonstretur *G.* h) puniter *Camb.* i) v. q. s. *desunt in conc. Mog.* k) feriri *Trev. Camb.* l) sacerdotis *G.*

non baptizetur, nisi in vicis publicis, nisi, sicut iam dictum est, ob infirmitatis causam.

172. *Quod nullum pretium pro baptismo accipi debeat.* Ut nemo presbiterorum pro baptismo pretium accipere praesumat. Quod si fecerit, sciat se canonica regula esse damnandum.

173. *De decimis, ut fideliter a fidelibus dentur et canonice a presbiteris dividantur.* Ut decimae fideliter sanctae ecclesiae reddantur et presbiteri secundum canonicam regulam fideliter eas dividant.

174. *De presbiteris, ut seculares non exerceant curas neque iudices villarum fiant.* Ut presbiteri curas seculares nullatenus exerceant, id est ut neque iudices neque maiores villarum [a] fiant.

175. *Ut in titulis quibus presbiteri consecrantur, ante suam promotionem stabilitatem promittant.* Ut presbiteri, qui in titulis consecrantur, secundum canones, antequam ordinentur, promissionem stabilitatis loci illius faciant.

176. *Ne feminae cum presbiteris habitent.* Ut presbiteri secum feminas licentiam non habeant habitandi, et ut suspiciones effugiant.

177. *De presbiteris vel clericis fugitivis.* De fugitivis presbiteris vel clericis canonica auctoritas observetur; id est ut nemo nostrum clericum alterius parrochiae ordinet, neque ordinatum suscipiat sine permissione sui episcopi [b]. Et hoc considerandum est, quid de talibus faciendum sit.

178. *Ut in domibus non consecratis nequaquam missa celebretur.* Sancitum est, ut nullus presbiterorum in domibus ab episcopis non consecratis oblationem offerre quoquo modo praesumat.

179. *Ut presbiteri, diaconi vel subdiaconi nec arma portent, nec venationem exerceant.* Et hoc cavendum est, ut presbiteri vel diaconi sive subdiaconi arma portare non praesumant, neque venationes aliquas exercere.

180. *Quod non liceat mulieri sanctum velum acceptum dimittere.* Qualicunque modo mulier permittente canonice viro suo aut eo defuncto velum sanctum in caput acceperit, aut sponte aut invita, in eo permaneat omnino nec dimittat.

181. *Ut res pauperum vel minus potentum mala occasione non emantur.* Propter provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec episcopi nec abbates nec comites nec vicarii nec iudices nullusque omnino sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minus potentum nec emere nec vi tollere audeat. Sed quisquis [c] ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus et cum ratione hoc faciat. Ubicunque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iussionem nostram.

182. *De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de convenientia episcoporum cum laicis.* Ut episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas praevidere, regere et gubernare atque dispensare secundum canonicam auctoritatem. Volumus, ut laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas ecclesias Dei [d], viduas et orphanos defensandos, et ut obedientes sint eis ad eorum christianitatem servandam. Et episcopi consentientes sint comitibus et iudicibus ad iustitias faciendas. Et nullatenus per aliquorum mendacium vel falsum testimonium neque periurium aut per praemium lex iusta in aliquo depravetur.

183. *De eo, qui causam iudicatam repetere praesumit.* Si quis causam iudicatam repetere praesumpserit in mallo, ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos conponat, aut quindecim ictus ab scabinis, qui causam prius iudicaverunt, accipiat.

184. *De colonis et fiscalinis.* Ut nec colonus nec fiscalinus possint alicubi traditiones facere.

185. *De vita canonicorum.* In omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas decrevimus, ut canonici clerici canonice vivant, observantes divinae scripturae doctrinam et documenta sanctorum patrum, et nihil sine licentia episcopi sui vel magistri eorum inconposite agere praesumant. In unoquoque episcopatu ut simul manducent et dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit. Vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo claustro maneant et singulis diebus mane prima ad lectionem veniant et audiant, quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant et obedientiam secundum canones magistris suis exhibeant.

186. *De presbiteris occisis.* Presbiteri interfecti episcopo, ad cuius parrochiam pertinent, solvantur secundum capitulare gloriosi Karoli genitoris nostri, ita videlicet, ut medietatem wirgildi eius episcopus utilitatibus ecclesiae, cui is praefuit, tribuat, et alteram medietatem in elymosina illius iuste dispertiat: quia nullus nobis eius heres proximior videtur, quam ille qui ipsum Domino sociavit.

187. *De accusatione episcopi.* Ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

188. *Quod non liceat monasteria Deo sacrata diversoria fieri secularia.* Ut deinceps monasteria, quae Deo sacrata esse noscuntur, diversoria secularia secundum canonicam institutionem, in quantum cavere hoc possumus, non fiant, sed religiosis et Deum timentibus hominibusque sacratis tribuantur.

189. *Ut coniurationes vel conspirationes non fiant.* Ut coniurationes vel conspirationes non fiant; quia haec facientes sacri canones graviter damnant.

190. *De illis qui res ecclesiae tenent.* Si quis ecclesiasticam rem tenet et admonitus iudicium declinaverit, quoadusque ad discussionem veniat, aut rem restituat ecclesiasticam, aut communione privetur.

191. *De servo ecclesiae in furto compraehenso.* Si servus ecclesiae in furto compraehensus fuerit, a iudice publico sicut et reliqui distringatur. Et si iudex publicus servum ecclesiae sine [e] furto non praesumentem sine audientia vicedomini aut archidiaconi aut detinere aut iniuriare praesumpserit, anno integro ab ecclesiae liminibus arceatur [f].

192. *De his, qui clericum iniuriaverint. Ex concilio Autissiodorensi.* Quicunque iudex aut secularis presbitero aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus, absque audientia episcopi vel archidiaconi vel archipresbiteri iniuriam inferre praesumpserit, anathema ab omnium christianorum consortio habeatur.

193. *Ut homicidis vel caeteris reis, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, nullus eis victus detur* [g]. Ut homicidis vel caeteris reis, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint [h], nullus eis victus detur.

194. *De decimis per iussionem episcopi dispensandis.* Ut unusquisque suam decimam donet atque per iussionem episcopi dispenset.

195. *Qualiter de latronibus faciendum sit.* Ut latrones de infra emunitatem a [i] iudice ipsius emunitatis in comitis placito praesententur. Et qui hoc non fecerit, beneficium et honorem perdat. Similiter vassi nostri, si hoc non adimpleverint, beneficium et honorem perdant. Et qui beneficium non habent, bannum solvant.

196. *De periuriis.* De eo, qui periurium fecerit, ut

a) *deest G.* b) pontificis *BAL.* c) si quis *G.* d) *sequentia omittit Metensis, haec pro iis exhibens*: Et Nicolaus papa ad locum ita ut secundum sacrorum canonum sanctionem in potestate episcopi res omnes ecclesiae consistant, et ille secundum timorem Dei quibus voluerit et quomodo voluerit illas dispenset. Et in suprascripto libro ex canonica auctoritate assumptum istud ita invenitur capitulum: Si quis (cf. cap. 21). e) publico servo e. super f. n. praesumente *G.* f) arceantur *G.* g) *G. pro his habet:* Ex capitulis domni Karoli regis anno regni eius XI actis. h) non excusentur *omisit.* h) emunitate *G.*

nullam redemptionem solvat, sed manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso periurio, stent ad crucem. Et si iurator vicerit, legem suam accusator emendet. Hoc vero de minoribus causis observandum. De maioribus vero rebus aut de statu ingenuitatis secundum legem custodiant.

197. *De latronibus iuste peremptis, et de hominibus iniuste punitis.* De vindicta et iudicio iusto in latrones facto testimonia episcoporum absque peccato comitis esse dicuntur, ita tamen ut absque invidia aut occasione mala hoc fiat, nihilque aliud ibi interponatur nisi vera iustitia ad perficiendum. Ille vero, qui per odium vel malum ingenium et nisi propter iustitiam faciendam hominem punierit, honorem suum perdat et legibus contra quem iniuste fecit, secundum poenam quam intulerit, emendet.

198. *De nonis* [a] *et decimis vel censu ecclesiarum.* De rebus vero ecclesiarum, unde nunc census exeunt, decima et nona cum ipso censu solvantur. Et unde antea non exierunt [b], similiter nonae et decimae dentur. De casatis vero quinquaginta [c] solidus unus, de triginta dimidius solidus, de viginti transmissus unus. Et ut precariae modo renoventur [d]. Et ubi non sunt scriptae, fiat descriptio inter conventores de verbo nostro.

199. *De tributariis aecclesiarum.* De cerariis et tabulariis ac cartellariis ita fiat, sicut a longo tempore decretum est.

200. *Ut sacramentum pro ghildonia non fiat.* De sacramentis pro gildonia invicem coniurantibus, ut nemo praesumat facere. Alio vero modo de elymosinis illorum aut de incendiis aut de naufragiis, quamvis conhibentiam faciant, nemo in hoc iurare praesumat.

201. *Ut iterantibus nullus impedimentum faciat.* De iterantibus qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos per collectam [e] nemo sit ausus adsallire. Et nemo herbam defensionis tempore [f] praesumat tollere, nisi in hostem pergat aut missus noster sit.

202. *De teloneis forbannitis.* De teloneis, qualiter antea forbanniti fuerunt, observetur, ut nullus tollat, nisi quod ab antiquo statutum fuerat [g].

203. *Ut mancipia non sine testibus vendantur.* De mancipiis, ut non vendantur nisi aut in praesentia episcopi vel comitis, aut praesentia archidiaconi aut centenarii aut vicedomini aut iudicis comitis, aut ante bene nota testimonia. Et ut foras marcam nemo mancipia vendat; et qui fecerit, tantas vices bannum solvat, quanta mancipia vendidit. Et si non habet pretium, in wadium se ipsum tradat comiti pro pretio, usque dum ipsum bannum solvat.

204. *Qualiter de comitibus vel de vassis dominicis iustitias non facientibus agendum sit.* Si comes in suo ministerio iustitias non fecerit, missis nostris de sua causa vel de suis exeniis [h] serviat, usque dum iustitiae ibi factae fuerint. Et si vassus noster iustitias non fecerit, tunc et comes et missus noster ad ipsius casam sedeant et de suo vivant, quousque iustitias faciant.

205. *De his, qui pretium pro faida recipere et iustitiam facere nolunt.* Si quis pro faida praecium recipere non vult et iustitiam exinde facere, in talem locum eum mittere volumus, ut maius damnum non crescat.

206. *De latronibus bis per membra et tertio per vitam puniendis.* De latronibus ita praecipimus observandum, ut pro prima culpa non moriatur, sed unum oculum perdat; de alia vero culpa nasus ipsius latronis truncetur; de tertia culpa, si se non emendaverit, morietur.

207. *Decretale precum quorundam episcoporum.* Capitulare qualiter institutum est in hoc episcoporum conventu; id est ut unusquisque episcopus tres missas et tria psalteria, unum pro domno rege et aliud pro exercitu Francorum, tertium pro praesenti tribulatione faciat. Presbiteri missas tres. Monachi et monachae [i] et canonici unusquisque psalteria tria. Et biduanas omnes faciant tam episcopi, quam monachi et monachae atque canonici atque eorum infra casati [k] homines, vel qui potentes sunt. Et unusquisque episcopus, abbas et abbatissa, qui facere potest, libram donet de argento aut eam valente in elymosinam, mediocres vero dimidiam libram, minores vero solidos quinque. Et episcopi, abbates et abbatissae pauperes famelicos quatuor pro ista striccitate nutrire debeant usque tempore messium. Et qui tantum non possunt, iuxta quod possibilitas est, aut tres vel duos aut unum. Comites fortiores libram de argento aut valente donent in elymosinam, mediocres vero mediam [l] libram; vassus dominicus de casatis ducentis mediam [m] libram, de casatis centum solidos quinque, de quinquaginta unciam unam. Et faciant biduanas, et [n] eorum homines, atque eorum casati, vel qui hoc facere possunt. Et qui redimere ipsam triduanam voluerit, fortiores comites uncias tres, mediocres denarios triginta, minores solidum unum. Et de pauperibus famelicis sicut suprascriptum est ipsi faciant. Haec omnia, si Domino placuerit, pro domno rege et exercitu Francorum et praesenti tribulatione missa sancti Iohannis sint completa.

208. *Quod res aecclesiarum vota sint fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum; quibus non solum conlata conservanda, sed etiam alia augenda sunt.* Quia iuxta sanctorum patrum traditionem novimus res ecclesiae vota esse fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, cui non solum habita conservare, verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus, tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus illius ecclesiae suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus, ut neque nostris, neque filiorum et Deo dispensante successorum nostrorum temporibus qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem [o] aut iacturam patiantur.

209. *De collatis aecclesiae dividendis.* Statutum est, ut quicquid tempore imperii nostri a fidelibus ecclesiae sponte collatum fuerit, in ditioribus locis duas partes in usus pauperum, tertiam in stipendia cedere clericorum aut monachorum, in minoribus vero locis aeque inter clerum et pauperes fore dividendum, nisi forte a datoribus alicubi specialiter datae fuerint.

210. *De ordinatione servorum.* De servorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promovebantur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere. Id enim statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere praesumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum suum fugiens aut latitans aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est, ut deponatur et dominus eius eum recipiat. Si vero pater eius vel mater ab alia patria in aliam migrans in eadem provincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, et utrum servus sit ignoraverit, et postea veniens dominus illius legibus eum adquisierit, sancitum est ut si dominus eius illi [p] libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. Si vero eum catena servitutis a castris dominicis extrahere voluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros ordines vilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest. De rebus vero illorum vel peculiare, qui a propriis dominis libertate donantur, ut ad gradus ecclesiasticos iure promoveantur, statutum est, ut in potestate dominorum consistat, utrum illis concedere an sibi ven-

a) annonis *G. const.* b) exigerunt *G.* c) *deest G.* d) *reliqua diversa a.* 779, 13. e) collectum *G.* f) in t. *G.* g) fuerit *BAL.* h) *deest* in 779. i) nonnachae *G.* k) casti *G.* l) dimidiam *BAL.* m) *deest BAL.* n) *aliter in decretali.* o) faciant divisionem ut i. patiatur *G.* p) d. illius l. *G.*

dicare velint. Caeterum si post ordinationem aliquid adquisierint, illud observetur, quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est. De ecclesiarum vero servis communi sententia decretum est, ut 5 archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem habeant, suffraganei vero exemplar illius secum habeant. Et quandocunque de familia ecclesiae utilis [a] inventus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, et coram sacerdotibus 10 vel coram fidelibus laicis et ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate libertatem consequatur, et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur. Similiter quoque de his agendum est, quos laici de familia ecclesiarum ad sacros ordines 15 promovere voluerint. Sed et de his, quos praepositi canonicorum aut monachorum ordinandos expetiverint, eadem forma servanda est.

211. *De personis, a quibus non sunt res accipiendae.* Statutum est, ut nullus quilibet ecclesiasticus ab his 20 personis res deinceps accipere praesumat, quorum liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione possint rerum propriarum exheredari. Quod si aliquis deinceps hoc facere tentaverit, synodali sententia districte feriatur et res ad exheredatos redeant.

25 212. *Ut nullus presbiter aliqua cupiditate quemquam tonsurare suadeat* [b]. Statutum est, ut nullus in canonica aut regulari professione constitutus aliquem tonsurare, propter res adipiscendas deinceps persuadeat. Et qui hoc facere temptaverit, synodali vel imperiali sententia 30 modis omnibus feriatur.

213. *De presbiteris constituendis.* Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbiteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur. Et si laici clericos probabilis vitae et doctrinae episco- 35 pis consecrandos, suisque in ecclesiis constituendos, obtulerint, nulla qualibet occasione eos reiciant.

214. *De mansis uniuscuiusque aecclesiae.* Sancitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque aliquo servitio attribuatur. Et ut presbiteri in eis con- 40 stituti non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atriis vel ortis iuxta ecclesiam positis neque de praescripto manso aliquod servitium praeter ecclesiasticum faciant. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum servitium 45 impendant.

215. *De presbiteris uniuscuiusque ecclesiae.* Statutum est, postquam hoc impletum fuerit, ut unaquaeque ecclesia suum presbiterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit.

50 216. *De sacris vasis ecclesiae ad pignus datis.* De sacris vasis ecclesiae, quae in pignus a nonnullis in quibusdam locis dari comperimus, inhibitum est, ne deinceps a quoquam fieri praesumatur, nisi solummodo necessitate redimendorum captivorum compellantur.

55 217. *De ecclesiis destructis, vel de nonis* [c] *et decimis.* De ecclesiis sane destructis, vel de nonis et decimis, sive de claustris canonicorum, qualiter constitui et ordinari nobis placuerit, aliis capitulis adnotavimus.

218. *De presbiteris, qui feminas in domibus habent.* 60 Statutum est ab episcopis de presbiteris, qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, ut si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur.

65 219. *De presbiteris, qui pro chrismate in coena Domini veniebant.* De presbiteris, qui accipiendi chrismatis gratia ad civitates in coena Domini venire soliti erant, sancitum est, ut de his, qui longe positi sunt, de octo vel decem unus ab episcopo eligatur, qui acceptum 70 crisma sibi et sociis diligenter perferat. Hi vero, qui non longius a civitate, quam quatuor aut quinque millibus habitant, more solito ad accipiendum crisma perveniant. Discendi vero [d] gratia alio, non quadragesimali tempore, ad civitates vocentur.

220. *De praedicatione et confirmatione episcoporum.* Ne vero episcopi occasione praedicandi aut confirmandi oneri essent populis, a nobis admoniti polliciti sunt, se deinceps hoc cavere velle et eo tempore suum ministerium, in quantum facultas datur, exequi, quo eorum profectio, quantum in illis est, his, quibus prodesse possunt et debent, non sit importuna vel onerosa.

221. *De pueris tondendis et puellis velandis.* Ne pueri sine voluntate parentum tonsurentur vel [e] puellae velentur, modis omnibus inhibitum est. Et qui hoc facere tentaverit, multam, quae in capitulis legis mundanae a nobis constituta continetur, persolvere cogatur.

222. *De feminis viros amittentibus.* De feminis, quae viros amittunt, placet, ne se sicut actenus indiscrete velent, sed ut triginta dies post discessum viri sui expectent et post tricesimum diem [f] per consilium episcopi sui, vel si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id quod eligere debent eligant. Et quia a sacro conventu rogati, ut hi, qui publicam gerunt poenitentiam, et feminae, quae viros amittunt, nostra auctoritate donec deliberent quid agant tueantur: specialiter pro his capitula fieri et legis mundanae capitulis inserenda decrevimus.

223. *De raptis et de earum raptoribus.* De raptis et de raptoribus quamquam specialiter decrevissemus, quid pati debeant, qui hoc nefas deinceps facere temptaverint, quid tamen de his sacri canones praecipiant, hic inserendum necessarium duximus; quatinus omnibus pateat, quantum malum sit, et non solum humana, sed et divina auctoritate constricti abhinc hoc malum caveatur.

224. *De puellis raptis necdum desponsatis.* De puellis raptis necdum desponsatis in concilio Calcidonensi, ubi 630 patres affuerunt, capitulo 38. ita habetur: *Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conhibentes raptoribus decrevit sancta synodus, siquidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.* Quibus verbis aperte datur intellegi, qualiter huiusmali auctores damnandi sunt, quando participes et conhibentes tanto anathemate feriuntur, et quia iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vindicare nullatenus possint.

225. *De desponsatis puellis et ab aliis raptis.* De desponsatis puellis et ab aliis raptis ita in concilio Ancyrano capitulo decimo legitur: *Desponsatas puellas et postea ab aliis raptas placuit erui et eis reddi, quibus ante fuerant desponsatae, etiamsi eis a raptoribus vis* [g] *illata constiterit.* Proinde statutum est a sacro conventu, ut raptor publica poenitentia multetur; raptae vero, si sponsus eam recipere noluerit et ipsa eiusdem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si et illa consensit, simili sententiae subiaceat. Quod si post haec iungere praesumpserint, utrique anathematizentur.

226. *De his, qui virginibus Deo dicatis se sociant.* De his, qui sacris virginibus se sociant, ita in decretis papae Gelasii capitulo vigesimo continetur: *Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus et post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilegaque miscere; quos protinus aequum est a sacra communione detrudi, et nisi publicam probatamque egerint poenitentiam, omnino non recipi. Aut his certe viaticum de seculo transeuntibus, si tamen poenituerint, non negetur.* Si vero de copulatione sacrarum virginum tam severe feriuntur, quanto severius feriendi sunt qui eas rapiunt? Ideo, sicut praemissum est, necesse est, ut ab omnibus in christiana religione consistentibus rigore auctoritatis divinae vel humanae hoc malum radicitus amputetur.

a) utilę *G.* b) studeat *G.* c) annonis *G. constanter.* d) ergo *BAL.* e) idem ne *G.* f) XXX dies *G.* g) r. suis i. iniuria *c.*

227. *De puellis, quo tempore velentur.* Ne vero puellae indiscrete velentur, placuit nobis etiam de sacris canonibus qualiter observandum sit hic inserere. De tempore velandarum puellarum in Africano concilio capitulo 16 continetur, ut non ante viginti quinque annos consecrentur. Item in eodem concilio capitulo 93 de virginibus velandis ita continetur: *Item placuit, ut quicunque episcoporum necessitate virginali cum et vel petitor potens vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo conpuncta* [a] *fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus aut his, ad quorum curam pertinet, velaverit virginem seu velavit ante viginti quinque annos aetatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.* Unde colligitur, quia iuxta priorem sanctionem virgines vicesimo quinto aetatis suae anno rite consecrandae sunt. Quod si praemissae necessitates ante id fieri compulerint, non ullum [b] possint episcopo afferre praeiudicium consecranti.

228. *De examinatione sanctae crucis non facienda.* Sancitum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem sanctae crucis facere praesumat, ne Christi passio neque glorificatio cuiuslibet temeritate contemptui habeatur.

229. *De pabulo verbi divini nuntiando.* Episcopus sive per se, sive per vicarios pabulum verbi divini sedule populis adnuntiet; quia, ut ait beatus Gregorius, iram contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine praedicationis sonitu incedit. Et ut clerum sibi commissum in sobrietate et castitate nutriat divinisque officiis imbuat, qui rite ad sacrosanctos ecclesiasticos ordines promoveri possint. Et ut operam dent, quatinus presbiteri missalem et lectionarium sive caeteros libellos sibi necessarios bene correctos habeant; et qualiter ecclesias destructas sibi pertinentes iuxta vires emendent, qualiter etiam viduas diligenter instruant, quomodo etiam secundum apostolicam auctoritatem conversari debeant, edoceant. Et ut superstitiones, quas quibusdam in locis in exsequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent. Et ut exemplo suae innocentiae alios ad bene vivendum provocent; et cunctis ecclesiasticis negotiis, quantum Dominus iuverit, totis viribus consulere satagant, diligenter admonuimus. Et ut liberius exsequi valeant, nos in quantum Dominus posse dederit opem ferre modis omnibus optamus.

230. *De homicidiis in ecclesiis vel in atriis earum perpetratis.* Si quis aut ex levi causa aut sine causa hominem interfecerit in ecclesia, de vita componat. Si vero foris rixati fuerint et unus alterum in ecclesiam fugerit et ibi se defendendo eum interfecerit, si huius facti testes non habuerit, cum duodecim coniuratoribus legitimis iurare cogatur [c]; is vero qui interfectus est, absque conpositione iaceat; ac deinde interfector secundum iudicium canonicum congruam facinori quod admisit poenitentiam accipiat. Si proprius servus hoc admiserit, iudicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et si manus eius exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit, dominus eius iuxta quod wirgildus illius est, ad ecclesiam persolvat, aut eum, si voluerit, eidem ecclesiae tradat. De ecclesiastico et fiscalino et beneficiario servo volumus, ut pro una vice wirgildus eius pro eo componatur; altera vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio ecclesiae, cuius porta reliquiis sanctorum consecrata est, huiusmodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur vel conponatur. Si vero porta ecclesiae non est consecrata, eo modo conponatur quod in atrio committitur, sicut conponi debet quod in emunitate violata committitur.

231. *De iniuriis sacerdotum in ecclesiis factis.* Sanguinis effusio in ecclesia facta cum fuste, si presbiter fuerit, triplo conponatur, duae partes eidem presbitero, tertia pro fredo ad ecclesiam, insuper et bannus noster. Similiter de diacono iuxta suam compositionem triplo persolvatur et insuper bannus noster. Similiter [d] et de ictu sine [e] sanguinis effusione, de unoquoque ordine clericorum secundum suam conpositionem triplo, et bannus noster. Et qui non habet, unde ad ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem ecclesiae, usque dum totum debitum persolvat.

232. *De viduis et pupillis et pauperibus.* Viduae et pupilli ac pauperes quandocunque in mallum ante comitem venerint, primo eorum causa audiatur et definiatur. Et si testes per se ad causas suas quaerendas habere non potuerint vel legem nescierint, comes illos vel illas adiuvet dando eis talem hominem, qui rationem eorum teneat vel pro eis loquatur.

233. *De raptu viduarum.* Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis suae vel invitam vel volentem sibi copulaverit, bannum nostrum, id est solidos sexaginta, in triplo conponat. Et si invitam eam duxit, legem suam ei conponat, illam vero ulterius non adtingat.

234. *De homine publicam poenitentiam agente interfecto.* Qui hominem publicam poenitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo conponat, et wirgildum proximis suis persolvat.

235. *Ut omnis homo liber potestatem habeat, ubicunque voluerit res suas dare pro salute animae suae.* Si quis res suas pro salute animae suae vel ad aliquem venerabilem locum vel propinquo suo vel cuilibet alteri tradere voluerit et eo tempore intra ipsum comitatum fuerit, in quo res illae positae sunt, legitimam traditionem facere studeat. Quod si eodem tempore, quo illas tradere vult, extra eundem comitatum fuerit, id est sive in exercitu, sive in palatio, sive in alio quolibet loco; adhibeat sibi vel de suis pagensibus vel de aliis, qui eadem lege vivunt qua ipse vivit, testes idoneos; vel si illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi [f] meliores inveniri possunt; et coram ipsis rerum suarum traditionem faciat et fideiussores vestiturae donet ei, qui illam traditionem accipit, qui vestituram faciant. Et postquam haec traditio ita facta fuerit, heres illius numquam de praedictis rebus valeat facere repetitionem. Insuper et ipse per se fideiussorem faciat eiusdem vestiturae, ne heredi ulla occasio remaneat hanc traditionem immutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus suis divisas habuit, non ei hoc sit impedimentum; sed coheres eius si sponte noluerit, aut per comitem aut per missum eius distringatur, ut divisionem cum illo faciat, ad [g] quem defunctus hereditatem suam voluit pervenire. Et si cuilibet ecclesiae eam tradere rogavit, coheres eius eam legem cum illa ecclesia de praedicta hereditate habeat, quam cum alio [h] coherede suo habere debet. Et hoc observetur erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos. Postea ipsae res ad emunitatem ipsius ecclesiae redeant.

236. *De homicidiis prohibendis.* Quicunque hominem aut ex levi causa aut sine causa interfecerit, wirgildum eius his, ad quos ille pertinet, conponat. Ipse vero propter talem praesumptionem in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit. Res tamen suas non amittat.

237. *Quid in conpositionem wirgildi dari non debeat.* In conpositionem wirgildi volumus ut ea dentur, quae in lege continentur, excepto accipitre et spata; quia

a) conpunctus, *duabus ultimis litteris per transversam lineam deletis et a superscripto; sed haec omnia statim cum conscripta essent, digito abstersa.* b) nullum *G.* c) *haec diversa in IV,* 13. d) *aliter ac in* IV, 14 *legitur.* e) in *G.* f) sibi m. invenire possit (*corr. ex* possunt) *G.* g) aut q.. d. ad h. *G.* h) illo *BAL.*

propter illa duo aliquoties periurium committitur, quando maioris pretii, quam illa sint, esse iurantur.

238. *De raptu alienarum sponsarum.* Si quis sponsam alienam rapuerit, aut patri eius aut ei, qui legibus eius defensor esse debet, cum sua lege eam reddat. Et quicquid cum ea tulerit, semotim unamquamque rem secundum legem reddat. Et si hoc defensor eius perpetrari consensit, et ideo raptori [a] nihil quaerere voluerit, comes singula de unaquaque re freda nostra ab eo exactare faciat: sponso vero legem suam conponat et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, solvat; vel in praesentiam nostram comes eum advenire faciat; et quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat, et illam feminam ei habere non liceat.

239. *De falsis testibus convincendis.* Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum per iudicium producti fuerint, si falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium testimonio falsorum testium perversitas superetur. Quod si ambae partes testium ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere [b] velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum scutis et fustibus in campo decertent [c].

240. *De concordia episcoporum et comitum.* Ut episcopi cum comitibus stent, et comites cum episcopis, ut [d] uterque pleniter suum ministerium peragere possit.

241. *De latronibus, homicidis, adulteris, incestuosis sub magna districtione coercendis.* Ut latrones seu homicidae vel adulteri sive incestuosi sub magna districtione et correctione sint correpti [e].

242. *De invasione aliorum rerum.* De rebus propriis [f], ut ante missos et comites et iudices nostros veniant, et ibi accipiant finitivam sententiam; et antea nullus praesumat alterius res proprindere [g], sed magis suam causam quaerat ante iudices nostros, ut diximus, et ibi recipiant quod iustum est.

243. *Pro qua re in presentiam regis venire quis debeat.* Ut si aliquis voluerit dicere, quod iuste ei non iudicetur, tunc in presentiam nostram veniat. Aliter vero non praesumat in praesentiam nostram venire pro alterius iustitia dilatanda.

244. *Ne noviter conversi cito ad aliqua mittantur exercenda negotia.* De laicis noviter conversis, ne antequam suam legem pleniter vivendo discunt, ad alia negotia mittantur.

245. *Quid de his agendum sit, qui gratia fugiendi debitum servitium seculum relinquunt.* De his, qui seculum relinquunt propter servitium impediendum, et tunc neutrum faciunt, ut unum e duobus eligant, aut pleniter secundum canonicam aut secundum regulae institutionem vivant, aut servitium dominicum faciant.

246. *Quid tempore [h] famis ac cuiuslibet tribulationis agendum sit.* De hoc si evenerit fames, clades aut inaequalitas aeris vel alia qualiscunque tribulatio, ut non expectetur edictum dominicum, sed statim deprecetur Dei misericordia; ut [i] in praesenti anno de famis inopia, ut suos quisque adiuvet prout potest, et nemo suam annonam nimis care vendat, et ne foras imperium nostrum vendatur aliquod alimonium.

247. *Ut infra patriam arma non portentur. Et qualiter discordantes ad pacem cogantur redire.* De armis infra patriam non portandis, id est, scutis et lanceis vel loricis [k]. Et si faidiosus quis sit, discutiatur tunc quis e duobus contrarius sit, ut pacati sint; constringantur ad pacem, etiamsi noluerint. Et si aliter pacificare nolunt, adducantur in nostram praesentiam. Et si quis post pacificationem alterum occiderit, componat illum et manum quam periuravit absque ulla redemptione [l] perdat, et insuper bannum dominicum solvat. Et [m] ut servi lanceas non portent. Qui inventus fuerit post bannum, hasta frangatur in dorso eius.

248. *De armaturis et bruniis habendis.* De armatura in exercitu, sicut antea in alio capitulare mandavimus, ita servetur. Et insuper omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat. Qui vero bruniam habet et eam secum non duxerit, omne beneficium cum brunia perdat.

249. *De his, qui iudicia [n] scabiniorum adquiescere nolunt.* De clamatoribus vel causidicis, qui nec iudicium scabiniorum adquiescere nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est ut [o] in custodia recludantur, donec unum e duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re proclamaverint et litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tunc tamen in carcerem mittantur, sed cum custodia et cum ipsis litteris ad palatium nostrum remittantur et ibi discutiantur sicut dignum est.

250. *Quod regi et senioribus tantum fidelitas per sacramentum promitti debeat. Et ut caetera sacramenta legaliter fiant.* De iuramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad utilitatem nostram et sui senioris; excepto his sacramentis, quae iuste secundum legem alteri ab altero debentur. Et infantes, qui antea non potuerunt propter iuvenilem aetatem iurare, modo fidelitatem promittant.

251. *Ut si conspirationes factae fuerint, triplici ratione iudicentur.* Quicunque conspirationes facere praesumpserint et sacramento quamcunque conspirationem firmaverint, triplici ratione iudicentur. Primo, ut ubicunque aliquod malum propter hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur; adiutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem praecidant [p]: ubi vero nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur et capillos sibi invicem detundant. Si vero per dexteras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus, quod hoc pro malo non fecissent; aut si hoc facere non potuerint, secundum legem suam componant. Si vero servi sunt, flagellentur, ut de caetero in regno nostro nulla huiusmodi conspiratio neque per sacramentum neque sine sacramento fiat.

252. *Qualiter de testibus agendum sit, qualesque ad testimonium adducantur.* De periuriis, ut caveantur; et non admittantur testes ad iuramentum antequam discutiantur. Et si aliter discuti non possunt, separentur ab invicem et singulariter inquirantur. Et non soli accusatori liceat testes eligere absente suo causatore. Et omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum vel ad testimonium admittatur. Et ille, qui ad testimonium adducitur, si refutatur, dicat ille qui eum refutat et probet, quare illum recipere nolit. Et de ipso pago, non de altero, testes eligantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit periurii, perdat manum aut redimat.

253. *Quales personae ad causas discernendas [q] et terminandas eligi debeant.* De advocatis, vicedominis, vicariis, centenariis pravis, ut tollantur et tales eligantur, qui et sciant et velint iuste causam discernere et terminare. Et quisquis [r] pravus inventus fuerit, nobis pro certo nuntietur.

254. *De teloneis, quae [s] de mercatis et navigiis vel aliis, aut quaecunque iniuste exiguntur, quid fieri debeat.* De teloneis placet nobis ita, ut antiqua et iusta telonea a negotiatoribus exigantur tam de pontibus, quam de navigiis seu mercatis. Nova vero sive iniusta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus sub pontibus transitur, seu his similia, in quibus nullum adiutorium ite-

a) raptor *G.* b) credere *BAL.* c) *plurima hic omissa sunt a Bened.* d) et ut *G.* e) *hic aliqua desunt.* f) propresis 803. *Bai.* 6. g) proprindere *corr.* propria inuadere *G.* h) De t. f. aut *G.* i) *deest G.* k) v. l. *desunt BAL.* l) a. u. r. *deest in Cap. a.* 805. et III. 4. m) cf. Cap. 805. n) iudicis *BAL.* o) aut *G.* p) praecidantur *G.* q) discutiendas *BAL.* r) si comes III. 11. s) qui *G.*

rantibus praestatur, non exigantur. Similiter etiam nec de his, qui sine negotiandi causa substantiam suam de una domo sua ad aliam aut ad palatium aut in exercitum ducunt. Si quid vero fuerit, unde dubitetur, ad placitum[a] nostrum, quod cum missis nostris habituri sumus, interrogetur.

255. *De his, qui ex seculo ad monasteria converti volunt.* Liberi homines, qui ad servitium Dei se tradere volunt, prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam postulent. Hoc ideo praecipimus, quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis quam exercitum sive aliam functionem regalem fugiendo; quosdam vero cupiditatis causa ab his, qui res illorum concupiscunt, circumventos audivimus; et hoc ideo fieri prohibemus.

256. *De hominibus pauperibus liberis, ut a potentioribus non opprimantur iniuste.* De oppressione pauperum hominum liberorum, ut non fiant a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo haec ut supra et hic de liberis hominibus diximus, ne forte parentes contra iustitiam fiant exheredati et regale obsequium minuatur[b] et ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut saepius non fiant manniti ad placitum, nisi sicut in alio capitulari precepimus.

257. *De ecclesiis sive sanctis noviter inventis.* De ecclesiis seu sanctis noviter sine auctoritate inventis nisi episcopo probante minime venerentur: salva etiam de hoc et de omnibus ecclesiis canonica auctoritate.

258. *Ut heribannus absque personarum acceptione fideliter ab omnibus exigatur.* De heribanno volumus, ut missi nostri hoc fideliter exigant absque ullius personae gratia, blanditia seu terrore secundum iussionem nostram. Id est ut de homine habente libras sex in auro, in argento, bruniis, aeramento, pannis integris, caballis, bubus, ovibus, vaccis vel alio peculio, ita ut uxores eorum vel infantes non fiant spoliati pro hac re de vestimentis eorum, accipiant legitimum haeribannum, id est libras tres. Qui vero non habuerit amplius in suprascripto pretio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non habuerit amplius nisi duas libras, decem solidos solvat. Si vero nisi unam libram habuerit, solidos quinque, ita ut iterum se valeat praeparare ad Dei servitium et ad nostram utilitatem. Et missi nostri caveant et diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium nostram subtrahant iustitiam alteri tradendo aut commendando.

259. *De hominibus vel feminis liberis, qui cum fiscalinis se iungunt.* Liberi homines, qui uxores de fiscis regalibus habent, et feminae, quae liberae sunt et homines fiscalinos regios aut habent aut accipiunt, vel de hereditate parentum vel de causa sua quaerenda nec de testimonio pro hac re abiciantur; sed talis etiam nobis in hac causa honor servetur, qualis et antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus servatus esse cognoscitur.

260. *Ut oratio dominica et symbolum et lex seu capitula regum dilgenter intellegantur.* Ut laici symbolum et orationem dominicam pleniter ediscant. Comites quoque et centenarii et ceteri nobiles viri legem suam pleniter[c] discant, sicut in alio loco decretum est. Praecipimus autem missis nostris, ut ea quae a multis iam annis per capitularia nostra in toto regno nostro mandavimus, agere, discere, observare, vel in consuetudinem habere debeant, ut haec omnia nunc diligenter inquirant, et omnino ad servitium Dei et ad utilitatem nostram vel ad omnium christianorum hominum perfectum innovare studeant, et quantum Domino donante praevalent, ad perfectum usque perducant. Et nobis omnino annuntient, quis inde bonum certamen hoc adimplere habuisset, ut a Deo et a nobis gratiam habeat. Qui autem neglegens inde fuerit, ut talem disciplinam percipiat, qualem talis sit contemptor recipere dignus, ut caeteri metum habeant amplius.

261. *De occisione clericorum et sacerdotum atque monachorum.* Qui subdiaconum occiderit, trecentos solidos conponat. Qui diaconum, quadringentos[d] solidos. Qui presbiterum, sexcentos[e]. Qui episcopum, nongentos[f]. Qui monachum, quadringentis culpabilis iudicetur.

262. *De dampnis in inmunitatibus factis.* Si quis in inmunitate dampnum aliquod fecerit, sexcentos[g] solidos conponat.

263. *De furibus infra emunitatem retentis quid agendum sit.* Si autem homo furtum aut homicidium fecerit, vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, mandet comes vel episcopo vel abbati vel vicedomno, vel illi qui locum episcopi vel abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit et reddere noluerit, pro prima contradictione quindecim solidos conponat. Si nec ad tertiam consentire voluerit, quicquid reus dampni fecerit, totum ille, qui eum infra emunitatem retinet nec reddere vult, solvere cogatur. Et ipse comes veniens[h] licentiam habeat ipsum hominem infra inmunitatem quaerendi, ubicunque eum invenire potuerit. Si autem in prima inquisitione comiti responsum fuerit, quod reus infra inmunitatem quidem fuisset, sed fuga lapsus fuerit, statim iuret quod ipse eum ad iustitiam cuiuslibet disfaciendam fugere non fecisset; et sit ei in hoc satisfactum. Si autem intranti in ipsam inmunitatem comiti collecta manu quislibet resistere tentaverit, comes hoc ad regem vel ad principem deferat, ut ibidem iudicetur. Et sicut ille, qui in inmunitate damnum fecit, sexcentos solidos conponere debet, ita qui comiti collecta manu resistere praesumit, sexcentis solidis culpabilis iudicetur.

264. *De locis ad claustra canonicorum facienda.* De locis dandis ad claustra canonicorum facienda, si de eiusdem ecclesiae rebus fuerit, nostra liberalitate concedatur ibi. Si de alterius vel ecclesiae, vel liberorum hominum, commutetur. Si autem de fisco nostro fuerit, nostra liberalitate concedatur.

265. *De emptione tempore messis causa cupiditatis et turpis lucri.* Quicumque tempore messis vel tempore vindemiae non necessitate, sed propter cupiditatem conparat[i] annonam aut vinum, vel verbi gratia de duobus denariis conparat modium unum, et reservat usque dum venundare possit contra denarios quatuor aut sex seu amplius, hoc turpe lucrum dicimus. Si vero hoc propter necessitatem conparat, ut sibi habeat et aliis tribuat, negotium dicimus.

266. *De stabilitate episcoporum vel clericorum.* Ne de uno loco ad alterum transeat episcopus sine decreto episcoporum, vel clericus sine iussione episcopi sui.

267. *De ecclesiis vel altaribus ambiguis.* Ut ecclesiae vel altaria, quae ambigua sunt de consecratione, consecrentur.

268. *De ebrietate.* Ut ab ebrietate primo omnium seniores semetipsos caveant, et eorum iunioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant.

269. *De admonitione ad comites pro utilitate sanctae Dei ecclesiae.* Vobis comitibus dicimus vosque commonemus, quia ad vestrum ministerium maxime pertinet, ut reverentiam et honorem sanctae Dei ecclesiae exhibeatis, et cum episcopis vestris concorditer vivatis et eis adiutorium ad suum ministerium peragendum prebeatis, et ut vos ipsi in ministeriis vestris pacem et iustitiam faciatis, et quae nostra auctoritas publice fieri decernit, ut in vestris ministeriis studiose perficiatur.

270. *De admonitione ad laicos pro honore ecclesiastico conservando.* Omnes laicos monemus, ut honorem ecclesiasticum conservent et dignam venerationem episcopis et Dei sacerdotibus exhibeant et ad eorum prae-

a) palatium *G.* b) minuetur *G.* c) *deest G.* d) DC *in loco corraso G.* e) DCCCC *in loco raso G.* f) e. de uita conponat *in loco raso G.* g) DCCCC *in loco corraso G.* h) veniat *G. ex correct.* i) conparet *G.*

dicationem cum suis devote occurrant et ieiunia ab illis communiter indicta conservent et suos observare doceant et conpellant. Omnes summopere studeant, ut dies dominicus sicut decet honoretur et colatur. Et ut liberius fieri possit, mercata et placita a comitibus illo die prohibeantur, sicut saepe admonitum fuit.

271. *De admonitione ad episcopos vel comites pro concordia ad invicem et cum caeteris fidelibus.* Episcopi vel comites ad invicem et cum caeteris fidelibus concorditer vivant et ad sua ministeria peragenda vicissim sibi adiutorium ferant.

272. *De operibus in restaurationem ecclesiarum adimplendis.* De operibus in restaurationem ecclesiarum, sive in faciendo sive in redimendo, episcopalis potius sequatur voluntas. Nullatenus tamen remaneat, quin sicut a nobis saepe iussum est hoc [a] aut illud partibus ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicunque neglegenter exinde egerit et coram nobis exinde neglegens repertus fuerit, illud volumus omnino ut subeat, quod in nostro capitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.

273. *De comitibus, ut ministris ecclesiae in suis ministeriis adiutores sint.* Comites ministris ecclesiae eorumque ministeriis, ut [b] hoc plenius et de nostris et de se et de suis hominibus obtinere possint, adiutores in omnibus fiant. Et quicunque prima et secunda vice de his a comite admonitus non se correxerit, volumus ut per eundem comitem eius neglegentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostra auctoritate quod in nostro capitulari continetur subire cogatur.

274. *Ut de incestuosis et his, qui decimas non dant, ab episcopis et presbiteris, et de neglegenter viventibus, wadii non accipiantur.* Dictum est nobis, quod in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis et ab his, qui decimas non dant, wadios accipiant, et a presbiteris quibusdam pro neglegentiis inter se pecuniam dividant: quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiae locus detur. Et constituimus, ut incestuosi iuxta canonicam sententiam poenitentia multentur. Qui vero decimas post crebras admonitiones et praedicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento vero eos constringi nolumus propter periculum periurii.

275. *De ecclesiis destructis.* De ecclesiis destructis, ut episcopi et missi inquisitionem faciant, utrum per neglegentiam aut inpossibilitatem destructae sint. Et ubi neglegentia inventa fuerit, episcopali auctoritate emendari [c] cogantur ab his, qui eas restaurare debuerunt. Si vero per inpossibilitatem contigit, ut aut pluriores sint quam necesse sit, aut maioris magnitudinis quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inveniat, qualiter congrue emendari et consistere possint.

276. *De his, qui nonas [d] et decimas dare neglexerunt.* De his, qui nonas et decimas iam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus ut per missos nostros constringantur, ut secundum capitularem priorem solvant nonas et decimas cum sua lege et insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuntietur, quod quicumque hanc neglegentiam iteraverit, beneficium unde haec nona et decima persolvi debuit, amissurum se sciat. Ita enim continetur in capitulari bonae memoriae genitoris nostri in libro primo, capitulo 57: *Quicumque decimam abstrahit de ecclesia, ad quam per iustitiam dari debet, et eam praesumptiose vel propter munera aut amicitiam aut aliam quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.*

277. *De his, qui restaurationes ecclesiarum facere neglegunt.* Quicumque de rebus ecclesiarum, quas in beneficium habent, restaurationes earum facere neglexerint, iuxta auctoritatis nostrae capitularem, in quo de operibus ac nonis et decimis constitutum est, sic de his adimpleatur, sicut in libro quarto capitulo 38 [e] continetur: *De opere et restauratione ecclesiarum constitutum est, ut de frugibus terrae et animalium nutrimine et [f] cunctis censibus exceptis hostiliensibus persolvantur. De opere vel restauratione ecclesiarum comes vel episcopus sive abba una cum misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum, quantum ipse de rebus ecclesiarum habere cognoscitur. Similiter et vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se iuxta quantitatem, quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donent, iuxta aestimationem operis in argento persolvant; cum quo precio rector aecclesiae ad praedictam restaurationem operarios conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum sua lege restituat, et insuper bannum nostrum persolvat, ut ita castigatus caveat, ne sepius iterando beneficium amittat.*

278. *De his, qui agros dominicatos ideo neglegunt, ut nonas exinde non persolvant.* De his, qui agros dominicatos propterea neglexerunt excolere, ut nonas exinde non persolvant, et alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus ut de tribus annis ipsam nonam cum sua lege persolvant. Et si quis contemptor aut comitum aut vassallorum nostrorum propter hoc extiterit, per fideiussores ad palatium venire conpellatur.

279. *Ut intellegatur, in quo facto inmunitas frangatur* [g]. Pervenit ad nos, quod quaedam ecclesiae aut monasteria nostras [*] et praedecessorum nostrorum inmunitates habentia multa praeiudicia et infestationes a quibusdam patiantur, et nec per easdem inmunitates ullam defensionis tuitionem habere valeant, propter hoc quod ab eisdem inmunitatum temeratoribus dicatur non plus inmunitatis nomine complecti, quam claustra monasterii; caetera quoque, quamvis ad easdem ecclesias vel monasteria pertineant, extra inmunitatem esse. Propter hoc volumus atque decernimus, ut omnes intellegant, non solum claustra monasterii vel ecclesiae atque castitia ecclesiarum sub inmunitatis defensione consistere, verum etiam domus et villas et septa villarum et piscatoria manu facta et quicquid fossis aut sepibus vel etiam alio clausarum genere praecingitur, eodem inmunitatis nomine contineri. Et quicquid intra huiusmodi munimenta ad ius earundem ecclesiarum vel monasteriorum pertinentia a quolibet homine nocendi vel damnum inferendi causa spontanea voluntate committitur, in hoc facto inmunitas fracta iudicatur. Quod vero in agros et campos ac silvas, quae sine laborationibus [h] sunt et nullo modo munitione cinguntur, casu, sicut fieri solet, a quibuslibet hominibus aliquod damnum factum fuerit, quamvis idem ager aut campus vel silva aut ad ecclesiam vel monasterium praeceptum inmunitatis habentem pertineat, non tamen in hoc inmunitas fracta iudicanda est; et ideo non sexcentorum solidorum conpositione, sed secundum legem, quae in eodem loco tenetur, is multandus est qui scandalum vel damnum in tali loco fecisse convictus [i] fuerit.

280. *De iustitiis generalibus.* De iustitiis ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum et pupillorum praecipimus, ut in publicis iudiciis non despiciantur clamantes, sed primo diligenter audiantur.

281. *De animalibus vel aliis rebus, a quibus emantur.* Ut nullus conparet caballum, bovem et iumentum vel alia, nisi illum hominem cognoscat, qui eum vendit, aut de quo pago est, vel ubi manet, aut quis est eius senior.

a) haec *G.* b) et *G.* c) emendare *BAL.* d) annonas *G. ut semper, cf. praefat.* e) XXXVIIII *G.* f) et — hostiliensibus *interpolavit Benedictus.* g) *in margine huic cap. G. adscriptum:* Vtilis de immunitate. *) nostram *G.* h) laborantibus *BAL.* i) conuinctus *G.*

282. *De eo, qui in testimonium assumitur, qualis esse debeat.* Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium assumatur et cui is, contra quem testimoniare [a] debet, nullum crimen possit indicere.

283. *De heribannatoris coniecto.* Ut illi qui heribannum solvere debent, coniectum faciant ad heribannatorem.

284. *De colonis et fiscalinis.* Ut nec colonus nec fiscalinus alicubi traditiones facere audeat.

285. *De falsis testibus.* Falsi testes praecipimus ut non recipiantur.

286. *De hominibus ad mortem diiudicatis et postea eis vita concessa, si iustitias quaesierint.* Illi homines, qui propter eorum culpas ad mortem diiudicati fuerint et postea eis vita fuerit concessa, si ipsi iustitiam ab aliis requisierint, aut ab eis alii iustitiam quaerere voluerint, ita inter illos iudicium terminetur. Primo omnium de illis causis, pro quibus iudicatus fuerit ad mortem, nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suae secundum iudicium Francorum in publico fuerunt revocatae. Et si aliquid inpostmodum, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat secundum legem. In testimonium non suscipiatur, nec inter scabinos ad legem iudicandam teneatur. Et si ad sacramentum aliquid iudicatum fuerit quod iurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, contendat.

287. *De homine, cui post iudicium vita concessa est, si iustitiam reddere noluerit.* Si alicui post iudicium scabinorum fuerit vita concessa, et inpostmodum aliqua mala perpetraverit et iustitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit et ideo iustitiam reddere non debeat, statutum est, ut superius iudicium sustineat, quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliqua mala fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam iustitiam requirendi de causis perpetratis, postquam ad mortem iudicatus est. De praeteritis maneat, sicut supra iudicatum fuit.

288. *De liberis hominibus, qui ad mallum venire cogendi sunt.* Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis scabinis vel vassis comitum, nisi qui causam suam adquirere debent aut respondere.

289. *De testibus ad testimonium dicendum qualiter adhibeantur.* Ut testes ad testimonium dicendum praemio non conducantur. Et ut nullus testimonium dicat aut sacramentum iuret, nisi ieiunus. Et ut testes, priusquam iurent, separatim discutiantur, quid dicere velint de illa re, unde testimonium reddere debent.

290. *De iustitia cuiuslibet a nullo quolibet dilatanda.* Ut nullus quilibet missus noster neque comes neque iudex aut scabinus cuiuslibet iustitiam dilatare praesumat, si statim adimpleta potuerit esse secundum rectitudinem, neque praemia pro hoc a quolibet homine per aliquod ingenium malum praesumat accipere.

291. *De nimium blasphemis* [b] *latronibus.* De latronibus, qui magnam habent blasphemiam, quicumque aliquem ex his compraehenderit, nullum dampnum exinde patiatur.

292. *De testibus ad rem quamlibet discutiendam eligendis.* Ut quandocumque testes ad rem quamlibet discutiendam quaerendi atque elegendi sunt, a misso nostro et comite, in cuius ministerio de re qualicumque agendum est, tales eligantur, quales optimi in ipso pago inveniri possunt. Et non liceat litigatoribus per praemia falsos testes adducere, sicut actenus fieri solebat.

293. *De placito centenarii.* Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem suam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia iudicetur; sed ista aut in praesentia comitis vel missorum nostrorum iudicentur.

294. *De placitis a missis dominicis comitibus notum faciendis.* Ut unusquisque missorum nostrorum in placito suo notum faciat comitibus qui ad eius missaticum pertinent, ut in illis mensibus quibus ille legationem suam non facit, conveniant inter se, et communia placita faciant, tam ad latrones distringendos, quam ad caeteras iustitias faciendas.

295. *De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis post obitum maritorum accipere debeant.* Volumus ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et de his rebus, quas is, qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit vel comparavit vel ei ab amicis suis conlatae sunt, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad uxores eorum pervenire.

296. *De falsis testibus convincendis.* Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit et testes contra eum per iudicium producti fuerint, si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium testimonio falsorum testium perversitas superetur. Quod si ambae testium partes ita inter se dissenserint, ut nullatenus una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipsis, id est ex utraque parte unus, qui cum scutis et fustibus in campo decertent, utra pars falsitatem aut veritatem suo testimonio sequatur. Et campioni qui victus fuerit, propter periurium, quod ante pugnam commisit, dextra manus amputetur; caeteri vero eiusdem partis testes, qui falsi apparuerint, manus suas redimant; cuius compositionis duae partes ei, contra quem testati sunt, dentur, tertia pro fredo solvatur. Et in seculari quidem causa huiuscemodi testium diversitas in campo conprobetur. In ecclesiasticis autem causis, ubi de una parte seculare, de altera vero ecclesiasticum negotium est, idem modus observetur. Ubi vero ex utraque parte ecclesiasticum fuerit, rectores earundem ecclesiarum si se familiariter pacificare velint, licentiam habeant. Si autem de huiuscemodi pacificatione inter eos convenire non possint [c], advocati eorum in mallo publico ad praesentiam comitis veniant, et ibi legitimus terminus eorum contentionibus inponatur. Testes vero de qualibet causa non aliunde quaerantur, nisi de ipso comitatu, in quo res, unde causa agitur, positae sunt; quia non est credibile, ut vel de statu hominis vel de possessione cuiuslibet per alios melius rei veritas cognosci valeat, quam per illos, qui viciniores sunt. Si tamen contentio, quae inter eos exorta est, in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina centena adiacentis comitatus ad causam suam testes habere.

297. *De terra tributaria.* Quicumque terram tributariam, unde tributum ad partem nostram exire solebat, vel ad ecclesiam vel cuilibet alteri tradiderit, is qui eam susceperit, tributum quod inde solvebatur omni modo ad partem nostram persolvat; nisi forte talem firmitatem de parte dominica habeat, per quam ipsum tributum sibi perdonatum possit ostendere.

298. *De terra censali.* Si quis terram censilem habuerit, quam antecessores sui vel ad aliquam ecclesiam vel ad villam nostram dederunt, nullatenus eam secundum legem tenere potest, nisi ille voluerit, ad cuius potestatem vel illa ecclesia vel illa villa pertinet; nisi forte filius aut nepos eius sit, qui eam tradidit, aut ei eadem terra ad tenendum placita [d] sit. Sed in hac re considerandum est, utrum ille, qui hanc tenet, dives an pauper sit, et utrum aliud beneficium habeat vel etiam proprium. Et qui horum neutrum habet, erga hunc misericorditer agendum est, ne ex toto expoliatus in egestatem incidat; ut aut talem censum inde solvat, qualis ei fuerit constitutus, vel portionem aliquam inde in beneficium accipiat, unde se sustentare valeat.

299. *De observatione praeceptorum dominicorum.* De observatione praeceptorum nostrorum et inmunitatum,

a) testimoniare *corr.* testimoniari *G.* b) plasphemis *G. const.* c) possit *BAL.* d) placitata *BAL.*

ut ita observentur praecipimus, sicut a nobis et ab antecessoribus nostris constitutum est.

300. *De eo, qui propriam derelinquit uxorem vel sine culpa interficit, et aliam ducit.* Quicunque propria uxore derelicta vel sine culpa interfecta aliam duxerit, armis depositis publicam agat poenitentiam. Et si contumax fuerit, compraehendatur a comite, et ferro vinciatur et in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur.

301. *De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in terra dominica resident, ad testimonium non recipiendis.* De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in terra dominica resident, ut propter res alterius ad testimonium non recipiantur. Coniuratores tamen aliorum hominum ideo esse possunt, quia liberi sunt. Illi vero, qui et proprium habent et tamen in terra dominica resident, propterea non abiciantur, quia in terra dominica resident; sed propter hoc ad testimonium recipiantur, quia proprium habent.

302. *De presbiteris, diaconibus et reliquis ex clero. Canones sancti Sylvestri et aliorum 284 episcoporum.* Fecit hos gradus in gremio synodi, ut non presbiter adversus episcopum, non diaconus adversus presbiterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolitus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolitum, nec lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non dampnabitur praesul sine septuaginta duobus testibus, neque praesul summus a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbiter autem nisi in quadraginta quatuor testibus non damnabitur. Diaconus autem cardine constitutus in urbe Roma nisi in triginta sex non condemnabitur. Subdiaconus, acolitus, exorcista, lector, nisi, sicut scriptum est, in septem testimoniis filios habentes et uxores et omnino Christum praedicantes. Sic datur mystica veritas.

303. *Ex capitulis domni Karoli, qualiter ex factis aut mansis vel quartis* [a] *manopera et census ac tributa atque reliqua servitia exigantur.* Pro nimia reclamatione, quae ad nos venit de hominibus ecclesiasticis seu fiscalinis, qui non erant adiurnati, quando in Cenomannico pago fuimus, visum est nobis una cum consultu fidelium nostrorum statuere, ut quicunque de praedictis hominibus quartam facti tenet [b], cum suis animalibus seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret et postea nullum servitium ei annuale in ipsa hebdomada a seniore suo requiratur. Et qui tanta animalia non habet, ut in uno die hoc explere valeat, perficiat praedictum opus in duobus diebus. Et qui solummodo ita invalida, ut per se non possit [c] arare, quatuor animalia habet, cum eis, sociatis sibi aliis, aret uno die in campo senioris, et unum diem postmodum in ipsa hebdomada opera manuum faciat. Et qui nihil ex his facere potest neque animalia habet, per tres dies seniori suo manibus [d] a mane usque ad vesperam operetur, et senior suus ab eo [e] amplius non requirat: diversis namque modis haec agebantur. A quibusdam tota hebdomada operabatur, a quibusdam dimidia, et a quibusdam duo dies. Idcirco haec statuimus, ut ne familia se a praedictis operibus subtrahere possit, neque a senioribus amplius ab eis requiratur. Et qui minus quartae optimae de terra habet, secundum aestimationem suae telluris opera faciat. Haec ab Adalardo comite palatii nostri ad eorum satisfactionem una cum aliis fidelibus nostris praecipi vice nostra et publice annuntiari iussimus.

304. *Ut episcopi incestos emendent et corrigant.* Ut episcopi incestuosos homines emendent et magnam diligentiam habeant ex his. Seu et de viduis infra suam parrochiam potestatem habeant ad corrigendum.

305. *Ut ea conserventur, quae in placitis et synodis Pippinus rex constituit.* Ea vero, quae bonae memoriae genitor noster in suis placitis et synodis constituit, conservare [f] praecipimus.

306. *De eo, qui a servo alieno aliquid comparaverit.* Si quis a servo alieno aliquid conparaverit nesciente domino suo, si dominus firmam noluerit esse emptionem, reddat pretium emptori, ut emptio nihil habeat firmitatis. Si ipsum non habet, simile reddat.

307. *Ut ecclesiarum negotia a iudice continuo audiantur.* Placuit ut ecclesiarum negotia absque ulla dilatione continuo a iudice audiantur et proficue incrementententur.

308. *Ut iudex criminosum discuciens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur.* Placuit, ut iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse confiteatur aut per innocentes et veraces testes manifestius convincatur. Et de maioribus nostra aut successorum nostrorum expectetur sententia.

309. *Ut qui socii criminis sunt, non admittantur testes.* Placuit ut testes non admittantur, qui sunt socii criminis, nec infames nec calumniatores vel caeteri, quos canon et lex prohibet.

310. *De nuptiis incestis prohibendis.* Nuptias prohibemus incestas, id est usque ad affinitatis lineam, vel quamdiu inter se hereditare potuerint, non coniungantur, quia haec potius incestiva quam coniugia sunt iudicanda.

311. *Ut de absentibus non iudicetur.* Placuit, ut adversus absentes non iudicetur. Quod si factum fuerit, prolata sententia non valebit.

312. *Ut clementior severiori praeferatur sententia.* Placuit, ut inter pares sententias clementior semper severiori praeferatur.

313. *Ut qui de se confessus est, super alium non credatur.* Placuit, ut qui de se confessus est crimen, super alium non credatur.

314. *De testimonio unius hominis non accipiendo.* Ut testimonium unius hominis non accipiatur. Nam si ex utraque parte plures sint, veraciores atque religiosiores et honestiores elegantur, qui sacramento suo confirment testimonium nihilque se [*] falsi esse dicturos.

315. *Ut contra episcopos nullus graviter aut leviter agat* [h]. Praecipimus atque iubemus, ne forte, quod absit, aliquis circa episcopos leviter aut graviter agat: quod ad periculum totius imperii nostri pertinet. Et ut omnes cognoscant nomen, potestatem, vigorem et dignitatem sacerdotalem: quod ex verbis Domini facile intellegi potest, quibus beato Petro, cuius vicem episcopi gerunt, ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celo; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celo.* Et alibi discipulis generaliter dicit: *Accipite Spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Illud etiam ad exemplum reducendum est quod in ecclesiastica historia Constantinus imperator episcopis ait: *Deus*, inquit, *constituit vos sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, ut vestra iurgia, quaecumque sint, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii. Et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: „Deus stetit in synagoga deorum. In medio Deus autem deos* [i] *discernit."* Sed et hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro, quem de contemplativa et actuali vita scripsit, laudem sacerdotum compraehenderit. *Ipsis enim*, inquit, id est sacerdotibus, *propria animarum cu-*

a) q. servitium agatur (*rel. desunt*) *BAL.* b) teneret *et sic per totum caput coni. impf. BAL.* c) possent *BAL.* d) *deest G.* e) s. ei *BAL.* f) conservari *BAL.* *) inter se *G.* h) *in margine G. adscriptum:* caput episcopis utillimum. i) d. diiudicat d. *G.*

randarum sollicitudo commissa est; qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes pro peccatis hominum velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo; ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis et humiliati spiritus offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futurae animadversionis a populo; qui per Dei gratiam fiunt divinae voluntatis iudices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis assertores, pravae doctrinae hostes, omnibus bonis amabiles et male sibi consciis etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, praedicatores caelestium praemiorum, exempla bonorum, documenta virtutum et forma fidelium. Ipsi sunt decus ecclesiae, in quibus fulget ecclesia; ipsi columnae firmissimae, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium; ipsi ianuae civitatis aeternae, per quos omnes qui credunt ingrediuntur ad Christum; ipsi ianitores, quibus claves datae sunt regni coelorum. Ipsi etiam dispensatores regiae domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus et officia singulorum.*

316. *Quod per Spiritum sanctum remissio fit peccatorum.* Sciendum est omnibus atque credendum, quod per Spiritum sanctum remissio peccatorum in baptismate conferatur, et quod fidelibus in ecclesia Christi eiusdem sancti Spiritus dono per ministerium sacerdotale et per poenitentiam et absolutionem manusque inpositionem remissio peccatorum indubitanter adtribuatur.

317. *De quatuor vitiis, quae fidem catholicam commaculant.* Placuit sciri omnibus, quatuor sunt vitia, quae nostram fidem inter caetera mala commaculant; quae quanto sunt occultiora, tanto perniciosiora; id est superbia, per quam angelus diabolus effectus de caelo est eiectus; invidia, per quam idem diabolus hominem de paradiso eiecit; odium et discordia, quae caritatem inter proximos extingunt, et dilectionem evacuant, et omnia bona pervertunt, et non sinunt proximos in mutua dilectione consistere, nec quietam tranquillamque ut decuerat christianos vitam ducere. Et reliqua.

318. *Quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus eiusque caput Christus sit.* Primum igitur, quod universalis sancta Dei ecclesia unum corpus manifeste esse credatur, eiusque caput Christus, apostolicis oraculis approbatur. Unde Paulus: *Vos autem estis*, inquit, *corpus Christi, et membra de membro.* Itemque: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo.* Item: *Cuius caput est Christus, ex quo totum corpus per nexum et coniunctiones administratum*[a] *crescit in templum sanctum in Domino.* Sunt et alia huiusce rei innumera exempla, quae hic ob prolixitatem vitandam praetermittuntur. Quisquis ergo per aliqua illicita ex membro Christi se fecit membrum diaboli, noverit se in corpore Christi non esse, sed in corpore diaboli. Proinde necesse est, ut corpori Christi, a quo astutia diabolica separatus est, se incunctanter, dum tempus poenitentiae in promptu habetur, restituere non neglegat.

319. *Quod eiusdem ecclesiae corpus in duabus principaliter dividatur eximiis personis.* Principaliter itaque totius sanctae Dei ecclesiae corpus in duas eximias personas, in sacerdotalem videlicet et regalem, sicut a sanctis patribus traditum accepimus, divisum esse novimus. De qua re Gelasius, Romanae sedis venerabilis episcopus, ad Anastasium imperatorem ita scribit: *Duae sunt quippe*, inquit, *imperatrices augustae, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem.* Fulgentius quoque in libro de veritate praedestinationis et gratiae ita scribit: *Quantum pertinet*, inquit, *ad huius temporis vitam, in ecclesia nemo pontifice potior, et in seculo christiano imperatore nemo celsior invenitur.*

320. *Ut corepiscopi modum mensurae, qui in sacris canonibus praefixus est, non excedant.* Emersisse reprehensibilem et valde inolitum usum conperimus, eo quod quidam corepiscopi ultra modum suum progredientes et donum sancti Spiritus per inpositionem manuum tradant, et alia quaeque, quae solis pontificibus debentur, contra fas peragant; praesertim cum nullum[b] ex septuaginta discipulis, quorum speciem in ecclesia gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus inpositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber actuum apostolorum docet. In concilio vero Caesariensi ita de corepiscopis habetur scriptum: *corepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam septuaginta videntur esse; ut*[c] *conministri autem propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.*

321. *De corepiscopis qui in vicis commorantur, in concilio Antioceno habetur ita.* Qui in vicis vel in possessionibus corepiscopi nominantur, quamvis manus inpositionem episcoporum perceperint et ut episcopi consecrati sint, tamen sanctae synodo placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi ecclesias earumque moderamine curaque contenti sint.

322. *De honore et oboedientia episcoporum et reliquorum sacerdotum*[d]. Igitur quia constat religionem christianam per successores apostolorum salubriter administrari, populisque ad vitam aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium iudicavimus omnibus praecipere, ut honorem debitum venerabiliter episcopis absque ulla simulatione aut detractione impendant, eisque in omnibus ut patribus oboediant, et quicquid pro salute animarum monuerint, prout melius potuerint adimplere satagant, sicut Dei et nostram gratiam habere voluerint. Nam Dominus ait: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Et iterum: *Si te non audierit, dic ecclesiae. Et si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Et alibi: *Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis*, id est, meis discipulis vel apostolis, quorum locum episcopi nunc in ecclesia tenent, *melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de istis minimis.* Haec omnia fidelibus admonenda et perpendenda sunt, ne in hoc, quod absit, incidant in[e] scandalum; sed magis eis oboediendo non filii perditionis, sed filii Dei efficiantur; et non cum stultis poenam, sed cum iustis praemia percipiant sempiterna. Nam episcopos et sacerdotes quibus omnis terra caput inclinat, per quos et nostrum pollet imperium, admodum honorari et venerari omnes monemus, nec eos lacerari aut blasphemari vel detrahi a quoquam volumus; quia detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur in ecclesia. Nam si quis detrahit alium hominem, sicut homicida reputabitur: quid erit de illis, qui sacerdotes detrahunt, quoniam et ipsi semetipsos occidunt, et audientes interimunt? Dupla enim poena digni sunt, qui duplant scelera sua. Qui his sanctis monitis rebelles vel inoboedientes extiterint, sciant se a liminibus sanctae ecclesiae fore alienos.

323. *De quatuor neglegentiis sacerdotum.* De presbiteris et eorum ecclesiis, unde multa negleguntur et scandala generantur, in nostra discussione quatuor pericula apparuerunt. Primo quia nonnulli ex nostris sacerdotibus quadam securitate accepta, nec ea quae ad cultum divinum pertinent faciunt, neque in restauratione et luminaribus ecclesiae studium habent, nec etiam senioribus suis debitam reverentiam exhibent, et insuper ecclesias suas expoliant et in praediola sua propria transferunt. Quae omnia ad neglegentiam episcoporum pertinere deprehendimus. Ob id vero quadam occasione

*) instigabiliter *G.* a) administratuum *G. ex corr.* b) nullus *BAL.* c) *deest G.* d) *G. in margine:* Nota de honore sacerdotum. e) *deest BAL.*

accepta seniores eorum* in tantam audaciam prorumpunt, ut eos etiam illicite et inhoneste atque inreverenter tractare praesumant. Unde summopere omnibus nobis abhinc providendum iudicavimus, ut ea, quae a domno imperatore consensu episcoporum ob honorem et amorem Dei ecclesiis concessa sunt, non in avaritiam presbiterorum aut in rapacitatem episcopalium ministrorum cedant, sed in utilitatem ecclesiae et in usus clericorum et pauperum deveniant.

324. *De presbiteris, qui in domibus feminas habent.* Illud non minus periculosum esse didicimus, quod in quorundam episcoporum parrochiis quosdam presbiteros contra interdicta sanctorum canonum feminas in domibus suis non solum habitare, sed etiam ministrare faciunt; quas et laqueum sacerdotibus persepe extitisse et multos occasione in scandalum et in detractionem corruisse cognovimus. Quae transgressio et tempore genitoris nostri et nostro in conventibus episcoporum secundum auctoritatem canonicam prohibita, sed necdum ad correctionem [a] plene est perducta. Unde in commune censuimus, ut hi, qui tantae transgressionis incorrectores actenus extiterunt, si abhinc huius rei correptores esse neglexerint, iuxta apostoli sententiam quasi consentientes malorum coherceantur.

325. *De presbiteris, qui contra statuta canonum villici fiunt.* Similiter de illis presbiteris, qui contra statuta canonum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, et diversis modis usuris inserviunt, et aliorum domos inhoneste et inpudice frequentant, et comessationibus et ebrietatibus deservire non erubescunt, et per diversos mercatos indiscrete discurrunt, observandum iudicavimus, ut abhinc districte severiterque coherceantur; ne per eorum inlicitam et indecentem actionem et ministerium sacerdotale vituperetur, et quibus debuerant esse in exemplum, deveniant in scandalum.

326. *Quod sacerdotalis conversatio testes vitae probabiles habeat.* Pari ergo consensu nobis visum est, ut pontifices sanctorum praecedentium patrum exempla sequentes religiosos conversationis suae testes habeant, quatenus detrahere volentibus locum minime praebeant. Ut ergo sacerdos discipulis suis de semetipso exemplum bonum debeat praebere, apostolus scribens ad Titum docet dicens: *In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in caritate, in castitate:* et reliqua. Beatus quoque Gregorius in decretis suis ita ait: *Verecundus mos inolevit, ut huius sedis pontificibus ad secreta cubilis sui servitia laici pueri eis seculares obsequantur; et cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt et, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubilis pontificalis obsequantur; ut is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui eius in secreto conversationem videant et ex visione sedula exemplum profectus sumant.* Haec igitur beatus Gregorius scripsit. Caeterum si [b] qui de hac re copiosiora exempla quaerere voluerint, vitas beati Augustini et Ambrosii et caeterorum sanctorum virorum legant; et perspicue invenient, quod vita et conversatio pontificis semper testes vitae probabiles habere debeat.

327. *Ut episcopi in rebus ecclesiae circa propinquos suos exponendis reprehensionem caveant et ut discretionis modum teneant.* Quoniam multi episcoporum amore propinquorum suorum de rebus sibi commendatis suo aut quolibet amicorum nomine praedia et mancipia emunt, et ut in propinquorum suorum ius cedant statuunt, et ob hoc et iura ecclesiastica convelluntur et ministerium sacerdotale fuscatur, immo a subditis detrahitur et contempnitur, placuit omnibus, ut deinceps hoc avaritiae genus caveatur; fixumque abhinc et perpetuo mansurum esse decrevimus, ut episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum aut certe in episcopatu hereditaria successione adquisivit, secundum auctoritatem canonicam quicquid vult inde [c] faciat, et cui vult conferat. Postquam autem episcopus factus est, quascumque res de facultatibus ecclesiae aut suo aut alterius nomine qualibet conditione conparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in ecclesiae cui praeest iura deveniant. Similiter et de presbiteris, qui de ecclesiarum rebus, quibus praesunt, praedia eo modo emunt, faciendum statuimus, quoniam multos presbiterorum occasione taliter emptarum rerum ecclesias, quibus praesunt, expoliasse et a suo ministerio multis modis exorbitasse et se diabolo mancipasse et hac occasione multos laicorum in scandalum dampnationis et perditionis proruisse conperimus.

328. *Quod nonnulli episcopi sibi subiectos canonicos, monachos et sanctimoniales neglegant.* Didicimus sane, nonnullos episcopos in gubernandis congregationibus sibi subiectis, canonicis videlicet monachis et sanctimonialibus, hactenus valde neglegentes extitisse et ob id multos in sui detractionem et contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii praelati in eorum parrochiis constituti, eorum prava exempla secuti suas similiter congregationes neglexerint: quos et fraterno et synodali conventu admonendos esse decrevimus necessario [d], ut ab hac neglegentia deinceps se cohibeant et caeteris se imitabiles praebeant; ne forte propter illorum incuriam et divinae servitutis contemptus et pericula proveniant animarum et auribus excellentiae nostrae molestia ingeratur et sacerdotali mediocritati in sacris conventibus tedium et opprobrium inferatur.

329. *De episcopis, abbatibus et sacerdotibus, qui propria loca relinquunt.* Conperimus, quosdam episcopos et abbates atque sacerdotes non causa necessitatis aut utilitatis, sed potius avaritiae et propriae delectationis, saepissime propria civitatis suae sede vel monasterii septa aut ecclesiae propriae derelicta cleroque neglecto remotiora loca frequentare. Pro qua re et destitutio divini cultus et praedicatio in plebibus et cura subiectorum postponitur et hospitalitas neglegitur. Quod ne ulterius a quoquam sine inevitabili necessitate aut aliqua utilitate fiat, pari consensu inhibemus.

330. *De laicorum clericis.* De clericis laicorum, unde nonnulli eorum quaeri videntur, eo quod quidam episcopi ad eorum preces nolint in ecclesiis suis eos, cum utiles sint, ordinare, visum nobis fuit, ut in utrisque partibus pax et concordia servetur et cum caritate et ratione utiles et idonei eligantur. Et si laicus idoneum utilemque clericum optulerit, nulla qualibet occasione ab episcopo sine certa ratione repellatur. Et si reiciendus est, propter scandalum vitandum evidenti ratione manifestetur.

331. *De monachis et presbiteris sive clericis, qui passim palatium adeunt.* Placuit, ut monachi et presbiteri, necnon clerici, qui postposita canonica auctoritate passim palatium adeunt et nostris sacris auribus inportunissimam molestiam inferunt, ut non hoc facere praesumant; quoniam in huiuscemodi facto et vigor ecclesiasticus contempnitur et religio sacerdotalis et professio monastica vilior efficitur.

332. *Ut non sit sanguinis christianorum temeraria effusio.* Volumus atque praecipimus nostra auctoritate adnuntiari omnibus, immo et a sacerdotibus praedicari, ne tam temeraria christianorum sanguinis effusio in regno nostro [e] fieri sinatur, semper illud adtendentes, quod Dominus post diluvium dixit famulo suo Noë: *De manu hominis et de manu viri et fratris eius requiram animam eius. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus*

*) e. permoti *BAL.* a) correptionem *G.* b) *deest BAL.* c) *deest BAL.* d) necessarium duximus *BAL.* e) caelorum *G.*

est homo. Et in lege: *Qui occiderit hominem, morte moriatur.* Et apostolus: *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa; Dei enim minister est tibi in bono. Si autem malefeceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est* [a], *vindex in iram ei qui malum agit.* De illo enim specialiter divina auctoritas dicit: *Gladium Dei portat ad vindictam malorum*, non de quolibet alio. E contrario vero nescimus, qua pernoxia inventione a nonnullis usurpatum est, ut hi, qui nullo ministerio publico fulciuntur, propter sua odia et diversissimas voluntates pessimas indebitum sibi usurpent in vindicandis proximis et in interficiendis hominibus vindictae ministerium; et quod rex saltem in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium, et putant sibi licere ob inimicitiarum vindictas, quod nolunt ut rex faciat propter Dei vindictam.

333. *De abbatibus canonicis et regularibus, vel abbatissis.* Abbatibus canonicis et regularibus et abbatissis, quae sanctimonialibus praeesse videntur, sive laicis, qui monasteria habent, omnino praecipimus, ut de ipsis magnam curam habeant, et caeteris bonum exemplum praebeant, et religiose, sicut decet, conversentur, et quod uniuscuiusque professioni inconveniens est et in sacris canonibus prohibetur, omnino caveant, et loca sibi a nobis propter aliquam necessitatem concessa deperire et destrui propter neglegentiam non dimittant, et congregationes sibi commissas sive spiritaliter sive temporaliter paterno affectu gubernare eisque necessaria stipendia administrare non neglegant, ne forte propter aliquam inopiam et divina officia neglegantur et ipsae congregationes inreligiosius vivere conpellantur. Et qui haec agere neglexerint, sciant se ea illis auferre et religiosioribus dare.

334. *Ut capellae absque iussu sive permissu proprii episcopi non fiant.* Placuit nobis, ut, sicut ab episcopis et reliquis sacerdotibus ac Dei servis admoniti fuimus, nec capellae in palatio nostro vel aliubi [b], sine permissu vel iussu episcopi, in cuius est parrochia, fiant. Et ut omnes per dies dominicos vel festivitates praeclaras sacra eucharistia communicent, nisi quibus abstinere praeceptum est. Et ut observatio omnium dierum dominicorum a mane usque ad vesperam secundum canonicam auctoritatem ab omnibus fiat.

335. *Ut omnes, qui in fide catholica suspecti sunt, in testimonio humano dubii habeantur.* Omnes qui in fide Christi vel catholica suspecti sunt, in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur; nec eis esse credendum, qui veritatis fidem ignorant.

336. *Ut si quis ministros ecclesiae iniuriaverit, hoc tripliciter conponat.* Si quis ministros ecclesiae, id est subdiaconum, lectorem, exorcistam, acolithum, ostiarium iniuriaverit aut percusserit vel plagaverit, conponat hoc tripliciter, sicut solent conponere parentes eius. Diaconi vero, presbiteri atque episcopi iniuria in quadruplum conponatur. Reliquorum autem clericorum iniuria conponatur sicut parentum eorum. Monachorum quoque, qui secundum regulam in [c] monasterio vivunt, iniuria conponatur secundum genealogiam suam, ut reverentia sit Deo et ecclesiae et pax eis, qui illi deserviunt.

337. *Ut si quis contumax reverentiam ecclesiarum non habet, solidos 500 conponat.* Si quis homo contumax vel superbus timorem Dei vel reverentiam ecclesiarum non habuerit, et fugientem servum suum vel quem [d] persecutus fuerit de ecclesia vel de porticu eius per vim abstraxerit, et Deo honorem non dederit, conponat ad ipsam ecclesiam pro neglecto suo solidos quingentos, et pro fredo ad fiscum solidos ducentos. Ipse vero publica poenitentia iuxta iudicium episcopi multetur, ut sit honor Dei et reverentia sanctorum, et ut ecclesia Dei semper invicta permaneat [e].

338. *Ut cuncta, quae circa ecclesias earumque ministros antiquitas sancta statuit, inviolata persistant.* Cuncta quae circa sanctarum loca ecclesiarum eiusque ministros vel olim ordinavit antiquitas, vel antecessorum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra roboravit serenitas, illibata custodiri nunc et in futuro praecipimus.

339. *De praediis Deo dicatis.* Placuit, ne praedia caelestium secretorum dicata, Deo quae tradita sunt [f], a quibusdam aliqua occasione vexentur aut invadantur, sed sub inmunitatis tuitione perpetua firmitate perdurent; similiter et homines earum et omnia, quae eis subiecta esse noscuntur. Si quis contra haec venerit, conponat sicut de emunitate constituimus, et poenitentia publica a sacerdotibus usque ad satisfactionem multetur.

340. *De eo, qui die dominico opera servilia fecerit.* Si quis die dominico opera servilia fecerit liber homo, si bovem iunxerit et cum carro ambulaverit, dextrum bovem perdat. Et si alia, quae canonica auctoritate prohibita sunt, servilia opera fecerit, sacerdotibus illa emendet, sicut de reliquis neglegentiis iudicibus emendari solet, et ab ipsis sacerdotibus poenitentiam iuxta modum culpae accipiat. Similiter et de praecipuis festivitatibus observari placuit. Quod si sacerdotes eos nequiverint corripere, tunc a iudicibus ad sacerdotes adducantur eisque oboedire in omnibus faciant.

341. *De his, qui infra regnum per vim aliquid rapuerint.* Si quis in exercitu infra regnum sine iussione dominica per vim hostilem aliquid praedari voluerit, aut foenum tollere aut granum sive pecora maiora vel minora, domosque infringere vel incendere, haec ne fiant omnino prohibemus. Quod si ab aliquo praesumptioso [g] factum fuerit, sexaginta solidis, si liber est, sit culpabilis et omnia similia restituat aut cum duodecim testibus se purget. Si vero servus hoc fecerit, capitali crimini subiaceat et dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit nec custodivit, ut talia non perpetraret; quoniam si nos ipsos comedimus, cito deficiemus. Unusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua depraedatio infra regnum fiat.

342. *De eo qui alienum servum ad furtum suaserit.* Si quis alienum servum ad furtum suaserit aut ad aliquid dampnosum in fraudem domini sui, ut posset accusare eum, et fraus ipsa fuerit detecta per investigationem iudicis, dominus nec servum perdat nec pro hoc aliquam faciat conpositionem; sed ille, cuius conlusione vel exortatione admissum est, tanquam fur dampnetur; et servus quod tulit reddat, et insuper centum viginti ictus accipiat.

343. *De fure nocturno tempore capto.* Fur nocturno tempore captus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidio querela nascatur.

344. *De eo, qui de fure nesciens aliquid conparaverit.* Si quis de fure nesciens aliquid conparaverit, quaerat accepto spatio venditorem. Quem si non potuerit invenire, probet se cum sacramento et testibus innocentem, et quod apud eum cognoscitur restituat, et furem quaerere non desistat. Quod si furem celare voluerit et periurans postea detectus fuerit, tanquam ille fur, ita iste in crimine dampnetur.

345. *De eo, qui occulte in nocte vel in die alterius animal occiderit.* Si quis occulte in nocte vel in die

a) *deest G.* b) a. absque illa nostra *BAL. in G. haec verba expuncta sunt.* c) *deest G.* d) quemlibet p. f. vel de *BAL.* e) *hic addit Colb.:* Homicidium laici si in ecclesia perpetratum fuerit, altare destruatur, donec proprii episcopi arbitrio restituatur. Sin autem presbiter illic aut ante altare peremptus fuerit, altare simul cum ecclesia destruatur, donec consensu apostolici reconcilietur. f) Deoque t. a. n. *BAL.* g) praesumptiosum *corr.* praesumptuosum *G.*

alterius caballum aut bovem aut aliquod animal occiderit et negaverit et postea exinde probatus fuerit, tanquam furtivum conponat.

346. *De eo, qui occiderit alienum animal, et non negaverit.* Si quis causa faciente occiderit alienum animal et non negaverit, simile dare non tardet et cadaver mortui accipiat.

347. *De eo, qui furtivam rem scienter emerit.* Si quis furtivam rem scienter emere praesumpserit et exinde probatus fuerit, similem rem reddat illi, cuius pecuniam [a] conparavit: salva videlicet eius iustitia in altero.

348. *De eo, qui de latrone furtivam rem scienter ad custodiendum acceperit.* Si quis de latrone furtivam rem scienter ad custodiendum acceperit, quasi fur conponat.

349. *De sacramentis leviter non iurandis* [b]. Volumus ut sacramenta cito non fiant. Sed unusquisque iudex prius causam veraciter cognoscat, ut eum veritas latere non possit, nec facile ad sacramenta veniant.

350. *De eo, qui contra caput alterius falsa suggesserit.* Si quis contra caput alterius falsa suggesserit vel pro quacumque invidia aut iniusta accusatione aliquem commoverit, ipse poenam vel dampnum, quod alteri intulerit, excipiat. Neminem dampnes antequam inquiras veritatem; quia scriptum est: *Omnia autem probate; quod bonum est tenete.*

351. *De eo, qui per invidiam vel dolum liberi vel servi domum incenderit.* Si quis per aliquam invidiam vel dolum in nocte vel in die ignem imposuerit et incenderit liberi vel servi domum, omnia edificia restituat et quicquid ibi arserit conponat, et insuper sexaginta solidis sit culpabilis, et publica poenitentia secundum iudicium sacerdotum multetur; et quanti homines de ipso incendio evaserint, unicuique secundum legem conponat, et omnia quae ibi perdiderint restituat.

352. *Ut si quis servum iniuste accusaverit alienum, domino simile mancipium pro hoc facto reddat.* Si quis servum iniuste accusaverit alienum, et innocenter tormenta pertulerit, domino simile mancipium pro hoc facto reddat. Si vero innocens in tormento mortuus fuerit, duos servos eiusdem meriti sine dilatione domino restituat.

353. *De via publica.* Si quis viam publicam aut litostratum vel viam communem alicui clauserit contra legem, cum sua lege conponat, et clausuram quam ibi fecit tollat. Quod si negare voluerit, cum duodecim sacramentalibus iuret.

354. *De via convicinali.* Si quis viam convicinalem vel pastoralem clauserit, cum sua lege conponat et ipsam viam aperiat. Similiter et de semita faciendum est.

355. *De eo, qui fontem coinquinaverit.* Si quis fontem quacunque invidia coinquinaverit vel maculaverit, emendet eum primo, ut nulla sit coinquinationis in eo suspicio, et cum lege sua vicinis hoc emendet. Si autem plurimorum in vicinio puteus fuerat, conpositione inter se multentur.

356. *De eo, cui aurum vel argentum aut ornamenta commendata fuerint.* Si cui aurum vel argentum aut ornamenta vel quaecumque species fuerint commendatae sive ad [c] custodiendum traditae sint sive vendendae, et in domo ipsius cum rebus suis forsitan fuerint incendio crematae, una cum testibus qui commendata susceperat praebeat sacramenta, nihil exinde suis profuisse conpendiis, et nihil cogatur exsolvere; excepto aurum et argentum, quod ardere non poterat. Si vero quae commendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui commendata perdiderat, spatium tribuatur donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, commendatori res proprias tantummodo reformare procuret; compositio vero furti ad eum, qui habuit commendata, pertineat. Quod si fur non fuerit intra statutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino suscipiente reddatur, damnum vero medium utrique sustineant. Et si postmodum dominus apud eum, cui [*] commendaverit, quaecumque fuerint suppressa repererit, sicut furtiva ab eo exigantur.

357. *Ut rem in contentione positam non liceat vendere.* Rem in contentione positam non liceat donare nec vendere.

358. *De eo, qui servum suum vendiderit.* Si quis servum suum vendiderit, forsitan eius nesciens facultates, habeat dominus eius potestatem, qui eum vendidit, requirendi res eius, ubicumque invenire [d] potuerit.

359. *De eo, qui peculio suo fuerit redemptus.* Si quis servus de peculio suo fuerit redemptus et hoc dominus eius forte nescierit, de domini potestate non exeat, quia [e] non pretium, sed res servi sui, dum ignorat, accepit.

360. *De eo, qui causam alterius tulerit de loco suo.* Si quis causam [f] alterius tulerit de loco suo, ipsam illesam reddat aut similem. Si vero foras aliqua traxerit et absconderit atque negaverit interrogatus, quasi [g] furtivam conponat.

361. *De eo, qui alicuius mortuum repererit.* Si quis alicuius mortuum repererit, et eum humanitatis causa humaverit, ut neque a porcis inquinetur nec a bestiis seu canibus laceretur, seu liber sit seu servus, nullam ex hoc calumniam sustineat, sed magis a parentibus eius remunerationem condignam accipiat. Et si a parentibus mercedem noluerit recipere, recipiet [h] a Domino, qui praecepit mortuos sepelire.

362. *De venditionibus vili pretio detractis vel vitiosis.* Placuit in venditione hanc formam servari, ut seu res seu mancipia vel quodlibet genus animalium venundetur, nemo propter hoc venditionis firmitatem inrumpat, quod dicit se vili praetio vendidisse; sed postquam factum est negotium, non sit mutatum, nisi forte vitium sibi a venditore celatum invenerit. Si autem venditor dixerit vitium, stet emptio et non sit immutata. Si autem non dixerit, mutari potest in illa die et in alia sive in tertia die. Et si amplius de tribus noctibus illud habuerit, postea non potest mutare, nisi forte eum invenire infra tres dies non poterit. Tunc quando invenerit, recipiat qui [i] vitium vendidit. Et si noluerit recipere, iuret cum suis sacramentalibus, quod vitium ibi nullum sciebat in illa die, quando negotium fecit; et stet factum.

363. *Ut qui arras dederit pro quacumque re, pretium reddere conpellatur.* Qui arras dederit pro quacumque re, pretium cogatur implere, quod placuit emptori.

364. *Ut peregrinos transeuntes nemo inquietet.* Placuit, ne peregrinos transeuntes quisquam inquietare praesumat eisque nocere audeat, quia alii propter Deum, alii propter suas discurrunt necessitates. Quod si aliquis praesumptuosus fuerit, qui peregrino nocuerit vel eum assallierit aut despoliaverit, leserit, plagaverit, ligaverit, vendiderit vel occiderit, ipsi peregrino singillatim dupliciter sicut de alio homine solet conponi, aut suo seniori vel socio cum sua lege conponat. Quod si mortuus fuerit et seniorem ibi vel socium non habuerit, tunc episcopus aut sacerdotes eiusdem pagi ipsam conpositionem in duplo, sicut de indigena, distringente iudice accipiant et in suam elymosinam illa tribuant; et insuper sexaginta solidos fisco cogatur persolvere. Et si peregrinum viventem reliquerit, omnem iniuriam ei factam et quicquid illi tulit dupliciter, ut praedictum est, per singula illi conponat, sicut solet de infra provincia aliquem conponere. Si autem eum occiderit, ut liberum hominem de ipsa provincia in duplo conponat; et ipsa pecunia a memoratis sacerdotibus in sua detur elymosina;

a) cuius pecuniam *corr.* quam pecuniam *G.* b) iudicandis *superscr.* vel iurandis *G.* c) *deest G.* *) qui *BAL.* d) inveniri *G.* e) qui *B.* f) navem *L. Baiuv.* causam *expuncto* u *G.* g) *deest G.* h) recipiat *G.* i) quia *BAL.*

quoniam Dominus ait: *Peregrinum et advenam non contristabis.*

365. *De eo, qui res alienas vendiderit.* Si quis vendiderit res alienas sine voluntate domini sui, aut servum, aut ancillam, aut quamcunque rem, ipsam legibus reddat, et similem aliam addat. Et si ipsum non potest invenire, duos consimiles et aequalis meriti reddat.

366. *De eo qui alicuius quadrupedi unum oculum excusserit.* Si quis alicuius caballi vel bovis vel cuiuslibet de quadrupedibus[a] unum oculum excusserit, adpretietur illud pecus quod valet, et partem tertiam conponat.

367. *De eo, qui iussu regis vel ducis aliquem occiderit.* Si quis iussione regis vel ducis illius, qui ipsam provinciam regit, hominem occiderit, non requiratur ei nec propterea faidosus sit; quia lex et iussio dominica occidit eum et ipse non potuit contradicere. Princeps vero et successores eius defendant eum et totam progeniem eius, ne ob hoc pereat aut malum patiatur. Quod si propterea ipse aut eius progenies aliquid mali passi fuerint aut occisi, dupliciter conponatur[b].

368. *De eo, qui scripturam protulerit, ut veritatem eius testibus probet.* Si quis scripturam profert, veritatem eius testibus probare debet, quia in omnibus causis constitutum est, ut scripturam prolator affirmet.

369. *Ut quicquid provincialibus fuerit relaxatum per beneficium principis, ab exactore non requiratur.* Quicquid provincialibus per beneficium principis tributorum fuerit relaxatum, ab exactore non requiratur.

370. *Ut praesbiteri criminosi ad synodum venientes in medio collocentur.* Presbiteros criminosos canonice ad synodum venientes iubemus, iuxta decreta papae Innocentii capitulo 33, in medio collocari; discussisque obiectionibus, quae ipsis presbiteris inpinguntur, si convinci potuerint, a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt. Et si convinci non potuerint, secundum anterius capitulum consultu Leonis papae et multorum episcoporum statutum cum aliis presbiteris et fidelibus iustisque hominibus satisfaciant episcopo suo et populo.

371. *Ut unusquisque presbiter missam cum sandaliis[c] celebret.* Unusquisque presbiter missam ordine Romano cum sandaliis celebret. Et hoc populo nuntietur, quod per omnes dies dominicos oblationes Deo offerant et ut ipsa oblatio foris septa altaris recipiatur.

372. *Ut presbiter die dominico cum benedicta aqua procedat.* Ut omnis presbiter die dominico cum psallentio circumeat ecclesiam suam una cum populo et aquam benedictam secum ferat. Et ut scrutinium more Romano tempore suo ordinate agatur.

373. *De locis monasteriorum vel aedificiis providendis.* Dignum ac necessarium est, ut missi per quaeque loca directi simul cum episcopis uniuscuiusque diocesis perspiciant loca monasteriorum, canonicorum, pariter et monachorum, similiter puellarum, si in apto et congruo loco sint posita, ubi commodum necessarium possit adquiri, quod ad utilitatem pertinet monasterii, sicut in sancta regula dicit: *Monasterium autem ita debet constitui, ut omnia necessaria infra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis vel clericis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum.*

374. *De hospitalitate et cura pauperum.* Ut de hospitalitate et cura pauperum memores sitis, et propter quod res ecclesiasticae a fidelibus oblatae et ab ecclesia receptae sint. Et eo modo illas distribuatis, ut ab illo, cui de his rationem reddituri estis, non damnationem, sed aeterni gaudii mercedem accipere mereamini.

375. *Ut adiutorium a rege inpendatur his, qui ministerium ecclesiasticum adimplent.* Volumus vos scire voluntatem nostram, quod nos parati sumus vos adiuvare, ubicumque necesse est, ut ministerium vestrum adimplere valeatis. Simulque vos admonemus, ut propter humilitatem nostram et oboedientiam, quam monitis vestris propter Dei timorem exhibemus, honorem nobis a Deo concessum conservetis, sicut antecessores vestri nostris antecessoribus fecerunt.

376. *Ut nullus episcopus vel abbas per praemia suis hominibus beneficia det vel auferat.* Admonemus etiam episcopos et abbates, ut per praemia beneficia hominibus suis nec auferant nec donent, quia multae reclamationes et quaerelae de hac causa ad nostras aures solent pervenire.

377. *Ut consiliarii regis munus non accipiant ob beneficium aliis impetrandum.* Ut nullus de consiliariis nostris propter beneficium cuilibet a nobis impetrandum munera accipiat, quia nos volumus illi beneficium dare, qui nobis bene servierit.

378. *Ut clericus, vel monachus, vel sanctimonialis, non accusetur ad iudicium civile.* Nemo audeat clericum aut monachum vel sanctimonialem feminam ad civile iudicium accusare, sed ad episcopum. Et ipse ex lege vel canonibus consentaneam et iustam sententiam proferat. Haec omnes episcopi custodiant, et omnes fideles sanctae Dei ecclesiae. Et nostri provinciarum praesides procurent quorumcunque clericorum vel monachorum et sanctimonialium lites dirimere. Si quis hanc constitutionem violaverit in magistratu positus, decem librarum auri poena multabitur; si exsecutor est, in catenis ecclesiarum recludatur poenas luiturus, et officium perdat.

379. *De monacho, qui monasterium suum dimiserit.* Si monachus monasterium suum dimiserit, omnia bona ipsius, et quae in monasterium introduxit et quae non introduxit, dominio monasterii sint et ipse officio praesidis servire cogatur. Si vero monachus ad aliud monasterium migraverit, substantiam eius prius monasterium possideat, et in alio monasterio ipse non recipiatur.

380. *De servo in monasterio recepto.* Si aliquis incognitus in monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non prestetur. Et si intra tres annos aut servus vel libertus vel colonus quaeratur, domino suo reddatur cum omnibus quae attulit, fide tamen accepta de inpunitate. Si autem intra triennium requisitus non fuerit, postea quaeri non potest, sed tantum ea, quae in monasterium adduxit, dominus servi recipiat.

381. *De monachis laicis factis.* Si autem monachus laicus factus fuerit, honore et cingulo spolietur et res eius monasterio adiciantur. Quod si monasticam vitam reliquerit, praeses provinciae eum teneat et curiae suae connumeret.

382. *De ecclesia aedificanda.* Nemo aecclesiam edificet, antequam civitatis episcopus veniat et ibidem crucem figat publice. Et ante praefiniat qui aedificare vult, quid ad luminaria et ad custodiam et stipendia custodum sufficiat; et facta donatione sic domum aedificet.

383. *De eo, qui in domo sua oratorium fecerit.* Qui in domo sua oratorium habuerit, orare ibi potest. Tamen non audeat in eo sacras facere missas sine permissu episcopi loci illius. Quod si fecerit, domus illius fisci iuribus[d] addicatur. Comes et missi eius qui hoc cognovit et non prohibuit, libra auri multabitur et ab episcopo loci illius canonicam suscipiat excommunicationem vel exclusionem.

384. *De electione abbatissae.* Abbatissa eligatur a cuncta congregatione non secundum ordinem, sed quam melioris opinionis esse constiterit et quam meliores elegerint. Et qui eam eligunt, proponant sanctis euangeliis, dicentes quod non propter amicitias vel gratiam humanam, sed scientes eam fide rectam et vita castam et administratione dignam ad omnemque statum monasterii utilem. Et tunc confirmetur ab episcopo, cui monasterium subiectum est.

a) caballi v. bovis v. c. quadrupedis *BAL*. b) componantur *BAL*. c) scandaliis *G*. d) uiribus *G*.

385. *De diaconissa vel Deo devota.* Si quis rapuerit vel sollicitaverit vel corruperit religiosam feminam, bona amborum ecclesia vindicet, in qua talis mulier habitavit; ipsi tamen capitali periculo subiciantur. Quod 5 si haec mulier non consensit, cum suis rebus monasterii cautioni [a] tradatur. Si vero liberos habet, pars legitima eis reservetur. Quod si intra annum post [b] cognitum tale scelus a religiosis locis non vindicetur, comes loci illius haec nostro fisco addicat. Si vero comes provin- 10 ciae vindictam tali crimini imponere neglexerit, honore careat, et duas libras auri fisci viribus dare conpellatur.

386. *De restituendo monasterio.* Nemini regum aut cuiquam hominum in proprium liceat monasterium tradere vel commutare vel quocumque commento vendere. 15 Hoc etiam divina et apostolica atque canonica sub anathematis poena sanxit auctoritas. Quod si factum fuerit, non valebit, sed is, qui accepit, pretium amittat; et qui distraxit, pretium quod accepit in ipso monasterio amittat et una cum pretio monasterium perdat, et ipsum 20 monasterium in pristinum reformetur statum.

387. *De litigatoribus.* In civitatibus, in quibus praesides praesunt, ipsi audiant causas seu et defensores. Qui autem episcopum vel sacerdotes aut clericos iudicare sibi maluerint, hoc quoque fieri non [c] permittimus.

25 388. *De scenicis.* Si quis ex scenicis vestem sacerdotalem aut monasticam vel mulieris religiosae vel qualicunque ecclesiastico statu similem indutus fuerit, corporali poenae subsistat et exilio tradatur.

389. *De praescriptione quadraginta annorum.* Ne 30 decem [d] anni neque viceni vel triginta annorum praescriptio religiosis domibus opponatur, sed sola quadraginta annorum curricula; et non solum in ceteris rebus, sed etiam in legatis et hereditatibus.

390. *Ut nemo audeat episcopum aut sacerdotem vel 35 clericum apud publicos iudices accusare.* Sancitum est, ut nullus episcopum aut sacerdotem vel clericum apud iudices publicos accusare praesumat, sed apud episcopos.

391. *De absentibus non iudicandis.* Decretum est, ut adversus absentes non iudicetur. Quod si factum fue- 40 rit, prolata sententia non valebit.

392. *Ne ullus sacerdos iudicetur, nisi praesentes sint ipsius accusatores, idemque legitimi.* A sancta Romana et apostolica ecclesia olim statutum est et a nobis synodali sententia confirmatum, ut nullus ex sacerdotali catalogo 45 iudicetur aut dampnetur, nisi accusatus accusatores legitimos praesentes habeat locumque defendendi ad abluenda crimina accipiat.

393. *Ut vita accusantium primo discutiatur.* Item a praedicta sancta Romana et apostolica ecclesia sancitum 50 est et ab omnibus synodali auctoritate decretum, ut semper primum persona, fides, vita, conversatio accusantium enucleatim perscrutetur, et postea quae obiciuntur, fideliter pertractentur; quia non aliter fieri quicquam debet, nisi prius inpetitorum vita discutiatur.

55 394. *De testibus requirendis in accusatione clericorum.* Placuit, ut si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetierit, secundum praeceptum Pauli apostoli legitima testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit datis testimoniis adprobare quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

395. *De culpabili persona non recipienda.* Si accusatoris persona in iudicio episcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum non admittatur nisi de propriis causis.

396. *De non iudicando quemquam ante examinatam causam.* Non est iustum iudicare aut condemnare virum, cuius causa ad liquidum non est examinata.

397. *De non iudicando maiore a minore.* Maior a minore non potest iudicari.

398. *De non iudicando quemquam absque legitimo accusatore.* Iudicis non est quemlibet iudicare vel condempnare absque legitimo accusatore: quoniam et Dominus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus.

399. *De eo qui frequenter litigat, ut non suscipiatur absque examine.* Eius, qui frequenter litigat et ad accusandum est facilis, accusationem absque grandi examine nemo recipiat.

400. *De rimanda enucleatim causa in iudicio et saepe ventilanda.* Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi adiciendique pacientia praebita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus iam nihil amplius habuerint in quaestione, quod proponant. Et tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas perveniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum forte remaneat, quod adnecti conveniat.

401. *De his, qui se putant per testes redemptos ad sacerdotum accusationem admitti, ut non admittantur, nisi omni suspicione caruerint.* Sunt quidam, qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur et per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere. Hi omnino non admittantur, nisi actis publicis docuerint, omni se suspicione carere.

402. *Ut nullus contra religionem faciat.* Non liceat imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divina praesumere.

403. *Quod laicis non sit de religione praesumendum.* Laicis quamvis religiosis nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus vel de Deo dicatis hominibus aliquid disponendum attribuatur facultas.

404. *Ut liceat maiores iudices appellare, quotiens necessitas ingruerit.* Quandocumque a quibuslibet iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis denegetur, qui provocaverint.

405. *De iniusto iudicio, principis metu vel iussu terminato, cassando.* Iniustum iudicium et definitio iniusta, regio metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeat.

Incipiunt capitula libelli sexti.

a) monasterii cautioni *a prima manu G.; sed scriptor ipse* monasterio cautiori *correxit.* b) praeter *corr.* pproter *G.* c) *deest in Iuliano.* d) Nex *corr.* Ne sex *G.*

7. *De eo, qui percusserit patrem aut matrem.*
8. *Non maledicendum patri et matri.*
9. *De eo, qui hominem furatus fuerit et vendiderit.*
10. *De his, qui rixati inter se fuerint et percusserit alter alterum.*
11. *De eo qui percusserit servum suum vel ancillam lapide vel virga, et mortui fuerint.*
12. *Ut si aliqui inter se fuerint rixati et percusserit ex eis aliquis mulierem praegnantem.*
13. *Quod si mulier mortua fuerit, reddet percussor animam pro anima.*
14. *Ut quicumque servo vel ancillae oculum eruerit, liberos eos dimittat.*
15. *De bove cornupaeta, quae virum vulneraverit vel mulierem, et de domino illius.*
16. *De eo, qui cisternam aperuerit et foderit.*
17. *De bove alieno, si alterius bovem vulneraverit.*
18. *De eo, qui bovem aut ovem furatus fuerit.*
19. *De fure, qui domum suffodiens repertus fuerit.*
20. *De eo, qui laeserit agrum vel vineam.*
21. *De eo, qui ignem succenderit in agris, ut dampnum restituat.*
22. *De eo, qui commendaverit amico pecuniam.*
23. *De asino bove omnique iumento, amico ad custodiendum tradito.*
24. *De eo, qui seduxerit virginem desponsatam vel dormierit cum ea.*
25. *De patre puellae, si eam dare noluerit, ut reddat pecuniam iuxta morem dotis.*
26. *De maleficis.*
27. *De his, qui cum iumento coierint.*
28. *De his, qui diis immolant vel advenas affligunt.*
29. *De decimis et primitiis Deo offerendis.*
30. *De deposito vel pignore dato.*
31. *De turpitudine proximi revelanda.*
32. *De homine, qui dormierit cum muliere ancilla.*
33. *Non debere auguriari nec observare magos et ariolos.*
34. *De honorando sene.*
35. *Nihil agendum contra aequitatem.*
36. *De eo, qui moechatur cum uxore proximi sui.*
37. *De eo, qui dormierit cum noverca sua.*
38. *De eo, qui propter Deum furtum confessus fuerit.*
39. *De eo, qui ferro percusserit hominem.*
40. *Ut propter unius testimonium nullus condempnetur.*
41. *De decimis separandis.*
42. *De eo, qui ambulans per viam nidum avis invenerit.*
43. *Ut cum aedificatur domus nova, fiat murus per circuitum domus.*
44. *De vinea altero semine non serenda.*
45. *Ut non aretur in bove simul et asina.*
46. *Non induendum vestimentum, quod ex lana et lino contexitur.*
47. *De puella virgine desponsata.*
48. *De desponsata virgine in agro reperta.*
49. *Ut eunuchus attritis testiculis ecclesiam Dei non intret.*
50. *De pecunia ad usuram non feneranda.*
51. *De voto non differendo.*
52. *Ut homo, qui uxorem acceperit, non accedat ad bellum.*
53. *Ut non occidantur patres pro filiis nec filii pro patribus.*
54. *De eo, qui vim a persecutoribus patitur, ut suscipiatur.*
55. *De muliere, quae cum viro suo non potest nubere.*
56. *Ut absque consensu episcopi oblationes non accipiantur.*
57. *Ut presbiteri civitatis sine iussu sui episcopi nihil iubeant.*
58. *Ne presbiteri rem ecclesiae absque licentia sui episcopi vendant.*
59. *Si presbiter vel diaconus deseruerit ecclesiam suam, deponatur.*
60. *De presbiteris vel diaconibus aut subdiaconibus a propriis episcopis exauctoratis.*
61. *Si quis episcopus, presbiter, diaconus vel subdiaconus ad bellum processerit, deponatur.*
62. *Ut presbiteri alterius regionis non sacrificent praesentibus presbiteris ipsius regionis.*
63. *De uxoribus et viris se dimittentibus.*
64. *De episcopis litigantibus vel iudicatis.*
65. *Ab heretico nullus benedictionem accipiat.*
66. *De orationibus ad patrem dirigendis.*
67. *De presbitero ab alio episcopo ordinato.*
68. *De illis presbiteris, qui nesciunt iuxta praeceptum salvatoris baptizare.*
69. *De missis nostris, qualiter cum episcopis singularum regionum circa ecclesias Dei eiusque sacerdotes agere debeant.*
70. *De eo, qui semetipsum occidit aut laqueo se suspendit.*
71. *Ut incesti et parricidae canonice coherceantur.*
72. *Ut nec a clerico filacteria nec ab ullo fiant christiano.*
73. *Ut nullus presbiter amplius quam unam ecclesiam sibi vindicet.*
74. *De letania maiore, ut more Romano caelebretur.*
75. *Ut nullus vitam sine communione finiat nec unctione benedicti olei careat.*
76. *De presbiteris degradatis et post degradationem multis sceleribus implicatis.*
77. *Si qui velint aquam consecratam accipere.*
78. *De clericis et presbiteris, si episcopis suis obedire nolint, ut excommunicentur.*
79. *De episcopo metropolitano.*
80. *Ut unusquisque progeniem suam usque ad septimam generationem observet.*
81. *De presbiteris ab ignotis episcopis ordinatis.*
82. *Ut si quis homini aliquo iteranti mansionem vetaverit, sexaginta solidos conponat.*
83. *Ut omnibus maxima cura sit, ne sine confirmatione episcopi vitam finiat aliquis.*
84. *De his, qui fidelium oblationes auferunt vel vastant aut sine proprii episcopi iussione dant vel accipiunt.*
85. *Ut presbiteri vel diaconi non migrent de loco ad locum sine episcopi proprii iussione.*
86. *De episcopis et clericis peregrinis, ut contenti sint hospitalitatis munere.*
87. *Ut nullus habeat nisi legitimum connubium.*
88. *De his, qui episcoporum vocationem vel correctionem contempserint.*
89. *Ut nullus laicorum ex praediis episcoporum quicquam accipiat.*
90. *De eo qui occiderit monachum aut clericum, ut arma relinquat.*
91. *De viro et muliere matrimonio copulatis, et postea dicente ea, non posse eum nubere sibi.*
92. *Ut puella desponsata non detur alteri viro.*
93. *Ut baptizati cum catecumenis non manducent.*
94. *De presbitero ordinato, qui se deprehenderit non esse baptizatum.*
95. *Si liber ancillam in matrimonium accepit.*
96. *De raptoribus et raptis virginibus vel viduis.*
97. *De his, qui rapinas infra regnum faciunt.*
98. *De sacerdotibus et levitis atque monachis interfectis vel debilitatis.*
99. *De his, qui episcopo aliquam iniuriam vel dehonorationem fecerint.*
100. *De religiosa muliere decepta, id est, veste mutata, vel religionem professa.*
101. *De blasphemia in Deum.*
102. *De his, qui in domo sua oratorium fecerint.*
103. *De privilegiis ecclesiarum et clericorum non corrumpendis.*
104. *Ne episcoporum vel reliquorum clericorum vita turbetur.*
105. *De clericis vel sacerdotibus, qui accipiunt ecclesias sine licentia episcopi sui, vel de una ad aliam transeunt.*
106. *De incestis et criminosis ac de infirmis et poenitentibus atque de ieiunio quattuor temporum.*
107. *Ut episcopi iudices publicos moneant, ut rei carceri-*

bus reclusi natali Domini, pascha et pentecosten absolvantur, et missas illis audiant diebus ac refecti fiant.

108. *De monacho, qui monasterium suum dimiserit.*

5 109. *De possessionibus*[a] *ad religiosa loca pertinentibus.*

110. *De monacho vel monacha.*

111. *De his, quae a singulis principibus ecclesiis sunt concessa, et quae singuli antistites impetraverunt, quod sacrilegium sit haec auferentibus. Et de clericis, ut non accusentur ad iudices seculares, sed* 10 *ad episcopos proprios.*

112. *De privilegiis ecclesiarum.*

113. *Ut ea, quae ad religionem pertinent, locis suis et a suae dioceseos synodis audiantur.*

15 114. *Ut privilegia ecclesiarum semper maneant incorrupta.*

115. *Quod sacrilegium sit ecclesiae aliquid auferre, aut sacerdotibus vel ministris aut ipsi sancto cultui locoque iniuriam inferre.*

116. *De his, qui ecclesiastica privilegia violant vel dissi-* 20 *mulant.*

117. *Quod hi, qui praedia ecclesiastica diripiunt vel vastant, sacrilegi sint exilioque damnandi.*

118. *Ut episcopi et reliqui sacerdotes ab omnibus nexibus sint liberi.*

25 119. *Ne Iudeis adhereant vel deserviant christiani.*

120. *De sacrificiis per singulas missas a sacrificantibus sumendis.*

121. *De chorepiscopis, ne deinceps fiant.*

122. *Ne Iudaei super christianos magistri vel ministri* 30 *ponantur.*

123. *De clericis falsariis.*

124. *Ut clerici non habeant actiones seculares.*

125. *De clericis, qui de ecclesia desistunt.*

126. *Quales sint clerici.*

35 127. *De multitudine clericorum.*

128. *De ordinationibus sacris.*

129. *De iniuria episcopi et letania subversa.*

130. *Ne fideles ex propria consanguinitate uxores ducant; nec illi, qui dudum minime nupserunt, sine bene-* 40 *dictione sacerdotis nubere praesumant.*

131. *De non recipiendis alienis poenitentibus.*

132. *Ut non liceat monachum vel clericum sine epistula episcopi sui proficisci.*

133. *De dotibus et publicis nuptiis.*

45 134. *De rebus ecclesiae ablatis aut fraudatis vel retentis.*

135. *Ut nemo res ecclesiae, nisi cui iure debentur, in quibuslibet regionibus coniacentes competere audeat vel tenere.*

136. *De his, qui facultates ecclesiae delegatas auferunt* 50 *vel retentant.*

137. *Ut socios suos nominet, apud quem pars rapinae fuerit inventa.*

138. *De his, qui diripienda indicare reperiuntur.*

139. *Ut abbates in eius episcopi, in cuius parrochia sunt,* 55 *potestate persistant.*

140. *Ut nullus monachus relinquat suum monasterium et cellas construat sine episcopi vel abbatis sui licentia.*

141. *De apostatis.*

142. *De excommunicatis.*

60 143. *Ne iudices perfidorum excessus absque propriorum sacerdotum consilio iudicent.*

144. *De expositis infantibus ac collectione eorum.*

145. *De clericis relinquentibus officium suum, et ad seculares confugientibus.*

65 146. *Ut servo non credatur, si super dominum suum vel super alium liberum crimen inieccerit.*

147. *Ut testes ea tantum testificentur, quae in conspectu eorum acta esse noscuntur.*

148. *Quales debeant scripturae valere.*

70 149. *De pactis et placitis conservandis.*

150. *Contra priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.*

151. *Ne quisquam accusetur vel puniatur, nisi manifestis indiciis scelus patuerit.*

152. *Ut valeat commutatio sicut emptio.*

153. *Si timore compulsus quisquam se servum esse dicat.*

154. *De presbiteris vel diaconibus sine episcopi sui epistolis ambulantibus.*

155. *Ut unus abba duobus monasteriis minime praesideat.*

156. *De presbiteris vel reliquis clericis non distringendis a secularibus iudicibus, sed a suis episcopis.*

157. *Ut clerici iudices seculares non adeant.*

158. *De secularibus, qui per calumniam ecclesiam vel clericos fatigare praesumunt.*

159. *Ne testificentur manumissi.*

160. *De his, qui cum furibus conscii fuerint.*

161. *Si possessor per violentiam expellatur.*

162. *Ut fideles fidem sanctae Trinitatis discant.*

163. *De contumacibus presbiteris vel clericis.*

164. *De iudicibus clericis calumniam vel iniuriam inferentibus.*

165. *Ut orationem dominicam omnes discant fideles.*

166. *Ut nullus episcopus alterius episcopi vel presbiter alterius presbiteri parrochiam invadat.*

167. *Ut monasteriis vel reliquis ecclesiis res non auferantur, vel ipsa a quoquam inquietentur.*

168. *Ut clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere, et nulli eorum liceat officium sacerdotale in alterius parrochia agere absque licentia episcopi, in cuius parrochia esse noscuntur.*

169. *Ut nullus episcopus sine consensu aliorum se praeferat anteriori.*

170. *Ut populi oblationes sacerdotibus in ecclesia offerant. Et ut omni die dominica communicent.*

171. *Ut sacerdotes signa tangant horis canonicis.*

172. *De stolis gestandis.*

173. *Ut secreta non incipiatur nisi post hymnum finitum.*

174. *Ut annuntietur symbolum fidelibus a sacerdotibus.*

175. *Ut presbiteri annuntient viris et feminis, nisi memoriter symbolum et orationem dominicam tenuerint, de sacro fonte filiolos vel filiolas non suscipiant.*

176. *Ut silentium in ecclesia teneatur et devote verbum Dei audiatur.*

177. *Ut episcopo infantuli ad confirmandum praesententur.*

178. *Ut presbiteri sine sacro chrismate oleoque benedicto non proficiscantur.*

179. *Ut presbiteri oleum infirmorum ab episcopo expetant.*

180. *Ut nullus presbiter parrochianus aliubi praesumat chrisma accipere, nisi ab episcopo suo in caena Domini.*

181. *Ut baptizari non praesumatur nisi in vigilia paschae et pentecosten.*

182. *Ut instruantur fideles, qui parvulos de sacro fonte suscipere cupiunt.*

183. *Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.*

184. *De quorum baptismate absque dissimulatione dubitatur, ut rebaptizentur praeceptum est.*

185. *Ut presbiteri in ecclesia fidem sanctae Trinitatis doceant.*

186. *Ut presbiteri annuntient populo quattuor legitima temporum ieiunia.*

187. *Ut ieiunia tria legitima in anno agantur.*

188. *Ut populus nisi duobus temporibus infantes suos ad baptismum non offerat.*

189. *Ut dies dominicus reverenter colatur.*

190. *Ut annuntient presbiteri eodem modo, sicut sabbatum paschae cum suo pascha, sabbatum pentecosten cum suo die dominico observare.*

191. *Ut annuntient presbiteri populo se ab inlicitis abstinere connubiis.*

192. *Ut publice presbiteri annuntient plebi decimas et primitias omnium frugum ad benedicendum offerre.*

a) positionibus *G.*

a) aleatorum G. b) deest hic, sed non in textu G. c) negotium G.

288. *Quid de illis, qui uxores habent fiscalinas, sit agendum.*
289. *De libris canonicis, ut veraciter habeantur.*
290. *De laicis, ut orationem dominicam memoriter discant.*
291. *Capitula quae ad legem Salicam mittenda sunt. De occisione diaconorum vel aliis causis.*
292. *Capitula, quae domnus Karolus imperator constituit.*
293. *De latronibus.*
294. *Ne aliquis de ignoto homine equum, bovem vel aliud animal emat.*
295. *De illis hominibus, qui propter eorum culpas ad mortem diiudicati fuerint et postea eis fuerit vita concessa, quod si iustitiam ab aliis requisierint aut ab eis iustitiam quis quaerere voluerit, qualiter inter illos iudicium terminetur.*
296. *De homine iudicio scabiniorum iudicato.*
297. *De eo qui latronem forbannitum recipit, sive servus, sive liber sit.*
298. *De comite, qui latronem in forbannum miserit, ut aliis vicinis comitibus notum faciat.*
299. *De his, qui terrenis mercimoniis insistunt, ut magis ob supernae vitae desiderium, quam pro humana ambitione faciant.*
300. *Ut ecclesiasticis audientia minime denegetur provocantibus.*
301. *Ut episcopus quilibet alterius plebem episcopi vel fines non usurpet.*
302. *De clericis superbis, ut coerceantur.*
303. *De his, qui statuta patrum violant; si laicus fuerit, communione privetur, si clericus, honore.*
304. *De his, qui contra suam professionem vel subscriptionem venerint, quid agendum sit.*
305. *De presbitero, qui se ab episcopo suo diviserit.*
306. *De presbiteris, qui absque episcopi sui conscientia agenda celebraverint.*
307. *Ut episcopus lapsum incurrens, si plures congregare nequiverit, a duodecim audiatur.*
308. *Ut episcopi plebes alienas non usurpent et ut nemo ex eis collegam suum in diocesi vel aliubi supergrediatur.*
309. *De episcopo, qui ab aliquo impetitur, vel si ipse quaestionem aliquam retulerit, ut per episcopos iudices causa terminetur.*
310. *Ut nullus episcopus alium episcopum conculcet aut impediat.*
311. *Ne presbiteri vel diaconi sine conscientia episcoporum suorum aliquid agant.*
312. *De loco dando peregrino episcopo, in quo sacrificet.*
313. *De non condemnando illo, cuius causa diligenter non est examinata.*
314. *De his, qui falsa fratribus capitalia obiciunt.*
315. *De deponendo sacerdote vel levita, si crimen aliquod de se confessi fuerint.*
316. *De his, qui libellos famosos inventi fuerint in ecclesia posuisse, ut anathematizentur.*
317. *Ut delator communionem nec in finem accipiat, si inventus fuerit qualibet per delationem eius praescriptus vel interfectus.*
318. *Ne aliquis episcopus vel inferior gradus dominico die quemquam iudicare praesumat.*
319. *De potente, si pauperem expoliaverit et non reddiderit admonente episcopo, ut excommunicetur.*
320. *Ut nullus clericus ab episcopo suo recedere praesumat et ad alium transire.*
321. *Ut clerici, qui arma praesumpserint, in monasterium ad agendam poenitentiam tradantur.*
322. *Ut nullus regum huius canonis censuram in aliquo violari permittat.*
323. *Ut unusquisque alterius ruinis succurrat et iram Dei per suam compassionem a se removeat.*
324. *Quod lex, quam rex, qui prior fuit, instituit, ab illo, qui ei successerit, pari sententia roborata sit.*
325. *Ut in metropolitana sede ad synodum agendam omnes pontifices conferantur.*
326. *Ut dignitatem amittant omnes, qui ad expeditionem exercitus non pergunt aut de exercitu fugiunt.*
327. *Ut christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant.*
328. *Ut non varientur, quae propter utilitatem sunt instituta.*
329. *De fide Nicena servanda. Et ut privilegia ecclesiarum integra maneant.*
330. *Quod contra caput non sit agendum.*
331. *De presbiteris, qui contra canones ad comitatum ire voluerint susceptis, qui dominico decreto communione alieni decernuntur.*
332. *De sacerdotum Domini causis non terminandis, priusquam ex utraque parte fideliter audiantur et pariter ac diligenter perscrutentur.*
333. *Quod Dominus, qui animas hominum salvat, imitatores non velit suae esse pietatis.*
334. *De religionis periculo ab uniuscuiusque pietatis conscientia removendo.*
335. *Ut suarum rerum et omnium ecclesiarum sint communione contenti, quorum causa adhuc terminanda est.*
336. *Ut non sinantur incurri, quorum causa incerta est.*
337. *De his, qui a sedibus suis fuerunt pulsi, et alii in illorum locum substituti sunt.*
338. *De his, qui non debent redire ad militiam secularem.*
339. *De his, quos oportet maiori auctoritate curare.*
340. *Ut non imponat aliquis alicui pondus, quod ipse ferre non valeat.*
341. *Ut nullus apostolicas sanctiones temerare praesumat.*
342. *De amicitia et familiaritate servanda; quam, qui non contendunt, facile servant.*
343. *Ut alienae gentis homines ad exercitium imbuantur legibus.*
344. *De servo non credendo, si super aliquem crimen obiecerit.*
345. *Ut testes testimonium nisi praesentes non dicant.*
346. *De pactis et placitis conservandis.*
347. *Quod haec sit vera caritas, qua Deus proximusque diligitur. Et idcirco admonendi sunt omnes fideles, ut hanc observare curent.*
348. *Ut contra extraneos parentela aut propinquitas testimonium minime dicat.*
349. *Contra priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.*
350. *Non est danda passim accusandi vel puniendi licentia.*
351. *Si de fure quis nesciens aliquid comparaverit.*
352. *Ne testificentur manumissi.*
353. *Si possessor per violentiam expellatur.*
354. *Si ad diripiendum quisque alios invitasse reperiatur.*
355. *Ut socios suos nominet, apud quem pars rapinae fuerit inventa.*
356. *De his, qui diripienda indicare reperiuntur.*
357. *De non suscipienda criminatione adversus doctorem neque accusatorem adversus eum audiendum.*
358. *Ne unus episcopus cognitionem sibi vindicet.*
359. *Ut hi, quorum libertas nescitur, nequaquam accusent sacerdotes.*
360. *Ut absentes non iudicentur.*
361. *De his, qui falsa aliis inrogant.*
362. *Ne viles personae ad accusandum sacerdotes admittantur.*
363. *Ne iudices causam personae absentis sua sententia praesumant.*
364. *Ne aliquis criminosus episcopum accuset.*
365. *Quod qui episcopum accusat, Dei ordinationem accusat.*
366. *Ut litem habentes, sive petitor seu possessor, si antistitum iudicium elegerint, ad eos dirigantur.*
367. *Ut ea illibata serventur, quae patrum auctoritas catholicorum lege instituit.*
368. *Ut privilegia, quae propter religionem instituta sunt, nulla interminatione nova mutilentur.*

369. *Ut si chorepiscopi aliquam consecrationem aut confirmationem fecerint, ab episcopis canonice reformentur.*

370. *De generali totius populi supplicatione apud principem pro sacerdotum causa, ne in hostem aut pugnam pergerent, et quale eis omnibus ex hoc immineat periculum. Ex capitulis domni Karoli imperatoris Wormatia generaliter decretis atque ab omnibus firmatis et cunctis pro lege tenendis contraditis.*

371. *Ne episcopi ad bella pergant. Concessio domni Karoli imperatoris.*

372. *Ex quibus supra. Sacerdotibus omnibus.*

373. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.*

374. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.*

375. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.*

376. *Ex quibus supra. Sacerdotibus omnibus.*

377. *Ex quibus supra. Aliud sacerdotibus, aliquid populo.*

378. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.*

379. *Ex quibus supra. Aliquid sacerdotibus, aliquid populo.*

380. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.*

381. *Ex quibus supra. Sacerdotibus omnibus.*

382. *Ex capitulis domni Karoli regis anno regni eius 11. actis. De his, qui infra regnum sine iussione dominica per vim aliquid rapuerint.*

383. *Ex capitulis domni Hludowici Inghilenaim apostolica auctoritate et synodali sanctione omnium videlicet clericorum ac laicorum generaliter consensu atque hortatu decretis.*

384. *De eo, qui facultatem depredationis dederit malitiosa factione, ut vivus comburatur.*

385. *Ut contumelia temere praesumpta ab universis depellatur.*

386. *Ut capitale supplicium excipiat qui violentiam commisisse dinoscitur.*

387. *De eo, qui sibi indebitum locum usurpaverit.*

388. *Ut inviolata permaneant quae diversi principes statuerunt.*

389. *Ut si ecclesiae privilegia alicuius temeritate fuerint corrupta, piaculum quinque librarum auri poena multetur.*

390. *Ut quae diversi principes statuerunt vel antistites singuli pro causis ecclesiasticis obtinuerunt, inconvulsa perpetuo serventur.*

391. *De privilegiis ecclesiarum, quatinus incorrupta persistant.*

392. *Quod servari debeat potius quam auferri, quod sanctae Dei ecclesiae fuerit collatum.*

393. *Ut laicis quamvis religiosis nulla sit disponendi de rebus ecclesiae data facultas.*

394. *Quod praedones ecclesiae sacrilegi sint, sicut scripturae testimonio conprobatur.*

395. *Quod ea, quae Domino consecrantur, ad ius ecclesiasticum pertineant.*

396. *Ut si quis dignitatem praesumpserit, quam non meruit a principe vel iusto seniore, sacrilegus habeatur.*

397. *Ut illi, qui diversis sceleribus implicati sunt, ad testimonium non admittantur.*

398. *Ne ante iudex iaculetur in reum sententiam, quam ipse confiteatur aut socii sui eum convincant.*

399. *Non esse iudicandum adversus absentes.*

400. *Ne episcopus quilibet alium conculcet episcopum.*

401. *De episcopo deposito, qui se ad Romanum pontificem reclamaverit.*

402. *Ne in praedicatores ecclesiae detractiones seu vituperationes fiant; quod canonica scriptura dampnat.*

403. *Quod episcopi inter se corrigere, si quid ortum fuerit, debent.*

404. *De sacrilegis, quod fures sint teste scriptura.*

405. *Quod quicquid offertur Domino, sanctum sanctorum sit et ad ius pertineat sacerdotum.*

406. *De his sacrilegis, qui ecclesiae eiusque sacerdotibus iniurias inferunt.*

407. *Quod omnia, quae Domino offeruntur, procul dubio et consecrantur.*

408. *Ut christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant.*

409. *De eo, qui se incestuoso ordine his personis, quibus a divinis regulis prohibitum est, coniunxerit.*

410. *Ex libro legum Theodosii 3. capitulo 12. de incestis.*

411. *Ut nullus devotam Deo virginem vel viduam coniugem accipiat.*

412. *Quod blasphemiam Deo inferat, qui se cum Deo sacrata miscuerit.*

413. *Ut clericus proprio honore privetur, si cum femina Deo sacrata vel velata se commiscuerit.*

414. *Quod sacrilegi et violatores iuxta apostolum sint, qui violant sacratarum feminarum corpora.*

415. *Quod fornicatio omnibus peccatis periculosior esse perhibetur.*

416. *Quales debeant scripturae valere.*

417. *Ut ita valeat commutatio, sicut et emptio.*

418. *De excommunicandis iudicibus et potentibus, qui non se emendaverint.*

419. *Ut episcoporum iudicio incesta matrimonia emendentur.*

420. *In eo loco manendum unicuique, ubicunque votum voverit.*

421. *Quod maximum peccatum sit spiritalis conmatris coniunctio.*

422. *De eo, qui paganas observationes fecerit.*

423. *Praeceptio, christiana ut mancipia paganis vel Iudaeis non tradantur.*

424. *Ut omnes noverint, quantum malum sit Deo sacratas incestare.*

425. *Ut quia necessitas bellorum cogit, pars pecuniae, quae ecclesiae debetur, aliquanto tempore sub precario retineatur.*

426. *Ut ecclesiarum privilegia vel facultatem sive quicquid ad easdem pertinet, nullus invadere praesumat.*

427. *Ut neque rex neque secularium quisquam per vim praedia ecclesiarum rapiat, quae episcopi, abbates vel abbatissae regere videntur.*

428. *De his, qui non solum de rebus suis aliquid ecclesiae conferunt, sed etiam ab aliis conlatas iniuste possident.*

429. *De rebus ecclesiae, quae sibi iure debentur, ne in aliud transferantur.*

430. *Quod homicidae ante Deum deputentur, qui res ecclesiae vastant.*

431. *Ut capitali poena multentur, qui sacrilegia, adulteria, praedationes aut devastationes exercuerint.*

432. *De viris, quod in castitate uxores suas diligere eisque ut vasi infirmiori custodiam et reliquam necessitatem debeant impendere.*

433. *De conservanda fide inter virum et uxorem.*

434. *Ne clerici cuiuslibet ordinis a quibuslibet laicis iniurientur vel apud alios quam apud episcopos accusentur.*

435. *De his, qui innocentes apud principem vel apud alios accusaverint.*

436. *Ut clerici de his causis, quas seculi leges non admittunt, minime impetantur* [a].

a) perpetrantur *G.*

Sextus incipit libellus.

Incipiunt nonnulla capitula legis divinae.

1. *De effusione sanguinis.* Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.

5 2. *Quod hi qui nomen Domini in vanum adsumpserint, graviter feriantur.* Non adsumes nomen domini Dei tui in vanum; nec habebit insontem Dominus eum, qui adsumpserit nomen domini Dei sui frustra.

3. *De honorando patre vel matre.* Honora patrem 10 tuum et matrem tuam, ut sis longevus super terram.

4. *Ut qui vendiderit filiam suam in famulam, non*[a] *egrediatur sicut ancilla.* Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillae exire consueverunt. Si placuerit domino suo, cui vendita est, ad-15 mittat eam liberam; et ad alium populum non licet ipsam vendere.

5. *Ut qui hominem percusserit, morte moriatur.* Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.

6. *De eo, qui per industriam proximum voluerit occi-20 dere.* Si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

7. *De eo qui percusserit patrem aut matrem.* Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur.

8. *Non maledicendum patri et matri.* Qui maledixe-25 rit patri suo et matri, morte moriatur.

9. *De eo, qui hominem furatus fuerit et vendiderit.* Qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum, convictus noxae[b] morte moriatur.

10. *De his, qui rixati inter se fuerint et percusserit 30 alter alterum.* Si rixati fuerint viri et percusserit alter proximum suum lapide vel pugno et ille mortuus non fuerit et iacuerit in lectulo; si surrexerit et ambulaverit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit; ita tamen, ut operas inpensas eius medicis[c] 35 restituat.

11. *De eo, qui percusserti servum suum vel ancillam lapide vel virga et mortui fuerint.* Qui percusserit servum suum vel ancillam lapide vel virga et mortuus fuerit in manibus eius, reus erit. Si autem uno die 40 supervixerit vel duobus, non subiacebit poenae, quia pecunia eius est.

12. *Ut si aliqui inter se fuerint rixati, et percusserit ex eis aliquis mulierem praegnantem.* Si rixati fuerint homines et percusserit quis mulierem praegnantem, et 45 abortivum fecerit, si ipsa vixerit, subiacebit damno, quantum expetierit maritus mulieris et arbitres iudicarint.

13. *Quod si mulier mortua fuerit, reddet percussor animam pro anima.* Si autem mors eius fuerit subse-50 cuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.

14. *Ut quicumque servo vel ancillae oculum eruerit, 55 liberos eos dimittat.* Si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillae et luscos eos fecerit, dimittat eos liberos pro oculo, quem eruit. Dentem vero si excusserit servo vel ancillae suae, simili sententiae subiacebit.

15. *De bove cornipeta quae virum vulneraverit vel 60 mulierem, et domino illius.* Si bos cornipeta virum aut mulierem occiderit, lapidibus obruatur et non comedetur. Dominus, cuius bos est, innocens erit. Quod si bos cornipeta fuerit ab heri et nudius tertius et contestati sunt dominum[d] illius, nec reclusit eum occide-65 ritque virum aut mulierem, et bos lapidibus obruatur et dominum illius occidant. Quod si pretium ei fuerit impositum, dabit pro anima sua, quicquid fuerit postulatus.

16. *De eo, qui cisternam aperuerit et foderit.* Si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam, dominus cisternae reddet pretium iumentorum. Quod autem mortuum est, ipsius erit.

17. *De bove alieno, si alterius bovem vulneraverit.* Si bos alienus bovem alterius vulneraverit et ille mortuus fuerit, vendent bovem vivum et divident praecium et cadaver. Si autem sciebat dominus eius quod bos vitiosus erat, et noluit eum custodire, reddat bovem pro bove et cadaver integrum accipiat.

18. *De eo, qui bovem aut ovem furatus fuerit.* Qui furatus fuerit bovem aut ovem, quinque boves pro uno bove restituat et quatuor oves pro una ove.

19. *De fure, qui domum suffodiens repertus fuerit.* Si effregerit fur domum sive suffodiens fuerit inventus et accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto solo hoc fecerit, homicidium perpetravit et ipse morietur. Si inventum fuerit apud eum quod furatus est vivens, sive bos sive asinus, restituatur.

20. *De eo, qui leserit agrum vel vineam.* Si leserit quispiam agrum vel vineam et dimiserit iumentum suum, ut depascatur aliena, quidquid optimum[e] habuerit in agro vel in vinea, pro dampni estimatione restituat.

21. *De eo, qui ignem succenderit in agris, ut damnum restituat.* Si egressus ignis invenerit spicas et comprehenderit acervos frugum sive stantes segetes in agris, reddet dampnum, qui ignem succenderit.

22. *De eo, qui commendaverit amico pecuniam.* Si quis commendaverit amico pecuniam aut vas in custodiam, et ab eo, qui susceperit, furto ablatum fuerit, si invenitur fur, duplum reddat. Si latet, dominus domus applicabitur ad deos[f], et iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem in bove vel asino et ove ac vestimento. Et quicquid dampnum inferre potest, ab eo utriusque causa perveniat. Et si illi arbitres iudicaverint, duplum restituat proximo suo.

23. *De asino, bove omnique iumento ad custodiendum tradito.* Si quis commendaverit amico asinum, bovem, ovem et omne iumentum ad custodiam et mortuum fuerit aut debilitatum vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio[g], quod non extenderit manum in rem proximi sui; suscipiatque dominus iuramentum et ille reddere non cogetur. Si furto sublatum fuerit, restituat dampnum domino suo. Si comestum a bestia, deferat ad eum, quod occisum est, et non restauretur. Qui a proximo suo quicquam horum mutuo postulaverit et debilitatum aut mortuum fuerit domino non[h] praesente, reddere compellatur. Quod si in praesentiarum dominus fuerit, non restituatur, maxime si conductus venerit pro mercede operis sui.

24. *De eo, qui seduxerit virginem desponsatam vel dormierit cum ea.* Si seduxerit quis virginem desponsatam et dormierit cum ea, dotabit eam et habebit uxorem.

25. *De patre puellae, si eam dare noluerit, ut reddat pecuniam iuxta morem dotis.* Si pater noluerit virginem dare, reddat pecuniam iuxta morem dotis, quam virgines accipere consueverunt.

26. *De maleficis.* Maleficos non patiaris vivere.

27. *De his, qui cum iumento coïerint.* Qui coïerit cum iumento, morte moriatur.

28. *De his, qui diis immolant vel advenas affligunt.* Qui immolat diis, occidatur. Advenam non contristabis neque affliges eum.

29. *De decimis et primitiis Domino offerendis.* De-

70 a) *deest G.* b) e. et commonitus fuerit, m. *G.* c) o. et i. e. in medicos *BAL.* d) domino *BAL.* e) obtime *G.* f) adeos *G.* g) medium *BAL.* h) *deest G.*

cimas tuas et primitias non tardabis offerre Domino de filiis tuis primogenitis. De bobus quoque et ovibus similiter facias. Septem diebus sit cum matre sua: die octavo redde filium Domino.

30. *De deposito vel pignore dato.* Depositum tuum aut [a] pignore datum, aut si aliquis sibi commendata celaverit, aut si rem perditam invenerit et iuraverit non invenisse, convictus delicti reddet omnia, quae per fraudem voluit obtinere, tertiam et quintam insuper partem domino, cui fraudem intulerat.

31. *De turpitudine proximi non revelanda.* Omnis homo ad sanguinem proximi sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius. Nec ullam discooperies turpitudinem mulieris, quia vestra turpitudo est.

32. *De homine, qui dormierit cum muliere ancilla.* Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quae fuerit ancilla, etiam nubilis et tamen pretio non redempta nec libertate donata, vapulabunt ambo et non moriantur.

33. *Non debere auguriari* nec observare magos et ariolos.* Non auguriemini nec observabitis ad magos nec ariolos, nec aliquid sciscitetis [b] per eos. Ego Deus vester.

34. *De honorando sene.* Coram cano capite consurgite et honorate personam senis, et timete Deum.

35. *Nihil agendum contra aequitatem.* Nolite iniquum aliquid facere in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta et aequa sint pondera, iustus modius aequusque sextarius.

36. *De eo, qui moechatur cum uxore proximi sui.* Qui moechatus fuerit cum uxore alterius et adulterium fecerit cum coniuge proximi sui, morte moriatur et moechus et adultera.

37. *De eo, qui dormierit cum noverca sua.* Qui dormierit cum noverca sua et revelaverit ignominiam patris sui, moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos.

38. *De eo, qui propter Deum furtum confessus fuerit.* Si propter Deum confessus fuerit homo furtum quod fecit, reddat capitalem et quintam partem desuper ei, in quem peccavit.

39. *De eo, qui ferro percusserit hominem.* Si quis ferro percusserit hominem et mortuus fuerit, qui percusserit reus erit homicidii [c] et ipse morietur.

40. *Ut propter unius testimonium nullus condemnetur.* Ad unius testimonium nullus condemnetur.

41. *De decimis separandis.* Separabis decimas ex omnibus, quae nascuntur tibi eo tempore, et repones inter ianuas tuas. Foenerabis ea sacerdotibus et levitis, advenis et peregrinis, pupillis et viduis; et benedicet te dominus Deus tuus cunctis diebus vitae tuae.

42. *De eo, qui ambulans per viam nidum avis invenerit.* Si ambulas per viam et nidum avis inveneris in arbore vel in terra et matrem pullis desuper incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, captos tenens pullos suos, ut benedicat te Dominus.

43. *Ut cum aedificatur domus nova, fiat murus per circuitum domus.* Cum aedificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domum tuam et sis reus labente alio et in praeceps ruente.

44. *De vinea altero semine non serenda.* Non seres vineam tuam altero semine, ne ea, quae sevisti et quae nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur.

45. *Ut non aretur in bove simul et asina.* Non arabis in bove simul et asina.

46. *Non induendum vestimentum quod ex lana et lino contexitur.* Non indues vestimentum, quod ex lana et lino contextum est.

47. *De puella virgine desponsata.* Si quis puellam virginem desponsaverit, et invenerit eam aliquis in civitate et concubuerit cum ea, adducas utrosque ad portam civitatis illius, et lapidibus obruentur; puella, quia non clamavit, cum esset in civitate; et vir, quia humiliavit eam.

48. *De desponsata virgine in agro reperta.* Si autem in agro repererit vir puellam, quae desponsata est, et dormierit cum illa, ipse morietur solus. Puella nihil patiatur.

49. *Ut eunuchus attritis testiculis ecclesiam Dei non intret.* Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis et absciso veretro ecclesiam Domini; nec ingrediatur eam manzer, hoc est de scorta natus.

50. *De pecunia ad usuram non foeneranda.* Non foenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec quamlibet aliam rem.

51. *De voto non differendo.* Cum voveris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, donec facias, quod ore proprio Domino promisisti.

52. *Ut homo, qui uxorem acceperit, non accedat ad bellum.* Cum acceperit homo uxorem, non accedat ad bellum, nec ei ullae iniungantur necessitates publicae; sed vacabit absque culpa domui suae; et ut uno anno laetetur cum uxore sua.

53. *Ut non occidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus.* Quod non occidantur patres pro filiis nec filii pro patribus; sed unusquisque pro peccato suo morietur.

54. *De eo, qui vim a persecutoribus patitur, ut suscipiatur.* Si quis vim a persecutoribus passus fuerit, suscipiatur et requiem inveniat, ad quamcumque ecclesiam venerit.

55. *De muliere, quae cum viro suo non potest nubere.* Si vir et mulier coniunxerint se in matrimonium et postea dixerit mulier de viro, non posse illum [d] nubere cum ea; si ea poterit probare, quod verum sit, accipiat alium.

56. *Ut absque consensu episcopi oblationes non accipiantur.* Ut praeter conscientiam episcopi oblationes fructuum ecclesiae debitas nullus vel dare vel accipere audeat.

57. *Ut presbiteri civitatis sine iussu sui episcopi nihil iubeant.* Ut presbiteri civitatis sine iussu sui episcopi nihil iubeant nec in unaquaque parrochia aliquid agant.

58. *Ne presbiteri rem ecclesiae absque licentia sui episcopi vendant.* Ut presbiteri rem ecclesiae sine licentia vel scientia sui episcopi non vendant nec cuiquam tribuant.

59. *Si presbiter vel diaconus deseruerit ecclesiam sũam, deponatur.* Ut presbiter vel diaconus, qui deserit ecclesiam suam et ad aliam transierit, deponatur.

60. *De presbiteris vel diaconibus aut subdiaconibus a propriis episcopis exauctoratis.* Ut presbiter vel diaconus aut subdiaconus, si a proprio episcopo exauctoratus suum ministerium incipiat praesumere [e], spem restitutionis non habeat.

61. *Si quis episcopus, presbiter, diaconus vel subdiaconus ad bellum processerit, deponatur.* Si quis episcopus, presbiter aut diaconus vel subdiaconus ad bellum processerit et arma bellica indutus fuerit ad belligerandum, ab omni officio deponatur, in tantum ut nec laicam communionem habeat.

62. *Ut presbiteri alterius regionis non sacrificent praesentibus presbiteris ipsius regionis.* Ut presbiteri alterius regionis praesentibus ipsius regionis presbiteris non sacrificent.

63. *De uxoribus et viris se dimittentibus.* Ut hi vel hae, qui uxores aut viros dimittunt, non nubant; sed aut continentes maneant, aut sibimet reconcilientur.

64. *De episcopis litigantibus vel iudicatis.* Si litem habuerit episcopus cum alio episcopo, non alterius, sed suae provinciae iudices quaerat. Et ut iudicato in ali-

*) augurari *G.* a) d. est p. *B.* b) sciatis *B.* c) iudicii *B.* d) *deest G.* e) e. sancti ministerii officium i. praeripere *G.*

qua causa episcopo liceat iterare iudicium et si necesse fuerit, libere episcopum adire Romanum.

65. *Ab heretico nullus benedictionem accipiat.* Ut ab heretico benedictionem nullus accipiat.

66. *De orationibus ad Patrem dirigendis.* Ut nullus in precibus nisi ad Patrem dirigat orationem; ut prius eas cum instructioribus vel eruditioribus tractet.

67. *De presbitero ab alio episcopo ordinato.* Ordinatus clericus ab alio episcopo, non deprecante vel consentiente suo, in clero non maneat.

68. *De illis presbiteris, qui nesciunt iuxta praeceptum Salvatoris baptizare.* Illos omnes [a], quos illi praesbiteri baptizaverunt, qui nescierunt iuxta praeceptum domini salvatoris nostri Iesu Christi baptizare neque sanctae Trinitatis mistica verba invocare, propterea iubemus eos baptizari, quia sine fide sanctae Trinitatis sunt baptizati.

69. *De missis nostris, qualiter cum episcopis singularum regionum circa ecclesias Dei eiusque sacerdotes agere debeant.* Ut missi nostri una cum episcopis propriis magnam curam habeant, quatinus dirutae ecclesiae pleniter restaurentur atque ornentur, et quae dotatae non sunt vel quae dotem suam perditam vel subtractam habent, pleniter et canonice dotentur; ut quod iniuste perdiderunt, iuste recipiant.

De his, qui ecclesias suas nec dotare nec dotem restitui volunt. Et si eas dotare noluerint, quorum sunt, aut subtracta reddere noluerint, episcopus proprius ad dominium suae sedis ecclesias revocet futuris temporibus possidendas. Quod si aliquis liberorum his resultaverit, ab episcopo eiusdem loci reliquiae ex his auferantur et in meliori loco ponantur, et ipsae destruantur vel crementur.

70. *De eo, qui semetipsum occidit aut laqueo se suspendit.* De eo, qui semetipsum occidit aut laqueo se suspendit, consideratum est, ut si quis compatiens velit elimosinam dare, tribuat et orationem in psalmodiis faciat. Oblationibus tamen et missis ipsi careant; quia incomprehensibilia sunt iudicia Dei et profunditatem consilii eius nemo potest investigare.

71. *Ut incesti et parricidae canonice coerceantur.* De incestuosis et parricidis, ut canonice coherceantur; sicut de illo iudicatum est, qui materterae suae filiam stupravit, ut coniugium ultra non repetat, et militiae cingulum derelinquat, et aut monasterium petat, aut si foris remanere voluerit, tempora poenitentiae secundum canones pleniter exsolvat.

72. *Ut nec a [b] clerico filacteria nec ab ullo fiant christiano.* Ut clerici vel laici filacteria vel falsas inscriptiones [c] aut ligaturas, quae inprudentes pro febribus aut aliis pestibus adiuvare putant, nullo modo ab illis vel a quoquam christiano fiant, quia magicae artis insignia sunt; sed pro infirmitate illud, quod apostoli et canones sanxerunt, id est orationes et sacri olei unctio fiat.

73. *Ut nullus presbiter amplius quam unam ecclesiam sibi vindicet.* Placuit omni synodali conventui, ut nullus presbiterorum amplius quam unam ecclesiam sibi vindicare presumat.

74. *De letania maiore, ut more Romano celebretur.* Ut letania maior more Romano ab omnibus in septimo Kal. Maii celebretur.

75. *Ut nullus vitam sine communione finiat nec unctione benedicti olei careat.* Si infirmitate depressus quis fuerit, vitam sine communione non finiat, nec unctione sacrati olei careat. Et si finem perspiciat, sacrosancto corpore Deo anima eius a sacerdote praecibus commendetur.

Quapropter omnibus placuit, ut nullus presbiter amplius quam unam ecclesiam sibi vindicet; quia sicut quisque secularis non amplius quam unam habere debet uxorem, ita et unusquisque presbiter non amplius quam unam habere debet ecclesiam.

76. *De presbiteris degradatis et post degradationem multis sceleribus implicatis.* Presbiteri degradati, et post degradationem multis sceleribus implicati, ad poenitentiam publicam secundum canones redigantur.

77. *Si qui velint aquam consecratam accipere.* Quod in sabbato sancto paschae vel in sabbato pentecostes, si qui velint aquam consecratam ad adpersionem in domos suas recipere, ante chrismatis infusionem accipiant.

78. *De clericis et presbiteris, si episcopis suis obedire nolint, ut excommunicentur.* Clerici et populi si episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur.

79. *De episcopo metropolitano.* Dignum est, ut metropolitanus, qui est pallio sublimatus, honoretur et caeteros admoneat.

80. *Ut unusquisque progeniem suam usque ad septimam generationem observet.* Progeniem suam unumquemque usque ad septimam observare decernimus generationem, et quandiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad huius copulae non accedant societatem.

81. *De presbiteris ab ignotis episcopis ordinatis.* Presbiteros, quos unusquisque episcopus in sua parrochia repperit, si incogniti [d] fuerint viri illi, a quibus sunt ordinati, et dubium est eos episcopos fuisse an non, qui eos ordinaverunt, si bonae actionis et catholici viri sunt ipsi presbiteri et in ministerio Christi omnique lege sancta educati et apti, ab episcopo suo benedictionem presbiteratus suscipiant et consecrentur et sic ministerio sacro fungantur.

82. *Ut si quis homini aliquo iteranti mansionem vetaverit, sexaginta solidos conponat.* Si quis homini aliquo pergenti in itinere mansionem vetaverit, sexaginta solidos conponat in publico.

83. *Ut omnibus maxima cura sit, ne sine confirmatione episcopi vitam finiat aliquis.* Ut omnes maximam curam habeant, ne sine confirmatione episcopi quis vitam finiat animaque periclitetur.

84. *De his, qui fidelium oblationes auferunt vel vastant aut sine proprii episcopi iussione dant vel accipiunt.* Qui fidelium oblationes ab ecclesiis vel a iure sacerdotum auferunt vel ablatas accipiunt, non solum aliena vota disrumpunt, sed et sacrilegium operantur, necnon et ecclesiae Dei fraudatores existunt: quia ecclesiae aliquid fraudari vel auferre sacrilegium esse a maioribus adprobatur.

85. *Ut presbiteri vel diaconi non migrent de loco ad locum sine episcopi proprii iussione.* Presbiteri, qui sine iussione proprii episcopi de ecclesiis ad alias ecclesias migraverint, tamdiu a communione habeantur alieni, quamdiu ad easdem redierint ecclesias, in quibus primitus sunt instituti.

86. *De episcopis et clericis peregrinis, ut contenti sint hospitalitatis munere.* Ut episcopi atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale absque permissu episcopi, in cuius parrochia esse cognoscitur, agere.

87. *Ut nullus habeat nisi legitimum connubium.* Ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium. Nullus incestum faciat. Nullus coniugem propriam, nisi, ut sanctum euangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quod si quisque propriam expulerit coniugem legitimo sibi matrimonio coniunctam, si christianus esse recte voluerit, nulli alteri copuletur; sed aut ita permaneat, aut propriae reconcilietur coniugi.

88. *De his, qui episcoporum vocationem vel correctionem contempserint.* Si quis secularium tam maioris ordinis quam et inferioris, peccatum egerit, et vocatus sui episcopi auctoritate ad emendationem ac poenitentiam venire distulerit, tamdiu sit ab ecclesia extorris et catholicorum consortio sequestratus, quousque quod commisit emendet ac reatum suum usque ad satisfactionem canonice diluat atque reconciliatione proprii episcopi divinis praecibus indulgentiam consequatur et veniam,

a) homines *Colb. Til.* b) ut ne cl. *G.* c) scriptiones *G.* d) incogniti *corr.* cognitі *G.*

ecclesiaeque gremio, a cuius utero deviaverat, peracta satisfactione ab eodem melioratus episcopo canonice reddatur.

89. *Ut nullus laicorum ex praediis episcoporum quicquam accipiat.* Praecipimus, ut nullus laicorum vel clericorum ex prediis vel rebus, quae ad sedes pertinent episcoporum, sive de illis ecclesiarum rebus, quae in eorum parrochiis sitae esse noscuntur, sine illorum iussione aut consensu episcoporum, ad quorum pertinent curam, quicquam ambiant, concupiscant atque accipiant; ne cupidus sanctarum rerum ignis qui in eis est, illos favillosius exurat. Similiter omnes monemus, ut a cuncta ecclesiarum omnium vastatione coercere se suosque ac compescere totis viribus studeant. Nam devastantes ecclesias quid aliud intellegimus quam contra illum aeterni imperii Deum et maiestatis homines movere certamen, cum illae aedes illi die noctuque famulenter et illi sint consecratae? Videant vastantes, pronuntiamus, ne ab illo, si se commoveat, vastentur, cuius percussionem montium dorsa ferre non possunt.

90. *De eo, qui occiderit monachum aut clericum, ut arma relinquat.* Qui occiderit monachum aut clericum, arma relinquat et Deo in monasterio serviat cunctis diebus vitae suae, nunquam ad seculum reversurus, et septem annos publicam poenitentiam gerat.

91. *De viro et muliere matrimonio copulatis et postea dicente ea, non posse eum nubere sibi.* Si vir et mulier coniunxerint se in matrimonio et postea dixerit mulier de viro, non posse nubere cum ea, si poterit probare, quod verum sit, accipiat alium, eo quod iuxta apostolum non potuit illi reddere vir suus debitum.

92. *Ut puella desponsata non detur alteri viro.* Puellam desponsatam non licet parentibus dare alteri viro. Tamen ad monasterium licet ire, si voluerit.

93. *Ut baptizati cum catecuminis non manducent.* Non licet baptizatis cum catecuminis manducare nec osculum eis dare vel Ave eis dicere. Quanto magis cum excommunicatis ab episcopo aut cum gentilibus?

94. *De presbitero ordinato, qui se deprehenderit non esse baptizatum.* Si quis presbiter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur [a] et ordinetur iterum et omnes, quos prius baptizaverit.

95. *Si liber ancillam in matrimonium accepit.* Si quis liber ancillam in matrimonium acceperit, non habet licentiam dimittere eam, si prius consensu amborum coniuncti sunt.

96. *De raptoribus et raptis virginibus vel viduis.* Si quis alterius sponsam virginem aut viduam necdum desponsatam rapuerit vel furatus fuerit, placuit, ut sive eam postea sponsaverit sive dotaverit seu non, sive cum parentum eius voluntate quocunque commento ipsam accipere vel tenere potuerit, numquam illam uxorem habeat; sed raptori aut furi auferatur et proximis suis alio viro tempore congruo, si ipsa in hoc malum non consenserit, nuptura legibusque acceptura reddatur. Raptor vero sive fur omnesque eis consentientes publica poenitentia iuxta canonicam auctoritatem multentur et proximis illius, quicquid iniuste in tam nefando scelere egerunt, in triplo componant et unamquamque rem semotim legibus in triplo restituant. Ipsa namque quae rapitur, si aut primo aut postmodum tam nefario sceleri libens consenserit, numquam postea nubat, sed publica poenitentia multetur et sub tali custodia ponatur, ut ei nullatenus luxuriari cum quoquam liceat. Taliter enim memorata flagitia puniantur, ut omnes cognoscant, quoniam nec seculi leges tam nefandis coniunctionibus consentiant nec sacri canones consilium ullum praebeant; sed tales seculi leges cooperatoresque eorum capite feriri praecipiunt. Et sacri canones spiritu Dei conditi non solum raptores, sed etiam omnes eorum cooperatores eisque consentientes anathemate feriunt; sicut in Calcidonense concilio, in quo 630 patres adfuerunt, capitulo 28. cunctis legentibus patet.

97. *De his, qui rapinas infra regnum faciunt.* Si quis infra regnum rapinam fecerit aut cuiquam nostro fideli eiusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulerit, legibus componat; et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, nobis persolvat. Postmodum vero ante nos a comite adducatur, ut in bastonico retrusus, usque dum nobis placuerit, poenas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat poenitentiam iuxta sanctorum canonum sanctionem; si vero occulte, sacerdotum consilio ex hoc agat poenitentiam: quoniam raptores, ut ait apostolus, nisi veram egerint poenitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius inde iudicetur, quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, et sacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid aut abstulerit aut rapuerit. Infames quoque tales personae usque ad satisfactionem ecclesiae, quam laeserunt, sunt habendae.

98. *De sacerdotibus et levitis atque monachis interfectis vel debilitatis.* Si quis sacerdotem vel levitam aut monachum interfecerit vel debilitaverit, iuxta statuta priorum capitulorum quae legi Salicae sunt addita, componat; et insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, nobis persolvat et arma relinquat atque in monasterio diebus vitae suae sub ardua poenitentia Deo serviat, nusquam postmodum seculo vel secularibus militaturus, neque uxori copulaturus.

99. *De his, qui episcopo aliquam iniuriam vel dehonorationem fecerint.* Si quis episcopo aliquam iniuriam aut iniustam dehonorationem fecerit, de vita componat, et omnia quae habere visus fuerit, ecclesiae cui praeesse dinoscitur integerrime socientur, et nobis in triplo bannus noster, id est sexaginta solidi, persolvantur; aut ipse in servitio fisco nostro serviturus semper societur, usquedum se redimere in triplo iuxta wirgildum suum potuerit. Sancta vero ecclesia in sacerdotibus constat [b]. Idcirco magna poena plectendi sunt, qui episcopis vel reliquis sacerdotibus iniuriam vel contumeliam fecerint; nam detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione in ecclesia funguntur.

100. *De religiosa muliere decepta, id est, veste mutata, vel religionem professa.* Si quis rapuerit aut sollicitaverit vel corruperit religiosam feminam, bona amborum ecclesia vendicet, in qua talis mulier habitavit, ipsi tamen capitali periculo subiciantur. Quod si hoc mulier non consensit, cum suis rebus monasterii ditionibus tradatur. Si vero comes ipsius pagi, una cum consilio sui episcopi, in cuius parrochia tale scelus commissum est, hoc vindicare neglexerit, honore careat et cingulum amittat atque publica poenitentia multetur, et insuper wirgildum suum fisci iuribus dare compellatur.

101. *De blasphemia in Deum.* Si quis quolibet modo blasphemiam in Deum iactaverit, ab episcopo vel comite pagi ipsius carceri usque ad satisfactionem tradatur et publica poenitentia multetur, donec precibus proprii episcopi publice reconcilietur ecclesiaeque gremio canonice reddatur.

102. *De his, qui in domo sua oratorium fecerint.* Qui in domo sua oratorium habuerit, orare ibidem potest. Missas tamen in eo celebrare non audeat nec agere cuiquam permittat sine permissu vel dedicatione episcopi loci illius. Quod qui [c] fecerit, domus illius fisci iuribus addicatur. Comes vero, qui hoc cognovit et non prohibuit, publica poenitentia multetur vel honore privetur.

103. *De privilegiis ecclesiarum et clericorum non corrumpendis.* Ut privilegia quae ecclesiis et clericis ab antecessoribus nostris vel nobis concessa sunt, semper maneant incorrupta.

104. *Ne episcoporum vel reliquorum clericorum vita*

a) *deest in aliquot codd. Bal.* b) Cod. Theodos. Constit. Theodosii et Valentiniani c. 20. Pseudo-Pius ep. 2.
c) si *BAL.*

turbetur. Nullis vita praesulum turbetur excessibus, quia valde indignum est, ut qui throni Dei vocantur, aliqua motione turbentur aut inique tractentur. Unde est illud: *Qui vos tangit, tangit* pupillam oculi mei.* Et illud: 5 *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Et rursus: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris;* reliqua.

105. *De clericis vel sacerdotibus, qui accipiunt eccle-* 10 *sias sine licentia episcopi sui, vel de una ad aliam transeunt.* Ut nemo accipiat ecclesiam infra parrochiam sine consensu episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.

106. *De incestis et criminosis, ac de infirmis et poenitentibus atque de ieiunio quatuor temporum.* Ut de in- 15 cestis et criminosis magnam curam habeant sacerdotes, ne in suis pereant sceleribus et animae eorum a districto iudice Christo eis requirantur. Similiter de infirmis ac poenitentibus, ut morientes sine reconciliatione et viatico non deficiant. Et ut quatuor temporum ieiunia a 20 fidelibus diligenter custodiantur.

107. *Ut episcopi iudices publicos moneant, ut rei carceribus reclusi nativitate Domini, pascha et pentecoste absolvantur, et missas illis audiant diebus ac refecti fiant.* Ut episcopi iudices publicos commoneant, ut in dies ce- 25 leberrimos, hoc est nativitatem domini nostri Iesu Christi et sanctam resurrectionem ac pentecosten, quicumque miserrimi vinculis detinentur, relaxari debeant et propter ipsam reverentiam domini nostri Iesu Christi ipsi debeant absolutionem promereri. Et iudex si pasto- 30 rem commonentem despexerit, quamdiu loci illius episcopo visum fuerit, ab ecclesiae liminibus arceatur.

108. *De monacho, qui monasterium suum dimiserit.* Si monachus monasterium suum dimiserit, omnia bona ipsius, et quae in monasterio introduxit et quae non 35 introduxit, dominii monasterii sint, et ipse officio fisci servire cogatur. Si vero monachus ad aliud monasterium migraverit, substantiam eius prius monasterium possideat, et in alio monasterio ipse non recipiatur sine abbatis sui et episcopi proprii licentia.

40 **109.** *De possessionibus ad religiosa loca pertinentibus.* Possessiones ad religiosa loca pertinentes nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem viarum vel pontium, si tamen intra eadem loca habuerint possessiones. In aliis vero omnibus habeant integram emu- 45 nitatem.

110. *De monacho vel monacha.* Quicunque monachus vel monacha in monasterium sunt ingressi, nihil de rebus suis habeant potestatem faciendi, quamvis liberos habeant; sed omnia eorum sint monasterii, quae eadem 50 die iuste possidebant, quando ingressi sunt monasterium.

111. *De his, quae a singulis principibus ecclesiis sunt concessa et quae singuli antistites impetraverunt, quod sacrilegium sit haec auferentibus. Et de clericis, ut non accusentur ad iudices seculares, sed ad episcopos proprios.* 55 Quaecumque a singulis regibus circa sacrosanctas ecclesias sunt constituta vel singuli quique antistites pro causis ecclesiasticis impetraverunt, sub poena sacrilegii iugi [a] solida aeternitate serventur. Clerici etiam non secularibus iudicibus, sed episcopali audientiae reser- 60 ventur. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.

112. *De privilegiis ecclesiarum.* Ut privilegia, quae ecclesiis et clericis a singulis regibus vel episcopis ceterisque rectoribus sunt concessa, semper maneant incor- 65 rupta.

113. *Ut ea quae ad religionem pertinent, locis suis et a suae dioceseos synodis audiantur.* Quaecumque sunt ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suae dioceseos synodis audiantur.

70 **114.** *Ut privilegia ecclesiarum semper maneant incorrupta.* Quaecumque circa sacrosanctas ecclesias a principibus diversis sunt statuta, manere inviolata praecipimus.

115. *Quod sacrilegium sit ecclesiae aliquid auferre, aut sacerdotibus vel ministris aut ipsi sancto cultui locoque iniuriam inferre.* Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias earumque res irruens sacerdotibus et ministris vel ipso cultui locoque aliquid quod non oportet iniuriae inferat; divini cultus iniuriam in convictos sive confessos reos capitali sententia noverit vindicandum. Nec exspectetur, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam derelinquit. Sitque cunctis non solum liberum, sed etiam laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri.

116. *De his, qui ecclesiastica privilegia violant vel dissimulant.* Si ecclesiae venerabilis privilegia cuiusquam fuerint temeritate violata vel dissimulatione neglecta, commissum hoc in triplo iuxta legum sanctionem ecclesiae, cui factum est conponatur; nobisque bannus noster in triplo, hoc est ter sexaginta solidi, persolvantur.

117. *Quod hi, qui praedia ecclesiastica diripiunt vel vastant, sacrilegi sint exilioque damnandi.* Ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia sibi coelestium secretorum dicata quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis praesumpserit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuae deportationis damnetur.

118. *Ut episcopi et reliqui sacerdotes ab omnibus nexibus sint liberi.* Consecratio episcopos et reliquos Domini sacerdotes tam a servilibus, quam et a caeteris adscriptis conditionibus semper liberos facit. Idcirco praecipimus, ut nullus ab eis alia nisi divina requirat servitia.

119. *Ne Iudaeis adhereant vel deserviant christiani.* Placuit, ne Iudaeis mancipia deserviant vel adhereant christiana.

120. *De sacrificiis per singulas missas a sacrificantibus sumendis.* Placuit, ut quotiescumque sacrificans corpus et sanguinem Christi Iesu domini nostri in altario immolat, totiens perceptionis corporis et sanguinis Christi se participem praebeat.

121. *De chorepiscopis, ne deinceps fiant.* Placuit, ne chorepiscopi a quibusquam deinceps fiant; quoniam hactenus a nescientibus sanctorum patrum et maxime apostolicorum decreta suisque quietibus ac delectationibus inherentibus facti sunt. Idcirco et olim persepe et nostro a sancta apostolica sede tempore sunt prohibiti; et ne deinceps a quoquam tam ordinante quam ordinari cupiente talis praesumptio assumatur, a cunctis nostri regni episcopis est in synodo canonice prohibitum.

122. *Ne Iudaei super christianos magistri vel ministri ponantur.* Ne Iudaei administratorio usu sub ordine vilicorum atque actorum christianam familiam regere audeant, nec eis hoc a quoquam fieri praecipiatur. Si [b] quis vero contra haec agere praesumpserit, si episcopus, presbiter aut diaconus fuerit, proprio submoveatur gradu; si vero monachus aut laicus fuerit, communione privetur. Et si perseveraverint inoboedientes, anathematizentur.

123. *De clericis falsariis.* Si presbiter vel diaconus in causa pecuniaria falsum testimonium dixerint, per tres annos separentur a sacro ministerio. Si in criminali causa falsum dixerint, deponantur et legitimis poenis subiciantur. Caeteri vero clerici in quacumque falsitate convicti fuerint, degradentur et legitimis subiciantur disciplinis.

124. *Ut clerici non habeant actiones seculares.* Clericus vel monachus neque exactor publicarum neque conductor aut vectigalium magister vel curator [c] domus vel procurator litis vel fideiussor in talibus causis fiat. Si quis contra haec statuta fecerit, si episcopus est, omnes istorum res ex quacumque causa vel persona, sive ante episcopatum sive postea ad eum pervenerint, ecclesiae suae eas vendicari sancimus; si vero alii clerici hoc fe-

*) quasi *G.* a) iungi *G.* b) ex *Trec. Chalced. c.* 27. c) curam *G.*

cerint, poenam pecuniarum, quam episcopus existimaverit exigere, ecclesiae vendicandam. Hii vero, qui actiones suas eis commiserunt vel fideiussores eos pro supradictis causis acceperunt, nullam contra ecclesiam vel administratores eius vel adversus ipsas personas, quos crediderunt, habeant actionem. Si vero quis eos pro publico debito vel actione crediderit vel fideiussores receperit, de sua substantia fisci debitum compellatur exsolvere.

125. *De clericis qui de ecclesia desistunt.* Clericis de ecclesia desistentibus et aliis in loco revocatis, si redierint discessi, nihil eis praestetur. Hoc vero, quod discedentes reliquerunt, non in usu rectorum, sed succedentibus cedat.

126. *Quales sint clerici.* Nemo fiat clericus, nisi qui bonum testimonium habet et litteratus est.

127. *De multitudine clericorum.* Ne passim episcopus multitudinem clericorum faciat, sed secundum meritum vel redditum ecclesiarum numerus moderetur.

128. *De ordinationibus sacris.* Lector, subdiaconus, diaconus, presbiter, si clericatus honorem contempserint, curiali conditioni cum suis facultatibus subiciantur.

129. *De iniuria episcopi et letania subversa.* Si quis episcopo vel aliis ministris intra ecclesiam iniuriam fecerit, iubemus eum tormentis subiectum in exilio mori. Sed et si ipsa sancta oratoria vel divina ministeria conturbaverit vel letaniam everterit, capitali periculo subiaceat. Sin autem contumeliam tantum fecerit, tormentis et exilio tradatur.

130. *Ne fideles ex propria consanguinitate uxores ducant; nec illi, qui dudum minime nupserunt, sine benedictione sacerdotis nubere praesumant.* Christiani [a] ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum [b] gradum connubia non ducant; neque sine benedictione sacerdotis, qui ante innupti erant, nubere audeant.

131. *De non recipiendis alienis poenitentibus.* Qui pro delicto suo a communione separantur, placuit ut in quibuscumque locis fuerant exclusi, in eisdem locis communionem consequantur.

132. *Ut non liceat clericum vel monachum sine epistola episcopi sui proficisci.* Clericis vel monachis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi.

133. *De dotibus et publicis nuptiis.* Nullum sine dote fiat coniugium; nec sine publicis nuptiis quisquam nubere praesumat.

134. *De rebus ecclesiae ablatis aut fraudatis vel retentis.* Si quis cuiuscumque munuscula ecclesiae sanctis scripturarum titulis collata nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit atque suppresserit [c] et non statim a sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab ecclesiae catholicae communione pellatur.

135. *Ut nemo res ecclesiae, nisi cui iure debentur, in quibuslibet regionibus iacentes competere audeat vel tenere.* Ut nullus episcoporum aut cuiuslibet ordinis clericus vel alia quaecumque persona quibuslibet conditionibus seu in uno regno seu in alio positas alterius cuiuscumque ecclesiae res aut petat aut praesumat accipere. Quod si fecerit, tamdiu habeatur a communione ecclesiae vel ab omnium fratrum ac filiorum caritate suspensus, donec ipse ecclesiae, cuius directo ordine iuris est ablata legibus, restituat.

136. *De his, qui facultates ecclesiae delegatas auferunt vel retentant.* Ne cui liceat res vel facultates ecclesiis aut monasteriis vel xenodochiis pro quacumque elimosina cum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tanquam necator pauperum antiquorum canonum sententiis constrictus ab ecclesiae liminibus excludatur, quamdiu ab ipso ea, quae sunt ablata aut retenta, reddantur.

137. *Ut socios suos nominet, apud quem pars rapinae fuerit inventa.* Apud quem scelus agnoscitur et pars rapinae fuerit inventa, statim socios suos nominare cogatur. Quod si nominare noluerit, teneatur ad vindictam.

138. *De his, qui diripienda indicare repperiuntur.* Quicumque ingenuus vel servus aliquid diripiendum indicaverit, ut cuiuscumque res evertatur, aut pecora vel iumenta diripiantur, et ex hoc certis probationibus publice convictus inveniatur, pro eo quod indicaverit, centum viginti flagella publice extensus accipiat.

139. *Ut abbates in eius episcopi, in cuius parrochia sunt, potestate persistant.* Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur. Qui semel in anno in loco, ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant.

140. *Ut nullus monachus relinquat suum monasterium et cellas construat sine episcopi vel abbatis sui licentia.* Ut nullus monachus congregatione monasterii derelicta ambitionis aut vanitatis inpulsu cellam construere sine episcopi permissione vel abbatis sui voluntate praesumat.

141. *De apostatis.* Quicumque post sanctae religionis professionem apostant et ad seculum redeunt et postmodum poenitentiae remedia non requirunt, communionem penitus non accipiant; quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti.

142. *De excommunicatis.* Si quis a communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus, hunc non solum a clericorum, sed etiam a totius populi colloquio atque convivio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.

143. *Ne iudices perfidorum excessus absque propriorum sacerdotum consilio iudicent.* Ne iudices quicquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum cohibentiam iudicare praesumant.

144. *De expositis infantibus ac collectione eorum.* Si expositus ante ecclesiam cuiuscunque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is, qui collectus est, intra decem dies quaesitus agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sane qui post praedictum tempus eius calumniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.

145. *De clericis relinquentibus officium suum, et ad seculares confugientibus.* Placuit, ut clericus, si relicto officio suo propter districtionem ad secularem fortasse confugerit et solatium ei defensionis iste impenderit, cum eodem ab ecclesiae communione pellatur.

146. *Ut servo non credatur, si super dominum suum vel super alium liberum crimen iniecerit.* Servo poenitus non credatur si super aliquem crimen iniecerit, aut si etiam dominum suum in crimine inpetierit; nam etiamsi in tormentis positus exponat quod obicit, credi tamen illi nullo modo oportebit.

147. *Ut testes ea tantum testificentur, quae in conspectu eorum acta esse noscuntur.* Testes non absentes neque per epistolam testimonium dicant; sed praesentes quam noverunt et viderunt non taceant veritatem. Nec de aliis [d] testimonium dicant, nisi de his tantummodo, quae sub praesentia eorum acta esse noscuntur.

148. *Quales debeant scripturae valere.* Scripturae quae diem et annum habuerint evidenter expressum, atque secundum legis ordinem conscriptae esse noscuntur, seu conditoris vel testium fuerint signis aut subscriptionibus roboratae, omni habeantur stabiles firmitate.

149. *De pactis et placitis conservandis.* Pacta vel placita, quae per scripturas legitime ac iustissime facta sunt, dummodo in his dies vel annus sit evidenter expressus, nullatenus immutari permittimus.

150. *Contra priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.* Filio vel heredi contra priorum iustam aut legitimam definitionem venire non liceat, quia iuste repellitur praesumptio illius, qui facta seniorum iniuste conatur inrumpere.

a) Iudaei *in tit. l. Wisig.* b) sextum *L. Wisig.* c) abrepserit *BAL.* d) a. causis t. *BAL.*

151. *Ne quisquam accusetur vel puniatur, nisi manifestis indiciis scelus patuerit.* Non passim damus accusandi vel puniendi licentiam, nisi aut manifestis indiciis patuerit scelus aut legitime fuerit idipsum malum accusatum atque convictum; quatinus nulla videantur intentione vel ordine patrum transgredi praecepta sanctorum aut obviare sacris regulis antiquorum.

152. *Ut valeat commutatio sicut et emptio.* Commutatio si non fuerit per vim et metum extorta, talem qualem et emptio [a] habeat firmitatem.

153. *Si timore conpulsus quisquam se servum esse dicat.* Qui timore conpulsus servum se esse extra iudicium dixerit, nullum praeiudicium libertatis incurrat, donec iudicio praesentetur, vel [b] libertatem suam, si eam probavit praesente iudice, obtineat. Aut si servus convincitur, statim domino reformetur.

154. *De presbiteris vel diaconibus sine episcopi sui epistolis ambulantibus.* Presbitero vel diacono sine antistitis sui epistolis ambulanti, communionem nullus impendat.

155. *Ut unus abba duobus monasteriis minime praesideat.* Unum abbatem duobus monasteriis interdicimus praesidere.

156. *De presbiteris vel reliquis clericis non distringendis a secularibus iudicibus, sed a suis episcopis.* Ut nullus iudicum neque presbiteros neque diaconos neque reliquos clericos vel iuniores ecclesiae sine licentia proprii episcopi distringat aut condempnare [c] praesumat. Quod si fecerit, tamdiu communione privetur, quamdiu reatum suum agnoscat, et per satisfactionem emendet ecclesiae, quod commisit.

157. *Ut clerici iudices seculares non adeant.* Nullus ex ordine clericorum inconsulto proprio episcopo ad iudicem secularem pergat, neque apud eum suo episcopo non permittente quenquam pulsare aut cuiquam ante eum respondere aut quicquam proponere praesumat, neque criminale negotium in iudicio seculari proponere audeat.

158. *De secularibus, qui per calumniam ecclesiam vel clericos fatigare praesumunt.* Si quis secularium per calumniam ecclesiam vel res eius aut clericos cuiuslibet ordinis fatigare temptaverit et ex hoc convictus fuerit, ab ecclesiae liminibus et catholica communione, nisi digne poenituerit et per satisfactionem ecclesiae emendaverit, pellatur.

159. *Ne testificentur manumissi.* Libertus vel liberta in nullis negotiis contra quenquam testimonium dicere admittantur; excepto in aliquibus causis, ubi ingenuitas deesse dinoscitur, sicut permissum est et de servis; quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimonio [d] ingenuis damna concitentur. Qui vero de eisdem fuerint progeniti, ad testimonium admittantur.

160. *De his, qui cum furibus conscii fuerint.* Non solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam et quicumque conscius fuerit vel furto ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur et simili vindictae subiaceat.

161. *Si possessor per violentiam expellatur.* Quicumque violenter expulerit possidentem, priusquam pro ipso iudicis sententia procedat, si causam meliorem habuerit, ipsam causam, de qua agitur, perdat; ille vero, qui violentiam pertulit, universa in statu quo fuerant recipiat et quae possedit securus teneat. Si vero illud invadit, quod per iudicium obtinere potuit, et causam amittat et aliud tantum quantum invasit reddat expulso.

162. *Ut fideles fidem sanctae Trinitatis discant.* Ut fideles fidem sanctae Trinitatis discant; in qua inter caetera credere oportet, quod per Spiritum sanctum remissio peccatorum in baptismate, confirmatione, poenitentia et in ceteris canonicis decretis, sicut scriptum est, conferatur, et quod fidelibus in ecclesia per Christum eiusdem sancti Spiritus dono per ministerium sacerdotale et per penitentiam remissio peccatorum indubitanter adtribuatur, et quod gentium omnium in vera carne in adventu Christi resurrectio futura sit; et cetera. Quam fidem memoriter teneant et suis sacerdotibus eam reddant et exponant per singula verba. Et ipsi sacerdotes eam fideliter et pleniter atque veraciter populum doceant, quoniam primum [e] fundamentum christianae religionis fides catholica est. Et haec fides tunc est vera et fructuosa, si bonis operibus exornetur, id est spe, caritate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, unanimitate, concordia, iustitia, pietate, misericordia, innocentia, simplicitate et ceteris his similibus. Quae omnia in dilectione Dei et proximi consistunt. Sine his enim nemo potest Deo placere nec salvus esse.

163. *De contumacibus presbiteris vel clericis.* Si quis presbiterorum, diaconorum vel reliquorum clericorum contumax aut superbus vel inoboediens aut rebellis episcopo suo extiterit, gradum habentes proprio gradu careant; reliqui vero clerici vel monachi aut laici usque ad satisfactionem communione priventur.

164. *De iudicibus clericis calumniam vel iniuriam inferentibus.* Si iudex cuiuslibet ordinis clericum publicis actionibus inclinare aut distringere aut calumniare vel iniuriare absque episcopi sui permissu praesumpserit, usque ad ecclesiae satisfactionem cum omnibus tantis sceleribus auxiliantibus aut facientibus communione privetur. Episcopus tamen non dimittat, ut iniuriam patientibus plenam de praefatis clericis iustitiam canonice non faciat.

165. *Ut orationem dominicam omnes discant fideles.* Ut fideles orationem dominicam discant et intelligant et suis sacerdotibus eam verbo ex verbo reddant et alios fideles, qui eam nesciunt, doceant.

166. *Ut nullus episcopus alterius episcopi vel presbiter alterius presbiteri parrochiam invadat.* Ut nullus episcoporum vel presbiterorum parrochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditae sibi plebis.

167. *Ut monasteriis vel reliquis ecclesiis res non auferantur vel ipsa a quoquam inquietentur.* Ut monasteria, quae Deo consecrata sunt, nulli liceat in aliquo inquietare nec quicquam [f] de eorum rebus violenter abstrahere.

168. *Ut clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere, et nulli eorum liceat officium sacerdotale in alterius parrochia agere absque licentia episcopi, in cuius parrochia esse noscuntur.* Ut episcopi atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato; nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale absque permissu episcopi, in cuius parrochia esse cognoscitur, agere.

169. *Ut nullus episcopus sine consensu aliorum se praeferat anteriori.* Ut nullus episcoporum se praeferat alteri per ambitionem, sed omnes agnoscant tempus et ordinem suae ordinationis.

170. *Ut populi oblationes sacerdotibus in ecclesia offerant. Et ut omni die dominica communicent.* Placuit, ut fideles oblationes sacerdotibus cotidie, si fieri potest, in ecclesia offerant. Et si cotidie non potest, saltem dominica die absque ulla excusatione fiat. Et ut praedicationem audiant; et si fieri potest, omni dominica die communicent, nisi criminali peccato et manifesto impediantur; quia aliter salvi esse non possunt, quoniam Dominus dixit: *Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo. Et qui manducat me, vivet* [g] *propter me.* Et caetera [h] exempla, quae prolixa sunt hic scribere.

171. *Ut sacerdotes signa tangant horis canonicis.* Ut sacerdotes signa tangant horis canonicis, et illorum officium agant sive diurnale sive nocturnale; quia scriptum est: *Sine intermissione orate.* Et idcirco non dimittant horas canonicas.

172. *De stolis gestandis.* Ut sacerdotes stolas portent propter signum castitatis, sicut decretum est.

a) q. exemptio *G.* b) ut *G.* c) contempnere *G. ex corr.* d) *G. hic correxit:* testimonia i. d. concutiant. e) proximum *G.* f) quemquam *BAL.* g) vivit *G.* h) essent *G.*

173. *Ut secreta non incipiatur nisi post hymnum finitum. Te igitur* non inchoent sacerdotes nisi post angelicum hymnum finitum.

174. *Ut annuntietur symbolum fidelibus a sacerdotibus.* Ut annuntient presbiteri omnibus fidelibus sibi subiectis symbolum et orationem dominicam, ut sancto Spiritu illustrante solventur.

175. *Ut presbiteri annuntient viris et feminis, nisi memoriter symbolum et orationem dominicam tenuerint, de sacro fonte filiolos vel filiolas non suscipiant* [a]. Annuntient presbiteri, ut neque viri neque feminae de sacro fonte filiolos vel filiolas suscipiant, nisi memoriter symbolum et orationem dominicam tenuerint.

176. *Ut silentium in ecclesia teneatur et devote verbum Dei audiatur.* Placuit, ut fideles silentium in ecclesia teneant et devote verbum Dei audiant et confessi veraciter de omnibus sceleribus suis sacerdotibus fiant, et mundent corpora et corda eorum, in quibus Deus condigne habitare dignetur; quomodo illis dictum est: *Templum Dei estis, in quibus habitare desidero.* Et ut eorum sacerdoti in omnibus oboediant et instruantur, pro quid missa vel sacerdotes constituti sint; et intellegant vim et mysterium [b] dominici corporis et sanguinis et missae sive precum, quae in ea a sacerdote fiunt. Dicitur enim in ipsa oratione: *Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est et nota devotio, qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae; tibi* [c] *reddunt vota sua aeterno Deo vivo et vero.* Et reliqua. Instruantur etiam, ut cognoscant potestatem pontificum in ligando et solvendo et cetera, quae ad illos pertinent, atque reliquorum sacerdotum. Et ut timeant et venerentur secundum Domini praeceptum eorum sacerdotes; et qualiter in his offendere solent, eis annuntietur.

177. *Ut episcopo infantuli ad confirmandum praesententur.* Annuntient presbiteri populis, ut quam citius potuerint, suos infantulos ad confirmandum episcopo presentari faciant.

178. *Ut presbiteri sine sacro chrismate oleoque benedicto non proficiscantur.* Ut presbiteri sine sacro chrismate oleoque benedicto et salubri Christi eucharistia alicubi non proficiscantur; sed ubicumque vel fortuitu requisiti fuerint ad officium suum, inveniantur parati in reddendo debito.

179. *Ut presbiteri oleum infirmorum ab episcopo expetant.* Ut omnes presbiteri oleum infirmorum ab episcopo expetant secumque habeant et moneant fideles infirmos illud exquirere, ut eodem oleo peruncti gratia Dei sanentur, quia a presbiteris fusa oratio fidei salvabit infirmos.

180. *Ut nullus presbiter parrochianus aliubi praesumat chrisma accipere, nisi ab episcopo suo.* Ut nullus presbiter parrochianus aliubi praesumat chrisma accipere, nisi a suo episcopo in coena Domini.

181. *Ut baptizari non praesumatur nisi in vigilia paschae et pentecostes.* Ut baptizare nullus praesumat nisi per duo tempora, id est vigilia paschae et vigilia pentecostes, praeter mortis periculum.

182. *Ut instruantur fideles, qui parvulos de sacro fonte suscipere cupiunt.* Placuit, ut instruantur fideles, qui parvulos de sacro fonte suscipere cupiunt, ut intellegant et vim eiusdem sacramenti et quid pro aliis spoponderunt vel pro quo fideiussores extiterunt; et sciant, se nullo modo ante aliorum patres efficere, quam supradicta discant et intellegant seu reddant. Et si fideiussores pro terreno lucro damnari solent, quanto magis pro divino iure ne damnentur cavere oportet. Illi tamen ab his officiis removendi sunt, ne alios de sacro fonte in baptismate suscipiant nec etiam ad percipiendum Spiritus sancti donum aliorum patrini existant, qui et communione canonica privati et publicae poenitentiae sunt subacti, donec per poenitentiam satisfactionis reconciliationem mereantur, vel etiam illi, qui tale peccatum commissum habent, pro quo publicae poenitentiae plectendi et ligandi sunt.

183. *Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.* Ut nulla praetia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur. Quod si qui perpetraverint, honoris sui sint periculum subituri.

184. *De quorum baptismate absque dissimulatione dubitatur, ut baptizentur praeceptum est.* De quibus dubium est, utrum sint baptizati an non, omnimodis absque ullo scrupulo baptizentur, his tamen verbis praemissis: *Non te rebaptizo; sed si nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.*

185. *Ut presbiteri in ecclesia fidem sanctae Trinitatis doceant.* Notum est omnibus, impossibile esse sine fide placere Deo. Et ideo nullus sit presbiter, qui in ecclesia publice non doceat lingua quam auditores intellegant, fidem omnipotentis Dei in unitate et trinitate simpliciter credere, et ea, quae omnibus generaliter dicenda sunt, de malis evitandis sive bonis faciendis et iudicio in resurrectione futuro. Si vero ipse verbis manifeste explicare non potuerit, petat sibi ea a doctiore transcribi, qualiter aperte legat, quod qui audiunt, et intellegant. Et qui amplius non potuerit, vel his verbis admoneat: *Penitentiam agite: adpropinquabit* [d] *enim regnum coelorum.*

186. *Ut presbiteri annuntient populo quatuor legitima temporum ieiunia.* Doceant presbiteri populum quatuor legitima temporum ieiunia observare, hoc est mense Martio, Iulio, Septembrio et Decembrio quando sacri ordines iuxta statuta canonum distribuuntur.

187. *Ut ieiunia tria legitima in anno agantur.* Iterum admoneant sacerdotes, ut ieiunia tria legitima in anno agantur, id est quadraginta dies ante nativitatem Domini, et quadraginta dies ante pascha, ubi decimas anni solvimus, et post pentecosten quadraginta dies. Quamquam enim nonnulla ex his canonica priventur auctoritate, nobis tamen omnibus simul propter consuetudinem plebis et parentum nostrorum morem haec observare, ut superius compraehensum est, convenit. Et licet omnibus diebus orare et abstinere conveniat, his tamen temporibus amplius ieiuniis et poenitentiae servire oportet. Praeter haec autem legitima tempora ieiuniorum omnis sexta feria propter passionem Domini ieiunetur. Sed et sabbati dies a plerisque propter quod in eo Christus iacuit in sepulchro ieiunio consecratus habetur.

188. *Ut populus nisi duobus temporibus, infantes suos ad baptismum non offerat.* Placuit, ut populus ad baptismum eorum infantes non offerat nisi duobus temporibus, si infirmitas non occupaverit; et quomodo in hoc offendunt, instruantur.

189. *Ut dies dominicus reverenter colatur.* Diem dominicum secundum reverentiam colite. Opus servile, id est agrum, pratum, vineam vel si qua graviora sunt, in eo non faciatis, nec causas nec calumnias inter vos dicatis; sed tantum divinis cultibus serviatis et a vespera usque ad vesperam dies dominicus servetur. Has quidem praecipuas festivitates annuntient presbiteri ut [e] diebus dominicis sabbatizare; id est natale Domini dies quatuor 8. Kalendarum Ianuariarum; in circumcisione Domini Kalendas Ianuarias diem unum; in epiphania 8. Idus Ianuarii diem unum; in purificatione sanctae Mariae 4. Nonas Februarii diem unum; in pascha Domini usque in octavas paschae post dominicam dies tres; in ascensione Domini diem unum; in natali sancti Iohannis baptistae 8. Kal. Iulii diem unum; in passione sanctorum apostolorum Petri et Pauli 3. Kal. Iulii diem unum; in assumptione sanctae Mariae 18. Kal. Septembris diem unum; in transitu sancti Martini

a) suscipiantur *G.* b) ministerium *G.* c) tibique *BAL.* d) adpropinquavit *BAL.* e) aut *G.*

3. Idus Novembr. diem unum; in passione sancti Andreae apostoli 2. Kal. Decembris diem unum.

190. *Ut annuntient presbiteri eodem modo, sicut sabbatum paschae cum suo pascha, sabbatum pentecoste cum suo die dominico observare.* Annuntient presbiteri eodem modo sicut vesperascente sabbato sanctum pascha celebratur, et ipsum diem pentecostes similiter celeberrimum habeant, ut sanctum pascha et ieiunium et missam et baptismum.

191. *Ut annuntient presbiteri populo, se ab inlicitis abstinere connubiis.* Annuntiet unusquisque presbiter publice plebi ab inlicitis connubiis abstinere et secundum Domini mandatum legitimum coniugium nequaquam posse ulla occasione separari, excepta causa fornicationis, nisi consensu amborum, et hoc propter servitium Dei.

192. *Ut publice presbiteri annuntient plebi decimas et* [a] *primitias omnium frugum ad benedicendum offerre.* Annuntient presbiteri plebi publice, ut primitias omnium frugum terrae ad benedicendum afferant ad domos illorum et sic postea inde manducent, et decimas ex omnibus fructibus et pecoribus terrae annis singulis ad ecclesias reddant et de novem partibus, quae remanserint, elimosinas faciant, et ex ipsis peccata illorum redimant, sicut scriptum est: *Elimosina a morte liberat.* Et ipsa purgat peccata, sicut in sapientia legitur: *Sicut aqua extinguit ignem, ita elimosina extinguit peccatum.*

193. *Ut fideles intellegant pactum quod cum Deo in baptismate fecerunt.* Placuit, ut fideles intellegant pactum, quod cum Deo in baptismate fecerunt. A multis ergo ex toto et a multis ex parte transgreditur. Quid sit abrenuntiare diaboli operibus et pompis eius et omnibus operibus eius, instruantur fideles. Si vero iura humanae pactionis firma conservantur; quanto magis ferventius iura tanti pacti, quae cum Deo facta sunt, irrevocabiliter sunt observanda!

194. *Ut sacerdotes admoneant viros et mulieres, ut luminaria ad basilicas deportent.* Ut sacerdotes ammoneant viros et mulieres, ut ad basilicas luminaria et incensum et bucellas et primitias afferant, sicut scriptum est: *Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis frugum tuarum da pauperibus.*

195. *Ut ammoneant presbiteri plebem, ne in ecclesia contentionibus et verbositatibus deserviant.* Ammoneant presbiteri plebem, ut in ecclesiis verbosare non praesumant, sed cum fletu et compunctione cordis Dei implorent auxilium tam pro se, quam et proximis suis. Et quando presbiter caelebrat missam, corda illorum semper ad coelestia adtendant. Et quando lectiones sanctae vel euangelia recitata fuerint, cum silentio et devota mente pariter audiant, sicut Deus dixit per Moysen: *Audi Israel et tace.* Et oblationes offerant et communicare faciant.

196. *Ut presbiteri sollicite curent, ne inhonesta et turpia quaelibet fiant in ecclesiis.* Quando populus ad ecclesias venerit tam per dies dominicos quam et per solemnitates sanctorum, aliud non ibi agat nisi quod ad Dei pertinet servitium. Illas vero balationes et saltationes canticaque turpia ac luxuriosa et illa lusa [b] diabolica non faciat nec in plateis nec in domibus neque in ullo loco; quia haec de paganorum consuetudine remanserunt. Et qui [c] ipsa fecerit, canonicam sententiam accipiat.

197. *Ne in mortuorum funeribus iuxta paganorum ritum agatur.* Admoneantur fideles, ut ad suos mortuos non agant ea, quae de paganorum ritu remanserunt. Sed unusquisque devota mente et cum conpunctione cordis pro eius anima Dei misericordiam imploret. Et quando eos ad sepulturam portaverint, illum ululatum excelsum non faciant; sed sicut superius diximus, devota mente et cum conpunctione cordis, in quantum sensum habuerint, pro eius anima implorare Dei misericordiam faciant. Et illi, qui psalmos non tenent, excelsa voce, *Kirie eleison*, *Christe eleison*, viris incoantibus mulieribusque respondentibus alta voce canere studeant pro eius anima. Et super eorum tumulos nec manducare nec bibere praesumant. Quod si fecerint, canonicam sententiam accipiant.

198. *Ut pro defunctis amicorum parentes eorum triginta dies adimplere faciant.* Fideles pro defunctis amicorum et parentibus eorum ieiunia et oblationes triginta dies adimplere faciant, et mortuum super mortuum non ponant, nec ossa defunctorum super terram dimittant. Quod si fecerint, canonicae sententiae subiaceant.

199. *De his, quos episcopus aut sacerdos excommunicaverit, ne eos fideles recipiant.* Placuit, ut fideles eos, quos episcopus aut sacerdos propter eorum peccata excommunicaverit, non recipiant, antequam poenitentiam accipiant et ad confessionem veniant.

200. *Ut nullus presbiter suam ecclesiam sine consensu episcopi sui derelinquat.* Compellimur statuta canonum et in hoc servare, ut nullus presbiter creditam sibi ecclesiam sine consensu sui episcopi derelinquat et laicorum suasione ad aliam transeat.

201. *Ut sacra misteria nullus presbiter nisi in loco consecrato agat.* Ut nullus presbiter sacra misteria, nisi in locis ab episcopo consecratis, agere praesumat.

202. *Ne aliud altare in ecclesia consecrata, nisi quod ab episcopo consecratum est, aliquis presbiter erigat.* Ut nullus presbiter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo sanctificatum est, ut sit discretio inter sacratum et non sacratum.

203. *Ut episcopus, presbiter et diaconus non sint aleatores et ebriosi.* Quod episcopus, presbiter et diaconus aleator et ebrius esse non debeat. Similiter clerici et laici, si permanserint in alea, communione priventur.

204. *Ut nemo clericorum usuras accipiat.* Quoniam venerandi canones et divina prohibet auctoritas usuras accipere, ideo nullus hoc clericorum facere praesumat, et in quantum potuerint, laicis vetare studeant.

205. *Ut diem dominicum, in quo Dominus resurrexit, cuncti venerabiliter colant.* Placuit, ut fideles diem dominicum, in quo Dominus resurrexit, venerabiliter [d] colant. Nam si pagani ob memoriam et reverentiam deorum suorum quosdam dies colunt, et Iudaei more carnali sabbatum carnaliter observant, quanto magis christianis iste dies honorifice colendus est, ne in illo sancto die vanis fabulis aut locutionibus sive cantationibus vel saltationibus, stando in biviis et plateis, ut solet, inserviant. Sed ad sacerdotem aut ad aliquem sapientem et bonum veniant et eorum praedicationibus et bonis locutionibus, quae ad animam pertinent, utantur. Et illo die seu sabbato ad vesperas et ad matutinas sive ad missam cum eorum oblationibus, si fieri potest, omnes canendo *kirie eleison*, veniant, et eundo et redeundo *kirie eleison* decantent. Similiter et pastores pecorum eundo et redeundo in campum et ad domum faciant, ut omnes eos veraciter christianos et devotos esse cognoscant.

206. *De reconciliandis poenitentibus.* Quia vera necessitate praepedimur canonum statuta de reconciliandis penitentibus pleniter observare, propterea omnino non dimittatur, ut unusquisque presbiter iussione episcopi de occultis tantum, quia de manifestis episcopos semper convenit iudicare, statim post acceptam confessionis penitentiam singulos data oratione reconciliari. Morientibus vero sine cunctamine communio et reconciliatio praebeatur.

207. *Quot sint dies purificationis mulieris.* Cum enixa fuerit mulier, post quot dies debeat ecclesiam intrare, testamenti veteris praeceptione didicimus, ut pro masculo diebus 33, pro femina autem 66 debeat abstinere. *Quod tamen*, ut ait sanctus Gregorius, *sciendum est quia in mysterio accipitur; nam si hora eadem, qua genuerit, actura gratias intret ecclesiam, nullo peccati pondere gra-*

a) *deest G.* b) et illusa *G.* c) cum *BAL.* d) omnes v. *BAL.*

vatur. Voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. In carnis commixtione voluptas est, in prolis vero prolatione gemitus. Unde et ipsi primo matrimonio dicitur: In doloribus paries. *Si itaque enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei poenam suam culpam deputamus.*

208. *Ut missarum celebrationes in locis incongruentibus non fiant.* Placuit, ut fideles missarum caelebrationes in locis non consecratis et incongruentibus facere [a] omnino non debeant nisi causa hostilitatis vel longinqui itineris; et id in altaribus ab episcopo consecratis fieri, si [b] necessitas compellat. Sacerdotes tamen, qui in locis illicitis et non consecratis missas cantare praesumunt, gradum se sciant amissuros [c]. Melius est enim missam non audiri, quam eam ubi non licet nec oportet celebrare aut audire. Et de usura ut non fiat omnes admoneantur.

209. *De propinquitate.* In quarta propinquitate carnis, quinta sextaque non licet nubere, sicut in lege scriptum est: *Omnis homo ad propinquam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius,* id est, usque ad septimum gradum. Legitimum coniugium non licet separari sine consensu amborum, ita tamen ut ambo Deo serviant innupti. Potest autem alter alteri licentiam dare accedere ad servitium Dei, si ipse [d] tamen innuptus vel innupta permanserit. In veteri testamento taliter legitur de coitu cum pecoribus: *Mulier, quae subcubuerit cuilibet iumento, simul interficiatur cum eo.* In novo illa, sicut ille, qui cum pecoribus coierit, quindecim annis, alii undecim [e] poeniteat. Animalia coitu hominum polluta occidantur carnesque canibus proiciantur; sed coria eorum assumantur. Ubi autem dubium est, non occidantur.

210. *De servo, qui damnum cuilibet intulerit, quid agendum sit.* Nemini liceat servum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, sed iuxta qualitatem damni dominus pro ipso respondeat vel eum in compositionem aut ad poenam petitori offerat. Si autem servus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inveniri non possit, sacramento se dominus excusare studeat, quod nec suae voluntatis nec conscientiae fuisset, quod servus eius tale facinus commisit. Sicut petierunt, ita domnus imperator consensit.

211. *De eo, qui ad mallum legibus mannitus fuerit et non venerit.* Si quis ad mallum legibus mannitus fuerit et non venerit, si eum sunnis [f] non detinuerit, quindecim solidis culpabilis iudicetur. Similiter ad secundam et tertiam. Si autem ad quartam venire contempserit, possessio eius in bannum mittatur, donec veniat et de re, pro [g] qua interpellatus fuerit, iustitiam faciat. Si infra annum non venerit, de rebus eius, quae in banno [h] missae sunt, rex interrogetur, et quicquid inde iudicaverit, fiat. Prima mannitio super noctes 7, secunda super 14, tertia super 21, quarta super 42. Similiter et de beneficio hominis, si forte res proprias non habuerit, mittatur in bannum, usque dum rex interrogetur.

212. *De eo, qui filios non habuerit et in eorum loco alium sibi heredem facere voluerit.* Qui filios non habuerit et alium quemlibet heredem sibi facere voluerit, coram rege vel coram comite et scabinis vel missis dominicis, qui ab eo ad iustitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

213. *De denarialibus, qualiter possint hereditare.* Homo denarialis non antea hereditare in suam agnationem poterit, quam usque ad tertiam generationem perveniat. Homo cartolarius [i] similiter faciat.

214. *Ut omne sacramentum in ecclesia iuretur.* Omne sacramentum in ecclesia et super reliquias iuretur; et quod in ecclesia iurandum est, vel cum sex electis, vel si duodecim esse debent, quales potuerit invenire. *Sic* [k] *illum Deus adiuvet et illi sancti, quorum istae reliquiae sunt, ut veritatem dicat.* Si res intertiata furto ablata fuerit, liceat ei, super quem res intertiata fuerit, sacramento se excusare de furto, quod nec suae voluntatis aut concientiae fuisset, quod ablatum est, et aliud tantum sine dampno restituatur.

215. *Ut vitia, quae remanserunt ex ritu gentilium, fideles caveant.* Placuit, ut fideles caveant vitia, quae ex ritu gentilium remanserunt; id est, magi, arioli, sortilegi, venefici, divini, incantatores, somniatorum coniectores, quos divina lex inretractabiliter puniri iubet. Et ne eos inter se sinant esse, providendum illis est.

216. *De ecclesiis restaurandis.* De ecclesiis emendandis, et ubi in uno loco plures sunt quam opus sit, ut destruantur, quae necessariae non sunt, et aliae construantur.

217. *Ne presbiteri, priusquam examinentur, ordinentur.* Ut presbiteri non ordinentur, priusquam examinentur. Et ut excommunicatio subito et sine causa non fiat.

218. *Ut dominici missi scabinos, advocatos et notarios eligant.* Ut missi nostri scabinos, advocatos et notarios per singula loca eligant et eorum nomina, quando reversi fuerint, secum scripta deferant.

219. *De his, qui legem contemnunt servare.* De his, qui legem servare contempserint, ut per fideiussores in praesentiam regis deducantur.

220. *Ut fideles se a vitiis abstineant, quae quasi naturaliter in usu habentur.* Placuit, ut fideles a vitiis detestandis, quae habentur quasi naturaliter in usu, se abstineant, quae apostolus aperte enumerat, id est, ebrietates, comessationes, contentiones, irae, rixae, dissensiones, detractiones, invidiae, inimicitiae; de quibus apostolus ait: *Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Et [l] alibi: *Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus.* Et de illis dici potest: *Letantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.*

221. *De his, qui heribannum solvere debent.* Ut illi, qui heribannum solvere debent, coniectum faciant heribannatoribus, et nullum aliud obsequium comitibus vel vicariis faciant.

222. *De fugitivis et peregrinis, ut distringantur.* De fugitivis ac peregrinis, ut distringantur, ut scire possimus, qui sint aut unde venerint.

223. *De armillis et bruniis negotiatoribus non dandis.* Ut armillae et bruniae non dentur negotiatoribus.

224. *Ut mensurae aequales fiant.* De mensuris, ut secundum iussionem nostram aequales fiant.

225. *Ut christiani ab otioso sermone se caveant vel a ceteris vitiis.* Placuit, ut fideles de otioso sermone, pro quo in die iudicii secundum Domini sententiam rationes omnes reddituri sumus, et de scurrilitate et stultiloquio et maledictionibus, quoniam iuxta apostolum maledicentes regnum Dei non possidebunt, et de mendacio noxio sive de periculoso assiduoque iuramento et obscoenis turpibusque canticis: ab his omnibus cuncti christiani se fortiter cavere debent [m]; ne his studentes per neglegentiam detrimentum suarum patiantur animarum.

226. *Ut super vestituram Pippini regis testimonia non mittantur.* Ut non mittantur testimonia super vestituram domni Pippini regis.

227. *Ut nec colonus nec fiscalinus traditiones faciat.* Ut nec colonus nec fiscalinus possit alicubi traditiones facere.

228. *Ne praesumat hominem aliquis sine causa ad iudicium mittere.* Ut nullus praesumat hominem ad iudicium mittere sine causa, nisi iudicatum fiat.

229. *Si liber homo in monasterio regulari comam deposuerit.* Si liber homo in monasterio regulari comam deposuerit, et res suas ibidem delegaverit, promissionem factam secundum regulam firmiter teneat.

230. *De coniugio, quod a Deo sit constitutum et quod non causa luxuriae, sed causa potius filiorum appe-*

a) fieri *G.* b) *deest G.* c) amissurum *G.* d) per se *G.* e) XII *G.* f) sonnis *BAL.* g) *deest BAL.* h) bannum *BAL.* i) chartularius *BAL.* k) si *BAL.* l) Et — facientibus *inserta a Bened.* m) debeant *BAL.*

tendum sit. Placuit, ut fideles sciant, coniugium a Deo esse constitutum, et quod non sit causa luxuriae, sed causa potius filiorum appetendum. Et ut virginitas usque a nuptias fideliter servetur. Et uxores habentes neque pellicem neque concubinam habere debeant; quomodo etiam in castitate uxores suas diligere eisque utpote vasi infirmiori honorem debitum impendere. Et quod commixtio carnalis cum uxoribus gratia fieri debeat prolis, non voluptatis.

231. *Ut omnia, quae wadiare* debent, secundum legem rewadientur.* Ut omnia, quae wadiare* debent, iuxta quod lege continetur, pleniter secundum ipsam legem rewadiata fiant. Et inpostmodum vel domnus rex vel ille, cuius causa est, iuxta quod ei placet, misericordiam faciat.

232. *Ut nullus ebrius causam suam possit in mallo conquirere.* Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere, nec testimonium dicere. Nec placitum comes habeat, nisi ieiunus.

233. *De nullo ad bibendum cogendo.* Ut neminem liceat alium cogere ad bibendum.

234. *De missis dominicis discurrentibus.* De missis nostris discurrentibus vel ceteris hominibus in utilitate nostra iter agentibus praecipimus, ut nullus mansionem contradicere praesumat nec herbam, excepto suo prato.

235. *Ut a coitu praegnantium fideles se abstineant.* Placuit, ut fideles se abstineant a coitu praegnantium uxorum, necnon menstruo tempore. Et ut causa fornicationis non sit uxor, secundum Domini sententiam, dimittenda, sed potius sustinenda. Et quod hi, qui causa fornicationis dimissis uxoribus suis alias ducunt, Domini sententia adulteri esse notantur.

236. *De canibus, qui in dextro armo tonsi sunt.* De canibus, qui in dextro armo tonsi sunt, ut homo qui eum habuerit, cum ipso cane in praesentiam regis veniat.

237. *De capitulis, quae in lege noviter addita sunt.* Ut populus interrogetur de capitulis, quae in legem noviter addita sunt. Et postquam omnes consenserint, et manufirmationes suas in ipsis capitulis faciant.

238. *Ut nullus ad placitum banniatur praeter scabinos septem et qui causam quaerere debent.* Ut nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam quaerere vult aut se ab alio quaeri scit; exscepto scabinis septem, qui ad omnia placita esse debent.

239. *De falsis testibus non recipiendis.* Ut falsi testes minime recipiantur.

240. *Qualiter fidelibus christianis incesta cavenda sint.* Placuit, ut fideles agnoscant, qualiter incesta christianis cavenda sint, et quod loca Deo dicata frequentius devotiusque ad Deum exorandum sibique[a] propitium faciendum saepius, quam actenus fecissent, frequententur; et quod in basilicis Deo dicatis non sit fabulis otiosis turpibusque et obscoenis sermocinationibus vacandum, et negotia secularia publicaque placita habenda; et quod hi qui haec in ecclesiis faciunt, maiora sibi peccata accumulent.

241. *De non iurando per vitam regis.* Ut nullus praesumat per vitam regis et filiorum eius iurare.

242. *Ut missi non solum de annuntiatione, sed etiam de opere breves afferant.* Ut missi nostri, qui iam breves detulerunt de annuntiatione, adhuc adducant et de opere.

243. *Ut nullus praesumat teloneum, rodaticum vel pulveraticum recipere.* Ut nullus homo praesumat teloneum per vias, nec per villas rodaticum, nec pulveraticum recipere.

244. *Ut fideles iusta iudicia iudicent.* Placuit, ut fideles iusta iudicia iudicent et munera pro hoc non accipiant, et ut falsum testimonium vitent, et a detractione se abstineant necnon a caeteris malis, quae longum est dinumerare.

245. *Ut ecclesiae earum iustitiam obtineant.* In primis omnium iubendum est, ut habeant ecclesiae earum iustitias, et in vita illorum, qui habitant in ipsis ecclesiis, et post vitam[b] in pecuniis et in substantiis earum.

246. *Ut potestatem episcopi omnes intelligant, et instruantur, qualiter sive secundum canonicam sive secundum monasticam regulam eis vivendum sit.* Ut omnes episcopi potestatem intellegant, et instruantur, ut vel secundum canonicam vel secundum monasticam regulam regant[c] ministeria eorum tam in monasteriis virorum, quam et in puellarum et in forensibus presbiteris seu reliquo populo Dei.

247. *De viduis et orphanis et minus potentibus.* Ut viduae, orphani et minus potentes sub Dei defensione et nostra mundeburdae[d] pacem habeant et eorum iustitias adquirant.

248. *De non parvipendenda excommunicatione sacerdotum.* Placuit, ut fideles non parvipendant excommunicationem sacerdotum illorum; quoniam si hoc fecerint, iuste[e] segregabuntur a caetu christianorum.

249. *De episcopis et comitibus, ut sibi consensum invicem praebeant.* Ut episcopi cum comitibus stent et comites cum episcopis, ut utrique pleniter suum ministerium peragere possint.

250. *Ut latrones vel homicidae sive adulteri sub magna correctione distringantur.* Ut latrones vel homicidae seu adulteri vel incestuosi sub magna districtione et correctione sint correpti secundum euuam Baiuvariorum[f] vel legem.

251. *De rebus invasis.* De rebus proprisis, ut ante missos et comites et iudices nostros veniant ii, qui hoc egerunt, et ibi accipiant finitivam sententiam, ita ut inantea nullus praesumat alterius rem proprendere[g]; sed magis suam causam quaerant ante iudices nostros, ut diximus, et ibi recipiant quod iustum est.

252. *De superbia, propter quam diabolus corruit.* Placuit, ut fideles de superbia instruantur, per quam angelus factus diabolus de celo eiectus est.

253. *De eo, cui non recte iudicatur.* Ut si aliquis voluerit dicere, quod iuste ei non iudicetur, tunc in praesentiam nostram veniat. Aliter vero non praesumat in praesentiam nostram venire pro alterius iustitia dilatanda.

254. *De invidia, per quam diabolus hominem eiecit de paradyso.* Placuit, ut fideles admoneantur de invidia, per quam diabolus hominem de paradyso eiecit.

255. *De odio et discordia.* Placuit, ut fideles ammoneantur de odio et discordia, quae caritatem inter proximos extinguunt et dilectionem evacuant et omnia bona pervertunt et non sinunt proximos in mutua dilectione consistere.

256. *Kapitulum hoc, datum anno dominicae incarnationis 806. ad Teodonis villam anno imperii domni Karoli 6.* CAP. 1. Ut lectiones in ecclesia distincte legantur. 2. De cantu, ut secundum ordinem et morem Romanae ecclesiae fiat cantatus. 3. De notariis, ut unusquisque episcopus et abba et singuli comites suum notarium habeant. 4. De caeteris disciplinis ecclesiae, ut secundum canones vel regulam fiant. 5. De medicinali arte, ut infantes hanc discere mittantur. 6. De ecclesiis sine honore manentibus absque officiis et luminaribus; et de his, qui decimas assumunt et de ecclesiis non curant, ut hoc omnimodis emendetur; et de altaribus, ut non superflua sint in ecclesiis.

257. *De laicis, qui noviter sunt conversi.* De laicis noviter conversis, ne, antequam suam legem pleniter vivendo discant, ad alia negotia mittantur.

258. *Ut scribae falso non scribant.* De scribis, ut non vitiose scribant.

259. *Ut compotus discatur.* De compoto, ut veraciter[h] discant omnes.

*) wadiari *BAL.* a) ibique *G.* b) tam in p. quam et *BAL.* c) regantur eorum ministerio *BAL.* d) nostro mundeburdo *BAL.* nostrae *G.* e) iustae *G.* f) beunariorum *G.* g) proprindere *BAL.* h) de c. v. illum d. *BAL.*

260. *De derelinquentibus seculum propter servitium Dei.* De his, qui seculum relinquunt propter servitium inpediendum et tunc neutrum faciunt, ut unum e duobus eligant, aut pleniter secundum canonicam aut secundum regulae institutionem vivant, aut servitium dominicum faciant.

261. *Ut servi proprii non tondantur vel ancillae non*[a] *velentur nisi ad mensuram.* De servis propriis vel ancillis, ut non amplius tondantur vel velentur nisi secundum mensuram. Et ut ibi satisfiat, et villae non sint desolatae.

262. *Ut superfluae congregationes nullatenus fiant.* De congregationibus superfluis, ut nullatenus fiant; sed tantos congreget unusquisque, quantis consilium dare potest.

263. *De his, qui secundum regulam non pulsantur.* De his, qui non fiunt secundum regulam pulsati, ut deinceps emendetur.

264. *Ut infantulae non velentur.* Ut infantulae parvae aetatis puellae non velentur, antequam illae eligere sciant quid velint, salva canonica auctoritate.

265. *De laicis, ut non sint praepositi monachorum.* Ut laici non sint praepositi monachorum infra monasterium, nec archidiaconi sint laici.

266. *Ut incestuosi canonice examinentur.* De incestuosis, ut canonice examinentur, nec propter alicuius amicitiam quidam relaxentur, quidam constringantur.

267. *De his, qui per aliquod scelus rebelles fiunt.* Ut paci omnes studeant; et qui pro aliquo scelere sibi rebelles sunt, constringantur.

268. *De iustitiis ecclesiarum Dei, orphanorum, pupillorum ac viduarum.* Iustitiae ecclesiarum Dei, viduarum, orphanorum et pupillorum et in publicis iudiciis non despiciantur clamantes, sed diligenter audiantur.

269. *De iustitiis regalibus.* Ut iustitiae regales pleniter inquisitae fiant.

270. *De fame vel ceteris tribulationibus.* Si venerit fames, clades, aut inaequalitas aeris vel qualiscumque tribulatio, non expectetur edictum dominicum, sed statim depraecetur Dei misericordia. Et in praesenti anno de famis inopia, ut unusquisque adiuvet prout potest, et nemo suam annonam nimis care vendat. Et ne foris imperium nostrum vendatur aliquid alimoniae.

271. *Ut arma infra patriam non portentur.* De armis infra patriam non portandis, id est scutis, et lanceis vel loricis. Si faidosus quis sit, discutiatur tunc, quis e duobus contrarius sit; et ut pacati sint, constringantur ad pacem, etiamsi noluerint. Et si aliter pacificare nolunt, adducantur in nostram praesentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat illum et manum, quam periuravit, absque ulla redemptione perdat et insuper bannum dominicum solvat. Et ut servi lanceas non portent. Qui inventus fuerit post bannum, asta frangatur in dorso eius.

272. *Ut omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat.* De armatura in exercitu, sicut antea in alio capitulari mandavimus, ita servetur. Et insuper omnis homo de duodecim mansis bruniam habeat. Qui vero bruniam habens eam secum non duxerit, omne beneficium cum brunia perdat.

273. *De negotiatoribus, qui partes Sclavorum vel aliarum gentium petierint.* De negotiatoribus, qui ad partes Sclavorum et Avarorum pergunt, quousque procedere debeant, id est, partibus Saxoniae usque ad Bardenwic, ubi praevideat Herti, et ad Cesla[b], ubi Madalgaudus[c] praevideat; ad Magadeburc, praevideat Atto[d]; ad Herphesfurt, praevideat Madalgaudus; et ad Alagastat, similiter ad Forachem[e] et ad Brehembret[f], et ad Ragenesburc[g] praevideat Ottulfus, ad Lavariocam Warnarius, ut arma et brunias non ducant ad vendendum. Quod si inventi fuerint portantes, omnem substantiam eorum auferant ab eis; dimidia quidem pars partibus palatii, alia vero medietas inter iamdictos missos et inventores dividatur.

274. *Ut causedici qui adquiescere noluerint, recludantur.* De clamatoribus vel causedicis, qui nec iudicium scabinorum adquiescere nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est ut in custodiam recludantur donec unum e duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re reclamaverint et litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tunc tamen in carcerem mittantur, sed cum custodia et cum ipsis litteris eos ad palatium nostrum remittant et ibi discutiantur, sicut dignum est.

275. *De iuramento, ut nulli alteri nisi proprio seniori iuramenti fidelitas promittatur.* De iuramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique proprio seniori ad utilitatem nostram et sui senioris; excepto his sacramentis quae iuste secundum legem alteri ab altero debentur. Et infantes, qui antea non potuerunt propter iuvenilem aetatem iurare, modo fidelitatem promittant.

276. *De his, qui conspirationem fecerint, ut tripliciter iudicentur.* Conspirationes quicumque facere praesumpserint et sacramento quocumque conspirationem firmaverint, triplici ratione iudicentur. Primo, ut ubicumque aliquod malum propter hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur; adiutores vero eorum singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem praecidant. Ubi vero nihil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur et capillos sibi invicem detundant. Si vero per dexteras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus, quod hoc pro malo non fecissent; aut si hoc facere non potuerint, secundum legem suam componant. Si vero servi sunt, flagellentur; ut de caetero in regno nostro nulla huiuscemodi conspiratio per sacramentum neque sine sacramento fiat.

277. *De periuriis, ut caveantur.* Praecipimus, ut periuria caveantur, nec admittantur testes ad iuramentum antequam discutiantur. Et si aliter discuti non possunt, separentur ab invicem et singulariter inquirantur. Et non liceat accusatores testes eligere absente suo causatore. Et omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum vel ad testimonium admittatur. Et ille, qui ad testimonium adducitur, si refutatur, dicat ille qui eum refutat, et probet quare illum recipere nolit. Et de ipso pago, non de altero, testes eligantur, nisi forte longius extra comitatum causa sit inquirenda. Et si quis convictus fuerit periurii, perdat manum aut redimat.

278. *Ut vicedomini, advocati et centenarii pravi auferantur.* De advocatis, vicedominis, vicariis, centenariis pravis, ut tollantur, et tales eligantur qui et sciant et velint iuste causam discernere et terminare. Et quisquis pravus inventus fuerit, nobis pro certo nuntietur.

279. *Ut antiqua telonea et iusta exigantur a negotiatoribus, nova vero et iniusta repellantur.* Placet nobis ita, ut antiqua et iusta telonea a negotiatoribus exigantur tam de pontibus, quam et de navigiis seu mercatis. Nova vero sive iniusta, ubi vel funes tenduntur vel cum navibus sub pontibus transitur seu his similia, in quibus nullum adiutorium iterantibus praestatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his, qui sine negotiandi causa substantiam suam de una domo sua ad aliam aut ad palatium aut in exercitum ducunt. Si quid vero fuerit, unde dubitetur, ad placitum nostrum, quod cum missis nostris habituri sumus, interrogetur.

280. *De fugitivis clericis et laicis illud servandum est, quod in capitulari dominico continetur.* De fugitivis clericis sive laicis, vel etiam feminis, sicut iam in alio capitulari nostro praecepimus, ita servetur.

a) vel *G.* b) Ceslic *BAL.* c) Madegaudus *BAL.* d) Otto *G.* e) Forhcein *G.* f) et in ad herehembret *G.* g) Gragenesburc *G.*

281. *De his, qui ad Dei servitium volunt accedere, ut absque licentia regali non id agant, qui liberi existunt.* Liberi homines, qui ad servitium Dei se tradere volunt, praecipimus ut prius hoc non faciant, quam a nobis licentiam postulent; nam quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis, quam exercitum sive aliam functionem regalem fugiendo, quosdam vero cupiditatis causa ab his, qui res illorum concupiscunt, circumventos audivimus, et hoc ideo fieri prohibemus.

282. *Ut potentiores pauperes non obprimant.* De obpressione pauperum liberorum hominum, ut non fiant a potentioribus per aliquod malum ingenium contra iustitiam obpressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideo haec de liberis hominibus dicimus, ne forte parentes contra iustitiam fiant exheredati et regale obsequium minuatur et ipsi heredes propter indigentiam mendici vel latrones seu malefactores efficiantur. Et ut saepius non fiant manniti ad placitum [a], nisi sicut in alio capitulari praecepimus.

283. *Ut ecclesiae noviter inventae sine episcopi probatione non venerentur.* De ecclesiis seu sanctis noviter sine auctoritate inventis, nisi episcopo probante minime venerentur: salva etiam de hoc et de omnibus ecclesiis canonica auctoritate.

284. *De falsis monetis, quae contra iustitiam fiunt.* De falsis monetis, quia in multis locis contra iustitiam et contra edictum fiunt, volumus ut in nullo alio loco moneta sit nisi in palatio nostro, nisi forte iterum aliter a nobis fuerit ordinatum. Illi tamen denarii, qui modo monedati sunt, si pensantes et meri fuerint, habeantur.

285. *Ut heribannus dominicus fideliter exigatur.* De heribanno volumus, ut missi nostri hoc fideliter exigant absque ullius personae gratia, blanditiae [1] seu terrore secundum iussionem nostram; id est de homine habente libras sex in auro, in argento, bruniis, aeramento, pannis integris, caballis, ovibus, vaccis vel alio peculio, ita ut uxores eorum vel infantes non fiant dispoliati pro hac re, de vestimentis eorum accipiant legitimum heribannum, id est libras tres. Qui vero non habuerit amplius in suprascripto pretio valente nisi libras tres, solidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non habuerit amplius nisi duas libras, decem solidos exsolvat. Si vero nisi [b] unam libram habuerit, solidos quinque, ita ut iterum se valeat reparare ad Dei servitium et nostram utilitatem. Et missi nostri caveant ut diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium nostram subtrahant iustitiam alteri tradendo aut commendando.

286. *Ut census regalis inde solvatur, unde olim exigebatur legitime.* Census regalis undecumque olim legitime exigebatur, volumus ut inde solvatur sive de propria persona hominis sive de rebus.

287. *Quid de latronibus agendum sit.* De latronibus sicut iam ante in alio capitulari commendavimus, ita maneat.

288. *Quid de illis, qui uxores habent fiscalinas, sit agendum.* De liberis hominibus, qui uxores de fiscis regalibus habent, et de feminis, quae liberae sunt et homines similiter fiscalinos regios habent aut accipiunt: ut nec de hereditate parentum vel de causa sua quaerenda nec de testimonio pro hac re abiciantur; sed talis nobis in hac causa honor servetur, qualis et antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus servatus esse cognoscitur.

289. *De libris canonicis, ut veraciter habeantur.* Volumus et ita missis nostris mandare praecipimus, ut in ecclesiis libri canonici veraces habeantur, sicut iam in alio capitulari sepius mandavimus.

290. *De laicis, ut orationem dominicam memoriter discant.* Ut laici simbolum et orationem dominicam pleniter discant. Comites quoque et centenarii, nobiles viri, legem suam pleniter discant, sicut in alio loco decretum est. Praecipimus autem missis nostris, ut ea, quae multis iam annis per capitula nostra in toto regno nostro mandavimus agere, discere, observare vel in consuetudinem habere, ut haec omnia nunc diligenter inquirant et omnino ad servitium Dei et ad utilitatem nostram vel ad omnium christianorum hominum profectum innovare studeant, et quantum Domino donante praevalent, ad perfectum usque perducant et nobis omnino renuntient, quis inde certamen bonum hoc adimplere habuisset, ut a Deo et a nobis gratiam habeat. Qui autem neglegens inde fuerit [c], ut talem disciplinam percipiat, qualem talis sit contemptor recipere dignus, ita ut et caeteri metum habeant amplius.

291. *Capitula quae ad legem Salicam mittenda sunt de occisione clericorum [d] vel aliis causis.* Qui subdiaconum occiderit, trecentos [e] solidos conponat; qui diaconum, quadringentos [f] solidos conponat; qui presbiterum, sexcentos [g]; qui episcopum, nongentos [h]; qui monachum, quadringentis [i] solidis culpabilis iudicetur. Si quis in inmunitate damnum aliquod fecerit, sexcentos [k] solidos conponat. Si autem homo furtum aut homicidum fecerit aut quodlibet crimen foris committens infra inmunitatem fugerit, mandet comes vel episcopo vel abbati vel vicedomino vel illi, qui locum episcopi vel abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit et eum reddere noluerit, in prima contradictione quindecim solidos conponat. Si ad secundam inquisitionem eum reddere noluerit, triginta solidos conponat. Si nec ad tertiam consentire voluerit, quicquid reus damni fecerit, totum ille, qui eum infra inmunitatem retinet nec reddere vult, solvere cogatur. Et ipse comes veniens licentiam habeat ipsum hominem infra inmunitatem quaerendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem in prima inquisitione comiti responsum fuerit, quod reus infra inmunitatem quidem fuisset, sed fuga lapsus fuerit; statim iuret, quod ipse ad iustitiam cuiuslibet disfaciendam fugere eum non fecisset, et sit ei in hoc satisfactum. Si autem intranti in ipsam inmunitatem comiti collecta manu quislibet resistere tentaverit, comes hoc ad regem vel ad principem deferat, ut ibidem iudicetur. Et sicut ille, qui in inmunitate damnum fecit, sexcentos [l] solidos conponere debet, ita qui comiti collecta manu resistere praesumit, sexcentos [l] solidos conponat.

292. *Capitula, quae domnus Karolus imperator constituit.* Ut nullus ad placitum arma infra patriam portet.

293. *De latronibus.* Quicumque post illam missam sancti Iohannis praeteriti anni cuidam latroni mansionem dederit, si Francus est, cum duodecim similibus Francis iuret, quod latronem eum fuisse non scisset, licet pater eius sit aut frater vel aliquis propinquus. Si hoc iurare non potuerit et ab alio convictus fuerit, quod latronem in hospitio suscepisset, quasi latro sit, quia infidelis est noster [m] et Francorum; et qui illum suscepit, similis est illi. Si autem audivit, quod latro fuisset, et tamen non scit firmiter, iuret solus, quod nunquam eum audisset nec per veritatem, nec per mendacium latronem; aut sit paratus, si ille postea de latrocinio convincitur, ut similiter dampnetur.

294. *Ne aliquis de ignoto homine equum, bovem vel aliud animal emat.* Ut nullus comparet caballum, bovem aut iumentum vel aliud animal, nisi illum hominem cognoscat, qui eum vendidit et de quo pago est et ubi manet [n] et quis est eius senior.

a) palatium *G.* b) v. minus n. *G.* c) fuerat *G.* d) diaconorum *BAL.* e) CCCC *ex corr. G.* f) DC *ex corr. G.* g) DCCCC *ex corr. G.* h) de vita componat *ex corr. G.* i) CCCC. et insuper bannum id est LX sol. et arma relinquat atque in monasterio diebus vitae suae sub ardua penitentia Deo seruiat. Si quis in inmunitate *etc. Codex regius Paris. N.* 4376. k) DCCCC *ex corr. G.* l) DCCCC *ex corr. G.* m) nostri *BAL.* n) maneat *G.*

1) i. e. blanditie.

295. *De illis hominibus, qui propter eorum culpas ad mortem diiudicati fuerint et postea eis fuerit vita concessa, quod si iustitiam ab aliis requisierint aut ab eis iustitiam quis quaerere voluerit, qualiter inter illos iudicium terminetur.* Primo omnium de illis causis pro quibus iudicatus quis [a] fuerit ad mortem, nullam potest facere repetitionem, quia omnes res suae secundum iudicium Francorum in publico fuerunt revocatae. Et si aliquid inpostmodum, postquam ei vita concessa est, cum iustitia adquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat secundum legem. In testimonium vero non suscipiatur nec inter scabinos legem iudicando locum teneat. Et si ad sacramentum aliquid ei iudicatum fuerit, quod iurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, cum armis contendat.

296. *De homine iudicio scabineorum iudicato.* Si alicui post iudicium scabinorum fuerit vita concessa et ipse postmodum aliqua mala perpetraverit et iustitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit et ideo iustitiam reddere non debeat, statutum est, ut superius iudicium sustineat, quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversus eum aliquid mali fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat suam iustitiam requirendi de causa perpetrata, postquam ad mortem iudicatus est. De praeteritis vero maneat, sicut supra iudicatum fuit.

297. *De eo, qui latronem forbannitum recipit, sive servus, sive liber sit.* De latrone forbannito, liber homo, qui eum susceperit, ut [b] quindecim solidos persolvat, servus centum viginti ictus accipiat.

298. *De comite, qui latronem in forbannum miserit, ut aliis vicinis comitibus notum faciat.* Ut comes, qui latronem in forbannum miserit, vicinis suis comitibus notum faciat, eundem latronem a se esse forbannitum, ut illi eum non recipiant.

299. *De his, qui terrenis mercimoniis insistunt, ut magis ob supernae vitae desiderium, quam pro humana ambitione faciant.* Placuit, ut admoneantur omnes fideles, qui negotiis ac mercationibus rerum invigilant, ut non plus terrena lucra, quam vitam cupiant sempiternam; nam qui plus de rebus terrenis quam de animae suae salute cogitat, valde a via veritatis aberrat, et iuxta quendam sapientem in vita sua perdit intima sua. Sequendus est enim in hac parte, sicut et in caeteris, apostolicus sermo, qui ait: *Et ne quis supergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem suum; vindex est enim Deus de his omnibus.* Sicut ab his, qui labori agrorum et caeteris laboribus victum atque vestitum et necessaria usibus humanis adquirere inhiantes [c] instant, decimae et elimosinae dandae sunt: ita his quoque, qui pro necessitatibus negotiis insistunt, faciendum est. Unicuique homini Deus dedit artem, qua pascitur; et unusquisque de arte sua, de qua corporis necessaria vel subsidia habet, animae quoque, quod magis necessarium est, subsidium administrare debet.

300. *Ut ecclesiasticis audientia minime denegetur provocantibus.* Placuit, ut a quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis denegetur, qui provocaverint.

301. *Ne episcopus quilibet alterius plebem episcopi vel fines usurpet.* Ut episcopus alterius episcopi plebes vel fines non usurpet.

302. *De clericis superbis, ut coerceantur.* Ut clerici, qui superbi vel contumaces sunt, coerceantur; ut minores, qui maioribus inrogaverunt iniuriam, metum habeant; quia manifestum est illos non esse Dei, qui humilitatem contemnunt, sed diaboli, qui superbiae inventor et princeps est. Unde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, contemptus debet contumaciae et superbiae in omnibus frangi.

303. *De his, qui statuta patrum violant; si laicus fuerit, communione privetur; si clericus, honore.* Si quis statuta supergressus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus, honore privetur.

304. *De his, qui contra suam professionem vel subscriptionem venerint.* Qui contra professionem vel subscriptionem suam venerit, in concilio deponatur.

305. *De presbitero, qui se ab episcopo suo diviserit.* Si quis presbiter contra episcopum suum inflatus scisma [d] fecerit, anathema sit. Quod si superbia, quod absit, inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit ac separatim cum aliquibus scisma faciens sacrificium Deo obtulerit, loco amisso anathema habeatur. Nihilominus et de civitate et congregatione, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes vel simpliciter viventes serpentina fraude decipiat.

306. *De presbiteris, qui absque episcopi sui conscientia agendam celebraverint.* Si quis presbiter inconsulto episcopo agendam in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius extitit.

307. *Ut episcopus lapsum incurrens, si plures congregare nequiverit, a duodecim audiatur.* Si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrerit [e], et fuerit ei [f] nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine maneat, a duodecim episcopis audiatur.

308. *Ut episcopi plebes alienas non usurpent et ut nemo ex eis collegam suum in diocesi vel aliubi supergrediatur* [g]. Placuit ut a nullo episcopo usurpentur plebes alienae, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diocesi [h] collegam suum.

309. *De episcopo, qui ab aliquo inpetitur, vel si ipse quaestionem aliquam retulerit, ut per episcopos iudices causa terminetur.* Si quis episcopus a quoquam inpetitur, vel ille aliquam questionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

310. *Ut nullus episcopus alium episcopum conculcet aut inpediat.* Ut nullus episcopus alium episcopum conculcet vel supergrediatur aut aliquod ei incommodum faciat.

311. *Ne presbiteri vel diaconi sine conscientia episcoporum suorum aliquid agant.* Ut presbiteri vel diaconi sine conscientia episcoporum suorum nihil agant.

312. *De loco dando peregrino episcopo, in quo sacrificet.* Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur, atque benigne suscipiatur.

313. *De non condempnando* [i] *illo, cuius causa diligenter non est examinata.* Non est iustum condempnare virum [k], cuius causa ad liquidum non est examinata.

314. *De his, qui falsa fratribus capitalia obiciunt.* Eos, qui falsa fratribus capitalia obiecisse convicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare.

315. *De deponendo sacerdote vel levita, si crimen aliquod de se confessus fuerit.* Ut sacerdos vel levita, si de se crimen aliquod confitetur, deponatur.

316. *De his, qui libellos famosos inventi fuerint in ecclesia posuisse* [l], *ut anathematizentur.* Si qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

317. *Ut delator communionem nec in fine accipiat, si inventus fuerit quilibet per delationem eius praescriptus vel interfectus.* Delator si quis extiterit fidelis, et per delationem eius aliquis fuerit praescriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere communionem.

318. *Ne aliquis episcopus vel inferior gradus domi-*

a) *deest BAL.* b) *deest BAL.* c) anhiantes *BAL.* d) scisma — inflatus *in fine posito, adscripto a manu eadem in margine:* quod in ista linea vicio scriptoris abest, habes scriptum in octaua. e) incurrit *G.* f) *deest BAL.* g) collegam sue dioceseos sup. *G.* h) diocesim *G.* i) contempnendo *G.* k) eum *BAL.* l) fuisse *G.*

nico die quemquam iudicare praesumat. Ut nullus episcopus vel quis infra positus die dominico causas iudicare praesumat. Ceteris vero diebus conhibentibus personis illa quae iusta sunt habeant licentiam iudicandi, excepto criminalia negotia [a].

319. *De potente, si pauperem expoliaverit et non reddiderit admonente episcopo, ut excommunicetur.* Si quis potentum quemlibet expoliaverit et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

320. *Ut nullus clericus ab episcopo suo recedere praesumat et ad alium transire.* Ut nullus clericus ab episcopo suo recedat et ad alium se transferat.

321. *Ut clerici, qui arma praesumpserint, in monasterium ad agendam poenitentiam tradantur.* Ut clerici, qui in quacunque seditione arma volentes praesumpserint, reperti amisso ordinis sui gradu in monasterio poenitentiae contradantur.

322. *Ut nullus* [b] *regum huius canonis* [c] *censuram in aliquo violare permittat.* Huius constitutionis forma servetur, ut execrandum [d] anathema fiat et velut praevaricator catholicae fidei semper a Domino reus exsistat, quicumque regum deinceps canonis huius censuram in quocumque crediderit aut permiserit violandam.

323. *Ut unusquisque alterius ruinis succurrat et iram Dei per suam compassionem a se removeat.* Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque, quo valet, et [e] relevatione alienae vindictae a se Dei removere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa.

324. *Quod lex, quam rex, qui prior fuit, instituit, ab illo, qui ei successerit, pari sententia roborata sit.* Legem, quam noster edidit princeps, stabili robore firmamus atque ut futuris temporibus observetur pari sententia definimus.

325. *Ut in metropolitana sede ad synodum agendam omnes pontifices conferantur.* Placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes in metropolitana sede tempore, quo omnes provinciales elegerint pontifices, ad synodum faciendam devotis studiis conferamus.

326. *Ut dignitatem amittant omnes, qui ad expeditionem exercitus non pergunt aut de exercitu fugiunt.* Placuit, ut omnis, qui aut in expeditionem exercitus absque gravi necessitate non progreditur, aut de exercitu fugit, testimonio dignitatis suae sit inrevocabilter carens; ita ut in quibusdam villulis vel territoriis sive vicis pestis [f] huius infamationis habitatores ipsorum locorum sint degeneres, et testificandi vel accusandi nullam habeant licentiam.

327. *Ut christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant.* Ut christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant, nec sine benedictione sacerdotis nubere audeant.

328. *Ut non varientur, quae propter utilitatem sunt instituta.* Quae ad perpetuam utilitatem sunt instituta, nulla commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quae ad bonum sunt commune praefixa, Et manentibus terminis, quos statuerunt patres, nemo dampnet alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis voluerit, in latitudine se caritatis exerceat.

329. *De fide Nicena servanda. Et ut privilegia ecclesiarum integra maneant.* Ut fides Nicena servetur, et privilegia ecclesiarum inlibata permaneant.

330. *Quod contra caput non sit agendum.* Contra caput etiamsi faciendum est, non libenter admittimus.

331. *De presbiteris qui contra canones ad comitatum ire voluerint susceptis, qui dominico decreto* [g] *communione alieni decernuntur.* Ex relatione quorundam didicimus, qualiter presbiteri, qui contra canones adversum nos ad comitatum nescio qua audaci temeritate ire voluerunt, suscepti sunt. Unde has ad vos litteras destinamus, in quibus decreto nostro sancimus memoratos perturbatores a communione esse alienos debere. Et illos, qui effrenato huic facto consilio assensum commodare voluerunt, vestrae caritatis est estimare, qualiter habeantur. Quibus obicere debetis, quod iuxta canones fortiter incurrere et qualiter presbiteros non decebat rebelles existere tentaverunt. Vos autem monemus in speculis esse debere, neque in eorum proruptam audaciam [h] devenire, quos anathematizatos scit sancta et apostolica ecclesia.

332. *De sacerdotum Domini causis non terminandis, priusquam ex utraque parte fideliter audiantur, et pariter ac diligenter perscrutentur.* Nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iura, nihil possumus in incognitis rebus in cuiusquam partis iudicio definire, priusquam universa quae gesta sunt veraciter audiamus.

333. *Quod Dominus, qui animas hominum salvat, imitatores nos velit suae esse pietatis.* Dominus, qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos vult esse suae pietatis, ut peccantes quidem iustitia coherceat, conversos autem a misericordia non repellat.

334. *De religionis periculo ab uniuscuiusque pietatis conscientia removendo.* Removete, quaesumus, a vestrae pietatis conscientia periculum religiouis et fidei. Et quod in secularibus negotiis vestrae aequitati conceditur, in rerum divinarum pertractatione praestate, ut Christi euangelio vim non inferat humana praesumptio.

335. *Ut suarum rerum et omnium ecclesiarum sint communione contenti, quorum causa adhuc terminanda est.* Illud quod ab antecessoribus nostris constitutum est, et nos approbamus, ut suarum rerum omniumque ecclesiarum communione sint interim contenti, quousque a nobis causa terminetur.

336. *Ut non sinantur incurri, quorum causa incerta est.* Ne cuiusquam procaci inpudentique versutia, quasi incertum quid sequendum sit, sinatis incurri, cum ab euangelica apostolicaque doctrina nec in uno quidem verbo liceat discedere, aut aliter de scripturis divinis habere, quam beati apostoli et patres nostri didicerunt atque docuerunt.

337. *De his, qui a sedibus suis fuerunt pulsi, et alii in illorum locum substituti sunt.* Plurimos fratres sedibus suis pulsos et in exilia audivimus deportatos, atque in loco superstitum [i] alios substitutos. His primitus vulneribus adhibeatur medicina iustitiae, ne quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem errorem omnes relinquant. Nemini quidem perire honor debeat. Sed illis, qui pro fide laboraverunt, prius cum omni privilegio suo oportet ius proprium reformari.

338. *De his, qui non debent redire ad militiam secularem.* Quod ad militiam secularem post poenitentiam redire nemo debeat; nec eis iustam superesse querimoniam, qui se ab incoatis disceptationibus sponte subtraxerint.

339. *De his, quos oportet maiori auctoritate curari.* Si extiterint aliqui fratres desides vel neglegentes, quos oporteat maiori auctoritate curari, sic tamen est adhibenda correctio, ut semper sit salva dilectio. Unde apostolus Timotheum imbuens dicit: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem.* Quae moderatio si quibuscumque inferioribus membris ex apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus et coepiscopis nostris reddenda est?

340. *Ut non imponat aliquis alicui pondus, quod ipse ferre non valeat.* Sicut non vult aliquis gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii grave pondus imponere.

341. *Ut nullus apostolicus sanctiones temerare praesumat.* Ita unanimes divinis apostolicis constitutionibus serviatis, ut in nullo patiamini pia canonum decreta

a) criminali negotio *BAL.* b) nulle *G.* c) *deest G.* d) execrando *corr. G.* e) ex *corr.* et *G. BAL.* habet et ex. f) pestus *Bellov. BAL.* g) *deest BAL.* h) prorupta audatia *G.* i) superstitum *corr.* destitutorum *G.*

violari. Ut nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare.

342. *De amicitia et familiaritate servanda; quam qui non contendunt, facile servant.* Omnes, ut non contendant, protegat amicitia. Nam et apostolus ad Corinthios scribit: *Cum sint inter vos aemulationes et contentiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Nihil per contentionem neque per inanem gloriam; sed in humilitate mentis invicem aestimantes semetipsos non sua singuli respiciant, sed aliorum.*

343. *Ut alienae gentis homines ad exercitium imbuantur legibus.* Alienae gentis homines legibus ad exercitium imbui et permittimus et optamus. Ad negotiorum vero discussionem resultamus et prohibemus; quamvis enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus haerent.

344. *De servo non credendo, si super aliquem crimen obiecerit.* Servo penitus non credatur, si super aliquem crimen obiecerit, aut si etiam dominum suum in crimine impetierit. Nam si in tormentis positus exponat quod obicit, credi tamen illi nullo modo oportebit[a].

345. *Ut testes testimonium nisi praesentes non dicant.* Testes non absentes neque per epistolam testimonium dicant, sed praesentes quam noverunt et viderunt non taceant veritatem. Nec de aliis negotiis testimonium dicant, nisi de his tantummodo, quae sub praesentia eorum acta esse noscuntur. Super qua re sacra scriptura testatur dicens: *Damus*, inquiunt pharisaei ad milites, *vobis pecuniam, et dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli Iesu et abstulerunt eum.* Unde ait Augustinus: *Dormientes testes adhibes! Vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti. Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo testes sunt? Sed defecerunt scrutantes scrutationes.*

346. *De pactis et placitis conservandis.* Pacta vel placita, quae per scripturam legitime ac iustissime facta sunt, dummodo in his dies vel annus sit evidenter expressus, nullatenus inmutari permittimus.

347. *Quod haec sit vera caritas, qua Deus proximusque diligitur. Et idcirco ammonendi sunt omnes fideles, ut hanc observare curent.* Placuit, ut admoneantur omnes fideles, quod haec sit vera caritas, quia Deum diligit homo plusquam se, et proximum tanquam se; et quia nihil vult alii facere nisi quod sibi vult fieri, et plura, quae recenseri longum est. Nam quicumque in potu et cibo et dandis atque accipiendis rebus caritatem putant, non mediocriter errant, dicente apostolo: *Regnum Dei cibus et potus non est.* Nam et ipsa, quando cum caritate fiunt[b], bona sunt et inter virtutes computanda.

348. *Ut contra extraneos parentela aut propinquitas testimonium minime dicat.* Fratres, sorores, uterini, patrui, avunculi, materterae, seu eorum filii, item nepos, neptis, consobrini, vel amitini, seu etiam quidam ex propria consanguinitate in iudicio adversus extraneos testimonium dicere non permittimus; nisi forsitan parentes eiusdem cognationis inter se litem habuerint, aut in causa de qua agitur aliam omnino ingenuitatem deesse constiterit.

349. *Contra priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.* Filio vel heredi contra priorum iustam aut legitimam definitionem venire non liceat, quia iuste repellitur praesumptio illius, qui facta seniorum iniuste conatur inrumpere.

350. *Non est danda passim accusandi vel puniendi licentia.* Non passim damus accusandi vel puniendi licentiam, nisi aut manifestis indiciis patuerit scelus, aut legitime fuerit idipsum malum accusatum atque convictum; quatinus nulla videantur intentione vel ordine patrum transgredi praecepta sanctorum, aut obviare[c] sacris regulis antiquorum.

351. *Si de fure quis nesciens aliquid comparaverit.* Universam rem nulli ingenuo liceat de incognito homine comparare, nisi certe fideiussorem adhibeat, cui credi possit, ut excusatio ignorantiae auferatur. Quod si aliter fecerit qui comparaverit, a iudice districtus auctorem[d] praesentet infra tempus sufficienter a iudice constitutum. Quem[e] si non potuerit invenire, adprobet se aut sacramento aut testibus innocentem, quod eum furem nescierit; et quod apud eum agnoscitur, accepta pretii medietate[f] restituat; atque ambo datis invicem sacramentis promittant, quod furem fideliter quaerant. Quod si omnino furem invenire nequiverint, rem tantum, quae empta[g] est, domino rei emptor ex integritate reformet. Si vero dominus rei furem noverit et eum publicare noluerit, rem ex toto amittat, quam emptor quiete possideat. Haec et de servis forma servabitur.

352. *Ne testificentur manumissi.* Libertus vel liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere admittantur, excepto in aliquibus causis, ubi ingenuitas deesse dinoscitur, sicut praemissum[h] est et de servis; quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimonia ingenuis damna concutiant. Qui vero de eisdem fuerint progeniti, ad testimonium in tertia generatione admittantur.

353. *Si possessor per violentiam expellatur.* Quicumque violenter expulerit possidentem, priusquam pro ipso iudicis sententia procedat, si causam meliorem habuerit, ipsam causam, de qua agitur, perdat: ille vero, qui violentiam pertulit, universa in statu quo fuerant recipiat, et quae possedit securus teneat. Si vero illud invadit, quod per iudicium obtinere potuerit, et causam amittat, et aliud tantum, quantum invasit, reddat expulso.

354. *Si ad diripiendum quisque alios invitasse reperiatur.* Si quis ad diripiendum alios invitaverit, ut cuiuscumque rem evertat[i], aut pecora vel animalia quaecumque diripiat[k], illi, cuius res direpta est, in septuplum quae sublata sunt restituat. Hi vero, qui cum ipso fuerint, si ingenui sint, quinos solidos conponere conpellantur; aut si non habuerint, unde conponant, centum[l] quinquaginta flagella suscipiant. Si vero servi hoc sine domini voluntate commiserint, centenis quinquagenis flagellis verberentur, et ab eis res omnes integro in statu reddantur.

355. *Ut socios suos nominet, apud quem pars rapinae fuerit inventa.* Apud quem scelus agnoscitur et pars rapinae fuerit inventa, statim socios suos nominare cogatur. Quod si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quod si honestior persona est, et pro scelere rationem reddat et quae ablata vel eversa fuerant, quadrupli conpositione[m] restituat. Quod si certe apud servum rapinae pars reperiatur, centum quinquaginta[n] flagella publice extensus accipiat, et socios suos nominare non differat.

356. *De his qui diripienda indicare repperiuntur.* Quicumque ingenuus vel servus aliquid diripiendum indicaverit, ut cuiuscumque res evertatur aut pecora vel iumenta diripiantur, et ex hoc certis probationibus publice convictus inveniatur, pro eo quod indicavit, si[o] ingenuus est, quae eversa vel ablata sunt legibus in duplo restituat et nobis bannum nostrum, id est sexaginta solidos, conponat. Si vero servus vel colonus fuerit, centum quinquaginta[p] flagella publice extensus bene impressa[q] accipiat, et insuper ea, quae ablata sunt, secundum suam legem restituat.

357. *De non suscipienda criminatione adversus doctorem, neque accusatorem adversus eum audiendum.* Criminationes adversus doctorem nemo suscipiat, nemo audiat; quia indignum est, ut hi, qui throni Dei vocantur, aliqua motione turbentur.

358. *Ne unus episcopus cognitionem sibi vindicet.*

a) oportebat *G.* b) fiant *G.* c) obviari *G.* d) *sic G. et Lex Wisig.* aut repraesentet *BAL.* e) quam *BAL.* f) acceptam p. medietatem *G.* g) rem quantum empta est *BAL.* h) permissum *G.* i) evertant *BAL.* k) diripiant *BAL.* l) *deest in fonte huius cap., lege Wisig.* m) quadrupliciter. *BAL.* undecupli *lex Wisig.* n) CC *lex Wisig.* o) *sequentia non habet lex Wisig.* p) C icta *G.* q) pressa *G.*

Placuit, ut unus episcopus non vindicet sibi cognitionem.

359. *Ut hi, quorum libertas nescitur, nequaquam accusent sacerdotes.* Quorum fides, vita et libertas nescitur, non possint accusare sacerdotes.

360. *Ut absentes non iudicentur.* Adversus absentes non iudicetur. Quod si factum fuerit, prolata sententia non valebit.

361. *De his qui falsa aliis inrogant.* Omnis qui falsa aliis intulerit, puniatur et [a] pro falsitate ferat infamiam.

362. *Ne viles personae ad accusandum sacerdotes admittantur.* Viles personae nullatenus admittantur ad accusationem sacerdotum.

363. *Ne iudices causam persone absentis sua sententia praesumant.* Caveant iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam ferant; quia irrita erit, immo et causam in synodo pro facto [b] dabunt.

364. *Ne aliquis criminosus episcopum accuset.* Nulli criminoso liceat episcopum accusare.

365. *Quod qui episcopum accusat, Dei ordinationem accusat.* Dei ordinationem accusat, in qua constituuntur, si quis episcopos [c] accusat vel condemnat [d], dum minus spiritalia quam terrena sectatur.

366. *Ut litem habentes, sive petitor, seu possessor, si antistitum iudicium elegerint, ad eos dirigantur.* Volumus atque praecipimus, ut omnes ditioni nostrae Deo auxiliante subiecti, tam Romani, quam Franci, Alamani, Baiowarii, Saxones, Thuringii, Fresones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Wascones, Beneventani, Gothi, Hispani ceterique nobis subiecti omnes, licet quocumque videantur legis vinculo constricti vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sextodecimo Theodosii imperatoris libro, capitulo videlicet 11, ad interrogata Ablavii ducis illi et omnibus rescriptam sumpsimus, et inter nostra capitula pro lege tenenda consultu omnium fidelium nostrorum tam clericorum quam et laicorum posuimus legem cunctis perpetuo tenendam [e], id est: *Quicunque litem habens, sive possessor sive petitor fuerit, vel in initio litis, vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur, sive cum iam coeperit promi sententia si iudicium elegerit sacrosanctae legis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim quae in iudicio captiosae praescriptionis vincula promi non patiuntur, investigat et promit sacrosanctae religionis auctoritas. Omnes itaque causae, quae vel praetorio iure [f] vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatae perpetuo stabilitatis iure firmentur; nec liceat ulterius retractari iudicium, quod episcoporum sententiis deciderit. Testimonium etiam ab uno licet episcopo perhibitum omnes iudices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum testimonium episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis illibatae protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus malitiosa litium semina comprimentes; ut miseri homines longis ac pene perpetuis actionum laqueis implicati ab inprobis petitionibus vel a cupiditate praepropera [g] maturo fine discedant. Quicquid itaque de sententiis episcoporum clementia nostra censuerat, etiam hac sumus lege complexi, gravitatem tuam et caeteros pro utilitate omnium imperpetuum observare conveniat.*

367. *Ut ea illibata serventur, quae patrum auctoritas catholicorum lege instituit.* Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione submota integra et inviolata conservari [h] praecipimus.

368. *Ut privilegia, quae propter religionem instituta sunt, nulla interminatione nova mutilentur* [i]. Non novum aliquid praesenti sanctione praecipimus, sed illa, quae olim videntur indulta, firmamus. Privilegia igitur, quae olim reverentia religionis obtinuit, mutilari [k] sub poenae etiam interminatione prohibemus; ita quoque ut qui ecclesiae optemperant, his quibus ecclesia [l] beneficiis perfruantur.

369. *Ut si chorepiscopi aliquam consecrationem aut confirmationem fecerint, ab episcopis canonice reformentur.* Hominum confirmatio, ecclesiarum, altarium, virginum, krismatum, presbiterorum, diaconorum et subdiaconorum consecrationes a chorepiscopis actae ab episcopis canonice ordinatis sunt reformandae canoniceque peragendae [m], quia chorepiscopi haec contingere non debuerunt nec agere potuerunt. Non enim ea tribuere valuerunt, quae non habent [n]. Nequaquam enim talis ordinatio vel consecratio reiteratio esse a prudentibus et recte sapientibus videtur, sed irrita talis ordinatio et confirmatio ac consecratio indubitanter fore agnoscitur. Si quis autem chorepiscoporum aliquid ex praedictis agere temptaverit, non acta, sed imperfecta atque irrita erunt, et ipse omni ecclesiastico inrevocabiliter careat gradu.

370. *De generali totius populi supplicatione apud principem pro sacerdotum causa, ne in hostem aut pugnam pergerent, et quale eis omnibus ex hoc iumineat periculum. Ex capitulis domni Karoli imperatoris Wormatia generaliter decretis atque ab omnibus* [o] *firmatis et cunctis pro lege tenendis contraditis.* Flexis omnes praecamur poplitibus maiestatem vestram, ut episcopi deinceps sicut hactenus non vexentur hostibus; sed quando vos nosque in hostem pergimus, ipsi propriis resideant in parochiis Deoque fideliter famulari studeant et eorum sacrosancta misteria [p] canonice et Deo placide peragere satagant, atque pro vobis et cuncto exercitu vestro una cum omnibus sibi commissis orare viriliter missasque decantare et letanias atque elimosinas agere decertent. Quosdam enim ex eis in hostibus et praeliis vulneratos vidimus, et quosdam perisse cognovimus. Haec vero valde periculosa et oppido sunt cavenda. Quae idcirco suggerimus, ne pro talibus vos et nos simul pereamus. Novit Dominus, quando eos in talibus videmus, terror adprehendit nos, et quidam ex nostris timore perterriti propter hoc fugere et inimicis terga vertere solent. Plures enim potestis habere praeliatores, si illi propriis resident in parrochiis, quam si vobiscum pergunt; quoniam illi, qui eos praevident, omnes tunc pugnabunt; quod modo nequaquam faciunt, sed eos tantummodo custodiunt. Nam sine dubio potius vobis nobisque proficere possunt, si remanserint, quam si in hostem vel ad pugnam perrexerint: quia tunc eorum precibus adiuvamur, et modo eorum pressuris gravamur. Quando vero Moyses expansis ad coelum manibus orabat, vincebat Israhel; et quando a praecibus cessabat et manus eius gravabantur, priusquam sustentatae fierent et ipse praecibus insisteret, vincebatur et terga vertebat. Talibus ergo et multis aliis exemplis fulti, quorum polixitatem vitantes [q] modo non dicimus, quia sapienti semel dicta sufficiunt [r] praedicta obnixe omnes praecamur et ut concedantur rogamus; quia nullatenus volumus adsentire [s], ut nobiscum ad talia pergant nisi duo aut tres bene docti, electione videlicet caeterorum, ad benedictionem dandam et ad periclitantium reconciliationem fa-

a) *deest G.* b) facito *G.* c) episcopum *BAL.* d) contempnat *corr.* contempnit *G.* e) lege c. perpetua (*sic etiam G. primo scripserat, sed correxit postea*) tenenda *BAL.* f) iurae *G. saepius.* g) perpetua *BAL.* h) custodiri *BAL.* i) n. d. *desunt G.* k) mutuari *G.* l) o. ecclesiae b. *BAL.* m) factae ab e., qui c. ordinati sunt, r. c. sunt p. *BAL.* n) nec agere — habent *BAL. uncis inclusa post* irrita *collocavit, omissis ibi vocibus* talis o. et c. ac c. o) hominibus *G.* p) ministeria *BAL.* q) prolixitate victi *BAL.* r) *comma post* praedicta *posuit BAL.* s) *deest BAL.*

ciendam, ne vos et nos simul cum pluribus pereamus, sed eorum praecibus, ut iam memoratum est, fulciamur. Quam formam et de sacerdotibus tenere optamus, id est ut nec illi in hostem nisi bene docti et ipsi electione atque permissione propriorum episcoporum; qui tamen tales sint, de quorum scientia et vita ac conversatione omnes securi esse possimus. Illud tamen vel vos vel omnes [a] scire cupimus, quod non propterea haec petimus, ut eorum res aut aliquid ex eorum pecuniis, nisi ipsis aliquid sponte nobis dare placuerit, aut eorum ecclesias viduare cupiamus, sed magis eis, si Dominus posse dederit, augere desideramus; ut et ipsi et vos et nos salviores simus et Deo potius ipso adminiculante placere mereamur. Scimus enim res ecclesiae Deo esse sacratas; scimus eas esse oblationes fidelium et precia peccatorum [b]. Quapropter si quis eas ab ecclesiis, quibus a fidelibus collatae Deoque sacratae sunt, aufert, procul dubio sacrilegium committit. Coecus enim est, qui ista non videt. Quisquis ergo nostrum suas res ecclesiae tradit, domino Deo illas offert atque dedicat suisque sanctis, et non alteri, dicendo talia et agendo ita. Facit enim scripturam de ipsis rebus, quas Deo dare desiderat, et ipsam scripturam coram altari aut supra tenet in manu, dicens eiusdem loci sacerdotibus atque custodibus: *Offero Deo atque dedico omnes res, quae hac in cartula tenentur insertae, pro remissione peccatorum meorum ac parentum et filiorum* (aut pro quocunque [c] illas Deo libare voluerit) *ad serviendum ex his Deo in sacrificiis missarumque solemniis, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum elimosinis et caeteris divinis cultibus atque illius ecclesiae utilitatibus. Si quis autem eas inde, quod fieri nullatenus credo, abstulerit, sub poena sacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, districtissimas reddat rationes.* Ponit etiam [d] in ea alias coniurationes, quas enumerare longum est. Nam qui eas inde postea aufert, quid agit nisi sacrilegium? Si ergo amico quippiam rapere furtum est, ecclesiae vero fraudare vel auferre indubitanter sacrilegium est. Unde et in sacris canonibus spiritu Dei conditis habetur ita: *Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere vel dare voluerit praeter episcopi conscientiam vel eius, cui huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.* Absit enim, ut rerum ecclesiasticarum cupiditate vel ablatione sacrilegi aut anathema efficiamur aut talibus laqueis umquam devinciamur; quoniam scimus anathematos homines vel sacrilegos non solum infames et a consortio fidelium, priusquam haec per publicam satisfactionem ecclesiae et episcoporum reconciliationem manusque impositionem emendent, alienos esse, sed etiam a regno Dei extorres fieri, si in talibus defecerint, non dubitamus. Ut ergo omnis suspicio a nobis cunctis sacerdotibus et omnibus Christi et sanctae Dei ecclesiae fidelibus funditus auferatur, profitemur omnes, stipulas dextris in manibus tenentes easque propriis e manibus eicientes, coram Deo et angelis eius ac vobis cunctisque sacerdotibus et populis [e] circumstantibus, nec talia facere nec facere volentibus consentire, sed magis Deo auxiliante resistere. Et hoc vobis omnibusque fidelibus sanctae ecclesiae et nostris notum esse cupimus, quod cum his, qui absque voluntate aut consensu vel datione rectoris illius ecclesiae, cuius res iuste esse debentur, et maxime proprii episcopi res ecclesiae a regibus petere aut retentare vel auferre aut invadere vel vastare praesumpserint, nec in hostem nec ad pugnam ire, nec cibum sumere, nec ad ecclesiam vel ad palatium aut in itinere pergere, nec etiam nostros homines cum eorum hominibus, aut caballos vel reliqua pecora cum eorum pecoribus aut ad pastum ire aut [f] simul habitare vel manere, nec ullam participationem cum eis nisi pro emendatione, ante publicam emendationem et ecclesiae satisfactionem umquam scienter aut libenter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus atque flagitiis una cum eis et nos et nostri, quod absit, pereamus. Scimus enim, quod perit iustus pro impio. Tales vero a nobis, si nos fideles habere [g] vultis, segregate et in ergastulum sub publica poenitentia redigite, et postulata concedite. Ut ergo haec omnia a vobis et a nobis, sive a successoribus vestris et nostris, futuris temporibus absque ulla dissimulatione conserventur, scriptis ecclesiasticis inserere iubete et inter vestra capitula interpolare praecipite. *Quod ita factum esse omnibus liquet.*

371. *Ne episcopi ad bella pergant. Concessio domni Karoli imperatoris.* Omnibus notum esse volumus, quia non solum ea, quae super episcoporum et presbiterorum hostium vexationibus et precibus pro nobis et vobis fieri rogitastis, concedere optamus, sed quicquid pro sanctae Dei ecclesiae et sacerdotum sive totius populi et vestra utilitate inveneritis, concedere paratissimi sumus. Et modo ista, sicut petistis, concedimus; et quando vita comite Deo auxiliante ad generale placitum venerimus, consultu omnium fidelium nostrorum scriptis firmare, nostris nostrorumque atque futuris temporibus inrefragabiliter manenda firmissime Domino amminiculante cupimus. Modo ea, quae generalia sunt et omnibus conveniunt ordinibus, statuere ac cunctis sanctae Dei ecclesiae nostrisque fidelibus ob Dei omnipotentis amorem et recordationem tradere parati sumus, et ad proximum synodalem [i] nostrum conventum ac generale placitum, ubi plures episcopi et comites convenerint, ista sicut postulastis firmabimus.

372. *Ex quibus supra. Sacerdotibus omnibus* [k]. Primo omnium monemus, ut fides catholica a presbiteris et episcopis diligenter legatur et omni populo praedicetur; quia hoc primum praeceptum Domini omnipotentis in lege est dicentis: *Audi, Israel: dominus Deus tuus Deus unus est.* Et ut diligatur ex toto corde et ex tota mente et ex tota virtute.

373. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus* [l]. Ut pax sit et concordia et unanimitas cum omni populo christiano inter episcopos, abbates, comites, iudices, et omnes ubique maiores seu minores personae [*] pacem habeant; quia nihil Deo sine pace placet, nec munus sanctae oblationis ad altare, sicut in euangelio ipso Domino praecipiente legitur; quia et illud secundum mandatum est: *Diliges proximum tuum sicut temetipsum.* Item in euangelio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et iterum: *In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim praecepto discernuntur filii Dei et filii diaboli; quia filii diaboli semper dissensiones et discordias movere satagunt: filii autem Dei semper paci et dilectioni student.

374. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.* Item habemus in lege Domini mandatum: *Non auguriamini* [m]. Et in deuteronomio: *Nemo sit, qui ariolos sciscitetur* [n] *vel somnia observet vel auguria intendat.* Item: *Nemo sit maleficus nec incantator nec fitonis consultor* [o]. Ideo praecipimus, ut cauculatores [p] et incantatores vel tempestarii [q] vel obligatores non fiant, et ubicumque sunt emendentur vel damnentur [r]. Item de arboribus vel petris vel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria vel alias observationes faciunt, omnino mandamus, ut iste pessimus usus et Deo exsecrabilis ubicumque invenitur, tollatur et destruatur.

375. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.* Item ut homicidia infra patriam, sicut lege Domini inter-

a) *sic G. in loco raso;* tamen nobis et omnibus *BAL.* b) scimus enim — peccatorum *desunt BAL.* c) procumque *G.* d) r. penitentiam in ea aliasq° *G.* e) p. eius c. *G.* f) *deest BAL.* g) habere *corr. ab alia manu* haberi *G.* h) relinquat *G.* i) synodale *G.* k) ex q. sacerdot. supra o. *G.* l) *deest G.* *) personas *G.* m) auguriemini *BAL.* n) scitetur *G.* o) consulator *G.* p) p. aut iaculatores aut inc. *G.* q) vel temptarii *superscriptum G.* r) v. d. *desunt G.*

dictum est, nec causa ultionis nec avaritiae nec latrocinando fiant. Et ubicumque inventa [a] fuerint, a iudicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur. Et non occidatur homo nisi lege iubente.

376. *Ex quibus supra. Sacerdotibus omnibus.* Ut episcopi diligenter discutiant per suas parrochias presbiteros, ut eorum fidem, baptisma et missarum celebrationes bene sciant, et ut fidem rectam teneant et baptisma catholicum observent, et missarum praeces bene intellegant, et ut psalmi digne secundum divisiones versuum modulentur, et dominicam orationem ipsi intellegant et omnibus praedicent intellegendam, ut quisque sciat, quid petit a Deo. Et ut *gloria Patri eiusque Filio et Spiritui sancto* cum omni honore apud omnes canatur, et ipse sacerdos cum cunctis angelis et populis Dei communi [b] voce, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* cantet. Et omnimodis dicendum est presbiteris et diaconibus, ut arma non portent, sed magis confidant in defensione [c] Dei, quam in armis.

377. *Ex quibus supra. Aliquid sacerdotibus, aliquid populo.* Item placuit nobis admonere reverentiam vestram, ut unusquisque vestrum praevideat per suam parrochiam, ut ecclesia Dei suum habeat honorem, simul et altaria secundum suam magnitudinem venerentur, et non sit domus Dei et altaria sacrata pervia canibus, et ut vasa sacrata Deo cum magna veneratione habeantur, et ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur, qui digni sunt, vel cum honore serventur, et ut secularia negotia vel vana gloria in ecclesiis non agantur; quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum. Et ut intentos habeant animos ad Deum, quando veniunt ad missarum sollemnia; et non exeant ante completionem benedictionis sacerdotalis.

Sex sunt, quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes sanguinem innoxium, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

Qui secundum Deum sapiens est, secundum Deum beatus est. Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod [d] nescias. Ubi fuerit superbia, ibi et contumelia erit: ubi autem humilitas, ibi et sapientia: ubi non est gubernator, populus corruet in malum. Melius autem est, ubi multa consilia: Deus enim in caelo, et tu super terram. Idcirco sint tibi pauci sermones. Multas curas secuntur somnia, et in multis sermonibus invenitur stulticia.

Obsecramus omnes, ut bonam et probabilem habeant conversationem, sicut ipse Dominus in euangelio praecepit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est;* ut eorum bona conversatione multi pertrahantur ad servitium Dei. Et non solum servilis conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios congregent [e] sibique socient. Et ut scolae gentilium puerorum fiant. Psalmos, notas, cantum, compotum, grammaticam per singula monasteria vel episcopia, et libros catholicos bene habeant emendatos: quia saepe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt per mendosos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite eos [f] vel legendo vel scribendo corrumpere. Et si opus est euangelium, psalterium, missale [g] scribere, perfectae aetatis homines scribant cum omni diligentia.

378. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.* Ut aequales mensuras et rectas et pondera iusta et aequalia omnes habeant, sive in civitatibus, sive in monasteriis, sive ad dandum, sive ad accipiendum, sicut in lege Domini praeceptum habemus. Item in Salomone, Domino dicente: *Pondus et pondus, mensuram et mensuram odit anima mea.* Et hoc nobis competens et venerabile videtur, ut hospites peregrinique et pauperes susceptiones regulares et canonicas per loca diversa habeant; quia ipse Dominus dicturus erit in remuneratione magni diei: *Hospes eram, et suscepistis me.* Et apostolus hospitalitatem laudans dixit: *Per hanc quidam placuerunt Deo, angelis hospitio susceptis.*

379. *Ex quibus supra. Aliquid sacerdotibus, aliquid populo.* Item ut isti mangones et isti cociones, qui sine omni lege vagabundi vadunt per istam terram, non sinantur vagare et deceptiones in hominibus agere; qui [h] nudi cum ferro dicunt alicubi datam sibi penitentiam, vagantes discurrunt. Melius enim videtur, ut si aliquid inconsuetum et capitale crimen commiserint, in uno loco permaneant laborantes et servientes et penitentiam agentes, secundum quod sibi canonice inpositum sit.

380. *Ex quibus supra. Generaliter omnibus.* Statuimus secundum quod in lege Dominus praecepit, ut opera servilia diebus dominicis non agantur, sicut et bonae memoriae genitor noster in suis synodalibus edictis mandavit, ut viri talia opera non exerceant, hoc est nec in vinea colligendo, nec in campis arando, metendo vel foenum secando, vel sepem ponendo, nec concides stirpare, vel arbores caedere, vel in petris laborare, nec domus construere; nec in horto laborent, nec ad placitum conveniant, nec venationes exerceant. Sed tria tantummodo opera, si necessitas ingruerit summa, agant, et non alia, id est carra hostilia vel victualia vel si forte necesse fuerit corpus cuiuslibet ducere ad sepulchrum. Item similiter mulieres [i] opera textrilia non faciant, nec capulent, nec consuant, nec opera pectilia faciant, nec lanam carpere, nec linum battere, nec in publico vestimenta lavare, nec vervices tondere habeant licitum, ut omnimodis honoretur dies dominicus, requiesque servetur; quatinus ad missarum solemnia et ad ecclesiam undique libere conveniant, et laudent Deum pro omnibus bonis, quae nobis in illa die fecit. Legimus enim apostolo dicente: *Manifesta autem sunt opera carnis; quae sunt fornicationes, inmundiciae, luxuriae, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, irae, rixae, dissensiones, haereses, sectae, invidiae, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia; quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Ideo haec eadem, quae magnus praedicator in ecclesia Dei singillatim nominavit, cum studio prohibete, intellegentes, quam sit terribile illud quod dixit: *Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Et omni instantia praedicate fidem tenendam Domino. De humilitate vero et paciencia, de castitate et continentia, de benignitate et misericordia, de elemosinis et confessione peccatorum suorum, et debitoribus suis ut secundum dominicam orationem omnibus sua debita dimittant, cunctos monete.

381. *Ex quibus supra. Sacerdotibus omnibus.* Studendum est episcopis, ut dissidentes fratres magis ad pacem, quam ad iudicium cohortentur.

Auctoritas ecclesiastica atque canonica docet, non debere absque sententia Romani pontificis concilia caelebrare.

Episcopi intercessionem praestent his, qui iniqua vi opprimuntur.

Nullus episcopus nisi in legitima synodo et suo tempore apostolica atque canonica vocatione congregata super quibusdam criminibus pulsatus audiatur.

Nemo episcopum apud iudices seculares accusare praesumat, sed apud primates suos.

Accusatores et accusationes, quas leges seculi [k] non adsciscunt, canonica funditus repellit auctoritas.

Variis detractionibus et accusationibus non decet labefactari primatem, sed magis patrum regulis robo-

a) inventi *G.* b) communa *corr. ab eadem manu* communi *G.* cum una *BAL.* c) oratione *B.* d) quas *B.* e) congregentur *G.* f) sinatis (eos *deest*) *BAL.* g) missalem *BAL.* h) qui dimidicum ferro d. se alicubi data sibi penitentia *G.* i) *deest BAL.* k) *superscriptum* vel dei *G.*

rari. Nam et Liberius papa pro Athanasio duobus annis in exilio trusus est, et multi alii episcopi, qui eum damnare noluerunt, exilio sunt damnati: quorum exemplum omnes convenit sequi sacerdotes.

Multum derogatio praevalet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo non omnes admittendi sunt, sed viri probatissimi. Primo semper persona, fides, vita et conversatio accusantium inquiratur. Et postea, quae obiciuntur, fideliter pertractentur; quia nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius vita discutiatur.

Non est auctoritas, quemquam clericorum iudicare vel dampnare, antequam accusatores praesentes habeat, locumque defendendi[a] accipiat ad abluenda crimina.

Omnis accusatio intra provinciam audiatur, et a conprovincialibus terminetur. Ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur.

Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis litiget.

Non est iustum iudicare aut condemnare virum, cuius causa ad liquidum non est examinata.

Maior a minore non potest iudicari.

Iudicis non est quemlibet iudicare vel condempnare absque legitimo accusatore; quia et Dominus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus.

Episcopos eiectos atque suis rebus expoliatos in sedes proprias recipi et sua omnia legaliter primo eis reddi sancti canones decreverunt; et postea si quis eos accusare vellet, aequo periculo facere sanciverunt, iudices esse decernentes episcopos recte sapientes in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur.

Placuit, ut si quaecumque persona contra episcopum vel actores ecclesiae se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat caritatis studio; ut familiari colloquio commonitus ea sanare debeat, quae in querimoniam deducuntur. Quam rem si differre[b] voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis.

Si quae causae vel contentiones inter clericos et laicos tam maioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortae, placuit, ut secundum synodum Nicenam congregatis omnibus eiusdem provinciae episcopis iurgium terminetur; nec cui liceat, sine praeiudicio tamen ecclesiae Romanae, cui[c] in omnibus causis debetur reverentia custodiri relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias motu divino gubernant, ad alias convolare provincias vel aliarum provinciarum episcoporum iudicium expeti vel pati, nisi fuerit provocatum. Quod si quis praesumpserit, et ab officio cleri depositus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

Si autem maiores causae in medio fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, per iudicium episcopale referatur.

Prudentissime iustissimeque decreta Niceni concilii sive Africani decreverunt, quaecumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda; maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suae provinciae vel etiam universale provocare.

Servata quae scripta est de gubernationibus regula manifestum est, quod illa, quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciae synodus dispensat, sicut Niceno constat decretum esse concilio.

Si quis episcopus super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur vel iudicetur qui sunt in provincia episcopis.

Quaecumque sunt ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suae dioceseos synodis audiantur.

Unaquaeque provincia suo metropolitano et suis conprovincialibus episcopis sit contenta.

Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus: *Amen*. Et reliqua.

Qui[d] sunt supra diocesim episcopi, nequaquam ad ecclesias, quae sunt extra praefixos sibi terminos, accedant, nec eas aliqua praesumptione confundant.

Non oportet transferri terminos a patribus constitutos, ut alter alterius parrochiam invadat atque illic celebrare divina mysteria inconsulto episcopo[e], cui commissa est, praesumat.

382. *Ex capitulis domni Karoli regis anno regni eius undecimo actis. De his, qui infra regnum sine iussione dominica per vim aliquid rapuerint.* Si quis in exercitu infra regnum sine iussione dominica per vim hostilem aliquid praedari voluerit, aut foenum tollere, aut granum, sive pecora maiora vel minora, domusque infringere vel incendere: haec ne fiant omnino prohibemus. Quod si ab aliquo praesumptioso factum fuerit, sexaginta solidis, si liber est, sit culpabilis et omnia similia restituat, aut cum duodecim testibus se purget[f]. Si vero servus hoc fecerit, capitali sententiae subiaceat, et dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit nec custodivit, ut talia non perpetraret: quoniam si nos ipsos comedimus, cito deficiemus. Unusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua depraedatio infra regnum fiat, qui non vult legibus emendare, quae sibi commissi iniuste fecerunt[g]. Dignum est enim, ut magistri vel seniores pro sibi commissis reddant rationes, si aliquid praedae egerint aut iniuste fecerint, eo quod eos ita correctos non habent, ut talia non audeant perpetrare.

383. *Ex capitulis domni Ludowici Inghilenaim[h] apostolica auctoritate et synodali sanctione omnium videlicet clericorum ac laicorum generaliter consensu atque hortatu, decretis.* Si quis infra regnum rapinam fecerit aut cuiquam nostro fideli eiusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulit legibus conponat, et insuper bannum nostrum, id est sexaginta solidos, nobis persolvat. Postmodum vero ante nos a comite adducatur, ut in bastonico retrusus, usque dum nobis placuerit, poenas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat poenitentiam iuxta sanctorum canonum sanctionem; si vero occulte, sacerdotum consilio ex hoc agat poenitentiam: quoniam raptores, ut ait apostolus, nisi veram egerint poenitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ecclesiarum aliquid abstulerit, gravius inde iudicetur; quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est et sacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abstulerit aut rapuerit. Extorres namque a liminibus sanctae matris ecclesiae tales personae usque ad satisfactionem ecclesiae, quam laeserunt, sunt habendae atque infamia notandae.

384. *De eo, qui facultatem depraedationis dederit malitiosa factione, ut vivus conburatur.* Si quis scelerata factione facultatem depraedationis dederit, vel si quis factam diviserit, vivus conburatur.

385. *Ut vexatio in praediis ecclesiarum praesumpta ab universis depellatur.* Ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia sibi coelestium sacrorum dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis praesumpserit, post debitae ultionis acrimoniam quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio publicae deportationis uratur.

386. *Ut capitale supplicium excipiat, qui violentiam commisisse dinoscitur.* Qui manifestam detegitur commisisse violentiam, non iam relegatione aut deportatione insulae plectatur, sed supplicium capitale excipiat, nec interposita provocationis sententia, quae in eum fuerit[i] dicta, suspendatur: quoniam multa facinora sub uno violentiae nomine continentur, cum aliis vim inferre tentantibus, aliis cum indignatione resistentibus verbera caedesque crebro deteguntur admissae. Unde placuit,

a) l. se d. *BAL.* b) deferre *G.* c) quae *G.* d) quae *G.* e) eo *G.* f) t. depurget *G.* g) fecerint *BAL.* h) Ingilinum *G.* i) fuerint *BAL.*

ut si forte quis vel ex possidentis parte, vel ex eius, qui possessionem temerare temptaverit, interemptus sit, in eum supplicium exeri[a], qui vim facere tentaverit, et alterutri patri causam malorum praebuit.

5 387. *De eo, qui sibi indebitum locum usurpaverit.* Si quis indebitum sibi locum usurpaverit, nulla se ignoratione defendat, sitque plene sacrilegii reus, qui hoc agere temptaverit.

388. *Ut inviolata permaneant, quae diversi principes* 10 *circa sanctas ecclesias statuerunt.* Quaecumque circa sacrosanctas ecclesias a principibus diversis sunt statuta, manere inviolata praecipimus.

389. *Ut si ecclesiae privilegia alicuius temeritate fuerint corrupta, piaculum quinque[b] librarum auri poena mul-* 15 *tetur.* Si ecclesiae venerabilis privilegia cuiusquam fuerint temeritate violata vel dissimulatione neglecta, commissum quinque librarum auri condempnatione plectatur.

390. *Ut quae diversi principes statuerunt, vel antistites singuli pro causis ecclesiasticis obtinuerunt, incon-* 20 *vulsa perpetuo serventur.* Quaecumque a divis principibus constituta sunt, vel singuli quique antistites pro causis ecclesiasticis impetrarunt, sub poena sacrilegii iugi et solida aeternitate serventur. Clerici non secularibus iudicibus, sed episcopali audientiae reserventur: 25 fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.

391. *De privilegiis ecclesiarum, quatinus incorrupta persistant.* Praecipimus, ut privilegia, quae ecclesiis et clericis lege concessa sunt, maneant incorrupta.

30 392. *Quod servari debeat potius quam auferri, quod sanctae Dei ecclesiae fuerit collatum.* Iniquum est et sacrilegii instar, ut quae pro salute vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his, quibus maxime servari conve- 35 nerat, auferri et in aliud transferri.

393. *Ut laicis quamvis religiosis, nulla sit disponendi de rebus ecclesiae data facultas.* Laicis quamvis religiosis, nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur umquam adtributa facultas.

40 394. *Quod praedones ecclesiae sacrilegi sint, sicut scripturae testimonio conprobatur.* Sacrilegi sunt ecclesiae praedones. Unde et in concilio Agathensi sub quarto capitulo decretum habetur ita: *Amico quippiam rapere furtum est: ecclesiae vero fraudari vel abstrahi subripique* 45 *sacrilegium.* Omnes enim contra leges facientes resque ecclesiae diripientes vel ecclesias sacerdotesque contra divinas sanctiones vexantes sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames sacrilegique habendi sunt.

395. *Quod ea, quae Domino consecrantur, ad ius* 50 *ecclesiasticum pertineant.* Ea, quae Domino offeruntur vel consecrantur, ad ius pertinent sacerdotum. Et sacrilegi sunt omnes, qui ea auferunt vel in aliud transferunt.

396. *Ut si quis dignitatem praesumpserit, quam* 55 *non meruit a principe vel iusto seniore, sacrilegus habeatur.* Si quis praesumpserit quam non meruit a principe vel seniore dignitatem, sacrilegus habeatur.

397. *Ut illi, qui diversis sceleribus implicati sunt, ad testimonium non admittantur.* Homicidae, malefici, 60 fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri et qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque decucurrerint, nullatenus erunt ad accusationem vel ad testimonium admittendi.

398. *Ne ante iudex iaculetur in reum sententiam,* 65 *quam ipse confiteatur aut socii sui eum convincant.* Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse confiteatur, aut convictus per innocentes testes vel socios criminis sui manifestius convincatur.

70 399. *Non esse iudicandum adversus absentes.* Adversus absentes non iudicetur. Quod si factum fuerit, prolata sententia non valebit.

400. *Ne episcopus quilibet alium conculcet episcopum.* Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum, nec eum supergrediatur, aut aliquod incommodum ei in sua faciat parrochia.

401. *De episcopo deposito, qui se ad Romanum pontificem reclamaverit.* Si quis episcopus depositus agendum sibi negotium in urbe Roma proclamaverit, alter episcopus in eius cathedra post apellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit iudicio Romani episcopi determinata.

402. *Ne in praedicatores ecclesiae detractiones seu vituperationes fiant; quod canonica scriptura damnat.* Quod omnibus fidelibus omnibusque ordinibus summopere cavendum sit, ne clanculo aut publice unctum Domini detractionibus et vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariae, quae eo, quod Moysi famulo Domini propter Aethiopissam detraxit, inmunditia leprae multata sit. Et illud psalmistae: *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.* Et Dominus per Moysen ait: *Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices.* Et si David, regum iustissimus, in Saul, quem constabat iam a Domino reprobatum et abiectum esse, manum mittere non praesumpsit, multo magis cavendum est, ne manum detractionis aut vituperationis sive indiscretionis aut dehonorationis quidam mittant in unctum Domini et in praedicatores sanctae Dei ecclesiae.

403. *Quod episcopi inter se corrigere, si quid ortum fuerit, debent.* Constantinus imperator de accusationibus episcoporum ait: *Hae quidem accusationes tempus habent proprium, id est diem magni iudicii, iudicem vero illum, qui tunc futurus est omnes iudicare. Mihi ergo homini constituto de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium et simul accusatorum, quos minime convenit tales debere monstrari, qui iudicentur ab aliis.* Imperator quoque Valentinianus de episcoporum causis sic ait: *Supra nos,* inquit, *est vestrum negotium. Et ideo vos de vestris inter vos agite causis, quia supra nos estis.* Et reliqua.

404. *De sacrilegis, quod fures sint teste scriptura.* Omnibus sciendum est, quod sacrilegi fures sint cuncti, qui res ecclesiae diripiunt, vastant, invadunt vexantque, aut a iure ecclesiarum quibus traditae fuerant, iniuste alienant. Unde et beatissimus Augustinus in omelia quadragesima octava euangelii Iohannis ita dicit: *Ecce inter sanctos est Iudas: ecce fur est Iudas; et ne contempnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur, fur loculorum, sed dominicorum loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscumque furti et peculatus (peculatus[d] enim dicitur furtum de re publica, et non sic iudicatur furtum rei privatae quomodo publicae) quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non undecumque tollere, sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia aufert vel furatur, Iudae perdito comparatur.* Nota, quod aliquid[e] de ecclesia tollere furtum esse beatus Augustinus asseveret, et patratorem tanti furti furem sacrilegum appellet, necnon et Iudae perdito aequiperet. Et post pauca: *Quare,* inquit, *loculos habuit, cui angeli ministraverunt, nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat?* Ecce quibus tanti doctoris documentis instruimur, quia quod in capite praecessit, in corpore eius, quod est ecclesia, videtur impletum. Porro Christum et ecclesiam unam personam esse non nescimus. Et ideo quae ecclesiae sunt, Christi sunt; et quae ecclesiae offeruntur, Christo offeruntur; et quae ab ecclesia eius tolluntur, procul dubio Christo tolluntur. Esto, futurum erat, ut ecclesia Christi nummos haberet. Si nummos, utique et praedia et mancipia et diversarum specierum innumera ornamenta. Et quia inlicitum sit, ea quae conferuntur ecclesiae auferri, beati Hieronymi scribentis in expositione Mathei euangelistae

a) exequi *superscr. ab eadem manu* exeri G. b) *deest* G. d) peculator G. e) n. aliquid quod G.

verba ita testantur: *Omnes*, inquit, *qui stipe templi et his, quae conferuntur in usus ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum et sacerdotum redimentium mendatium et sanguinem Salvatoris.*

405. *Quod quicquid offertur Domino, sanctum sanctorum sit et*[a] *ad ius pertineat sacerdotum.* Nulli liceat ignorare, quod omne, quod Domino consecratur, sive homo fuerit sive animal sive ager vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino et ad ius pertinet sacerdotum; propter quod inexcusabilis erit omnis, qui ea Domino et ecclesiae, cui conpetunt, aufert, vastat, invadit vel diripit, usque ad emendationem ecclesiaeque[b] satisfactionem: quod[c] sit sacrilegus et non tantum sacrilegus, sed etiam fur sacrilegus.

406. *De his sacrilegis, qui ecclesiae eiusque sacerdotibus iniurias inferunt.* Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias earumque res inruens sacerdotibus et ministris vel ipso cultui locoque aliquid importet iniuriae vel inferat ad divini cultus iniuriam, in convictos sive confessos reos capitali sententia noverit vindicandum. Nec expectetur, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam derelinquit[d]. Sitque cunctis non solum liberum, sed etiam laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri.

407. *Quod omnia, quae Deo offeruntur, procul dubio et consecrantur.* Omnia quae Domino offeruntur, procul dubio Domino consecrantur. Et non solum sacrificia, quae a sacerdotibus super altare Domino consecrantur, oblationes fidelium dicuntur: sed quicquid ei a fidelibus offertur[e], sive in mancipiis, sive in agris, vineis, silvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, artificiis, libris, utensilibus, petris, aedificiis, vestimentis, pellibus, lanificiis, pecoribus, pascuis, membranis, mobilibus et immobilibus, vel quaecumque de his rebus, quae ad laudem Dei fiunt vel supplementum sanctae Dei ecclesiae eiusque sacerdotibus atque ornatum prestare possunt, Domino ecclesiaeque suae[f] a quibuscumque ultro offeruntur, Domino indubitanter consecrantur et ad ius pertinent sacerdotum. Et quia Christum et ecclesiam unam personam esse veraciter agnoscimus, quaecumque ecclesiae sunt, Christi sunt; et quae ecclesiae vel in supradictis vel in quibuscumque speciebus, sive pollicitationibus sive pignoribus, sive scriptis sive corporalibus rebus offeruntur, Christo offeruntur; et quae ab ecclesia eius quocumque commento alienantur vel tolluntur, sive alienando, sive vastando, sive invadendo, sive minorando, sive diripiendo, Christo tolluntur. Et si ab amico quippiam rapere furtum est, precipue Christo Domino nostro, qui est rex regum et Dominus dominantium, aliquid auferre vel alienare subripere vel vastare sacrilegium est. Omnes namque ecclesiae praedones manifestissime sunt sacrilegi; et nullus a sacrilegiis nisi per puram probatamque atque publicam poenitentiam et per ecclesiae satisfactionem episcoporumque per manus impositionem iuxta canonicas sanctiones reconciliationem regnum Dei possidebit; et non solum a regno Dei fit alienus, sed etiam a liminibus sanctae ecclesiae et praecipue ab illius, quam laesit, usque ad praedictam satisfactionem extorris efficitur. Talium vero scelerum patratoribus nisi post praedictam satisfactionem nec vivis nec mortuis communicare minime debemus; quia qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit; qui autem pecuniam ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit. Qui non solum sacrilegi, sed etiam fures sacrilegi et lupi atque homicidae pauperumque necatores sunt[g], et insuper anathematis vinculo dampnati coram Deo et sanctis eius efficiuntur.

408. *Ut christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant*[h]. Ne christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia ducant, nec sine benedictione sacerdotis cum virginibus nubere audeant, neque viduas absque suorum sacerdotum consensu et conhiventia plebis ducere praesumant.

409. *De eo, qui se incestuoso ordine his personis, quibus a divinis regulis prohibitum est, coniunxerit.* Si quis sine gradu se[i] incestuoso ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibitum est, coniunxerit, usquequo penitentiam sequestratione testentur, utrique communione priventur, et neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum causarum licentiam habebunt. Nam eorum qui modo praedicto[k] se incesto coniunxerint, episcopi seu presbiteri in quorum diocesi vel pago actum fuerit, regi vel iudicibus scelus perpetratum annuntient; ut cum ipsis[l] denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequestrent. Res autem eorum ad primos parentes usque ad sequestrationem perveniant sub ea conditione, ut antequam segregentur, per nullum ingenium neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi prefatum scelus sequestrationis separatione et poenitentia[m] fateantur.

410. *Ex libro legum Theodosii* 3. *capitulo* 11. *de incestis.* Quod incesti non sint legitimi heredes, sed infamia sint notatae utraeque personae.

411. *Ut nullus devotam Deo virginem vel viduam coniugem accipiat.* Ut deinceps, sicut canones ecclesiastici prohibent, nullus Deo devotam virginem, nullus sub religionis habitu consistentem, sive viduitatis continentiam professam, vel sui proximam generis, aut etiam de cuius admixtione incestivae notam possit subire infamiae, inlicito connubio aut vi aut consensu accipiat coniugem; quia nec verum poterit esse coniugium, quod a meliori proposito deducitur ad deterius et sub falsi nominis copula, incesta[n] pollutione et fornicationis immunditia perpetratur. Hoc vero nefas, si agere amodo cuiuslibet gentis homines sexus utriusque temptaverint, insistente sacerdote vel iudice, etiamsi nullus accuset[o], omnimodis separati exilio perpetuo relegentur[p]; nec aliqua definitione[q] sui, quousque vixerint, longitudine temporis excusentur.

412. *Quod blasphemiam Deo inferat, qui se cum Deo sacrata miscuerit.* Scire vos convenit, quia blasphemiam Deo irrogat qui cum Deo sacrata vel cum velata femina se commaculat.

413. *Ut clericus proprio honore privetur, si cum femina Deo*[r] *sacrata vel velata se commiscuerit.* Si clericus cum velata femina vel cum Deo sacrata se maculaverit, proprio honore privetur.

414. *Quod sacrilegi et violatores iuxta apostolum sint, qui violant sacratarum feminarum corpora.* Sciendum est omnibus, quod Deo sacratarum feminarum corpora per votum propriae sponsionis et verba sacerdotis Deo consecrata templa esse scripturarum testimoniis conprobantur. Et ideo violatores earum sacrilegi ac iuxta apostolum filii perditionis esse noscuntur.

415. *Quod fornicatio omnibus peccatis periculosior esse perhibetur.* Quod poene omnibus peccatis gravior et deterior sit fornicatio, et veraciter dici potest laqueus mortis et puteus inferni ac vorago perditionis, eo quod adulteri vel luxoriosi propter cordis inopiam perdunt animas suas. Nam ut ait scriptura, pretium scorti vix unius est panis; et qui se iungit meretrici, unum cor-

a) *deest G.* b) ecclesiae . que *corr.* et *G.* c) et quod *BAL.* d) dereliquit *BAL.* e) quaecunque ei a f. offeruntur *BAL.* f) siue *BAL.* siue *corr.* suae *G.* g) *deest BAL.* h) c. conducant *G.* i) q. non eo gradu sed i. *G.* k) nam quomodo predicti *G.* l) epis *G.* m) separationem et poenitentiam *G.* n) c. incestiva, p. *BAL.* o) accusator sit *BAL.* p) redigentur *G.* q) indefinitione *BAL.* r) D. s. v. v. s. c. *desunt G.*

pus efficitur; et qui luxuriatur, mortuus est in corpore vivente.

416. *Quales debeant scripturae valere.* Scripturae, quae diem et annum habuerint evidenter expressum atque secundum legis ordinem conscriptae esse noscuntur, seu conditoris vel testium fuerint signis aut subscriptionibus roboratae, omni habeantur stabiles firmitate.

417. *Ut ita valeat commutatio, sicut et emptio.* Commutatio si non fuerit per vim et metum extorta, talem qualem et emptio habeat firmitatem.

418. *De excommunicandis iudicibus et potentibus, qui non se emendaverint.* Ut iudices aut potentes, qui pauperes obprimunt, si commoniti a pontifice suo se non emendaverint, excommunicentur.

419. *Ut episcoporum iudicio incesta matrimonia emendentur.* Praecipimus, ut iuxta decreta canonum adulteria et incesta matrimonia, quae non sunt legitima, prohibeantur et episcoporum iudicio emendentur.

420. *Quod in eo loco manendum unicuique, ubicunque votum voverit*[a]. Ut unusquisque in loco, ubi constitutus fuit et ubi votum vovit, ibi maneat et ibi reddat vota sua.

421. *Quod maximum peccatum sit spiritalis commatris coniunctio.* Sciendum est omnibus, quod coniunctio spiritalis commatris maximum peccatum sit et divortio separandum atque capitali sententia multandum, vel peregrinatione perpetua delendum.

422. *De eo, qui paganas observationes fecerit.* Decrevimus, sicut et antecessores vel parentes nostri olim decreverunt, ut qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur et dampnetur quindecim solidis.

423. *Praeceptio*[b], *ut mancipia christiana paganis vel Iudaeis non tradantur.* Praecipimus generaliter omnibus, ut mancipia christiana paganis vel Iudaeis non tradantur.

424. *Ut omnes noverint*[c], *quantum malum sit Deo sacratas incestare.* Iubemus omnes scire omnibusque sacerdotibus praedicare atque sub poena sacrilegii denuntiare, quantum malum et quam maximum flagitium sit cum Deo devotis feminis viduis vel virginibus, sive cum velatis, sive cum Deo devotis, maximeque cum sanctimonialibus et sacratis Deo virginibus vel viduis tam in monasteriis quam et extra commisceri. Nam hoc peccatum duplex esse non dubium est. Ut verbi gratia dicamus, cuius vindictae reus sit puer ante dominum suum, qui uxorem domini sui adulterio violaverit; quanto magis ille, qui sponsam Christi creatoris coeli ac terrae putredine suae libidinis commaculaverit, dicente beato Paulo apostolo: *An nescitis, quia corpora vestra templa sint Spiritus sancti?* Et alibi: *Nescitis, quia templum Dei estis et spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Et iterum idololatriae[d] servituti adulteros et fornicatores in sermone et numero peccatorum iungit dicens: *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare; quia neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.*

425. *Ut quia necessitas bellorum cogit, pars pecuniae, quae ecclesiae debetur, aliquanto tempore sub precario retineatur.* Assentimus cum consilio servorum Dei et populi christiani propter inminentia bella et persecutiones caeterarum gentium, quae[e] in circuitu nostro sunt, ut sub precario et censu aliquam partem ecclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel monasterium reddatur[f]; eo modo ut si moriatur ille, cui pecunia commodata fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita sit; et iterum, si necessitas cogat ut[g] princeps iubeat, precarium renovetur et rescribatur novum. Hoc omnino observetur, ut ecclesiae vel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario praestata sit; sed si paupertas cogat, ecclesiae et domui Dei reddatur integra possessio.

426. *Ut*[h] *ecclesiarum privilegia vel facultates sive quicquid ad easdem pertinet, nullus invadere praesumat.* Praecipimus omnibus ditioni nostrae subiectis, ut nullus privilegia ecclesiarum vel monasteriorum infrangere, resque ecclesiarum invadere vel vastare aut alienare vel facultates earum diripere praesumat, nec sine precaria[i] possidere pertentet; quia, sicut a sanctis patribus instructi sumus, gravissimum peccatum hoc esse dinoscitur, testante sacra scriptura, quae ait: *Qui abstulerit aliquid patri vel matri, et dicit hoc non esse peccatum, homicidii particeps est.* Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater nostra ecclesia, quae nos in baptismo spiritaliter[k] regeneravit. Ergo qui Christi pecunias ecclesiae fraudat vel rapit sive vastat vel alienat, homicida ante conspectum iusti iudicis esse deputabitur. De quo quidam sapientum dicit: *Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit; qui autem pecuniam ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit.*

427. *Ut neque rex neque secularium quisquam per vim praedia ecclesiarum rapiat, quas*[l] *episcopi, abbates vel abbatissae regere videntur.* Omnibus nos ipsos corrigentes posterisque nostris exemplum dantes generaliter interdicimus, ut nullus laicus homo, vel imperator, vel rex, aut aliquis praefectorum vel comitum, seculari potestate fultus, sibi per violentiam rapiat aut a nobis competere vel quocumque modo invadere praesumat monasterium aut praedia vel quascunque res de potestate episcopi vel abbatis aut abbatissae, et incipiat ipse vice abbatis regere et habere sub se monachos et pecuniam possidere, quae fuit Christi sanguine comparata. Talem hominem antiqui patres nominabant raptorem et sacrilegum et homicidam pauperum et lupum diaboli, intrantem in ovile Christi, et maxime anathematis vinculo dampnandum ante tribunal Christi. De talibus memores estote scripturae sancti Pauli apostoli ad Timotheum dicentis: *Divitibus huius seculi praecipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo, qui praestat omnia.* Tales si ecclesiae correctionem non recipiunt, ethnicis et publicanis sunt similes, quibus nec vivis nec mortuis communicat ecclesia Dei. Talibus, qui et hic et ibi[m] reperiuntur, cum tuba[n] Dei clangamus, ne tacentes dampnemur et simul cum eis pereamus. Si autem impietate[o] horribilis est Deo ille, qui impie agit; certe separatus est talis a Deo, et anathemati iuste subicitur. Anathema enim nihil aliud significat, nisi a Deo separationem, sicut in veteri et novo testamento iudicium de anathemate significat.

428. *De his, qui non solum de rebus suis aliquid ecclesiae conferunt, sed etiam ab aliis conlatas iniuste possident.* Placuit nobis et ab omnibus observari convenit, ut quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro remedio animae suae de facultatibus suis ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod a diversis Deum minus timentibus actenus mortifera calliditate tenetur, ita ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, nec intueri corde possunt diem iudicii Domini, qui hoc cupiditatis delectantur ardore, quicumque inmemor interitus sui res ecclesiis, ut supra diximus, delegatas iniuste possidebit[p] praesumpseritque retinere, et veritate conperta res Dei servis dissimulaverit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus a sancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, nisi culpam cum propria[q] rerum emendatione purgaverit: indigne enim ad altare Domini properare permittitur, qui res

a) voverunt *G.* b) precipio *G.* c) ut o. n. *ad antecedentis cap. verba traxit G.* d) idolatriae *G.* e) qui *G.* f) reddantur *BAL.* g) et *BAL.* h) In *G.* i) precario *G.* k) *sic etiam G., superscripto tamen* u. l) quae *BAL.* m) t. et hic quiedbi r. *G.* n) *deest G.* o) impietas *BAL.* p) possederit *BAL.* q) n. cum culpam propriam r. *BAL.*

ecclesiasticas aut audet rapere aut iniuste possidere. Qui vero in hac iniqua defensione perdurant, ut necatores pauperum omnes iudicandi sunt, quod eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam ammonitio manifesta precedat, ut[a] res usurpatas iniuste qui abstulit, adhibita aequitate restituat. Quod si neglexerit et necessitas conpulerit, postea praedonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per regna[b] absque proprii episcopi auctoritate res dispensare nitatur; quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit. Qui vero his nostris sanctionibus contraierit, et quae neglexit, legibus emendare tardaverit, vel deinceps in praedicta nequitia perdurare voluerit, omnes honores quos habere videbatur, perdat, et a nobis seculariter et legaliter strictim fortiterque puniatur, et a sacerdotibus coelesti gladio feriatur. Et si se non correxerit, non solum excommunicatus, sed etiam anathematizatus moriatur.

429. *De rebus ecclesiae, quae sibi iure debentur, ne in aliud transferantur.* Sciendum est omnibus, quod sacrilegium sit res ecclesiae quocumque modo iniuste ab ecclesiis, quibus iure debentur, auferri et in aliud transferri.

430. *Quod homicidae ante Deum deputentur, qui res ecclesiae vastant.* Volumus omnes scire, quod qui Christi et ecclesiae pecunias auferunt resque eius fraudant, rapiunt, vastant vel diripiunt, homicidae ante Deum esse deputantur; quia res pauperum, quos ecclesia pascere debet, diripiunt.

431. *Ut capitali poena multentur, qui sacrilegia, adulteria, praedationes aut devastationes exercuerint.* Sub poena capitali sacrilegia, adulteria, praedationes vastationesque in regno nostro a quibuscumque fieri prohibemus, ita ut si voluntarie quis ex his unum vel aliquid fecerit, de vita conponat, et omnes res eius, tam mobiles quam et immobiles, fisco nostro socientur vel ecclesiae, cuius res vastaverit vel alienaverit aut abstulerit, tradantur. Maximum enim sacrilegium est, oblationes fidelium, quae sunt res ecclesiarum, auferre, vastare, alienare, invadere, vel subripi[c]. Nam, ut ait sacra scriptura, neque sacrilegi, neque adulteri, neque praedones, vel vastatores, qui sunt raptores, regnum Dei possidebunt. Et si hi, qui res fratrum diripiunt, a regno Dei alieni fiunt, quid super his fieri putatis, qui res Deo dicatas diripiunt vel auferunt? Nam quanto gravius quis in praesenti seculo peccat, tanto gravius in inferno torquebitur.

432. *De viris, quod in castitate uxores suas diligere eisque ut vasi infirmiori custodiam et reliquam necessitatem debeant impendere.* Omnes[d] scire volumus, quod iubente Domino viri uxores suas in castitate debeant diligere; et eis utpote vasi infirmiori honorem et custodiam atque cuncta, quae necessaria sunt, prout quisque potuerit, ministrare fideliter debebit. Quod et nos, qui ministri Domini sumus nec sine causa Dei gladium portamus, episcopali in vice omnium episcoporum atque regali auctoritate pro viribus cunctos agere iubemus.

433. *De conservanda fide inter virum et uxorem.* Scire omnes volumus, sicut et saepius a Domini episcopis et reliquis Dei servis admoniti sumus, quod viri uxoribus suis et uxores similiter viris suis veraciter fidem et dilectionem servare debent, et non in aliquo ab his declinare, et quod non liceat coniugatis neque pellicem neque concubinam habere.

434. *Ne clerici cuiuslibet ordinis a quibuslibet[e] laicis iniurientur, vel apud alios quam apud episcopos accusentur.* Ut neque presbiter neque diaconus neque subdiaconus de ecclesiis trahantur aut iniuriam aliquam eorum inscio episcopo patiantur. Sed quicquid quis adversus eos habuerit, in notitiam episcopi proprii perducat; et ipse causam iustitia praeeunte discutiens, animo clericos accusanti satisfaciat.

435. *Ut hi[f], qui innocentes apud principem vel apud alios accusaverint, damnentur[g].* De his, qui innocentes ad principes aut iudices accusare convicti fuerint, si clericus honoratior fuerit, ab officii sui ordine degradetur; si vero secularis, poenam, quam ipsi, si convicti essent, passuri erant, patiatur. Et insuper si talis causa fuerit, unde vivere debeant, a sacerdotibus publica poenitentia multentur, ut spiritus salvus sit in die Domini.

436. *Ut clerici de his causis quas seculi leges non admittunt[h], minime impetantur.* Nulle cause a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quae legibus non continentur vel quae prohibitae esse noscuntur.

Incipiunt tituli libri septimi.

1. *De primatu ecclesiarum et sacerdotum.*
2. *Ut omnis ordo clericorum et laicorum[i] episcopo suo subiectus maneat.*
3. *Ut nemo clericorum relicto episcopo proprio ad negotia secularia migret.*
4. *Ut presbiter vel diaconus absque episcopi proprii consensu nihil praesumant.*
5. *Ut tempus poenitentum[k] in consideratione episcopi consistat.*
6. *De poenitentum conversatione et fide.*
7. *De fructuum oblationibus, quae ministris ecclesiae conferuntur.*
8. *De his, quae in usus pauperum conferuntur.*
9. *Ut quicumque synodalem excommunicationem transgressus fuerit, in alia synodo spem recuperationis[l] non habeat.*
10. *Ut excommunicatis sive his, qui ecclesias deserunt, nemo communicet.*
11. *De conturbatoribus ecclesiae opprimendis.*
12. *Ut monachi episcopis suis ubique subiecti maneant.*
13. *Ut unusquisque ecclesiae, cui ordinatus est, ministret.*
14. *De suscipiendis his, qui persecutionem patiuntur.*
15. *De lege et consuetudine.*
16. *De alienis finibus non usurpandis.*
17. *Ut transgressores canonum excommunicentur.*
18. *Ut episcopus curam monasteriorum gerat.*
19. *De monendis[m] his, qui ordinantur.*
20. *De satisfactione poenitentiae.*
21. *De mensura poenitentiae.*
22. *De malorum ordinatione vitanda.*
23. *De episcopis, qui inutiles ordinaverint.*
24. *De cavendis inlicitis ordinationibus.*

a) et *BAL.* b) interregna *G.* c) s. vel subripere *G.* d) omnibus *BAL.* e) q. ordinibus a quibuslibet l. *G.* f) De his *BAL.* g) *deest BAL.* h) causis quae s. l. nam dimittunt *G.* i) et l. *desunt BAL.* k) penitendum *G.* l) recuperater *corr.* recuperandi *G.* m) ponendis *G.*

25. *De rebaptizatis non ordinandis.*
26. *Ut qui excommunicatis sine licentia communicaverit, dampnetur.*
27. *De non vendendis rebus ecclesiae.*
28. *Ut absque licentia episcopi ad virgines vel viduas clerici non accedant.*
29. *De appellatione primae sedis.*
30. *De arbitrio episcopi erga poenitentes.*
31. *De manumissionibus.*
32. *Ui nemini sit facultas, relicta principali cathedra in ecclesia in sua dioccsi vel in re propria diutius residere.*
33. *De defensoribus ecclesiae a rege poscendis.*
34. *De occursu clericorum ad concilium.*
35. *De lectore unius ecclesiae in alia ecclesia non promovendo.*
36. *De remissione poenitentium.*
37. *De non invadenda alterius parrochia.*
38. *De iusto baptismate non iterando.*
39. *De ultione peccatorum.*
40. *De prohibitis non despiciendis.*
41. *De praevaricatoribus canonum submovendis.*
42. *De dilatione temporum erga eos qui ad sacros ordines promoventur.*
43. *De confessione scelerum.*
44. *Ut doctoribus contraria non doceantur.*
45. *De profundioribus quaestionibus.*
46. *De non neglegendis praeceptis canonum, sed viriliter exercendis.*
47. *De non studendo novitati.*
48. *Ut nullus sacerdos in alterius parrochia aliquid praesumat.*
49. *De non ignorandis canonibus.*
50. *De populo docendo.*
51. *Ut aliqua conditione obligatus absque petitione domini sui non ordinetur.*
52. *De malis funditus abscidendis.*
53. *De non exigendis usuris.*
54. *De pravis persequendis.*
55. *De plebe adversus sacrilegos custodienda.*
56. *De utilitate gregis et pastoris.*
57. *De tepidis doctoribus.*
58. *Quomodo dubia vel obscura teneantur.*
59. *De uxoribus et concubinis.*
60. *De concubinis relinquendis.*
61. *De abstinendo a licitis.*
62. *Quod poenitentibus nulla lucra negotiationis exercere conveniat.*
63. *De reatu potentum.*
64. *Ut pravi non consecrentur.*
65. *Ut iniusta populi petitio effectu careat.*
66. *De potestate data non abutenda.*
67. *Ut nemo poenitentem alterius parrochiae absolvat.*
68. *De criminosis non promovendis.*
69. *De his, qui variis passionibus irretiti sunt.*
70. *De mortuis temere non iudicandis.*
71. *De contentione vitanda.*
72. *Quod mali bona ministrando sibi noceant.*
73. *Ut vivente viro vel uxore nemo eorum alteri coniugio copuletur.*
74. *De potestate episcopi in parrochia sua.*
75. *Ut nemo clericorum absque consensu episcopi sui principem adeat.*
76. *De potestate episcopi in rebus ecclesiasticis.*
77. *Ut clericus extra suam parrochiam absque pontificis sui permissu non proficiscatur.*
78. *Qualiter episcopi provehantur.*
79. *Quod turbis electiones episcoporum non concedantur.*
80. *Ut episcopi terminos parrochiae suae non transeant.*
81. *Ut episcopi nisi vocati extra suam diocesim nullas ordinationes faciant.*
82. *Quod ea, quae in provincia agenda sunt, ipsius provinciae synodus dispenset.*
83. *De potestate primatis dioceseos.*
84. *Ut accusatores clericorum sine probatione non recipiantur.*
85. *Ut criminosus vocem accusandi non habeat.*
86. *Ut accusato locus, unde ipse est, concedatur, ubi testes habere queat.*
87. *Ut episcopus ante iustam definitionem nullatenus propria potestate privetur.*
88. *Ut nulli criminoso liceat accusare episcopum.*
89. *De primate in accusatione episcopi expetendo.*
90. *Ut accusator culpabilis non recipiatur.*
91. *Ut nemo ecclesiasticus testificari conpellatur.*
92. *De concilio universali.*
93. *De causis specialibus.*
94. *Ut metropolitanus in alterius provincia nihil praesumat.*
95. *Ut contradicentibus non ordinetur episcopus.*
96. *Quod tres episcopi precepto archiepiscopi ordinare possint episcopum.*
97. *De contradictione ordinationis episcopi.*
98. *Ut chorepiscopi modum mensurae, qui in sacris canonibus praefixus est, non excedant.*
99. *Quales personae ad accusationem non admittantur.*
100. *Ut si unum crimen accusatores adprobare nequiverint, de ceteris non admittantur.*
101. *Ut testes infra 14 annos aetatis non recipiantur.*
102. *Ut clerici sive episcopi a suis metropolitanis vel conprovincialibus audiantur.*
103. *Si quis episcopus depositus Romanum pontificem appellaverit, causa eius iudicio episcopi Romani determinetur.*
104. *Ut accusatus episcopus ab omnibus conprovincialibus, coepiscopis videlicet suis* [a], *audiatur vel iudicetur.*
105. *Quod legitima uxor sit nuptialiter ducenda.*
106. *De metropolitanis, ne* [b] *conprovincialium causas absque proprio episcopo audiant, neque alicuius coepiscopi querelam vel crimen praeter caeterorum omnium conprovincialium coepiscoporum praesentiam* [c] *discutere praesumant.*
107. *De accusatoribus sacerdotum calumniosis vel suspectis.*
108. *De accusatoribus et accusationibus submovendis, quas leges non admittunt.*
109. *De causis episcoporum vel reliquorum sacerdotum a conprovincialibus infra propriam provinciam terminandis et non ab aliis, nisi fuerit provocatum.*
110. *De accusatoribus in maiorum natu iudicio requirendis.*
111. *De accusatoribus pravae conversationis, vel quorum vita est accusabilis, non recipiendis in causa sacerdotum.*
112. *De accusatoribus, quorum fides, vita et libertas nescitur* [d], *non admittendis in sacerdotum pulsatione.*
113. *De canonibus a sacerdotibus non ignorandis.*
114. *De episcopo sibi soli praesumente cognitionem.*
115. *De episcopis dampnare volentibus eum, a quo sunt consecrati.*
116. *De episcopis eiectis vel suis rebus expoliatis, ut ante non accusentur, quam legibus pleniter restituantur.*
117. *De his, quos leges seculi non admittunt, in clericorum causis non admittendis.*
118. *De non cogendo clericos in publicum dicere testimonium.*
119. *De accusatoris persona scelerum maculis aspersa ad sacerdotum accusationem non admittenda.*
120. *Ne interventor episcopus cathedram, ubi intercessor est* [e], *sedeat.*
121. *Quotiens de minoribus iudicibus ecclesiasticis ad maiores ecclesiasticos iudices fuerit provocatum, non eis denegetur, qui provocaverint.*
122. *De apostolicis et canonicis decretis minime violandis.*

a) coepisui non licet suis *G.* b) non *G.* c) presentia *G.* d) nascitur *G.* e) intercessorem s. *G.*

123. *Decretum domni Karoli regis Francorum, ut servi Dei neque in hostem pergant, neque armaturam*[a] *baiulent.*
124. *Non esse fundendum sanguinem christianorum vel paganorum a sacerdotibus.*
125. *Ut servi Dei venationes non exerceant.*
126. *Ut ignoti episcopi vel presbiteri ante synodalem probationem non admittantur ad ministerium ecclesiasticum.*
127. *De sacerdotibus, qui plures uxores habuerint.*
128. *Ut unusquisque sollicitus sit adiuvante defensore ecclesiae, ne in sua parrochia populus opera diabolica agat.*
129. *Ut parrochiam suam unusquisque episcopus singulis circumeat annis.*
130. *Ut presbiteri episcopis suis subiecti sint, et ut quadragesimae tempore ministerii sui ordinem reddant.*
131. *Ne aliquis accipiat ecclesiam infra parrochiam sine consensu episcopi sui.*
132. *Ut de incestis et infirmis et poenitentibus curam gerant sacerdotes.*
133. *Ut duabus vicibus in anno ad mallum omnes liberi veniant*[b].
134. *Ut nullus neglegens sit, quando pro rege vel fidelibus suis orandum fuerit.*
135. *De ieiunio quatuor temporum et a sacerdote plebi denuntiando et ab omnibus observando.*
136. *Ut sacerdos nisi in locis consecratis missam non celebret.*
137. *De sacerdotibus, qui ministerium suum adimplere non valent.*
138. *De his, qui poenitentia accepta moriuntur.*
139. *Ut nullus iudex neque presbiterum neque diaconum aut clericum sine consensu episcopi sui distringat.*
140. *Ut nullus episcoporum vel secularium alterius episcopi res tenere praesumat.*
141. *De hoste et pugna atque armis sacerdotibus prohibitis.*
142. *De his, qui putaverunt idcirco praeceptum fuisse non ire ad pugnam sacerdotes, ut honor eis minueretur.*
143. *De sceleribus nefandis, ob quae regna percussa sunt, ut penitus caveantur.*
144. *De his presbiteris, qui contra episcopos suos seculares defensores habere noscuntur.*
145. *Ut cuiuspiam gradus clericus sine pontificis sui concessu nullum ad seculare iudicium attrahere praesumat.*
146. *Ut clerici venationes non faciant cum avibus vel canibus.*
147. *Ut omni anno ministerii sui rationem presbiteri episcopo suo reddant.*
148. *Ut omnes episcopi parrochias suas annis singulis circumeant.*
149. *De eo*[c]*, qui non coacte statuta transgressus fuerit.*
150. *Ut ecclesiarum negotia semper primo audiantur in causis.*
151. *De episcopo non usurpando alterius fines episcopi.*
152. *De non iudicando vel testificando quemquam in sua causa.*
153. *Ut episcopus eiectus vel suis carens rebus, ante plenam restitutionem*[d] *non accusetur; nec ille, qui suis libere et integerrime fruens bonis, antequam familiariter conveniatur; neque respondere compellatur, nisi canonice venerit evocatus*[e].
154. *De superbis vel contumacibus clericis vel laicis coercendis.*
155. *Ut nullus clericus vel abbas ad iudicia secularia sine iussione proprii episcopi ire praesumat. Et nullus suo episcopo contumax aut inobediens existat.*
156. *De episcopis non accusandis nisi ad summos primates, quia non omnes metropolitani summi sunt primates. Et hoc summopere ab eis praevideatur, ne aliqua cupiditate*[f] *vel invidia fiat.*
157. *Quid de advocato agendum sit, qui in dolo vel fraude repertus fuerit.*
158. *De his, qui contra suam professionem vel subscriptionem venerunt.*
159. *De clericis vel laicis aut monachis conspirantibus.*
160. *De pervasoribus finium aliorum.*
161. *De presbiteris inflatis vel scisma facientibus.*
162. *Ut presbiteri indiscrete ab episcopis vel ab aliis aut laicis non mittantur.*
163. *De criminibus definitis minime refricandis.*
164. *De approbanda accusatione.*
165. *De presbiteris, qui inconsultis propriis episcopis in locis non consecratis missas agunt.*
166. *Ut presbiteri in ecclesiis inconsulto episcopo non constituantur vel de ecclesiis expellantur ab aliquo.*
167. *Quod Dei ordinationem accusat, qui episcopos*[g] *detrahit vel accusat.*
168. *De homicidis infantum.*
169. *De his, qui rapinam fecerint, aut iter agentes assallierint, aut domorum nocturni spoliatores fuerint, quid sit agendum.*
170. *Ut iudices prius capitalem non proferant sententiam, quam aut reus ipse confiteatur, aut per testes innocentes convincatur.*
171. *De episcopis, si in reatum incurrerint, quid agendum sit.*
172. *De his, qui viduas vel virgines inconsulto episcopo velare praesumunt.*
173. *De accusato episcopo, si conprovinciales suspectos habuerit, ut Romanum appellet pontificem.*
174. *De reis ad ecclesiam vel atria*[h] *earum confugientibus, ut non abstrahantur.*
175. *De non usurpandis plebibus alienis, et de non gravando episcopo.*
176. *De his, qui in recta fide suspecti sunt, in accusationem sacerdotum vel testimonium non suscipiendis.*
177. *Quid sint delatores, vel quid de eis faciendum sit.*
178. *De episcoporum causa per episcopos iudices terminanda.*
179. *Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel propinquam suam aut quam suus*[i] *propinquus habuit, ducat uxorem; sed dotatam et a parentibus traditam, per benedictionem sacerdotum accipiat, qui vult nubere uxorem.*
180. *Quod excommunicati a sacerdote antequam canonice reconcilientur, non possint maiores natu accusare.*
181. *De homicidis, maleficis, veneficis convictis appellare volentibus non audiendis.*
182. *Quod presbiteri, diaconi et reliqui clerici sine iussione sui pontificis nihil agere debeant.*
183. *De his qui virgines opprimunt aut rapiunt. Et de aliorum sponsis raptis.*
184. *De accusatoribus in iudicium praesentandis, et accusatis non modicum spatium accipiendis ad abluenda crimina.*
185. *De clericis nullo fiscali aut publico subdendis officio.*
186. *Ut nullus sacerdos feminam secum habitare permittat aut cum eo frequentare praesumat.*
187. *De testibus vel accusatoribus, qui cum inimicis morantur, in sacerdotum accusatione non recipiendis.*
188. *De testibus non recipiendis, qui christianae religioni infesti extiterint.*
189. *De peregrinis episcopis pie recipiendis.*
190. *Ut illicitus accessus feminarum ad altare non fiat, aut ullae feminae vasa sacra aut corpus et sanguinem Domini contractare praesumant.*

a) *sic initio G. scripserat, sed litteris turam abrasis ipse superscripsit* in itinere. b) veniantur *G.* c) his *G.* d) restaurationem *superscr.* vel restitutionem *G.* e) nisicanon venerunt evoc *G.* f) cumprel i. *superscr.* datio *G.* g) accuset q. episcopo *BAL.* h) altaria *BAL.* i) p. s. a. s. *deest BAL.*

191. *De accusatis sacerdotibus, ut non prius in iudicium decidant, quam accusatores secundum canonicas et regulares sanctiones pleniter inquirantur.*
192. *De violatoribus sepulchrorum.*
193. *Ut sacerdotes suam non relinquant ecclesiam.*
194. *De presbiteris gradum amittentibus, qui adeo [a] deteriorari solent, ut filii Belial efficiantur, quid agendum sit.*
195. *De laicis de religione disputandi praesumentibus.*
196. *De his, qui falsa principum rescripta detulerint. Et de nonnullis aliis causis.*
197. *De his, qui falsa fratribus intulerint, quid agendum sit.*
198. *Ut nullus de alterius presbiteri parrochia populo persuadere audeat, ut relicta propria parrochia ad suam ecclesiam conveniant aut sibi eorum decimas dent.*
199. *Quod laicis de viris Deo dicatis vel ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi nulla sit attributa facultas.*
200. *De his, qui in blasphemiam alterius aliquam scripturam vel cantica composuerint vel cantaverint.*
201. *Quid de sacerdotibus vel levitis de se crimen confitentibus agendum sit.*
202. *Ut nullus presbiter poenitentes inconsulto episcopo reconciliare audeat. Et ut omnes publice poenitentes in coena Domini ad episcopum proprium conveniant, ut ab eo canonice absolvantur vel diiudicentur.*
203. *De clerico vel laico, qui suo episcopo calumniator extiterit.*
204. *De causis in iudicio convincendis. Et de sententia adversus absentes infirmanda. Et de causis in iudicio non revolvendis. Et ut absentes non dampnentur. Et quod absentes per alium nec causare nec accusari possint.*
205. *Quid de delatoribus [b] fidelibus agendum sit.*
206. *De sacerdotibus vel clericis, qui per pecunias aliorum sacerdotum ecclesias aut beneficia subripiunt vel subvertunt.*
207. *Ut seculares de viris Deo dicatis ecclesiaeque facultatibus ad se nihil putent pertinere praeter reverentiam tantum.*
208. *De servis dominorum facinora confessis non audiendis.*
209. *Quid de hominibus, qui pauperes expoliant et ammonente episcopo non reddiderint, agendum sit.*
210. *De his, qui sine iussione episcopi iudices seculares adeunt, aut sine licentia et litteris episcopi sui proficiscuntur. Et de laicis ecclesiis vel clericis calumniam facientibus.*
211. *De laicis vitiosis a clericis, nisi sponte voluerint, non recipiendis.*
212. *Ut hi, qui sponte hominem occidere voluerint et non potuerint perpetrare, ut homicidae habeantur.*
213. *De clericis, qui a suis recedunt episcopis.*
214. *Ut nulli sacerdotes eorum decimas, aut aliquid de rebus vel facultatibus ecclesiae, sine licentia proprii episcopi vendere praesumant.*
215. *De anathematis hominibus repellendis.*
216. *De sententia adversus absentes vel minores iudicata non valenda.*
217. *Quid de clericis, qui in seditione arma portaverint, faciendum sit.*
218. *De his qui inebriantur, ut a communione, nisi se correxerint, suspendantur aut corporali supplicio subdantur.*
219. *Quid de his ecclesiae iudicibus faciendum sit, qui absentes iudicare praesumunt.*
220. *De his, qui apud extraneos iudices causam suam proponunt. Et de his, qui prius in proprio foro non iurgaverint. Et de iudicibus, qui sua neglegentia causas differunt.*
221. *Quod [c] ruinis miserorum oppido succurrendum sit.*
222. *Quid de vaticinatoribus falsis agendum sit.*
223. *Quod in metropolitana sede, tempore quo omnes elegerint conprovinciales episcopi, ad synodum faciendam [d] sit conveniendum.*
224. *Quid de episcopo, qui alium conculcare vel calumniari aut iniuriare presumpserit episcopum, faciendum sit.*
225. *Ut nullus presbiter in ecclesia benedictiones publicas super populum fundere aut altare consecrare vel reconciliare praesumat.*
226. *Ut absentibus quod ablatum est pleniter restituatur.*
227. *Ut ea, quae ad perpetuam utilitatem sunt instituta, inconvulsa permaneant.*
228. *De neglegentibus officia divina, et non venientibus ad matutinalia vel vespertinalia sive reliqua divina officia.*
229. *De his, qui in captivitatem ducti sunt, quid agendum sit.*
230. *Quod contra caput non sit surgendum.*
231. *Ut presbiteri per singulas hebdomadas, sicut ab episcopo vel ab illo, qui constitutus est ab eo, vocantur, ad civitatem conveniant absque ulla dilatione discendi gratia.*
232. *Quid de convictis in iudicio de evidenti violentia faciendum sit.*
233. *Ut sacerdotes de incognitis rebus nihil iudicare praesumant.*
234. *De his, qui relinquunt ecclesiastica officia et ad seculares confugiunt. Et de clericis furtum ecclesiae facientibus. Sive de clericis comam nutrientibus vel habitum aut vestimenta clericalia mutantibus.*
235. *De servis insciis vel consciis dominis violentiam facientibus, et qualiter haec corrigantur.*
236. *Qualiter desides vel neglegentes curandi sint.*
237. *Ut clerici contumaces vel inflati contra episcopum suum non sint, nec parvipendant eius excommunicationem. Et qualiter haec facientes suam recipere debeant dignitatem.*
238. *Quod accusatoribus ante discussionem utriusque partis non sit credendum.*
239. *De sacerdotibus non extrahendis.*
240. *Ut qui iudices suspectos habuerunt, vocem appellationis exhibeant.*
241. *Ut caveat unusquisque, quantum fieri potest, ut alteri non faciat, quod pati non vult.*
242. *Ut discordantes ad altare sive ad gratiam sanctae communionis non accedant. Et si unus eorum se correxerit et alter discordans inventus fuerit, quid de his agendum sit.*
243. *Quod poenitentes a conviviis et ornamentis atque alba veste abstinere debeant.*
244. *De divinis et apostolicis atque canonum decretis minime violandis.*
245. *De his sacerdotibus, qui de ecclesiis ad ecclesias inrationabiliter transeunt, et de illis, qui in loco eorum sunt ordinati.*
246. *Quod iniuriarum acciones nonnisi praesentes accusare possint [e].*
247. *Quod amicitiam protegat omnis, qui non contendit.*
248. *Ut quod ecclesia tricennali [f] iure possederit, nulli liceat pro hoc deinceps appellare. Et de raptoribus viduarum vel virginum. Et ut feminae sacris altaribus non ministrent.*
249. *De iudicibus contra legem iudicantibus et legem audire nolentibus.*
250. *De inperitis, ut peritis non praeferantur.*
251. *Ut liceat litigatoribus vitiatam causam appellationis remedio sublevare, et ut appellatores in nullam custodiam redigantur.*
252. *Ut nullus falsum testimonium dicat. Et de peri-*

a) qui deo *G.* quia de eo *BAL.* b) quod delatoribus *G.* c) quid *G.* d) faciendum *G.* e) a. non p. *G.* f) trice mali *G.*

culo falsorum testium seu penitentia vel abiectione eorum.

253. *Quod eandem poenam passurus sit accusator, si convincere accusatum non potuerit, quam reus passurus erat.*

254. *Quod prolator semper scripturam affirmare debeat.*

255. *Ut omnes fideles suis episcopis fideliter oboediant.*

256. *De homicidis quid agendum sit.*

257. *Quid de furibus et malefactoribus sit agendum.*

258. *De incestis quid agendum sit.*

259. *De accusatoribus non facile recipiendis, nec absque certa probatione quibusquam* [a] *iudicandis vel dampnandis.*

260. *De chorepiscoporum superstitione atque dampnatione* [b].

261. *De rebus ecclesiasticis absque iussione proprii episcopi non dispensandis.*

262. *Ut mulieres non ingrediantur ad altare. Et ut baptizati fidei sacramento instruantur et post baptismum crisma coeleste per episcoporum manus inpositionem percipiant.*

263. *Quod non conveniat catecuminis vel poenitentibus in pascha vel pentecosten aut nativitate Domini, baptismum vel ante canonicam reconciliationem sacramentum dominici corporis dare, sed tantum sal benedictum.*

264. *Ut in synodo prius generales causae, quae ad normam ecclesiae pertinent, finiantur, et postea speciales ventilentur.*

265. *De his, qui res ecclesiae a principibus petunt, ut irrita habeantur, quae obtinent, et ipsi communione priventur.*

266. *Ut nullus episcopus de alterius episcopi diocesi quicquam praesumat.*

267. *Ut hi, qui res ecclesiae invadunt, vastant vel diripiunt, si monente episcopo non se correxerint, communione priventur.*

268. *Ut posteriores episcopi non se praeponant prioribus.*

269. *Ut clerici, qui sine epistolis episcopi sui extra propriam parrochiam profecti fuerint, communione priventur; et si incorrigibiles apparuerint, verberibus arceantur.*

270. *De clericis, si ebrietatem non vitaverint, ut excommunicentur aut verberentur.*

271. *De his, qui per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare temptaverint.*

272. *Ut laici non ordinentur nisi religione praemissa. Et ut monasteriis puellarum probatae vitae homines praefigantur.*

273. *De his, qui districtionem episcoporum circa se austeriorem* [c] *putaverint, quid agendum sit.*

274. *De conspiratione clericorum vel monachorum aut laicorum.*

275. *De his, qui res ecclesiae traditas invadunt vel vastant aut absque proprii episcopi consensu accipiunt, quid agendum sit.*

276. *De his, qui die dominico agere prohibentur vel permittuntur.*

277. *De his, qui ante finitam missam de ecclesia egredi praesumunt.*

278. *De his, qui in ecclesiam cum armis intrare praesumunt.*

279. *Ut laici in ecclesia infra cancellos stare non praesumant.*

280. *De his, qui sabbato sancto paschae hora non ieiunium solvunt.*

281. *De purgatione sacerdotum, qualiter facta fuerit Wormacia secunda vice* [d].

282. *De recto iudicio ab omnibus iudicando. Et de litibus et contentionibus cavendis.*

283. *Ut testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento constringantur.*

284. *Ut episcopos vel sacerdotes aut clericos in iudiciis secularibus nullus accuset.*

285. *De privilegiis ecclesiarum et clericorum non violandis.*

286. *Ut mancipia, quae Iudaei emerint aut circumciderint, ab eorum potestate auferantur.*

287. *De his, quae a prioribus principibus circa ecclesiarum utilitates sunt ordinata, ut permaneant semper inmota.*

288. *De integra restitutione.*

289. *De his, quae iniuste ablata sunt, ut iuste legibus in integrum restituantur.*

290. *Ut ecclesiarum vel clericorum servos a iudicibus non liceat vexari.*

291. *Ut de criminibus definitis non liceat postmodum movere certamen.*

292. *Ut dotes ecclesiarum simul cum ipsis ecclesiis semper ad proprii episcopi pertineant dispositionem.*

293. *Ut episcopi semper praevideant, qualiter iudices cum omnibus sibi commissis agant.*

294. *De devotis peccantibus non recipiendis, nisi peccare desierint.*

295. *De his, qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.*

296. *De vagis et levibus sacerdotibus ac clericis quid agendum sit.*

297. *De tenendis ad solutionem, qui debitum promittunt.*

298. *De his, qui ad vendendum alterius rem acceperint, quid agendum sit.*

299. *Ut creditor rem debitoris non vendat priusquam eum de solutione ter conveniat.*

300. *Ut cum rebaptizatis fideles non communicent.*

301. *De his, qui iubente sacerdote de ecclesia exire contempserint, quid agendum sit.*

302. *De clericis increpationi inoboedientibus verberandis.*

303. *De his, qui aliis aliquid debent et ipsis ab eis aliquid debetur, ut in solutionem computentur.*

304. *De his, qui filiofamilias aliquid commodaverint, quid agendum sit.*

305. *De secularibus, qui suas uxores derelinquunt.*

306. *Ut stipendia clericis iuxta meritum distribuantur.*

307. *De accusatoribus et accusationibus, quas seculi leges non admittunt, a clericorum causis repellendis.*

308. *De episcopo, qui alterius parrochianum praesumit retinere vel ordinare seu iudicare.*

309. *De peregrinis iudiciis non recipiendis.*

310. *De poenitentibus, qualiter poenitentiam debeant accipere.*

311. *De contumacibus clericis et ad officium tardis.*

312. *De his, qui alienam pecuniam sibi commodatam adtractare praesumunt.*

313. *De creditore, qui debitore tardante ad solutionem pignus, quod penes se retinet, vendiderit, quod amplius acceptum est reddendum debitori.*

314. *Ut episcopus ultra suam provinciam ad iudicium minime devocetur, nisi fuerit provocatum; sed ab omnibus suis conprovincialibus episcopis infra suam provinciam audiatur.*

315. *De episcopis, qui Romanum appellant pontificem.*

316. *De presbiteris, qui in suis parrochiis aliquid paganis agere permittunt, et de agris, in quibus haec acta esse noscuntur, quid agendum sit.*

317. *De poenitentibus, quae defunctis viris* [e] *aliis nubere praesumunt.*

318. *De his, qui rem alterius vendendam acceperint, si eam minus vendiderint, pretium, quod eis mandatum fuerat, solvere cogantur.*

319. *De eo, qui servum bona fide comparavit, si servus ex priori vitio fugerit, quid agendum sit.*

320. *De his, qui indiscussos potestate tyrannica dampnare praesumunt. Et de episcopis vel sacerdotibus, quod*

a) quosquam (*sequentia desunt*) G. b) superstitutione . dampnatione vel dapn. G. c) autsteriorum G. d) q. matia ecclesiastice (*reliqua desunt*) G. e) *deest* G.

non debeant ab aliis iudicari, nisi a quibus ordinati sunt.

321. *De his, qui habent causas adversus episcopos proprios vel adversus alios, apud synodum provinciae audiendis; exceptis his, qui adversus suum metropolitanum querelam habuerint.*

322. *De ore eorum in accusatione vel testimonio obstruendo, qui divinis vocibus mortui esse noscuntur.*

323. *De non neganda appellatione accusati.*

324. *Quod eis, qui de se confessi sunt, super alios non sit credendum.*

325. *De pervasoribus finium, priusquam causae auditio terminetur.*

326. *De his, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut perdant hereditatem.*

327. *De his quibus per testamentum* [a] *aliquid delegatum est, quod nihil contra voluntatem defuncti liceat agere.*

328. *Quod voluntas defuncti ab heredibus in omnibus sit peragenda.*

329. *De filiis, qui patrem laeserint, donationibus carendis.*

330. *De donatione in filio a patre facta, si ab eo laesus fuerit, revocanda.*

331. *De detractione principum ac maiorum natu ab omnibus cavenda.*

332. *Quod omnibus, qui lite pulsati fuerint, non aliubi quam in proprio foro iurgandum sit.*

333. *Ut appellantes nulla arceantur detentione.*

334. *De his, qui contempto fideiussore ad solutionem potius debitorem delegerint.*

335. *Quod liberi homines statum suum et deteriorare et inmeliorare possint.*

336. *De concubinis non habendis.*

337. *De monachis, qui monasteria contempnunt, ab episcopo revocandis.*

338. *De feminis, quae religionis vestem in domibus* [b] *propriis mutaverint, si postea concubitum elegerint, quid agendum sit.*

339. *Quod quatuor personae in iudiciis semper adesse debeant.*

340. *Quod non solum qui furtum fecerint, sed et qui ad hoc perficiendum adiutorium aut consilium dederint, furti actione sunt tenendi.*

341. *Qui sunt agnati, et qui sunt cognati.*

342. *De his, qui se metu aut terrore servos esse mentiti sunt.*

343. *De his, qui domos effregerint vel villas expoliaverint aut expugnaverint vel rapinas fecerint, quid agendum sit.*

344. *De his, qui latrones vel reliquos malefactores susceperint.*

345. *De his, qui incendium fecerint.*

346. *De non valendis* [c] *constitutionibus contra canones vel decreta praesulum aut bonos mores conditis.*

347. *Ut non constringat clericum sententia non a suo iudice dicta.*

348. *Ut hi, qui falsa aliis irrogaverint, puniantur et pro falsitate infames efficiantur.*

349. *De conprovintiali synodo retractanda per vicarios urbis Romae episcopi.*

350. *Ut nullus episcopum aut actores* [d] *ecclesiae apud alios prius accuset, quam eum familiariter conveniat atque ab eo familiarem iustitiam petat.*

351. *De infantibus vel sacrilegis, quod religiosos accusare non possunt.*

352. *Ut causae, quas leges seculi non admittunt, a iudicibus ecclesiasticis non audiantur.*

353. *Quod hi, qui pro iniuria mediocri dampna subire conpelluntur, infames efficiantur.*

354. *De absentibus non dampnandis.*

355. *Ut hi, qui res alienas violenter occupant, quicquid ibi perditum vel alienatum fuerit, eis, quibus conpetebant, pleniter restaurent.*

356. *De his, qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut* [e] *more pecorum usque affinitatis lineam cum consanguineis incestum commiserunt, sive cum masculis concubuerunt.*

357. *Quod in causa capitali vel in causa status non per advocatos, sed per ipsos sit agendum.*

358. *Ut metropolitani episcoporum conprovincialium causas non praesumant audire, nisi praesentes omnes fuerint episcopi conprovinciales.*

359. *Ut reprehensio, qua laici arguuntur, a clericis* [f] *respuatur.*

360. *De delatoribus quid agendum sit, vel quid sint delatores.*

361. *De his, qui in alterius fama aut scripturam aut verba contumeliosa confinxerint.*

362. *De his, qui unam rem duobus dominis donaverint.*

363. *De servis in caput domini a quoquam non interrogandis.*

364. *De his, qui irati crimen aliquod cuilibet dixerint, si postea resipiscentes hoc perficere noluerint, quid agendum sit.*

365. *Ut qui crimen obiecerint, scribant se probaturos. Et ut ibi causa agatur, ubi crimen admissum esse dinoscitur.*

366. *Ut nullus absque inevitabili necessitate suam relinquat ecclesiam.*

367. *De his, qui ante alterius iudicem fuerint pulsati, quid agendum sit.*

368. *De his, qui famosos libellos legere aut cantica famosa cantare praesumunt.*

369. *De his, qui a clericorum accusatione sunt repellendi.*

370. *De his, qui divinos vel matematicos consulere praesumunt.*

371. *De auctoribus vel concitatoribus seditionum vel tumultuum.*

372. *De periculo iudicantium et providentia eorum.*

373. *De accusatione adversus doctorem submovenda.*

374. *Quod hi, qui adversus patres armantur, Deo existunt odiosi.*

375. *Qualiter decimae et oblationes fidelium a sacerdotibus sint dispensandae.*

376. *Quod feminae cum presbiteris vel reliquis clericis non debeant habitare nec eis ministrare nec intra cancellos stare neque ad altare accedere.*

377. *Ut incesti a sacerdotibus per veraces et Deum timentes homines fideliter perquirantur et canonice puniantur.*

378. *Ut presbiteri et reliqui clerici ab omnibus vitiis se caveant, et subiectos sibi fideliter instruant, atque bonis operibus omnibus ducatum praebeant.*

379. *De confessionibus fidelium accipiendis et diiudicandis, et consilium dandis, qualiter pro* [g] *modulo et quantitate peccati sit poenitentia.*

380. *De his, qui prius non habentes odium, sed se defendentes, aliquem occiderint, qualiter corrigenda sit temporis institutio.*

381. *De muliere, quae duobus fratribus nupserit, et de viro eius, quid agendum sit.*

382. *De muliere, quae adulteravit virum suum, similiter et de viro, qui uxorem suam adulteravit, qualiter de ambobus agendum sit.*

383. *Ut ad confirmationem episcopi omnes devote conveniant, eique quae necessaria sunt ministrare non neglegant.*

384. *De parvulorum instructione tam fidei et baptismatis mysterio, quam sancti Spiritus dono.*

385. *De frequenti peccatorum confessione.*

386. *De manifestatione aliorum peccatorum, et quod ea celare peccatum sit.*

a) q. t. per *G.* b) domis *G.* c) valendum *G.* d) auctores *G.* e) ut *G.* f) arguuntur ecclesiis *G.* g) deest *BAL.*

387. *Quod magis delinquant, qui fidem perceperunt, quam alii, si tamen in bono opere persistant.*

388. *De coniugio, quod a Deo sit institutum.*

389. *De castitate eorum qui coniugio sunt copulandi.*

390. *Ut omnes a minore usque ad maiorem suis sacerdotibus, sicut ipsi Domino, oboedientes existant, cuius vice legatione* in ecclesia funguntur. Ex capitulis domni Karoli Theodonis villa firmatis.*

391. *De infantum baptismo et ecclesiarum vel altarium seu fidelium consignandorum dubitatione, quid agendum sit.*

392. *De advocatis vel defensoribus ecclesiarum a principe postulandis.*

393. *Ut ubi quisque ordinatur, ibi pertineat.*

394. *De presbiteris et ministris ecclesiae, ut a suis et non ab aliis episcopis chrisma petant vel accipiant. Et de chorepiscoporum cassanda superstitione.*

395. *De his, qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores.*

396. *Quod in omnibus locis Deus orandus sit, et non in aliis, quam in Deo dicatis ab episcopis locis, missa sit celebranda.*

397. *De secularibus, qui episcopis inoboedientes existunt et ad emendationem sui tardant venire, quid agendum sit.*

398. *De clericis, ut non utantur armis vel sagis.*

399. *Ut ea, quae episcopus in sua diocesi corrigere non valet, ad alios referat praesules, vel si necesse fuerit, regi intimet.*

400. *De his, qui Deo famulantur, si in baratrum fornicationis ceciderint, qualiter corrigendi sunt.*

401. *De his, qui a paganis baptizati fuerint.*

402. *De his, qui a chorepiscopo confirmati fuerint.*

403. *Ut qui ab hereticis baptizatus fuerit in nomine sanctae Trinitatis, non rebaptizetur, sed sola inpositione manus perficiatur.*

404. *Ut baptizati symbolum discant fidei.*

405. *Ut hi, de quibus dubitatur utrum baptizati sint an non, vel a presbitero diis immolanti vel immolatitiis carnibus vescenti sunt baptizati, ut rebaptizentur.*

406. *Ne ullus*[a] *plus quam duas uxores accipiat.*

407. *De orationibus et elemosinis ac missarum celebrationibus pro fidelibus defunctis fideliter agendis; quibus impii carere debent; quoniam nec eorum elemosina a sacerdotibus vel reliquis fidelibus accipienda est.*

408. *Ut nullus episcopus sive presbiter aliam causam in synodo prius suggerat, quam ea, quae ad emendationem vitae pertinent, finiantur.*

409. *De his, qui facultates ecclesiae petunt a regibus prava cupiditate illecti, quid agendum sit.*

410. *Ut nullus episcopus alterius episcopi res devastet aut plebes invadat.*

411. *De eo, qui munuscula ecclesiae fraudaverit vel quolibet modo invaserit, ut ab ecclesiae communione arceatur.*

412. *De episcopo iudicato, si apostolicam appellare sedem voluerit.*

413. *De his, qui a iudicibus, quos primates dederunt, appellaverint, quid agendum sit.*

414. *De presbiteris, ut inconsulto episcopo non praesumant celebrare agenda.*

415. *Ne aliquis presbiter civitatis sine episcopi praecepto aliquid agat.*

416. *Ne presbiteri rem ecclesiae sine sui consensu episcopi vendant.*

417. *De abiecto clerico ab aliena ecclesia non recipiendo.*

418. *Ut semper ad Patrem oratio dirigatur.*

419. *De rebus ecclesiae a nullo iniuste retentandis vel diripiendis.*

420. *Ut ab ecclesiae societate extorris habeatur, quicumque eius rebus dampnum intulerit.*

421. *De privilegiis ecclesiarum illibate servandis.*

422. *De clericis a propriis episcopis corrigendis.*

423. *Ut nullus chorepiscopus per inpositionem manus Spiritum sanctum tradat aut consecrationem pontificalem faciat.* 5

424. *De his, qui a chorepiscopis sunt ordinati presbiteri, diaconi vel subdiaconi.*

425. *Ne iudices de excessibus malorum iudicent aliquid extra conhibentiam sacerdotum.* 10

426. *De presbiteris episcoporum, quo ipsi ire non potuerint, ad corrigendum mittendis.*

427. *De eo, qui fallax in fide repertus fuerit.*

428. *Quod non solum flagitia deflenda, sed etiam amaris poenitentiae fletibus sint eradicanda.* 15

429. *De illo, qui non solum furtum fecerit, verum et qui furi consenserit.*

430. *Ut in sancto paschae sabbato, die et parasceve missae non agantur.* 20

431. *De his, qui in locis inlicitis et minime consecratis contra canonicam auctoritatem missas celebrare vel audire praesumant.*

432. *Quod incestum committat, qui se consanguineae suae usque ad affinitatis lineam coniungit.* 25

433. *Ut incesti, quamdiu in scelere manent, non fidelium christianorum, sed tantum aut gentilium catecuminorum vel energuminorum locum teneant.*

434. *De incestis nullo coniugii nomine praevalendis.*

435. *De incestis coniunctionibus.* 30

436. *De canonicae accusationis ordine.*

437. *De servis et libertis vel infamibus personis non recipiendis.*

438. *De episcopis et reliquis sacerdotibus vel clericis ad seculares iudices minime accusandis.* 35

439. *De primatum et metropolitanorum differentia.*

440. *De familiaribus vel hominibus, tam liberis, quam servis, dominum accusantibus vel secreta eius prodentibus quid agendum sit.*

441. *Quod episcopi a Deo, cuius servi existunt, sint iudicandi, accusandi vel dampnandi; quia iuxta apostolum nemo alienum servum debet iudicare. Et quod non ab humanis aut pravae vitae hominibus sint lacerandi, ipso Domino regulam tribuente.* 40

442. *De his, qui se ipsos quocumque modo necant.* 45

443. *De his, qui clericum iniuriaverint.*

444. *Ne laici intersint, quando canonica iura ventilantur vel regularia examinantur, nisi in propria accusentur persona.*

445. *Ut ecclesiastica iura semper illibata permaneant.* 50

446. *Suggestio populi ad imperatorem Karolum et episcopos.*

447. *De alienis iudicibus non recipiendis, et peregrina iudicia vel examina respuenda.*

448. *De episcopo, qui adversus proprium metropolitanum vel contra alios quosque habuerit causam, quid agendum sit.* 55

449. *Quod fundamentum totius bonitatis sit Christus Iesus, et qualiter in ovile ovium per ostium sit intrandum.* 60

450. *De causis definitis minime recommovendis.*

451. *De his, qui contra praepositos suos se erigunt, et de accusatoribus vel testibus inimicis quid agendum sit.*

452. *De regulis clericorum.* 65

453. *De neganda accusatorum licentia criminandi, priusquam se ipsos purgaverint de his, quae eis obiciuntur.*

454. *De falsis testibus et periuris quid agendum sit.*

455. *De qualitate virginis in coniugio.* 70

456. *Ut clerici vel laici in aliena ecclesia non communicent sine litteris episcopi sui.*

*) legationem *G.* a) nullus *BAL.*

Incipit liber septimus.

Nonnulla haec capitula pro brevitate libri canonum atque levitate a domno Karolo et a suis[f] sapientissimis episcopis[f] excerpta sunt, quaedam de capite sententiae, quaedam vero de medio, quaedam autem de fine. Quae valde necessaria habenda sunt, atque memoriter retinenda. Reliqua vero tam ab eisdem, quam et postea a domno Hluduwico filio eius suisque proceribus aucta sunt.

1. *De primatu ecclesiarum et sacerdotum.* Ut unaquaeque ecclesia sive unusquisque sacerdos suum primatum teneat, sicut in antiquis canonibus constitutum est.

2. *Ut omnis ordo clericorum episcopo suo subiectus maneat.* Clerici, qui praeficiuntur in ptochiis[g] vel qui ordinantur in monasteriis vel basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneant nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Quicumque vero audent evertere huiuscemodi formam quocumque modo, nec proprio subiciuntur episcopo, siquidem clerici sunt, canonum correptionibus subiciant; si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

3. *Ut nemo clericorum relicto episcopo proprio ad negotia secularia migret.* Quod non oporteat sacerdotem vel clericum, habentes adversus invicem negotia, proprium episcopum relinquere et ad secularia negotia convolare.

4. *Ut presbiteri vel diaconi absque episcopi proprii consensu nihil praesumant.* Presbiteri[h] et diaconi praeter episcopum nihil agere pertentent.

5. *Ut tempus poenitentum in consideratione episcopi consistat.* Penes episcopos erit potestas, modum conversationis penitentum probantes, vel humanius erga eos agere vel amplius tempus adicere. Ante omnia vero praecedens eorum vita et posterior inquiratur, et ita eis inperciatur humanitas.

6. *De poenitentum conversatione et fide.* Conversatio poenitentum et fides tempus adbreviat.

7. *De fructuum oblationibus, quae ministris ecclesiae conferuntur.* Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere vel dare voluerit praeter episcopi conscientiam vel eius, cui huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

8. *De*[i] *his, quae in usus pauperum conferuntur.* Si quis oblata dederit vel acceperit praeter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit.

9. *Ut quicumque synodalem excommunicationem transgressus fuerit, in alia synodo spem recuperationis non habeat.* Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbiter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint de sacro ministerio aliquid contingere, sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem, sive presbiter aut diaconus: nullo modo liceat ei nec in alia[k] synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Sed et communicantes ei omnes abiciantur[l] de ecclesia; et maxime, si, postquam didicerint hoc factum esse, communicare temptaverint.

10. *Ut excommunicatis sive his, qui ecclesias deserunt, nemo communicet.* Cum excommunicatis non licere communicare; nec cum his, qui per domos conveniunt devitantes orationes ecclesiae, simul orandum est. Ab alia ecclesia non suscipiendum, qui in alia minime congregatur.

11. *De conturbatoribus ecclesiae opprimendis.* Si quis ecclesiam Dei conturbare et sollicitare persistit, tamquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

12. *Ut monachi episcopis suis ubique subiecti maneant.* Monachos per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi, in locis, in quibus renuntiaverunt seculo, permanentes. Nec ecclesiasticis

a) aggariis *G.* b) *deest G.* c) statuta *corr.* statuti *G.* d) illibati *ex corr. G.* e) *De rubris, quae aliquot codices hic addunt, cf. quae in fine huius libri notata sunt.* f) *deest BAL.* g) perficiuntur in thoicis *G.* h) *ipsa capitis verba desunt G.* i) *totum hoc caput deest G.* k) alio *BAL.* l) abici *BAL. et G., sed hic correxit statim.*

vero nec secularibus negotiis communicent, vel in aliqua sint molestia propria monasteria deserentes; nisi forte praecipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis.

13. *Ut unusquisque ecclesiae, cui ordinatus est, ministret.* Clericum permanere oportet in ecclesia, cui in initio ab episcopo praetitulatus est, et ad quam confugit quasi ad potiorem; hoc autem refutantes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinatus est, et ibi tantummodo ministrare. Si quis hanc definitionem transgressus fuerit, decrevit sancta synodus a proprio gradu recedere.

14. *De suscipiendis his, qui persecutionem patiuntur.* Statuimus per omnia, ut hi, qui persecutionem patiuntur a pravis quibusque vel infidelibus, suscipiantur a iustis et fidelibus.

15. *De lege et consuetudine.* Aliqua canone et ordine tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt.

16. *De alienis finibus non usurpandis.* Inhibitum est, ne quis alienos fines usurpet aut per praemium vel favorem alicuius terminos patrum statutos transcendat. Quamquam novellae suggestiones, quae vel obscurae sunt vel sub genere latent, inspectae a nobis formam accipiant, et quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis praedamnari. Universum concilium dixit: *Nemo contra prophetas, nemo contra euangelium vel contra apostolum facit aliquid absque periculo.*

17. *Ut transgressores canonum excommunicentur.* Transgredientem canonum definitionem excommunicatum esse praecipimus.

18. *Ut episcopus curam monasteriorum gerat.* Episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam gerere.

19. *De monendis his, qui ordinantur.* Si quis clericus ordinatur, moneri debet constituta servare.

20. *De satisfactione poenitentiae.* Satisfactio penitentiae non est tam temporis longitudine, quam cordis conpunctione pensanda.

21. *De mensura poenitentiae.* Tempora poenitudinis habita moderatione episcopali[a] arbitrio sunt constituenda, prout inspectorum animos viderit esse devotos: pariter[b] etiam habentes aetatis senilis intuitum, et periculorum quorumque aut aegritudinum respicientes necessitates.

22. *De malorum ordinatione vitanda.* Qui tales ordinat sacerdotes, quales esse non debent, non est hoc consulere populis, sed nocere; nec praestare regimen, sed augere discrimen.

23. *De episcopis, qui inutiles ordinaverint.* Qui in ordinandis sacerdotibus sanctorum patrum statuta neglexerunt, et quos refutare debuerunt, consecrarunt; unde si qui episcopi talem ordinaverint sacerdotem, qualem esse non liceat, etiamsi aliquo modo dampnum proprii honores evaserint, ordinationis tamen vim ulterius non habebunt, nec ei sacramento umquam interesunt, quod neglecto iudicio[c] praestiterunt.

24. *De cavendis illicitis ordinationibus.* Ab illicitis ordinationibus est abstinendum. Et si quae factae sunt ordinationes illicitae, removeantur. Nec tantum putemus petitiones valere populorum, ut cum his parere cupimus, contra voluntatem domini Dei nostri, quae nos peccare prohibet, aliquid agamus.

25. *De rebaptizatis non ordinandis.* Non est permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.

26. *Ut qui excommunicatus sine licentia communicaverit, dampnetur.* Si quis excommunicatus fuerit pro suo neglectu, et tempore excommunicationis ante audientiam communicare presumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

27. *De non vendendis rebus ecclesiae.* Placuit, ut presbiteri non vendant rem ecclesiae, ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis.

28. *Ut absque licentia episcopi ad virgines vel viduas clerici non accedant.* Clerici vel continentes ad viduas vel virgines nisi ex iussu episcoporum vel presbiterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum concle-ricis[d] vel cum his, quibus episcopus aut presbiter iusserit. Nec ipsi episcopi vel presbiteri soli habeant accessum ad huiuscemodi feminas, sed ubi clerici presentes sunt aut graves aliqui christiani.

29. *De appellatione primae sedis.* Ut primae sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos aut aliquid huiuscemodi, sed tantum primae sedis episcopus.

30. *De arbitrio episcopi erga poenitentes.* Poenitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio poenitentiae tempora decernantur.

31. *De manumissionibus.* Manumissiones in ecclesia sunt[e] celebrandae.

32. *Ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra in ecclesia in sua diocesi vel in re propria diutius residere.* Placuit, ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra ad aliam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet constitutum curam vel frequentationem agere et propriam plebem neglegere.

33. *De defensoribus ecclesiae a rege poscendis.* Defensores ecclesiarum adversus potentias secularium vel divitum ab imperatore sunt poscendi.

34. *De occursu clericorum ad concilium.* Placuit, ut quotienscumque concilium congregandum est, episcopi et presbiteri, qui neque aetate neque aegritudine aut alia graviori necessitate impediuntur, competenter occurrant. Quod si occurrere non potuerint, excusationes suas in tractatoria[f] subscribant.

35. *De lectore unius ecclesiae in alia ecclesia non promovendo.* Placuit, ut qui semel in ecclesia legerit, ab alia ecclesia ad clerum non teneatur aut promoveatur. Et ut ab electis iudicibus non sit provocandum.

36. *De remissione penitentum.* Penitentes quicumque ex gravioribus sive ex levioribus culpis poenitentiam gerunt, si nulla interveniat egritudo, quinta feria ante pascha eis est remittendum. Ceterum de pondere estimando delictorum sacerdotis est iudicare.

37. *De non invadenda alterius parrochia.* Non oportet transferri terminos a patribus constitutos, ut alterius parrochiam alter invadat atque illic celebrare divina mysteria inconsulto eo, cui commissa est, praesumat.

38. *De iusto baptismate non iterando.* Rite baptizatos illo dono iterari non posse. Et aliter sola aqua lotos baptizare in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti necesse est provideri.

39. *De ultione peccatorum.* In ecclesia peccata populi inulta remanere non debere.

40. *De prohibitis non despiciendis.* Si quis interdicta despexerit, gradus sui periculo subiacebit.

41. *De praevaricatoribus canonum summovendis.* Quisquis sacerdotum contra interdicta canonum fecerit, a suo est officio submovendus, et veniam sibi deinceps noverit denegari.

42. *De dilatione temporum erga eos, qui ad sacros ordines promoventur.* Qui se divinae miliciae desiderat mancipari, sive inter lectores, sive inter exorcistas, quinquennio teneatur. Exinde acolitus vel subdiaconus quatuor annis. Et sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, si inculpate gesserit, adhaerere debebit. Et postea, si probus fuerit, sacerdos efficiatur.

43. *De confessione scelerum.* Manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto et delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nihil enim[g] interest

a) episcopi *BAL.* b) pater *G.* c) iniudicio *G.* d) clericis *G.* e) *deest BAL.* f) tractoria *BAL.* g) *deest G.*

utrum in praesenti examine omnia, quae dicta sunt de eo, comprobentur, cum ipsa absentia pro confessione constat.

44. *Ut doctoribus contraria non doceantur.* Non debere quemquam ad iniuriam doctorum vindicare doctrinam; quia timeo ne conhibere sit hoc tacere. *Et alibi:* Merito causa nos respicit, si silentio faveamus errori.

45. *De profundioribus quaestionibus.* Profundiores quaestiones nec contempnendae sunt, nec penitus asserendae.

46. *De non neglegendis praeceptis canonum, sed viriliter exercendis.* Nec ociosa nobis esse patitur, qui exercenda, non neglegenda, donavit.

47. *De non studendo novitati.* Si studere incipiamus novitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus [a].

48. *Ut nullus sacerdos in alterius parrochia aliquid praesumat.* Sit unusquisque sacerdos concessis sibi contentus limitibus, nec in alterius parrochia quicquam praesumat; ne usurpatione locus alicui sacerdoti [b] in alterius concedatur iniuriam.

49. *De non ignorandis canonibus.* Nulli sacerdoti liceat canones ignorare.

50. *De populo docendo.* Docendus est populus, non sequendus.

51. *Ut aliqua conditione obligatus absque petitione domini sui non ordinetur.* Qui originali aut alicuius conditione obligati sunt, non debent ab episcopis ordinari, nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis: debet enim esse inmunis ab aliis, qui divinae militiae fuerit aggregandus.

52. *De malis funditus abscidendis.* Ea quae male pullulant radicitus evellantur, et messem dominicam zizania nulla corrumpant.

53. *De non exigendis usuris.* Usuram non solum clerici, sed nec [c] laici christiani exigere debent [d].

54. *De pravis persequendis.* Aliter nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt perditores aut perditi, zelo fidei dominicae persequamur, et sanis mentibus, ne pestis haec latius devulgetur, severitate qua possumus abscidamus.

55. *De plebe adversus sacrilegos custodienda.* Ante tribunal Domini de reatu neglegentiae se non poterit excusare, qui plebem suam contra sacrilegae persuasionis auctores noluerit custodire.

56. *De utilitate gregis et pastoris.* Aliter unus grex et unus pastor non sumus, nisi quemadmodum apostolus docet dicens: *Simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem sapientia.*

57. *De tepidis doctoribus* [e]. Interiorum [f] ordinum culpae ad nullos magis referendae sunt, quam ad desides neglegentesque doctores, qui multam saepe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.

58. *Quomodo dubia vel obscura teneantur.* In his, quae vel dubia vel obscura fuerint, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum [g] invenitur adversum.

59. *De uxoribus et concubinis.* Non omnis mulier viro iuncta uxor est viri, neque omnis filius heres est patris. Itaque aliud est uxor, aliud concubina. Sic et aliud ancilla, aliud libera. *Et alibi:* Non est dubium eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium.

60. *De concubinis relinquendis.* Non est coniugii duplicatio, quando, ancilla relicta, uxor assumitur, sed profectus est honestatis.

61. *De abstinendo a licitis.* Oportet, qui pro inlicitis veniam poscit, etiam a multis licitis [h] abstinere.

62. *Quod poenitentibus nulla lucra negotiationis exercere conveniat.* Nulla lucra negotiationis poenitentibus exercere convenit; quia difficile est inter vendentis ementisque commercium non intervenire peccatum.

63. *De reatu potentum.* Reatu maiore delinquit, qui potiore honore [i] perfruitur; et maiora facit vitia delictorum sublimitas dignitatum.

64. *Ut pravi non consecrentur.* Quisquis pravorum consecrator extiterit sacerdotum, factum suum ipse dissolvat; et quod commisit illicite aut a decessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, dampnabit.

65. *Ut iniusta populi petitio effectu careat.* Nec tantum putemus petitiones valere populorum, ut, cum his parere cupimus, contra voluntatem domini Dei nostri, qui peccare prohibet, aliquid agamus.

66. *De potestate data non abutenda.* Privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

67. *Ut nemo poenitentem alterius parrochiae absolvat.* Nullus sacerdos in alterius civitate vel diocesi poenitentem, vel sub manu positum sacerdotis, vel qui reconciliatum se esse dixerit, sine consensu et litteris episcopi vel presbiteri, in parrochia presbiter, aut episcopus in civitate suscipiat.

68. *De criminosis non promovendis.* Ad clerum criminosi nequeant promoveri; et in clero positi si in aliquibus criminibus inventi fuerint, a suis officiis arceantur.

69. *De iis, qui variis passionibus irretiti sunt.* Demoniis aliisque passionibus inretitis ministeria sacra tractare non licet.

70. *De mortuis temere non iudicandis.* Non est temere iudicandum de his, qui ad Deum migraverunt.

71. *De contentione vitanda.* Summopere contentio est vitanda.

72. *Quod mali bona ministrando sibi noceant.* Mali bona ministrando sibi tantummodo nocent, nec ecclesiae sacramenta commaculant.

73. *Ut vivente viro vel uxore nemo eorum alteri coniugio copuletur.* Qui interveniente repudio alio se matrimonio copularunt, hos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, nec possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam hae personae, quibus coniuncti sunt, adulteri esse monstrentur.

74. *De potestate episcopi in parrochia sua.* Ut unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem, et regat iuxta reverentiam singulis competentem, et providentiam gerat omnis possessionis quae sub eius est potestate.

75. *Ut nemo clericorum absque consensu episcopi sui principem adeat.* Si quis adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum consilio et tractatu metropolitani et ceterorum episcoporum ipsius provintiae.

76. *De potestate episcopi in rebus ecclesiasticis.* Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia et timore Dei. Participet autem et ipse quibus indiget, si tamen indiget.

77. *Ut clericus extra suam parrochiam absque sui pontificis permissu non proficiscatur.* Non oportet sacerdotem vel clericum sine iussione sui proficisci pontificis.

78. *Qualiter episcopi provehantur.* Episcopi iudicio metropolitanorum et eorum episcoporum qui circumcirca sunt, provehantur ad ecclesiasticam potestatem.

79. *Quod turbis electiones episcoporum non concedantur.* Non est permittendum turbis, electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium provehendi.

80. *Ut episcopi terminos parrochiae suae non transeant.* Qui sunt supra diocesim episcopi, nequaquam ad ecclesias, quae sunt extra praefixos sibi terminos, accedant, nec eos aliqua praesumptione transcendant [k].

a) calcauimus *G.* b) l. alicuius in *BAL.* c) etiam *G.* d) non d. *G.* e) doctoris *G.* f) inferiorum *coniicit BAL.* g) *deest G.* h) *deest G.* i) *deest G.* k) *deest G.*

81. *Ut episcopi nisi vocati extra suam diocesim nullas ordinationes fatiant.* Non vocati episcopi extra suam diocesim accedant propter ordinationes faciendas vel propter alias dispensationes ecclesiasticas.

82. *Quod ea, quae in provincia agenda sunt, ipsius provintiae synodus dispenset.* Servata vero quae scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa, quae sunt per unamquamque provintiam, ipsius provinciae synodus dispenset, sicut Niceno constat decretum esse concilio.

83. *De potestate primatis dioceseos.* Si quis a metropolitano laeditur, apud primatem dioceseos iudicetur.

84. *Ut accusatores clericorum sine probatione non recipiantur.* Clericos vel laicos accusantes episcopos aut clericos, passim et sine probatione ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio vel suspitio.

85. *Ut criminosus vocem accusandi non habeat.* Is qui in aliquibus criminibus irretitus est, vocem adversus maiorem natu non habeat accusandi. Ab universis episcopis dictum est: si criminosus est, non admittatur. Placet.

86. *Ut accusato locus, unde ipse est, concedatur, ubi testes habere queat.* Placuit, ut accusatus vel accusator in eo loco, unde est ille qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariae multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes eius perducere, ubi causa finiatur.

87. *Ut episcopus ante iustam definitionem nullatenus propria potestate privetur.* Adimi episcopo episcopatum, antequam cause eius exitus appareat, nulli christiano videri iure potest.

88. *Ut nulli criminoso liceat accusare episcopum.* Episcopum nulli criminoso liceat accusare.

89. *De primate in accusatione episcopi expetendo.* Si quis episcopus accusatur, ad primates ipsius provinciae causam eius deferat accusator.

90. *Ut accusator culpabilis non recipiatur.* Si accusatoris persona in iudicio episcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum non admittatur nisi de propriis causis.

91. *Ut nemo ecclesiasticus testificari conpellatur.* Ut nulla ad testimonia dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

92. *De concilio universali.* Concilium universale non nisi necessitate faciendum.

93. *De causis specialibus.* Causae quae communes non sunt, in suis provinciis iudicentur.

94. *Ut metropolitanus in alterius provintia nihil praesumat.* Unaquaeque provincia suo metropolitano et suis conprovincialibus episcopis sit contenta, nec aliquis in limitibus alterius provintiae quicquam presumat.

95. *Ut contradicentibus non ordinetur episcopus.* Nolentibus clericis vel populis nemo debet episcopus ordinari. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint praegravari. Et quos ex transverso cognoverint, non timeant refutare.

96. *Quod tres episcopi praecepto archiepiscopi ordinare possunt*[a] *episcopum.* Si necessitas fuerit, tres episcopi, in quocunque loco sint, archiepiscopi praecepto ordinare possunt episcopum.

97. *De contradictione ordinationis episcopi.* Si de ordinatione episcopi fuerit contradictio oborta, non praesumant ad purgandum eum, qui ordinandus[b] est, tres iam, sed postuletur ad numerum unus vel duo in eadem plebe, cui ordinandus est. Discutiantur ergo primo personae contradicentium: postremo vero illa, quae obiciunt, pertractentur. Et cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur episcopus.

98. *Ut chorepiscopi modum mensurae, qui in sacris canonibus praefixus est, non excedant.* Emersisse reprehensibilem et valde inolitum usum comperimus, eo quod quidam chorepiscopi ultra modum suum progredientes et donum sancti Spiritus per inpositionem manuum tradant, et alia, quae solis pontificibus debentur, contra fas peragant, praesertim cum nullum ex septuaginta discipulis, quorum speciem in ecclesia gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus inpositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber actuum apostolorum docet. In concilio vero Caesariensi ita de chorepiscopis habetur scriptum: *chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam septuaginta videntur esse. Ut comministri autem propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.* Item in concilio Antioceno, capitulo decimo: *Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus inpositionem episcoporum perceperint et ut episcopi consecrati sint, tamen sanctae synodo placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi ecclesias earumque moderamine curaque contenti sint.*

99. *Quales personae ad accusationem non admittantur.* Placuit, ut omnes servi vel liberti[c] omnesque infames personae ad accusationem non admittantur, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicae non admittunt.

100. *Ut si unum crimen accusatores approbare nequiverint, de ceteris non admittantur.* Placuit, ut quociescumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex ipsis, de quo prius egerint, approbare non valuerint, ad cetera non admittantur.

101. *Ut testes infra quattuordecim annos aetatis non recipiantur.* Testes ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti precepti sunt, vel quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem infra quattuordecim etatis suae annos nullus admittatur.

102. *Ut clerici sive episcopi a suis metropolitanis vel a*[d] *comprovincialibus audiantur.* Canones Africanae provinciae vel etiam decreta Nicena inferioris gradus clericos sive ipsos episcopos suis[e] metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim iustissimeque definierunt quaecumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda; maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suae provintiae vel etiam universale provocare.

103. *Si quis episcopus depositus Romanum pontificem appellaverit, causa eius iudicio episcopi Romani determinetur.* Si quis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter episcopus in eius cathedra post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit iuditio episcopi Romani determinata.

104. *Ut episcopus accusatus ab omnibus conprovincialibus, coepiscopis*[f] *videlicet suis, audiatur vel iudicetur.* Si quis episcopus super certis criminibus accusatus fuerit, ab omnibus audiatur qui sunt in provincia episcopis.

105. *Quod legitima uxor sit nuptialiter ducenda*[g]. Dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Igitur quicumque filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris iunctae carent culpa, si mulieres, quae a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt, quia aliud est nupta, aliud concubina.

106. *De metropolitanis, ne conprovincialium causas absque proprio episcopo audiant, neque alicuius coepiscopi querelam vel crimen praeter ceterorum omnium conprovincialium coepiscoporum praesentiam discutere praesu-*

a) possint *BAL.* b) ordinatus *BAL.* c) liberi *G.* d) *deest BAL.* e) suos *G.* f) provincialibus episcopis *G.* g) dicenda *G.*

mant. Ut nullus metropolitanus absque ceterorum omnium conprovintialium coepiscoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, clamante canonum tuba: *Metropolitanus praeter omnium conscientiam non faciat aliquid* (subauditur, conprovintialium coepiscoporum), *nisi quantum ad propriam pertinet* [a] *parrochiam.*

107. *De accusatoribus sacerdotum calumniosis vel suspectis.* Accusatores calumniosos vel suspectos nemo suscipiat, nemo audiat.

108. *De accusatoribus et accusationibus submovendis quas leges non admittunt.* Accusatores et accusationes quas seculi leges non admittunt, et nos summovemus.

109. *De causis episcoporum vel reliquorum sacerdotum a conprovincialibus infra propriam provinciam terminandis, et non ab aliis, nisi ad primates vel ad sedem apostolicam* [b] *fuerit provocatum.* Si quae causae vel contentiones inter clericos et laicos vel inter clericos tam maioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, placuit, ut secundum synodum Nicenam congregatis omnibus eiusdem provintiae episcopis iurgium terminetur. Nec [c] cui liceat, (sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae, quae [d] in omnibus causis debet [e] reverentia custodiri [f]) relictis his sacerdotibus, qui in eadem provintia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliorum conprovincialium episcoporum iudicium expeti vel pati, nisi hi [g] suspecti fuerint. Quod si quis praesumpserit, et ab officio cleri depositus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

110. *De accusatoribus in maiorum natu iudicio requirendis.* Quaerendum est [h] in iudicio, cuius sit conversationis et fidei is qui accusat et is qui [i] accusatur.

111. *De accusatoribus pravae conversationis, vel quorum vita est accusabilis, non recipiendis in causa sacerdotum.* Ut hi, qui non sunt bonae conversationis, vel quorum vita est accusabilis, non permittantur maiores natu accusare.

112. *De accusatoribus, quorum fides, vita et libertas nescitur, non admittendis in sacerdotum pulsatione.* Quorum fides, vita et libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare.

113. *De canonibus a sacerdotibus non ignorandis.* Placuit, ut nulli sacerdoti liceat canones ignorare.

114. *De episcopo sibi soli praesumente cognitionem.* Placuit, ut unus episcopus non vendicet sibi cognitionem.

115. *De episcopis damnare volentibus eos, a quibus sunt consecrati.* Episcopi pontifici a quo consecrati probantur, praeiuditium inferre nullum possunt. Quod si presumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

116. *De episcopis eiectis vel suis rebus expoliatis, ut ante non accusentur, quam legibus pleniter restituantur.* Si quis episcopus suis fuerit rebus expoliatus et accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet prima fronte cedere, ut omnia, quae per [k] suggestiones inimicorum amiserat, legaliter potestati eius ab honorabili concilio redintegrentur, et praesul prius statui pristino reddatur; ipseque [l] demum potestative, non subito, sed diu dispositis ordinatisque suis, tunc ad tempus veniat ad causam; et si iuste videtur, accusantium propositionibus respondeat.

117. *De his, quos leges seculi non admittunt, in clericorum causis non admittendis.* Quos leges seculi non admittunt, his dicendi in cognitionem vel adsequendi aliquid deneganda est licentia.

118. *De non cogendo clericos in publicum dicere testimonium.* Clerici de iudicii sui cognitione non cogantur in publicum dicere testimonium.

119. *De accusatoris persona scelerum maculis aspersa ad sacerdotum accusationem non admittenda.* Si accusatoris persona in iudicio episcoporum culpabilis, id est sceleribus irretita apparuerit, ad arguendum non admittatur nisi de propriis causis.

120. *Ne interventor episcopus cathedram* [m], *ubi intercessor est, sedeat.* Item constitutum est, ut nulli interventori [n] licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere.

121. *Quotiens de minoribus iudicibus ecclesiasticis ad maiores ecclesiasticos iudices fuerit provocatum, non eis denegetur, qui provocaverint.* Placuit, ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis denegetur, qui provocaverint.

122. *De apostolicis et canonicis decretis minime violandis.* Providendum est in omnibus, ne in aliquo apostolica vel canonica decreta violentur.

123. *Decretum domni Karoli regis Francorum, ut servi Dei neque in hostem pergant, neque armaturam baiulent.* Karolus, gratia Dei rex regnique Francorum rector et devotus sanctae ecclesiae defensor atque adiutor in omnibus. Apostolicae sedis hortatu omniumque fidelium nostrorum et maxime episcoporum ac reliquorum sacerdotum consultu, servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantummodo qui propter divinum ministerium [o] missarum scilicet sollemnia adimplenda et sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt; id est unum vel duos episcopos cum cappellanis presbiteris princeps secum habeat, et unusquisque praefectus unum presbiterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possit.

124. *Non esse fundendum sanguinem christianorum vel paganorum a sacerdotibus.* Ut sacerdotes neque christianorum neque paganorum sanguinem fundant.

125. *Ut servi Dei venationes non exerceant.* Omnibus servis Dei venationes et silvaticas vagationes cum canibus, et ut accipitres et falcones non habeant, interdicimus.

126. *Ut ignoti episcopi vel presbiteri ante synodalem probationem non admittantur ad ministerium ecclesiasticum.* Statuimus, ut secundum canonicam cautelam omnes undecumque supervenientes ignotos episcopos vel presbiteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.

127. *De sacerdotibus, qui plures uxores habuerint.* Si sacerdotes plures uxores habuerint, vel sanguinem christianorum vel paganorum fuderint, aut canonibus obviaverint, sacerdotio priventur, quia deteriores sunt secularibus.

128. *Ut unusquisque sollicitus sit adiuvante defensore ecclesiae, ne in sua parrochia populus opera diabolica agat.* Decrevimus, ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia sollicitudinem adhibeat adiuvante grafione, qui defensor ecclesiae est, ut populus Dei paganias [p] non faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat, sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive filacteria et auguria, sive incantationes, sive hostias immolaticias, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini; quae [q] potius quam ad misericordiam sanctos suos ad iracundiam provocant.

129. *Ut parrochiam suam unusquisque episcopus singulis circumeat annis.* Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parrochiam suam sollicite circumeat, et populum confirmare et plebes docere et investigare et prohibere paganas observationes divinosque vel sortilegos, aut auguria, filacteria, incantationes vel omnes spurcitias gentilium studeat.

a) *deest G.* b) ad pr. — apost. *desunt BAL.* c) ne *BAL.* d) cui *BAL.* e) debetur *G.* f) custodire *G.* g) *deest BAL.* h) *deest G.* i) a. et is qui *desunt G.* k) super *BAL.* l) ipsequem *G.* m) in cathedram *BAL.* n) interventorum *BAL.* o) mysterium *G.* p) paganicas *G.* q) qui *BAL.*

130. *Ut presbiteri episcopis suis subiecti sint, et ut quadragesimae tempore ministerii sui ordinem reddant.* Decrevimus iuxta sanctorum canones, ut unusquisque presbiter in parrochia habitans episcopo subiectus sit illi, in cuius parrochia habitat, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus et ordine missarum episcopo reddat et ostendat. Et quandocumque iure canonico episcopus circumeat parrochiam populos ad confirmandos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in coena Domini semper novum chrisma ab episcopo suo quaerat. Et de vetere nullus baptizare praesumat, sed ardere in[a] luminaribus ecclesiae vetus non tardet.

131. *Ne aliquis accipiat ecclesiam infra parrochiam sine consensu episcopi sui.* Ut nemo accipiat ecclesiam infra parrochiam sine consensu episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.

132. *Ut de incestis et infirmis et poenitentibus curam gerant sacerdotes.* Ut de incestis et criminosis curam gerant sacerdotes magnam. Similiter de infirmis et poenitentibus, ut morientes sine sacrati olei unctione et reconciliatione atque viatico non transeant. Et[b] de ieiunio quatuor temporum.

133. *Ut duabus vicibus in anno ad mallum omnes liberi veniant.* Ut ad mallum venire nemo tardet, unum circa aestatem et alterum circa autumnum. Ad alia vero, si necessitas fuerit vel denuntiatio regis urgeat, vocatus venire nemo tardet.

134. *Ut nullus neglegens sit, quando pro rege vel fidelibus suis orandum fuerit.* Ut quando denuntiatum fuerit pro rege vel pro fidelibus suis qualibet causa orationes facere, nemo ex hoc neglegens appareat.

135. *De ieiunio quatuor temporum et[c] a sacerdote plebi denuntiando, et ab omnibus observando.* Ut ieiunium quatuor temporum et ipse sacerdos observet, et plebi denuntiet observandum.

136. *Ut sacerdos nisi in locis consecratis missam non celebret.* Nullus sacerdos nisi in locis Deo dicatis vel in itinere in tabernaculis et mensis lapideis ab episcopis consecratis missas celebrare praesumat. Quod qui praesumpserit, gradus sui periculo subiacebit.

137. *De sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.* Sacerdotes, qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum, nec discere iuxta praeceptum[d] suorum episcoporum pro viribus satagunt, vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi, quousque haec pleniter emendata[e] habeant.

138[1]. *De his, qui poenitentia accepta moriuntur.* De his, qui recedunt de corpore poenitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus inpositione eis communicare: quod morientis[f] sufficit consolationi secundum definitiones patrum, qui huiusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, stent in ordine poenitentum; ut ostensis necessariis poenitentiae fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus inpositione recipiant.

139. *Ut nullus iudex neque presbiterum neque diaconum aut clericum sine consensu episcopi sui distringat.* Ut nullus iudex neque presbiterum neque diaconum aut clericum aut iuniorem ecclesiae sine scientia pontificis per se distringat aut[g] condempnare praesumat. Quod si fecerit, ab ecclesia, cui iniuriam irrogare dinoscitur, tamdiu sit sequestratus, quandiu reatum suum cognoscat et emendet.

140. *Ut nullus episcoporum vel secularium alterius episcopi res tenere praesumat.* Ut nullus episcoporum vel secularium cuiuscumque alterius episcopi sive ecclesiae seu privati* res, aut regnorum divisione aut provinciarum sequestratione, competere aut retinere praesumat. Quod si quis hoc facere temptaverit, tamdiu sit ab omnium caritate suspensus, et a communionis gratia sequestratus, quoadusque res ablatas cum fructuum satisfactione restituat.

141. *De hoste et pugna atque armis sacerdotibus prohibitis.* Secunda vice propter ampliorem observantiam apostolica auctoritate et multa sanctorum episcoporum ammonitione instructi sanctorumque canonum regulis edocti, consultu videlicet omnium nobilium nostrorum, nosmetipsos corrigentes posterisque nostris exemplum dantes volumus, ut nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres tantum episcopi electione ceterorum propter benedictionem et praedicationem populique reconciliationem, et cum illis electi sacerdotes, qui bene sciant populis poenitentias dare, missas celebrare, de infirmis curam habere, sacratique olei cum sacris precibus unctionem impendere, et hoc maxime praevidere, ne sine viatico quis de seculo recedat. Hi vero nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, nec effusores sanguinum vel agitatores fiant; sed tantum sanctorum pignora et sacra ministeria ferant, et orationibus pro viribus insistant; ut populus, qui pugnare debet, auxiliante Domino victor existat, et non sit sacerdos sicut populus. Reliqui vero, qui ad ecclesias suas remanent, suos homines bene armatos nobiscum aut cum quibus iusserimus, dirigant; et ipsi pro nobis et cuncto exercitu nostro missas, letanias, oblationes, elymosinas faciant, orantes Deum coeli, ut proficiamus in itinere quo pergimus, victoresque Deo amminiculante existamus. Gentes enim et reges earum qui[h] sacerdotes secum pugnare permiserunt, nec praevalebant in bello, nec victores extiterunt; quia non erat differentia inter laicos et sacerdotes, quibus pugnare non est licitum. Haec vero Galliarum, Hispaniarum, Langobardorum nonnullasque alias gentes et reges earum fecisse cognovimus; quae propter dictum[i] nefandissimum scelus nec victores fuerunt, nec patrias retinuerunt: Quam foveam caventes, malumus cum paucis et licitis Domino opem ferente victores existere, quam cum multis et illicitis tergum[k], quod absit, vertere et cum praedictis gentibus perire. Qualis enim victoria datur, ubi sacerdotes una hora dominica pertractant mysteria, et christianis dominicum porrigunt corpus pro suarum animarum redemptione, et post christianos, quibus hoc ministrare, aut paganos, quibus Christum praedicare debuerant[l], propriis sacrilegisque manibus necant; praecipue dicente eis Domino: *Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus?* Et dum haec ita se habeant, elegimus potius Domino adminiculante, nobisque illis et[m] cunctis eorum ecclesiis opem ferente, nec quicquam eis pro hoc de honoribus vel ecclesiarum rebus minuente, ut gradus eorum et sanctorum canonum decreta custodiant, quam illi aut nobis imperantibus aut consentientibus[n] contra haec faciant, aut gradibus careant, aut pereant, et nos simul, quod absit, cum eis et victoria careamus vel pereamus. Quoniam peccatis exigentibus timemus, si talia et tam inlicita eis aut imperemus aut agere consentiamus, ut una cum eis pereamus; quia non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus, aequo piaculo rei sunt in conspectu Dei et sanctorum eius. Si vero ista veraciter ex utraque parte fuerint custodita, credimus, quia corruent ante nos omnes[o] pa-

a) *deest G.* b) *haec perperam posita.* c) ut *G.* d) praecepta *BAL.* e) hoc p. emendatum *BAL.* f) morienti *G.* g) *deest G.* *) priuatas *G.* h) quae *BAL.* i) praedictum *BAL.* k) terga *BAL.* l) *BAL. post* ministrare *collocat; G. ibi abrasum hic inserit.* m) *deest G.* n) consequentibus *G.* o) *deest G.*

1) hic caput 16 Capitularis anni 769. sequi poterat, cuius tamen, ut rudibus clericis valde periculosi, loco aliud hoc Benedictus scribendum censuit.

ganae gentes, et victores erimus; insuper et bene agentes Domino auxiliante vitam possidebimus sempiternam.

142. *De his, qui putaverunt idcirco praeceptum fuisse non ire ad pugnam sacerdotes, ut honor eis minueretur.* Quia instigante antiquo hoste audivimus quosdam nos suspectos habere, propterea quod concessimus episcopis et sacerdotibus ac reliquis Dei servis, ut in hostes nisi duo aut tres a ceteris electi et sacerdotes similiter perpauci ab eis electi non irent, sicut in prioribus nostris continetur capitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam christianos quam paganos necarent, nec agitatores sanguinum[a] fierent, vel quicquam contra canones facerent, quod honores sacerdotum et res ecclesiarum auferre vel minorare[b] eis voluissemus: quod nullatenus facere vel facere volentibus consentire omnes scire cupimus; sed quanto quis eorum amplius suam normam servaverit et Deo servierit, tanto eum plus honorare et cariorem habere volumus. Et ut haec certius credantur et per futura tempora conserventur, praecipimus, ut nullus res ecclesiae nisi praecario possideat. Et postquam ipsae precariae finitae fuerint, faciant potestative speculatores ecclesiae, utrum elegerint, aut ut[c] ipsas res recipiant, aut posteris eorum sub precario et censu habere permittant: ita tamen, ut ipsi proprias et utiles res eisdem ecclesiis, de quarum iure esse videntur, legaliter tradant, et si[d] a rectoribus earundem ecclesiarum precariae renovandae sunt, canonice renoventur. Novimus ergo multa regna et reges eorum propterea cecidisse, quia ecclesias expoliaverunt resque earum vastaverunt, abstulerunt, alienaverunt vel diripuerunt, episcopisque et sacerdotibus atque, quod maius est, ecclesiis eorum abstulerunt et pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello nec in fide stabiles fuerunt, nec victores extiterunt; sed terga multi vulnerati et plures interfecti verterunt, regnaque et regiones et, quod peius est, regna coelestia perdiderunt atque propriis hereditatibus caruerunt et actenus carent. Quae omnia vitantes, nec talia facere nec consentire nec infantibus[e] aut successoribus nostris exemplum dare volumus; sed quantum valemus et possumus, adiuncto Leonis papae et omnium episcoporum, quorum consilio usi hoc egimus, spiritu nostro spiritui eorum, per Deum et omnium sanctorum merita prohibemus contestamurque, ne talia faciant vel facere volentibus consentiant; sed adiutores et defensores atque sublimatores ecclesiarum et cunctorum servorum Dei pro viribus existant; ne in foveam, in quam praedicti reges et regna ceciderunt, cadant, aut in profundum, quod absit, inferni demergantur. Et ut haec devotius per futura tempora conserventur, praecipientes iubemus, ut nullus tam nostris quam futuris temporibus a nobis vel successoribus nostris ullo unquam tempore absque consensu et voluntate episcoporum, in quorum parrochiis esse noscuntur, res ecclesiarum petere aut invadere vel vastare aut quocumque ingenio alienare praesumat. Quod si quis fecerit, tam nostris quam et successorum nostrorum temporibus, poenis sacrilegii subiaceat, et a nobis atque successoribus nostris nostrisque iudicibus vel comitibus sicut sacrilegus et homicida vel fur sacrilegus legaliter puniatur et ab episcopis nostris anathematizetur, ita ut mortuus etiam sepultura et cunctis Dei ecclesiae precibus et oblationibus careat, nec elymosinam suam quisquam recipiat. Quod autem maximum sacrilegium sit res ecclesiae auferre, invadere, alienare, vastare vel subripi, maxime omnes scripturae divinae testantur. Et beatus Symmachus papa synodali sententia cunctos feriendo, dicit: *Iniquum est,* inquit, *et sacrilegii instar, ut quae vel pro salute vel pro requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae pauperum causa contulerit aut certe reliquerit, ab his, quibus maxime servari convenerat, auferri aut in aliud transferri.* Et multa sanctorum canonum decreta et sanctorum patrum edicta haec eadem testantur: quae scrutari et scire cupientibus perfacile patent.

143. *De sceleribus nefandis, ob quae regna percussa sunt, ut penitus caveantur.* Prohibemus omnino sub poena sacrilegii generaliter omnibus cunctarum ecclesiarum rerum invasiones, vastationes, alienationes, sacerdotumque et reliquorum servorum Dei oppressiones, vexationes atque cunctorum generum iniurias, necnon et cunctis utriusque sexus hominibus adulteria, fornicationes sodomiticasque luxurias atque incesta vel cuncta illicita coniugia, homicidia iniusta, periuria, falsa testimonia, et omnia illicita, pro quibus non solum regna et reges, sed etiam homines in eis commanentes perire cognovimus. Sed quia Deo auxiliante per merita et intercessionem sanctorum servorumque Dei, quos sublimare et honorare curavimus atque curamus, actenus nos et successores nostri regna et regiones adquisivimus, et victorias multas habuimus, deinceps summopere omnibus nobis providendum est, ne pro praedictis[f] inlicitis et spurcissimis luxuriis his, quod absit, careamus. Nam multae regiones, quae rerum ecclesiarum invasiones, vastationes, alienationes vexationesque et sacerdotum reliquorumque servorum Dei oppressiones vel quascumque iniurias, vel[g] iam dicta illicita et adulteria, vel sodomiticam luxuriam vel commixtionem meretricum sectatae fuerunt, nec in bello seculari fortes, nec in fide stabiles perstiterunt. Et qualiter Dominus talium criminum patratoribus ultrices poenas per Sarracenos et alios populos venire et servire permisit[h], cunctis earum gesta legentibus liquet. Et nisi nos ab his caveamus, similia nobis supervenire non dubitamus, quia vindex est Deus de his omnibus. Quapropter sciat unusquisque nobis subiectus, quia qui in uno ex his repertus atque convictus fuerit, et honores, si habet, omnes perdere, et in carcerem se usque ad iustam emendationem atque per publicae poenitentiae satisfactionem retrudi et ab omni fidelium consortio fieri alienum. Valde enim cavenda est illa fovea, in quam alios cecidisse cognovimus.

144. *De his presbiteris, qui contra episcopos suos seculares defensores habere noscuntur.* Quod illi presbiteri, qui sine episcopo proprio arbitrio viventes seculares defensores habent contra episcopos, et seorsum populos congregant, eorumque erroneum ministerium non in ecclesia, sed per agrestia loca et mansiunculas agunt et ecclesias conturbant, tales sacerdotes vitandi et honore proprio sunt privandi, carceribusque vel monasticae vitae sub poenitentia diebus vitae suae tradendi, mala quae egerunt luituri.

145. *Ut cuiuspiam gradus clericus sine pontificis sui concessu nullum ad iudicium seculare attrahere praesumat.* Clericus cuiuslibet gradus sine pontificis sui permissu nullum ad seculare iudicium attrahere praesumat, nec laico quemlibet clericum in seculari iudicio liceat accusare, cum privatorum christianorum causas magis apostolus ad ecclesias deferri atque ibidem terminari praecipiat.

146. *Ut clerici venationes non faciant cum avibus vel canibus.* Ut clerici venationes non agant, nec acceptores[i] vel falcones habeant.

147. *Ut omni anno ministerii sui rationem presbiteri episcopo suo reddant.* Ut unusquisque presbiter per singulos annos episcopo suo rationem ministerii sui reddat tam de fide catholica, quam de baptismo atque de omni ordine ministerii.

148. *Ut omnes episcopi parrochias suas annis singulis circumeant.* Ut singulis annis unusquisque episcopus parrochiam suam circumeat populumque confirmet ac doceat, et ea quae vitanda sunt prohibeat, et quae agenda sunt utiliter agere suadeat.

149. *De eo, qui non coacte statuta transgressus fuerit.*

a) sanguinem *BAL.* b) minuere *BAL.* c) *deest G.* d) sic a. r. e. e. p. si r. *BAL.* e) inuantibus *corr.* inventibus *G.* f) dictis *BAL.* g) *sic G. corr. ex* quae, *quod habet BAL.* h) promisit *G.* i) accipitres *G.*

Si quis statuta supergressus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus, honore privetur.

150. *Ut ecclesiarum negotia semper primo audiantur in causis.* De ecclesiarum negotiis, ut absque dilatione ulla continuo audiantur a iudice.

151. *De episcopo non usurpando alterius fines episcopi.* Ne episcopus alterius episcopi plebes vel fines usurpet.

152. *De non iudicando vel testificando quemquam in sua causa.* Ut nullus in sua causa iudicet aut testimonium dicat.

153. *Ut episcopus eiectus vel suis carens rebus ante plenam restitutionem non accusetur; nec ille, qui suis libere et integerrime fruens est bonis, antequam familiariter conveniatur; neque respondere conpellatur, nisi canonice venerit evocatus.* Canonica testante tuba didicimus, quod episcopus eiectus vel suis rebus expoliatus nequaquam debet accusari vel iudicari, antequam legaliter et pleniter restituatur. Si quis vero libere suis ecclesiaeque sibi commissae et integerrime fruens rebus ac honoribus super certis accusatus fuerit criminibus, prosequi ante non licet, quam ab accusatoribus familiariter ut ea emendare debeat, super quibus res agitur, ammonitus fuerit. Si inter se se minime ante pacaverint [a], canonice ad synodum convocentur [b], ut ab omnibus, qui haec praetermiserint, ex utraque parte publice arguantur [c] et corrigantur, qui familiariter se et secrete corrigi noluerunt. Quod si sponte aut aliqua necessitate compulsus aut in fratrum conventu aut in quolibet loco canonice vocatus nec olim familiariter commonitus venerit, a nullo conpellatur, antequam haec fiant, ut respondeat; sed prius, ut praelibatum est, familiariter conveniatur [d], ut de se et de suis ea sanet, unde querimonia agitur. Deinde tempore in Nicenis canonibus praefixo, ut canonice respondeat, ad synodalem convocetur conventum. Et ut episcopum apud iudices publicos nemo audeat accusare, sed aut apud primates dioceseorum, aut apud sedem apostolicam; nec aliorum nisi suorum aut certe electorum iudicum [e] sententia inpetatur vel teneatur. Sane si circa haec secus actum fuerit, viribus carere in omnibus haut dubium est.

154. *De superbis vel contumacibus clericis vel laicis cohercendis.* Ut clerici, qui superbi vel contumaces sunt, coerceantur, ut minores, qui maioribus inrogaverunt iniurias, metum habeant; quia manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem contempnit, sed diaboli, qui superbiae inventor et princeps est. Unde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, contemptus debet contumacia et superbia in omnibus frangi.

155. *Ut nullus clericus vel abbas ad iudicia secularia sine iussione proprii episcopi ire praesumat. Et ut nullus suo episcopo contumax aut inoboediens existat.* Statutum est in synodis a sanctis patribus, ut nullus clericus ad iudicia laicorum publica conveniat nisi per iussionem episcopi sui vel abbatis, iuxta canonum Carthaginensium capitulum nonum, ubi scriptum est: *Qui relicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari voluerit, etiamsi pro illo fuerit prolata sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali iudicio. In civili vero perdat, quod evincit, si locum suum obtinere voluerit. Cum enim ad eligendos iudices undique ecclesiae patet auctoritas, quia se indignum fraterno consortio iudicat qui de universa ecclesia male sentiendo quidem de seculari iudicio poscit auxilium, cum privatorum christianorum causas apostolus magis ad ecclesiam deferri atque ibidem terminari praecipiat.* Simul et hoc statutum est, ut nullus presbiter aut diaconus vel subdiaconus aut fidelis laicus vel quicumque regulae mancipatur, suo episcopo inflatus aut scisma faciens aut contumax vel inobediens appareat, quoniam in canonibus scriptum est: *Presbiteri et diaconi praeter episcopum nil agere pertemptent.* Et per inoboedientiam primus homo cecidit. Quicumque vero audent evertere huiusmodi formam quocumque modo, nec proprio subiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt; si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

156. *De episcopis non accusandis nisi ad summos primates, quia non omnes metropolitani summi sunt primates. Et hoc summopere ab eis praevideatur, ne aliqua cupiditate vel invidia fiat* [f]. Si quis episcoporum accusatur, ad summos primates causam deferat accusator; qui attentius discutiant, si causa pietatis hoc fiat necne. Quod si alicuius invidia aut inimicitia vel prava cupiditate aut mala voluntate actum fuerit, nullo modo tale recipiatur negotium; quoniam inconveniens est, ut hi, qui throni Dei vocantur et immobiles esse debent, pravorum accusationibus moveantur vel perturbentur. Nam si causa pietatis agi inventum fuerit, patienter audiantur [g]; minus ne, reiciantur et canonice corrigantur.

157. *Quid de advocato agendum sit, qui in dolo vel fraude repertus fuerit.* Si advocatus in causa suscepta iniqua cupiditate fuerit repertus, a conventu honestorum et a iudiciorum communione separetur, et videat ne iudicis et assertoris personam accipiat.

158. *De his, qui contra suam professionem vel subscriptionem venerint* [h]. Qui contra professionem vel subscriptionem suam venerit, in concilio deponatur.

159. *De clericis vel monachis aut laicis conspirantibus.* Ut nec clerici nec monachi nec laici [i] conspirationem vel insidias contra pastorem suum faciant. Quod si fecerint, canonicis subiaceant increpationibus.

160. *De pervasoribus finium aliorum.* Si quis pervasor approbatus fuerit, tantum spatii restituat quantum praesumpsit invadere, cum [k] fructibus duplis.

161. *De presbiteris inflatis vel scisma facientibus.* Si quis presbiter contra episcopum suum inflatus scisma fecerit, anathema sit. Quod si superbia, quod absit, inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus scisma faciens sacrificium Deo obtulerit, loco amisso anathema habeatur; nihilominus et de civitate et congregatione in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes vel simpliciter viventes sempiterna fraude decipiat.

162. *Ut presbiteri indiscrete ab episcopis vel ab aliis aut laicis non mittantur.* Statutum est, ut presbiteri, sicut hactenus factum est, indiscrete per diversa non mittantur loca, nec ab episcopis, nec ab aliis praelatis, nec etiam a laicis; ne forte propter eorum absentiam et animarum pericula et ecclesiarum, in quibus constituti sunt, neglegantur officia.

163. *De criminibus definitis minime refricandis.* De his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, refricari accusatio non potest.

164. *De approbanda accusatione.* Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum, ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit attineri.

165. *De presbiteris, qui inconsultis propriis episcopis in locis non consecratis missas agunt.* Si quis presbiter inconsulto episcopo agendam in quolibet loco [l] voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius extitit.

166. *Ut presbiteri in ecclesiis inconsulto episcopo non constituantur vel de ecclesiis expellantur ab aliquo.* Sancitum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbiteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur nec expellantur. Et [m] si quis deinceps hoc facere temptaverit, synodali sententia districte feriatur.

167. *Quod Dei ordinationem accuset, qui episcopos* [n] *detrahit vel accusat.* Dei ordinationem accusat, in qua constituuntur, qui episcopos accusat aut condemnat. Non

a) minare a. peccaverint *G.* b) convocetur *G.* c) arguatur *G. ex corr.* d) conventus *BAL.* e) iudicium *G.* f) *G. huius rubri loco antecedens repetit.* g) audiatur *BAL.* h) venerunt *BAL.* i) nec laici *deest apud Anseg. I. 29.* k) horum *BAL.* l) *hic G. supra lineam* missam *inserit.* m) *Sequentia desunt in Anseg. I. 81.* n) episcopo *BAL.*

est itaque arguendus a plebe, vel a malae conversationis aut pravae vitae accusandus hominibus episcopus, sed rectores ecclesiae a Deo sunt iudicandi.

168. *De homicidiis*[a] *infantum.* Si quis infantem necaverit, ut homicida teneatur.

169. *De his, qui rapinam fecerint, aut iter agentes assallierint*[b], *aut domorum nocturni spoliatores fuerint, quid sit agendum.* Si quis ad faciendam rapinam aggreditur, aut iter agentem in praediis adsallierit[c], aut domum alterius nocturnus spoliator intraverit, et occisus fuerit, mors latronis ipsius a nemine[d] requiratur.

170. *Ut iudices prius capitalem non proferant sententiam, quam aut reus ipse confiteatur, aut per testes innocentes convincatur.* Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse confiteatur, aut per innocentes testes convincatur. Si in maioribus personis crimen obiectum fuerit, principis est expectanda sententia.

171. *De episcopis, si in reatum incurrerint, quid agendum sit.* Si quis episcopus a quoquam impetitur, vel ille aliquam quaestionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

172. *De his, qui viduas vel virgines inconsulto episcopo velare praesumunt.* Statutum est, viduas inconsultis episcopis velari non debere. Simul et hoc constitutum est, ut si quispiam presbiterorum deinceps huius constitutionis normam contumaciter transgressor extiterit, scilicet ut aliquas viduas inconsulto episcopo velare praesumpserit, gradus sui periculum incurrat. Similiter et de puellis virginibus a presbiteris non velandis statutum est, ut si quis hoc facere temptaverit, tanquam transgressor canonum dampnetur.

173. *De accusato episcopo, si comprovinciales suspectos habuerit, ut Romanum appellet pontificem.* Placuit, ut quandocumque episcopus accusatur, si conprovinciales aut vicinos suspectos habuerit, sanctae et uuiversalis Romanae ecclesiae appellet pontificem, ut ab eo quicquid iustum et Deo placitum fuerit terminetur.

174. *De reis ad ecclesias vel altaria earum confugientibus, ut non abstrahantur.* Ut eos timoris necessitas non constringat circa altare manere, et loca veneratione digna polluere, depositis armis qui fugerint. Quod si non deposuerint, sciant se armatorum viribus extrahendos. Et quicumque eos de porticibus et de atriis et de hortulis, de balneis vel adiacenciis ecclesiarum abstrahere praesumpserit, capite puniatur.

175. *De non usurpandis plebibus alienis, et de non gravando episcopo.* Ut nullus episcopus alterius episcopi plebes usurpet, aut alium conculcet episcopum vel supergrediatur, aut aliquod ei incommodum in sua parrochia vel alicubi faciat.

176. *De his, qui in recta fide suspecti sunt, in accusationem sacerdotum vel testimonium non suscipiendis.* Ut omnes, qui in fide Christi catholica suspecti sunt, in accusatione sacerdotum vel testimonio humano dubii habeantur nec recipiantur.

177. *Quid sint delatores, vel quid de eis faciendum sit.* Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput inpetunt alienum. Qui si convicti fuerint, continuo strangulentur. Servus si super dominum fuerit delator, etiamsi obiecta probaverit, puniatur.

178. *De episcoporum causa per episcopos iudices terminanda.* Si quis episcopus a quoquam inpetatur[e], vel ille aliquam quaestionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

179. *Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus suus habuit ducat uxorem; sed dotatam et a parentibus traditam per benedictionem*[f] *sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.* Sancitum est, ut publicae nuptiae ab his, qui nubere cupiunt, fiant: quia saepe in[g] nuptiis clam factis gravia peccata tam in sponsis aliorum, quam et in propinquis sive adulterinis coniugiis, et quod peius est dicere consanguineis, accrescunt vel accumulantur. Ex his autem procreari solent coeci, claudi, gibbi et lippi[h] sive alii turpibus maculis aspersi. Et hoc ne deinceps fiat, omnibus cavendum est. Sed prius conveniendus est sacerdos, in cuius parrochia nuptiae fieri debent, in ecclesia coram populo. Et ibi inquirere una cum populo ipse sacerdos debet, si eius propinqua sit an non, aut alterius uxor vel sponsa vel adultera. Et si licita et honesta omnia pariter invenerit, tunc per consilium et benedictionem sacerdotis et consultu aliorum bonorum hominum eam sponsare et legitime dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus Augustinus ita: *Talis esse debet quae uxor habenda est, ut secundum legem sit casta in virginitate, et dotata legitime, et a parentibus tradita sponso, et a paranimphis accipienda. Et ita secundum legem et euangelium publicis nuptiis honestata in coniugio licite sumenda; et omnibus diebus vitae suae nisi ex consensu et causa vacandi Deum*[i] *numquam propter hominem separanda. Et si fornicata fuerit et vir eius voluerit, dimittenda; sed illa vivente, altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non possidebunt; et poenitentia illi accipienda. Nolite vos viri habere uxores, quarum priores mariti vivant: adulterina enim sunt ista coniugia.* Et hoc, ut diximus, omnino providendum est, ne eius sit propinqua; quia scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius.* Similiter scriptum est: *Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis eius commixtione maculaberis.* Et in decretalibus papae Gregorii legitur: *Si quis diaconam aut monacham aut commatrem spiritalem aut fratris uxorem aut neptam aut novercam aut nurum suam aut consobrinam aut de propria cognatione vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit. Item. Si quis viduam rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel consentientes ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit. Si quis virginem, nisi desponsaverit eam, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel consentientes ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.* Et alibi in canonibus scriptum[k] est, ut nemo usque ad affinitatis lineam ex propinquitate sui sanguinis connubia ducat, neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere praesumat: oppido enim ista omnia cavenda sunt ne fiant. Sed postquam ista omnia probata fuerint, et nihil inpedierit, tunc si virgo fuerit, cum benedictone sacerdotis, sicut in sacramentario continetur, et cum consilio multorum bonorum hominum publice et non occulte ducenda est uxor; ut boni ex eis filii Domino miserante procreentur, et non tales, sicut superius dictum est.

180. *Quod excommunicati a sacerdote antequam canonice reconcilientur, non possint maiores natu accusare.* Ut excommunicatus a sacerdote, maiores natu vel episcopos accusare non praesumat, quamdiu in ipsa est excommunicatione[l]. Quod si praesumpserit, non recipiatur, sed aut maiori excommunicationi subiaceat, aut ab ecclesia pellatur.

181. *De homicidis, maleficis, veneficis convictis appellare volentibus non audiendis.* In civilibus causis vel levioribus criminibus legibus dilatio praestanda est. Homicidae, adulteri, malefici, venefici convicti si appellare voluerint, non audiantur.

182. *Quod presbiteri, diaconi et reliqui clerici sine iussione sui pontificis nihil agere debeant.* Ut presbiteri vel diaconi sine conscientia episcoporum suorum nihil agant.

a) homicidis *BAL.* b) invaserint *G.* c) assederit *G., et in margine:* aliter . insidiis oppresserit. d) i. animę *G.* e) inpetitur *G.* f) pro benedictione *G.* g) *deest G.* h) lippidi *G.* i) *in margine G.:* vel deo. k) praeceptum *BAL.* l) q. in i. e. exc. *post* sacerdote *collocat BAL.*

183. *De his, qui virgines opprimunt aut rapiunt. Et de aliorum sponsis raptis.* Statutum est, ne oppressio virginum aut viduarum vel raptus ab ullis hominibus de puellis aut viduis fiat. Scriptum est namque in canonibus, in concilio Calcidonensi: *Eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conhibentes raptoribus decrevit sancta synodus, si quidem clerici sunt, decidant a gradu proprio, si vero laici, anathematizentur.* Quibus verbis aperte datur intellegi, qualiter huius mali auctores dampnandi sint, quando participes et conhibentes tanto anathemate feriuntur, et quod iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi iure vendicare nullatenus possunt. De desponsatis quoque puellis et postea ab aliis raptis in canonibus Ancyrani concilii legitur ita: *Desponsatas puellas et postea ab aliis raptas placuit erui et eis reddi, quibus antea fuerant desponsatae, etiamsi eis a raptoribus vis illata constiterit.* Proinde statutum est a sacro conventu, ut raptor publica poenitentia multetur; rapta vero, si eam sponsus recipere noluerit, et ipsa eidem crimini consentiens minime fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si illa consensit, simili sententiae subiaceat. Quod si post haec se iungere praesumpserint, utrique anathematizentur.

184. *De accusatoribus in iudicium praesentandis, et accusatis non modicum spatium accipiendis ad abluenda crimina.* Nemo debet iudicari aut dampnari, priusquam accusator praesens habeatur; et spatium non modicum defendendi accipiat accusatus ad abluenda crimina.

185. *De clericis nullo fiscali aut publico subdendis officio.* Ut clerici nullo fiscali aut publico subdantur officio, sed liberi ab omni humano servitio ecclesiae deserviant.

186. *Ut nullus sacerdos feminas secum habitare permittat aut cum eis frequentare praesumat.* Sancitum est de presbiteris, qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc malae opinionis suspicione denotantur, ut si deinceps ammoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur.

187. *De testibus vel accusatoribus, qui cum inimicis morantur, in sacerdotum accusatione non recipiendis.* Non sunt illi testes suscipiendi neque accusatores, qui cum inimicis morantur, vel quos ipsi de domo produxerint, quia corrumpunt mores bonos colloquia mala.

188. *De testibus non recipiendis, qui christianae religioni infesti extiterint.* Ut testandi licentia denegetur eis, qui christianae religionis et nominis dignitatem neglexerint.

189. *De peregrinis episcopis pie recipiendis.* Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.

190. *Ut illicitus accessus feminarum ad altare non fiat, aut ullae feminae vasa sacra aut corpus et sanguinem Domini contrectare praesumant.* Statutum est, ut illicitus feminarum accessus ad altare non fiat; quia contra omnem auctoritatem divinam et canonicam institutionem est, feminas sanctis altaribus se ultro ingerere, aut sacrata vasa inpudenter contingere, sive indumenta sacerdotalia presbiteris ministrare, aut corpus et sanguinem Domini contingere populisque porrigere: quod omni ratione et auctoritate caret, et ne ulterius fiat omnimodis prohibitum est. Et quaecumque feminae deinceps hoc facere praesumpserint, iudicio canonico usque ad satisfactionem subdantur. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, in concilio Calcidonensi et in decretis Gelasii papae copiosissime invenitur.

191. *De accusatis sacerdotibus, ut non prius in iudicium decidant* [a], *quam accusatores secundum canonicas et regulares sanctiones pleniter inquirantur.* Si quis criminatur, non ante in iudicium detrudatur [b] quam accusator pertentetur [c], atque secundum legem et canonicam sententiam exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona inveniatur, ad accusationem non admittatur, quia indignum est, ut vita innocentis ulla maculetur pernicie. 5

192. *De violatoribus sepulchrorum.* Qui sepulchra violaverint, puniantur tam ingenui quam servi. Si maior persona in hoc scelere fuerit depraehensa, amissa medietate bonorum suorum perpetua notetur infamia. Si clericus, depositus omni honore clericali perenni exilio 10 deputetur. Si iudex hoc persequi aut implere distulerit, facultatibus et honore privetur. Et quicumque hoc scelus accusare voluerit [d], licentia tribuatur.

193. *Ut sacerdotes suam non relinquant ecclesiam.* Ut ne quis qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam. 15

194. *De presbiteris gradum amittentibus, qui adeo* [e] *deteriorari solent, ut filii Belial efficiantur, quid agendum sit.* Sancitum est de presbiteris gradum amittentibus, ut unusquisque episcoporum tam per se, quam et per ministros suos vitam et conversationem morumque 20 emendationem eorum cognoscat, eosque canonicae poenitentiae subdere non neglegat, iuxta quod in concilio Caesariensi titulo primo scribitur: *Presbiter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et ad* 25 *poenitentiam redigi.* Nonnulli enim, amisso gradu, adeo filii Belial efficiuntur, ut nec publicis, quia fas non est, nec canonicis propter incuriam et neglegentiam rectorum legibus constringantur.

195. *De laicis de religione disputandi praesumentibus.* 30 Nulli egresso ad publicum disceptandi de religione vel tractandi, vel consilii aliquid deferendi vel maiores natu accusandi, patescat occasionis aditus. Si quis posthac contra haec veniendum crediderit, vel insistere motu [f] pestiferae persuasionis [g] temptaverit, competenti poena 35 et digno [h] supplicio coerceatur.

196. *De his, qui falsa principum rescripta detulerint. Et de nonnullis aliis causis.* Qui falsa [i] principum rescripta detulerint, ut falsarii puniantur. Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non teneatur. In caput 40 domini patronive nec servus nec libertus interrogari potest. Ut praegnantem nemo torqueat. Qui de se confessus est, super alium credi non potest.

197. *De his, qui falsa fratribus intulerint, quid agendum sit.* Eos, qui falsa fratribus capitalia obiecisse 45 convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, et infames semper existere.

198. *Ut nullus de alterius presbiteri parrochia* [k] *populo persuadere audeat, ut relicta propria parrochia ad suam ecclesiam conveniant aut sibi eorum decimas dent.* Statutum 50 est, ut nullus presbiter fidelibus sanctae Dei ecclesiae de alterius presbiteri parrochia persuadeat, ut ad suam ecclesiam relicta propria ecclesia conveniant et suas decimas sibi dent. Sed unusquisque sua ecclesia et populo sit contentus; et quod sibi non vult fieri, alteri nequa- 55 quam faciat, iuxta illud euangelii: *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, haec eadem facite illis.* Quisquis autem contra haec constituta venerit, aut haec infringere temptaverit, tamquam contemptor gradus sui periculo subiacebit. 60

199. *Quod laicis de viris Deo dicatis vel ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi nulla sit adtributa facultas.* De viris Deo dicatis vel ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi nulla legitur laicis quamvis religiosis umquam adtributa facultas. 65

200. *De his, qui in blasphemiam alterius aliquam scripturam vel cantica composuerint vel cantaverint* [l]. Is [m] qui in blasphemiam alterius cantica composuerit, vel qui cantaverit ea, extra ordinem vindicetur; nam lex exiliari iubet eos, qui libellos famosos excogitant aut 70

a) decidantur *G.* b) iudicio decidat *BAL.* c) praesentetur *G.* d) voluerint *BAL.* e) quia de eo *BAL.* f) terrae motu *G.* g) suasioni *G.* h) p. indigno *G.* i) falsi *G.* k) ad a. p. parrochiam *G.* l) cantaverit *G.* m) hi *BAL.*

proponunt. Notatur infamia, quicumque, dum appellat iudicem, convicium dixerit. Non tantum is, qui maledictum aut convicium dixerit, famosus efficitur, sed et is, cuius consilio factum esse patuerit.

5 201. *Quid de sacerdotibus vel levitis de se crimen confitentibus agendum sit.* Ut sacerdos vel levita, qui de se crimen aliquod confitetur, deponatur.

202. *Ut nullus presbiter publice poenitentes inconsulto episcopo reconciliare audeat. Et ut omnes publice poenitentes* 10 *in coena Domini ad episcopum proprium conveniant, ut ab eo canonice absolvantur vel diiudicentur.* Statutum est et in sanctis canonibus prohibitum, ut nullus presbiter poenitentem publice inconsulto episcopo reconciliare praesumat, nisi morte forte periclitantem, sed omnes publice 15 poenitentes quinta feria ante pascha, quae est coena Domini, ad civitatem in cinere et cilicio in praesentiam episcopi prostrato vultu conveniant, et ibi ab episcopo canonice et ordinabiliter, sicut in sacramentario [a] et in Romano ordine continetur, reconcilientur atque diiudi- 20 centur consolenturque et praedicentur, quid deinceps agere quidve vitare debeant instruantur, atque insuper divinis precibus per manus inpositionem [b] episcopi sanentur. Nullo namque tempore presbitero in publica missa poenitentem reconciliare sine licentia episcopi conces- 25 sum est. Si quis hoc facere praesumpserit, canonica correctione multetur.

203. *De clericis vel laicis, qui suo episcopo calumniator extiterint.* Si quis clericus vel laicus exprobrator vel calumniator suo episcopo extiterit, ut homicida habeatur.

30 204. *De causis in iudicio convincendis. Et de sententia adversus absentes infirmanda. Et de causis in iudicio non revolvendis. Et ut absentes non damnentur. Et quod absentes per alium nec accusare nec accusari possint.* Convinci nemo potest iudicio sine testibus aut 35 scriptura. Sententia absente parte alia a iudice data nullam obtinet firmitatem. Causa inter praesentes iudicata post decennium revolvi non potest, nec inter absentes post vicennium. In causa capitali absens nemo dampnetur. Neque absens per alium accusatorem ac- 40 cusari potest.

205. *Quid de delatoribus fidelibus agendum sit.* Delator si quis extiterit fidelis, et per delationem eius aliquis fuerit praescriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine [c] accipere communionem.

45 206. *De sacerdotibus vel clericis, qui per pecunias aliorum sacerdotum ecclesias aut beneficia subripiunt vel subvertunt.* Sancitum est atque omnibus prohibitum, ut si quis prebiter praeventus fuerit alicui clerico aut laico munera dare aut aliquam pecuniam tribuere, ut alterius 50 presbiteri ecclesiam subripiat, pro hac cupiditate seu rapina turpis lucri gratia deiciatur a clero et alienus existat a regula. Nam si pro misericordia episcopo [d] placuerit longo tempore eum poenitendo quae gessit in carceris aerumna recludere et usque ad satisfactionem 55 ibi retinere, liceat. Et postea si se correxit et alia deinceps minime se facere promiserit, humanius erga eum agere poterit, si voluerit et ipse dignus inventus fuerit.

207. *Ut seculares de viris Deo dicatis ecclesiaeque facultatibus ad se nihil putent pertinere praeter reverentiam* 60 *tantum.* Synodali decreto sancitum est, ne laici vel seculares de viris Deo dicatis ecclesiaeque facultatibus aliquid ad se putent vel praesumant praeter reverentiam pertinere, quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur. Si quis contra 65 haec venire praesumpserit, anathemate feriatur.

208. *De servis dominorum facinora confessis non audiendis.* Si servi facinora dominorum confessi sunt, nullo modo audiantur, nisi forte eos reos deferant maiestatis.

70 209. *Quid de hominibus, qui pauperes expoliant et admonente episcopo non reddiderint, agendum sit.* Si quis potentum quemlibet expoliaverit et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

210. *De his, qui sine iussione episcopi iudices seculares adeunt, aut sine licentia et litteris episcopi sui proficiscuntur. Et de laicis ecclesiis vel clericis calumniam facientibus.* Sanccitum est, ut presbiter vel diaconus sive quilibet clericus regulae subiectus inconsulto episcopo ad iudicem secularem non pergat. Necnon et hoc sanccitum est, ut sine epistola episcopi sui non liceat clericum vel monachum proficisci. Et alibi in canonibus legitur ita: *Presbiter aut diaconus vel clericus sine antistitis sui epistolis ambulans, communionem ei nullus impendat.* Simulque statutum est, ut si quis secularium per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare temptaverit et convictus fuerit, ab ecclesiae liminibus et catholica communione, nisi digne poenituerit, coherceatur.

211. *De laicis vitiosis a clericis, nisi sponte voluerint, non recipiendis.* Omnes episcopi in tertia sessione adclamaverunt: „Sane dignum est, ut sicut sacerdotes vel clericos sua in accusatione vel secularibus iudiciis laici non recipiunt, ita ipsi sacerdotum vel clericorum accusationibus seu ecclesiasticis negotiis nisi sponte non recipiantur; quoniam inconveniens est, ut hi, qui hos respuunt, ab his recipiantur.

212. *Ut hi, qui sponte hominem occidere voluerint et non potuerint perpetrare, ut homicidae habeantur.* Qui hominem voluntarie occidere voluerit et perpetrare non potuerit, ut homicida punietur.

213. *De clericis, qui a suis recedunt episcopis.* Ut nullus clericus ab episcopo suo recedat et ad alium se transferat.

214. *Ut nulli sacerdotes eorum decimas aut aliquid de rebus vel facultatibus ecclesiae sine licentia proprii episcopi vendere praesumant.* Statutum est, ut nullus presbiter vel diaconus eorum decimas vel aliquid de rebus ecclesiae sine consilio proprii episcopi inreverenter [e] vendere praesumat; quia in canonibus decretum est ita: *Placuit ut presbiteri vel diaconi non vendant rem ecclesiae, ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis.* Et ne deinceps fiat cavendum est, sicut a quibusdam in aliquibus locis impudenter factum audivimus, eo quod quidam sacerdotes, antequam messes maturae vel collectae essent, eorum decimas vendere causa ebrietatis temptaverunt: quod ne deinceps fiat pariter omnes inhibemus, sed ut prius cum gratiarum actione a sacerdotibus recipiantur. Et si necessitas fuerit pro restauratione ecclesiarum vel pro redemptione captivorum eas vendere, cum consilio proprii episcopi et aliorum bonorum sacerdotum hoc faciant; ne qualibet occasione occulte et sine testimonio fraudentur oblationes fidelium; et unde pauperes recreari debent vel ecclesiae [f] restaurari seu clerici vivere, sive episcopi recipi, hospites et peregrini pasci ac venerari, presbiteri vel diaconi aut quilibet fidelium in suis nimiis potationibus vel comessationibus seu carnalibus desideriis, quae multis modis aguntur, inflectere non praesumant, sed in praedictis rebus eas fideliter subministrent; et sciant se non suarum, sed dominicarum rerum esse dispensatores. Propterea quasi dominicas res fideliter eas conservare et utiliter dispensare Domini sacerdotes oportet. Et si, quod absit, aliter fecerint, canonica invectione districte feriantur.

215. *De anathematis hominibus repellendis.* Omnium anathematum vox in accusatione vel testimonio aut humano iudicio penitus non audiatur, nec hi accusare quemquam permittantur. Sed si quis anathematis poenam parvi duxerit, aut in insulam religetur, aut exilio deputetur, ne possit ecclesiam Dei eiusque famulos perturbare.

216. *De sententia adversus absentes vel minores iudicata non valenda.* Adversus absentes vel minores sententia iudicata non valebit.

a) sacramentorio *G.* b) inpositiones *G.* c) finem *BAL.* d) ab episcopo *G.* e) inre̅ *G.* f) ecclesia *G.*

217. *Quid de clericis, qui in seditione arma portaverint, faciendum sit.* Clerici, qui in quacumque seditione arma volentes praesumpserint[a], reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterio poenitentiae contradantur.

218. *De his qui inebriantur, ut a communione, nisi se correxerint, suspendantur, aut corporali supplicio subdantur.* Sancitum est, ut a presbiteris vel diaconibus seu a reliquis clericis omni modo vitetur ebrietas, quae omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut quadraginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

219. *Quid de his ecclesiae iudicibus faciendum sit, qui absentes iudicare praesumunt.* Caveant iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant; quia irrita erit: immo et causam in synodo pro facto dabunt[b].

220. *De his, qui apud extraneos iudices causam suam proponunt. Et de his, qui prius in proprio foro non iurgaverint. Et de iudicibus, qui sua neglegentia causas differunt.* Si quis alium crediderit accusandum, apud provinciae illius iudicem negotium suum proponat; et omnem iacturam litis incurrat, qui non ante in proprio foro iurgaverit. Quod si per neglegentiam iudicis causa definita non fuerit, tantum eum fisco nostro iubemus exsolvere, quantum res ipsa, de qua agitur, valuisse cognoscitur. Et qui consiliis suis adhaerent, exilio deputentur.

221. *Quod ruinis miserorum oppido succurrendum sit.* Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque, quo valeat ex relevatione[c] alienae vindictae a se Dei removere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa.

222. *Quid de vaticinatoribus falsis agendum sit.* Vaticinatores, qui se futura scire dicunt, caesi de civitate iactentur.

223. *Quod in metropolitana sede, tempore quo omnes elegerint conprovinciales episcopi, ad synodum faciendam sit conveniendum.* Placuit definiri, ut paternis institutionibus obsequentes, in metropolitana sede[d] tempore quo omnes conprovinciales[e] elegerint pontifices, ad synodum faciendam devotis studiis conferantur.

224. *Quid de episcopo, qui alium conculcare vel calumniare aut iniuriare praesumpserit episcopum, faciendum sit.* Ut nullus episcopus alium episcopum conculcet eumque calumniare vel iniuriare praesumat. Quod si fecerit, gradus sui periculo subiacebit.

225. *Ut nullus presbiter in ecclesia benedictiones publicas super populum fundere aut altare consecrare vel reconciliare praesumat.* Statutum est, ut presbiteri benedictionem in ecclesia super plebem fundere aut altare consecrare aut reconciliare aut summovere vel collocare ullo modo non praesumant. Simul et hoc statutum est, ut altare erigere vel de loco in locum transmutare, ut a quibusdam factum audivimus, sine episcopi sui licentia vel consilio, cuius est et ipsum altare consecrare et post motionem vel violationem reconciliare, presbiteri non pertemptent. Quod si aliter fecerint, gradus sui periculo subiacebunt.

226. *Ut absentibus quod ablatum est, pleniter restituatur.* Propter absentes legem volumus iterare, ut quicquid fuerit eis a qualibet persona ablatum, totum amicis eorumque proximis vel servis, cum iudicem interpellaverint, sine dilatione reddatur; ut res, quas discedens dominus in sua proprietate dimisit, integre[f] ab actoribus domini, quocumque sedeat, vendicentur[g]. Quaecumque autem in militia constitutis vel absentibus pervasa fuerint, sine aliqua iubemus dilatione restitui.

227. *Ut ea quae ad perpetuam utilitatem sunt instituta, inconvulsa permaneant.* Quae ad perpetuam utilitatem sunt instituta, nulla commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quae ad bonum sunt commune praefixa. Et manentibus terminis, quos statuerunt patres, nemo damnet alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis voluerit, in latitudine se caritatis exerceat.

228. *De neglegentibus officia divina et non venientibus ad matutinalia vel vespertinalia sive reliqua divina officia.* Sancitum est, ut si quis presbiter vel diaconus aut quilibet clericus ecclesiae deputatus si intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo ecclesia est, et ad quotidianum psallendi sacrificium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non convenerit, deponatur a clero; si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

229. *De his, qui in captivitatem ducti sunt, quid agendum sit.* Quicumque necessitate captivitatis ducti sunt, et non sua voluntate, sed hostili depraedatione ad adversarios transierunt, quaecumque in agris vel in mancipiis ante tenuerunt, sive a fisco possideantur, sive aliquid ex his per principem cuicunque datum est, sine ullius contradictione personae, tempore quo redierint, vindicent ac praesumant; si tamen cum adversariis non sua voluntate fuerint, sed captivitate se detentos esse probaverint.

230. *Quod contra caput non sit surgendum.* Contra caput, etiamsi faciendum sit, non libenter admittimus.

231. *Ut presbiteri per singulas ebdomadas, sicut ab episcopo vel ab illo, qui constitutus est ab eo, vocantur, ad civitatem conveniant absque ulla dilatione discendi gratia.* Statutum est, ut omnes presbiteri parrochiae ad civitatem per turmas, et per ebdomadas ab episcopo sibi constitutas conveniant discendi gratia, ut aliqua pars in parrochiis presbiterorum remaneat, ne populi et ecclesiae Dei absque officio sint; et aliqua utilia in civitate discant, ut meliores ad parrochias demum et sapientiores atque populis[h] utiliores absoluti revertantur. Et ibi ab episcopo, id est, in civitate sive a suis bene doctis[i] ministris, bono animo instruantur de sacris lectionibus et divinis cultibus et sanctis canonibus, sive de baptismatis sacramento[k] atque missarum solemniis et precibus, et de reliquis officiis omnibus sibi necessariis pleniter et distincte ac singillatim imbuantur. Et omnia, quae illi per parrochias docere, praedicare ac facere debent, eos episcopus et sui bene docti ministri veraciter et discrete doceant, ut quid facere vel quid vitare debent, sciant; quatenus eorum vitam bene et condigne atque inrepraehensibiliter ducant, et aliis bene vivendo bonum exemplum absque ulla offensione praebeant, et eorum ministeria sapienter et rationabiliter adimpleant, ut in nullam, quod absit, offensionem incidant, sed Dei gratiam promereri valeant.

232. *Quid de convictis in iudicio de evidenti violentia faciendum sit.* Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine reus capite puniatur.

233. *Ut sacerdotes de incognitis rebus nihil iudicare praesumant.* Nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus de incognitis rebus in cuiusquam partis praeiudicium definire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus.

234. *De his, qui relinquunt ecclesiastica officia et ad seculares confugiunt. Et de clericis furtum ecclesiae facientibus. Sive de clericis comam nutrientibus, vel habitum aut vestimenta clericalia mutantibus.* Sancitum est, ut quisquis clericus relicto officio suo propter districtionem ad secularem quemlibet confugerit, et is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis inpenderit, cum eodem ab ecclesiae[l] communione pellatur.

Simulque sancitum est, ut si quis clericus furtum ecclesiae fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

a) v. sumpsisse reperti fuerint *BAL.* b) causa in s. profecto dabitur *BAL.* c) ex revelatione *corr.* et relevatione *G.* d) metropolitanam sedem *BAL.* e) comprovincialiter *BAL.* f) integra *G.* g) vendicetur *G.* h) populi *BAL.* i) benedictis *G.* k) sacramentis *BAL. ex cod. Bellov.* l) e. eccl. de c. p. *BAL.*

Simili modo decretum est, ut clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondantur. Vestimenta vero vel calciamenta eis nisi quae religionem deceant uti aut habere non liceat.

5 235. *De servis insciis vel consciis dominis violentiam facientibus, et qualiter haec corrigantur.* Servi si inscio domino confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse, addicti tormentis gravibus puniantur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini 10 qui inlicita praeceperunt, notantur infamia et nobilitatis vel honoris sui dignitatem tenere non possunt. Servi autem, qui talibus dominorum iussionibus paruerunt, in metallo detrudantur. Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere vel donare. 15 Si autem probaverint violentiam et non statim vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae quae frequenter admisisse violentiam conprobantur, constituta legibus poena suprascripta omnimodis feriantur.

20 236. *Qualiter desides vel neglegentes curandi sint.* Si extiterint aliqui fratres desides vel neglegentes, quos oporteat maiori auctoritate curari, sic tamen est adhibenda correctio, ut semper sit salva dilectio.

237. *Ut clerici contumaces vel inflati contra episco-* 25 *pum suum non sint, nec parvipendant eius excommunicationem. Et qualiter haec facientes suam recipere debeant dignitatem.* Statutum est, ut contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur. Et si qui prioris gradus elati superbia communionem for- 30 tasse contempserint, aut ecclesiam frequentare vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita ut, cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

35 238. *Quod accusatoribus ante discussionem utriusque partis non sit credendum.* Quociens quilibet accusator aliquid de adversario suo eo absente suggesserit, ante[a] discussionem utriusque partis penitus non credatur.

239. *De sacerdotibus non extrahendis*[b]. Praecipimus, ut 40 nullo vel falso insimulatus crimine extrahatur[c] sacerdos.

240. *Ut qui iudices suspectos habuerint, vocem appellationis exhibeant.* Si quis iudicem pro quibuscumque causis adversum sibi senserit aut habuerit forte suspectum, vocem appellationis exhibeat; ut, cum ei conces- 45 sum fuerit, integro negotio apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri.

241. *Ut caveat unusquisque, quantum fieri potest, ut alteri non faciat, quod pati non vult.* Sicut non vult aliquis gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii 50 grave pondus inponere.

242. *Ut discordantes ad altare sive ad gratiam sanctae communionis non accedant. Et si unus eorum se correxerit et alter discordans inventus fuerit, quid de his agendum sit.* Sancitum est, ut personarum discordantium nemo, 55 antequam reconcilientur[d], ad altare Domini accedere audeat vel gratiam communionis sanctae percipere; sed geminato tempore per poenitentiam conpensabunt, quod[e] discordiae servierunt. Sed si unus eorum alio contemnente ad satisfactionem caritatis occurrerit, ex eo tem- 60 pore ut pacificus in ecclesiam recipiatur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur.

243. *Quod poenitentes a conviviis et ornamentis atque alba veste abstinere debeant.* Qui luget, abstinere debet a conviviis ac ornamentis et alba veste.

65 244. *De divinis et apostolicis atque canonum decretis minime violandis.* Iubemus, ut ita omnes divinis et apostolicis constitutionibus serviatis, ut in nullo patiamini pia canonum decreta violari. Praecipimus etiam, ut nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas consti- 70 tutiones vel apostolicae sedis decreta temerare.

245. *De his sacerdotibus, qui de ecclesiis ad ecclesias inrationabiliter transeunt, et de illis, qui in loco eorum sunt ordinati.* Sancitum est, ut illi sacerdotes, qui de ecclesiis ad ecclesias migrant vel migraverunt et suos titulos absque licentia et consensu episcopi dimittunt vel dimiserunt, tamdiu a communione habeantur alieni, quamdiu ad eas redierint ecclesias, in quibus primo sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in locum viventis ordinatus est, tamdiu vacet sacerdotii dignitate, qui suam deseruit ecclesiam, quamdiu successor eius quiescat in Domino.

246. *Quod iniuriarum actiones nonnisi praesentes accusare possint.* Iniuriarum actiones nonnisi praesentes accusare possunt. Crimen enim, quod vindictae aut calumniae iuditium expectat, per alios intendi non potest.

247. *Quod amicitiam protegat omnis, qui non contendit.* Omnis, qui non contendit, protegit amicitiam. Nam et apostolus ad Corinthios scribit: *Cum sint inter vos aemulationes et contentiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem aestimantes semetipsos, non sua singuli respicientes, sed aliorum.*

248. *Ut quod ecclesia tricennali iure possederit, nulli liceat pro hoc deinceps appellare. Et de raptoribus viduarum vel virginum. Et ut feminae sacris altaribus non ministrent.* Statutum est, ut facultates ecclesiae, necnon et dioceses, quae ab aliquibus possidentur sacerdotibus, iure sibi vindicent quod tricennalia lex conclusit, et ultra triginta annos nulli liceat pro id appellare, quod legum tempus exclusit. Simulque sanccitum est, ut raptores viduarum vel virginum ab ecclesiae communione pellantur. Et ut feminae sacris altaribus non ministrent vel aliquid ex his, quae virorum sunt officiis deputata, praesumant.

249. *De iudicibus contra legem iudicantibus et legem audire nolentibus.* Quicumque iudex oblatas sibi in iudicio leges vel iuris species audire noluerit et contra eas iudicaverit, ex hac re convictus in carcerem deportetur[g].

250. *De inperitis, ut peritis non praeferantur.* Valde iniquum est, ut inperiti magistris, novi antiquis, vel rudes praeferantur emeritis.

251. *Ut liceat litigatoribus vitiatam causam appellationis remedio sublevare, et ut*[h] *appellatores in nullam custodiam redigantur.* Iudices observare debent, ut liceat litigatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare, et appellatores nec in carcerem redigantur, nec a militibus faciant custodiri[i], sed agendum negotium suum liberi observent. Nec etiam in subplicium destinatis appellandi vox denegetur.

252. *Ut nullus falsum testimonium dicat. Et de periculo falsorum testium seu poenitentia vel abiectione eorum.* Volumus atque praecipimus, ut omnes a falso testimonio se abstineant, scientes et hoc gravissimum scelus esse et ab ipso Domino in monte Synai prohibitum, dicente eo: *Non falsum testimonium dixeris.* Sive: *Falsus testis non erit inpunitus.* Sciat etiam se, quisquis hoc perpetraverit, tali poenitentia purgandum, sicut de periurio, aut tali damnatione et excommunicatione feriendum, sicut de homicidio vel periurio. Summa enim stultitia et nequitia est, ut aliquis homo, qui christiano nomine censetur, pro cupiditate argenti et auri aut vestimentorum sive agrorum vel cuiuslibet rei sicut saepe contingere solet, propter ebrietatem aut ventris ingluviem in tam grande scelus corruat, ut aut septem annis in arcta erumna sit, aut ab ecclesia sit repulsus, dicente Domino: *Quid prodest homini, si lucretur universum mundum, animae vero suae detrimentum faciat?*

a) ei ante *BAL.* ei *abrasum G.* b) *Huic capiti sequentis, sequenti huius rubrum praeposuit G.* c) detrahatur *BAL. hic et in rubro.* d) reconcilietur *BAL.* e) compensabitur, quo *BAL.* g) deputetur *BAL.* h) *deest BAL.* i) custodire *BAL. et G. sed hic correxit.*

253. *Quod eandem poenam passurus sit accusator, si convincere accusatum non potuerit, quam reus passurus erat.* Poenam, quam reus passurus erat, accusator excipiat, si convincere eum non potuerit. Nemo potest debitorem plus agnoscere, quam ille, qui iniuriae sustinuit nequitiam.

254. *Quod prolator scripturam adfirmare debeat.* Statutum est, ut scripturam prolator adfirmet. Nam si is, qui scripturam protulit, eius non adstruxerit veritatem, ut falsitatis reum esse detinendum.

255. *Ut omnes fideles suis episcopis fideliter oboediant.* Qui episcopum suum noluerit audire, et excommunicatus fuerit et rennuerit, perennem condemnationem episcoporum apud Deum sustineat, et insuper a palatio nostro sit omnino extraneus, et omnes facultates eius ad legitimos parentes perveniant.

256. *De homicidis quid agendum sit.* De homicidis ita iussimus observare, ut quicumque ausu temerario alium sine causa occiderit, vitae periculo feriatur et pretio nullo se redimere umquam valeat. Et si convenerit, ut ad conpositionem quisque descendat, nullus de parentibus aut amicis eum quicquam adiuvet. Quod si fecerit, suum wirgildum omnino conponat.

257. *Quid de furibus et malefactoribus sit agendum.* De furibus et malefactoribus decrevimus observari, ut si quinque aut septem bonae fidei homines absque inimicitia proposita criminosum aliquem [a] cum sacramenti interpositione esse dixerint, quomodo contra legem furtum perpetravit, sic secundum legem moriatur. Et si iudex conpraehensum latronem laxaverit, vitam suam amittat, ut [b] ceteri disciplinam in [c] omnibus observent.

258. *De incestis quid agendum sit.* Ut incestum nullus sibi umquam societ coniugium. Quod si contigerit, ab episcopo loci illius separentur et publicam septem annorum iuxta canonicos gradus ambo agant poenitentiam. Qui autem hoc agere noluerint [d], ab omnibus ut anathema habeantur.

259. *De accusatoribus non facile recipiendis, nec absque certa probatione quibusquam iudicandis vel damnandis.* Omnia primo diligenter cunctos oportet inquirere, ut cum iustitia definiantur. Nullus quemquam ante iustum iudicium damnet, nullum suspicionis arbitrio iudicet. Primus quidem probet, et sic iudicet; non enim qui accusatur, sed qui convincitur, reus est: pessimum namque et periculosum est quemquam de suspicione iudicare. In ambiguis Dei iudicio reservetur sententia; quod certe agnoscunt, suo, quod nesciunt, divino reservent iudicio. Quoniam non potest humano condemnari examine, quem Deus suo iudicio reservavit. Incerta namque non debemus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui latentia producet [e] in lucem et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Quamvis enim vera sint, non tamen credenda sunt nisi quae certis indiciis conprobantur, nisi quae manifesto iudicio convincuntur, nisi quae iuditiario ordine publicantur.

260. *De chorepiscoporum superstitione atque damnatione.* Omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus et nostris notum esse volumus, quia non parva quaestio de chorepiscoporum superstitione ad nos non semel aut bis aut ter venerat, sed saepissime nostris auribus molestiam intulerat. Ipsa enim quaestio non solum inter clericos, sed etiam inter laicos crebrius ventilabatur. Dicebant ergo presbiteri, diaconi et subdiaconi a regularibus episcopis ordinati, non esse eos presbiteros vel diaconos aut subdiaconos, qui a chorepiscopis videbantur quasi sacrati, nec sacerdotale eos debere peragere officium, nisi forent a canonice ordinatis episcopis consummati. Sumentes quoque de canonica auctoritate sanctionem affirmabant, a chorepiscopis ordinatos vulneratum potius quam episcopaliter sanctificatum per illam manus inpositionem habere caput. Ubi autem vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Similiter et laici dicebant, quod talium ministrorum vel sacerdotum, id est qui a chorepiscopis erant quasi ordinati, officia audire nollent, nec eorum infantes maiores vel minores aut familiam eorum per manus inpositionem consignari vel confirmari usquam vellent, ne magis vulnus quam benedictionem acciperent. Quod iurgium cum enucleatius discutere voluissemus, placuit nobis ex hoc apostolicam sedem consulere, iubente canonica auctoritate atque dicente: *Si maiores causae in medio fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit* [1], *incunctanter referantur.* Quapropter Arnonem archiepiscopum ad Leonem apostolicum misimus, ut inter cetera, quae ferebat, etiam eum ex hoc interrogaret; ut quicquid super his definiendum esset, apostolica auctoritate a nostris episcopis regulariter sopiretur. Qui nobis verbis et scriptis ab eo renuntians haec non esse necesse iterare vel definire, quia sepissime a suis praedecessoribus et a multis sanctis episcopis atque synodalibus sanctionibus eos esse prohibitos atque damnatos; et ideo non esse necesse ventilare, sed definita tenere. Dixit enim nullum fore presbiterum vel diaconum aut subdiaconum ab eis ordinatum, nec ecclesiam ab eis dedicatam, nec virginem consecratam, nec quemquam confirmatum, neque quicquam quod de episcopali ministerio praesumpsere esse peractum; sed quicquid ex his ab eis inlicite erat praesumptum, omnia a canonice ordinatis episcopis debere rite peragi et in meliorem statum reformari [f]; quia quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum. Praedictos autem chorepiscopos omnes praecepit damnare et in exilio detrudi. Ista vero omnes, maxime regni nobis a Deo commissi episcopi cum eodem Arnone, permittente praefato apostolico mitius tractantes, iamdictos villanos episcopos inter presbiteros statuerunt, ita ut amplius nihil de episcopali ministerio praesumerent, nec ipsi deinceps a quoquam fierent, qui gradus sui periculum vitare vellet. Decretum namque est in illa synodo, quam Reginisburc pro eadem vel pro aliis causis apostolica auctoritate praefato praetexto habuimus: nihil ex praedictis a quoquam eorum agere nec facere volentibus consentire; sed quicquid ab his episcopaliter praesumptum est, a canonice ordinatis episcopis peragi debere, nec ullum usquam de episcopali ministerio a chorepiscopis aliquid accepisse, quia nihil in dante [g] erat, quod aliquis horum accipere potuisset; quoniam quod non habuit quis eorum, dare non potuit. Nam episcopi non erant, quia nec ad quandam civitatis episcopalem sedem titulati erant, nec canonice a tribus episcopis ordinati. Ideo de episcopali ministerio nihil agere potuerunt. Et idcirco non ostenditur gestum, quod praefixi agere putaverunt; quia quod non habuerunt, nullatenus dare potuerunt. Ideo namque nulla causa permittit, ut videatur iteratum, quod de causis memoratis a canonice ordinatis episcopis cognoscitur regulariter peractum. Unde et cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam esse tribuendum, quod non decet fuisse collatum. Scimus enim, sicut et in antiquis patrum legimus decretis, posse veram ac iustam legitimi episcopi benedictionem [h] auferre omne vitium, quod a vitioso fuerat iniectum.

261. *De rebus ecclesiasticis absque iussione proprii episcopi non dispensandis.* Placuit, ut episcopi rerum ecclesiasticarum in omnibus iuxta sanctorum canonum

a) *margini inseruit G. deest BAL.* b) et ut *BAL.* c) *deest BAL.* d) noluerit — habeatur *BAL.* e) producit *G.* f) *sic G. ex correctura.* peragere et in m. s. reformare *BAL.* g) tante *G.* h) vera et iusta l. c. benedictione *BAL.*

1) post iudicium episcopale *omissa* ut ap. Ps. Pelagii ep. 2. c. 8.

sanctiones plenam semper habeant potestatem. Nullus eas dare vel accipere absque proprii episcopi audeat iussione; nullus eas invadere vel vastare aut quoquo modo deteriorare praesumat. Nam devastantibus ecclesias earumque res nihil aliud intellegimus, quam contra illum aeterni imperii Deum eiusque maiestatis homines movere certamen, cum illae aedes illi die noctuque famulentur et illi sint consecratae. Videant ergo vastantes easque invadentes, praenuntiamus [a], ne ab illo, si se commoveat, vastentur et disperdantur, cuius percussionem montium dorsa ferre non possunt. Nos vero ista nec agere volumus nec facere volentibus consentire; ne nos ipsos, quod absit, perdamus aut se perdere volentibus consentiamus. Quapropter praecipimus, ut si quis ex iure ecclesiastico hactenus nostra largitate aliquid possedit, si illa deinceps habere voluerit, ut ad proprios episcopos veniat et ab eis et a praepositis ecclesiarum, unde esse videntur, quocumque modo iuste potuerit, ea inpetrare satagat, et nihil ex eis aliter ambiat aut concupiscat vel accipiat, ne cupidus [b] sanctarum rerum ignis, qui in eis est, eos [c] favillosius exurat. Unde et in sacris canonibus spiritu Dei conditis decretum habetur ita: *Si quis oblata dederit vel acceperit praeter episcopum vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandum misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit.* Scimus enim, anathematos homines et in praesenti seculo infames esse ac perditos, et a consortio fidelium in omnibus absque pane et aqua fieri alienos, atque si absque ecclesiae satisfactione de hac vita recesserint, a regno Dei fore extorres. Quam foveam cavere dissimulans vel recusans nostra se sciat per omnia carere societate; quia non solum qui faciunt, sed qui facientibus prava consentiunt, rei sunt. Satius enim nobis est regnum non habere terrenum, quam aeternum perdere: plus vero me credo posse Deum per suorum sanctorum merita adiuvare, quam omnem militiam secularem. Quapropter omnes scire cupimus, si super his quibus fruimur bonis universum mundum lucrari potuissemus, nostram vestrasque animas perdere noluissemus, nec se pro praedictis cupiditatibus perdere volentibus assentire. Testante namque euangelica tuba didicimus, nihil prodesse homini universum mundum lucrari, si animae suae detrimentum patiatur. Et iterum: *Quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Et iterum: *Ibunt hi in supplicium sempiternum, iusti autem in vitam aeternam.*

262. *Ut mulieres non ingrediantur ad altare. Et ut baptizandi* [d] *fidei sacramento instruantur, et post baptismum chrisma coeleste per episcoporum manus inpositionem percipiant.* Non oportet mulieres ingredi ad altare. Baptizandos vero oportet fidei simbolum discere et quinta feria septimanae maioris episcopo vel presbiteris reddere. Et qui in aegritudine constituti baptismum perceperint, sanati fidei symbolo doceantur, ut noverint, quanta natione digni sunt habiti. Oportet etiam baptizatos post baptismum chrisma coeleste percipere, et regni Christi participes fieri.

263. *Quod non conveniat caticumenis vel poenitentibus in pascha vel pentecosten aut nativitate Domini baptismum vel ante canonicam reconciliationem sacramentum dominici corporis dare, sed tantum sal benedictum.* Ut per sollemnissimos paschales dies sacramentum caticuminis non detur, nec eis qui a liminibus ecclesiae sunt exclusi, neque eis ante canonicam reconciliationem, qui publicam gerunt poenitentiam; sed tantum benedictum sal a sacerdotibus pro communione tribuatur. Et quia fideles [e] per illos dies sacramenta non mutant [f], nec caticuminos [g] vel publice poenitentes oportet mutare.

264. *Ut in synodo prius generales causae, quae ad normam ecclesiae pertinent, finiantur, et postea speciales ventilentur.* Placuit, ut quotiens secundum statuta patrum synodus congregata fuerit, nullus episcoporum vel presbiterorum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, quae ad emendationem vitae et ad severitatem regulae animaeque remedia pertinent, finiantur.

265. *De his, qui res ecclesiae a principibus petunt, ut irrita habeantur quae obtinent, et ipsi communione priventur.* Qui res [h] ecclesiae petunt a regibus, et horrendae cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quae obtinent, et a communione ecclesiae, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

266. *Ut nullus episcopus de alterius episcopi diocesi quicquam praesumat.* Ne parrochias cuiuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerator invadat, et vesanae cupiditatis facibus inflammatus suis quemadmodum [i] non contentus rapiat aliena.

267. *Ut hi, qui res ecclesiae invadunt, vastant vel diripiunt, si monente episcopo non se correxerint, communione priventur.* Si quis cuiuscumque munuscula ecclesiae sanctis scripturarum titulis conlata nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit atque suppresserit, et non statim a sacerdote commonitus Deo auxiliante reddiderit, ab ecclesiae catholicae communione pellatur.

268. *Ut posteriores episcopi non se praeponant prioribus.* Ut nullus episcopus prioribus suis se audeat anteponere.

269. *Ut clerici, qui sine epistolis episcopi sui extra propriam parrochiam profecti fuerint, communione priventur; et si incorrigibiles apparuerint, verberibus coerceantur* [k]. Clericis [l] sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi; et in omni loco, ad quem sine epistolis episcopi sui, ut dictum est, venerint, a communione habeantur alieni. In monachis quoque par forma servetur; quos si verborum increpatione non emendaverint, etiam [m] verberibus statuimus coherceri.

270. *De clericis, si ebrietatem non vitaverint, ut excommunicentur aut verberentur.* Ante omnia a [n] clericis vitetur ebrietas, quae omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Nec quis [o] potest liberum corporis sui ac mentis habere iudicium, qui captus vino a sensu probatur alienus; et proclivius ad iudicium mens labefactata ducitur, ut [p] plerumque possit peccatum aut crimen, dum nescit, incurrere. Ignorantia vero talis non potest effugere poenam, quam ex voluntaria amentia manasse constiterit. Itaque quemcumque ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut quadraginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum esse subplicio.

271. *De his, qui per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare temptaverint.* Si quis per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare temptaverit, et convictus fuerit, ecclesiae liminibus et catholicorum communione, nisi digne poenituerit, arceatur.

272. *Ut laici non ordinentur nisi religione praemissa. Et ut monasteriis puellarum probatae vitae homines praefigantur* [q]. Praecipimus, ne laicus nisi religione praemissa clericus fiat. In monasterium vero puellarum homines [r] nonnisi probatae vitae et aetatis provectae ad quascumque earum necessitates vel ministrationes permittantur intrare. Ad faciendas vero missas clerici, qui ingressi fuerint, statim peracto ministerio regredi festinent. Aliter autem nec clericus nec monachus iuvenis ullum ad puellarum congregationem habeat accessum,

a) *G. hanc vocem expunxit; BAL. exhibet.* b) cupidos *BAL.* c) *deest BAL.* d) baptizati *G.* e) apud f. *BAL.* f) mutantur *BAL.* g) apud c. *BAL.* h) reculam *BAL.* i) suisque admodum *BAL. et Conc. Arvern. I,* 10 *ubi tamen cod. Lugdun. et Paris.:* suis quodammodo. k) arceantur *BAL.* l) Clericis *corr.* Clerici quibus *atramento minus nigro G.* m) increpatio non emendaverunt, etiam a v. *BAL.* n) *deest BAL.* o) nequis *G. ubi iterum in margine additur:* possit . aliter nec aliquis. p) ducatur ac p. *G.* q) perfigurantur *G.* r) *deest BAL.*

nisi hoc aut [a] paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

273. *De his, qui districtionem episcoporum circa se austeriorem putaverint, quid agendum sit.* Si quis clericorum circa se aut districtionem aut retractationem [b] episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad synodum.

274. *De conspiratione clericorum vel monachorum aut laicorum.* Si quis clericorum, ut in multis locis diabolo instigante actum fuisse perpatuit, rebellis auctoritati [c] se in unum coniuratione intercedente collegerit [d], et aut sacramenta inter se data aut cartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus haec praesumptio praevellatur; sed res detecta, cum in synodum ventum fuerit, in praesumptoribus iuxta personarum et ordinum qualitatem a pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur; quia sicut caritas ex praeceptis dominicis corde, non cartulae conscriptione vel coniuratione est exhibenda, ita quod supra sacras admittitur scripturas, auctoritate et districtione pontificali est reprimendum.

275. *De his, qui res ecclesiae traditas invadunt vel vastant aut absque proprii episcopi consensu accipiunt, quid agendum sit.* Si quis res ecclesiae debitas vel proprias sacerdotis horrendae cupiditatis instinctu occupaverit, retinuerit aut a potestate ex competitione perceperit, si eas non restituat, nullis se rebus excuset. Quod si agnito [e] iure ecclesiastico non statim ecclesiae vel sacerdoti reformaverit, aut ut ipsum ius agnoscere possit in iudicium electorum venire distulerit; tamdiu a communione ecclesiastica suspendatur, quamdiu restitutis rebus tam ecclesiam quam sacerdotem reddat indemnem. Similis etiam his, qui oblationes defunctorum ecclesiis vel sacerdotibus legaliter dimissas quolibet ordine adsignare tardaverint vel retinere praesumpserint, districtionis ecclesiasticae iuxta priores canones forma servetur. Cui etiam sententiae subiacebit, quisquis sibi quolibet ordine, quod pro devotione sua ecclesiis dedit, revocare praesumpserit. Abbatibus, presbiteris ceterisque ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio traditis nil alienare vel obligare absque permissione et subscriptione episcopi sui liceat. Quod si praesumpserint, degradentur, communione concessa; et quod temere praesumptum aut alienatum est, ordinatione episcopi revocetur.

276. *De his, quae die dominico agi [f] prohibentur vel permittuntur.* Audivimus, persuasum esse populis die dominico agi cum caballis aut bubus vel vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum reparare, vel ea, quae ad nitorem domus vel hominis pertinent, nullatenus exercere; quae res ad iudaicam superstitionem magis quam ad christianam observantiam pertinere probatur. Quapropter id [g] statuimus, ut die dominico quod ante fieri licuit, liceat. A rurali tamen opere, id est opere aratri vel vineae vel sectione messis excussione exarto [h] vel sepe [i] censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit aliquis in operibus suprascriptis, aut quae interdicta sunt exercere praesumpserit, qualiter haec emendare debeat, non in laicorum districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

277. *De his, qui ante finitam missam de ecclesia egredi praesumunt.* De missis nullus laicorum ante discedat, quam dominica dicatur oratio. Et si episcopus praesens fuerit, eius benedictio expectetur. Neque ante missam expletam quis egredi praesumat.

278. *De his, qui in ecclesia cum armis intrare praesumunt.* Sacrificia matutina missarum sive vespertina ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum expectet. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat, quali eum districtione debeat castigare.

279. *Ut laici in ecclesia infra cancellos stare non praesumant.* Ut laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilias quam ad missas stare penitus non praesumant. Sed pars illa quae a [k] cancellis versus [l] altare dividitur, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum vero et communicandum laicis et feminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

280. *De his, qui sabbato sancto paschae hora nona ieiunium solvunt.* Quidam sabbato sancto ab hora nona ieiunium solvunt, conviviis utuntur; et dum sol ipse eadem die tenebris palliatus lumina subduxerit ipsaque elementa turbata moestitiam totius mundi ostenderint, illi ieiunium tamen diei polluunt, epulisque inserviunt. Et quia totum eundem diem universalis ecclesia propter passionem Domini in moerore et abstinentia peragit, quicumque in eo ieiunium praeter parvulos, senes et languidos ante peractas indulgentiae preces persolverit, a paschali gaudio depellatur; nec in eo sacramentum corporis et sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorat.

281. *De purgatione sacerdotum, qualiter Wormatia secunda vice a domno Karolo atque a suis tractata atque sopita est.* Omnibus vobis, tam praesentibus quam et futuris, scire cupimus, quia ideo consultu sedis apostolicae et omnium nostrorum episcoporum ac reliquorum sacerdotum atque maxime cunctorum fidelium nostrorum de purgatione criminatorum sacerdotum tanta tractavimus eamque cum testibus, sicut in anteriori capitulari nostro continetur, fieri decrevimus, quoniam nesciebamus eandem causam a beato Gregorio papa esse definitam. Nam cum Wormatiae [m] generalem conventum habuissemus, allata est nobis a Rihulfo [n] Mogontiacensi metropolitano epistola beati Gregorii papae, iu qua inter cetera continebantur haec: *De presbitero vero vel quolibet sacerdote a populo accusato, si certi non fuerint testes qui crimini illato non veritatem dicant* [o], *ius iurandum erit in medio, et illum testem proferat de innocentiae suae puritate, cui nuda et aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.* Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt, in iuditio episcoporum iuxta canonicam sanctionem definienda relinquimus; ut haec, quando orta fuerint, ita definire satagant, ut nec secundum seculum iustam reprehensionem, nec penes Deum, quod absit, damnationem, sod aeternae beatitudinis ipso auxiliante, qui omnia infucata praestat, praemia consequantur.

282. *De recto iudicio ab omnibus iudicando. Et de litibus* [p] *et contentionibus cavendis.* Omnes monemus, ut lites vel contentiones non recte iudicatas ad patientiae culmen perducere studeant, sicut dominus noster Iesus Christus in mandatis suis nos admonet dicens: *Iuste iudicate, filii hominum.* Et: *In quocumque iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis.* Et iterum: *Munera excecant oculos sapientium et tollunt verba iustorum.* Qui consentit, non recte iudicat. Sic docet praeceptum Domini: *Quod tibi non vis fieri, ne facias.* Vae vobis, iudices et principes, qui ab impio accipitis munera, et iustitiam iusti aufertis ab eo. Et rememoramini quod dicitur: *Reddet Deus unicuique secundum opera sua vel secundum iustitiam suam.*

283. *Ut testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento constringantur.* Testes, priusquam de causa interrogentur, sacramento debere [q] constringi, ut iurent se nihil falsi [r] dicturos. Haec etiam iubemus, ut honestioribus magis quam vilioribus testibus fides potius admittatur. Unius autem testimonium, quamlibet splen-

a) *deest BAL.* b) retractionem *G.* c) *sic G. corr. ex* auctoritate, *quod BAL. retinuit.* d) collegerint *BAL.*; collegerint *corr.* collegerit *G.* e) agit (*littera post* t *abrasa*) *expunctum et margini adscriptum* aut *G.* f) qui d. d. agere *G.* g) *deest BAL.* h) e. exorto *G.* i) quae *G.* k) ea *G.* l) versa *G.* m) Warmatia *hic et in rubro BAL.* n) Riculfo *BAL.* o) adprobent *BAL.* p) litis *G.* q) debent *suprascriptum G.* r) contra veritatem *BAL.*

dida et idonea videatur esse persona, nullatenus audiendum.

284. *Ut episcopos vel sacerdotes aut clericos in iudiciis secularibus nullus accuset.* Mansuetudinis nostrae lege prohibemus in iudiciis episcopos accusari; ne dum adfutura ipsorum beneficio[a] impunitas estimatur, libera sit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid est igitur querelarum, quod quispiam defert, apud alios potissimum episcopos convenit explanari, ut oportuna atque commoda cunctorum quaestionibus audientia commodetur.

285. *De privilegiis ecclesiarum et clericorum non violandis.* Privilegia, quae olim reverentia religionis obtinuit, mutilari sub poenae etiam interminatione prohibemus; ita ut hi quoque, qui ecclesiae optemperant, his[b], quibus ecclesia, beneficiis perfruantur.

286. *Ut mancipia, quae Iudaei emerint aut circumciderint, ab eorum potestate auferantur.* Si quis Iudaeorum christianum servum vel cuiuslibet alterius sectae emerit et circumciderit, a Iudaei ipsius potestate sublatus in libertate permaneat.

287. *De his, quae a prioribus principibus circa ecclesiarum utilitates sunt ordinata, ut*[c] *inmota permaneant semper.* Ea, quae circa catholicam legem[d] vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione submota integra et inviolata custodiri praecipimus.

288. *De integra restitutione.* Integra restitutio dicitur, si quando res quaelibet aut causa, quae perierat, in priorem statum reparatur, vel id, quod alicui sublatum est, reformatur; ita ut eorum causae vel res in integrum revocentur, qui aut per timorem potestatis alicuius conpulsi sunt, aut fraude vel errore decepti sunt, aut per captivitatem vel quamcunque iniustam necessitatem substantiam suam aut statum ingenuitatis perdidisse noscuntur; aut si qui pro necessitate longae peregrinationis absentant, vel restauranda ea, quae in dampnis minorum gesta esse probantur.

289. *De his, quae iniuste ablata sunt, ut iuste legibus in integrum restituantur.* Quociens de revocanda re vel causa integrae restitutionis beneficium petitur, aut in rem aut in personam agendum est, ut res ipsa, quae sublata est, recipiatur. Et cum in persona actio coeperit intendi, is qui rem indebite abstulisse convincitur, id, quod sublatum est, intra annum in quadruplum reformet[e]; post annum vero in duplum[f] reddendum est.

290. *Ut ecclesiarum vel clericorum servos a iudicibus non liceat vexari.* Ecclesiarum servos et episcoporum vel omnium clericorum a iudicibus vel actoribus publicis in diversis angariis non fatigari divina praecipimus auctoritate. Unde omne concilium a pietate gloriosissimi domini nostri poposcit[g], ut tales deinceps ausus inhibeat[h], sed servi suprascriptorum officiorum in eorum usibus vel ecclesiae laborent. Si quis vero iudicum aut actorum clericum aut servum clerici vel ecclesiae in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica, cui inpedimentum facit, efficiatur extraneus.

291. *Ut de criminibus definitis non liceat postmodum movere certamen.* De his criminibus, de quibus quis absolutus est, ab eo, qui accusavit, refricari accusatio non potest.

292. *Ut dotes ecclesiarum simul cum ipsis ecclesiis semper ad proprii episcopi pertineant dispositionem.* Multi contra canonum constituta ecclesias, quas aedificaverint, postulant consecrari, ita ut dotem, quam eidem ecclesiae contulerint, non censeant ad episcopi ordinationem pertinere. Quod factum et in praeterito displicet, et in futuro prohibetur. Sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

293. *Ut episcopi semper praevideant, qualiter iudices cum omnibus sibi commissis agant.* Sint semper perspectores episcopi[i] secundum regis ammonitionem, qualiter iudices cum populis agant, et aut ipsos praemonitos corrigant, aut insolentias eorum auditibus[k] principum innotescant. Quod si correptos emendare nequiverint, et ab ecclesia et a communione eos suspendant.

294. *De devotis peccantibus non recipiendis, nisi peccare desierint.* Devotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit. Et si desinens egerit aptam poenitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius convivium christianae mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam haec, quae eam receperit, habeatur absens. Corruptorem etiam par poena constringat. Quae autem maritum acceperit, non admittatur ad poenitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito caste vivere coeperit, aut postquam ipse decesserit.

295. *De his, qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.* Si quis laicus per[l] excommunicationem abstinet, ad domum eius clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter et clericus si abstinet, a clericis devitetur. Si quis cum illo conloqui aut convivare[m] fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sunt episcopi, et ad omnes, qui commoniti fuerint de eo, qui abstinet, sive laico quolibet sive clerico.

296. *De vagis et levibus sacerdotibus ac clericis quid agendum sit.* Hoc etiam placuit, ut vagus atque instabilis clericus sive etiam in diaconali ministerio vel presbiterali officio constitutus, si episcopi, a quo ordinatus est, praeceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit, et communione et honore privetur.

297. *De tenendis ad solutionem*[n], *qui debitum promittunt.* Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, ad solutionem statutae promissionis est retinendus.

298. *De his, qui ad vendendum alterius rem acceperint, quid agendum sit.* Si facto pretio[o] rem vendendam aliquis cuicumque tradiderit, et dum ab eo vendenda profertur, quacumque occasione perierit, ei perit, qui eam dederat distrahendam. Ceterum si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo, qui accepit, dum vellet venundare perdiderit, sibi rei perditae ingerit detrimentum.

299. *Ut creditor rem debitoris non vendat, priusquam eum de solutione ter conveniat.* Creditor si sine conditione pignus sibi depositum tenens ter debitorem convenerit, ut soluto debito pignora sua recipiat, et debitor noluerit post tres admonitiones soluto debito pignora sua recipere, creditor distrahendi pignoris habebit liberam potestatem.

300. *Ut cum rebaptizatis fideles non communicent.* Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participent.

301. *De his, qui iubente sacerdote de ecclesia exire contempserint, quid agendum sit.* Qui iubente sacerdote pro quacumque culpa ab ecclesia exire contempserint, pro noxa contumaciae tardius recipiantur ad veniam.

302. *De clericis increpationi*[p] *inoboedientibus verberandis.* Clerici, quos increpatio non emendaverit, verberibus coherceantur.

303. *De his, qui aliis aliquid debent, et ipsis ab eis aliquid debetur, ut in solutionem computentur.* Si quis debeat alicui solidos decem, et ille[q] qui debet de quacunque ratione debeantur illi[r] a creditore suo solidi

a) benefitia *G.* b) hi *G.* c) aut *G.* d) quae certa catholica lex *G.* e) reformetur *G.* f) quadruplum *G.* g) poposcitur (*duabus primis litteris abrasis*) *G.* h) non habeant *G.* i) oportet ut sint episcopi s. p. secundum *BAL.* k) auribus *BAL. ex cod. Bellov. et Ivone.* iudicibus *Trecensis.* l) *abrasum G.* m) convivari *BAL.* n) t. absolutionem *G.* o) facto pterio *G. sed linea transversa deletae sunt hae voces.* p) increpationibus *G.* q) *corr.* illi *G.* r) *expunctum G.*

quinque, et veniens creditor totos decem solidos a debitore petat, si probaverit ille debitor sibi ab eo quinque solidos deberi, quare illum in solidum pro totis decem solidis convenit, causam perdat [a], qui noluit debitum conpensare. Similis ratio est de frumento vel de aliis speciebus.

304. *De his, qui filiisfamilias* [b] *aliquid commodaverint, quid agendum sit.* Qui filiofamilias contra interdicta legum inscio parte pecuniam commodavit, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.

305. *De secularibus, qui suas uxores derelinquunt.* Hi vero seculares, qui coniugale consortium absque culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas [c] causas dissidii probabiliter proponentes propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut inlicita aut aliena praesumant, si antequam apud episcopos [d] conprovinciales discidii causas dixerint, et priusquam uxores iudicio dampnentur, abiecerint, a communione ecclesiae et sancti populi coetu pro eo, quod fidem et coniugium maculant, excludantur.

306. *Ut stipendia clericis iuxta meritum distribuantur.* Clerici etiam omnes, qui ecclesiae fideliter vigilanterque serviunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum servitii sui meritum vel ordinationem canonum a sacerdotibus consequentur [e].

307. *De accusatoribus et accusationibus, quas seculi leges non admittunt, a clericorum causis repellendis.* Accusationes et accusatores atque earum negotia, quae seculares non adsciscunt leges [f], divina ac synodica funditus a clericis repellere auctoritate censemus; quia indignum est superioribus, pati ab inferioribus, quae inferiores ab eis uti uespiciunt.

308. *De episcopo, qui alterius parrochianum praesumit retinere vel ordinare seu iudicare.* Nullus episcopus alienum parrochianum praesumat retinere aut ordinare vel iudicare absque proprii episcopi voluntate; quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita et diiudicatio [g]; quoniam censemus nullum alterius iudicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare ullatenus poterit.

309. *De peregrinis iudiciis non recipiendis.* Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus; quia indignum est, ut ab externis iudicetur, qui provinciales et a se electos debet habere iudices.

310. *De poenitentibus, qualiter poenitentiam debeant accipere.* Poenitentes tempore quo poenitentiam petunt, inpositionem manus et cilicium a sacerdote consequantur. Et si aut comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abiciantur. Et nisi digne poenituerint, non recipiantur. Iuvenibus etiam non facile committenda est propter aetatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

311. *De contumacibus clericis et ad officium tardis.* Contumaces vero clerici prout dignitatis ordo permiserit ab episcopis corrigantur. Et si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita ut cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

312. *De his, qui alienam pecuniam sibi commodatam attractare praesumunt.* Si quis sacculum vel argentum signatum deposuerit, et is, penes quem depositum fuit, illud invito eo contrectaverit, et depositi et furti actio ei [h] in eum conpetit.

313. *De creditore, qui debitore tardante ad solutionem, pignus, quod penes se retinet, vendiderit, quod amplius acceptum est debitori reddendum.* Si quis creditor debitore in solutionem tardante rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit quam quod [i] debebatur [k], quod amplius [l] acceptum est restituat [m] debitori.

314. *Ut episcopus ultra suam provinciam ad iudicium minime devocetur, nisi fuerit provocatum; sed ab omnibus suis provintialibus episcopis infra suam provintiam audiatur.* Nullus episcopus extra suam provintiam ad iudicium devocetur. Sed vocato eo canonice in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus provincialibus [n] episcopis audiatur, qui concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus tam clericis quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit? Nam si ipse metropolitanum aut iudices suspectos habuerit aut infestos senserit, apud primatem dioceseos aut apud Romanae sedis pontificem iudicetur.

315. *De episcopis, qui Romanum appellant pontificem.* Placuit, ut si episcopus accusatus [o] appellaverit Romanum pontificem, id statuendum, quod ipse censuerit.

316. *De presbiteris, qui in suis parrochiis aliquid paganis* [p] *agere permittunt, et de agris, in quibus haec acta esse noscuntur, quid agendum sit.* Si in alicuius presbiteri parrochia infideles aut faculas incenderint [q], aut arbores aut fontes aut saxa venerentur, si [r] hoc eruere neglexerit, sacrilegum [s] se esse cognoscat. Dominus aut ordinator [t] rei ipsius si ammonitus hoc emendare noluerit, communione privetur.

317. *De poenitentibus, quae defunctis viris aliis nubere praesumunt.* Poenitens, quae defuncto viro alio nubere praesumpserit, et quae vel suspecta vel interdicta familiaritate cum extraneo convixerit, cum eodem ab ecclesiae liminibus arceatur. Haec etiam et de viro in poenitentia posito placuit observare [u].

318. *De his, qui rem alterius vendendam acceperint, si eam minus vendiderint, pretium, quod eis mandatum fuerat, solvere cogantur.* Si quis cuilibet mandet, ut rem suam decem solidos vendat, et ille eam octo vendiderit, praecium, quod ei mandatum est, quicquid minus ab emptore percepit, mandatori complere conpellatur. Venditio tamen rescindi non potest.

319. *De eo, qui servum bona fide copparaverit, si servus ex priori vitio fugerit, quid agendum sit.* Servus bona fide conparatus si ex veteri vitio fugerit, non tantum praecium dominus, sed et ea, quae per fugam abstulit, reddere cogetur.

320. *De his, qui indiscussos potestate tyrannica dampnare praesumunt. Et de episcopis vel sacerdotibus, quod non debeant ab aliis iudicari, nisi a quibus et ordinari.* Sunt nonnulli qui indiscussos potestate tyrannica, non canonica auctoritate dampnant; et sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio invidiaque permoti humiliant, et levi opinionis aura condemnant, quorum crimina non adprobant. Ideoque communi decreto censemus, ut quandocumque aliquis episcoporum criminatur, congregatis omnibus eiusdem provinciae episcopis causa eius audiatur, ut non occulte iudicetur vel dampnetur; quia ab aliis iudicari prius non potest, nisi ab his, a quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

321. *De his, qui* [v] *habent causas adversus episcopos proprios, vel adversus alios, apud synodum provintiae audiendis; exceptis his, qui adversus suum metropolitanum querelam habuerint.* Si clericus vel laicus habuerit causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, aut episcopus adversus quemquam, apud synodum provinciae iudicetur. Quod si adversus eiusdem provinciae metropolitanum episcopus vel clericus habuerit quere-

a) perdit *G.* b) filiofamilias *BAL.* c) ut nullus *G.* d) episcopum *G.* e) vel ordinem teneantur (*reliqua desunt*) *BAL.* f) lege *G.* g) iudicatio *BAL.* h) *deest BAL.* i) *deest BAL.* k) debeatur *G.* l) plus *G.* m) restituatur *BAL.* n) comprovincialibus *BAL.* o) damnatus *ap. Hadrian. unde hoc sumptum est caput.* p) paganismi *BAL.* q) accenderint *BAL.* r) quis *supra lineam addit secunda manus in G.* s) sacrilegium *corr.* sacrilegum *G.* sacrilegii reum *BAL.* t) ortator *corr.* hortator *G.* u) observari *BAL.* v) quibus *G.*

lam, petat primatem dioceseos; et apud ipsum iudicetur [1] aut apud sedem apostolicam.

322. *De ore eorum in accusatione vel testimonio obstruendo, qui divinis vocibus mortui esse noscuntur.* Placuit, eorum accusandi sacerdotes et testificandi in eos vocem obstruere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus; quia vocem funestam potius intercidi quam audiri oportet.

323. *De non neganda appellatione accusati.* Placuit ut accusato, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare; quia non oportet negare [a] audientiam roganti.

324. *Quod reis [b], qui de se [c] confessi sunt, super alios non sit credendum.* Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus inplicantur, nisi se prius probaverint innocentes; quia periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcumque professio.

325. *De pervasoribus finium, priusquam causae auditio [d] terminetur.* Si quis pervasor finium fuerit adprobatus, eo quod priusquam aliquid iudicio terminetur, id quod alter tenuerat invasisset: non solum illud, quod male praesumpserit, amittat, sed ut non unusquisque [e] rem alienam occupet, cum fuerit in causa devictus pervasor iuris alieni, tantum spatii restituat, quantum praesumpserit invadere.

326. *De his, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut perdant hereditatem.* Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis, auferatur hereditas.

327. *De his, quibus per testamentum aliquid delegatum est, quod nihil contra voluntatem defuncti liceat agere.* Qui per testamentum sibi aliquid derelictum acceperit et vindicaverit, et voluerit contra voluntatem defuncti agere, licentiam penitus non habebit.

328. *Quod voluntas defuncti ab heredibus in omnibus sit peragenda.* Nulli quidem de bonis usurpandis virorum nec dividendi contra bonos mores concessa licentia est; sed praecipiente patre divisionem ab eo factam durare, si modo [f] usque ad extremum eius vivendi spatium voluntas eadem perseverasse doceatur.

329. *De filiis, qui patrem laeserint, donationibus carendis.* Si quis filius donatione patris aliquid fuerit consecutus et eum postmodum laeserit, post probatas in iudicio laesionis causas, ad donationem pater, si voluerit, in integrum revocetur.

330. *De donatione in filio a patre facta, si ab eo laesus fuerit, revocanda.* Donatio in filio a patre facta, si laesum se pater esse probaverit, revocetur.

331. *De detractione principum ac maiorum natu ab omnibus [g] cavenda.* Quod omnibus fidelibus omnibusque ordinibus summopere cavendum sit, ne clanculo aut publice unctum Domini detractionibus et vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariae, quae pro eo, quod Moysi famulo Domini propter Aethiopissam detraxit, inmunditia leprae multata sit. Et illud psalmistae: *Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.*

332. *Quod omnibus, qui lite pulsati fuerint, non aliubi quam in proprio foro iurgandum sit.* Clericus vel laicus si crimine aut lite pulsatus fuerit, non aliubi, quam in foro suo vocatus audiatur.

333. *Ut appellantes nulla arceantur detentione.* Appellantem non debet afflictio ulla aut carceris aut detentionis iniuriare custodia. Et liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare.

334. *De his, qui contempto fideiussore ad solutionem potius debitorem delegerint.* Si quis contempto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussionis vinculo liberatur. Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

335. *Quod liberi homines statum suum et deteriorare et inmeliorare possunt.* Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peiorare eum et meliorem facere potest; atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat.

336. *De concubinis non habendis.* Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere non potest, ne [h] ab uxore eum dilectio separet concubinae.

337. *De monachis, qui monasteria sua [i] contempnunt, ab episcopo revocandis.* Illud etiam unanimi consensu convenit observari, ut si qui [k] monachorum aut monacharum in congregatione positi religiosam conversationem elegerint, et postea aut ad parentes aut quamcumque proprietatem se a [l] congregatione ipsa subtraxerint, et ab episcopo suo per epistolam admoniti ad septa monasterii sui redire distulerint, sint usque ad exitum vitae a communione suspensi, nec prius ad eucaristiae gratiam admittantur, quam ad ovile suum, de quo se vagationis insolentia visi sunt subtraxisse, cum humillima subplicatione debeant satisfactione reverti.

338. *De feminis, quae religionis vestem in domibus [m] propriis mutaverint, si postea concubitum elegerint, quid agendum sit.* De viduis et puellis quae sibi in habitum [n] religionis in domibus propriis, tam a parentibus quam per se, vestem mutaverint, et se postea contra instituta patrum vel praecepta canonum coniugia crediderint copulanda, tamdiu utrique habeantur a communione suspensi, quousque quod inlicite perpetraverunt, emendent. Quod si emendare neglexerint, a communione vel omnium christianorum convivio in perpetuo sint sequestrati [o].

339. *Quod quatuor personae in iudiciis semper adesse debeant.* Quot personae solent in iudiciis esse? Quattuor: accusator causae, defensor causae, testes, iudex. Quo quisque utitur officio? Iudex aequitate, testes veritate, accusator intentione ad amplificandam causam, defensor extenuatione ad minuendam causam. Saepe enim fit causa ratiocinationis aut metu aut gloria aut pecunia id est, aut commodi aliquid appetendi, vel incommodi aliquid vitandi.

340. *Quod non solum, qui furtum fecerint, sed et qui ad hoc perficiendum adiutorium aut consilium dederint, furti actione sunt tenendi.* Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opere aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.

341. *Qui sint [p] agnati, et qui sint [p] cognati.* Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt; cognati autem qui per femineum. Et ideo patrui vel patruorum filii et agnati sunt et cognati; avunculi vero et avunculorum filii cognati sunt, non agnati.

342. *De his, qui se metu aut terrore servos esse mentiti sunt.* Qui metu et inpressione alicuius terroris apud acta praesidis servum se [q] esse mentitus est, postea statum suum defendendi non praeiudicat.

343. *De his, qui domos effregerint vel villas expoliaverint aut expugnaverint vel rapinas fecerint, quid agendum sit.* Hi, qui aedes aliquas villasve expoliaverint, effregerint [r], expugnaverint, siquidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniantur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit, accipiuntur.

344. *De his, qui latrones vel reliquos malefactores susceperint.* Receptores adgressorum itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim susceptoribus crassantium cupido conquiescit.

345. *De his, qui incendium fecerint.* Si aliquis malitiae studio incendium miserit, de hoc crimine convictus

a) negari *G.* b) *sic corr. G. ex* eis, *quod BAL. quoque habet.* c) quid esse c. *G.* d) causam (*sine dubio ortum ex* causa in) iuditio *G.* e) unusquis *G.* f) d. synodo *G.* g) hominibus *G.* h) nec *G.* i) *deest BAL.* k) quis *G.* l) de *BAL.* m) v. domis *G.* n) habitu *BAL.* o) sequestratae *BAL.* (*qui paulo ante* utrique *non mutavit.*) p) sunt *BAL.* q) *supra lineam additum G.* r) *deest G.*

1) *sequentia non in concilio Chalcedonensi, capitis huius fonte, reperiuntur.*

poenis gravissimis iubetur interfici. Quod si per neglegentiam factum incendium conprobatur, damnum quod cuicumque inlatum fuerit, res quae incendio perierit, dupli satisfactione sarciatur.

346. *De non valendis constitutionibus contra canones vel decreta praesulum aut bonos mores conditis.* Constitutiones contra canones et decreta praesulum Romanorum seu reliquorum pontificum vel bonos mores nullius sunt momenti.

347. *Ut non constringat clericum sententia non a suo iudice dicta.* In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut ne[a] quemquam eorum sententia non a suo iudice dicta constringat.

348. *Ut hi, qui falsa aliis inrogaverint, puniantur et falsitate infames efficiantur.* Omnis, qui falsa aliis intulerit, puniatur et pro falsitate ferat[b] infamiam.

349. *De conprovintiali[c] synodo retractanda per vicarios urbis Romae episcopi.* Ut provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romae episcopi, si ipse decreverit[d].

350. *Ut nullus episcopum aut actores ecclesiae apud alios prius accuset, quam eum familiariter conveniat atque ab eo familiarem iustitiam petat.* Si quis adversus episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos vel alios iudices adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, et ab eo aut iustam emendationem aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate: *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum. Et si vos non audierit, dic ecclesiae;* id est, accusa eum publice tunc, et non prius. Et reliqua.

351. *De infamibus[e] vel sacrilegis, quod religiosos accusare non possint[f].* Nulli infami atque sacrilego de quocumque negotio liceat quandoque adversus religiosum christianum, quamvis[g] humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de quacumque re actione vel inscriptione christianum[g] inpetere.

352. *Ut causae, quas leges seculi non admittunt, a iudicibus ecclesiasticis non audiantur[h].* Nullae causae a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quae legibus non continentur vel quae prohibitae esse noscuntur.

353. *Quod hi, qui pro iniuria mediocri damna subire conpelluntur, infames efficiantur.* Qui pro iniuria mediocri estimatae iniuriae damna subire conpellitur, quamvis civiliter videatur addictus, tamen infamis efficitur.

354. *De absentibus non damnandis.* In causa capitali absens nemo damnetur. Neque absens per alium accusare aut accusari potest.

355. *Ut hi, qui res alienas violenter occupant, quicquid ibi perditum vel alienatum fuerit, eis, quibus conpetebant, pleniter restaurent.* Si ex rebus, quas violenter aliquis occupat, quaelibet sub quacumque occasione perierint aut arserint, vel servi violenter occupati mortui fuerint, quamlibet[i] fraude illius, qui occupavit id quod perit, factum non videatur, tamen ab ipso quaecumque perierint reddenda sunt, qui rem iuris alieni violenter visus est occupasse.

356. *De his, qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecorum usque affinitatis lineam cum consanguineis incestum commiserunt, sive cum masculis concubuerunt.* In hoc titulo Graeca verba posita sunt, id est, *περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἤ καὶ ἀλογευομένων*[k]. Quod nos latine possumus dicere; *De his, qui inrationabiliter versati sunt sive versantur.* In qua sententia sensus triplex est; id est de his, qui cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecorum cum consanguineis usque affinitatis lineam incestum commiserunt, aut cum masculis concubuerunt. Quisquis autem ex his unum egerit, aut capite puniatur, aut si ei vita concessa fuerit, iuxta Ancyrani concilii sententiam, quae in capitulo decimo quinto et[l] sexto continetur, poenitentiam veraciter agat.

357. *Quod in causa capitali vel in causa status non per advocatos, sed per ipsos sit agendum.* Si quando in causa capitali vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos[m] est agendum.

358. *Ut metropolitani episcoporum conprovincialium causas non praesumant audire, nisi praesentes omnes fuerint episcopi conprovintiales.* Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam, sine consilio et voluntate omnium provincialium[n] episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiacebit; et quod egerit, irritum habeatur et vacuum. Sed quicquid de provincialium coepiscoporum causis suarumque ecclesiarum et clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu conprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et alibi: *Qui maior est vestrum, erit minister vester;* et reliqua. Similiter et ipsi conprovinciales episcopi[o] cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parrochias, agant iuxta sanctorum constituta patrum; ut uno animo, uno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in saecula.

359. *Ut reprehensio, qua laici arguuntur, a clericis respuatur.* Notum sit omnibus, quia quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis praedamnari.

360. *De delatoribus quid agendum sit, vel qui sint delatores.* Delatori aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui invidia produnt alios.

361. *De his, qui in alterius famam[p] aut scripturam aut verba contumeliosa confixerint[q].* Qui in alterius famam in publico scripturam aut verba contumeliosa confixerit, et repertus scripta non probaverit, flagelletur. Et qui ea prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere.

362. *De his, qui unam rem duobus dominis donaverint.* Si aliquis unam rem duobus per legitimas scripturas donaverit, uni prius et alteri postea, non quaerendus est in his donationibus qui primus, qui posterior sit; sed qui rem tradente donatore possederit, is eam, cui est tradita possidebit. Nec interest, utrum in parentes an in extraneos talis sit facta donatio.

363. *De servis in caput domini a quoquam non interrogandis.* Servi in caput domini neque a praeside, neque a procuratore, neque tam in parvis quam in capitalibus causis interrogari possunt.

364. *De his, qui irati crimen aliquod cuilibet dixerint, si postea resipiscentes hoc perficere noluerint, quid agendum sit.* Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, convitium non est pro accusatione habendum. Sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur; ut si fortasse resipiscens post iracundiam iterare ac scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur.

365. *Ut qui crimen obiecerint, scribant se probaturos. Et ut ibi causa agatur, ubi crimen admissum esse dinoscitur.* Qui crimen obicit, scribat se probaturum. Revera ut ibi causa agatur, ubi crimen admittitur; et[r]

a) nec *BAL.* b) proferat *G.* c) conprovintialis *G.* d) decreverint *G.* e) *sic emendandum* infamis, *quod habet G.*; infantibus *BAL.* f) possunt *BAL.* g) quamvis — christianum *desunt BAL.* h) admittantur *G.* i) qualibet *G.* k) periton. alegeus. alle. non. ecce alogio. me. con. *G.* l) q. et *desunt BAL.* m) *hic alia manus margini inscripsit* advocatos *G.* n) comprovincialium *BAL.* o) omnia *in margine addit G.* p) fama *G.* q) confinxerint *BAL. hic et in textu.* r) *sic G. corr. ex* ut, *quod habet quoque BAL. In margine adscripsit manus altera coaeva:* aliter. ut si is crimen non probaverit. cui id obiecit. poenam quam ipse intulerit patiatur.

qui non probaverit quod obiecit, poenam quam intulerit ipse patiatur.

366. *Ut nullus absque inevitabili necessitate suam relinquat ecclesiam.* Ut ne quis, dum in ea durare potuerit, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.

367. *De his, qui ante alterius iudicem fuerint pulsati, quid agendum sit.* Pulsatus ante suum iudicem causam dicat; et non ante suum iudicem pulsatus, si noluerit, taceat. Et ut pulsato, quotiens appellaverit, induciae dentur.

368. *De his, qui famosos libellos legere aut cantica famosa cantare praesumunt.* Hi, qui inventi fuerint libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.

369. *De his, qui a clericorum accusatione sunt repellendi.* Homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

370. *De his, qui divinos vel matematicos consulere praesumunt.* Qui de salute principis vel summa rei publicae mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit capite puniatur.

371. *De auctoribus vel concitatoribus seditionum vel tumultuum.* Auctores seditionis et tumultus vel concitatores populi pro qualitate dignitatis aut in crucem tollantur, aut bestiis obiciantur, aut in insulam deportentur.

372. *De periculo iudicantium et providentia eorum.* Maius periculum est iudicantis, quam eius qui iudicatur. Unde unicuique providendum est, ne aliquem iniuste iudicet aut puniat.

373. *De accusatione adversus doctorem submovenda.* Accusationes adversus doctorem nemo suscipiat, quia non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit iudicio.

374. *Quod hi, qui adversus patres armantur, Deo existunt odiosi.* Sic odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur.

375. *Qualiter decimae et oblationes fidelium a sacerdotibus sint dispensandae.* Instruendi sunt presbiteri pariterque admonendi, quatenus noverint decimas et oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum et hospitum et peregrinorum esse stipendia, et [a] non quasi suis, sed quasi commendatis uti debere; de quibus omnibus sciant se rationem reddituros in conspectu divinae maiestatis, et nisi eas fideliter pauperibus et his, quibus praemissum est, administraverint, condempnationem patiendos. Qualiter vero dispensari debeant, canones sacri instituunt: scilicet ut quatuor partes ex omnibus fiant, una ad fabricam ecclesiae relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbitero cum suis clericis habenda, quarta episcopo reservanda. Et quicquid exinde pontifex iusserit, prudenti consilio est faciendum.

376. *Quod feminae cum presbiteris vel reliquis clericis non debeant habitare, nec eis ministrare, nec intra cancellos stare, neque ad altare accedere.* Inbibendum et modis omnibus tenendum est, ut nullus sacerdos eas personas feminarum, sicut in canonibus insertum continetur, de quibus suspicio potest esse, in domo sua habeat, et non solum illas, sed neque illas, quas antiqui canones concedunt; quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earum. Nam si qua de his habuerit talem necessitatem, cui sit necessaria sustentatio presbiteri, habeat in villa aut in vico domum longe a presbiteri conversatione, et ibi ei subministret, quae necessaria sunt. Sed et hoc secundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum, ut nulla femina ad altare praesumat accedere, aut presbitero ministrare, vel infra cancellum stare aut sedere.

377. *Ut incesti a sacerdotibus per veraces et Deum timentes homines fideliter perquirantur et canonice puniantur.* De incestis omni studio perquirendum est sacerdotibus per homines veraces et timorem Dei ante oculos habentes. Et si reperti fuerint, statim aut per se emendare studeant, aut cum adiutorio archidiaconi sui vel episcopi hoc ipsum extirpare satagant; ne tanto flagitio et scelere et illi polluantur et pereant, et alii in eorum vicinitate omnipotentis Dei iram incurrant.

378. *Ut presbiteri et reliqui clerici ab omnibus vitiis se caveant, et subiectos sibi fideliter instruant, atque bonis operibus omnibus ducatum praebeant* [b]. Ammonendi sunt clerici et instruendi, ut primum ipsi ab omni fornicatione et inmunditia et luxuria et ab omni pollutione carnis sint alieni, et tunc plebi sibi subiectae [c] et verbis praedicent et exempla ostendant, ut ab omni fornicatione et ab omni inrationabili vel inutili pecudum luxuria et pollutione abstineant, et mundo se corpore et mente Deo praeparent.

379. *De confessionibus fidelium accipiendis et diiudicandis, et consilium dandis, qualiter pro modulo et quantitate peccati sit poenitentia.* Quaerendum namque est sacerdoti, cum accipit cuiuslibet fidelis confessionem peccatorum, qualiter primo peccatum perpetratum, aut si postea iteratum aut frequenter actum sit; si sponte, si coacte, si per ebrietatem aut per quodlibet ingenium factum sit. Et cum invenerit [d], unde radix illius peccati processit, tunc congruam adhibeat medicinam. Qualis vero peccati adhibenda sit medicina, secundum canonum autenticorum et sanctorum patrum instituta intellegi [e] debet, et non secundum placitum hominis, sed secundum Dei voluntatem. Nec in hac parte voluntas aut gratia hominis sectanda est, sed voluntas Dei in omnibus exquirenda; quatinus dignis praecibus et poenitudine digna placari possit omnipotentis Dei vindicta, quam cum [f] vicio provocavit.

380. *De his, qui prius non habentes odium, sed se defendentes aliquem occiderint, qualiter corrigenda sit temporis institutio.* Si quis quiete gradiens per viam, aut si etiam in domo sua fuerit aut in platea civitatis aut in villa, subito aut ab alio superventus aut litis commotione volens se defendere, non habens contra illum antea odium, interfecerit hominem; septem annis secundum canonicam institutionem poeniteat, tres vero communione privetur, quattuor autem in communione et [g] orationum et oblationum susceptus, in sacerdotis pendeat arbitrio, utrum dignus sit corpus Christi accipere, aut usque ad plenitudinem poenitentiae ab eo separari. Abstinentia ciborum in providentia sacerdotis erit secundum possibilitatem poenitentis et devotionem et affectionem [h] lacrimarum.

381. *De muliere, quae duobus fratribus nupserit, et de viro eius, quid agendum sit.* Mulier, quae duobus fratribus nupserit, abici debet usque ad diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet; ita tamen, ut prius solvatur coniugium et maneat innupta et vir eius [i] absque uxore simili poenitentiae sit subditus. Quod si duo fratres cum una femina fornicati fuerint, nescientes alter alterius fornicationem, statim ut cognoverint adulterium, qui eam habet uxorem, dimittat. Et ille quidem post actam poenitentiam, si uxor defuncta fuerit, potest alteri sociari; illa vivente nequaquam. Illa [k] vero nunquam ulterius poterit in coniugium assumi; et iugi poenitentiae [l] submissa ad exitum vitae communionis gratiam percipiat [m].

Mulier, quae dormiens filium suum oppresserit, et

a) his *BAL.* b) *deest G.* c) plebem s. subiectam *BAL.* d) viderit *BAL.* e) *sic G. lineae superscriptum*; *BAL.* a. s. p. esse d. f) suo *BAL.* g) *deest BAL.* h) devotionis et affectum *BAL.* i) *glossa superscripta in G.:* scilicet posterior. si sciens. k) illam *G.* l) poenitentia *G.* m) *BAL. hic novum caput incipit:* De mulieribus et viris infantes opprimentibus.

mortuus fuerit, sex annis poeniteat. Vir eius si in domo illius fuit, quatuor; si vero in uno lecto, simili modo poeniteat, duos in pane et aqua, reliquos quatuor secundum quod sacerdos illos viderit posse, abstinentiam inponat ciborum.

382. *De muliere, quae adulteravit virum suum, similiter et de viro, qui uxorem suam adulteravit, qualiter de ambobus agendum sit.* Mulier habens virum si adulterium perpetraverit et occulte ad confessionem venerit, septem annos poeniteat, tres in pane et aqua; caeteros quatuor in providentia erit sacerdotis qualiter eam viderit posse; et ita ei ciborum abstinentia inponatur. Similiter et vir habens uxorem, si adulterium perpetraverit, faciat, id est per triennium non communicet. Si cuius uxor adulterium perpetraverit et hoc a viro deprehensum fuerit et publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem. Illa vero secundum quod superius insertum est, publice agat poenitentiam. Vir vero eius illa vivente nullatenus habebit licentiam aliam ducere uxorem. Quod si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa poenitentiam agat et exacta poenitentia ad communionis gratiam, sicut superius continetur insertum, utrique accedant. Similis forma et in muliere servabitur. Si eam vir eius adulteraverit, habet potestatem dimittendi virum propter fornicationem. Maneat tamen innupta, quamdiu vir eius vixerit; quia nec ille habet potestatem aliam accipere prima vivente[a], nec illa primo. Habent tamen potestatem semetipsos reconciliari.

383. *Ut ad confirmationem episcopi omnes devote conveniant eique quae necessaria sunt ministrare non neglegant.* Praecipimus, ut ad accipiendum per manus pontificis inpositionem Spiritus sancti donum[b] sollicite et devote omnes concurrant, et episcopo suo[c] ea quae necessaria sunt fideliter ministrent, eique ab omnibus et per omnia oboediatur.

384. *De parvulorum instructione, tam fidei et baptismatis mysterio, quam sancti Spiritus dono.* Sciendum est omnibus, quod parvuli instruendi sunt, cum ad intelligibilem aetatem venerint, et de fidei sacramento et baptismatis mysterio et septiformis gratiae sancti Spiritus dono.

385. *De frequenti peccatorum confessione.* Notum esse omnibus volumus, quod confessio peccatorum excepto ea, quae sacerdotibus ad consilium accipiendum Deumque placandum fit, Deo frequenter in oratione sit facienda.

386. *De manifestatione aliorum peccatorum, et quod ea celare peccatum sit.* Omnibus fidelibus notum fore desideramus, quod quorundam peccatorum alienorum conscii, nisi ea emendationis et salutis causa prodiderint, delinquant. Unde scriptum est: *Nihil prodest illi suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti.* Et alibi: *Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, rei sunt.*

387. *Quod magis delinquunt, qui fidem perceperunt, quam alii, si tamen in bono opere persistant.* Sciendum est omnibus et sine oblivione retinendum, quod gravius puniantur, qui fidem Christi perceperunt et in malis vitam finierunt, quam illi, qui sine fide mortui sunt et tamen bona egerunt opera; quoniam melius est fidem non percipere, quam post eius perceptionem retrorsum abire.

388. *De coniugio, quod a Deo sit institutum.* Notum sit omnibus, quod coniugium a Deo sit constitutum, et non sit appetendum causa luxuriae, sed procreatione filiorum, et quod bonorum coniugatorum vita per Iob sit designata.

389. *De castitate eorum, qui coniugio sunt copulandi.* Sciendum est omnibus et firmiter retinendum, quod hi, qui uxores ducere voluerint, sicut eas castas et incorruptas cupiunt invenire, sic ad eas casti et incorrupti debent accedere easque cum benedictione sacerdotis, sicut in sacramentario continetur, accipere. Sed prius eas dotali titulo debent conligare.

390. *Ut omnes a minore usque ad maiorem suis sacerdotibus sicut ipsi[d] Domino obedientes existant, cuius vice legatione in ecclesia funguntur. Ex capitulis domni Karoli Theodonis villa firmatis.* Volumus atque praecipimus, ut omnes suis sacerdotibus tam maioris ordinis quam et inferioris a minimo usque ad maximum, ut summo Deo, cuius vice in ecclesia legatione funguntur, oboedientes existant. Nam nullo pacto agnoscere possumus, qualiter nobis fideles existere possunt, qui Deo infidi[e] et suis sacerdotibus inoboedientes apparuerint; aut qualiter nobis obedientes nostrisque ministris ac legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei causis et ecclesiarum utilitatibus non obtemperant. Potius namque iuxta veritatis vocem ille metuendus est, qui potest animam et corpus perdere in gehennam, quam ille, qui corpus torquere et honores temporales potest auferre. De illis dictum est: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Et alibi: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et rursus: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum[f] maris.* Et iterum: *Qui vos recipit, me recipit; et qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et multa alia horum[g] similia. His ergo fulti oraculis iubemus, ut omnes eis pro viribus ad eorum peragenda ministeria et ad malos et peccatores atque neglegentes homines distringendos summopere oboedientes existant. Qui autem in his, quod absit, aut neglegentes eisque inoboedientes fuerint inventi, sciant se nec in nostro imperio honores retinere, licet etiam filii nostri fuerint, nec in palatio locum, neque nobiscum aut cum nostris societatem aut communionem ullam habere, sed magis sub magna districtione et ariditate poenas luere[h]. In his namque omnium nostrorum fidelium volumus agnoscere fidem ac benivolentiam; quoniam si haec fideliter et utiliter impleverint, tunc Deo et nobis fideles erunt; si autem, quod absit, secus egerint, tunc non solum infideles, sed infames atque reprobi manifeste apparentes notabuntur, eorumque domus publicabuntur et ipsi exiliabuntur.

391. *De infantum baptismo et ecclesiarum vel altarium seu fidelium consignandorum dubitatione, quid agendum sit.* Placuit, ut infantes, quando non inveniuntur certissimi testes, qui eos sine dubitatione baptizatos esse testentur, neque ipsi sunt per aetatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo tempore legitimo baptizari. Similiter et de ecclesiis vel altaribus atque consignandis fidelibus, quotiens super his dubitatur, agendum est; id est, ut sine ulla trepidatione consecrentur et fideles confirmentur; quoniam quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum.

392. *De advocatis vel defensoribus ecclesiarum a principe postulandis.* Pro ecclesiarum causis ac necessitatibus earum atque servorum Dei advocati seu defensores, quotiens necessitas ingruerit, a principe postulentur, et ab eo fideliter atque libenter iuxta canonicas sanctiones fidelissimi dentur.

393. *Ut ubi quisque ordinatur, ibi pertineat[i].* Clerici cuiuslibet gradus in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, ad eadem loca pertineant atque in ipsis locis perseverent.

394. *De presbiteris et ministris ecclesiae, ut a suis et non ab aliis episcopis crisma petant vel accipiant. Et de chorepiscoporum cassanda superstitione.* In singulis episcoporum parrochiis presbiteri eorumque ministri non a

a) *deest G., ubi margini adscriptum:* aliter . nisi primam . nec illa alium nisi primum. b) domum *BAL.* c) sua *BAL.* d) ipso *G.* e) infideles *BAL.* f) profundo *BAL.* g) horumque *BAL.* h) lui *G.* i) permaneat *BAL.*

quibuslibet episcopis, sed a suis propriis, crisma petant vel accipiant. Nec alio umquam tempore iuxta sanctos canones vel secundum morem Romanum, nisi in coena Domini, sanctum crisma conficiatur. Quibus etiam diebus presbiteris vel eorum ministris canonice dispensandum est, sed non aliis tradendum, nisi solummodo presbiteris vel diaconibus aut subdiaconibus bene fidelibus. Indignum enim est, ut alii illud suscipiant, nisi illi qui hoc in tradendo usuri sunt. Similiter et hoc statutum est, ut a corepiscopis, qui iuxta sanctorum decreta locum septuaginta discipulorum, id est presbiterorum, tenent, vel ab ipsis presbiteris nec virginum consecratio nec sancti Spiritus traditio nec ecclesiarum vel altarium consecratio vel illa, quae solis episcopis debentur, fiat. Nam si a duobus episcopis episcopus non potest consecrari, quomodo ille episcopus erit, aut aliquid de episcopali ministerio, nisi quantum presbiter, cuius locum in ecclesia tenet, agere poterit? Omnia ergo, quae isti praesumptiose [a] de episcopali ministerio egerunt, irrita esse comprobantur et effectu carere, atque per omnia tam ab apostolica sede, quam et omnium episcoporum decreto irrita esse [b] et potius nocumenta, quam aliqua adiumenta sunt iudicata ac saepius interdicta. Ideoque ne fiant omnino [c] sub anathematis vinculo interdicimus, atque qui ab eis sunt polluti potius quam sanctificati, in meliorem statum canonice, id est a tribus ordinatis episcopis, ut reformentur iubemus; quia reformatio non est iteratio, sed ecclesiastica et canonica perfectio.

395. *De his, qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores.* Placuit, ut hi, qui rapiunt feminas vel furantur aut seducunt, ut eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis postmodum conveniat, aut eas dotaverint vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint. Si quis autem uxorem habere voluerit, canonice et legaliter eam accipiat et non rapiat. Qui vero eam rapuerit vel furatus fuerit aut seduxerit, numquam eam uxorem habeat; sed propinquis suis eam legalibus reddat, et in triplo plenum bannum dominicum conponat et insuper canonice publicam poenitentiam gerat. Ad quod omnes una voce clamaverunt dicentes: „Ista omnes firmiter tenere volumus et in perpetuum ab omnibus conservari optamus."

396. *Quod in omnibus locis Deus orandus sit, et non in aliis, quam in Deo dicatis ab episcopis, locis missa sit celebranda.* Sciendum est omnibus, quod et in aliis competentibus locis, si locus basilicae procul fuerit, oratio ad Deum et confessio peccatorum fieri debeat et possit; missarum vero celebratio nonnisi in locis ab episcopis Deo dicatis, excepto tempore hostilitatis, et in hoc nonnisi in altaribus et tabernaculis ab episcopis Deo dicatis nullatenus [d] rite fieri possit aut debeat.

397. *De secularibus, qui episcopis suis inobedientes existunt et ad emendationem sui tardant venire, quid agendum sit.* Si quis secularium tam maioris ordinis quam et inferioris, peccatum egerit et vocatus sui episcopi auctoritate ad emendationem ac poenitentiam venire distulerit, tamdiu sit ab ecclesia extorris et a catholicorum consórtio sequestratus, quousque quod inlicite commisit, emendet ac reatum suum usque ad satisfactionem canonice diluat, atque reconciliatione proprii episcopi divinis precibus indulgentiam consequatur et veniam, ecclesiaeque gremio, a cuius utero deviaverat, peracta satisfactione ab eodem emendatus episcopo canonice reddatur.

398. *De clericis, ut non utantur armis vel sagis.* Ut clerici pompis aut sagis vel armis non utantur.

399. *Ut ea, quae episcopus in sua diocesi corrigere non valet, ad alios referat praesules, vel si necesse fuerit regi intimet.* Ut ea, quae in sua diocesi episcopus per se suosque corrigere vel emendare nequiverit, coram reliquis episcopis ad corrigendum insinuet vel regi indicare non tardet; ut qui ecclesiasticis regulis inoboediens apparuerit, per potestates exteras corrigatur.

400. *De his, qui Deo famulantur, si in baratrum fornicationis ciciderint, qualiter corrigendi sint* [e]. Statuimus, ut quisquis [f] servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, quod in carcere poenitentiam faciat in pane et aqua. Et si ordinatus presbiter sit, duos annos in carcere permaneat, et [g] ante flagellatus [h] et scorticatus [i] videatur; et post episcopus augeat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum inciderit, post tertiam verberationem in [k] carcerem missus, vertentem annum [l] ibi poenitentiam agat. Similiter et nonanes velatae eadem poenitentia teneantur, et radantur omnes capilli capitis eius.

401. *De his, qui a paganis baptizati fuerint.* Praecipimus, ut qui a paganis baptizati sunt, denuo a Christi sacerdotibus in nomine sanctae Trinitatis baptizentur, et postea ab episcopis crismentur, quia [m] aliter christiani nec dici nec esse possunt.

402. *De his, qui a* [n] *corepiscopis confirmati fuerint.* Si quis ab episcopo [o] et non a corepiscopo [p], qui [q] non episcopus, sed vicarius episcopi, priusquam prohibiti essent, et erant et dicebantur, fuerit confirmatus, reiterari talis confirmatio non debet. Nam corepiscopi ante apostolicam atque synodalem prohibitionem non ex numero apostolorum, sed ex septuaginta discipulorum, ut sacri canones testantur, ordine erant, quos numquam spiritum paraclitum tradidisse novimus. Sed quia olim, ut dictum est, iam dicti corepiscopi prohibiti sunt, ideo modo nihil sunt, nec spiritum [r] paraclitum ullo umquam tempore tradere potuerunt nec modo possunt. Quapropter non apparet iteratum, quod olim canonice non agnoscitur patratum.

403. *Ut qui ab hereticis baptizatus fuerit in nomine sanctae Trinitatis, non rebaptizetur, sed sola manus inpositione perficiatur.* Quicumque baptizatus fuerit ab hereticis in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, nullo modo rebaptizari debet, sed per solam manus inpositionem purgandus est.

404. *Ut baptizandi symbolum discant fidei.* Baptizandos oportet fidei symbolum discere et quinta feria ultimae septimanae episcopo vel presbiteris reddere. Et qui in aegritudine constituti baptismum perceperint, sani facti fidei symbolo doceantur, ut noverint, quanta natione digni sunt habiti. Oportet etiam baptizatos post baptismum crisma caeleste percipere et regni Christi participes fieri.

405. *Ut hi, de quibus dubitatur, utrum baptizati sint an* [s] *non, vel a presbitero diis immolanti vel immolatitiis carnibus vescenti sunt baptizati, ut rebaptizentur.* Quod hi, qui dubitant, utrum sint baptizati an non, vel a presbitero diis mactanti vel immolatitiis carnibus vescenti, fuerint baptizati, ut baptizentur praeceptum est.

406. *Ne ullus* [t] *plusquam duas uxores accipiat.* Ne quisquam amplius quam duas accipiat uxores, quia iam tertia superflua est.

407. *De orationibus et elemosinis ac missarum celebrationibus pro fidelibus defunctis fideliter agendis; quibus impii carere debent; quoniam nec eorum elemosina a sacerdotibus vel reliquis fidelibus accipienda est.* Quod pro catholicis defunctis sint memoriae faciendae et oblationes et orationes Deo offerendae. Non tamen pro impiis, quamvis sint christiani, ex his aliquid agere licebit.

408. *Ut nullus episcopus sive presbiter aliam causam*

a) praesumptiosi *BAL.* b) comprobantur — esse *omittit G. a priore* irrita *statim aberrans ad alterum.* c) *deest BAL.* d) ullatenus *BAL.* e) sunt *BAL.* f) si quis *BAL.* g) ut *BAL.* h) flagellatur *corr.* flagelletur *G.* i) corticatus *G.* k) et in *G.* l) vertente anno *BAL.* m) qui *G.* n) in *G.* o) corepiscopo *G.* p) archiepiscopo *G.* q) quia *G.* r) sanctum *BAL.* s) ante *G.* t) nullus *BAL.*

in synodo prius suggerat, quam ea, quae ad emendationem vitae pertinent, finiantur [a]. Nullus episcoporum vel presbiterorum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, quae ad emendationem vitae et ad severitatem regulae atque ad animae remedia et vitae [b] pertinent, finiantur.

409. *De his, qui facultatem ecclesiae petunt a regibus prava cupiditate illecti, quid agendum sit.* Qui reculam [c] ecclesiae petunt a regibus, et horrendae cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quae optinent, et a communione ecclesiae, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

410. *Ut nullus episcopus alterius episcopi res devastet aut plebes invadat.* Ne parrochias cuiuslibet episcopi alterius civitatis episcopus canonum temerator invadat, et vesanae cupiditatis facibus inflammatus suisque admodum non contentus rapiat aliena.

411. *De eo, qui munuscula ecclesiae fraudaverit vel quolibet modo invaserit, ut ab ecclesiae communione arceatur.* Si quis cuiusque munuscula ecclesiae sanctis scripturarum titulis collata nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit atque suppresserit, et non statim a sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab ecclesiae catholicae communione pellatur.

412. *De episcopo iudicato, si apostolicam appellare sedem voluerit.* Ut iudicatus episcopus ad apostolicam sedem, si voluerit, appellet. *Concilio Sardicense titulo* [d] *quinto.* Quod si appellaverit, in cathedram [e] ipsius alter non ordinetur.

413. *De his, qui a iudicibus, quos primates dederunt, appellaverint, quid agendum sit.* Ut si a iudicibus, quos primas dederit, quis appellaverit, alii iudices amplioris numeri decernantur. Quod si et ab ipsis appellaverit, ad sententiam concilii causa deferatur.

414. *De presbiteris, ut inconsulto episcopo non praesumant celebrare agendam* [f]. Ut presbiteri inconsulto episcopo in quolibet loco agendam non audeant celebrare.

415. *Ne aliquis presbiter civitatis sine episcopi praecepto aliquid agat.* Ut presbiter civitatis fine iussione sui episcopi nihil iubeat nec in unaquaque parrochia aliquid agat.

416. *Ne presbiteri rem ecclesiae sine sui consensu episcopi vendant.* Ut presbiteri rem ecclesiae sine consensu episcopi sui non vendant.

417. *De abiecto clerico ab aliena ecclesia non recipiendo.* Ut abiectum clericum aliena [g] ecclesia non admittat.

418. *Ut ad Patrem oratio semper dirigatur.* Ut nullus in praecibus nisi ad Patrem dirigat orationem. Et ut prius eas cum instructioribus tractet.

419. *De rebus ecclesiae a nullo iniuste retentandis vel diripiendis.* Ne cui liceat res vel facultates ecclesiis aut monasteriis vel xenodochiis [h] pro quacumque elemosina cum iustitia delegatas retentare, alienare atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tamquam necator pauperum antiquorum canonum sententiis constrictus ab ecclesiae liminibus excludatur, donec ea, quae sublata sunt aut retenta, reddantur.

420. *Ut ab ecclesiae societate extorris habeatur, quicumque eius rebus dampnum intulerit.* Ut nullus episcoporum aut cuiuslibet ordinis clericus vel alia quaecunque persona quibuslibet conditionibus seu in uno regno seu in alio positas alterius cuiuscumque ecclesiae res aut petat aut praesumat accipere. Quod si fecerit, tamdiu habeatur a communione altaris vel ab omnium fratrum ac filiorum caritate suspensus, donec ipse [i] ecclesiae, cuius directo ordine iuris est, ablata restituat.

421. *De privilegiis ecclesiarum inlibate servandis* [k]. Privilegia atque praecepta ecclesiarum manere semper incorrupta praecipimus. Et quicquid ab antecessoribus vel parentibus nostris circa sacrosanctarum ecclesiarum utilitates constitutum est, vel quae singuli quique antistites pro causis ecclesiasticis impetrarunt, sub poena sacrilegii iugi solidata aeternitate serventur. 5

422. *De clericis a propriis episcopis corrigendis.* Placuit, ut clerici non distringantur vel diiudicentur nisi a propriis episcopis. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Nam si propriorum episcoporum iussionibus in- 10 oboedientes extiterint, tunc iuxta canonicas sanctiones per potestates exteras adducantur, id est per iudices saeculares.

423. *Ut nullus chorepiscopus per inpositionem manus Spiritum sanctum tradat aut consecrationem faciat* [l]. Pla- 15 cuit, ut sicut Leonis papae et omnium episcoporum nostrorum atque reliquorum fidelium generali et synodali consultu decrevimus, ut nullus corepiscopus per manus inpositionem Spiritum sanctum tradere, aut sacerdotes vel levitas aut subdiaconos sacrare, vel virgines velare, 20 aut sanctum crisma conficere, vel ecclesias aut altaria sacrare, aut benedictionem in publica missa populis tribuere praesumat: quae omnia summis pontificibus, id est cathedralibus episcopis debentur, et non chorepiscopis vel presbiteris, quorum formam iuxta sanctorum 25 canonum decreta chorepiscopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere temptaverint, irrita erunt, quae ab eis geruntur [m], et ipsi omni ecclesiastico honore funditus priventur.

424. *De his, qui a chorepiscopis sunt ordinati pres-* 30 *biteri, diaconi vel subdiaconi.* Ut hi, qui a chorepiscopis presbiteri vel diaconi aut subdiaconi sunt ordinati, nullatenus in presbiteratus vel diaconatus aut subdiaconatus officio ministrare praesumant. Similiter homines, qui ab imperitis [n] ab eis videntur esse confirmati, vel 35 virgines seu ecclesiae sacratae aut crisma confectum sive altaria dedicata pro confirmatis vel sacratis aut dedicatis minime habeantur; quia quae illi non habuerunt, dare non potuerunt, quoniam ex his eis quicquam agere non licet: quae omnia summis pontificibus debentur et non 40 chorepiscopis, qui nec summi pontifices vel episcopi fuerunt, nec deinceps unquam fieri possunt. Nullum enim ex septuaginta ex his aliquid umquam fecisse legimus vel scimus; ad quorum exemplum et formam presbiteros vel chorepiscopos, antequam ipsi chorepis- 45 copi prohibiti essent, fuisse agnovimus. Haec vero omnia a cathedralibus episcopis, qui a provincialibus episcopis aut praesentia aut iudicio metropolitani consecrati esse noscuntur, agenda sunt, et non a presbiteris vel chorepiscopis, qui ambo unius formae esse videntur. 50 Quae si ab eis aut propter imperitiam [o] aut propter praesumptionem acta, ut praedictum est, ab imperitis esse putantur, a cathedralibus tamen episcopis reformanda vel peragenda sunt; quia quae illi in his agere cogitarunt, inperfecta remanserunt; et ut iam prae- 55 libatum est, quod illi non habuerunt, dare non potuerunt. Episcopi namque non fuerunt, quia nec a tribus episcopis, nec ad aliquam episcopalem cathedram ordinati fuerunt, et ideo ex his nihil agere potuerunt. Et ne alicui talis ordinatio vel confirmatio aut consecratio 60 reiteratio esse videatur, adtendat illud, quod scriptum est: *Quod non ostenditur gestum, ratio non sinit ut videatur iteratum.* Et reliqua talia eorumque similia.

425. *Ne iudices de excessibus malorum iudicent aliquid extra conibentiam sacerdotum.* Ne iudices quicquam 65 de perfidorum excessibus, extra sacerdotum conhibentiam, iudicare praesumant.

426. *De presbiteris episcoporum, quo* [p] *ipsi ire non potuerint, ad corrigendum mittendis.* Ut episcopi tunc

a) *hoc rubrum cum sequenti G. errore mutavit.* b) et v. *desunt BAL.* c) reicolam *G.* d) capite *BAL.* e) cathedra *BAL.* f) agenda *BAL. bis.* g) *deest G.* h) sinodochiis *G.* i) ipse *corr.* ipsi *G.* k) servantur *G.* l) c. pontificalem f. *BAL.* m) gerentur *BAL.* n) *abrasum G. sed cf. statim sequentia.* o) a. p. i. *exciderunt G.* p) quod *G.* 70

inmunes habeantur a damnis, cum eorum presbiteros ad ea, quae ipsi non correxerint, miserint corrigenda.

427. *De eo, qui fallax in fide repertus fuerit.* Si coram hominibus repertum mendacium et infamem facit et dampnis affligit [a], quanto magis in divina fallax fide praeventus, non erit penitus ad accusationem vel ad testimonium admittendus. Merito ergo accusare et testificare prohibentur, qui in recta fide suspecti sunt.

428. *Quod non solum flagitia deflenda, sed etiam amaris poenitentiae fletibus [b] sint eradicanda.* Sicut defendum christianis est eorum scelus, qui in Christo praevaricatores existunt; ita modis omnibus decernendum, ut absque satisfactione ecclesiae nullus omnino veniam mereatur, qui a meliore proposito ad deterius declinasse convincitur, quia crudelis et stupenda praesumptio crudeliori debet extirpari supplicio.

429. *De illo, qui non solum furtum fecerit, verum et qui furi consenserit.* Non solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam et quicunque conscius fuerit vel furto ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur et simili vindictae subiaceat.

430. *Ut in sancto paschae sabbato, die et parasceue missae non agantur.* Ut sabbato sancto, hoc est in vigilia paschae, ieiunium ante noctis initium nisi a parvulis aut infirmis non solvatur; nec missa in parasceue aut in eodem sabbato sancto vel divina mysteria his duobus diebus celebrentur. Canonibus quippe iubentibus biduo ista sacramenta penitus non debent celebrari.

431. *De his, qui in locis illicitis et minime consecratis contra canonicam auctoritatem missas celebrare vel audire praesumunt.* Statutum saepissime et inhibitum est, ut missarum celebrationes in locis incongruentibus fieri omnino non debeant. Simul et hoc decretum est, ut si quis presbiterorum, excepto quando in itinere pergitur et locus basilicae procul est et id in altaribus ab episcopo consecratis fieri necessitas conpellit, ne populus Dei sine missarum celebratione et corporis et sanguinis dominici perceptione maneat, missarum celebrationes in huiuscemodi illicitis locis post tot tantasque prohibitiones facere tentaverit, gradus sui periculum incurrat. Et hoc populis denuntiandum est, ne missas in praedictis illicitis locis sacerdotibus cantare suadeant vel haec illicita facere presbiteros deprecentur; quoniam scriptum est: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit Dominus, ut ponat nomen suum ibi.* Satius igitur est missam non audire, quam eam ubi non licet nec oportet caelebrare nec audire. Et in canonibus legitur, ut nullus sacerdotum in domibus vel in aliis locis nisi in ecclesiis dedicatis celebrare missas audeat. Si quis contra haec decreta egerit, canonica correctione feriatur. Simul et hoc statutum est, ut nullus sacerdos in aliis quam in Deo dicatis vasis et ab episcopis consecratis ministrare seu missas celebrare praesumat: quia sicut non est concessum, ut alii missas cantent et sacrificia consecrent, quam illi, qui ab episcopis sunt consecrati; ita non est licitum, ut in aliis domibus vel altaribus aut vasis missas sacerdotes caelebrare praesumant, quam ab episcopis consecratis. Sunt etiam [c] ab episcopis consecranda et benedicenda corporales pallae ac alia vestimenta sacerdotalia, necnon et omnia, quae in usus basilicae vel altaris sive in ministerio sacerdotum ad divina mysteria explenda complectuntur, quatenus cum his sacris Deo sacratius sive placabilius ministrare valeant. Unde et in aliis sanctorum patrum decretis legitur: *Quamquam Deum vera fide ubique orare liceat, sacrificia vero offerre aut corpus Domini confici nullo modo legimus aut veraciter scimus in aliis locis iuste fieri, nisi in locis Deo ab episcopo dicatis, nisi causa hostilitatis aut summae necessitatis: et hoc non in mansionibus aut in domibus non sacratis, sed in tabernaculis dedicatis ab episcopis, et altaribus a pontificibus sacra unctione unctis et divinis precibus consecratis, et hoc summa ex necessitate et in itinere procul ab ecclesia positis, ne populus sine missarum solempniis [d] et sacramenti corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi perceptione remaneat.* Ab antiquis autem patribus et praedecessoribus nostris nulla alia ex occasione aut pigritia seu praesumptione, sed pro praedicta necessitate [e] hoc concessum esse legimus. Aliter quoque nisi ut praefixum est, in locis non consecratis missarum solempnia agere non licet. Et hoc nonnisi ex summis et pro praedictis necessitatibus fieri ullo modo licet; quoniam lex divina admodum praecipiens ait: *Caveat quisque, ne offerat holocausta sua in omni loco, quem Dominus elegit.* Et alibi: *Recte offert, qui ad ecclesiam necessitate praeoccupante aut infirmitate venire non potest et aliubi Deum orat.* Sed non recte dividit, qui in locis illicitis et altaribus minime consecratis missarum celebrationes peragit. Multo enim melius est missas non cantare aut audire, quam in locis illicitis missas cantare aut audire: quoniam qui illicita agit et prohibita facit, non modicum errat et nimis peccat; et nisi poenitentiam canonice et iuste in hoc seculo ex hoc egerit, maximam condempnationem in futuro iudicio propter hoc indubitanter percipiet. Multa vero et innumerabilia exempla ex his in supradictis legalibus et in aliis canonicis et divinis libris inveniuntur, quae hic pro prolixitate inserere distulimus et pro fastidio ac labore scriptoris sive lectoris [f] hic non inseruimus. Nam si [g] quis ex his potiora et plura exempla invenire desiderat, in praefixis libris sufficienter legendo et diligenter quaerendo invenire poterit. Si quis ergo post tot prohibitiones haec decreta apostolica et synodali atque imperiali auctoritate renovata et maxime omnium imperii nostri populorum ac procerum nostrorum consensu et hortatu conscripta atque firmata temerare praesumpserit, si clericus fuerit, gradus sui periculo subiacebit; si vero monachus aut laicus fuerit, a liminibus ecclesiae usque ad ecclesiae satisfactionem extorris fiat. Si autem, quod absit, suo episcopo vel reliquis sacerdotibus inobediens vel contumax extiterit, a comitibus vel missis nostris comprehensus in carcerem usque ad nostram et proprii episcopi atque ecclesiae satisfactionem sub magna aerumna retrusus maneat.

432. *Quod incestum committat, qui se consanguineae suae usque ad affinitatis lineam coniungit.* Nullus fidelium usque adfinitatis lineam, id est usque in septimam progeniem consanguineam suam ducat uxorem vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis vero hoc scienter temerare praesumpserit, si liber est, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, fisco nostro persolvat, et insuper canonice ut incestus luat ac publice iuxta canonicos gradus peniteat. Si autem servus vel ecclesiasticus fuerit, publice flagelletur ac decalvetur, et iuxta proprii episcopi iussionem poenitentiam publice et canonice gerat. Quod si aliquis tam liber quam servus aut ecclesiasticus vel fiscalinus episcopo proprio vel suo sacerdoti aut archidiacono inobediens vel contumax sive de hoc sive de alio quolibet scelere extiterit, omnes res eius a comite et a misso episcopi ei contendantur, usque dum episcopo suo obediat, ut canonice poeniteat. Quod si nec se ita correxerit et ad episcopum et canonicam poenitentiam venire distulerit, a comite comprehendatur et in carcerem sub magna aerumna retrusus teneatur, nec rerum suarum potestatem habeat, quousque episcopus iusserit. Quod si comes vel eius ministri haec adimplere distulerint, canonice ab episcopo vel a suo ministro excommunicetur, et usque dum haec pleniter adimpleat, semper communione catholicorum careat, usque dum ipsi episcopo humanius erga eum aliquid agere placuerit. Si vero, quod non optamus, ipse comes aut de praedictis causis aut de ipsa excommunicatione in-

a) afflixit *G.* b) fluctibus *G.* c) *deest G.* d) solemnia *BAL.* e) propter dictam necessitatam *BAL.*
f) scriptorum s. lectorum *BAL.* g) *deest G.*

obediens aut neglegens apparuerit, honore comitatus pariter et communione careat, usque dum ambo in nostram praesentiam veniant, ut nos illum episcopali auctoritate atque imperiali metu ita corrigamus, ut [a] ceteri timorem habeant nec deinceps talia committere ullatenus audeant.

433. *Ut incesti, quamdiu in scelere manent, non fidelium christianorum, sed tantum aut gentilium catecuminorum vel energuminorum locum teneant.* Incesti dum in ipso detestando atque infando scelere manent, non inter fideles christianos, sed inter gentiles aut catecuminos vel energuminos habeantur; id est cum christianis non cibum sumant, non potum, non in eodem vasculo edant aut bibant; sed soli hoc faciant. Non osculentur aut salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inobedientes extiterint et a tam nefandissimo se scelere segregare atque ad publicam poenitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus ipsa [b] veritas ait: *Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Nam cum fidelibus non debent orare nec in ecclesiam intrare, sed ad ianuam ecclesiae excubare, et intrantibus in eam atque exeuntibus ex ea vultu in terra prostrato veniam postulare, et ut pro se orare non dedignentur flagitare, et lacrymis perfusi vultu contrito atque humiliato spiritu semper omnibus apparere, usque ad satisfactionem ecclesiae et proprii episcopi canonicam reconciliationem manere, et ad pristinum incestum numquam redire, nec secularia negotia exercere, nec placitis aut accusationibus vel testimoniis interesse, sed crebris sacerdotum precibus manusque pontificis proprii inpositionibus et elemosinarum largitionibus atque ceterorum hominum [c] exhibitionibus eos purgari sanarique oportet.

434. *De incestis nullo coniugii nomine praevalendis.* Incestos nullo coniugii nomine praevalendos esse censemus.

435. *De incestis coniunctionibus.* Si quis eo gradu se incestuoso ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibitum est, coniunxerit, usquequo poenitentiam sequestratione testentur, utrique communione priventur, et neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum causarum licentiam habebunt. Nam quoquo modo praedicto se incesto coniunxerint, episcopi seu presbiteri, in quorum dioecesi vel pago actum fuerit, regi vel iudicibus scelus perpetratum adnuntient; ut cum ipsis denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione [d] sequestrent. Res autem eorum ad primos parentes usque ad sequestrationem perveniant sub ea conditione, ut antequam segregentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, nisi praefatum scelus sequestrationis separatione et poenitentia fateantur.

436. *De canonicae accusationis ordine.* Accusationis ordinem canonicis dudum regulis institutum servare iubemus, ut si quis clericus in criminali vel in leviori causa pulsatur vel in discrimine capitis arcessitur, non statim reus aestimetur, quia accusari potuit, ne subiectam innocentiam faciamus; sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium episcopale veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis aestimatione patiatur. Nec sibi fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.

437. *De servis et libertis vel infamibus personis non recipiendis.* Omnes servi vel liberti omnesque infames personae non permittantur maiores natu accusare, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicae non admittunt. Infames sunt cuncti, quos decreta canonica et ecclesiastica atque leges seculares ascribunt infames esse.

438. *De episcopis et reliquis sacerdotibus vel clericis ad seculares iudices minime accusandis.* Si quis episcopus, presbiter aut diaconus vel quilibet clerici apud episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit sive ille sublimis vir honoris, sive ullius [e] alterius dignitatis, qui hoc genus inlaudabilis intentionis arripuit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam famae propriae sustinere; ut damno pudoris, existimationis dispendio discat sibi alienae verecundiae impune insidiari saltem de cetero non licere. Nam sicut episcopos, presbiteros, diaconos caeterosque, si his obiecta potuerint comprobare, ab ecclesiasticis gradibus aequum est removeri: ita similis videri debet iustitiae modus, quod appetitae innocentiae moderatam deferri iussimus ultionem. Ideo huiuscemodi dumtaxat causas episcopi sub testificatione multorum actis audire debebunt.

439. *De primatum et metropolitanorum differentia.* Nulli alii metropolitani appellentur primates, nisi illi, qui primas sedes tenent, et quos sancti patres synodali et apostolica auctoritate primates esse decreverunt. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes sunt adepti, non primates, sed metropolitani vocentur.

440. *De familiaribus vel hominibus tam liberis quam servis dominum accusantibus vel secreta eius prodentibus quid agendum sit.* Si quis ex familiaribus vel ex servis cuiuslibet domus cuiuscumque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimatione caput atque fortunas petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhaeserit: ante exhibitionem testium, ante examinatum iudicium in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam potius intercidi quam audiri oportet. Eorum vero accusandi sacerdotes vel testificandi in eos os obstruimus, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus.

441. *Quod episcopi a Deo, cuius servi existunt, sint iudicandi, accusandi vel dampnandi; quia iuxta apostolum nemo alienum servum debet iudicare. Et quod non ab humanis aut pravae vitae hominibus sint lacerandi, ipso Domino regulam tribuente.* Episcopi a Deo iudicandi sunt, non ab humanis aut pravae vitae hominibus sunt lacerandi, ipso Domino exemplum dante, quando per ipsum et non per alios vendentes et ementes eiecit de templo et mensas nummulariorum proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.*

442. *De his, qui se ipsos quocumque modo necant.* Quicumque se propria voluntate aut in aquam iactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore praecipitaverit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariae se morti tradiderit, istorum oblatio non recipiatur [f].

443. *De his, qui clericum iniuriaverint.* Quicumque iudex aut secularis presbitero aut diacono aut cuilibet de clero aut de iunioribus matris ecclesiae [g] absque audientia episcopi vel archidiaconi vel archipresbiteri iniuriam inferre praesumpserit, anathema ab omnium christianorum consortio habeatur.

444. *Ne laici intersint, quando canonica iura ventilantur vel regularia examinantur, nisi in propria accusentur persona.* Quando ea, quae canonica sunt, ventilantur vel quaedam regularia examinantur, nec iudices seculares neque aliquos laicos interesse oportet, nisi eos tantummodo, qui in propria accusantur persona.

445. *Ut ecclesiastica iura semper inviolata* [h] *permaneant.* Monemus, ut iura ecclesiarum, sicut a patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, inviolata permaneant. Nihil alienum inprobus ambitus concupiscat, nec per alterius imitationem suum aliquis quaerat augmentum.

a) ut et *BAL.* b) per se *G.* c) bonorum h. *BAL., qui legendum putat* bonorum operum. d) a. c, *desunt G.* e) ulterius *G.* f) recipietur *BAL.* g) m. e. *desunt G.* h) inlibata *BAL.*

446. *Suggestio populi ad imperatorem Karolum et episcopos.* Deus ad hoc vestram religiositatem ordinavit, ut et iniustitias removeatis, et praesumptiones abscidatis, et sacerdotibus laborantibus sucurratis, et multis opprobriis locum non praebeatis, sed post agnitionem ei, qui calumniam patitur, adiutorium feratis; illum vero, qui calumniam facit, si vere est calumniator, abscidatis.

447. *De alienis iudicibus non recipiendis, et peregrina iudicia vel examina respuenda.* Episcopis singulolorum locorum omnium, qui sub eorum degunt moderamine, curae sit causas utilitatesque disponere. Valde enim est incongruum, ut omissis suis alii quilibet illorum se causis admisceant; sed illi eorum vitam conpetenti regularique debeant moderatione disponere, qui eos ordinare canonice possunt, vel a quibus ordinati sunt, et qui pro commissis eorumque animabus conpelluntur reddere rationem.

448. *De episcopo, qui adversus proprium metropolitanum vel contra alios quosque habuerit causam, quid agendum sit.* Si forte, quod non optamus, aliquem episcopum contra proprium metropolitanum vel contra alios quosque contingat aliquid habere causae, decrevimus, ut ob hoc sedis apostolicae iudicium hi, qui petere festinant, licentiam habeant: quod scitis canonum etiam antiquorum patrum institutione permissum.

449. *Quod fundamentum totius bonitatis sit Christus Iesus, et qualiter in ovile ovium per ostium sit intrandum.* Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, qui est Christus. Quisquis ergo cum dilectione Dei et proximi fidei, quae in Christo est, firmitatem tenet, eundem Iesum Christum Dei et hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est, quia ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur officium. Ipsa quoque per se veritas dicit: *Qui non intrat per hostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro; qui autem intrat per hostium, pastor est ovium.* Et paulo post subiecit dicens: *Ego sum hostium.* Ille ergo in ovile ovium intrat per hostium, qui intrat per Christum. Ipse autem per Christum ingreditur, qui de eodem creatore ac redemptore humani generis vera sentit et praedicat et praedicata custodit; culmen regiminis ad officium portandi oneris suscepit, non ad appetitum gloriae transitorii honoris; curae quoque suscepti ovilis solerter invigilat, ne oves Dei aut perversi homines prava loquentes dilanient, aut maligni spiritus delectamenta[a] vitiorum suadentes devastent.

450. *De causis definitis minime recommovendis.* Flagitari iudicium non debet de causa, quae deffinita vel iudicata est.

451. *De his, qui contra praepositos suos se erigunt, et de accusatoribus vel testibus inimicis quid agendum sit.* Qui se contra praepositos suos erigunt, profecto ostenditur quia esse servi Dei contemnunt. Filius Dei in sancto ait euangelio: *Ego non accuso nec iudico quemquam.* Nihil enim sine Patre facit Filius, quia communis eorum operatio est et unita voluntas. Hoc vero in loco quasi iudex loquitur, dicens qualis iudex, quales testes Deo esse debeant, ut cognoscant homines in iudicando, quod non ex voluntate et potestate sua, sed ex aequitate debeant formare sententiam. Iustitia in iudicando est manifestanda, non potentia.

452. *De regulis clericorum.* Clerici lege patrum monentur, ut a vulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis, non pompis intersint; convivia publica fugiant; privata non tantum pudica, sed sobria colant; usuris nequaquam incumbant, qui[b] nec turpium occupationes lucrorum fraudesque cuiusquam studiose appetant; amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant; secularia officia negotiaque abiciant; honorum gradus per ambitiones non appetant; pro beneficiis medicinae Dei munera non accipiant; dolos et coniurationes caveant; odium, aemulationem, detractionem et invidiam fugiant; non vanis oculis, non infreni[c] lingua aut petulanti tumidoque gestu incedant; sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu et incessu ostendant; obscoenitatem etiam verborum sicut et operum penitus execrentur; viduarum ac virginum visitationes frequentationesque fugiant; contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant. Castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant, aut certe unius matrimonii vinculo foederentur. Senioribus quoque debitam praebeant oboedientiam, neque ullo iactantiae studio semetipsos attollant. Postremo in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent, qui[d] divinis cultibus sese mancipandos studeant[e]; scilicet ut dum[f] scientiae operam dant, doctrinae gratiam populis administrent.

453. *De neganda accusatorum licentia criminandi, priusquam se ipsos purgaverint de his, quae eis obiciuntur.* Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine quo praemuntur exuerint.

454. *De falsis testibus et periuris quid agendum sit.* Si quis convictus fuerit aliquos ad falsum testimonium vel periurium adtraxisse aut per quamcumque corruptionem sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet.

455. *De qualitate virginis in coniugio.* Sciscitandum est, si vult pater virginis, quia caput mulieris vir. Requirenda est a patre voluntas virginum, dum Deus relinquat hominem in manibus consilii sui.

456. *Ut clerici vel laici in aliena ecclesia non communicent sine litteris episcopi sui.* Statutum est, ut unusquisque clericus vel laicus non communicet in aliena plebe sine litteris episcopi sui.

457. *Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici vero honore priventur.* Si quis statuta supergressus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus, honore privetur.

458. *Ut qui clericum alienum defendere nititur, communione privetur.* Si forte aliquis clericorum regulam disciplinae ecclesiasticae subterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum susceperit et illum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare praesumpserit, ecclesiae communione privetur.

459. *De accusationibus in clericorum causis non suscipiendis, quae saeculi legibus prohibentur. Et de clericis dampnatis a nemine defendendis.* Statutum est, ut nullae accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis, quae legibus seculi prohibentur. Et ut, si quis cuiuslibet honoris clericus[g] iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, sive ab ecclesiis quibus praefuit, sive a quolibet homine defensari; interposita poena damni pecuniae atque honoris, quo nec aetatem nec sexum excusandum esse praecipimus.

460. *Ut non alii metropolitani primates appellentur nisi illi, qui primas sedes tenent; quia alii non possunt tres turmas facere de episcopis, quam illi, qui primas sedes tenent; qui tres turmas facere debent, sicut in hac sententia iubetur.* Placuit, ut quotiescumque concilium congregandum est, episcopi, qui neque aetate neque aegritudine neque alia graviore necessitate inpediuntur, conpetenter occurrant. Primatibusque suarum provinciarum intimetur, ut de universis episcopis vel duae vel tres turmae fiant; ac de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint, ad diem concilii instantissime occurrant.

461. *Quod cum illis, quibus episcopus non loquitur, non sit loquendum, nec excommunicatis communicandum; ut ipsi humilient semetipsos, ut festinius reconcilientur.* Ex epistola sancti Clementis utilia, quae praesenti tem-

a) oblectamenta *BAL.* b) *deest in Conc. Mogunt.* 813. e) student *G.* f) do *G.* g) clericum si i. *G.*

c) infrenata *BAL.* d) i. T. e. e. d. q. *desunt BAL.*

pore ecclesiis necessaria sunt, honorifice proferenda et cum reverentia ab omnibus fidelibus ac praecipue clericis recipienda; ex quibus quod specialiter placuit propter venerandam antiquitatem, statutis praesentibus roboremus, quod suprascriptus beatus martyr de beatissimi Petri apostoli constitutione commemorat dicens: *Quae*[a] *autem etiam ex vobis ipsis intellegere debetis, si qua sunt, quae ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius et manifestius proloqui. Verbi gratia, inimicus est alicui pro actibus suis. Vos nolite expectare ut ipse vobis dicat: cum illo nolite amici esse. Sed prudenter observare debetis et voluntati eius, videlicet qui ecclesiae curam gerit, absque commotione obsecundare et averti ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur; ut unusquisque qui in culpa est dum cupit omnium vestrorum*[b] *sibi gratiam reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus praeest; ut per hoc redeat ad salutem, cum oboedire coeperit monitis praesidentis.* Et caetera, quae in consequentibus denotantur amicis eorum, qui veritati inimici sunt. Sciat itaque deinceps clerus ad reatum, sed et fidelium populus ad culpam sibi adscribendum, si quis in hoc vitium malorum computatur et disciplinae subversor fore agnoscitur.

462. *De non iniuriandis episcopis aut lacerandis, sed potius tolerandis.* Episcopum vero oportet oportune et inportune atque sine intermissione ecclesiam suam docere eamque prudenter regere et admonere, ut a vitiis se abstineat et salutem consequi possit aeternam. Et illa cum tanta reverentia eius doctrinam debet suscipere eumque amare et diligere ut legatum Dei et praeconem veritatis; quia[c], testante veritate, quaecumque ligaverit super terram, erunt ligata et in coelo, et quaecumque solverit super terram, erunt soluta et in coelo. Nimis timenda est haec sententia et providendum vobis, ne offendatis eos, qui tantam a Domino habent potestatem. Et ideo potius oboediendi, diligendi[d] et summopere sunt venerandi; non detrahendi vel lacerandi aut eiciendi, sed portandi et amandi, ipso dicente Domino: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Ideo haec vobis et omnibus fidelibus praecipimus, ut ab his vos caveatis, et posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam iniuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Unde et vos, qui veri Dei estis discipuli, abicite a cordibus ante omnia discordias et animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Veruntamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus, quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero et suum et singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita et vos omnes pro eo summopere laborare debetis, in tantum, ut si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis; sicut et ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet, ipso dicente Salvatore: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Vos vero oboedite eis et vigilate pro eis; quia ipsi vigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut[e] cum gaudio hoc faciant[f] et non gementes.

463. *De legitimo coniugio.* Decretum est, ut uxor legitime viro coniungatur. Aliter enim legitimum, ut a patribus accepimus et a sanctis apostolis eorumque successoribus traditum invenimus, non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur; et a quibus custoditur, uxor petatur, et a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum praecibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranimfis, ut consuetudo docet, custodita, et sociata a proximis, et[g] tempore congruo petita legibus detur et solemniter accipiatur. Et biduo vel triduo orationibus vacent et castitatem custodiant, ut bonae[h] soboles generentur et Domino suis in actibus placeant. Taliter enim et Domino placebunt et filios non spurios, sed legitimos atque hereditabiles generabunt.

464. *De his, qui de suspicione vel absque legitimo accusatore aliquos iudicare praesumunt.* Placuit, ut nullus quemquam clericorum vel laicorum de suspicione aliqua iudicare praesumat; similiter ne sine accusatore legitimo quispiam condemnetur, quia pessimum et periculosum est quempiam de suspitione iudicare, aut sine legitimo accusatore quemquam damnare.

465. *Ut episcopi per singulos annos circumeant parrochias suas.* Placuit, ut unusquisque episcopus per singulos annos cunctas dioceses parrochiasque suas circuire non neglegat; sed docendo, confirmando, singula quaeque quae necessaria sunt restaurando et corrigendo, prout melius valuerit, reformare satagat.

466. *Ut presbiteri et diaconi, quando per parrochias constituuntur, stabilitatis et oboedientiae suae atque statuta servare promissionem suo faciant episcopo.* Quando presbiteri aut diaconi per parrochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere.

467. *Ne iudices quoslibet clericos vel servos ecclesiae in suis angariis aut*[i] *quibuslibet rebus occupare praesumant.* Ut non liceat iudicibus clericos vel servos ecclesiae in suis angariis occupare.

468. *De ecclesiis et dotibus earum, ut ad episcopi semper dispositionem pertineant.* Placuit, ut omnes ecclesiae cum dotibus et omnibus rebus suis in episcopi proprii potestate consistant, atque ad ordinationem vel dispositionem suam semper pertineant.

469. *Quod clerici iudices seculares adire non debean'.* Ut clerici, qui seculares iudices appetunt, excommunicentur.

470. *De his, qui viduis vim inferunt aut feminas invitas ducunt.* Placuit, ut viduis pro castitate violentiam nullus inferat, et mulier invita virum non ducat. Quod si quis fecerit, in triplo nobis bannum nostrum persolvat, et ab episcopo, atque si necesse fuerit distringente comite, publicam per gradus canonicos poenitentiam agere cogatur. Et si inoboediens extiterit, nobis per firmissimos fideiussores praesentetur, ut aut in carcerem retrudatur aut in exilium deportetur; ut et ceteri timorem habeant, ne umquam talia agere praesumant.

471. *De potentibus, qui quoslibet expoliant.* Placuit, ut si quis potentum quemlibet expoliaverit et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

472. *De his, qui ecclesiam intrant et non communicant.* Placuit, ut omnes, qui in ecclesiam intrant, nisi[k] a suo fuerint excommunicati sacerdote, communicent. Si qui autem hoc facere noluerint, tamdiu a communione et a christianorum consortio habeantur alieni, quandiu per satisfactionem ecclesiae a proprio mereantur per manus inpositionem reconciliari episcopo et sanctae restitui communioni.

473. *De his, qui acceperint eucharistiam et non sumpserint.* Placuit, ut[l] omnes, qui sacram acceperint eucharistiam et non sumpserint, ut sacrilegi repellantur.

474. *Ut hi, qui a sacerdotibus excommunicantur, a fidelibus usque ad reconciliationem, nisi quibus permissum fuerit, semper vitentur.* Placuit, ut his, qui a suis excommunicantur sacerdotibus, nullus fidelium communicet, nisi quibus permissum ab eis fuerit, nec priusquam canonice reconcilientur, ad eos accedat. Quod si quis facere temptaverit, simili sententiae subiaceat.

475. *De his, qui pro munere aut favore alicuius iustitiam opprimunt.* Quam si extraneus a christianae fidei regula qui se defensorem veritatis insimulat et verita-

a) quidam *BAL.* b) vel vestrarum *corr.* uestrorum *G.* vel vestram *BAL.* c) qui t. v. quodcunque l. s. t. erit ligatum e. i. c. e. quodcunque s. s. t. erit solutum *BAL.* d) *deest BAL.* e) et *corr.* ut *G.* f) faciunt *G.* g) qui *corr.* et *G.* quae *BAL.* h) boni *BAL.* i) *deest G.* k) *G. in margini additum habet*: Aliter . si a suo fuerint excommunicati sacerdote, non communicent. l) *deest BAL.*

tem ipsam munerum acceptione commaculat, audiat contra se prophetam dicentem: *Pro eo, quod vendidistis argento iustum et pauperem pro calciamentis, ecce stridebo ego super vos sicut stridet plaustrum onustum foeno; et* 5 *peribit fuga a veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam, et robustus corde inter fortes nudus effugiet.*

476. *Qualiter haec statuta observanda sint. Et de his, qui haec contempnunt, sive clericis sive laicis, quid agendum sit.* Has omnes constitutiones ecclesiasticas, 10 quas summatim breviterque perstrinximus, sicut plenius in canone continentur, manere perenni stabilitate sancimus. Si quis ergo clericus aut laicus harum sanctionum oboediens esse noluerit, si clericus fuerit, excommunicationi subiaceat; si vero laicus fuerit et honestioris loci 15 persona, medietatem facultatum suarum amittat fisci viribus profuturam. Si vero minoris loci persona est, amissione rerum suarum multatus in exilio deputetur.

477. *De his, quae ab antecessoribus nostris circa cultum divinum statuta fuerunt, ut semper illibata permaneant.* 20 Quaecumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas ecclesias praecipimus. Nihil igitur a privilegiis inmutetur; omnibus, qui ecclesiis serviunt, tuitio [a] deferatur, quia temporibus nostris addi potius reverentiae cupimus, quam ex [b] his, quae olim praestita sunt, mutari.

478. *De capitulis apostolica auctoritate roboratis.* Maxime trium ultimorum capitula istorum librorum apostolica sunt cuncta auctoritate roborata, quia his condendis [c] maxime apostolica interfuit legatio. Nam eorum nomina praeter trium, id est Leonis, Sergii et Georgii, hic non inseruimus, licet ea per singulos conventus inserta invenissemus, vitantes legentium atque scribentium fastidia. Si quis autem plenius ea nosse voluerit, istorum legat autentica, quibus illa inserta reperiet. Interdum haec discendo [d] et amando atque operibus conplendo non neglegat; quia, ut Dominus novit, pro amore et utilitate sanctae Dei ecclesiae, ut horum in prooemio praelibatum est, sunt collecta isticque inserta. Legentibus pax, custodientibus gloria, operibusque haec complentibus vita ut tribuatur [e] aeterna oramus [f].

Capitula quae deinceps sequentur [g], non tunc, quando praescripta velud in subsequentibus habentur inventa, collecta, ordinata hucque inserta esse noscuntur; sed postmodum a fidelibus reperta hac in scedula sicut acta erant sunt 25 **inserta, ut facilius a fidelibus, quotiens necesse fuerit, repperiantur.**

Incipiunt capitula quae sunt generaliter per parrochias populis denuntianda.

1. *Ut fidei sacramento baptizandi imbuantur. Et ut parvuli de sacris fontibus ab his non suscipiantur vel ho-* 30 *mines ad confirmationem teneantur, qui in publica poenitentia adhuc canonice inreconciliati manserunt.* Hoc admonendum vel denuntiandum fidelibus necessario praevidimus, ut hi, qui fidem Christi expetunt et provectae aetatis sunt, priusquam ad baptismum accedant, instruan- 35 tur et fidei et baptismatis sacramento. Similiter et illi instruendi sunt, qui parvulos de sacro fonte suscipere voluerint, ut intellegant et vim eiusdem sacramenti et quid pro aliis spoponderint vel pro quo fideiussores extiterint. Illos tamen specialiter ab his officiis removen- 40 dos iudicamus, ne alios de sacrosancto fonte baptismatis suscipiant nec etiam ad percipiendum sancti Spiritus donum aliorum patroni [h] existant, qui et communione canonica privati et poenitentiae publicae sunt subacti, donec per poenitentiae satisfactionem reconciliationem 45 mereantur. Quos enim lex divina et canonica auctoritas ab ecclesiarum liminibus et a castris militaribus, ne ruina sint populi, sequestrat, multo magis ab his sacris officiis usque ad tempus poenitentiae, ut iam dictum est, peractum sunt sequestrandi.

2. *Quo tempore baptisma celebrari oporteat.* Ut extra statuta tempora canonum baptismata non celebrentur: quia sacri canones hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum instirerit, fieri prohibent, in tantum, ut etiam eos, qui alio tempore baptizantur, a gradibus ecclesiasticis arceant.

3. *Ut pactum in baptismate factum cum Deo a baptizatis observetur.* De eo etiam instruendos fideles necessario providimus, ut intellegant pactum, quod cum Deo in baptismate fecerunt. Pactum, quod cum Deo in baptismate fit, a multis ex toto, a multis ex parte transgreditur. Ex toto quippe transgreditur, quando quis post acceptam baptismatis gratiam aut ad infidelitatem aut heresim aut certe ad scisma prolabitur; ex parte vero, quando quis aut ad superbiam aut ad invidiam aut ad caetera vitia spiritalia, quae ex radice superbiae prodeunt, labitur.

4. *Quid sit abrenuntiatio in baptismo, et quomodo observanda sit.* Quid sit abrenuntiare diabolo, operibus

a) tui id *G.* b) *deest BAL.* c) cudendis *BAL.* d) dictando *BAL.* e) v. attribuatur *BAL.* f) *Indici capitum huic libro praefixo G. addit* 33 *capitum rubra ex Capitul. Aquisgranensi a.* 817 *p.* 200 *petita; Vaticanus alter* 50 *atque Bellovacensis* 80 *capp. Integra ea capita hic exhibent tantum Thuaneus, Claromontanus atque Paris.* 4637. *Bellovacensis praeterea initio additionis quartae haec habet, testante Baluzio:* Hic desunt quaedam capitula, quae in aliis libris inveniuntur: quae ideo praetermisimus, quia in fine septimi libri superius habentur inserta. *Ivo quum huius libri caput* 494 *alleget, quod est c.* 16 *illius capitularis, exemplar Benedicti prae se habuisse credendus est, in quo illud huic libro annexum fuit. Baluzius inde fecit Additionem primam, cuius titulum statim post finem Bene-* 55 *dicti collocat, de verbis lectorem ad capitulare ipsum relegans. Sed quum in perpaucis tantum codicibus reperiantur illa capita, neque locus, quo leguntur, in omnibus idem videatur, et tomo Legum I. pag. 200 sqq. iam habeantur, prorsus omisimus ea; sequentibusque capitibus, quae in codice Gothano inscriptione carent,* additionis secundae, tertiae, quartae *nomen Baluzianum adscripsimus, ut commodius possint reperiri, quae inde ex Baluzii editione hic illic sunt citata.* g) sequuntur *BAL.*

et pompis eius, valde omnes fideles intelligere oportet. Quapropter necesse est, ut praedicatores in admonendo et auditores in discendo et opere complendo abhinc, ut suum cavere possint periculum, magnum adhibeant studium. Abrenuntiare igitur diabolo est penitus eum respuere, spernere, reicere eique contradicere seque unumquemque ab eo alienare, sive aliud quid quod hoc verbo in hoc sensu exprimi potest. Opera eius sunt, quae utique operibus Salvatoris contraria existunt, primum superbia, cuius ille auctor est et quae eum ex angelo daemonem fecit, quae est etiam initium omnis peccati; et cetera vitia, quae ex radice procedunt superbiae. Pompa diaboli haec est, quae et pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, vana gloria omnisque cuiuslibet rei superfluitas in humanis usibus: unde crescit elatio, quae multoties honestati solet adscribi, et cetera huiusmodi, quae de fonte superbiae procedere noscuntur. Haec et his similia sunt, quae unusquisque fidelis tempore baptismatis a se reiecit Christoque se mancipavit pactumque cum Deo fecit, ne penitus ad ea, quibus abrenuntiavit, rediret. Verum si iura humanae pactionis firmiter conservantur, fixius tamen atque ferventius iura tanti pacti, quae cum Deo facta sunt, inviolabiliter sunt observanda.

5. *De scolis per singulas urbes habendis* [a]. Inter nos pari consensu decrevimus, ut unusquisque episcoporum in scolis habendis et ad utilitatem ecclesiae militibus Christi praeparandis et educandis abhinc maius studium adhiberet. Et in hoc uniuscuiusque studium volumus probare, ut quando ad provinciale episcoporum concilium ventum fuerit, unusquisquisque rectorum scolasticos suos eidem concilio adesse faciat, quatenus et ceteris ecclesiis noti sint et eius sollers studium circa divinum cultum omnibus manifestum fiat.

6. *Quod ab episcopis ieiunis inpositionem manuum fieri oporteat.* Ut episcopi nonnisi ieiuni per inpositionem manuum Spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis et morte periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, pascha videlicet et pentecosten, baptismum, ita etiam traditionem sancti Spiritus a ieiunis pontificibus convenit caelebrare [b].

7. *De presbiteris indiscrete per diversa non mittendis.* Ut presbiteri, sicut hactenus factum est, indiscrete per diversa non mittantur nec ab episcopis nec ab aliis praelatis nec etiam a laicis; ne forte propter eorum absentiam, et animarum pericula et [c] ecclesiarum, in quibus constituti sunt, neglegantur officia.

8. *Ut presbiteri, qui gradum amiserint, canonicae poenitentiae subdantur.* De presbiteris gradum amittentibus visum est nobis, ut unusquisque episcoporum vitam et conversationem morumque emendationem eorum, qui gradum amittunt, tam ipse quam per ministros suos noverit, eosque poenitentiae canonicae subdere non neglegat, iuxta quod in concilio Caesariensi titulo primo scribitur: *Presbiter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur; si vero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et sub poenitentia redigi.* Nonnulli enim amisso gradu adeo filii Belial efficiuntur, ut nec publicis, quia fas non est, nec canonicis propter quorundam episcoporum incuriam, legibus constringantur.

9. *Ut nullus presbiterorum missam solus celebrare praesumat.* Visum etiam nobis fuit illud [d] inhibendum, ut nullus presbiterorum solus missam celebrare praesumat; quia ita nec verba Domini salvatoris, quibus mysteria corporis et sanguinis sui discipulis suis celebranda contradidit, nec apostoli Pauli documenta declarant, nec etiam in ipsis actis apostolorum, si enucleatim legantur, ita fieri debere ullo modo invenitur. Unde conveniendus, immo interrogandus nobis videtur huiusmodi corporis et sanguinis Domini solitarius consecrator, quibus dicit: *Dominus vobiscum*, et a quo illi respondetur: *et cum spiritu tuo*, vel pro quibus supplicando Domino inter cetera, *Memento Domine* [e] *et omnium circumstantium*, cum nullus circumstet, dicit? Quae consuetudo quia apostolicae et ecclesiasticae auctoritati refragatur et tanto mysterio quandam dehonorationem irrogare videtur, omnibus nobis in commune visum est, ut deinceps huiuscemodi usus inhibeatur.

10. *Ut in unaquaque ecclesia proprius presbiter habeatur.* Saepe namque in aliis conciliis et nunc in nostris conventibus constitutum est, ut unaquaeque ecclesia, si facultas suppetit, proprium habeat presbiterum, et unusquisque presbiter una tantum sit contentus ecclesia.

11. *Ut in die dominica rurale opus non fiat.* Inter cetera vero admonitionis nostrae officia satis illud necessarium visum est, ut populis fidelibus terribiliter denuntietur, ut diem dominicum, in quo auctor vitae [f] resurrexit a mortuis, honorabiliter et venerabiliter colant. Nam si pagani ob memoriam et reverentiam deorum suorum dies colere, et Iudaei more carnali sabbatum carnaliter observare satagunt: quanto magis christianae religionis devotio ob memoriam dominicae resurrectionis eundem diem venerabiliter atque honorabiliter colere debet! Multi namque nostrorum visu, multi etiam quorundam relatu didicimus, quosdam in hoc die opera ruralia exercentes fulmine interemptos, quosdam artuum contractione multatos, quosdam etiam visibili igne absumptos subito in cinerem resolutos poenaliter occubuisse. Proinde necesse est, ut primum sacerdotes, reges et principes cunctique fideles huic diei debitam observationem atque reverentiam devotissime exhibeant.

12. *De missarum celebrationibus in locis incongruentibus minime agendis.* Illud etiam, quamquam saepe admonitum sit, nobis [g] iterum inculcandum populisque denuntiandum summopere visum fuit, ut missarum celebrationes in locis incongruentibus fieri omnino non debeant; et necesse est, ut unusquisque episcoporum huiuscemodi temerariam consuetudinem a parrochia sua penitus amoveat. Et si quis presbiterorum abhinc (excepto quando in itinere pergitur et locus basilicae procul est et id in altaribus ab episcopo consecratis fieri necessitas compellit, ne populus Dei sine missarum celebratione et corporis et sanguinis dominici perceptione maneat) missarum celebrationes in huiusmodi inlicitis locis post tot tantasque prohibitiones facere adtemptaverit, dignum est, ut gradus sui periculum incurrat. Satius igitur est missam non audire, quam eam ubi non licet nec oportet celebrare aut audire.

13. *Quod presbiteri inconsultis episcopis viduas velare non debeant.* Quia ergo, quod saepe in nostris conciliis prohibitum est, viduas inconsultis episcopis velari non debere, et eandem constitutionem a quibusdam praevaricari nunc cognovimus, prorsus ne deinceps fieret interdiximus; ut si quispiam presbiterorum deinceps huius constitutionis contumaciter transgressor extiterit, scilicet ut aliquam viduam inconsulto episcopo velare praesumat, gradus sui periculum incurrat.

14. *De puellis virginibus a presbiteris non velandis.* Similiter et de puellis virginibus a presbiteris non velandis inhibuimus, in qua re hactenus multos presbiterorum partim ignorantia partim temeritate deliquisse depraehendimus.

15. *Quod quaedam feminae sibi velum absque assensu sacerdotum imponunt.* Deprehendimus et aliam neglegentiam, eo quod quaedam feminae sine consensu sacerdotum velum sibi incaute inponant: quod similiter ne ulterius fieret inhibuimus.

16. *De abbatissis et sanctimonialibus, quae contra canones viduis et puellis velum inponunt.* Nihilominus etiam in quibusdam locis inolitum invenimus usum stultitiae plenum et ecclesiasticae auctoritati contrarium,

a) agendis *G.* b) celebrari *BAL.* c) aut *G.* d) illum *BAL.* e) d. famulorum famularumque tuarum et *BAL.* f) victor *G.* g) *deest BAL.*

eo quod videlicet nonnullae abbatissae et aliquae ex sanctimonialibus viduis et puellis virginibus contra fas velum inponere praesumant, et[a] ideo nonnullae taliter velatae putant se liberius suis carnalibus desideriis posse 5 vacare et suas voluntates explere. Quapropter statuimus, ut si aut abbatissa aut quaelibet sanctimonialis post hanc diffinitionem in tantam audatiam proruperit, ut aut viduam aut puellam virginem velare praesumat, iudicio canonico usque ad satisfactionem subdatur.

10 17. *De feminis nobilibus, quae post mortem virorum suorum capita velant statim.* De nobilibus feminis, quae amissis viris repente velantur et in propriis domibus diversas necessitates opponentes residere delectantur, de quibus in aliis conventibus coram serenitate vestra iam-15 dudum ventilatum et definitum est, maiori solertique studio admonendas esse et instruendas ab episcopis statuimus, quatinus suae saluti consulant, ne[b] sic indiscrete vivendo et propria noxiaque libertate utendo et per diversa vagando periculum animarum suarum in-20 currant, semper illud apostolicum ante oculos habentes, quod dicitur: *Vidua, quae in deliciis est, vivens mortua est.*

18. *De inlicito accessu feminarum ad altare.* Ut inlicitus accessus feminarum ad altare non fiat, modis 25 omnibus inhibuimus. Quia quorundam relatu didicimus in quibusdam provinciis contra legem divinam canonicamque institutionem feminas sanctis altaribus se ultro ingerere sacrataque vasa impudenter contingere et indumenta sacerdotalia presbiteris administrare, et quod 30 his magis indecentius ineptiusque est, corpus et sanguinem Domini populis porrigere, et alia quaeque, quae ipso dictu turpia sunt, exercere: inhibuimus[c], ne ulterius fieri praesumatur[d]. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, in concilio Chalcedonensi et in 35 decretis Gelasii papae copiose invenitur.

19. *Ut nullus canonicorum vel monachorum, nisi praedicationis aut[e] alicuius certae necessitatis causa, et hoc cum licentia episcopi vel eius, qui ab eo sua vice fungitur, monasterium monacharum aut canonicarum adire 40 praesumat.* Quia etiam comperimus, quosdam canonicos et monachos postposito religionis suae pudore monasteria sanctimonialium tam monacharum quam canonicarum inconsulto episcopo suo impudenter atque inreverenter adire, qui obtendere solent, se non ob aliud illuc 45 accedere nisi aut propinquitatis aut familiaritatis aut certe nescio cuius conlocutionis gratia; quod factum quia nec canonico nec monastico congruit proposito, prorsus interdicimus, nisi forte causa praedicationis aut certe inevitabilis necessitas id facere coegit[f]: et hoc 50 nullatenus sine licentia episcopi aut illius, qui vice illius fungitur, fieri praesumatur. Quod si sermo praedicationis faciendus est, congruo in loco coram omnibus fiat. Si vero colloquendum cum aliqua sanctimonalium ratio expostulat, id non alibi[g] nisi in constituto loco, 55 id est in auditorio sub testimonio virorum religiosorum et religiosarum feminarum fiat. Quando vero sacerdotibus in monasteriis puellaribus missarum celebrationes faciendae sunt, cum ministris sibi deputatis illuc ingrediantur. Quibus rite peractis, non ad secretas conlocu-60 tiones sanctimonialium se ullo modo divertant, sed cum ministris suis illico egrediantur. Porro si sacerdotibus sanctimoniales peccata sua confiteri voluerint, id non nisi in ecclesia coram sancto altari adstantibus haud[h] procul testibus faciant. Si autem infirmitas praepedie-65 rit, ut in ecclesia eadem confessio fieri nequeat, in quacumquelibet domo facienda est, non[i] nisi testibus similiter haud[k] procul adstantibus fiat. Nullo modo quippe videtur nobis convenire, ut monachus relicto monasterio suo idcirco sanctimonialium monasteria adeat, 70 ut confitentibus peccata sua modum poenitentiae inponat.

20. *Quod pecunia a paupere non sit exigenda cum usura.* Quia ergo in multimodis usurarum adinventionibus quosdam clericos et laicos oblitos praeceptionis dominicae, qua dicitur: *Pecuniam tuam non dabis ad usuram, et frugum superabundantiam non exiges; ego dominus Deus vester,* in tantam turpissimi lucri rabiem exarsisse cognovimus, ut[l] multiplicibus atque innumeris usurarum generibus sua adinventione et cupiditate repertis pauperes adfligant, opprimant et exhauriant, adeo ut multi fame confecti pereant, multi etiam propriis derelictis alienas terras expetant: in quibuscumque locis hoc fieri didicimus, ne ulterius fieret cum ingenti protestatione modis omnibus inhibuimus, attendentes illud, quod in libro exodi Dominus per legislatorem dicit: *Si pecuniam tuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgeas eum quasi exactor nec usuris opprimas.* In libro quoque levitici[m]: *Si attenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu, et susceperis eum quasi advenam et peregrinum et vixerit tecum, non accipias ab eo usuram, nec amplius quam dedisti. Time dominum Deum tuum, ut vivere possit frater tuus apud te.* Et in libro deuteronomii: *Si unus,* inquit, *de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuae, in terra, quam dominus Deus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris.* Item in eodem: *Cave ne forte subrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo, adpropinquat septimus annus remissionis, et avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei mutuum quod postulat commodare, ne clamet contra te ad Dominum et fiat tibi in peccatum; sed dabis ei nec ages quippiam callide in eius necessitatibus sublevandis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in omni tempore in cunctis, ad quae manum miseris.* Amos propheta ait: *Audite hoc, qui conteritis pauperem, et deficere facitis egenos terrae, dicentes: Quando transibit messis, et venundabimus merces et sabbatum, et aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram et augeamus siclum et supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos et pauperes pro calciamentis, et quisquilias frumenti vendamus?* Hieronymus in expositione Ezechielis prophetae: *Putant quidam usuram tantum esse in pecunia. Quod praevidens scriptura omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti. Solent in agris frumenti et milii, vini et olei caeterarumque specierum usurae exigi, sive ut appellat sermo divinus, superhabundantiae: verbi gratia ut hyemis tempore demus decem modios et in messe recipiamus quindecim: hoc est amplius parte media:* qui *iustissimum se putaverit, quartam plus accipiet portionem. Et solent augumentari ac dicere: Dedi unum modium, qui satus[n] fecit decem modios. Nonne iustum est, ut medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate novem et semis de meo habeat?* Nolite errare, *inquit apostolus,* Deus non irridetur. *Respondeat enim nobis breviter fenerator misericors, utrum habenti dederit an non habenti. Habenti utique dare non debuerat; sed dedit quasi non habenti. Ergo quare plus exigit quasi ab[o] habente? Alii pecunia foenerata solent munuscula accipere diversi generis, et non intellegunt usuram appellari et superhabundantiam quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.* De mensurarum namque inaequalitate et modiis iniustis et sextariis, quae Domini lege habere[p] prohibentur, qualiter res ad certam correctionem perduci possit, non satis perspicue nobis patet, eo quod in diversis provinciis diversae ab omnibus pene habeantur. Hoc tamen modis omnibus[q] optamus et admonemus, ut saltim nullus duplices mensuras in sua dominatione aut habeat aut haberi permittat, quoniam hac occasione multos pauperes affligi in plerisque locis cognovimus.

a) *deest G.* b) nec *BAL.* c) inhibemus *BAL.* d) praesumat *G.* e) *quae sequuntur, desunt G.* f) coegerit *BAL.* g) aliubi *G.* h) aut *G.* i) sed non *BAL.* k) quid *G.* l) ut in *BAL.* m) levitico *G.* n) rasos *G.* o) *deest G.* p) haberi *BAL.* q) h. t. m. o. *desunt G.*

21. *De diversis flagitiis malorum.* Sunt sane diversorum malorum patratores, quos et lex divina improbat et condemnat, pro quorum etiam diversis sceleribus et flagitiis populus fame et pestilentia flagellatur et ecclesiae status infirmatur et regnum periclitatur. Contra quos nos eorum malitiam exagerantes, quamquam in sacris eloquiis satis sint exsecrata, necessarium praevidimus iterum nostra admonitione et exhortatione praecaveri omnino oportere; sicut sunt diversarum pollutionum patratores, quas cum masculis et pecoribus nonnulli diversissimis modis admittunt, quae incomparabilem dulcedinem piissimi creatoris ad amaritudinem provocantes, tanto gravius delinquunt, quanto contra naturam peccant: pro quo etiam scelere igne coelesti conflagratae infernique hiatu quinque [a] absorptae sunt civitates, necnon et quadraginta et eo amplius milia stirpis Beniamineae mucrone fraterno confossa sunt. Haec porro indicia et evidentes vindictae declarant, quam detestabile et exsecrabile apud divinam maiestatem hoc vitium extet. Extant et alia perniciosissima mala, quae ex ritu gentilium remansisse non dubium est; ut sunt magi, arioli, sortilegi, venefici, divini, incantatores, somniatorum coniectores, quos divina lex inretractabiliter puniri iubet. De quibus in lege dicitur: *Anima quae declinaverit ad magos et ariolos et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, et interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini et estote sancti, quia ego sanctus sum dominus Deus vester. Custodite praecepta mea et facite ea, quia ego sum Dominus, qui sanctifico vos.* Et alibi: *Magos et ariolos et maleficos terrae vivere ne patiamini.* Dubium etenim non est, sicut multis est notum, quod quibusdam praestigiis atque diabolicis illusionibus ita mentes quorundam inficiunt poculis [b] amatoriis, cibis vel filacteriis, ut in insaniam versi a plerisque iudicentur, dum proprias non sentiunt contumelias. Ferunt enim suis maleficiis aera posse conturbare et grandines inmittere, futura praedicere, fructus et lac auferre aliisque dare, et innumera a talibus fieri dicuntur. Qui [c] ut fuerint, huiusmodi reperti viri seu feminae in tantum disciplina et vigore principis acrius corrigendi sunt, in quantum manifestius ausu nefando ac temerario servire diabolo non metuunt. De his quoque in concilio Anciritano titulo 23 ita scriptum est: *Qui divinationes expetunt et morem gentilium subsequuntur aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt inquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant secundum gradus poenitentiae definitos.* Oportet enim haec in omnibus, et maxime in his locis, ubi licite et impune multi se posse aut perpetrare hoc confidunt, ut studiosius et diligentius admoneantur et severius corrigantur.

22. *De aliis vitiis, quae in usu quasi per naturam habentur.* Sunt et alia detestanda vitia, quae ita habentur quasi naturaliter in usu, ut ea perpetrantes quanti sint discriminis non advertant; sicut sunt ea, quae apostolus aperte enumerat, id est ebrietates, commessationes, contentiones, irae, rixae, dissensiones, detractiones, invidiae, inimicitiae: quae homines iuxta eundem apostolum a regno Dei excludunt, ita inquiens [d]: *Qui enim talia agunt, regnum Dei non consequentur.* In tantum enim ea impudenter et fidenter quidam committunt, ut merito de illis dici possit: *Laetantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis.* Unde oportet, ut omnes christiani haec et subtiliter intellegant et studiosissime caveant, ne forte ea perpetrantes, et alia bona quae agunt perdant, et propter haec a regno Dei se alienos faciant. Similiter etiam de otioso sermone iuxta Domini vocem omnes reddituri sumus in die iudicii rationem; de scurrilitate et stultiloquio et maledictionibus, *quoniam* iuxta apostolum *maledicentes regnum Dei non possidebunt;* de mendacio, de periculoso, noxio assiduoque iuramento, et obscoenis turpibusque canticis omnibus christianis intellegendum et [e] observandum est, ut summopere ab his se caveant, ne his studentes per neglegentiam detrimentum suarum patiantur animarum. Haec igitur, quae breviter praemissa sunt, primum adiuvante divina gratia a nobismetipsis abdicando formam et exemplum aliis praebere volumus, et fidelibus vestris [f] humiliter innotescere et fideliter denuntiare necessario iudicavimus. Sed et per parrochias nostras omnes admonendo instruere cupimus, ne, quod absit, per suam ignorantiam et nostram neglegentiam huiuscemodi mortiferis subiaceant vitiis.

23. *Quod laici uxores sola causa filiorum habere debeant, et quod coniugium a Deo est institutum.* Congessimus etiam in opere conventus nostri nonnulla alia capitula ad laicorum fidelium observationem et salutem pertinentia, quorum hic omissa prolixitate mentionem tantum facimus; scilicet quod nosse eos oporteat coniugium a Deo esse constitutum, et quod non sit causa luxuriae, sed causa potius filiorum appetendum, et ut virginitas, sicut doctores nostri tradunt, usque ad nuptias sit custodienda, et ut uxores habentes neque pellicem neque concubinam habere debeant; quomodo etiam in castitate uxores suas diligere eisque utpote vasi infirmiori honorem debitum debeant impendere; et quod commixtio carnalis cum uxoribus gratia fieri debeat prolis, non voluptatis; et qualiter a coïtu praegnantium uxorum viris abstinendum sit; necnon [g] et qualiter menstruo tempore viris ab uxoribus suis abstinendum sit [g], et quod nisi causa fornicationis, ut Dominus ait, non sit uxor dimittenda, sed potius sustinenda; et quod hi, qui causa fornicationis dimissis uxoribus suis alias ducunt, Domini sententia adulteri esse notentur; sive etiam qualiter incesta christianis cavenda sint; et quod loca Deo dicata frequentius devotiusque a fidelibus ad Deum exorandum sibique propitium faciendum sint adeunda; et quod in basilicis Deo dicatis non sit fabulis otiosis turpibusque et obscenis sermocinationibus vacandum, et negotia secularia publicaque placita habenda; et quod qui haec in ecclesiis Dei faciunt, maiora sibi peccata adcumulent. De iusto iudicio iudicando, et munerum acceptione cavenda. De falso testimonio vitando et de detractione vitanda, necnon et de ceteris quae longum est dinumerare. Sunt etiam alia plura flagitia pernecessario corrigenda, quae nos ideo hic inserere non necessarium duximus, quoniam satis evidenter in vestris capitulis ea comprehensa esse scimus, quae vos vestra auctoritate et fidelium consultu per strenuos missos vestros corrigenda esse censuistis. Haec fideles nos et devotissimi famuli et oratores vestri iuxta parvitatem sensus nostri, prout brevitas temporis permisit, secundum sanctam ordinationem vestram de his, quae ad nostram et consacerdotum subiectorumque nostrorum correctionem et emendationem pertinere perspeximus, necnon et de his, quae populis necessario annuntianda et admonenda praevidimus, illud etiam, quod vestrae pietati deposcendum modo iudicavimus, pauca de multis, quae in nostris conventibus gesta sunt excerpentes in unum redigendo succincte et ordinatim adnotavimus. Sed quamquam ordine praepostero de his, quae praemissa sunt, vestro ardentissimo desiderio prius satisfacere elegerimus, illud tamen, quod in capite prius ponendum fuerat et ad vestram specialiter personam ministeriumque pertinere cognovimus, nullatenus oblivioni tradidimus; sed potius vestrae saluti prospicientes, nonnulla capitula necessaria fideliter collegimus et vobis familiariter admonitionis gratia porrigenda devovimus; ut aperte atque distincte inspiciendo, legendo et audiendo vestra cognoscere possit solertia, de quibus et pro quibus in memoratis conventibus nostris secundum virium possibilitatem nostrarum fideliter egerimus.

24. *De regis vocabulo, et qualis esse debeat ipse.* Ut

a) *deest BAL.* b) populis *G.* c) quae *G.* d) inquietem *BAL. typographi, ut videtur, errore.* e) *deest G.* f) *corr.* nostris *G.* g) *Haec non extant in relatione episcoporum.*

quid rex dictus sit, Isidorus in libro sententiarum scribit. *Rex enim*, inquit, *a recte agendo vocatur. Si enim pie et iuste et misericorditer agit, merito rex appellatur. Si his caruerit, non rex, sed tyrannus est.* Antiqui autem, ut idem Isidorus in libro etimologiarum scribit, omnes reges tyrannos vocabant. Sed postea pie et iuste et misericorditer regentes regis sunt nomen adepti; impie vero, iniuste crudeliterque principantibus non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Unde et beatus Gregorius ait in moralibus: *Viros namque sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis didicimus, eo quod recte agant sensusque proprios bene regant et motus resistentes sibi rationabili discretione conponant. Recte igitur illi reges vocantur, qui tam semetipsos quam subiectos bene regendo pacificare noverunt.* Ad quid etiam constitutus sit imperator, Fulgentius in libro de veritate praedestinationis et gratiae scribit: *Clementissimus quoque imperator non ideo est vas misericordiae praeparatum in gloria, quia apicem terreni principatus accepit, sed si*[a] *imperiali culmine recta fide vivat, et vera cordis humilitate praeditus culmen regiae dignitatis sanctae religioni subiciat; si magis in timore servire Deo, quam in tumore*[b] *dominari populo delectetur; si in eo lenitas iracundiam mitiget*[c], *ornet*[d] *benignitas potestatem; si se magis diligendum, quam metuendum cunctis exhibeat; si subiectis salubriter consulat; si iustitiam sic teneat, ut misericordiam non relinquat; si prae omnibus ita se sanctae matris ecclesiae catholicae meminerit filium, ut eius paci atque tranquillitati per universum mundum prodesse suum faciat principatum. Magis enim christianum regitur ac propagatur imperium, dum ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quacumque terrarum pro temporali securitate pugnatur.* Unde et Isidorus scribit: *Principes namque seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptae culmina tenent, ut*[e] *per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut quod non praevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc imperet per disciplinae terrorem. Saepe per regnum terrenum coeleste regnum proficit; ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam ecclesiae agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiae utilitas exercere non praevalet, cervicibus superborum potestas principalis inponat.* Salomon in proverbiis: *Misericordia et veritas custodiunt regem, et roborabitur clementia thronus eius.*

25. *De ministerio regali, quale sit.* Regale namque ministerium specialiter est populum Dei gubernare et regere cum aequitate et iustitia et ut pacem et concordiam habeant studere. Ipse enim debet primo defensor esse ecclesiarum et servorum Dei, viduarum, orphanorum caeterorumque pauperum necnon et omnium indigentium. Ipsius enim terror et studium huiusmodi, in quantum possibile est, esse debet; primo ut nulla iniustitia fiat; deinde, si evenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi[f] sive audaciam male agendi cuiquam relinquat; sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam pervenerit quippiam mali quod admiserint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatem erit et modus iustae[g] correctionis. Unde oportet, ut ipse qui iudex est iudicum, causam pauperum ad se ingredi faciat et diligenter inquirat, ne forte illi, qui ab eo constituti sunt et vicem eius agere debent in populo, iniuste aut neglegenter pauperes oppressiones[h] pati permittant. Scire autem et unumquemque, cuiuslibet sit ordinis, oportet, quia si de otioso sermone Deo rationem redditurus est, multo magis de ministerio sibi divinitus commisso. De ministerio autem regis ita Iob loquitur: *Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolator; auris audiens beatificabat me et oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum. Iustitia indutus sum, et vestivit me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui caeco et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam praedam.* Salomon[i]: *Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Item idem in libro sapientiae: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaerite illum.* Item ibi: *Audite ergo reges, et intelligite; discite iudices finium terrae, praebete aures vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est a Domino potestas vobis et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri eius, non recte iudicastis neque custodistis legem iustitiae neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis Dominus, quoniam iudicium durissimum in his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, nec reverebitur cuiusquam magnitudinem, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter pro omnibus cura est illi.* Extant et alia innumera sanctarum scripturarum testimonia regio nomini et officio convenientia; super quibus colligendis vestra sancta devotio idcirco magnum nobis ademit laborem, eo quod divina gratia adeo tot virtutum praerogativis vestrum repleverit animum et exornaverit dignitatem, ut non sit necesse sacerdotibus Domini copiosioribus exemplis qualibet exageratione vestrum animum onerare. Quare Deo omnipotenti gratias uberrimas ac multiplices referimus, qui ita vos pia religione, sancta devotione, benigna humilitate, amore iustitiae, operibus misericordiae caeterarumque sanctarum virtutum perfectione sua gratuita pietate ditavit, ut merito ab omnibus amandi et imitandi sitis. Verum quod nos[k], si haec vobis coelitus attributa non fuissent, cum temporali periculo propter auctoritatem ministerii nostri vos ad ea peragenda admonere, immo admonendo exigere a vobis, quoquo modo[l] debueramus: vos e contra propter divinum amorem et honorem et admonendo nos ad potiora provocatis, et pium opportunumque adiutorium nobis ferre devotissime curatis. Proinde humillimis precibus specialiter pietati vestrae suggerimus, ut bonum, quod coepistis, Deo opitulante indesinenter perficere non gravemini, et in adinplendis operibus iustitiae et pietatis ac misericordiae nullatenus deficiatis; quoniam non inchoantibus, sed perficientibus praemium aeternae vitae datur. Et iuxta veritatis vocem: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

26. *Quod in eligendis et constituendis ecclesiae rectoribus regem magnam vigilantiam adhibere oporteat.* Iterum monendo magnitudini vestrae suppliciter suggerimus, ut deinceps in bonis pastoribus rectoribusque in ecclesiis Dei constituendis magnum studium atque solertissimam adhibeatis curam: quia si aliter factum fuerit, et ordo ecclesiasticus suam non habebit dignitatem, et religio christiana in multis labefactando damna detrimenti sui patietur, et animae vestrae, quod non optamus, periculum generabitur.

27. *De abbatissis constituendis.* Similiter deposcimus, ut in abbatissis constituendis vestrum specialiter caveatis periculum, sicut vobis saepe est admonitum et per divinam auctoritatem crebrius manifestatum.

28. *De adiutoribus rei publicae et ministris eligendis.* Sed et hoc obsecramus, ut in eligendis adiutoribus vestris et rei publicae ministris, qui vice vestra populum Dei regere et gubernare atque iudicare debent, soler-

a) s in i. *BAL.* b) timore *G.* c) mitigat *G. BAL.* d) ornat *BAL.* e) ut *secunda manu* nisi ut *G.* f) *G. in margine* vel latendi. g) *deest G.* h) oppressionem *G.* i) S. *ait BAL.* k) *deest BAL.* l) quomodo *G.*

tissimam providentiam habeatis, semper illud attendentes, quod in libro exodi ad Moysen dicitur: *Provide*, inquit, *de omni populo viros prudentes et timentes Deum, in quibus sit veritas et qui oderint avaritiam, et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo iudicent, leviusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini et praecepta eius poteris sustentare.* Unde et in libro deuteronomii: *Iudices*, inquit, *et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio nec in aliquam partem declinent.* Item ibi: *Dixique vobis in illo tempore: Non possum solus sustinere vos, quoniam dominus Deus vester multiplicavit vos et estis*[a] *hodie sicut stellae coeli plurimae. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia et faciat vobis sicut locutus est. Non valeo solus vestra negotia sustinere et pondus et iurgia. Date e vobis viros sapientes et gnaros et quorum conversatio sit probata in tribus vestris.* Sed et in libro paralipomenon ita legitur: *Constituitque rex Iosaphat iudices terrae in cunctis civitatibus Iuda munitis per singula loca. Et praecipiens iudicibus, videte, ait, quid facitis; non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, et quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite; non enim est apud dominum Deum vestrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.* Rogamus etiam vestram pietatem propter divinam misericordiam vestramque salutem ac totius populi utilitatem necnon et regni honorem atque stabilitatem, ut vestra pietas solertissimam vigilantiam adhibeat, quatinus consiliarii et dignitatis vestrae ministri custodesque animae vestrae et corporis, qui debent esse intra regnum aliis decus et bonitatis exemplum et in exteris nationibus bonae opinionis condimentum, caritatem, pacem, atque concordiam omni simulatione et calliditate postposita ad invicem habeant; ut secundum Dei voluntatem et vestram honestatem atque totius regni profectum communiter decertent, et veri vobis adiutores in omnibus concorditer existant. Tunc etenim veri consiliarii verique adiutores vestri et totius regni salubriter esse poterunt, si unanimes extiterint et in invicem dilectionem habuerint. Decet quippe, ut sacra domus vestra cunctis spectabilis appareat et imitabilis existat, et fama suae bonae opinionis sive alios[b] imperii vestri subiectos[c] sive exteras nationes habundantissime perfundat. Ubi igitur omnes dissensiones et discordiae dirimendae et omnis malitia imperiali auctoritate est comprimenda, necesse est, ut quod in aliis corrigere decernit, in ea minime repperiatur. Nam et hoc humiliter obsecrando admonemus, ut liberos vestros, quos vobis divina pietas largiri voluit, in timore Dei iugiter diligenterque erudiatis, sicuti et facitis, et ut in mutuae dilectionis caritate et fraternitatis amore atque unanimitatis concordia vicissim consistant, sedula paternaque admonitione insistatis; et ne inlicitis actibus creatoris sui offensam incurrant, provida solertique circumspectione nihilominus invigiletis, attendentes beatum Iob, cuius studium, ut beatus Gregorius in moralibus libris scripsit, circa filios erudiendos tale extitit, ut non solum eos exterius perfectos opere et sermone efficeret, verum etiam eorum corda sacrificii oblatione mundaret. Adtendite etiam et[d] David instruentem Salomonem filium suum, de quo in primo libro malachim legitur: *Ego*, inquit, *ingredior viam universae terrae. Confortare et esto vir fortis et observa custodias domini Dei tui, ut ambules in viis eius et custodias ceremonias eius et iudicia eius et praecepta et testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi.* Et in libro paralipomenon: *Tu autem, Salomon fili mi, scito Deum patris tui, et servi ei corde perfecto et animo voluntario.* Adtendite etiam Tobi, de quo legitur quod cum factus esset vir, accepit uxorem Annam ex tribu sua, et genuit ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit et abstinere ab omni peccato. Item idem alloquens eundem filium suum: *Omnibus*, inquit, *diebus vitae tuae habeto Deum in mente, et cave, ne aliquando peccato consentias et praetermittas praecepta Dei nostri. Et substantia tua fac elemosinam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors.* Et cetera. Item paulo post: *Adtende tibi, fili, ab omni fornicatione, et praeter uxorem tuam nequaquam patiaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu aut in corde dominari permittas: in*[e] *ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Et idem non post multa: *Consilium semper a sapiente perquire, omni tempore benedic Deo et pete ab eo, ut vias tuas dirigat et omnia consilia tua in ipso permaneant.* Item idem: *Audite ergo filii mei patrem vestrum; servite Domino in timore*[f], *et inquirite, ut faciatis quae sunt placita illi; et filiis vestris mandate, ut faciant iustitias et elemosinas et ut sint memores Dei et benedicant eum in omni tempore in veritate et in tota virtute sua.* His omnibus praelibatis, notescimus vobis, quod ea, quae in capitulis vestris nobis tractanda commisistis, scilicet quid a principibus et reliquo populo vel ita ut divina auctoritas doceat, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte aut ex toto dimissum sit ut non teneatur, fatemur quia in his capitulis, quae superius continentur, necnon et in his, quae praesenti anno conscribi et per missos vestros ob vitia comprimenda per imperium vestrum direxistis, multa demonstrata sunt, quae a pastoribus ecclesiarum et a principibus et a reliquo populo hactenus neglecta extiterunt, et aliter, quam divina auctoritas se habeat, in his eos egisse et agere novimus. Sed si haec nostra sacerdotalis admonitio effectum Deo operante per vestrum bonum studium abhinc optinuerit, credimus quod multa, quae a multis aliter, quam divina auctoritas se habeat, dimissa sunt, quae non tenebant, corrigentur. Nam et illud quod in eisdem capitulis continetur, ut manifestum fieret, quae causae id effecerint, ut sacerdotes et principes a recto tramite deviassent, exceptis praemissis capitulis, in quibus sicut diximus multa negligebantur, specialiter tamen unum obstaculum ex multo tempore iam inolevisse cognovimus; id est[g] quia et principalis potestas diversis occasionibus intervenientibus, secus quam auctoritas divina se habeat, in causas ecclesiasticas prosilierit, et sacerdotes partim negligentia partim ignorantia, in cupiditate, in secularibus negotiis et sollicitudinibus ultra quam debuerant se occupaverint, et hac occasione aliter quam divina auctoritas doceat, in utraque parte actum extitisse dubium non est. Sed quia Deo miserante a progenitoribus et genitore vestro et a vobis multa correcta gratulamur, si ea, quae admonemus, prosperum successum habuerint, credimus quod ad perfeccionis statum vestra intentio nostraque devotio Deo cooperante pervenire possit. Verumtamen quia novimus statum huius regni sub tali conditione et tenore crevisse atque dilatatum esse, et a prudentissimis sanctisque praedecessoribus nostris[h], sive scilicet ab episcopis sive a principibus, hanc causam ex toto correctam non fuisse propter haec quae suo tempore dici possunt, et pondus tantae considerationis parvitatis nostrae vires excessit, quoniam nec otium nec spatium temporis nec plenitudinem consacerdotum nostrorum, sicut ipsa necessitas exposcebat, habuimus: ideo haec congruentiori et aptiori tempori vita comite, si Deus ita annuerit, tractanda ac consideranda distulimus, quoniam tantae considerationis perfectio indiget adsensu et adiutorio principum, et multitudine atque devotione

a) et (*superscripto* ut) sitis *G*. b) aliis *G*. c) subiectas *G. ex corr.* d) ad *G*. e) ex *BAL*. f) veritate *BAL*. g) *deest G*. h) vestris *BAL*.

necnon et studio sacerdotum et oboedientia vel concordia populi et congruentia loci temporisque spatio. Porro de episcopali libertate, quam Deo annuente vestroque adminiculo suffragante adipisci ad Dei servitium peragendum cupimus, suo in tempore vobis dicenda atque vobiscum conferenda reservavimus, quatenus ita sit, ut et nosmetipsos salvare populoque nobis subiecto utiliter prodesse atque pro vobis et stabilitate imperii vestri liberius valeamus exorare, et de vestris obsequiis et regni adiutorio solatium debitum minime subtrahatur, sed, si possibile fuerit, potius augeatur.

ADDITIO TERTIA.

Haec capitula proprie sunt [a] ad episcopos vel ad ordines quosque ecclesiasticos pertinentia, quae non solum observare, sed etiam sibi subiectis vel commissis facienda perdocere debent.

1 [b]. *De rebus ecclesiae* [c]. Quia iuxta sanctorum patrum tradicionem novimus res ecclesiae vota esse fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, cui non solum habita conservare, verum etiam multa Deo opitulante conferre optamus: tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus ullius ecclesiae suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus, ut neque nostris, neque filiorum et Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem aut iacturam patiantur [d].

2. *Ut episcopi per electionem cleri et populi vitae merito et sapientiae eligantur.* Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, adsensum ordini ecclesiastico praebuimus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi remota personarum et munerum acceptione ob vitae meritum et sapientiae donum eligantur, ut exemplo et verbo sibi subiectis usquequaque prodesse valeant.

3. *De canonica professione a multis deturpata.* Quia vero canonica professio a multis partim ignorantia, partim desidia dehonestabatur, operae pretium duximus, Deo annuente, apud sacrum conventum, ut ex dictis sanctorum patrum velut ex diversis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo, tractando in unam regulam canonicorum et canonicarum congerere et canonicis vel sanctimonialibus servandam contradere, ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et quoniam illam sacer conventus ita etiam laudibus extulit, ut usque ad unum iota observandam percenseret: statuimus, ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur, et modis omnibus sive a canonicis sive a sanctimonialibus canonice degentibus deinceps observetur. Sed [f] et de ecclesiarum honore, quomodo Deo adiuvante quantum in nobis est vigeat, similiter in subter adnotatis capitulis insertum esse dinoscitur.

4. *Quod episcopi in Longobardia positi ab eis, quos ordinabant, sacramenta et munera exigere solent* [g]. De episcopis vero in Longobardia constitutis, qui ab his, quos ordinabant, sacramenta et munera contra divinam et canonicam auctoritatem accipere vel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est ne ulterius fiat; quia iuxta sacros canones uterque a gradu proprio talia facientes abici [h] debent.

5. *De capitulis, quae de incestis nuptiis et aliis causis agenda essent.* Nonnulla vero capitula, sicut de incestis nuptiis, necnon et de ecclesiis, quae inter coheredes dividuntur et tali occasione proprio honore carent, sive de his ecclesiis, quae nimium rebus propriis sunt attenuatae, vel certe de his rebus, quae nuper necessitate compellente a nonnullis ecclesiis sunt ablatae, et si qua sunt alia sive in ecclesiasticis sive in publicis rebus emendatione digna, quae temporis brevitate efficere nequimus; in tantum differendum illud dignum iudicavimus, donec Domino favente consultu [i] fidelium facultas nobis id efficiendi ab eo tribuatur. Inventa vero ut Deo opitulante effectum optineant per tempora, hic inserenda censuimus.

6. *De causa monachorum, quibus eligendi sibi abbates licentia data sit ex se ipsis.* Monachorum siquidem causam qualiter Deo opitulante ex parte disposuerimus, et quomodo constitutum fuerit, ex se ipsis sibi eligendi abbatis licentiam dederimus, et qualiter Deo opitulante quieti vivere propositumque suum indefesse custodire valeant, ordinaverimus, in alia scedula diligenter adnotari fecimus, et ut apud successores nostros ratum foret et inviolabiliter conservaretur, confirmavimus.

7. *De his, qui a proprio episcopo non accipiant* [l] *chrisma.* Si quis de alio chrismate, quam de illo novo, quod proprii episcopi largitione vel concessione accipit, baptizare nisi praeoccupante morte, temptaverit, pro temeritatis ausu ipse in se suae damnationis protulisse sententiam manifestatur.

8. *Ut nullus nisi iusto iudicio expolietur.* Non est privilegium, quo spoliari possit iam nudatus. Ideo, nisi iusto iudicio decernente, nullus expolietur.

9. *De eo, qui post veritatem repertam aliquid deinceps discutit.* Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quaerit. Idcirco ab omnibus caute agendum est.

10. *De causis, quae lege non continentur, a iudicibus ecclesiasticis minime iudicandis.* Ut nullae causae a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quae legibus non continentur vel quae prohibitae esse noscuntur.

11. *De conversatione accusati vel accusatoris.* Quaerendum est in iudicio, cuius sit conversationis et fidei is qui accusat et is qui accusatur.

12. *De his, qui christiani nominis honorem neglexerunt.* Ut accusandi vel testificandi licentia denegetur iis, qui christianae religionis et nominis dignitatem neglexerint.

13. *Ut oblationes in domibus ab episcopis vel presbiteris non fiant.* Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel a presbiteris.

14. *Quod posteriore pacto omne pactum dissolvatur.*

a) *deest G.* b) *capitum numeri abhinc desunt omnes G.* c) *rubrum deest G.* d) patiatur *G.* f) *Sequentia desunt in fonte capitis Ansegiso I.* 79. g) solerent *BAL.* h) deici *BAL.* decidi *Ansegisi I.* 91. i) consulto *BAL.* l) accipiunt *BAL.*

Omne pactum posteriori dissolvitur pacto. Homo vero liber statum suum et peiorare et inmeliorare potest.

15. *De accusatoribus de inimici domo prodeuntibus.* Accusatoribus de inimici domo prodeuntibus non est credendum.

16. *De fratrum provisione, ne inrationabiliter fiat.* Ita consulendum est fratribus, ut non videamur destruere, quod aedificatum est: si enim quod aedificavi destruo, praevaricatorem me ipse constituo.

17. *De clericis, qui in seditione arma volentes sumpserunt.* Clerici, qui in quacumque seditione arma volentes sumpserint, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium poenitentiae contradantur.

18. *Quod lex imperatorum non sit supra legem Dei.* Lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus.

19. *De confessione peccatorum in oratione Deo cotidie agenda.* Quod confessio peccatorum, excepta ea quae sacerdotibus ad consilium accipiendum Deumque placandum fit, Deo frequenter in oratione sit facienda.

20. *Quod spiritalis examinet omnia et ipse a nullo examinetur.* Spiritalis iudicat omnia; ipse autem a nemine iudicatur.

21. *Ut tempore menstruo ab uxoribus abstineatur.* Quod tempore menstruo omnino ab uxoribus sit abstinendum.

22. *De his, qui erga episcopos vel erga actores ecclesiae aliquam querelam iustam habuerint.* Si qui erga episcopum vel actores ecclesiae quamlibet querelam habere iustam [a] crediderint, non primates aut alios adeant iudices, priusquam ipsos conveniant familiariter, non semel, sed saepissime, ut ab eis aut suam iustitiam aut iustam recipiant excusacionem. Si autem secus egerint, ab ipsis et ab aliis communione priventur tanquam apostolorum patrumque aliorum contemptores, de quibus ait propheta: *Erunt quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt vobis.*

23. *De potestate ligandi atque solvendi concessa sacerdotibus a Christo.* Quod nosse oporteat laicos, sacerdotibus ligandi atque solvendi potestatem a Domino esse collatam, et quod eorum monitis parere atque excommunicationi humiliter succumbere debeant.

24. *Ut presbiteri, qui sine praecepto episcoporum ad externas ecclesias transierint, a communione suspendantur.* Presbiteri, qui sine iussione proprii episcopi de ecclesiis ad alias ecclesias migraverint, tamdiu a communione habeantur alieni, quamdiu ad easdem redierint ecclesias, in quibus primitus sunt instituti.

25. *De eo, qui sibi iudicem contrarium senserit.* Si quis iudicem pro quibuscumque causis adversum sibi senserit aut habuerit forte suspectum, vocem appellationis exhibeat.

26. *De pace et concordia et unanimitate.* Ut pax et concordia sit atque unanimitas in populo christiano. Quia unum Deum patrem habemus in coelis et unam matrem ecclesiam, unam fidem, unum baptismum; ideo in una pace et in unanimitate concorditer vivere debemus, si ad unam veram hereditatem regni coelestis cupimus pervenire; quia non est dissensionis Deus, sed pacis, ut ipse ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

27. *De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de convenientia episcoporum cum laicis.* Ut episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas praevidere, regere et gubernare atque dispensare secundum canonum auctoritatem. Volumus, ut et laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas et orphanos defensandos, et ut oboedientes sint eis ad eorum christianitatem servandam. Et episcopi consentientes sint comitibus et iudicibus ad iustitias faciendas. Et ut nullatenus per aliquorum mendacium vel falsum testimonium neque per periurium aut per praemium lex iusta in aliquo depravetur.

28. *De iniuria episcopi et laetania subversa.* Si quis episcopo vel aliis ministris intra ecclesiam iniuriam fecerit, iubemus eum tormentis subiectum in exilio mori. Sed et si ipsa sancta oratoria vel divina ministeria conturbaverit vel laetaniam everterit, capitali periculo subiaceat. Sin autem contumeliam tantum fecerit, tormentis et exilio tradatur.

29. *De decimis.* Admonemus atque praecipimus, ut decimas [b] Deo omnino dare [c] non neglegatur, quas Deus ipse sibi dari constituit, quia timendum est, ut quisquis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

30. *Ut ecclesiae pacem habeant.* Reum confugientem ad ecclesiam nemo extrahere audeat, neque inde donare ad poenam vel ad mortem, ut honor Dei et sanctorum eius conservetur; sed rectores ecclesiarum pacem et vitam ac membra eis [d] obtinere studeant. Tamen legitime conponant quod inique fecerunt [e].

31. *De intestato episcopo.* Si quiscumque ex gradu ecclesiastico sine testamento et sine cognitione discesserit, hereditas eius ad ecclesiam ubi servivit, devolvatur. Similiter de sanctimonialibus.

32. *Iterum de pace ecclesiarum.* Praecipimus, ut in ecclesiis aut in domibus ecclesiarum vel atriis placita secularia minime fiant.

33. *De beneficiis ecclesiasticis.* Quicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta ecclesiae restauranda vel ipsas ecclesias emendandas omnino adiuvent et nonam et decimam reddant.

34. *De ordinibus sacris.* Lector, subdiaconus, diaconus, presbiter si clericatus honorem contempserint, curiali conditioni cum suis facultatibus subiciantur.

35. *De oblatione et pace in ecclesia facienda.* Oblationem quoque et pacem in ecclesia facere iugiter admoneatur populus christianus; quia ipsa oblatio sibi et suis magnum est remedium animarum, et in ipsa pace vera unanimitas et concordia demonstratur.

36. *Ut malum ebrietatis omnino vitetur.* Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere praecipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decrevimus usque ad emendationem congruam.

37. *De multitudine clericorum.* Ne passim episcopus multitudinem clericorum faciat, sed secundum meritum vel reditum ecclesiarum numerus moderetur [f].

38. *De spiritalibus filiolis.* Praecipimus, ut unusquisque conpater vel proximi spiritales filiolos suos catholice instruant.

39. *Ut canticum luxuriosum circa ecclesias deseratur.* Canticum turpe atque luxuriosum circa ecclesias agere omnino contradicimus: quod ubique vitandum est.

40. *Quales sint clerici.* Nemo fiat clericus, nisi qui bonum testimonium habet et litteratus est.

41. *De episcopis et abbatibus, ut ante se ioca turpia fieri non permittant.* Ut episcopi et [g] abbates ante se ioca turpia facere non permittant, sed pauperes et indigentes secum ad mensam habeant, et lectio divina ibi personet, et sumant cibum cum benediccione et laude Dei secundum apostolum: *Sive manducatis sive bibitis, omnia in laudem Dei facite.*

42. *De iustis iudiciis ab episcopis agendis.* Ut episcopi [h] iudices iudicia iusta discernant; quia sunt quaedam modo iudicanda, quaedam Dei iudicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite iudicare ante tempus, quoadusque veniat Dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo.* Et illud memores sint: *In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis.*

43. *De clericis qui de ecclesia desistunt.* Clericis

a) i. se cr. *BAL.* b) decima *BAL.* c) dari *BAL.* d) ei *BAL.* e) fecerit *BAL.* f) demoretur *G.* g) *deest G.* h) e. et i. *Tilian., Concil. Rem., Burchardus.*

de ecclesia desistentibus et aliis in loco revocatis, si redierint discessi, nil eis praestetur. Hoc vero, quod discedentes reliquerunt, non in usu rectorum, sed succedentibus cedat.

5 44. *De monachorum et canonicorum militia cum consilio utiliter implenda.* Ut monachi et canonici pleniter consilium habeant, qualiter Deo militare animasque eorum melius valeant custodire; ne [a] propter aliquam necessitatem occasionem quaerant vagandi, et in-
10 ter ipsos propter hoc locus tentandi detur diabolo.

45. *Viduas in deliciis non oportere vivere.* Ut viduae non sint in deliciis, sed secundum apostolum sub potestate episcopi vivant, sicuti decet.

46. *Ut clerici non habeant actiones seculares.* Cle-
15 ricus vel monachus, neque exactor publicarum rerum neque conductor aut [b] vectigalium vel curationis domus vel procurator litis vel fideiussor in talibus causis fiat.

47. *De eo, qui contra canonica statuta egerit.* Si quis contra haec statuta fecerit, si episcopus est, omnes
20 res eius ex quacumque causa vel persona, sive ante episcopatum sive postea ad eum pervenerint, ecclesiae suae eas vindicare sancimus. Si vero clerici ibi hoc fecerint, poenam pecuniarum, quam episcopus existimaverit exigere, ecclesiae vindicandam. Hi vero, qui
25 actiones suas eis commiserunt vel fideiussores eos pro supradictis causis acceperunt, nullam contra ecclesiam vel administratores eius vel adversus ipsas personas, quos crediderunt [c], habeant actionem. Si vero quis eos pro publico debito vel exactione crediderit vel fideius-
30 sores receperit, de substantia fisci debitum conpellatur exsolvere.

48. *De eo, qui res aecclesiae per falsam precariam vel fraude adipiscitur.* Ut si quislibet hominum res ecclesiae per mendacia vel mala ingenia in precariam sibi
35 adquirere et habere voluerit, et post factas precarias eadem mendacia ad aures eiusdem rectoris ecclesiae delata fuerint, ipsa ecclesia res suas, quae ei mendaciter abstractae fuerunt, pleniter absque ullius contradictione omnimodis recipiat. Ille vero, qui res suas per eadem
40 mendacia propter cupiditatem ipsius precariae eidem ecclesiae tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

49. *Quod antiquus mos poenitendi, qui iuxta canonicam auctoritatem agendus est, iam ab usu recesserit.* Mo-
45 dus poenitentiam agere iuxta antiquam canonum institutionem in plerisque locis ab usu recessit, et neque excommunicandi neque reconciliandi antiqui moris ordo servatur; ut a domno imperatore impetretur adiutorium, qualiter, si quis publice peccat, publica multetur poeni-
50 tentia, ut secundum ordinem canonum pro merito suo quis excommunicetur et reconcilietur.

50. *De clerico ad tutelam vocato.* Si episcopus, presbiter, diaconus, subdiaconus ad tutelam vel curationem vocentur, tantum munus administrationis in hoc conce-
55 detur [d] suscipere; si tamen intra quatuor menses per competentem iudicem in scriptis manifestaverit, quod huiusmodi munus sua sponte recepit. Et tunc circa aliam tutelam praeiudicium non patiatur.

51. *De ecclesiis in rebus propriis constitutis et inter*
60 *heredes divisis.* Perlatum ad nos est, quod inter heredes ecclesiae in rebus propriis constitutae dividantur, et tanta per eandem divisionem simultas oriatur, ut unius altaris quattuor partes fiant, et singulae partes singulos habeant presbiteros; quod sine discordia et simultate
65 nullo modo geri potest. Unde nobis visum est, quod huiuscemodi ecclesiae inter heredes dividi non debeant. Et si in contentionem venerint, et simultates inter eos surrexerint, per quas sacerdos suo ibi officio fungi non possit, praecipiatur ab episcopo civitatis, ut nullo modo
70 ibi missarum solempnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, et pari voto atque consilio ecclesia illa sacerdotem canonice habeat, qui libere suum ministerium ibi peragere possit.

52. *De his, qui bis aut ter ab episcopis, ignorantibus tamen eisdem episcopis, confirmentur.* Dictum nobis est, quod quidam de plebe bis aut ter ab episcopis, ignorantibus tamen eisdem episcopis, confirmentur. Unde nobis visum est, eandem confirmationem sicut nec baptismum iterari minime debere; quia hos, qui bis vel amplius baptizantur aut confirmantur, non seculo, sed soli Domino sub habitu regulari vel clericali religiosissime famulari decretum est.

53. *De clericis ad tabulas ludentibus.* Si quis clericus ad tabulas ludat vel spectaculis attendat, per tres annos a sacro ministerio prohibeatur. Et si dignam poenitentiam fecerit, reconcilietur.

54. *De his, qui servorum matrimonia dirimunt.* Dictum est nobis, quod quidam legitima servorum matrimonia potestativa quadam praesumptione diriment, non adtendentes illud euangelicum: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Unde nobis visum est, ut coniugia servorum non dirimantur, etiamsi diversos dominos habeant; sed in uno coniugio permanentes dominis suis serviant. Et hoc in illis observandum est, ubi legalis coniunctio fuit et per voluntatem dominorum.

55. *De his, qui pleniter peccata non confitentur.* Sed et hoc emendatione indigere perspeximus, quod quidam, dum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plene id faciunt. Quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet et corpore, et interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: sollerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrisque plena fiat confessio; scilicet ut ea confiteantur, quae per corpus gesta sunt, et ea, quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile vivitur, confessionem faciat; quia aut cogitatione, aut, quod est gravius, opere eorum instinctu peccavit. Odium etenim, invidia, superbia vel certe huiuscemodi animae pestes tanto periculosius laedunt, quanto subtilius serpunt.

56. *De sanctis ecclesiis.* Nullus sub Romana ditione constitutae ecclesiae vel synodochiae vel monasteriorum rectores, earum rem immobilem nequaquam liceat alienare, id est agrum, domum, mancipium, panes civiles, neque creditori obligare: (alienatio est venditio, donatio, permutatio, emphiteoseos perpetuus contractus:) omnes omnino convenit ut se ab huiuscemodi alienatione abstineant. Tabellio vero, qui talia instrumenta conscripserit, perpetuo exilio tradatur. Magistratus [e] vero iudices, qui talia strumenta consenserint [f], et dignitatem et facultates amittant.

57. *De his, qui solummodo confiteri Deo [g] peccata debere dicunt.* Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam, ita duntaxat ut et Deo, a quo remissio est peccatorum, confiteamur peccata nostra, et cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci et iniustitiam meam non abscondi. Dixi: confitebor adversus me iniustitias meas Domino; et tu remisisti impietatem peccati mei.* Et secundum apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quae Deo fit, purgat peccata; ea vero, quae sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgantur peccata: Deus namque salutis et sanitatis auctor et largitor plerumque hanc praebet suae potentiae invisibili administratione, plerumque medicorum operatione.

58. *Quod personarum acceptio in omnibus cavenda sit iudiciis.* Quia igitur apostolo testante non est personarum acceptio apud Deum, et in omnibus iudiciis

a) nec *BAL.* b) *expunctum G.* c) *superscriptum* creaverunt *G.* d) conceditur *BAL.* e) *deest G.* f) censerint *corr.* censuerint *G.* g) *deest G.*

cavenda est, multo magis in hoc poenitentiae iudicio praecaveri debet, ut nullus sacerdotum umquam aut gratia aut odio alicuius personae secus iudicet, quam quod in canonibus sacris invenerit aut quod illi[a] secundum sanctarum scripturarum auctoritatem et ecclesiasticam consuetudinem rectius visum fuerit. Si ergo medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personae cuiuslibet acceptionem his, quos sanare cupiunt, cauterio aut ferro aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt; multo magis his observandum est, qui non corporum, sed animarum medici existunt. Neque pensanda est poenitentia quantitate temporis, sed ardore mentis et mortificatione corporis. Cor autem contritum et humiliatum Deus non spernit.

59. *De monachis et sanctimonialibus.* Nemo audeat monachum vel sanctimoniales feminas ad civile iudicium accusare, sed ad episcopum; et ipse ex lege vel canonibus consentaneam sententiam proferat. Haec omnes episcopi custodiant et omnes praefecti Romani et praetores populi et provinciarum praesides, ut curent citius monachorum et sanctimonialium lites dirimere. Si quis hanc constitutionem violaverit, in magistratu positus decem[b] librarum auri poena multabitur. Si exsecutor est, in catenis ecclesiarum recludatur poenas luiturus, et officium perdat.

60. *Quod multi in poenitentia deliciis indulgeant.* Multi, quod non sine dolore dicendum est, in poenitentia non tam peccati remissionem, quam temporis constituti expectant expletionem; et si carnium et vini usus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione in tantum deliciis suis indulgent, ut delitiosius his interdictis aliorum ciborum vel potionum appetitu vivere cognoscantur. Spiritalis autem abstinentia, quae in poenitentibus potissimum vigere debet, et quorundam ciborum ac potionum perceptiones et desiderium fugere debet. Ille, inquam, ille magis parsimoniae servire censendus est, qui sibi non solum quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit.

61. *De his, qui ex industria peccant.* Sed nec hoc praetereundum putamus, quod quidam industria peccantes propter elimosinarum largitionem quandam sibi promittunt inpunitatem. Elimosina enim extinguit peccata, iuxta illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, et elimosina extinguit peccata*, sed ea, quae aut necessitate aut quae casu aut qualibet fiunt fragilitate. Ea vero, quae ex industria ad cuiuslibet libidinem explendam idcirco fiunt, ut elimosinis redimantur, nequaquam eis redimi possunt; quia qui hoc perpetrant, videntur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare liceat. Non ergo idcirco quis peccare debet, ut elimosinam faciat, sed ideo elimosinam facere debet, quia peccavit: mentem enim et corpus, quae libido traxit ad culpam, affliccio et contritio debet reducere ad veniam.

62. *De monacho qui monasterium suum dimiserit.* Si monachus monasterium suum dimiserit, omnia bona ipsius et quae in monasterio introduxit et quae non introduxit, dominio monasterii sint, et ipse officio praesidis servire cogatur. Si vero monachus ad alium monasterium migraverit, substantiam eius prius monasterium possideat, et in alio monasterio ipse non recipiatur.

63. *Quod poenitentia secundum canonum statuta agi debeat.* Modus autem poenitentiae peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem, sicut superius dictum est, imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos poenitentiales vocant, quorum sunt certi errores, incerti auctores; de quibus rite dici potest: *Mortificabant animas, quae non moriebantur, et vivificabant animas quae non vivebant.* Qui dum peccatis gravibus leves quosdam et inusitatos inponunt poenitentiae modos, consuunt pulvillos secundum propheticum sermonem sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas.

64. *Quod quidam presbiteris absque consensu episcoporum ecclesias dent vel auferant.* Inventum est, quod multi arbitrii sui temeritate et, quod est gravius, ducti cupiditate presbiteris quibuslibet absque consensu episcoporum ecclesias dant vel auferunt. Unde oportet, ut canonica regula servata, nullus absque consensu episcopi cuilibet presbitero ecclesiam det. Quam si iniuste adeptus fuerit, hanc non sine culpa sua coram episcopo canonica severitate amittat.

65. *De Scottis, qui se episcopos esse dicunt et quosdam absque licentia dominorum suorum ordinant.* Sunt in quibusdam locis Scotti, qui se dicunt episcopos esse, et multos neglegentes absque licentia dominorum suorum sive magistrorum presbiteros et diaconos ordinant. Quorum ordinationem, quia plerumque in simoniacam incidit heresem et multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere, omnes uno consensu decrevimus.

66. *De monachis laicis.* Si monachus laicus factus fuerit, honore et cingulo expolietur, et res eius monasterio adiciantur. Quod si monasticam vitam reliquerit, praeses provinciae eum teneat, et taxeotas vel curiae suae connumeret.

67. *De his, qui in coena Domini eucharistiam neglegunt.* In coena Domini a quibusdam perceptio eucharistiae neglegitur. Quae quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est, percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat; cum etiam poenitentes eadem die ad percipienda corporis et sanguinis dominici sacramenta reconcilientur[c].

68. *Quod infirmi et aegroti oleo benedicto perunguendi sint.* Secundum beati Iacobi apostoli documentum, cui etiam decreta patrum consonant, infirmi oleo, quod ab episcopis benedicitur, a presbiteris ungi debent. Sic enim ait: *Infirmatur aliquis in vobis? inducat presbiteros ecclesiae, et orent super eum unguentes eum oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Non est itaque parvipendenda huiusmodi medicina, quae animae corporisque medetur languoribus.

69. *De sponso vel sponsa in monasterio ingressa.* Si sponsus vel sponsa intraverit in monasterium, id quod arrarum nomine datum est, in simplum tantum reddatur.

70. *De locis, in quibus missae celebrandae sunt.* In quibus locis et quo apparatu missarum solemnitates exceptis basilicis celebrari debeant et utrum celebrari debeant[d], in concilio Laodicensi ita scribitur: *Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel presbiteris.*

71. *De his, quae ad aurium et oculorum pertinent oblectamentum quaeque sacerdotes vitare debent.* Quaecumque ad aurium et oculorum pertinent inlecebras, unde vigor animi emolliri posse credatur, ut de aliquibus generibus musicorum aliisque nonnullis rebus sentiri potest, ab omnibus Dei sacerdotes se abstinere debent; quia per aurium oculorumque inlecebras vitiorum turba ad animum ingredi solet. Histrionum quoque turpium et obscenorum insolentias iocorum et ipsi animo effugere ceterisque sacerdotibus effugienda praedicare debent.

72. *De ecclesia aedificanda.* Nemo ecclesiam aedificet, antequam civitatis episcopus veniat et ibidem crucem figat publice. Et ante praefiniat, qui aedificare vult, quid[e] ad luminaria et ad custodiam et stipendia custodum sufficiat. Et facta donatione sic domum aedificet.

73. *Ut sacerdotes a ludis secularibus se caveant.* Sacerdotibus non expedit secularibus et turpibus quibus-

a) illis *G.* b) XII *G.* c) reconciliat *BAL.* d) et — debeant *delevit G.* e) quantum *G.*

libet interesse iocis. Venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

74. *De presbiteris et diaconibus, ut episcoporum suorum in bonis operibus vestigia sectentur.* Presbiteri quoque et diaconi in omnibus bonorum operum exhibitionibus sui episcopi vestigia sectentur, et in bonorum morum probitate quae episcopo observanda sunt, eadem et sibi observanda esse cognoscant.

75. *De eo, qui in domo sua oratorium fecerit.* Qui in domo sua oratorium habuerit, orare ibi potest; tamen non audeat in eo sacras facere missas sine permissu episcopi loci illius. Quod si fecerit, domus illius fisci iuribus addicatur. Praefectus praetorii qui hoc cognovit et non prohibuit, libra [a] auri multabitur.

76. *Quantam curam episcopi circa indigas habeant.* Episcopi quidem maximam curam et sollicitudinem circa pauperes habeant, et res ecclesiasticas ecclesiis collatas cauta circumspectione dispensent quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri gratia sectatores. Illis itaque utantur non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis.

77. *De erogatione episcopi in pauperibus et familia ecclesiae.* Quod liceat episcopis, praesentibus presbiteris et diaconibus, de thesauro ecclesiae familiae et pauperibus eiusdem ecclesiae secundum canonicam institutionem iuxta quod indiguerint erogare.

78. *De diaconissa.* Si diaconissa [b] nupserit, gladio ultoris sternatur, et facultas eius ecclesiae, ubi servivit, addicatur. Corruptores earum similiter puniantur: bona vero eorum fisci iuribus vindicentur.

79. *De presbitero non ordinando ante legitimum tempus.* Presbiterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc est trigesimum aetatis annum. Sed priusquam ad consecrationem presbiteratus accedat, maneat in episcopio discendi gratia officium suum tamdiu, donec possint et mores et actus eius animadverti. Et tunc si dignus fuerit, ad sacerdotium promoveatur.

80. *De episcopis, qualiter parrochias suas diligenter perscrutentur.* Ut unusquisque episcoporum parrochiam suam diligenter perscrutari nitatur; nec aliquis presbiter ab alterius parrochia in suam commigrans officium celebrare praesumat sine litteris commendatitiis, sicut olim multis in locis actum esse repertum est.

81. *De religiosa muliere decepta.* Si quis rapuerit vel sollicitaverit vel corruperit religiosam feminam, bona amborum ecclesia vindicet, in qua talis mulier habitavit; ipsi tamen periculo capitali subiciantur. Quod si haec mulier non consensit, cum suis rebus monasterii cautioni tradatur. Si vero liberos habet, pars legitima eis reservetur. Quod si intra annum post cognitum tale scelus a religiosis laicis non vindicetur, comes privatarum [c] hoc nostro fisco addicat. Si vero praeses provinciae vindictam tali crimini inponere neglexerit, cingulo careat et quinque libras auri fisci viribus dare conpellatur.

82 *. *Ne quilibet presbiter de titulo minore ad maiorem transeat.* De titulo minori ad maiorem migrare nulli presbitero licitum sit, sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inventus fuerit contra statuta id facere, eadem feriatur sententia, qua et episcopus, qui de minori ad maiorem transmigraverit sedem.

83. *Ut decimae semper consulto episcoporum dispensentur.* Ut decimae, quae singulis dabuntur ecclesiis, per consulta episcoporum a presbiteris ad usum ecclesiae et pauperum summa diligentia dispensentur.

84. *De blasphemia in Deum.* Si quis quolibet modo blasphemiam in Deum [d] iactaverit, a praefecto urbis ultimo supplicio subiciatur. Qui vero talem cognoscens non manifestaverit, similiter coerceatur. Si praefectus urbis haec punire neglexerit, post Dei iudicium nostram indignationem incurrat.

85. *De viduis iuvenibus, ne cito velentur.* Ut iuvenes viduae cito nequaquam velentur, usque dum probetur illarum religio et bona ab eis nota sit conversatio; ne forte de eisdem dici possit ab apostolo: *Quae autem in deliciis sunt, viventes mortuae sunt.*

86. *Ut comites et iudices episcopis suis consentiant ipsique eos honorifice recipiant.* Comitibus, iudicibus reliquoque populo expedit, ut suis sint episcopis consentientes et oboedientes propter Dei amorem suique gradus honorem, et semper ab eis utile quaerant consilium illorumque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure audiant. Similiter vero et episcopi praedictas personas humiliter suscipiant honorificeque erga eas in omnibus agant, et sic se mutuis studeant sublevare consolationibus.

87. *De herede, si quippiam dispositione non implet.* Si heredes iussa testatoris non impleverint, ab episcopo loci illius omnis res, quae his relicta est, auferatur cum fructibus et caeteris emolumentis, ut vota defuncti impleantur.

88. *Ut comites et iudices viles personas non admittant ad testimonium.* Summopere admonendi sunt comites et iudices, ne viles et indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere; quoniam multi sunt, qui periurare pro nihilo ducunt; in tantum, ut pro unius diei sacietate aut pro quolibet parvo pretio ad iuramentum conduci possint, animasque suas periurio perdere minime formident [e]. Quam ob rem tales nequaquam ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quod non solum illi, qui periurant, sed etiam qui periuris [f] consentiunt, simili plectendi sunt dampnatione.

89. *Ut nullus christianus munera exigat pro quolibet placito.* Nullus christianus pro quolibet placito vel iuditio a qualibet persona munera exigere aut accipere debet, quoniam id divina scriptura multis in locis magna interdicit auctoritate testante scriptura, quae ait: *Munera excoecant oculos sapientium et subvertunt verba iustorum.*

90. *De rebus, quae paganis non conceduntur.* Non liceat christianis Iudaeorum neque paganorum vel hereticorum res emphitheoseos vel conductionis titulo habere neque suorum similiter eis accommodare.

91. *De placitis secularibus, ne in ecclesia fiant.* Placita quidem secularia in ecclesiis vel in atriis ecclesiarum a comitibus vicariisque usque modo multis in locis habita ne ultra fiant interdicendum est cum auctoritate dominica, qui expulsis de templo negotiatoribus, asseruit [g], debere domum Dei domum esse orationis.

92. *De incestuosis, parricidis atque homicidis.* Incestuosi, parricidae, homicidae, multi apud nos, heu proh dolor! repperiuntur. Sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonicionibus aurem accommodare, volentes in pristinis durare criminibus; quos oportet per saecularis potentiae disciplinam a tam prava consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerint revocari; quorum aliquos iam excommunicavimus; sed illi hoc parvipendentes, in eisdem perduraverunt criminibus. Quam ob rem vestra decernat mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit.

93. *De magicis artibus et incantationibus.* Ammoneant sacerdotes fideles populos, ut noverint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedii conferre; non animalibus languentibus, claudicantibusve [h] vel etiam moribundis quicquam mederi [i]; non ligaturas ossuum vel herbarum cuiquam adhibitas prodesse; sed haec esse laqueos et insi-

a) libraru *corr.* libra *G.* librarum a. solutione *BAL.* b) diaconissae nupserint — sternantur — earum *G. corr. man. sec.* c) primitarum *G.* *) *hoc caput in Baluzio sequenti postponitur; supra pag.* 52 *legendum est* Turon. 14, 16. d) Deo *G.* e) formidant *G.* f) periuriis *G.* g) adserit *BAL.* h) iudicandas *G.* i) meredii *corr.* remedii *G. ubi in margine legitur:* Aliter. a. s. f. p. ut n. m. a. i. q. i. h. non animalibus languentibus vel etiam moribundis nihil posse remedii conferre.

dias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

94. *Ne nomen Dei in vanum iurando assumatur.* Omnes homines admonemus, ne per singula verba quasi ad confirmationem suae assertionis nomen Domini in vanum adsumant; quod ipse Dominus interdicit faciendum, ubi ait: *Ne adsumas nomen Dei tui in vanum.* In vanum etenim nomen Dei assumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult ut sibi ab alio credatur, Deum omnipotentem testem rei, de qua ait, invocat, eumque sibi ita esse adiutorem, sicut ea vera sunt, quae loquitur, postulat[a]. Nam et ipse Dominus in euangelio hoc modo prohibens omne genus iuramenti, *Nolite*, inquit, *omnino iurare, neque per coelum, neque per terram, neque per caput tuum;* et caetera.

95. *De laicis, ne munera a presbiteris exigant.* Ut laici omnino a presbiteris non audeant munera exigere propter commendationem ecclesiae; quia propter cupiditatem plerumque a laicis talibus presbiteris ecclesiae dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium indigni sunt.

96. *De pace et concordia.* De pacis bono atque concordia, ut ab omnibus omnino indisrupta teneatur inter episcopos et comites, inter clericos et monachos et omnem populum christianum, ut beatus apostolus Paulus docuit dicens: *Sectamini caritatem et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Et idcirco quidquid illud est, quod nos ad verae pacis studium et caritatis perfectionem provocat, totis viribus nostris sectandum est; quicquid nos vero ab illa disiungit, ut venenum mortiferum a nobis cavendum est.

97. *De comitibus et iudicibus, ut oboedientes sint suo episcopo.* Ut comites et iudices reliquusque populus oboedientes sint episcopo, et invicem consentiant ad faciendas iustitias, et munera pro iudicio non accipiant nec falsos testes adhibeant[b], ne per hoc pervertant iudicia iustorum, quia scriptum est: *Iustitia elevat gentem, iniustitia vero miseros facit populos.* Et psalmista: *Beati, qui custodiunt iudicium et faciunt iustitias in omni tempore.*

98. *Ut episcopi semel in anno parrochias suas circueant.* Unusquisque episcopus semel in anno circueat parrochiam suam. Noverint sibi curam populorum[c] et pauperum in protegendis ac defendendis impositam; ideoque dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant. Et si contempserint emendari, eorum insolentia regis auribus intimetur; ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat.

99. *De crismate a presbiteris custodiendo sub sigillo.* Ut presbiteri sub sigillo custodiant crisma, et nulli sub praetextu medicinae vel sub cuiuslibet rei donare praesumant: genus enim sacramenti est, et non ab aliis nisi a sacerdotibus contingi debet. Quod si fecerint, honore priventur.

100. *De his, qui beneficium habent de rebus ecclesiae.* Ut quisquis beneficium de rebus ecclesiae habet, ad tecta eiusdem ecclesiae restauranda vel ad ipsas ecclesias aedificandas omnino adiuvet.

101. *De eo, qui infamis furto efficitur.* Furti quocumque genere condempnatus infamis efficitur.

102. *De eo, qui absens fuerit, minime dampnando.* Iubemus in causa capitali, ut absens nemo damnetur, quia neque absens per alium accusare aut accusari potest.

103. *De omnibus possessionibus a praeceptore possessori reddendis.* Omnes possessiones et omnia sibi sublata atque fructus cunctos ante litem contestatam praeceptor[d] possessori restituat.

104. *De incestis, quod non sint legitimi heredes.* Omnes nosse volumus, quod incesti non sint legitimi heredes, sed infamia sint notatae utraeque personae. Ideoque proximorum copula vel stupra quasi quaedam turpissima pestis cavenda est; quoniam incesti usque ad canonicam separationem ecclesiaeque per publicam poenitentiae satisfactionem magis inter energuminos vel audientes, quam inter christianos catholicos utrique cum omnibus suis sunt habendi.

105. *Ut liceat litigatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare.* Iudices observare debent, ut liceat litigatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare, et appellatores nec in carcerem redigant nec a militibus faciant custodiri; sed agendum negotium suum liberi observent. Nec etiam in supplicium destinatis appellandi vox denegetur.

106. *De oratione oboedientis.* Sciendum sane est omnibus, quia citius exauditur una oboedientis oratio, quam decem milia contemptoris.

107. *Ut unaquaeque provincia a iudicibus propriis iudicetur.* Praecipimus, ut non degradetur unaquaeque provincia, sed apud semetipsam habeat iudices episcopos. Et quicumque causam habuerit, a suis iudicibus iudicetur et non ab alienis, id est a suae iustis iudicibus provinciae et non ab externis, nisi fuerit appellatum.

108. *Quod unumquemque iuste et pie vivere oporteat.* Notum esse omnibus volumus, quam iuste, sobrie, quam etiam pie vivere debeant. Iuste enim vivere oportet secundum sermonem dominicum praecipientem: *Luceat*, inquit, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in coelis est.* Hoc est: Sic iuste vivite, ut filii lucis nominari valeatis. Quod[e] vero sobrie vivere debeat quisque, monet euangelium dicens: *Videte ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vitae.* Pie etiam vivere vel patienter monet Paulus exhortando dicens: *In omni patientia et doctrina.* Et cum pietate regere domum monet; et ne ipsa pietas indiscreta videatur, praemittit sententiam dicens: *Argue cum omni imperio.*

109. *De graphiae prolatore, ut eam adfirmet.* Statutum est, ut scripturam prolator adfirmet. Nam si is, qui scripturam protulit, eius non adstruxerit veritatem, ut falsitatis reum esse retinendum.

110. *Quod sacerdos in habitu religionis persistere debeat.* Studendum sane omnibus est, ut in habitu religionis quisque sacerdos permaneat et ore prophetico sibimet praecipi censeat[f] dicente[g]: *Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam.* Quando dixit *Clama ne cesses*, omne tempus exclusit; quod nemo potest excusare. Etenim de libris officialibus, ut novimus, patet ratio; quia nequaquam corporeo usu haec requirenda ab illis erant, qui spiritaliter vivebant, dicente psalmigrapho[h]: *In me sunt Deus vota tua, quae reddam laudationes tibi.* Nos tamen, qui in medio positi sumus scilicet inter spiritalem et corporalem intellectum, in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, ut non vituperetur ministerium nostrum et propheticum sermonem impleamus dicentem: *Iustitiam discite, qui habitatis terram.* Et, quod avertat Deus a nobis, idem propheta dicit: *Zelus adprehendit populum ineruditum.* Et iterum alius propheta: *Sacerdotes ignoraverunt intelligentiam.* Et idem propheta: *Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus? et tenentes leges meas nescierunt me.* Qua ergo fronte, qua conscientia sacerdotem nominari se fatetur, quem Dominus per prophetam nescire se dicit?

111. *De eo, qui causam habuerit, ut a propriis iudicibus iudicetur.* Quicumque causam habuerit, a propriis iudicibus iudicetur, et non ad alienos causa vagandi et proterviae dimittens suam patriam transeat; sed apud

a) *deest BAL. in margine addidit G.* b) *in margine habet G., omittit BAL.* c) pupillorum *recte coniecit BAL.* d) *sic BAL. G., hic scripto* r *super* c e) quid, *in margine* vel in quo *G.* f) constat *BAL.* g) dicendi *G.* h) graphopsalmo *BAL.*

metropolitanum et reliquos episcopos suae provinciae iudicetur.

112. *De canonicis clericis, qui in civitatibus vel in monasteriis degunt.* Volumus atque praecipimus, sicut sinodali atque canonica auctoritate a pastoribus sanctae ecclesiae saepissime admoniti sumus, ut canonici clerici, qui in civitatibus vel in monasteriis degunt, qui beneficia habent, unde victum et vestitum habere possunt, ut his [a] iuxta apostolum contenti sint, et stipendia fratrum, unde pauperiores et hi, qui assidue in praedictis locis Domino famulantes excubant atque ibi assiduum divinum explent officium, nequaquam assumant aut in suis usibus convertant: scimus enim, quia absque periculo atque dispendio animarum suarum hoc nullatenus facere possunt. Si quis haec statuta contempserit, utrisque careat, id est et beneficio et praebenda; atque si gradibus fruitur ecclesiasticis, ipsis privetur.

113. *De communicatione ecclesiae cum nihil habentibus.* Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune; nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, convenit erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere.

114. *De his, qui sua possident et sibi aliquid dari volunt.* Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper victurus erat, accipiunt.

115. *De damnatis nuptiis.* Si quis viduam uxorem duxerit et postea cum filiastra sua [b] fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre et filio: tales copulationes anathematizari nec unquam amplius coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri praecipimus [c].

116. *Ne proprius filius de baptismo suscipiatur.* Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam, cuius filium aut filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

117. *De subintroductis mulieribus.* Omnibus igitur clericis feminam secum in domibus suis habere ultra licentiam canonum firmiter sit contradictum.

118. *Iterum de pace ecclesiarum.* Praecipimus, ut in ecclesiis aut in domibus ecclesiarum vel atriis placita secularia minime fiant.

119. *De fugitivis clericis.* Ut [d] unusquisque episcopus in sua parrochia diligenter presbiteros vel clericos inquirat unde sint. Et si aliquem fugitivum invenerit, ad suum episcopum redire faciat.

120. *Quid sint laetaniae.* Laetaniae autem graeco nomine appellantur, quae latine dicuntur rogationes. Inter laetanias autem et exhomologesin [e] hoc differt, quod exhomologesis pro sola peccatorum confessione aguntur, laetaniae vero, quae indicantur propter rogandum Deum et impetrandam in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam utrumque vocabulum sub una designatione habetur.

121. *De clericis iniuste tonsoratis.* De clericis vero hoc statuimus, ut hi, qui hactenus inventi sunt sive in canonico sive in monachico ordine tonsorati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita permaneant. Et deinceps cavendum est, ut nullus tondatur nisi legitima aetate spontaneaque voluntate vel cum licentia domini sui.

122. *De eo, quid sit relinquere mundum.* Seculum autem relinquere est, sicut Gregorius dixit, seculi voluptatibus contraire. Hinc Paulus ammonet dicens: *Qui emunt, tanquam non possidentes; et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.* Et Gregorius in libro pastorum: *Sic vobis ea, quae suppetunt exterius, serviant, quatenus a supernae dilectionis studio animum non flectant.*

123. *Quod incestum committit, qui se consanguineae suae usque affinitatis lineam coniungit.* Nullus fidelium usque affinitatis lineam, id est usque in septimam progeniem, consanguineam suam ducat uxorem vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis vero hoc scienter temerare praesumpserit, si liber fuerit, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, fisco nostro persolvat, et insuper canonice ut incestus luat, ac publice iuxta canonicos gradus poeniteat. Si autem servus vel ecclesiasticus fuerit, publice flagelletur ac decalvetur, et iuxta episcopi proprii iussionem poenitentiam publice et canonice gerat. Quod si aliquis tam liber quam servus aut ecclesiasticus vel fiscalinus episcopo proprio vel suo sacerdoti aut archidiacono inoboediens vel contumax sive de hoc sive de alio quolibet scelere extiterit, omnes res eius a comite et a misso episcopi [f] ei contendantur, usque dum episcopo suo oboediat, ut canonice poeniteat. Quod si nec se ita correxerit et ad episcopum et canonicam poenitentiam venire distulerit, a comite comprehendatur et in carcerem sub magna aerumna retrusus teneatur, nec rerum suarum potestatem habeat, quousque episcopus iusserit. Quod si comes vel eius minister hoc adimplere distulerint, canonice ab episcopo suo vel a suo ministro excommunicetur; et usque dum haec pleniter adimpleat, semper communione catholicorum careat, usque dum ipsi episcopo humanius erga eum aliquid agere placuerit. Si vero, quod non optamus, ipse comes aut de praedictis causis aut de ipsa excommunicatione inoboediens aut neglegens apparuerit, honore comitatus pariter et communione careat, usque dum ambo in nostram praesentiam veniant, ut nos illum episcopali auctoritate atque imperiali metu ita corrigamus, ut ceteri timorem habeant, ne deinceps talia committere ullatenus audeant.

124. *Ut incesti, quamdiu in scelere manent, non fidelium christianorum, sed tantum aut gentilium aut caticuminorum vel energuminorum locum teneant.* Incesti dum in ipso detestando atque nefando scelere manent, non inter fideles christianos, sed inter gentiles aut caticuminos vel energuminos habeantur, id est cum christianis non cibum sumant, non potum, non in eodem vasculo edant aut bibant, sed soli haec faciant; non osculentur aut salutentur ab eis. Sed si suis sacerdotibus inoboedientes extiterint et a tam nefandissimo scelere se segregare atque ad publicam poenitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus ipsa per se veritas ait: *Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Nam cum fidelibus non debent orare nec in ecclesiam intrare, sed ante ianuam ecclesiae excubare et intrantibus in eam atque exeuntibus ex ea vultu in terra prostrato veniam postulare et ut pro se orare non dedignentur flagitare, et lacrymis perfusi vultu contrito atque humiliato spiritu semper omnibus apparere usque ad satisfactionem ecclesiae et proprii episcopi canonicam reconciliationem, et ad pristinum incestum nunquam redire, nec secularia negotia exercere, nec placitis aut accusationibus vel testimoniis interesse, sed crebris sacerdotum precibus manusque pontificis proprii inpositionibus et elemosinarum largitionibus, atque caeterorum bonorum operum exhibitionibus, eos purgari sanarique oportet.

a) hoc *BAL.* b) c. filia matris *G.* c) *deest BAL.* d) *deest BAL.* e) exhomolegisin *G.* f) dominico *BAL.*

ADDITIO QUARTA.

Sequentia quaedam capitula ex sanctorum patrum decretis et imperatorum edictis colligere curavimus atque inter nostra capitula lege firmissima tenenda generali consultu Erchembaldo cancellario nostro inserere iussimus.

Hic desunt quaedam capitula quae in aliis libris inveniuntur: quae ideo praetermisimus, quia in fine septimi libri superius habentur inserta.

1. *Ex sacrarum institutione legum, libro 12, capitulo 10.* Quam sit extraneus a christianae fidei regula, qui se defensorem veritatis insimulat et veritatem ipsam munerum acceptione commaculat, audiat contra se prophetam dicentem: *Pro eo, quod vendidistis argento iustum et pauperem pro calciamentis, ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum foeno; et peribit fuga a veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam, et robustus non salvabit animam suam, et robustus corde inter fortes nudus effugiet.*

2. *Ex eodem libro, titulationis*[a] *tertiae capitulo 15.* Nulli christianorum vel[b] Iudeorum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sanguinis sui vel uxoris suae atque etiam virorum iuxta legem, quae in christianis est lata, usque in septimi[c] generis gradum connubia ducere, vel incesti maculam operari. Huius igitur permixtionis inlecebra tali multabitur poena, ut separati ab invicem et centena publice decalvati flagella suscipiant et exilio religati sub publica poenitentia maneant, eorumque bona ad filios, quos de praecedenti coniugio habuerint, redeant; si tamen et ipsos aut in nullo Iudaicae praevaricationis maculaverit noxa, aut nulla incestivae nationis sordidaverit macula. Quod si aut nullos habuerint filios, aut habitos, ut dictum est, vel Iudaicus involverit error vel incesti foedaverit natio, tunc facultas praedictorum omnimoda in principis potestate consistat, qualiter principali discretione res ipsa aut in christianis eorumve heredibus concessa permaneat. Quod si heredes huiusmodi dignitatis defuerint, fisco nostro sociata deserviat. Illud tamen modis omnibus observandum fore praecipimus, ut si quis christianus vel christiana aut[d] Iudaeus vel Iudaea noviter nuptiale festum celebrare voluerint, non aliter quam cum praemisso dotis titulo, quo in christianis salubri institutione praeceptum est, vel sacerdotali benedictione intra sinum sanctae Dei ecclesiae percepta coniugium cuiquam ex his adire permittimus. Quod si absque benedictione sacerdotis quisquam christianorum vel[e] Hebreorum noviter coniugium duxerit vel sollempnitatem legis pro dotali titulo in quocumque transcenderit: aut centum[f] principi solidos coactus exsolvat, aut centum[g] publice verberatus flagella suscipiat. Haec scilicet dampna vel verbera singillatim unusquisque percipiat, videlicet tam ille, qui nupsit, quam ea, quae nupta est, vel etiam consentanei parentes eorum, unusquisque pro se iacturam legis[h] suscipiat.

3. *In libro 7 tripertitae historiae capitulo 12.* Igitur Valentinianus cum ita saperet, sicut Nicaeni[i] patres, similia profitentibus proderat, aliter vero sapientibus non erat inportunus. Qui dum initio regni de urbe Constantinopolitana per Thracias[k] properaret ad Romam, tunc episcopi recte sapientes legatum miserunt Hicpaucianum episcopum, quatinus dignaretur ad emendationem dogmatis interesse. Is cum adisset imperatorem et episcoporum legationem intimasset, respondens imperator ait: »Mihi quidem, cum unus[l] de populo sim, fas non est talia perscrutari; verum sacerdotes, quibus haec cura est, apud semetipsos congregentur, ubi voluerint.« Cum haec itaque respondisset princeps, in Lampsacum convenerunt episcopi. Cumque duos menses tractassent, inter caetera iuxta priores canones episcopos eiectos atque suis rebus expoliatos ad[m] sedes proprias recipi[n] et primo sua omnia eis reddi decreverunt. Et si quis post haec eos accusare vellet, eos periculo facere sanciverunt, iudices esse decernentes episcopos recte sapientes in ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum qui dicebantur oppressi. Et reliqua.

4. *Ex epistola*[o] *Leonis papae Calcidonensi concilio directa.* Plurimos fratres sedibus suis pulsos et in exilia audivimus deportatos atque in locum superstitum alios substitutos. His primitus vulneribus adhibeatur medicina iustitiae, ne quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem errorem ita omnes relinquant sacerdotes, ut nemini quidem perire honor debeat; sed illis, qui pro fide laboraverunt, prius cum omni privilegio suo oportet ius proprium reformari. Et reliqua.

5. *Ex epistola Stephani papae scripta generaliter omnibus episcopis.* Quicquid in sacratis Deo rebus et episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio deputabitur; quia sacra sunt, et violari a quoquam non debent. Nullus enim episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari aut a quoquam ei potest crimen obici, priusquam integerrime restauretur et omnia, quae ei ablata quocumque sunt ingenio, legibus redintegrentur et ipse propriae sedi et pristino statui regulariter reddatur, ita ut omnes possessiones et cuncta sibi iniuste sublata atque fructus omnes ante coeptam accusationem primates et synodus episcopo, de quo agitur[p], funditus restituant; quia hoc non solum ecclesiasticae, sed etiam saeculi leges fieri docent.

6. *Augustinus ad Bonifacium de lapsorum restitutione.* Ut enim constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis poenitentiam clericatum accipiat vel ad clericatum redeat vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplinae: alioquin contra claves datas ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est: *Quae solveritis in terra, soluta erunt et in coelo.* Sed ne forsitan etiam de caeteris criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentiam, severissime placuit, ut post actam de crimine damnabili poenitentiam nemo sit clericus; ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et verior esse humilitas. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis egit poenitentiam et tamen in honore superstitit; et beatum Petrum, quando amarissimas lacrymas fudit, utique Deum negasse poenituit, et tamen apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posterorum diligentia; quia ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorum fictas poenitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.

a) titulo lationis *G.* b) c. v. *desunt in lege Wisig., fonte huius cap.* c) sextum *L. Wisig.* d) c. v. c. a. *non habet lex Wisig.* e) c. v. *desunt in l. Wisig.* f) *sic BAL. et Lex Wisig.*; *LX G.* g) *sic BAL. et Lex Wisig. deest G.* h) l. huius *BAL. et L. Wisig.* i) nicheni *G.* k) tragias *G.* l) minimus *Colbertinus.* m) *in margine addit G., omisit BAL.* n) accipere *BAL.* o) exempla *G.* p) a. per p. et synodi episcopos funditus (de q. a. *desunt*) *BAL.*

7. *Ex epistola Leonis papae Aquileiensi episcopo directa.* Illam partem aecclesiasticae disciplinae, qua[a] olim a sanctis patribus et a nobis saepe decretum[b] est, ut nec in presbiteratus gradu nec in diaconatus nec in 5 subsequenti ordine clericorum ad aliam ecclesiam transire cuiquam sit liberum, ut in integrum revoces ammonemus; ut unusquisque non ambicione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ubi ordinatus est perseveret; ita ut si quis sua quae- 10 rens, non quae Iesu Christi, ad plebem et ad ecclesiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio et a communionis vinculo habeatur extraneus.

8. *Ut nullus derogetur aut temere accusetur episcopus, nec a primatibus facile eorum suscipiatur accusatio;* 15 *quia iniuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur. Ex decretis Anastasii papae.* Placuit, ut nullus temere accuset episcopum, neque a primatibus passim aut indifferenter super quibuslibet inpeticionibus audiatur, dicente Domino: *Non suscipias* 20 *vocem mendacii.* Et ipsa veritas ait: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias;* et reliqua. Et alibi scriptum est: *Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti? Procul dubio contra mandata dimittit*[c], *qui habet peccatum proprium et qui sequitur*[d] *alienum;* 25 et reliqua. Sed si quis in episcopum causam habuerit, primitus eum caritative conveniat et ei aut suam inculcet iniuriam aut eius correptionem, dicente Domino: *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si autem te non audierit, adhibe de-* 30 *nuo duos aut tres tecum;* et reliqua. Prius ergo quam haec fiant, nemo praesumat episcopum manifeste accusare, quia nemo contra euangelium vel contra apostolum aut decreta patrum facit absque periculo. Paulus quoque apostolus praecipit, dicens: *Seniorem ne increpaveris,* 35 *sed obsecra ut patrem;* et alibi scriptum est: *Si quis fidelis est, videat ne falsa aut nociva loquatur aut cuiquam insidias ponat;* et alibi: *Sapiens non est qui nocet;* et Dominus in lege; *Non facias calumniam proximo tuo;* et idem: *Non eris criminator aut susurro in populis;* 40 *non stabis contra sanguinem proximi tui. Leges meas custodite; ego Dominus.* Si haec de omnibus hominibus dicta sunt, quanto magis super episcopos sunt custodienda, de quibus Salvator ait: *Qui vos contristavit, me contristavit*[e]*; qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei;* 45 et cetera; item: *Qui facit iniuriam eis, recipiet id quod inique gessit.* Et in Daniele legitur: *Confundantur omnes, qui ostendunt servis tuis mala; confundantur in omnipotentia, et robur eorum conteratur, ut sciant, quia tu es Dominus Deus solus et gloriosus super omnem terram*[f]. Et iuxta 50 antiquae institutionis edictum plus erga corrigendos agere debet benivolentia quam severitas; plus cohortatio quam commotio; plus caritas quam potestas. Et Dominus per prophetam monet dicens: *Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Diverte* 55 *quoque a malo et fac bonum.* Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult. Si quis haec non observaverit, hostis est animae suae. Si quidem clerici fuerint, gradu proprio decidant; si vero laici vel monachi fuerint, amplius pelli debent vel extorres fiant.

60 9. *Ut quicumque habens querelam in episcopum vel in actores ecclesiae non prius adeat iudices eorum, quam ipsos quibus aliquid opponit, familiariter conveniat, ut ab eis caritative aut emendationem aut rationabilem recipiat excusationem.* Placuit, ut si quaecumque persona contra 65 episcopum vel actores ecclesiae se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commonitus ea sanare debeat, quae in querimoniam deducuntur. Quam rem si differre voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis, et re- 70 liqua[g].

10. *Ut non accusetur episcopus apud iudicem secularem.* Ut nullus episcopum apud iudices seculares accusare praesumat, sed apud summos primates.

11. *Ut si quis se gravari*[h] *putaverit, vocem appellationis exhibeat.* Placuit, ut accusato, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare, quia non oportet negari audientiam roganti.

12. *De retractanda conprovinciali sinodo per apostolicos*[i] *legatos.* Ut provintialis sinodus retractetur per vicarios urbis Romae episcopi, si ipse decreverit.

13. *Ut nullus criminosus accuset episcopum.* De his, qui in accusationem maioris natu veniunt, placuit, ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

14. *Ut criminalia negotia non per procuratores, sed per ipsos agantur.* Si quando in causa capitali vel in causa status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum[k].

15. *De maiore iudicum appellatione.* Placuit, ut a quibuscumque iudicibus aecclesiasticis ad alios iudices aecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

16. *Ut nullus metropolitanus sine ceterorum omnium conprovincialium episcoporum praesentia aut consilio, nisi quantum ad suam propriam pertinet parrochiam, quicquam agere praesumat. Similiter et reliqui episcopi agant circa eum. Ex sinodo Romana quinta.* Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam, sine consilio et voluntate omnium conprovincialium episcoporum extra aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit, irritum habeatur et vacuum. Sed quicquid de conprovintialium coepiscoporum causis suarumque ecclesiarum et clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu conprovintialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et alibi: *Qui maior est vestrum, erit minister vester*[l]*;* et reliqua. Similiter et ipsi conprovinciales episcopi cum eius consilio nisi quantum ad proprias pertinet parrochias agant iuxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in saecula.

17. *Qualiter episcopus ad synodum convocetur et qualiter in ea de illo agatur.* Sancta sinodus Romana dixit: Haec sunt quae deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam et in ecclesiasticos indifferenter saeviunt viros, conservari firmissime volumus in saecula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, et eam corrigere noluerit: non olim, sed tunc ad summos primates causa eius canonice deferatur, qui[m] in congruo loco infra ipsam provinciam tempore in canonibus praefixo Nicaenis concilium canonice convocare debebunt, ita ut ab omnibus eiusdem provinciae episcopis in ea audiatur; in quam et ipse canonice convocatus, si eum aut infirmitas aut alia gravis necessitas non detenuerit, adesse debebit; quia ultra provinciae terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit rebus expoliatus, quod absit, aut, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus: tunc canonice antequam in pristinum restituatur honorem et sua omnia, quae ab insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerint, redintegrentur, nec convocari nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen iudicandi, advenire sponte elegerit. Nec omnino a quoquam respondere rogetur, antequam integerrime omnia, quae per sug-

a) quę *G.* b) *in G. secunda manus correxit* decreta c) *G. corr. manu sec.* admittit d) secuntur *corr.* sequitur *G.* e) contractavit *G.* f) orbem terrarum *BAL.* g) e. r. *omittit BAL.* h) gravare *G.* i) apostolici *BAL.* k) agenda *BAL.* l) *deest BAL.* m) quia *BAL.*

gestiones inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio redintegrentur, et praesul ut[a] prius statui pristino reddatur. Et ipse dispositis ordinatisque libere ac secure suis, tunc canonice convocatus ad tempus sinodo in legitima et canonica veniat ad causam. Et si ita iuste videtur, accusantium propositionibus respondeat; nam hoc summopere providendum est, ne antequam omnia haec fiant coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causae eius exitus appareat, nulli christiano videri iure potest. Quod si aegrotans fuerit episcopus aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec a communione suspendatur cui crimen intenditur[b], nisi ad causam suam dicendam electorum iudicum die statuta literis evocatus minime occurrerit; hoc est nisi alia praeoccupaverit necessitas infra spatium duorum vel trium mensium et eo amplius, prout causa dictaverit. Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quaerendum est in iudicio, cuius sint conversationis et fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant; quia ad hoc admitti non debent nisi bonae conversationis et rectae fidei viri, et qui omni suspicione careant et bona vita clareant neque infames existant. Quod si accusatorum personae in iudicio episcoporem culpabiles[c] apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas, obiecerint. Infamis enim persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente vero adversario non audiatur accusator; nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem; neque absens per alium accusare aut accusari potest, nec affinis testis admitti. Neminem ergo exhiberi de provincia ad provinciam vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis ad quem fuerit appellatum, id est, ut actor semper rei forum sequatur. Si quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Et reliqua.

18. *Ut accusatio clericorum intra provinciam fiat, nisi forte accusatus maiorem appellaverit auctoritatem.* Si quis clericus super quibuslibet criminibus pulsatus fuerit, in provincia qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones, nec aestimet eum accusator suus alibi aut longius pertrahendum ad iudicium. Ille[d] vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare.

19. *Ut peregrina iudicia non fiant.* Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus[e]; quia indignum est, ut ab externis iudicetur, qui provinciales a se electos debet habere iudices.

20. *Ut nullus metropolitanus[f] aliquorum pontificum suorumque clericorum aut ecclesiarum causas audiat absque omnium conprovincialium episcorum praesentia. Ex sinodo Romana tertia.* Nullus metropolitanus episcopus absque ceterorum omnium conprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas episcoporum[g], quia irritae erunt. Immo nec[h] suorum sacerdotum causas audiat absque praesentia clericorum suorum, quia irrita erit sententia episcopi, nisi praesentia clericorum confirmetur.

21. *De rimanda accusatoris persona. Ex decreto Sixti papae, capitulo* 8. Placuit, ut semper primo in accusatione clericorum persona[i], fides, conversatio et vita blasphemantium perscrutetur; nam fides omnes actus hominis debet praecedere, quia dubius in fide infidelis est: Nec eis omnino esse[k] credendum, qui veritatis fidem ignorant nec rectae conversationis vitam ducunt; quia tales facile et indifferenter lacerant[l] et criminantur recte et pie viventes. Ideo suspicio[m] eorum discutienda est primo et corrigenda.

22. *De personis et accusationum querelis non recipiendis. Ex sexta sinodo Romana capitulo* 11; *cum qua et Nicena sinodus[n] et decreta Iulii et Simmachi papae et alia sinodica concordant.* Accusatores et accusationes, quas seculi leges non adsciscunt, et nos submovemus.

23. *Ut nullus episcopus alterius parrochianum retinere, ordinare aut iudicare praesumat. Ex decima sinodo Romana capitulo* 7; *cum qua et[o] concordat Antiocenum concilium in[o] capitulo* 22. Nullus episcopus alterius parrochianum praesumat retinere aut ordinare absque eius voluntate vel iudicare; quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita et diiudicatio; quoniam censemus nullum alterius iudicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare ullatenus poterit.

24. *De primatu[p] sedis apostolicae, cui episcoporum finitiva iudicia et congregandarum sinodorum privilegia sunt reservata. Et de canonica episcopi vocatione. Ex sinodis Romanis capitulo* 49, *et ex decretis Iulii papae.* Nullus episcopus, nisi canonice vocatus et in legitima sinodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, cui iussione Domini et meritis beati Petri apostoli singularis congregandorum conciliorum auctoritas et sanctorum ac canonum venerandorum patrum decretis multipliciter privata tradita est potestas, super quibuslibet criminibus pulsetur, id est iudicetur, audiatur vel impetatur. Sin aliter praesumptum a quibuslibet fuerit, in vanum deducatur quod egerunt; nec inter ecclesiastica ullo modo reputabitur, nec ullas habebit vires quicquid ei obviaverit: quoniam eadem sedes testante veritatis voce primum primatum obtinuit. Nec prima diceretur, si aliam super se haberet: quae etiam caput est omnium ecclesiarum, a qua omnes sumpsere originem: primatum enim non sinodalibus aut aliquibus commentis meruit institutis, sed Domino largiente, qui ait: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam;* et reliqua talia et his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obviaverit praeceptionibus, non exeat inpunitus, sed gradus sui periculo subiacebit.

25. *Ut si quis metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem audiatur. Ex concilio Calcidonense capitulo* 17. Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem dioceseos aut apud Constantinopolitanae civitatis sedem agat iudicium. Et reliqua.

26. *De accusationis ordine, et ut non facile quisquam accusetur. Ex sexta sinodo Romana capitulo* 9; *cum qua et aliae sanctiones imperatorum et sinodalium episcoporum concordant.* Accusationis ordinem dudum canonicis institutum decretis servare iubemus; ut si forte aliquis clericorum in civili aut criminali causa pulsatur vel in crimine capitis accersitur, non statim reus aestimetur, qui accusari potuit, ne subiectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis aestimatione patiatur. Nec sibi fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.

27. *Ut accusato episcopo[q] liceat appellare apostolicam sedem, si voluerit. Ex edictis synodalibus sub Theodosio imperatore decretis eiusque auctoritate roboratis: quae si quis quaesierit, in suis inveniet epistolarum libris.* Placuit, ut si episcopus accusatus appellaverit Romanum pontificem, id statuendum quod ipse censuerit.

28. *De accusato vel iudicato episcopo, si bonam putaverit[r] habere causam et voluerit a Romano audiri pontifice, a nullo prohibeatur, sed libere hoc ei et absque ullo impedimento concedatur. Ex quibus supra[s], cum quibus et Sardicense concilium, et alia decreta canonum et sancto-*

a) *deest BAL.* b) detinuerit *G.* c) culpabilis *BAL.* d) illi *BAL.* e) inhibemus *BAL.* f) metropolitanorum *G.* g) eorum *G.* h) et *corr.* nec *G.* i) *sic G. corr.* personae k) ee *G. primo scripserat, sed alterum e abrasum est.* l) l. quosque et *BAL.* m) s. prius e. *G.* n) sinodo *G.* o) *deest BAL.* p) prima *G.* q) *deest G.* r) patuerit *corr.* potuerit *G.* s) super *G.*

rum patrum concordant. Ut accusato vel iudicato in aliqua causa episcopo liceat iterare iudicium, et si necesse fuerit aut ipse voluerit, absque ulla detentione aut inpeditione Romanum adire pontificem. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, sua non privetur sede aut dignitate; quoniam dudum a sanctis patribus statutum est, ut accusati nullus usurpet sedem episcopi. *Et alibi*: Adimi episcopo episcopatum, antequam causae eius exitus appareat, nulli christiano videri iure potest. Et reliqua.

29. *Ut dum accusatus vel iudicatus episcopus Romanum appellaverit pontificem, nulla ei lesio fiat, neque aliquis eius arripiat sedem aut in eius loco ordinetur episcopus, antequam eius causa Romani papae sit terminata iudicio. Ex quibus supra, cum quibus et multa sanctorum patrum et canonum*[a] *decreta consentiunt.* Placuit, ut accusatus vel iudicatus a conprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolicae sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus; quoniam quamquam conprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio, quam ipso Domino dictum est: *Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in coelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in coelis.*

30. *De episcoporum appellatione ad*[b] *Romanam ecclesiam, quociens necessitas exposcerit, cui episcoporum et summarum causarum*[c] *negotia singulari privilegio a patribus reservata sunt. Ex quibus supra, cum quibus maxime cuncta canonum et sanctorum patrum decreta concinunt.* Ut omnes episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quociens necesse fuerit, libere apostolicam apellent sedem atque ad ęam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur et liberentur, cuius dispositioni omnes maiores[d] ecclesiasticas causas et episcoporum iudicia antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit. Quoniam culpantur episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiusdem sedis papae fieri placuerit; canonibus quippe iubentibus in talibus absque Romano nil decerni pontifice nec ad synodum episcopum convocari debere, et quicquid ex his eo inconsulto praesumptum fuerit, viribus carere.

31. *De causa Lupicini episcopi. Ex epistola Leonis papae Africanis episcopis directa.* Causam Lupicini episcopi, quia sic nobis placuit, illic[e] iubemus audiri; cui multum et saepius postulanti communionem hac ratione reddidimus, quoniam cum ad nostrum iudicium provocasset[f], immerito eum pendente negotio a communione videbamus[g] fuisse suspensum. Adiectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in praesenti positus aut confutatus aut certe confessus iustae possit subiacere sententiae; ut vacantem locum, quemadmodum disciplina aecclesiastica exigit, is qui consecrabatur acciperet. Si qua[h] vero alia emerserit causa, quae ad statum aecclesiarum et ad concordiam pertineat[i] sacerdotum, illic ob timorem Domini volumus, ut modo ventilentur et de conponendis atque conpositis omnibus ad nos relatio plena mittatur; ut ea, quae iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur. Ex his enim possumus cognoscere, qualiter de ceteris agatur, qualiter nos nil contra statuta maiorum egisse peniteat[k].

32. *De laicis praesumentibus disputare de religione*[l]. *Ex sinodalibus statutis et imperatorum edictis ex libro* 16. *Theodosii imperatoris de his, qui super religione contendunt.* Imperator[m] Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. una cum decreto episcoporum Tatiano[n] praefecto praetorii. Nulli egresso ad publicum disceptandi de religione vel tractandi vel consilii aliquid deferendi[o] patescat occasio. Et si quis posthaec ausu[p] gravi atque dampnabili contra huiusmodi legem veniendum esse crediderit vel insistere motu pestiferae perseverationis audebit, conpetenti poena et digno supplicio coerceatur. Data 16. Kal. Iul. Theodosio augusto bis et Quinegio[q] conss.

33. *De*[r] *epistola Leonis papae ad Theodericum*[s] *Ciri episcopum directa*[t]. Illud, quod nobis propter inprobitatem quorundam monachorum verbo mandasti, specialiter praedictorum patrum statuta firmantes statuimus, ut praeter Domini sacerdotes ab episcopo eiusdem videlicet loci electos nullus audeat praedicare, sive sit monachus sive laicus, qui cuiuslibet scientiae[u] nomine glorietur.

34. *De delatoribus. Ex concilio Helibertano.* Delator si quis extiterit fidelis, et per delationem eius aliquis fuerit praescriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine[v] accipere communionem. Si levior quoque causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catecuminus fuerit, per quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

35. *Clerici accusatores fratrum ad communionem recipiantur, non ad clerum. Ex concilio Cartaginis.* Ut episcopi accusatores fratrum excommunicent; et si emendaverint vitium, recipiant eos ad communionem, non ad clerum.

36. *De praesidibus vel ceteris rem publicam agere volentibus, ne sine litteris episcopi sui communicent. Et cum contra disciplinam egerint*[w], *excommunicentur. Ex concilio Arelatense.* De praesidibus, qui fideles ad praesidatum prosiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant ecclesiasticas, id est communicatorias; ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura illis agatur; ut cum ceperint contra disciplinam agere[x], tum demum a communione excludantur. Similiter et de his, qui rem publicam agere volunt.

37. *Ut clerici vel laici in aliena aecclesia non communicent sine litteris episcopi sui. Ex concilio Cartaginis.* Cassius[y] Velenensis episcopus dixit: Statuat gravitas vestra, ut unusquisque clericus vel laicus non communicet in alia plebe sine litteris episcopi sui.

38. *Item in capitulo*[z] *domni Karoli imperatoris.* Si quis saecularium tam maioris ordinis quam et inferioris peccatum egerit et vocatus sui episcopi auctoritate ad emendationem ac penitentiam venire distulerit, tamdiu sit ab ecclesia extorris et a catholicorum consortio sequestratus, quousque quod inlicite commisit emendet, ac reatum suum usque ad satisfactionem canonice diluat, atque reconciliatione proprii episcopi divinis precibus indulgentiam consequatur et veniam, ecclesiaeque gremio, a cuius utero deviaverat, peracta satisfactione ab eodem per satisfactionem* emendatus episcopo canonice reddatur.

39. *De honore et pace sanctae ecclesiae.* Ut honor et pax atque iustitia sanctae Dei ecclesiae et servorum eius inlaesus ab omnibus conservetur.

40. *De Dei sacerdotibus et ministris altaris.* Ut Dei sacerdotibus et ministris altaris contra canonicam auctoritatem nulla laesio a quoquam fiat.

a) p. canonicum *G.* b) *deest G.* c) summa negotia *BAL.* d) *deest G.* e) *sic BAL. et Leonis ep.* 87. illi *G.* f) provocatus *G.* g) videamus *G.* h) quae v. aliae emerserint causae *BAL.* i) pertineant *BAL.* k) p. Data IV Idus Augusti *BAL.* l) de l. — religione *desunt G.* m) imperatores *BAL.* n) Tratiano *G.* o) differendi *G.* p) usu *G.* q) qui negotio *G.* r) *BAL. praemittit:* Nullus monachus praeter Domini sacerdotes audeat praedicare. De s) *sic G. et Leonis epist.* 63. Theodoritum *BAL.* t) decreta *corr.* directa *G.* u) sententia *G.* v) finem *BAL.* w) erint *G.* x) d. publicam a. *BAL.* y) Cassianus *G.* z) ex capitulis *BAL.*
*) ab eadem satisfactione *G.*

41. *De concordia episcoporum et comitum.* Ut episcopi et comites concordes sint; et comites eorumque ministri episcopis atque eorum ministris in omnibus adiutores existant.

42 [a]. *De incendio et rapina.* Ut incendium vel rapinam in nostro regno nullus faciat. Et fures vel raptores fortiter constringantur, ut nullis [b] sua auferre audeant, nisi gratis tribuantur aut iusto censu exigantur.

43. *De pace custodienda.* Ut pax in nostro regno secundum morem parentum nostrorum omnibus conservetur.

44. *De puella virgine vel vidua.* Ut puellam virginem vel viduam nullus rapiat, nec facere volentibus consentiat.

45. *De banno persolvendo.* Ut ex his singulis bannus noster persolvatur, si a quoquam frustrata haec fuerint [c]; et fideiussores usque ad nostram praesentiam fidissimos comitibus vel missis nostris horum corruptores singuli tribuant, ut [d] iuxta Romanam legem haec corrigantur [e].

46. *De negotio saeculari.* Ministri autem altaris Domini vel monachi nobis placuit ut a negotiis saecularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia saecularia [f]; de his tamen pauca perstrinximus. Ad [g] quae pertinet [h] omnis libido, non solum in inmunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia. Quicquid plus iusto [i] appetit homo, turpe lucrum dicitur. Munera iniusta accipere vel etiam dare, pro aliquo saeculari conquestu pretio aliquem conducere, contentiones et lites vel rixas amare, in placitis saecularibus disputare, excepta defensione orfanorum aut viduarum, conductores aut procuratores esse saecularium rerum, turpis verbi vel facti ioculatorem esse, vel iocum saecularem diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens proposito suo quaerere, in deliciis vivere vel [k] gulam et ebrietatem sequi, pondera iniusta vel mensuras habere, negotium iniustum exercere, non tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diversas; quia legimus sanctos apostolos negotiasse, et in regula sancti Benedicti praecipitur praevidere, per quorum manus negotium monasterii transeat: canes et aves sequi ad venandum, in omnibus, quibuslibet sit causis, superfluum esse. Ecce talia et his similia ministris altaris Domini necnon et monachis omnino contradicimus; de quibus dicit apostolus: *Nemo militans Deo inplicat se negotiis saecularibus.*

47. *De imitatione apostolica.* Apostolus ait: *Imitatores mei estote et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram; non observantes* [l] *eos, qui sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in coelis est.* Sicut Hieronymus in epistola ad Galatas ait: *Aemulantur autem* [m] *bene, qui, cum* [n] *videant vel audiant esse in aliquibus gratias, dona virtutesque, ipsi tales esse desiderant, et fidem, vitam atque industriam eorum, per quae illa meruerunt, nituntur imitari, ut possint ea quoque bona aemulatione digna consequi,* magis quaerentes spiritalia quam carnalia, ut perseveranti gradu ad finem boni operis pervenire possint. Augustinus in libro [o] de agone christianorum, hanc sentenciam interpretans ait: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Quare intellegendum, etiam ipsum apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi, sicut de Domino dixerat, cuius se imitatorem esse profitetur. Imitemur ergo et nos illum, sicut hortatur, et castigemus corpus nostrum et in servitutem redigamus, si mundum volumus vincere. Aliquando quidem suo exemplo Christi nos [p] fieri imitatores iubet dicendo: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Aliquando quidem de se resipiscens ad Deum, ad ipsius nos imitationem hortatur dicens: *Estote imitatores Dei, sicut filii carissimi.* Iam vero demonstrans, quia nihil hanc imitationem ita pariat, quam si ita vivat aliquis, ut bonum eius in commune proficiat atque universis utiliora praevideat, adiunxit: *Ambulate in caritate.* Ideo cum dixisset, *Imitatores mei estote,* continuo de caritate disseruit, quia haec praecipue virtus homines Deo proximos facit.

48. *De canonicis clericis, ut canonice vivant.* In omnibus igitur quantum humana permittit fragilitas decrevimus, ut canonici clerici canonice vivant, observantes divinae scripturae doctrinam et documenta sanctorum patrum, ut [q] nil sine licentia episcopi sui vel magistri eorum composite agere praesumant.

49. *De his, qui servos suos extra iudicem necant.* Si quis servum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione vel penitentia biennii reatum sanguinis emundabit.

50. *De his, qui ad pacem non revertuntur.* Placuit, ut, sicut plerumque fit, quicumque odio aut longinqua inter se lite discesserint et ad pacem revocari diuturna intentione nequiverint, a civitatis primitus sacerdotibus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiae coetu iustissima excommunicatione pellantur.

51. *De his, qui intrant in ecclesiam et propter nimiam luxuriam suam a sacramento se abstinent.* Si quis intrat in ecclesiam Dei et sacras scripturas non audit et pro luxuria sua avertit se a communione sacramenti et in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinae, istum talem proiciendum de ecclesia catholica esse decernimus, donec poenitentiam agat et ostendat fructum penitentiae suae, ut possit communione percepta indulgentiam promereri.

52. *De clericis vel laicis.* De clericis vel laicis a communione submotis ab aliis non recipiendis episcopis.

53. *De clericis adversus invicem negotia propria habentibus.* Non oportet clericos habentes adversus invicem negotia proprium episcopum relinquere et ad saecularia iudicia convolare.

54. *De eo, qui excommunicatus ante audientiam communicare praesumpserit.* Si quis excommunicatus ante audientiam communicare praesumpserit, ipse dampnationem in se protulit.

55. *De potente, qui aliquem expoliaverit.* Si quis potentium quemlibet expoliaverit et admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

56. *Quod ecclesiarum omnium dotes ad episcopi ordinationem debeant pertinere.* Multi contra canonum constituta sic ecclesias, quas aedificaverint, postulant consecrari, ut dotem, quam eius ecclesiae contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum et in praeterito displicet et in futuro prohibetur; sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

57. *De his, quae a fidelibus in parrochitanis basilicis offeruntur.* De his, quae parrochiis in terris, vineis, mancipiis atque peculiis quicumque [r] fideles obtulerint, antiquorum canonum instituta serventur, et omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen, quae in altario accesserint, tertia pars [s] fideliter episcopis deferatur.

58. *De quatuor portionibas aecclesiasticis.* Quod in unaquaque ecclesia, cui episcopus praeest, quatuor tam de reditibus quam de oblatione [t] fidelium fieri debeant

a) *cum capp.* 42—45 *cf. Capitulare de banno dominico T. I. pag.* 34. b) nullus *corr.* nullis *G.* non ulli *BAL.* c) fecerint *G.* d) et *G.* e) corrigant *G.* f) singularia *G.* g) *deest G.* h) pertinent *G.* i) iniusto *G.* k) vivere velle g. *BAL.* l) observetis *BAL.* m) ait *BAL.* n) quicunque v. *BAL.* o) primo *BAL. addit, quum unum tantum scripserit Aug.* p) christianos *G.* q) et *BAL.* r) quaecumque *BAL.* s) *deest G.* t) oblationibus *BAL.*

portiones; ut una sit episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, et quarta fabricis aecclesiasticis adplicetur.

59. *De eo, qui anathematis poenam parvi duxerit. Ex epistola papae Gelasii.* Ut si quis anathematis poenam parvi duxerit, etiam documento, quo se putat praedium possidere, frustretur, liceatque cuilibet ecclesiasticae personae vocem contradictionis adferre et cum fructibus praeteriti temporis eadem praedia alienata reposcere.

60. *De his qui contemptores canonum extiterint laicis.* Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici honore priventur.

61. *Ut populus ante completam missam et benedictionem acceptam egredi non praesumat.* Cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat, quam missae sollempnitas conpleatur. Et ubi episcopus fuerit, benedictionem accipiant sacerdotis. Sacerdote autem verbum in ecclesia faciente qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

62. *De his, qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolvunt.* Si quis eorum, qui continentiae student, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita superbiendo dissolvit stimulo suae cogitationis impulsus, anathema sit.

63. *Ut sacramentum caticuminis non praebeatur.* Item placuit, ut etiam per sollempnissimos paschales dies sacramentum corporis et sanguinis Domini caticuminis non detur, nisi solitum salis; quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec caticuminos oportet mutare. Quae forma etiam a publice penitentibus omnino sequenda est.

64. *De his, qui rebaptizati vel reconfirmati sunt, quid sit agendum.* De his, qui rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento lapsi sunt, placuit, ut circa eos illa Nicenae sinodi statuta serventur, quae de praevaricatoribus constituta esse noscuntur; id est ut annis septem inter caticuminos orent, et duobus inter catholicos; et postea moderatione et clementia episcopi fidelibus in oblatione et eucharistia communicent. Quam formam sequantur et reconfirmati.

65. *De clericis, qui ad saecularium defensionem confugiunt propter districtionem episcopi.* Placuit, ut clericus, si relicto officio suo propter districtionem ad saecularem[a] fortasse confugerit, et is ad quem recurrit, solatium defensionis[b] inpenderit, cum eodem de ecclesiae communione pellatur.

66. *De turpiloquiis.* Clericos scurriles et verbis turpibus ioculares ab officio detrahendos.

67. *De clericis, qui in convivio cantare praesumpserint.* Clerici inter epulas cantantes supradictae sententiae severitate coerceantur.

68. *Ne clericus per creaturas iuret.* Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum; si perstiterit in vitio, excommunicandum.

69. *Ne ante horam diei tertiam quis ad convivium pergat nec ante benedictionem manducet.* Non oportere[c] clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos nisi hymno dicto edere panem, et post cibos gratias auctori Deo referre.

70. *Ut presbiter, si inconsulto episcopo agendam celebraverit, honore privetur. Ex concilio Cartaginis.* Numidius episcopus Massilitanus[d] dixit: In quibusdam locis sunt presbiteri, qui aut ignorantes simpliciter aut dissimulantes audacter praesente et inconsulto episcopo cum pluribus[e] in domiciliis agunt agendam. Quod disciplinae incongruum esse cognoscit sanctitas vestra. Genilius episcopus dixit: Fratres et coepiscopi nostri dignae suggestioni tuae respondere propter ignorantiam non morantur. Ab universis episcopis dictum est: Quisquis presbiter inconsulto episcopo agendam in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

71. *Ne presbiter benedictionem vel poenitentiam in ecclesia dare praesumat.* Benedictionem super plebem in ecclesia fundere aut poenitentem in ecclesia benedicere presbitero penitus non licebit.

72. *Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.* Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium provehendi.

73. *Si qui clerici ab episcopis suis promoti contenderint*[f]*, nec illic maneant, unde recedere noluerint. Ex concilio Cartaginis.* Placuit, ut quicumque clerici vel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum non optemperaverint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promovere, nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.

74. *Ex decretis papae Gregorii iunioris, de incestis.* Si quis consobrinam duxerit in coniugium, anathema sit. *Et*[g] *paulo post infert et dicit.* Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit duxerit uxorem, anathema sit. Et Dominus in lege divina ait: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem eius.* Et paulo post: *Nec accedat ad uxorem eius, qui sibi affinitate coniungitur.* Item unde supra. *Nullus certi gradus consanguineam in coniugium accipiat aut sibi sceleratis nuptiis desideret copulari.* Item ex dictis episcoporum et imperatorum Theodosii et aliorum: *In septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec affinitas invenitur nec successio potest amplius prorogari.*

75. *Item de incestis. Ex epistolis Gregorii papae sancto*[h] *Bonifacio Mogontiae archiepiscopo missis.* Progeniem suam unumquemque usque ad septimam observare decernimus generationem, et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos[i], ad huius copulae non accedere societatem. Et[k] in sanctis canonibus spiritu Dei conditis de incestis habetur insertum[k]: *Incestis coniunctionibus nihil prorsus veniae reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint.* Incestos vero nullo coniugii nomine appellandos sanccimus; sed quibus inlicita coniunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.

76. *De sacramento catecuminis non dando in diebus sollempnibus paschae.* Ut per sollempnissimos paschales dies sacramentum caticuminis non detur, nec eis, qui a liminibus ecclesiae sunt exclusi, neque eis ante canonicam reconciliationem, qui publicam gerunt poenitentiam, nisi benediccione salis.

77. *De his, qui solo convivio gentilium vel escis*[l] *immolatitiis usi sunt*[m]. Qui convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt, possunt ieiuniis et manus inpositione purgari, ita ut deinceps ab idolothitis abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adoraverunt aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per poenitentiam publicam non oportet admitti.

78. *De familiaritate extranearum.* Ut nullus familiaritatem extranearum mulierum praesumat habere. Et qui inventus fuerit, acrius[n] corrigatur.

79. *Ne mulieres monasterium monachorum ingrediantur.* Ut mulieres monasterium monachorum nullatenus ingrediantur.

80. *Ut omnibus vespertinis et matutinis horis oratio dominica dicatur.* Placuit, ut omnibus diebus post ma-

a) saeculare *G.* b) s. ei d. *BAL.* c) oportet *BAL.* d) Maxilitanus *G.* e) cum plura *G.* f) contempserint *BAL.* g) *Verba:* et p. p. i. et d.; *tum* et D. in l. divina; *tum* et paulo post; *tum* item unde supra; *denique* item ex d. — aliorum *G. minio scripsit, sex ita capita ex uno faciens.* h) *deest BAL.* i) propinquitate quos (*superscr.* vel eos) ad *G.* k) *minio scripsit G.* l) suis *G.* m) *BAL. rubro addit.* Aut quod hi qui homicidia vel alia capitalia perpetrant flagitia, non nisi per publicam poenitentiam sanari possunt. n) severius *BAL.*

tutinas et vesperas oratio [a] dominica a sacerdote proferatur.

81. *De his, qui sibimetipsis quoquo modo mortem inferunt; et de his, qui pro suis sceleribus puniuntur* [b]. Placuit, ut hii, qui sibi ipsis aut ferro aut veneno aut praecipitio aut suspendio vel quolibet modo violenter inferunt mortem, nulla de [c] illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur; multi enim sibi cum ignorantia [d] usurparunt. Similiter et de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur.

82. *De verbo otioso.* Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in [e] die iuditii; multo magis damnantur noxia verba loquentes. Otiosum quippe verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iustae necessitatis caret; attamen [f] in die iudicii de eo rationem reddant [g].

83. *De eo, qui hominem peremerit.* Qui occiderit hominem, iuxta canonicam poeniteat sanctionem, et ab ecclesia prius proiciatur; ubi prostratus in terram in cinere et cilicio in [h] introitum et exitum populi semper iaceat humiliter postulans, ut pro se orare non dedignentur. Et hoc usque ad satisfactionem ecclesiae et sacerdotum agat pane tantum et aqua fruens, nisi humanius erga eum episcopo agere placuerit, cuius ditioni subsistit.

84. *De sartatectis ecclesiarum, quae ex donis fiunt eisdem conlatis, ut in potestate episcopi revocent* [i], *quaecumque colligata fuerint.* Quaecumque pro sartatectis [k] ecclesiis fuerint colligata, in potestate pontificis aut presbiteri vel servientium sanctorum locorum secundum voluntatem conferentis ad se debeant revocare. Quod si aliquis haec inde abstraxerit, rapuerit furatusve fuerit, vel ea fraudaverit aut vastaverit seu quocumque commento [l] alienaverit, sciat se esse canonice excommunicatum, quoadusque [m] ea, quae abstulit, studeat reformare.

85. *Ne presbiterum, diaconum, aut clericum aliquem ullus iudex secularis absque consensu episcopi sui distringat.* Ut nullus iudex neque presbiterum neque diaconum aut clericum aut iuniorem ecclesiae sine scientia pontificis per se distringat aut condempnare praesumat.

86. *De libertis, ut a sacerdotibus defensentur.* Liberti quorumcumque [n] ingenuorum a sacerdotibus defensentur nec ad publicum [o] ullatenus revocentur.

87. *Ne aliquis clericus pro quacumque occasione ex hoc* [p] *extraneam mulierem in domo suo habeat.* Nullus ergo deinceps clericorum pro occasione necessitatis vestes faciendi [q] aut causa ordinandi domus extraneam mulierem in domo sua habere praesumat.

88. *Ex epistola* [r] *beati Gregorii papae Bonifacio archiepiscopo missa, in* [s] *qua inter cetera ita legitur decretum de viduis* [s]. Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater carissime, credo te nosse a sancto apostolo Paulo et a multis sanctis patribus, nisi convertantur, olim esse dampnatas; quas et nos apostolica auctoritate dampnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesiae arcendas fore censemus, usquedum oboediant episcopis suis et ad bonum, quod coeperunt, invitae aut voluntariae revertantur. De virginibus autem non velatis, si deviaverint, a sanctae memoriae [t] praedecessore nostro papa Innocentio taliter decretum habemus: *Hae vero, quae necdum sacro velamine tectae tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatae non fuerint, si nupserint, his agenda aliquanto tempore poenitentia est; quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit?* et cetera. Nam si virgines nondum velatae taliter poenitentia publica puniuntur et a coetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduae, quae perfectioris aetatis et maturioris sapientiae atque consilii existunt virorumque consortio multotiens usae sunt et velari se permiserunt habitumque religionis assumpserunt, et demum apostataverunt atque ad priorem vomitum [u] sunt reversae, a nobis et ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiae et coetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandae et carceribus tradendae; qualiter iuxta beatum apostolum Paulum tradentes huiusmodi hominem Satanae in interitum carnis [v], ut spiritus salvus sit in die Domini. De talibus enim et Dominus per Moysen loquitur dicens: *Auferte malum de medio vestri.* De quibus et per prophetam ait: *Laetabitur iustus, cum viderit vindictam; manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* De talibus namque eorumque similibus atque eisdem consentientibus, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt, rei sunt, Dominus per eundem prophetam David loquitur dicens: *Videbas furem et* [w] *currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas;* et multa talia, eorumque similia. Tales vero personae indubitanter adulterae esse manifestantur; quoniam relicto immortali sponso ad anteriorem ut canes ad proprium reversae sunt vomitum, et apostatae factae inlicita ac sacrilega se contagione polluentes viris mortalibus se conglutinaverunt: quae etiam iuxta eundem Paulum apostolum eo quod viduitatis propositum dimiserunt, et fidem quam cum Deo pepigerunt frangere praesumpserunt, atque primam fidem praevaricaverunt, sunt dampnandae, a nobisque et vobis atque a reliquis nostri ordinis viris, a singulis videlicet sua in diocesi, a liminibus ecclesiae et a coetu fidelium usque ad satisfactionem, ut praedictum est, sunt eliminandae. A talium autem consortio et societate omnes fideles in omnibus abstinere mandamus. Super quibus etiam placuit, quousque in ipso detestando et inlicito atque sacrilego carnis contubernio perseverant, ut nullus christianorum, nisi quibus proprius studio corrigendi iusserit episcopus, cum eis in quoquam communicet aut ad domum, in qua sunt, accedat; cum quibus etiam, ut iamdictus sanctus praecipit apostolus, nulli fidelium cibum sumere licet. Quod si quis ex his quicquam temptare aut temerare praesumpserit, pari cum eis excommunicationis sententia feriatur.

89. *De decimis, quae ecclesiis dantur, ne eas presbiteri vendere praesumant.* Ut non praesumant presbiteri decimas [x] vendere, quae in pauperum et [y] ecclesiarum usibus dantur, sicut hactenus mirabile dictu in horreis veteratae sunt [z] ad thesaurorum cumulum. In cuius [*] testimonio multi pauperum de manibus sacerdotum requirendi moriuntur. Sed ubi Deo largiente abundaverint, ad sustentationem pauperum parentur tali in tempore.

90. *De pauperibus a presbiteris colligendis.* Ut presbiteri cotidie duos vel tres pauperes colligant ad lavandos pedes.

91. *De praediis* [a], *quae presbiteri post ordinationem suam emerint.* Ut presbiteri post ordinationem suae paupertatis praedia comparantes testamenta aecclesiis confirment. Sin aliter, ut fraudatores removeantur [b].

92. *Ut presbiteri ad tractanda eorum ministeria ad civi-*

a) et o. *G.* b) De h. q. sibi quacunque neglegentia m. i. ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Similiter et de *BAL.* violente *G.* c) *deest G.* d) per ignorantiam *BAL.* e) h. reddent Deo r. in *BAL.* f) aut tamen *G.* g) ratio reddetur *BAL.* h) *deest G.* i) revocentur *BAL.* k) sarta tecti *G.* l) momento *G.* m) quousque *BAL.* n) quocumque *G.* o) publicam penitentiam *G.* p) e. h. *desunt BAL.* q) vestis faciendi *corr.* faciendę *G.* r) exempla *G.* s) in—viduis *desunt BAL. qui verba* de viduis *initio rubri ponit.* t) sancta memoria *G.* u) votum *G.* v) in i. c. *desunt G.* w) *deest BAL.* x) de decimis *G.* y) *deest G.* z) *deest BAL.* *) c. rei t. *BAL.* a) praesidiis *G.* b) promoveant *G.*

tates veniant. Ut presbiteri singillatim sub dispositione episcopi in civitatibus veniant ad tractanda ministeria [a].

93. *De his, qui communicaverint, ut tribus horis suspendantur propter cibi commixtionem.* Ut doceantur communicantes duabus vel tribus suspendere horis propter admixtionem cibi.

94. *De satisfaccione cotidiana sacerdotum.* Ut sicut sine culpa nemo cotidie existit [b], ita sine cotidiana satisfaccione nullus esse debet, etiam sacerdotum vel christianorum.

95. *De eo, qui sine consensu episcopi presbiterum de ecclesia eiecerit vel constituerit.* De his, qui sine consensu episcopi presbiteros in ecclesiis suis constituunt vel de ecclesiis eiciunt, et ab episcopo vel a quolibet misso dominico admoniti oboedire noluerint; ut bannum nostrum rewadiare cogantur et per fideiussores ad placitum nostrum venire iubeantur. Et tunc nos decernamus, utrum nobis placeat, ut aut illum bannum persolvat [c] aut aliam harmiscaram sustineat [d].

96. *De ecclesiis inter heredes divisis.* De ecclesiis, quae [e] inter coheredes divisae sunt, consideratum est, quatinus si secundum providentiam [f] et [g] admonitionem episcopi ipsi coheredes eas [h] voluerint tenere, et honorare faciant: sin autem hoc contradixerint, ut in episcopi potestate maneat, utrum eas ita consistere permittat, aut reliquias exinde auferat. Et ubi ad nostrum beneficium ecclesiae pertinentes ita divisae inventae fuerint, ut describatur et nobis renuntietur.

97. *De destructione aecclesiarum.* De aecclesiis destructis, ut episcopi et missi inquisitionem faciant, utrum per neglegentiam aut impossibilitatem destructae sint. Et ubi neglegentia inventa fuerit, episcopali auctoritate emendare cogantur, qui eas [i] restaurare debuerant. Si vero per [k] inpossibilitatem contigit, ut aut pluriores sint quam necesse sit, aut maioris magnitudinis quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inveniat, qualiter congrue emendari et consistere possint.

98. *Ne de manso ecclesiae dato contra sanccita [l] servitium exigatur.* De uno manso ad ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicumque pro hac causa accusatus fuerit, comes vel missi hoc, quod inde subtractum est presbiteris, cum sua lege restitui faciant.

99. *De nonis et decimis, quas quidam dare neglegunt.* De illis, qui nonas [m] et decimas iam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus, ut per missos nostros constringantur, ut secundum capitularem priorem solvant unius anni nonam et decimam cum sua lege et insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuntietur, quod quicumque hanc neglegentiam iteraverit, beneficium, unde haec nona et decima persolvi debuit, amissurum se sciat. Ita enim continetur in capitulare bonae memoriae genitoris nostri in libro primo [n]: *Ut qui ecclesiarum beneficia habent, nonam et decimam ex eis ecclesiae, cuius res sunt, donent. Et qui tale beneficium habent et ad medietatem laborant, ut de eorum portione proprio presbitero decimas donent.* Item in capitulari nostro, in libro 2, cap. 21 de eadem re: *De nonis quidem et decimis, unde et genitor noster et nos frequenter et in diversis placitis admonitionem fecimus et per capitularia nostra qualiter haec observentur ordinavimus, volumus atque iubemus, ut de omni conlaborato et de vino et foeno fideliter* [o] *et pleniter ab omnibus nona et decima persolvatur. De nutrimine vero pro decima, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen episcoporum fuerit, qui argentum pro hoc accipere velit, in sua maneat potestate, iuxta quod ei et illi, qui hoc persolvere debet, convenerit.*

100. *De eo, qui decimam dare neglexerit ecclesiae, cuius esse debet, alterique ecclesiae eam dederit.* Quicumque decimam abstrahit de ecclesia ad quam per iustitiam dari debet, et eam praesumptiose vel propter munera aut amicitiam vel aliam quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.

101. *De decimis a populo dandis.* De decimis, quae populus dare non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit, ut nec episcopum nec comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad praesentiam nostram venire compellatur; ceteri vero distringantur, ut inviti aecclesiae restituant, qui voluntarie dare neglexerunt.

102. *De his, qui ecclesias restaurare neglegunt de rebus earum, quas in beneficium habent.* Quicumque de rebus aecclesiarum, quas in beneficium habent, restaurationes earum facere neglexerint, iuxta capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis et decimis constitutum est, sic de illis impleatur, id est in libro 4, capitulo 38: *De opere namque et restauratione ecclesiarum consideratum est, ut de frugibus terrae et animalium nutrimine una cum aliis rebus omnibus pleniter persolvantur, ut fiat secundum praeceptum euangelicum, ubi ait:* Decimas omnium do, quae possideo; *et reliqua. De opere vero vel restauratione aecclesiarum comes et episcopus sive abbas una cum misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum, quantum ipse de rebus aecclesiarum habere cognoscitur. Similiter et vassi nostri aut in commune tantum* [p] *operis accipiant, quantum rerum ecclesiarum habent, vel unusquisque per se iuxta quantitatem, quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donent, iuxta aestimationem operis in argento persolvant; cum quo pretio rector ecclesiae ad praedictam restaurationem operarios conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum lege sua restituat, insuper et bannum nostrum solvat: ut ita castigatus caveat, ne saepius iterando beneficium amittat.*

103. *De his, qui agros dominicatos excolere neglexerint* [q], *ne* [r] *nonas ex eis persolvant.* De illo [s], qui agros dominicatos propterea neglexit excolere, ut nonas et decimas exinde non persolvat, et alienas terras ad excolendum propter hoc accipit, volumus, ut de tribus annis ipsam nonam cum sua lege persolvat. Et si quis contemptor aut comitum aut missorum nostrorum propter hoc extiterit, per fideiussores ad palatium venire conpellatur.

104. *Item alia capitula* [t]. De beneficiis destructis hoc observetur, quod in capitulare priori continetur, id est in libro 4 capitulo 36, de eo qui beneficium desertum fecerit [u]. *Quicumque beneficium suum occasione proprii desertum habuerit, et intra annum, postquam ei a comite vel misso nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.*

105. *De malis scabinis eiciendis.* Ut missi nostri ubicumque malos scabinos inveniunt, eiciant et totius populi consensu in locum eorum bonos eligant. Et cum electi fuerint, iurare faciant, ut scienter iniuste iudicare non debeant.

106. *De melioribus et veracibus eligendis.* Ut in omni comitatu hi, qui meliores et veraciores inveniri possunt, eligantur a missis nostris ad inquisitiones faciendas et rei veritatem dicendam; et adiutores comitum sint ad iustitias faciendas.

107. *De scabinis, qui propter munera aut amicitiam*

a) mysteria *G.* b) *deest G.* c) persolvant *BAL.* d) sustineant *BAL.* e) qui *G.* f) provinciam *G.* g) *deest G.* h) eos *G.* i) eis *G.* k) *deest G.* l) sanccitate *G.* m) annonas *G.* n) p. capitulo 157 *BAL.* o) feliciter *G.* p) tanti *G.* q) neglegunt *BAL.* r) *deest G.* s) illis *G.* t) *BAL.* De beneficiis destructis. u) de — fecerit *novi capitis rubrum est G.*

iniuste iudicaverint. Volumus, ut quicumque de scabinis deprehensus fuerit propter munera aut propter amicitiam vel inimicitiam iniuste iudicasse, ut per fideiussores missus ad praesentiam nostram veniat. De cetero omnibus scabinis denuntietur, ne quis deinceps etiam iustum iudicium vendere praesumat.

108. *De legitimis et rationabilibus commutationibus aecclesiarum Dei.* Ubi commutationes tam tempore nostro quamque genitoris nostri legitimae et rationabiles atque utiles ecclesiis factae sunt, permaneant. Ubicumque vero inutiles et incommodae atque inrationabiles factae sunt, dissolvantur; et recipiat unusquisque, quod dedit. Ubi vero mortua manus interiacet, aut alia quaelibet causa, quae rationabilis esse videatur, inventa fuerit, diligenter describatur et ad nostram notitiam perferatur.

109. *De eo, qui comprobatus fuerit testes in periurium scienter induxisse.* Quicumque comprobatus fuerit de eo, quod scienter testes in periurium induxisset, sub fideiussione ad palatium nostrum venire conpellatur, ut ibi[a] cum fidelibus nostris consideremus, quid de tali homine[b] faciendum sit.

110. *Ut nummos bonos nullus respuat.* De bonis denariis, quos populus recipere non vult, volumus, ut hoc observetur et teneatur, quod in priori capitulare nostro conscriptum est, id est in libro quarto[c]: *Quicumque liber homo vel in emptione vel in debiti solutione denarium merum et bene pensantem recipere noluerit, bannum nostrum, id est sexaginta solidos, conponat. Si vero servi ecclesiastici aut fiscalini nostri aut comitum aut vasallorum nostrorum hoc facere praesumpserint, sexaginta ictibus vapulent. Et si actores nostri aut aliorum vel advocati eos missis nostris vel comitibus iussi praesentare noluerint, praedictum bannum, id est sexaginta solidos, conponant.* Et ad hanc constitutionem nostram adimplendam episcopi et abbates, sive reliqui qui beneficia nostra habent, adiuvent comites in suis hominibus distringendis. Et si comites hanc nostram constitutionem neglexerint, hoc per missos nostros ad nostram noticiam perferatur.

111. *De collectis malis omnimodis inhibendis.* Collectae ad male faciendum fieri omnimodis prohibeantur; et ubicumque huiusmodi praesumptiones factae fuerint, digna emendatione corrigantur. Et si per neglegentiam comitis vel factae sunt vel inemendatae remanserunt, hoc ad nostram notitiam perferatur. Auctor vero facti si fuerit praepositus vel advocatus sive centenarius vel qualibet alia dignitate praedita[d] libera persona, post legalem emendationem in loco factam sub fideiussoribus ad nostram praesentiam veniat. Multitudo vero, sive de servis sive de liberis sit, legitima emendatione multetur.

112. *Ut pontes publici, qui destructi fuerint, iterum extruantur*[e]. De pontibus publicis destructis placuit nobis, ut hii, qui iussionem nostram in reparandis pontibus contempserunt, volumus ac iubemus ut omnes homines nostri in nostram veniant praesentiam rationes reddere, cur nostram iussionem ausi sunt contempnere. Comites autem reddent[f] rationem de eorum pagensibus, cur eos aut non constrinxerunt, ut hoc facerent, aut nobis nuntiare neglexerunt. Similiter et de iniustis teloneis, ubicumque accipiuntur, sciant se exinde nobis rationem reddituros.

113. *De examine aquae frigidae.* Ut examen aquae frigidae, quod hactenus faciebant, a missis nostris omnibus interdicatur, ne ulterius fiat[g].

114. *De reversione comitis et pagensium de hostili*[h] *expeditione, ut ex eo die super quadraginta dies sit bannus resisus.* Postquam comes et pagenses de qualibet[i] expeditione hostili reversi fuerint, ex eo die super quadraginta noctes sit bannus resisus[k], quod lingua Theodisca scatslegi[l], id est armorum depositio, vocatur.

115. *De audientia regis.* Et[m] *ut comites et missi dominici maximam curam habeant pauperum.* Hoc missi nostri notum faciant comitibus et populo, quod nos in omni ebdomada unum diem ad causas audiendas et iudicandas sedere volumus. Comites autem et missi nostri magnum studium habeant, ne forte propter eorum neglegentiam pauperes crucientur et nos taedium propter eorum clamores patiamur, si nostram gratiam habere velint. Populo autem dicatur, ut caveat de aliis causis se ad nos reclamare, nisi de quibus aut missi nostri aut comites eis iustitias facere noluerint.

116. *De inferenda a vicariis vel aliis missis comitum exigenda.* Quicumque vicarii vel alii ministri comitum tributum, quod inferenda vocatur, maioris pretii a populo exigere praesumpserit[n], quam a missis bonae memoriae genitoris nostris constitutum fuit, hoc est duos solidos pro una vacca: hoc quod iniuste superposuit atque abstulit sibique retinuit, his quibus hoc tulit, cum sua lege restituat, et insuper fredum nostrum conponat et ministerium amittat.

117. *De eo, qui propter cupiditatem rerum quemcunque propinquorum*[o] *interfecerit.* Quicumque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem aut fratrem aut sororem vel nepotem aut alium propinquum suum interfecerit, hereditas interfecti ad alios suos legitimos heredes perveniat; interfectoris vero hereditas in fiscum redigatur. Ipse vero ordinante episcopo publicae poenitentiae subdatur.

118. *De cuiuslibet propria uxore dimissa vel sine culpa interfecta.* Quicumque propria uxore derelicta vel sine culpa interfecta, aliam duxerit, armis depositis, publicam agat poenitentiam. Et si contumax fuerit, comprehendatur a comite et ferro vinciatur, et in custodiam mittatur donec res[p] ad nostram notitiam deducatur.

119. *De eo, qui res alienas cuilibet homini vendiderit.* Quicumque res alienas cuilibet homini vendiderit, et ipse homo easdem res alicui alteri dederit sive vendiderit, et ipse qui tunc easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti iustitiae tollendae causa tradiderit; volumus atque firmiter praecipimus, ut si pater eiusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem pater mortuus est, tunc legitimus eius propinquus, qui iuste ei tutor aut defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere conpellatur. Similiter de aliis omnibus iustitiis ad eum pertinentibus; excepta sua legitima hereditate, quae ei per successionem parentum suorum legitime evenire debuit. Quod si quis hanc nostram iussionem contempserit vel neglexerit, sicut de ceteris contemptoribus, ita de eo agatur. Is vero, qui easdem res primus invaserit et iniuste vendidit, necnon et emptores, excepta sola persona parvuli, hoc, quod fraudulenter admiserunt, intra patriam emendare cogantur. Et postea sicut contemptores iussionis nostrae sub fideiussoribus ad nostram praesentiam venire compellantur.

Anno feliciter 11. regni domni nostri Karoli gloriosissimi regis in mense Martio, qualiter congregatis in unum sinodali concilio episcopis, abbatibus, virisque inlustribus, una cum comitibus, secundum Dei voluntatem pro causis opportunis censentur[q] decreta.

120. *De metropolitanis.* De[r] metropolitanis, ut epis-

a) *sic G. corr. ex* ubi, *quod habet et BAL.* b) n. *usque* h. *desunt G.* c) *cap.* 30 *addit BAL.* d) praedicta *G.* e) *hoc in codice G. non rubrum est, sed uno cum reliquis tenore scriptum, duobus capitibus ita coniunctis.* f) reddant *BAL.* g) faciat *G.* h) consili *G.* i) qualicunque *BAL.* k) *G. in margine:* vel recisus l) scatflegi *G.* m) d. a. r. et *desunt G., ubi priora capitis verba usque ad* volumus *in fine praecedentis posita sunt.* n) praesumpsit *G.* o) p. suorum *BAL.* p) *deest BAL.* q) c. utiliter esse d. *BAL.* r) De metropolitanis *desunt G.*

copi suffraganei eis adiutores[a] sint, et ea, quae erga ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendent atque corrigant.

121. *De episcopis ordinandis.* De episcopis. Ubi in praesens episcopi ordinati non sunt, sine tarditate ordinentur.

122. *De monasteriis sub regula constitutis.* Ut monasteria, quae sub regula fuerint, sub regula vivant. Similiter et monasteria puellarum ordinem sanctum custodiant. Et unaquaeque abbatissa in suo monasterio sine intermissione resideat.

123. *De potestate episcoporum super presbiteros et clericos.* Ut episcopi de presbiteris et clericis infra illorum parrochiam potestatem habeant secundum canones.

124. *De incestuosis hominibus.* Ut episcopi incestuosos homines emendent et magnam diligentiam habeant ex eis. Sed et de viduis infra suam parrochiam potestatem habeant ad corrigendum.

125. *De alterius clerico episcopi non recipiendo nec ordinando.* Ut non liceat alterius clericum recipere nec ordinare ad aliquem gradum.

126. *De homicidis, qui secundum legem mori debent.* Ut homicidae vel ceteri rei, qui legibus mori debent, si ad aecclesiam confugerint, non excusentur; et si se emendare[b] noluerint, nullus eis victus detur.

127. *De decimis dandis.* De decimis. Ut unusquisque suam decimam donet atque per iussionem episcopi dispensetur.

128. *De latronibus ad placitum comitis exhibendis.* Ut latrones de infra emunitatem[c] illi iudices in comitis placitum praesentent. Et qui hoc non fecerit, beneficium et honorem perdat. Similiter vassi nostri si haec non adimpleverint, beneficium et honorem perdant; et qui beneficium non habet, bannum solvat[d].

129. *Ut periurium quis faciens manum perdat.* De eo, qui periurium fecerit, ut nullam redemptionem solvat, sed manum perdat. Quod si accusator contendere voluerit de ipso periurio, stent ad crucem; et si iurator vicerit, lege sua accusator emendet. Hoc vero de minoribus causis observandum. De maioribus vero rebus aut de statu ingenuitatis secundum legem custodiant.

130. *De vindicta et iudicio latronum.* De vindicta et iudicio in latrones facto testimonio episcoporum absque peccato comitis esse dicunt, ita tamen, ut absque invidia aut occasione mala nihil aliud ibi interponatur nisi vera iustitia ad perficiendum. Quod ipse qui per odium vel malum ingenium nisi pro iustitia facienda hominem punierit, honorem suum perdat, et legibus, contra quem iniuste fecit, secundum poenam quam intulit emendet.

131. *Ut regia sanccita inviolate custodiantur.* Ea vero, quae bonae memoriae genitor noster in suis placitis et synodis constituit, conservare volumus.

132. *De rebus ecclesiarum, de quibus census exeunt, decimae et nonae solvantur.* De rebus vero ecclesiarum, unde nunc censa exeunt, decimae et nonae cum ipso censo solvantur; et unde antea non exierunt, similiter nonae et decimae dentur. De casatis[e] vero sexaginta solidi quinque, de triginta solidi duo et dimidius, de quindecim transmissi[f] quatuor. Et precariae modo renoventur. Et ubi non sunt scriptae, fiat descriptio inter conventores de verbo nostro. Et qui praedicta facere noluerint et spontanea voluntate haec tria persolvere et precarias accipere citissime distulerint, perdant beneficia, quae habebant; quae tamen ecclesia, unde erant, absque ullius contradictione vel impedimento in perpetuum sibi vindicet.

133. *Ut de cerariis ita fiat, sicut constitutum est.* De cerariis et tabulariis ac cartelariis[g] ita fiat, sicut tempore longo decretum est.

134. *Ne aliquis pro gildonia sacramentum facere audeat.* De sacramentis pro gildonia invicem coniurantibus, ut nemo facere praesumat. Alio vero modo de illorum elemosinis aut de incendiis aut de naufragiis, quamvis conibentiam faciant, nemo in hoc iurare praesumat.

135. *Ut palatium pergentes nemo adsalire audeat.* De iterantibus, qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos per collectam nemo sit ausus adsalire. Et nemo herbam alterius defensionis tempore praesumat tollere, nisi in hostem pergat aut missus noster sit.

136. *De teloneis, sicut a longo decretum est, servetur.* De teloneis, qualiter antea forbanniti fuerunt, observetur, ut nemo tollat nisi quod ab antiquo tempore statutum erat.

137. *De mancipiis non vendendis nisi in praesentia rectorum.* De mancipiis, ut non vendantur nisi aut in praesentia episcopi vel comitis aut in praesentia archidiaconi aut centenarii aut vicedomini aut iudicis comitis aut ante bene nota testimonia. Et ut foris marcam nemo mancipia vendat. Et qui hoc fecerit, tantas vices bannum solvat, quanta mancipia vendidit. Et si non habet pretium, in wadium pro servo semetipsum comiti donet, usque dum ipse bannum solvat.

138. *De loricis extra regnum non vendendis.* De bruniis, ut nullus foras nostro regno vendere praesumat.

139. *De comite iustitias non faciente.* Si comes in suo ministerio iustitias non fecerit, missis nostris de suis exeniis serviat, usque dum iustitiae ibi factae fuerint. Et si vassus noster iustitias non fecerit, tunc et comes et missus noster ad ipsius casam sedeant et de suo vivant, usque iustitias faciat.

140. *De eo, qui propter faidam[h] pretium recipere noluerit.* Si quis[i] pro faida pretium recipere non vult[k], tunc ad nos transmittatur[l], ut nos ipsum[m] dirigamus ubi damnum nemini facere possit[n].

141. *De eo, qui pro faida pretium solvere noluerit.* Simili modo qui pro faida pretium solvere non vult et iustitiam exinde facere, in talem locum illum mittere volumus, ut pro eodem maius damnum non crescat.

142. *Quid agendum sit de latronibus.* De latronibus ita praecipimus observandum, ut pro prima culpa non moriatur, sed unum oculum perdat; de alia vero culpa nasus ipsius latronis truncetur; de tertia culpa, si se non emendaverit, moriatur.

143. *Qualiter[o] pro rege et exercitu eius hac instanti[p] tribulatione a fidelibus in orationibus et eleemosinis Deo supplicandum sit.* Capitulare qualiter institutum est in hoc episcoporum consensu; id est ut unusquisque episcopus tres missas et tria psalteria, unum pro domno rege, et aliud pro exercitu Francorum, tertium pro praesenti tribulatione; presbiter unusquisque missas tres; monachi et monachae et canonici unusquisque psalteria tria; et biduanas omnes faciant tam episcopi quamque monachi et monachae et canonici; sed et eorum infra casatum homines, vel qui potentes sunt. Et unusquisque episcopus, abbas et abbatissa, qui hoc facere potest, libram donet de argento aut valente in elemosina; mediocres vero mediam libram; minores vero solidos quinque. Episcopi, abbates et abbatissae pauperes famelicos[q] quatuor pro ista strictitate nutrire debeant usque ad tempora messium. Et qui tantum non possunt, iuxta quod possibilitas est, aut[r] tres vel duos aut unum. Comes fortior[s] libram de argento aut valente donet in elemosina, mediocres vero dimidiam libram, de casatis centum solidos quinque, de quinquaginta unciam unam[t]; et faciant biduanas et eorum homines atque eorum casatus vel qui hoc facere possunt. Et qui redimere ipsam

a) subiecti *Capitulare anni 779.* b) si oms dare *G.* c) communitate *G.* d) habent, b. solvant *BAL.* e) ea satis *G.* f) transmissus *G.* g) cartallariis *G.* h) pro faida *BAL.* i) s *abrasum est G.* k) nolunt *G.* l) transmittantur *G.* m) ipsum *corr.* ipsos *G.* n) possit *corr.* possint *G.* o) vel q. *G.* p) ac infanti *G.* q) p. vero f. *G.* r) ut *BAL.* s) comites fortiores *BAL.* t) untia una *G.*

biduanam voluerit, fortiores comites uncias tres, mediocres a denarios triginta, minores solidum unum. Et de pauperibus famelicis, sicut scriptum est, ipsi faciant. Haec omnia, si Domino placuerit, pro domino rege et exercitu Francorum et pro praesente tribulatione missa sancti Iohannis sint completa.

144. *Ne presbiter vel reliqui clerici aut ullus fidelium praesumat decimas vendere vel donare aut pignorare ecclesiaeque quoquo modo alienare.* Nullus presbiter aut diaconus vel quilibet clericus aut laicus decimas vendere aut dare vel pignorare aut indebitare praesumat, antequam eas cum omni integritate fideliter collectas habeat et infra septa aecclesiae, cui iure debentur b, in suis utiliter graneis collectas habeat; et postea iuxta praeceptum proprii episcopi secundum canonicas sanctiones atque decreta beati Gelasii papae eas dispenset. Si quis autem haec parvipenderit vel infringere temptaverit, si quidem clericus fuerit, gradus sui periculo subiacebit; si vero monachus vel laicus fuerit, communione privetur.

145. *De providentia episcopi circa archidiaconos.* Ut praevideant episcopi, ne cupiditas archidiaconorum culpas nutriat sacerdotum, quia multis modis mentitur iniquitas sibi.

146. *De non eiciendis de sepulchris ossibus c mortuorum.* Ut nullus ossa mortuorum de sepulchris audacter eiciat.

147. *De non iurando.* Ut unusquisque caveat iurare, quia periuri regnum Dei non possidebunt, sicut nec adulteri.

148. *De praediis a presbiteris emptis, ecclesiis propriis confirmandis.* Ut presbiteri pauperes ordinati praedia conparantes ecclesiis confirment.

149. *De satisfactione cotidianorum delictorum.* Ut sicut sine culpa nemo cotidie, ita sine cotidiana satisfactione nullus esse debet, etiam sacerdotum.

150. *De communicantium suspensione.* Ut doceantur communicantes duabus vel tribus se suspendere horis propter admixtionem cibi.

151. *De conventu presbiterorum ad civitatem causa discendi.* Ut presbiteri singillatim sub dispositione episcopi in civitates veniant ad sua tractanda ministeria d.

152. *De pauperum collectione a presbiteris.* Ut presbiteri cotidie duos vel tres pauperes colligant ad lavandos pedes.

153. *De non vendendis ecclesiarum decimis.* Ut ulterius non praesumant presbiteri decimas vendere, quae in pauperum et ecclesiarum usibus dantur, sicut hactenus mirabile dictu horreis veteratae sunt ad thesaurorum cumulum: in cuius rei testimonio multi pauperum de manibus sacerdotum requirendi moriuntur. Sed ubi Deo largiente abundaverint, ad sustentationem pauperum parentur famis tempore.

154. *De formatis faciendis. Et ut sine formata nullus proficiscatur clericus. Ex concilio Africano vel Milevitano, capitulo 30. Ut sine formatis nemo ad comitatum proficiscatur, vel qualiter fiant formatae.* Placuit, ut quicumque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, a communione removeatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, allegete apud episcopum loci eius ipsam necessitatem, et de hoc scripta eiusdem episcopi deferat. Formatae autem, quae a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschae. Quod si adhuc eiusdem anni paschae dies incertus est, ille praecedens adiungatur, quomodo solet „Post consulatum" in publicis gestis adscribi.

155. *De clericis neglegentibus. Ex concilio Agatensi, capitulo 2. De contumacibus clericis et ad officium tardis.* Contumaces vero clerici prout dignitatis ordo permiserit ab episcopis corrigantur. Et si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint aut ecclesiam frequentare vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita ut cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

156. *De non pergendum clericis sine permissu episcopi ad iudices seculares. Ex concilio Agatensi, capitulo 32. Ut clericus inconsulto episcopo ad iudicem secularem non pergat.* Clericus nequaquam praesumat apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare f; sed si g pulsatus fuerit, non respondeat; nec audeat criminale negotium in iudicio saeculari proponere. Si quis vero saecularium per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare temptaverit et victus fuerit, ab ecclesiae liminibus et a catholica communione, nisi digne poenituerit, coerceatur.

157. *Ne clericus vel monachus sine licentia episcopi sui proficiscatur. Ex concilio Agatensi capitulo 38. Ut sine epistola episcopi sui non liceat clerico vel monacho proficisci.* Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque praesentis sententiae forma servetur. Quod si verborum increpatione non emendaverit, etiam verberibus statuimus eum coherceri.

158. *Ne clericus sine permissu episcopi sui proficiscatur. Ex concilio Agatensi, capitulo 52. De clericis, qui sine epistola pontificis sui proficiscuntur.* Presbiter aut diaconus vel clericus sine antistitis sui epistolis ambulans, communionem ei nullus impendat.

159. *De his, qui in propriis provinciis non communicant. Ex concilio Africano capitulo 18.* Placuit, ut quicumque non communicans in propria provincia, in aliis provinciis vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iacturam communionis vel clericatus excipiat.

160. *De patratoribus diversorum malorum.* Sunt sane diversorum malorum patratores, quos et lex divina inprobat et condempnat; pro quorum etiam diversis sceleribus et flagitiis populus fame et pestilentia flagellatur et ecclesiae status infirmatur et regnum periclitatur. Et quamquam haec in sacris eloquiis satis sint exsecrata, nos necessarium praevidimus, iterum nostra ammonitione, exhortatione atque prohibitione praecaveri omnino oportere; sicut sunt diversarum pollutionum patratores, quas cum masculis et pecoribus nonnulli diversissimis modis admittunt; quae incomparabilem dulcedinem piissimi Creatoris ad amaritudinem provocantes tanto gravius delinquunt, quanto contra naturam peccant. Pro quo etiam scelere igne coelesti conflagratae infernique hiatu quinque absorptae sunt civitates, necnon quadraginta et eo amplius milia stirpis Beniamineae mucrone fraterno confossa sunt. Haec porro indicia et evidentes vindictae declarant, quam detestabile et exsecrabile apud divinam maiestatem hoc vitium extet. Scimus enim, quoniam talium criminum patratores lex Romana, quae est omnium humanarum mater legum, igne cremari iubet. Vobis ergo omnibus terribiliter denuntiamus vestrisque cunctis ac vobis famulantibus atque subditis una vobiscum sub Dei districto iudicio atque fidelitate nostra praecipimus, ab his caveri, et haec facientibus nec verbis nec factis ullo modo consentire; quoniam qui talia agunt, apostolo pollicente regnum Dei non consequentur. Tempus namque est, ut multitudini pereuntis populi parcatis, qui h sequendo exempla peccantis principis cadebat in puteum mortis: quia quantoscumque vel per bona exempla ad vitam coelestis patriae contrahimus vel per mala exempla ad perditionem sequentes praeibimus i, de tantis procul dubio ab aeterno

a) *sic scribendum iam BAL. monuit* (cf. Bened. I. 207); minores *G. BAL.* b) debeat *BAL., qui sequentia in usque* habeat *omittit.* c) ossa *G.* d) mysteria *G.* e) alliget *G.* f) pulsari *G.* g) qui *G.* h) quae *BAL.* i) praeimus *BAL.* praeveimus *G.* vel pervehimus *margini adscriptum.*

iudice vel poenas vel praemia accepturi sumus. Si enim gens nostra, sicut per istas provincias divulgatum est et nobis in Francia et in Italia inproperatur et ab ipsis paganis inproperium est, spretis legalibus connubiis adulterando et luxuriando ad instar Sodomitanae gentis foedam vitam duxerit: de tali commixtione meretricum aestimandum est degeneres populos et ignobiles et furentes libidine fore procreandos, et ad extremum universam plebem ad deteriora et ignobiliora vergentem, et novissime nec in bello seculari fortem nec in fide stabilem et nec honorabilem hominibus nec Deo amabilem esse venturam: sicut aliis gentibus Hispaniae, Provinciae et Burgundionum populis contigit, quae sic a Deo recedentes fornicatae sunt, donec Iudex omnipotens talium criminum ultrices poenas per ignorantiam legis Dei et per Sarracenos venire et servire permisit. Et notandum, quod in illo scelere aliud inmane flagitium subterlatet, id est homicidium. Quia dum illae meretrices sive monasteriales sive seculares male conceptas soboles in peccatis genuerunt, saepe maxima ex parte occidunt, non implentes Christi ecclesias filiis adoptivis, sed tumulos corporibus et inferos miseris animabus [a] satiant. Absit enim, ut pro talibus pereatis [b], et nos simul cum regno cadamus gloriaque totius regni pereat; quoniam ex praecedentibus agnovimus, quae secuturis, nisi praevisa fuerint, possunt evenire. Satius est quoque nobis talibus carere, quam cum his ruere, regnumque ab etnicis atque eius popularibus futuro tempore adnullari vel possideri. Scire enim vos cupimus, quicunque [c] super his aut faciens aut libenter consentiens inventus fuerit, nos eum iuxta praedictam Romanam legem punire [d].

161. *De eo, qui propria uxore derelicta vel sine culpa interfecta aliam ducit.* Quicumque propria uxore derelicta vel sine culpa interfecta aliam duxerit, armis depositis publicam agat poenitentiam. Et si contumax fuerit, comprehendatur a comite et ferro vinciatur et in custodia mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur.

162. *De eo, qui res alienas malo ingenio emptas filio suo aut cuilibet personae legitimos annos non habenti tradiderit.* Quicumque res alienas cuilibet homini vendiderit, et ipse homo, qui easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti iustitiae tollendae causa tradiderit, volumus atque firmiter praecipimus, ut si pater eiusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem ipse pater mortuus est, tunc legitimus eius propinquus, qui iuste ei tutor aut defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere compellatur: similiter de aliis omnibus iustitiis ad eum pertinentibus; excepta sua legitima hereditate, quae ei per successionem parentum suorum legitime evenire debuit. Quod si quis hanc nostram iussionem contempserit vel neglexerit, sicut de ceteris contemptoribus, ita de eo agatur. Is vero qui easdem res primus invasit et iniuste vendidit, necnon et emptores, excepta sola persona parvuli, hoc quod fraudulenter admiserunt, intra patriam emendare cogantur, et postea sicut contemptores iussionis nostrae sub fideiussoribus ad nostram praesentiam venire conpellantur.

163. *Ut de uno manso ad ecclesiam dato nullum humanum exigatur servitium. Quod qui fecerit, cum sua lege emendet.* De uno manso ad ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicumque pro hac causa accusatus fuerit, comes vel missi hoc, quod inde subtractum est, presbiteris cum sua lege restitui faciant. Et quicumque de uno manso ad ecclesiam dato praeter ecclesiasticum exegerit servitium, episcopo vel comite distringente hoc legibus emendet.

164. *De his, qui nonas et decimas vel restaurationes aut census dare neglegunt, ut hoc legibus emendent et insuper bannum nostrum persolvant.* De his, qui nonas et decimas iam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus, ut per missos nostros constringantur, ut secundum capitularem priorem solvant unius anni nonam et decimam cum sua lege et insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuntietur, quod quicumque hanc neglegentiam iteraverit, beneficium, unde haec nona et decima persolvi debuit, amissurum se sciat. Ita enim continetur in capitulare bonae memoriae genitoris nostri in libro 1, capitulo 157, *ut* [e] *nonae et decimae legibus rewadientur et insuper bannus dominicus a neglegente persolvatur* [e]. *Ut* [f] *qui ecclesiarum beneficia habent, nonam et decimam ex eis ecclesiae, cuius res sunt, donent* [f]. *Et qui tale beneficium habent, et ad medietatem laborant, ut de eorum portione proprio presbitero decimas donent.* Item [g] in capitulari nostro in libro 2, capitulo 21 de eadem re [g]: *De nonis quidem et decimis, unde et genitor noster et nos frequenter et in diversis placitis admonitionem fecimus et per capitularia nostra qualiter haec observentur ordinavimus, volumus atque iubemus, ut de omni conlaborato et de vino et foeno pleniter et fideliter ab omnibus nona et decima persolvatur. De nutrimine vero, quod in decima dandum est, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen episcoporum fuerit, qui argentum pro hoc accipere velit, in sua maneat potestate et iuxta quod ei et illi, qui hoc persolvere debet, convenerit.*

165. (166 BAL.) *De his, qui decimam* [h] *ecclesiae iniuste, non secundum dispositionem episcopi cui debetur, auferunt, et aliubi aut propter amicitiam aut propter munera dare praesumunt.* Quicumque decimam abstrahit de ecclesia, ad quam per iustitiam dari debet, et eam praesumptiose vel propter munera aut amicitiam aut aliam quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.

166. (167 BAL.) *De his, qui decimas, nisi a se quoquo modo redimantur, dare neglegunt, ut firmiter distringantur, qualiter vel inviti hoc emendent.* Decimas quae populus dare non vult, nisi quolibet [i] modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit, ut nec episcopum nec comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad nostram praesentiam venire compellatur; ceteri vero distringantur, ut inviti ecclesiae restituant, qui [k] voluntarie dare neglexerunt.

167. (168 BAL.) *De his, qui restaurationes ecclesiarum earumque domorum facere vel decimas et nonas dare neglegunt, si se non correxerint, ut beneficia perdant.* Quicumque de rebus ecclesiarum, quas in beneficium habent, restaurationes earum facere neglexerint, iuxta capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis et decimis constitutum est, sic de illis adimpleatur, id est, in libro 4, capitulo 38. *De opere vero vel restauratione ecclesiarum comes et episcopus sive abba una cum misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum, quantum ipse de rebus ecclesiarum habere cognoscitur. Similiter et vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant, quantum rerum ecclesiasticarum habent, aut unusquisque per se iuxta quanti-*

a) *sic G. ex corr., primo* animalibus *habuerat ut et BAL.* b) peccatis *coni. BAL.* c) c. quia q. *BAL.* d) *in margine G. addidit:* volumus e) *haec in textu exhibet BAL., minio scripsit G. qui in loco hoc distinguendo confusus esse videtur. In capitulari ipso non leguntur haec verba.* f) *ex his verbis BAL. rubrum fecit novi capitis* 165, *addens illi:* Et de nonis et decimis non redimendis, nisi episcopo placuerit; *quae verba G. minio scripta statim infra intrudit in medio capite ante verba* volumus atque iubemus. g) *haec minio scripsit G.* h) d. cuius ecclesiae secundum dispositionem episcopi debetur *G.* i) quo vult *BAL.* k) *corr.* quod *G.*

tatem, quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donent, iuxta aestimationem operis in argento persolvant: cum quo pretio rector ecclesiae ad praedictam restaurationem operarios conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum lege sua restituat, insuper et bannum nostrum solvat; ut ita castigatus caveat, ne saepius iterando beneficium amittat.

168. (169 BAL.) *Ut hi, qui terras dominicatas propterea excolere nolunt, ut nonas et decimas inde non solvant, pleniter constringantur, ut haec de tribus annis legibus persolvant.* De illis, qui agros dominicatos propterea neglegunt excolere, ut nonas et decimas exinde non persolvant, et alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus, ut de tribus annis ipsam nonam et decimam cum sua lege persolvant. Et si quis contemptor aut comitis aut missorum nostrorum propter hoc extiterit, per fideiussores * ad palatium venire compellatur.

169. (170 BAL.) *De teloneis, ubi non exigantur.* Statutum est, ut ubi tempore avi nostri domni Pippini consuetudo fuit teloneum dare, ibi et in futurum detur; nam ubi noviter incoeptum est, ulterius non agatur. Et ubi necesse non est fluvium aliquem ponte transmeare, vel ubi navis per mediam aquam et sub ponte ierit et ad ripam non appropinquaverit, nec ibi aliquid 5 emptum vel venundatum fuerit, ulterius teloneum non detur. Et nemo cogat alium ad pontem ire, ubi iuxta pontem aquam transmeare potest. Et qui ulterius in talibus locis, vel de his, qui ad palatium seu in hostem pergunt, teloneum exactaverit, cum sua lege ipsum te- 10 loneum reddat, et bannum nostrum. id est sexaginta solidos, componat.

170. (171 BAL.) *De rebus ecclesiae, quae absque ulla repetitione ab eadem ecclesia per triginta annos possessae sunt, ut nulla testimonia super hanc deinceps possessionem* 15 *recipiantur.* Ut de rebus ecclesiarum, quae ab eis per triginta annorum spatia sine ulla interpellatione possessae sunt, testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur, sicut res ad fiscum nostrum pertinentes contineri solent. 20

*) sub fideiussoribus *G.*

---

898. Aug. Sept.

IOHANNIS IX. CANON DE ELECTIONE PAPAE.

Est canon **10.** *concilii Romani apud Labbeum T. IX. p.* **505.** *quod ibi perperam anno* **904** *adsignatur, et nuperrime iterum a Cl. Theinero in dissertatione de decreto Ivonis Moguntiae p.* **93.** *et Romae* 25 *p.* **205.** *propositum est, sed sub falso Stephani V. nomine et vocabulo primo depravato.*

Quia sancta [a] Romana ecclesia, cui Deo auctore praesidemus, plurimas [b] patitur violentias pontifice obeunte, quia absque imperatoris [c] notitia et suorum legatorum praesentia pontificis fit consecratio, nec [d] canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi intersunt 30 nuntii, qui [e] violentiam et scandala in eius consecratione non permittant fieri, volumus id ut deinceps abdicetur, et constituendus pontifex convenientibus episcopis et universo clero eligatur, expetente [f] senatu et populo, qui ordinandus est, et sic [g] in conspectu omnium celeberrime electus ab omnibus, praesentibus legatis imperialibus consecretur; nullusque sine periculo [h] iuramentum vel promissiones aliquas nova adinventione ab eo [i] 35 audeat extorquere, nisi quae antiqua exigit consuetudo, ne [k] ecclesia scandalizetur vel [l] imperatoris honorificentia minuatur.

a) Quascunque R. *Theiner.* b) a plurimis *Th.* c) imperiali *Th.* d) nec non *Th.* e) q. scandala vetent fieri, volumus ut cum instituendus est pontifex, c. *Th.* f) ex praesente *Th.* g) in c. o. c. *desunt Th.* h) periculo sui iuramenta *Th.* i) ab eo *desunt Th.* k) ne vel e. *Th.* l) et imperialis honorificentia *Th.* 40

---

950 | 954.

SYNODUS MOGUNTINA.

Quamvis synodi provinciales minime in opere nostro locum habeant, ineditam tamen a V. Cl. Föringer ex codice Frisingensi descriptam, haud relinquendam duximus. Pertinet ad annos **950—954.** *quum Fridericus archiepiscopus Moguntinus d.* **25.** *Oct.* **954** *obierit, et Anno* 45

951.

episcopus Wormatiensis inde a d. 7. *Idus Sept. a.* 950, *Uodo Strasburgensis inde a d.* 13. *Aug. a.* 950 *ecclesiis suis praefuerint*[1].

Disponente divina gratia, venerabiles episcopi Frithuricus archiepiscopus, Anno episcopus, Uodo episcopus, de negotiis tractare synodalibus Mogontiam convenerunt, interque cetera, quae perplurima salubri ordinatione de statu sanctae ecclesiae communiter decreverunt, hoc nunc et in posterum summa curae diligentia observari statuerunt, quatinus singuli presbyteri extra monasteria ecclesias populumque procurantes, omni anno a synodo ante pasca habita, usque eam, quae post festivitatem sancti Remigii confessoris Christi colenda esse dinoscitur, 40 missas et totidem deinde usque ad pasca hoc ordine celebrarent: 10 pro statu ac incolomitate domni papae omnisque gradus ecclesiastici; ac postea 10 pro sospitate regis nostri, cunctorum etiam regni sui primatum; tum totidem pro salute vivorum totiusque ecclesiae necessitate; et 10 pro fidelibus defunctis. Insuper vero universi presbyteri, diaconi, subdiaconi non minus quam ab adventu Domini, ex eo videlicet die, quo canitur: „ad te levavi“ usque ad nativitatem eius, a carne se abstineant. Admoneaturque universa plebs catholica, quo castitate servata, sicut in quadragesima ante pascha alterutrum confiteantur peccata, secundum apostolum dicentem: „Confitemini alterutrum peccata vestra;“ et sancto die nativitatis Christi sicut in cena Domini et in parasceue et sabbato sancto, in dieque resurrectionis communicet.

Praeter haec unusquisque presbyter in tempore quadragesimali similiter ut in praedicto tres missas cottidie celebrare minime dimittat, unam ad eundem diem pertinentem, aliam pro salute vivorum, tertiam pro fidelibus defunctis, prius tamen septem psalmis penitentialibus cum letania decantatis. Neque aliqua occasione dimittatur, quin his singulis diebus quinquaginta psalmi, si plus non possit, compleantur, quoniam, ut scriptum est, multum valet deprecatio iusti assidua. Prelata siquidem devotio precaminum elęmosinarum caritativa dispensatione ornetur, ita ut eorum quisque iuxta facultatis qualitatem pauperes pascat, si plures nequeat, tres. Cui autem possibilitas hoc agere denegaverit, duos vel saltem unum pascere curet, quia sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccatum.

1) *subiungere licet ex codice ipso fol.* 91[b] *formulam sacramenti a clericis ordinandis episcopo suo praestiti, quae ex nostro et in codicem alterum Frisingensem recentioris aevi signatum B. F.* 1. *f.* 100 *transiit, sed minus correcta, ut ex editione D. Kunstmann in annalibus theologicis Tubingensibus a.* 1836. *p.* 531 *patet. Primus eam edidit Cl. Huschberg in historia familiae Schyrensis et Wittelsb. a.* 1834 *p.* 118.

De sacramento episcopis[a] qui ordinandi sunt ab eis.

Daz ih dir hold pin. N.[b] demo piscophe. so mino chrephti. enti mino chunsti sint. so[c] minan vuillun. fruma frummenti. enti scadun vuententi. kahorig enti kahengig. enti statik[d]. in sinemo piscoftuome. so ih mit rehto after canone scal.

a) epis̄ *c.* b) Y *edidit Kunstmann.* c) si *Cod. B. F.* 1. d) statig *Cod. B. F.* 1.

OTTONIS MAGNI PACTUM CUM IOHANNE XII.

962. Febr. 13.

Postquam superius pag. 7—9 *de possessionibus Romanae ecclesiae tempore Pippini, Karoli Magni et Hludowici I. exposuimus, iam locus est, quo reliqua ad res imperatorum cum papis facientia attingamus. Defensio Romanae ecclesiae per pactum a Karolo maiore domus cum Gregorio III. ictum generi Karolorum hereditario iure oblata, atque patriciatus sive consulatus titulo ab eo suscepta, patricium aeque ac pontificem mutuis sacramentis obligabat*[1]. *Patricio competebat defensio papae et ecclesiae, summum imperium, suprema iurisdictio, et ius suum in pontifice eligendo. At suscepta imperato-*

1) Fredegarii chron. c. 110. 2) Vita Hadriani I. c. 39. *Quid de pacto isto saecula subsequentia sense-*

962. Febr. 13. *ris dignitate, Karolus Magnus et heredes eius papam aeque ac reliquos Romanos et incolas patrimonii B. Petri iuramento fidelitatis sibi obstrinxerunt, defensionis tamen officio integro, et possessionibus ecclesiae, aeque ac reliquarum imperii ecclesiarum, intactis. Quod quidem iuramentum anno* **800** *Karolo praesente prima vice praestitum fuisse crediderim, quum imperator in Franciam redux illud a ceteris quoque regni sui populis exegerit; et Romam inter metropoles imperii primam computatam esse ex testamento Karoli constat. Ex eo igitur tempore reges Francorum ut antea patriciatum, iam imperium atque patriciatum iure hereditario adepti, coronam Romanam aut in Francia*[3] *aut Romae suscipiebant; e contra papa ex antiqua consuetudine*[4] *a clero populoque Romano electus, nonnisi electione sua per imperatorem aut missum eius examinata, et approbata, erat ordinandus. Susceptis imperio vel pontificatu, papa cum universo populo Romano imperatori fidelitatis iuramentum praestitit, imperator pactum praedecessorum suorum cum pontificibus anterioribus et privilegia Romanae ecclesiae confirmavit. Quod ita fuisse, ex historicis noni decimique saeculi colligitur*[5]*, et chartae quoque in tabulario Vaticano adservatae fidem facturae essent, nisi omnes quae saeculum undecimum duodecimumve antecedunt interiissent. Nam nec chartae per Hludowicum I. a.* **816** *Stephano IV.*[6] *et a.* **817** *Paschali*[7] *I, anno* **876** *ut videtur*[8] *per Karolum II, anno* **888** *per Widonem*[9] *et Lambertum, anno* **898** *per Lambertum*[10]*, a.* **916** *per Berengarium*[11]*, pontificibus Romanis concessae, nec quas a reliquis imperatoribus editas fuisse haud dubie coniicimus, amplius extant; eas tamen tum officium defensionis ab imperatore susceptae, tum possessiones ecclesiae Romanae singulas, prout in donationibus Pippini et Karoli atque in pacto Carisiacensi continebantur, expres-*

rint, tum Leonis VIII. constitutio infra referenda, tum locus in libro tertio Collectionis canonum tripartitae, tempore Urbani II. scriptae, docet, qui et in Ivonis Decretum lib. **8.** *c.* **134.** *et in Sigeberti Gemblacensis chronicon ad a.* **774.** *transiit, quemque hic ex codice Ivonis Caesareo Vindobonensi inter Salisburgenses Nro.* **323.** *fol.* **104.** *saec. XI. exeuntis aut XII. a Kopitario nostro transscriptum sistimus:* Adrianus papa Romam venire Karolum regem ad defendendas res aecclesiae postulavit. Karolus ergo Romam[a] veniens Papiam obsedit, ibique relicto exercitu, in sancta resurrectione ab Adriano papa Rome honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reversus Papiam, cepit Desiderium regem. Deinde Romam reversus, constituit ibi synodum cum Adriano papa in patriarchio[b] Laterani in ecclesia sancti Salvatoris; que synodus celebrata est a centum quinquaginta tribus religiosis episcopis et abbatibus. Adrianus autem papa cum universa synodo tradiderunt Karolo ius et potestatem eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus[c] ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, episcopos, per singulas provincias ab eo investituram accipere diffiniverunt, et ut nisi a rege laudetur et investiatur episcopus a nemine consecretur. Et quicunque contra hoc decretum esset, anathematis eum vinculo innodaverunt, et nisi resipisceret, bona eius publicari praeceperunt. *Cf. et Theodericum de Niem de privilegiis et iuribus apud Schardium in Syntagmate pag.* **248. 249.** 3) Hludowicus I. anno 813 Aquisgrani, et iterum a. 816 a Stephano IV. Remis. 4) quae iam sub imperatoribus Constantinopolitanis obtinebat. 5) De iuramento papae, cardinalium, procerum totiusque cleri populique Romani cf. anno 816. Theganum, a. 824. constitutionem Hlotharii et sacramentum Romanorum, a. 844. Sergii II. vitam n. 15., a. 896. sacramentum Romanorum, a. 963 et 964. concilia Romana apud Liutprandum. De modo electionis papae cf. a. 817. Einhardi Annales, a. 824. constitutionem Hlotharii et sacramentum Romanorum, a. 827. Einhardi Annales, a. 844. Prudentii Annales, a. 885. Annales Fuldenses, a. 898. Iohannis IX. Constitutionem in concilio Romano cap. 10 et 36., a. 964. Monum. Germ. T. IV. pag. 32. a. 1076. ibidem pag. 45. Privilegium Ludowici spurium de confirmatione electionis silet, quum tamen ipse Paschalis cui concessum fuisse fingitur, excusatoriam epistolam de consecratione sua antequam

a) *lege* Italiam. b) patriarcha *c.* c) patriarchatus *c.*

962. Febr. 13.

sisse, adiectis fortasse inde ab anno **824** *praecipuis constitutionis Hlotharii I. sententiis, quas vel saeculo XII. et XIII. in legibus Langobardorum servatas esse videmus, haud absimile videri potest. Adest etiamnum in tabulario Vaticano purpurei coloris membrana, aureis litteris conscripta, accessu quidem difficili mihique negato, qua Ottonis I. confirmatio anno* **962** *Iohanni XII. promissa*[13] *legi dicitur; quam aut pro autographo aut pro apographo eius aevi habitam V. Ill. Marinus Marinius, tabularii Vaticani praefectus, in libro supra pag.* **7.** *laudato pag.* **111—120.** *typis iterum dedit commentarioque donavit, quum antea rarius ex ipso quam ex apographis saeculorum posteriorum saepissime edita atque a doctissimis aeque impugnatoribus ac defensoribus, Muratorio praecipue et Borgia, amplis commentariis illustrata fuisset. Antiquissima ipsius atque chartarum Ludovici et Heinrici II. apographa in codicibus Vaticanis N.* **1984** *et* **3833.** *manu saeculi XII. ineuntis inveni, unde et in librum censualem Cencii Camerarii transscriptas esse animadverti*[14]. *Pactum secunda sui parte praecipua constitutionis Hlotharii a.* **824.** *capitula una cum formula sacramenti Romanorum confirmat. Prima vero pars continet confirmationem possessionum ecclesiae Romanae, tum earum quas ex antiquo iure, donationibus Pippini et Karoli, et ex pacto Carisiacensi et iure Karolo Magno probato repetebat, necnon earum quas a meridie lineae a Lunis usque ad Montem Silicis porrectae pontifices affectasse nec tamen evincere potuisse supra p.* **9.** *diximus, adiecta ecclesia sanctae Christinae prope Papiam, tum vero aliarum, quas ab imperatoribus collatas esse nullibi fere nisi hic atque in ficto Ludovici diplomate et Heinrici legimus. Nam licet appendix historiae Eutropii a Flacio Illyrico edita, quam Benedicto S. Andreae ad Soractem monacho tribuendam esse censeo, Karolum II. pacto cum Romanis, i. e. cum ecclesia Romana, renovato, ei monasteria Salvatoris et B. Mariae et S. Andreae ad Soractem, tum patrias Sanniae (Samnii) et Calabriae simul cum omnibus civitatibus Beneventi, insuper totum ducatum Spoletinum cum duabus civitatibus Tusciae, Aricio et Clusio, contulisse*[15] *et regiae legationis assiduitatem vel praesentiam in electione removisse dicat, et Iohannes VIII. in epistola nona Capuam a Karolo ecclesiae Romanae iuri potestatique commissam memoret, eiusmodi tamen donationem, si vere contigerit, haud ultra Karoli II. usurpatoris praesentiam durasse, nec a successoribus coronae legitimis agnitam fuisse, per se patet. Imperatoribus enim regibusque Germanorum etiam legitimis, bona et possessiones imperii regnive nonnisi in vitae suae tempus conferendi ius competisse, ita ut donatore defuncto res ipso iure ad rem publicam reverterentur, inter omnes antiquitatis Germaniae gnaros constat. Multo magis autem usurpatoris acta, potentia eius collapsa, in irritum cecidere. Cuius sententiae et Ottonem III. imperatorem fuisse, charta donationis octo comitatuum ab eo Silvestro II. indulta evincit,*

confirmatus fuisset, ad Hludowicum misisset, ex Einhardi Ann. 6) Ermoldus L. II. p. 485. 486. 7) Einhardi Ann. 8) Conventus Ticin. Mon. Germ. T. III. Benedictus sancti Andreae in appendice Eutropii; et Iohannis VIII. epistola 9. cf. ep. 119. 216. 9) Mon. Germ. T. III. 10) ibid. p. 563. c. 3. 6. 11) Panegyricus in Bereng. Lib. IV. 13) vide supra T. IV. p. 29. et Liutprandum l. VII. 14) cf. annales nostros Archiv etc. T. V. pag. 84. 88. 94. 15) cui consonat, quod civitatem utramque in donatione portae basilicae S. Petri argenteis litteris inscripta legi Petrus Mallius dicit.

962. Febr. 13. *quam vel saeculo XVI. in tabulario Vaticano adservatam*[16]*, et anno* **1339** *auctoritate Benedicti XII. papae ex originali bulla plumbea Ottonis, quales complures in tabulario regio apud nos extant, munito transsumptam, Baronius annalibus suis a.* **1191** *pag.* **847** *inseruit, unde eam hoc potissimum loco repetendam esse censuimus.* 5

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto servus apostolorum, et secundum voluntatem Dei Salvatoris Romanorum imperator augustus.

Romam caput mundi profitemur, Romanam ecclesiam matrem omnium ecclesiarum esse testamur, sed incuria et inscientia pontificum longe suae claritatis titulos obfuscasse. Nam non solum quae extra Urbem esse videbantur vendiderunt, et quibusdam colluviis 10 a lare sancti Petri alienaverunt, sed quod absque dolore non dicimus, si quid in hac nostra Urbe regia habuerunt, ut maiori licentia evagarentur, omnibus cum vindicante pecunia in commune dederunt, et sanctum Petrum, et sanctum Paulum, ipsa quoque altaria spoliaverunt, et pro reparatione semper confusionem duxerunt. Confusis vero papaticis legibus, et iam abiecta ecclesia Romana, in tantum quidam pontificum irruerunt, ut maxi- 15 mam partem imperii nostri apostolatui suo coniungerent, iam non quaerentes quae et quanta suis culpis perdiderunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt; sed sua propria, utpote ab illis ipsis dilapidata, dimittentes, quasi culpam suam in imperium nostrum retorquentes, ad aliena, id est, ad nostra et nostri imperii maxime, migraverunt. Haec sunt enim commenta ab illis ipsis inventa, quibus Ioannes diaconus, 20 cognomento digitorum mutius, praeceptum aureis litteris scripsit, sub titulo magni Constantini longa mendacii tempora finxit. Haec sunt etiam commenta, quibus dicunt, quemdam Carolum[a] sancto Petro nostra publica tribuisse. Sed ad haec respondemus, ipsum Carolum nihil dare iure potuisse, utpote iam a Carolo meliore[b] fugatum, iam imperio privatum, iam destitutum et annullatum. Ergo quod non habuit, dedit: sic dedit, sicut 25 nimirum dare potuit, utpote qui male acquisivit et diu se possessurum non speravit. Spretis ergo commenticiis praeceptis et imaginariis scriptis, ex nostra liberalitate sancto Petro donamus quae nostra sunt, non sibi, quae sua sunt, veluti nostra conferimus. Sicut enim pro amore sancti Petri dominum Silvestrum magistrum nostrum papam elegimus, et Deo volente, ipsum serenissimum ordinavimus et creavimus: ita pro amore ipsius do- 30 mini Silvestri papae sancto Petro de publico nostro dona conferimus, ut habeat magister, quod principi nostro Petro a parte sui discipuli offerat. Octo igitur comitatus pro amore magistri nostri domini Silvestri papae sancto Petro offerimus et donamus, ut ad honorem Dei et sancti Petri cum sua et nostra salute habeat et teneat, et ad incrementa sui apostolatus nostrique imperii ordinet. Hos autem sibi ad ordinandum concedimus: Pisaurum, 35 Fanum, Senogalliam, Anconam, Fossabrunum, Callium, Esium et Ausimum, ut nullus umquam ei et sancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicumque vero praesumpserit, omnia quae habuerit, amittat, et sanctus Petrus, quae sunt sua, recipiat. Ut hoc autem in aeternum ab omnibus conservetur, hoc praeceptum manu nostra diu, Domino adiutore, victura confirmavimus, et nostro 40 sigillo praecepimus insigniri, ut sibi suisque successoribus valeat.

Signum domini Ottonis invictissimi Romanorum imperatoris augusti.

Charta haec Karoli II. (Calvi) donationem Karoli III. (Crassi) victoria ad nihilum redactam profitetur; nec ob titulum imperatoris nec ob formulas impugnanda, litteris aliis Ottonis ad Gerbertum 45 *datis illustratur. Namque scribit imperator Italiam relicturus et Germaniam appetens, epistola* **158.** *apud Chesnium pag.* **826.** **„vestroque solatio atque subsidio primores Italiae relinquimus. Hugonem Tuscum vobis per omnia fidum, S. comitem Spoletinis et Camerinis praefectum, cui o c t o c o m i t a t u s q u i s u b l i t e s u n t vestrum ob amorem contulimus no-** 50

a) Calvum b) Krasso

16) Index scripturarum archivi arcis S. Angeli in Aretins Beyträgen T. II. fasc. 2. p. 80. Nro. 158.

strumque legatum eis ad praesens praefecimus, ut populi rectorem habeant, et vobis eius opera debita servitia adhibeant." *Haec anno* 999. *circa mensem Novembrem Romae scripta esse existimaverim. Quum igitur Karoli II. donatio a posterioribus imperatoribus pro irrita habita sit,* 5 *sententia Benedicti de S. Andrea, qui ipsa donationis Ottonianae verba exscripsit, minime tenere potest, cum Karoli II. donatione potentiam imperatorum imminutam esse statuit*[17]. *Nec hoc tantum, sed aliud quoque Ottonis charta docemur, scilicet quod saeculo decimo exeunte Romae falsae donationum imperialium chartae a Iohanne* 10 *quodam fictae aureisque litteris conscriptae habebantur.*

962. Febr. 13.

Licet igitur minime dubitari possit, Ottonem I. aeque ac antecessores eius, imperatores inde a Karolo Magno omnes, pactum et privilegia Romanae ecclesiae renovasse, chartae tamen, quae sub nomine eius in tabulario Vaticano hodie habetur, partem aliquam, scilicet a vocibus „in partibus Campaniae Soram, Arces" *etc. usque* „Caietam et Fundum cum omnibus earum pertinenciis," *gravi suspicione attingi confitemur. De alia parte* „Insuper offerimus tibi beate Petre *usque* Terranem cum pertinentiis suis" *quid certi statuamus, non habemus, quandoquidem nonnisi generatim, Ottonem Iohanni papae restitutionem terrae sancti Petri promisisse, legimus.*

Quibus exceptis, si pactum Ottonis charta ista proponitur, in aliquibus tamen a genuina forma discedit; nam Pippinum imperatorem *vocatum, annum* Ottonis imperii XXVII. *loco* regni XXVI. et imperii I. *scriptum, tum* „Preterea alia minora huic operi inserenda previdimus" *et cruci imperatoris:* „+ Signum domni Ottonis serenissimi imperatoris" „ac suorum episcoporum abbatum et comitum" *adscriptum fuisse, quum signa singula episcoporum aliorumque testium subsequerentur, ea non diploma authenticum, sed apographum quoddam incertae auctoritatis produnt. Mirari quoque aliquis posset, cur imperator dicat, pontificem haud consecrandum priusquam talem promissionem faciat* „qualem domnus et venerandus spiritalis pater noster Leo sponte fecisse dinoscitur;" *quum nec Leonem VII. promissionem aliquam Ottoni fecisse constet, nec Leonem VIII. Iohanni XII. posteriorem fuisse ambigi possit; nisi verba ista ex Hludowici I. pacto cum Stephano IV. in pactis sequentium imperatorum repetita statuere velimus, quod certe haud multum abs re cadere videretur.*

Ut igitur rem uno verbo absolvam, chartam genuinum quidem Ottonis et Iohannis XII. pactum, sed superaddita donatione vitiatum, forma etiam haud omnino sincera, referre censeo. Eam inde ab exeunte saeculo undecimo pro genuina venditam, in codices Vaticanos transscriptam, sensimque fidem populorum nactam, inde a dissidio Philippi, Ottonis IV. et Friderici II. imperatoribus quoque creditam, demumque a Rudolfo I. et successoribus eius confirmatam fuisse, omnibus notum est. Ecce textum ab Ill. Marino Marinio propositum:

17) Cuncta illis (Karolus II.) contulit quae voluerunt, quemadmodum dantur illa quae nec recte acquiruntur nec possessura sperantur. Fugato itaque isto Carolo prae metu alterius Caroli qui veniebat, infirmatur antequam de regno egrederetur Italico. Egressus namque vix, defunctus est. Ab illo autem die honorificas consuetudines regiae dignitatis nemo imperatorum nemo regum acquisivit, quia aut virtus defuit, aut scientia, pro multis regni contentionibus et assiduis divisionibus.

962. Febr. 13.

In nomine domini Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Otto Dei gratia imperator augustus una cum Ottone glorioso rege filio nostro divina ordinante providentia, spondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis nostre, tibi beato Petro principi apostolorum, et clavigero regni coelorum, et per te vicario tuo domno Iohanni summo pontifici et universali XII. pape, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate atque dicione tenuistis et disposuistis civitatem [18] Romanam cum ducatu suo et suburbanis suis, atque viculis omnibus et territoriis eius, montanis ac marittimis, litoribus ac portibus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac viculis Tuscie partibus, idest Portum, Centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutriam, Nepem, Castellum, Gallisem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis idest maiore et minore, Pulvensim, Narniam, et Utriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad suprascriptas civitates pertinentibus: nec non [19] exarcatum Ravennatem sub integritate, cum urbibus, civitatibus, oppidis et castellis, quae piae recordationis domnus Pipinus et domnus Karlus excellentissimi imperatores, predecessores videlicet nostri, beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam, et Emeliam, Bobium, Cesenam, Forumpopoli, Forumlivii, Faventiam, Immolam, Bononiam, Ferrariam, Comiiaclum, et Adrianis atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis, atque insulis, terra marique ad supradictas civitates pertinentibus: simul et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Phanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemfeltri, Urbinum [a], et territorium Balnense, Callis, Luciolis et Eugubium, cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium [20] Sabinense, sicut a domno Karlo imperatore, antecessore nostro, beato Petro apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate facte [b]; in partibus Tuscie Longobardorum Castellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum regis, Ferenti, Viterbium, Orthem, Marcam, Tuscanam, Suanam, Popolonium, Roselles, cum suburbanis atque viculis omnibus et territoriis ac maritimis, oppidis, ac viculis seu finibus omnibus. Itemque [21] a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berteto, exinde in Parma, deinde in Regia, exinde in Mantua, atque in Monte Silicis atque provincia Venetiarum et Istria: necnon et cunctum ducatum Spoletanum ac Beneventanum, una cum ecclesia sanctae Cristinae posita prope Papiam iuxta Padum, quarto miliario. *Item* [22] *in partibus Campanie, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Teanum, et Capuam; necnon et patrimonia ad potestatem et ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum et patrimonium Neapolitanum, atque patrimonia Calabriae superioris et inferioris. De civitate autem Neapolitana cum castellis et territoriis ac finibus et insulis suis sibi pertinentibus, sicuti ad easdem aspicere videntur, necnon patrimonium Siciliae, si Deus nostris illud tradiderit manibus, simili modo civitatem Caietam et Fundum cum omnibus earum pertinenciis. Insuper offerimus tibi beate Petre apostole vicarioque tuo domno Iohanni papae et successoribus eius, pro nostre anime remedio, nostrique filii et nostrorum parentum, de proprio nostro regno civitates et oppida cum piscariis suis, idest Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Balvam, et Marsim, et alibi civitatem Terranem cum pertinentiis suis.* Has [23] omnes suprascriptas provincias, urbes et civitates, oppida atque castella, viculos ac territoria, simulque et patrimonia, pro remedio animae nostrae et filii nostri sive parentum nostrorum ac successorum nostrorum et pro cuncto a Deo conservato atque conservando Francorum populo, iam dictae ecclesiae tuae, beate Petre apostole, et per te vicario tuo spiritali patri nostro domno Iohanni summo pontifici et universali papae, eiusque successoribus usque in finem seculi, eo modo confirmamus, ut in suo detineant iure, principatu, atque dicione. Simili [24] modo per hoc nostrae delegationis pactum confirmamus donationes quas piae recordationis domnus Pipinus rex et postea domnus Karlus excellentissimus imperator beato Petro apostolo spontanea voluntate contulerunt; necnon et

a) urbanum MARINI. b) i. Item in *codd.*

18) *civitatem Romanam — Utriculum*] v. supra pag. 8. lin. 35—40. 19) *exarcatum — Eugubium*] ibid. lin. 40—42. 20) *territorium Sabinense — Roselles*] ibid. lin. 42—44. 21) *a Lunis — Beneventanum*] pag. 9. lin. 2—5; pag. 7. lin. 18—22. 22) *Item — et inferioris*] cf. Ludovici donat. pag. 10. lin. 1—4. 23) *Has — dicione*] cf. dipl. Ludowici pag. 10. lin. 6—10. 24) *Simili — firmiter valeant optineri*] ibid. pag. 10. l. 11—33.

962. Febr. 13.

censum vel pensiones seu ceteras daciones que annuatim in palacium regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia sive de ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis donationibus continetur, et inter sanctae memoriae Adrianum papam et domnum Karlum imperatorem convenit, quando idem pontifex eidem de suprascriptis ducatibus, idest Tuscano et Spoletano, suae auctoritatis preceptum confirmavit, eo scilicet modo ut annis singulis predictus census ad partem ecclesiae beati Petri apostoli persolvatur; salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione et illorum ad nostram partem et filii nostri subiectione. Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostrae confirmationis pactum roboramus, ut in vestro permaneant iure principatu atque dicione, et neque a nobis neque a successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte vestra potestas imminuatur, aud a vobis inde aliquid subtrahatur, de suprascriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis, insulis, territoriis, atque patrimoniis, necnon et pensionibus atque censibus; ita ut neque nos ea facturi simus neque quibuslibet ea facere volentibus consenciamus, sed potius omnia que superius leguntur, idest provinciae, civitates, urbes, oppida, castella, territoria, et patrimonia, atque insulas, censusque et pensiones, ad partem ecclesiae beati Petri apostoli atque pontificum in sacratissima sede illius residentium, nos in quantum possumus defensores esse testamur, ad hoc, ut ea in illius ditione ad utendum et fruendum atque disponendum firmiter valeant optineri; salva in omnibus potestate nostra et filii nostri posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto[25] et confirmatione ac promissionis firmitate Eugenii pontificis successorumque illius continetur. Id est[a] ut omnis clerus et universi populi Romani nobilitas, propter[26] diversas necessitates et pontificum inrationabiles erga populum sibi subiectum asperitates retundendas, sacramento se obliget, quatinus[27] futura pontificum electio quantum uniuscuiusque intellectus fuerit, canonice et iuste fiat. Et ut ille qui ad hoc sanctum atque apostolicum regimen eligitur, nemine consentiente consecrari[b] fiat pontifex, priusquam talem in presentia missorum nostrorum vel filii nostri seu universae generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione atque futura conservatione, qualem domnus et venerandus spiritalis pater noster Leo sponte fecisse dinoscitur. Preterea alia minora huic operi inserenda previdimus, videlicet ut[28] in electione pontificum neque liber neque servus ad hoc venire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quodsi quis contra hanc nostram institutionem ire presumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum[c] cuiuscumque impeditionis argumentum componere in prefatam electionem audeat, prohibemus. Nam[29] et hoc omnimodis instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione domni apostolici sive nostra fuerint suscepti, impetrata iuste utantur defensione. Quodsi quis in quemquam illorum qui hoc promeruerint violare presumpserit, sciat se periculum vitae suae esse incursurum. Illud etiam confirmamus, ut domno apostolico iustam in omnibus servent obedientiam seu ducibus ac iudicibus suis ad iustitiam faciendam. Huic[30] enim institucioni hoc necessario adnectendum esse perspeximus, ut missi domni apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis vel filio nostro renunciare valeant, qualiter singuli duces ac iudices populo iustitiam faciant, hanc imperialem constitucionem quomodo observent. Qui missi decernimus, ut primum cunctos clamores qui per negligentiam ducum seu iudicum fuerint inventi ad notitiam domni apostolici deferant, et ipse unum e duobus eligat, aut statim per eosdem missos fiant ipsae necessitates emendatae, aut misso nostro nobis renunciante per nostros missos a nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris firmum esse credatur, propriae manus signaculo et nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostrae roboravimus et bullae nostrae impressioni adsignari iussimus. † Signum domni Ottonis serenissimi imperatoris ac suorum episcoporum abbatum et comitum, † Signum Adaldagi Hamaburgiensis ecclesiae archiepiscopi. Signum Hartberti Curiensis ecclesiae episcopi. Signum

a) idem *MARINI.* b) consecratus *pag.* 240. *et codd.* c) nostrum *MARINI*

25) v. Legum T. I. p. 239. 240. 26) cf. Einhardi annales a. 824. 27) *quatinus — dinoscitur*] Legum T. I. p. 240. Sacramentum Romanorum. 28) *ut — tradatur*] pag. 240. cap. 3. 29) *Nam — faciendam*] p. 239. c. 1. 30) *Huic — emendentur*] p. 240. c. 4.

962. Febr. 13. Druogonis [a] Osnabrugguensis ecclesiae episcopi. Signum Uotonis Argentenensis ecclesiae episcopi. Signum Otwini Hiltinesemensis ecclesiae episcopi. Signum Landwarti Mindonensis ecclesiae episcopi. Signum Otgeri Nemetinensis ecclesiae episcopi. Signum Gezonis Tortunensis ecclesiae episcopi. Signum Hucberti Parmanensis ecclesiae episcopi. Signum Widonis Mutunensis ecclesiae episcopi. Signum Hattonis Fuldensis monasterii 5 abbatis. Signum Gunthari Herolfesfeldensis monasterii abbatis. Signum Eberharii comitis. Signum Guntarii comitis. Signum Burgharii comitis. Signum Utonis comitis. Signum Conrates comitis. Signum Ernustes. Signum Thietheres, Ricdages, Lupen, Hartuiges, Harnolves, Inghilthies, Burchartes, Retinges, anno dominicae incarnationis 962. indictione 5. [b] mense Februario, 13. die eiusdem mensis, anno vero domni Ottonis imperii invictis- 10 simi imperatoris 27. facta est hec pactio feliciter.

a) drisogonis *MARINI.* b) *hic desinit Cod. Vatic.* 1984. *addito:* Item in partibus Tusciae Reatae, cum pertinentiis suis.

963. Dec. 6. 964. Ian.

LEONIS VIII. PAPAE PRIVILEGIUM DE INVESTITURIS.

15

Chartam inde ab undecimo saeculo celebrem ex fol. 192' *codicis Vaticani Nro.* 1984* *Romae saeculo XI. et initio saeculi XII. exarati sistimus, emendatam tamen ope codicis Caesarei Vindobonensis in catalogo Iuris canonici Nro.* 105 *fol.* 13, *quem Gentillotus saeculo XII. sed Kopitarius noster decimo tertio adsignat. Tertium exemplar* 20 *extat in bibliotheca eadem inter codd. Salisburgenses Nro.* 323. *mbr. sec. XI. exeuntis aut XII. fol* 104; *quartum evolvi Bambergae in collectione canonum sec. XII. vel XIII. ineuntis C.* 64. *signata, ubi post notitiam de Adriani decreto et ante Nicolai II. constitutionem et concordatum Wormatiense habetur; quintum Cantabrigiae inter* 25 *codd. collegii Corporis Christi; sextum in bibliotheca civitatis Bruggensis in Flandria, ubi una cum Nicolai II. constitutione de electione papae in codice saeculi XIII. Petro de Riga super tota Biblia subiicitur. Partem eius Ivo Panormiae L.* 8. *cap.* 135. *et Gratianus Decreto suo dist.* 63. *c.* 23. *inseruerunt; integra, sed aperte interpolata,* 30 *ex codice Florentino in Theodorici de Niem tractatu de privil. et iuribus imperii apud Schardium (Coll. opp. de iurisdictione imperiali Basil.* 1566) *et Goldastum prodiit. Notitiam rei gestae legimus in libro tertio Collectionis canonum tripartitae et in Decreto Ivonis l.* 8. *c.* 136.[a] *Lis de auctoritate chartae, rationibus huc usque pro-* 35 *latis minime conficitur. Nam omnia illa quae hic regibus Theuto-*

a) *Kopitario nostro textum Ivonis in codice Caesareo Vindobonensi inter Salisburgenses Nro.* 323. *mbr. sec. XI. exeuntis aut XII. debemus:* Leo papa congregata Rome synodo in ecclesia sancti Salvatoris, ad exemplum beati Adriani apostolicae sedis episcopi qui domno Karolo victoriosissimo regi Francorum et Longobardorum patriciatus [a] dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis et investituram episcoporum concessit. Ego quoque Leo servus servorum Dei 40 episcopus cum cuncto clero ac populo Romano constituimus firmamus et corroboramus, et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus atque largimur domno Ottoni primo regi Teutonicorum eiusque successoribus huius regni Italiae in perpetuum, tam sibi facultatem eligendi successorem quam summae sedis apostolicae pontificem ordinandi. Ac per hoc archiepiscopos seu episcopos ut ab ipso investituram suscipiant, consecrationem autem unde debent; exceptis his quos imperator pontifici ex archiepiscopis concessit. Et ut nemo deinceps cuiuscunque 45 dignitatis vel religionis eligendi vel patricium sive pontificem summae sedis apostolicae aut [b] quemcunque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius imperatoris; quod [c] tamen fiat absque omni pecunia. Et ut ipse sit patricius et rex. Quodsi a clero et populo episcopus quis eligatur, nisi a supradicto rege laudetur et investiatur, non consecretur. Si quis contra hanc apostolicam auctoritatem aliquid moliatur, hunc excommunicationi subiacere decernimus, et nisi resipuerit inrevocabili exilio puniri vel ultimis suppliciis feriri. Explicit decretum. 50

a) patriarchatus *c.* b) ad *c.* c) qui *c.* *) *unde et in Baronii Ann. edit. Luc. transscripta est.*

963. Dec. 6.

nicis conferuntur, scilicet ius certum in eligendo pontifice, patriciatum Romanum et ius vestiturae episcoporum, inde ab antiquis temporibus ad eos pertinuisse constat; ius vero eligendi sibi successorem Otto iam tum temporis, consentientibus Germaniae proceribus, sibi usurpaverat. Forma tamen chartae ea est, quae suspicionem aliquam certe moveat; nam ut alia taceam, quis unquam papa de praedecessore suo scripsisset „cuius vitam et actionem satis discretam audivimus," *et Ottonem omissa* imperatoris *voce nonnisi* regem Teutonicum *designari, scrupulum iniicere debet; et temporis designatio desideratur. Sed quum Ottonem et Leonem foedus imperii et ecclesiae renovasse haud dubium sit, conditionibus hic propositis fides haud omnino abneganda erit.*

Privilegium sancti Leoni papae VIII.

Convenit apostolico moderaminę pollentibus benivola compassionę succurrere, et poscentum [a] animis alacri devotione prebere assęnsum. Ex hoc enim potissimum premium apud conditorem omnium depromitur [b] Deum, quandoque omnem clerum et omnem populum asserimus esse concordem, et ad meliorem fuerit sine dubio statum perductus. Atque ideo quia iuste et rationabiliter vestra humilitate [c] nostro apostolatui humiliter postulatis, quatinus gratulanter peragentes [d] sanctam synodum, nostro consilio [e] congregatam patriarchio Lateranensi [f], in ecclesia sancti Salvatoris constitutam, a compluribus viris catholicis episcopis et abbatibus insuper iudicibus ac legis doctoribus promulgantibus, qualiter quiete ac pacifice stare ac vivere valeamus; presentibus omnibus et [g] singulis regionibus huius alme urbis Rome, ac ex omnibus ordinibus, clericy [h] ac populi, asserentibus et confirmantibus per omnia, heresi et altercatione et omni errorę expulso, quoniam nimis [i] his temporibus error ex hoc crescebat; decernimus tam de Romano inperio quam de apostolica sede ac dignitate patriciatus quam de investitura [k] episcopatus. Idcirco ad exemplum beati Adriani sedis apostolice episcopi, cuius vitam et actionem satis [l] discretam audivimus, et rationabilem [m] admodum in suis [n] spiritalibus sanctionibus recognovimus; qui [o] eiusmodi sanctam synodum constituit, et [p] domno Karolo victoriosissimo regi Francorum ac Longobardorum, ac patricio Romanorum [q], patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis et [r] episcopatuum concessit [s]; nos quoque Leo servus servorum Dei episcopus [t], simul [u] cum cuncto clero et universo populo Romano omnibus [v] ordinibus huius [w] alme Urbis, sicut in ipsis conscriptis apparet, constituimus, confirmamus, corroboramus, et per nostram apostolicam auctoritatem concessimųs atque largimur, domno Ottoni [x] primo, Teutonico regi, dilectissimo spirituali in Christo filio nostro, eiusque successoribus huius regni Italie in perpetuum, tam sibi facultatem successorem eligendi, quam summe sedis apostolice pontificem ordinandi, ac per hoc [y] archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi tamen [z] ab eo investituram suscipiant, et consecrationem recipiant undecumque pertinuerit, exceptis his quos imperator pontifici et archiepiscopis concessit. Ita demum asserimus, ut nemo deinceps, cuiusque gradus vel conditionis [*] aut dignitatis sive [a] religiositatis, eligendi regem vel patricium [b] sivę pontificem summe sedis apostolice, aut quemcumque episcoporum [c] vel ordinandi habeat facultatem; set soli regi Romani imperii hanc reverentie [d] tribuimus facultatem, absque omni pecunia hec omnia superius disponenda [e]; et ut ipse sit rex et patricius. Quod si

a) poscere cui 1. poscendum 2. b) depromitur. dum 1. c) nostra umilitate 1. d) peragrantes 1. e) concilio 1. 2. f) laterani 2. g) *deest* 1. h) cleri 2. i) nimius 2. k) vestitura 2. l) sat 2. m) rationabiliter 1. n) ssuis 1. o) quia 2. p) et in praesentia omnium eorumque authoritate *Theod. de Niem.* q) Romano suisque successoribus regnum Italiae, patriciatus d. *Theod. de Niem.* r) *deest* 1. s) c. Insuper et episcopatuum investituras velut ipsi cum discretione et reverentia libitum fuerit. Igitur nos Leo *Theod. de Niem.* t) episcopis *Th. de Niem.* u) similiter 2. v) omnibusque 2. w) uius 1. x) domno Ottoni primo teutonico regi. 1981. domino Othoni primo Augusto, Teutonico, regi providentissimo spirituali in Christo filio nostro *Theod. de Niem.* y) hoc et a. 2. z) tantum *Th.* *) condictionis 1. a) vel 2. b) principem *Th.* c) episcopum ut vel 2. d) reuerentiam 2. reverendam *Th.* e) disponet ac reget, utpote rex et patricius Romanus *Th.*

963. Dec. 6. a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto[a] rege laudetur et investiatur, a nemine[b] consecretur. Unde si quis contra hanc apostolicam auctoritatem et traditionem aliquit molitur, aut temerator in aliquo repertus fuerit, sive contra hoc[c] nostrum concilium[d] agens, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et filii nostri domni Ottonis eius successorum et nostram[e] casurum, et sub anathematis vinculo emersurum, 5 ac per hoc excommunicationi universalis ecclesiae omnisque populi cristiani eum subiacere decrevimus. Insuper nisi a malo resipuerit, inrevocabili exilio puniatur, vel ultimis suppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu cunctorum[f] observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque eternam cum omnibus sanctis sine fine habere mereatur in secula seculorum. Amen. Amen. Amen[g]. 10

a) suprascripto 2. b) i. non c. 2. c) *deest* 2. d) consilium *Th.* e) et omnium praedecessorum nostrorum et nostram 2. f) custos et obs. 2. g) amen *habetur semel in* 2. *Theod. de Niem haec addit:* In his actis interfuere senatores, proconsules, exarchatus quidem tenentes, regionarii, schola Graecorum, Arabum, Iudaeorum et de maioribus omnium platearum. Insuper cardinales, archiepiscopi, omnes presbyteri et episcopi de finitimis civitatibus, processionarii, notarii, cancellarii, et ex omni plebe Romani imperii. 15

964.

LEONIS VIII. CESSIO DONATIONUM ROMANAE ECCLESIAE.

Constitutionem cum libello Theodorici de Niem l. c. vulgatam, iam ex collectione decretalium Caesarea Vindobonensi inter libros Iuris canonici Nro. 105 *signata mbr. sec. XIII. olim monasterii Frankenthal inter Spiram et Wormatiam, Kopitarius noster transscripsit.* 20 *Charta vel ex subscriptionibus apertissime falsitatis arguitur; et in controversia sacerdotii et imperii sub Heinrico IV. aut V., contra suppositas Hludowici Ottonis et Heinrici donationes defensionis instrumentum, confecta esse videtur.* 25

Item decretum eiusdem pape Leonis.

Leo servus servorum Dei episcopus, Ottoni spirituali filio nostro in Christo imperatori augusto, omnibusque successoribus tuis imperatoribus et regibus regni Italiae. Quod domnus Karolus rex Francorum ac Longobardorum et patricius Romanorum, nec non Pipinus pater eius, de regalibus rebus huius regni Italiae tribuerunt in sancta Romana 30 aecclesia beati Petri apostoli, sive per instrumenta quae scripta fuerunt per Etherium notarium suum, sive per sacramenta vel per donationem, seu per alios modos, sive obvenerunt per donationes de Iustiniano imperatore et de Ariperto rege, haec omnia largimur ac desinimus atque transactamus vobis Ottoni imperatori, et Adeleide coniugi tue regnique consorti, vestrisque successoribus huius regni Italiae, in perpetuum, sanctis euan- 35 geliis et patrociniis pluribus sanctorum, videlicet de cruce Domini, et de caligis pedum suorum, et de vestimento inconsutili[a], et supra corpus beati Petri, cum terribilibus sacramentis a praedicto papa et a suis cardinalibus per consensum et auctoritatem totius populi Romani, tam clericorum quam laicorum, de ordinibus Romanorum ex unaquaque regione, praesentibus laudantibus ac firmantibus, pro nimia persecutione inimicorum Dei 40 et aecclesie, ut Deus omnipotens victoriam tali regi tribuere dignetur et pellere eos ex provinciis imperii Romani.

Praedictas autem donationes quas hic specialiter nominabimus, perpetualiter in regalibus rebus subicere volumus per nostram apostolicam traditionem. Id est: in Suriano[1], 1

a) inconsumabili *cod.* 45

1) v. supra p. 164 lin. 28 sqq. et recensum „*Adrianus papa obtinuit*" apud Borgiam Breve Istoria del dominio temporale etc. Appendice pag. 1. sqq.

961. in monte Bardonis, et Lune, et insula Corsicae, seu Regium, Parmam, Mantuam, Montem Silicis[a], insulas Veneciarum, ducatum Ferrariae, Gabellum, Comaclum, ducatum Istriae, Dalmatiam, exarchatum Ravenne[2], Faventiam, Cesenam, castrum Tyberiacus, roca Modiliana, roca Elmiza[b], roca Cortuclaria[c], roca Fanilla, petra de Appla, seu castrum Tosianianum[d], castrum Ceperianum, petram Auri, Civitellam, ducatum Ariminum, Concam, montem Feretrum, et montem Carpinum[e], seu Olimpicum castrum, Exforium[f], Bobium, Eugobium[g], Urbinum, et Forum Simphorini, Galli, et Senegalli, et Ancona, et Oximanum[h], Firmano, et Hesi, et ducatum Perusie, seu Urbs vetus; et Tuder, Amelia, seu Orti, montem Sirapti cum oppidis suis, castrum Cumanum[i], castrum Galliensium, seu castrum Sutrium, Castellana, seu Tiburtina, ducatum Spolitinum, et Marsorum[k], Zangar, seu totiusque[l] lacum Barani, Terma, et Termula, Dracomaria, Lisimas, montem Gargani, et Capitenata, Apulia, Calabria, Rar[m], Teranto, ducatum Neapolis, ducatum Beneventi, seu Capuam, Salernum, et Sorentum[n]; et insulam Sardinia, insulam Meseum[o], insulam Aticiae, insulam Ceum[o*], montem Lucreti, montem Argentarii, territorium Gauzitano[p], territorium Praenestinum[q], territorium Silvanum, territorium Clusinum, territorium Fundano, territorium Casipate[r], territorium Vegetanum, territorium Claudianum, territorium Canusinum[s], territorium Saviniense, territorium Suerranum[t], territorium Canino[u], territorium Portuense cum insula Arsis[v], territorium Hostiense cum maritimis, castrum Lucedis[w] et montem Bibionis[x] cum tota Campania, civitatem Fundis[y], civitatem Anagninam[z], Aquinenses, seu Ferentinam[*], Tarracinam[**]; item civitatem Laurentum[a], et Suphuratam, et Lisimas[a*], et Septimi, et Miticies; item civitatem Nepesinam, civitatem Falisca, et Fidenas[b], Villa magna, Feretrum, Biterva[c], Veteralla, Pontem longum, Gessum, roca Bergulli[d], roca Faniano[e], roca Bociola, Castrum ruptum, Alborum, Castrum rubeum; item Neapolim, Caliopolim[f], Cotronam, et Regiam[g], Amelfetanis[h], Raspidum, caput Apuliae, caput Lirnium, Melfi; item Balenses[i], Pinenses, Forconini, civitatem Mortanam, Torritanum, Pateranensi, Merathensi, Cathensi, Athenis, monasterium sancti Benedicti Aquinense, monte Cassini, monasterium Farphis, monasterium Inbellaris[k], monasterium sancti Hylarii; item monasterium sancti Vitalis Ravenne, monasterium sancti Archangeli Bononiae, monasterium Aule regie, monasterium Nonantule[l], monasterium martyris[m] constitutum Tusciae: ut habeatis, teneatis, et possideatis in perpetuum[n]. Nam si quispiam hanc nostram auctoritatem destruxerit et huius violator repertus fuerit, sive contra hoc agens, sciat se in iram beati Petri apostolorum principis et nostram nostrorumque praedecessorum casurum. Insuper nisi a malo resipuerit, subiaceat legi Iuliae reus regiae potestatis et rei publice, ut hii qui contra rempublicam vel contra imperatoris magestatem aliquid moliti fuerint, anime amissionem sustineant et bona eorum publicentur. Fiat, fiat. In his actis interfuere[o]: Eustacius Albanensis[p.2]. Georgius Portunensis[3]. Gratiosus Prenestinus episcopus[16]. Deodatus Hostiensis[17]. Benedictus Tiburtinus[18]. Cardinales his actis interfuere[10]: Benenatus cardinalis sanctae Cecilie[11]. Iulianus

a) monte Celete *Th.* b) Coniza *Th.* c) Cornicularíam, Civitadellam, arcem Mediolanam, arcem Commensem, terminum castrum Ceperianum, arcem Cornidariam, arcem Favillam *Th.* d) Tusinianum, petram Mauri Servutealni, ducatum Arimini, m. F. *Th.* e) Carpimini *Th.* f) Exfo2ɫ *c.* Ex forii *Th.* g) Sugobium *c.* h) Auxiniam, Gosam ducatum Perusii, Urbenetam et Tudertum *Th.* i) Cimianum, c. Gallera *Th.* k) Sp. marcham Marsii et Zangar *Th.* l) tetiusque s. Zangar, Theatium, Locumbarem terram, Termulanensem, Drogonaiam *Th. de N.* m) Bari? — Calabriam, Borterantum *Th.* n) torentum *aut* otrentum *c.* Otrenti insulam *Th.* o) Messanam *Th.* o*) seu montis L. *Th.* p) Cusitanum *Th.* q) praedestinum *c.* P. et Cornetum prope mare cum multis castris, terram Silandis *Th.* r) Casinate? s) Camisinam *Th.* t) Suaniensem *Th.* u) caninō *an* caranō? *KOPITAR.* Corami *Th.* v) Arohis *Th.* w) Luccolis *Th.* Luceolis? x) Bobium *Th* bibio *c.* y) undis *c.* z) aganinam. Aquirienses *c.* *) florentinam *c.* **) Terrarium *Th.* a) Lamentum *Th.* a*) Lisuvinas, Septimi Tramiricies civitatem *Th.* b) sidenas *c.* c) Biterna *c. Th.* d) Bergali *Th.* e) Fanuanam, roca Pallioli *Th.* f) Saliopolim *Th.* g) C. Aregium *c.* h) Almesiconis, Transpadum, caput *Th.* i) Belbuise, Pineum, Fortomini, civitatem maritimam Territanensem in regno Trinacria, Pateramsem, Meranensem, Cachamensen, Athenarum, monasterium S. Benedicti in monte Casino *Th.* k) imbellimarum *Th.* l) Novauculae *Th.* m) martyrum *Th.* n) p. ad usus curiae et militiarum vestrarum, ad bellandum et expugnandum contra praedictos paganos, et contra rebelles Romani imperii. Ideoque per huius nostri authoritatem instrumenti confirmamus, corroboramus in omnibus progeniebus vestris, de generatione in generationem in perpetuum *Th.* o) i. archiepiscopi et episcopi de vicinis *c.* i. a. et e. alii de v. comitatibus *Th. de Niem.* p) *ordinem subscriptionum hunc institui, quum codex alium praeferat numeris in fine cuiuslibet subscriptionis indigitatum; numeri* 1—16 *primam fol.* 14. *columnam, numeri* 17—33 *alteram,* 34—52 *tertiam, atque* 53—58 *primam,* 59—64 *alteram folii* 14 *versi columnam efficiunt. Subscriptiones Theodorici de Niem hae sunt:* Archiepiscopus Calaritanensis. Ciconatus episcopus. Eustasius Albanensis episcopus. Gratiosus Penestrinensis episcopus. Benedictus Tudertinensis episcopus. Boardus Castrensis episcopus. Iohannes Perusiensis episcopus.

2) v. supra pag. 164. lin. 13. 16. sqq.

964. presbyter Laterani[12]. Marcus presbyter sancti Pauli apostoli[13]. Gregorius cardinalis ad Vincula[24]. Andreas presbyter patriarchio Laterani[25]. Faustinus presbyter sancti Petri[26]. Hii omnes cardinales[27]. In his actis interfuerunt[14] archiepiscopi et episcopi de vicinis: Citonatus archiepiscopus Caralitanus[1]. Marcianus Narniensis[4]. Gerardus Castriensis[5]. Gregorius Tudertinus[6]. Andreas Nomentanus[7]. Savinianus Plerane[8]. Dalmianus Altinus[9]. Iohannes Petrusinus[19]. Valentinus Meranensis[20]. Thodorus Mileto[21]. Alberius Maceriae[22]. Hii[a] omnes archiepiscopi et episcopi[23]. Faustinus caput senati exconsul[15]. Propinus exconsul palacio Luciano[28]. Paulus de templo Palatinis[b,29]. Leo de via Salaria[30]. Stauflus de via Mamertina[31]. Gaidus de via Flaminea[32]. Goibius de via Latina[33]. Savinus de via Appia[53]. Merianus de via Tiburtina[34]. Baidus de macello[c] Lidiae[54]. Item de omnibus his regionibus his actis interfuere[35]: Regio de vico Patricii[36]. Regio caput Tauri[37]. Regio rivum Argentarium[38]. Regio ad duo adamantes[39]. Regio octava sub Capitolio[40]. Regio Liberatica[41]. Regio Sicinii[42]. Regio via lata[55]. Regio Celio monte[56]. Regio prima Aventino[57]. Regio urbis Ravennae[58]. Regio ad Gallinas albas[59]. Regio Orrea[60]. Regio secunda Mamertini[61]. Regio secus Portam Metrorii[43]. Ianciarius ex nota Grecorum[44]. Iohannes consul de palacio Sosoritano[45]. Iobianus de fonte Aureo[46]. Gregorius de Cella nova[47]. Romanus de forma Traiana[48]. Iohannes de via Claudia[49]. Remigius de via Aurelia[50]. Romulus de via Ardeatina[51]. Marcus de via Portuensi[52]. Traianus de ponte Molbio[62]. Amatus consul de palacio Vaticano[d,63]. Pitrosius[e] de Circo[f,64].

Georgius Ortensis episcopus. Valentinus Menensis episcopus. Andreas Momentanensis episcopus. Theodosius Miletensis episcopus. Savianus Ferenensis episcopus. Albertus Lucernensis episcopus. Damianus Alanus. Hi omnes archiepiscopi et episcopi in his actis interfuere. Cardinales, presbyteri: Geordinus cardinalis in vincula. Benedictus cardinalis de praesepe sanctae Mariae. Cardinalis presbyter Leo sanctae Ierusalem. Cardinalis presbyter ianuarum sanctae Caeciliae. Andreas patriarchatus Lateranensis cardinalis. Presbyter Faustinus sancti Petri apostoli. Hi omnes cardinales his actis interfuere. Omnes scholae Romanae, deinde proscrinarii, satellarii ex omni ordine Romanensi atque minoris populi Romani. Item Faustinus caput, senatus exconsul, protribunus, exconsul palatio. Lucianus Romanensis de forma Troianensi. Paulus de templo palatii. Iohannes de via Claudia. Leo de via Salaria. Remigius de via Aurelia. Scamphus de via Mamertina. Romulus de via Ardeatium. Sardus de via Flaminia. Marcus de via Portuensi. Garbus de via Latina. Savinus de via Appia. Menanus de via Tiburtinensi. Gardus de macello Lydiae. In his actis interfuere de omnibus regionibus istis: Regio Vico patricii. Regio caput Dauri. Regio rivi argentarii. Regio ad duos montes. Regio octava sub Capitolio. Regio Lybantica. Regio Fundana. Regio Via lata. Regio Celimonte. Regio prima Aventini. Regio urbis Ravennae. Regio ad Gallinas albas. Regio herea. Regio secunda Mamertini. Regio secus portam Metronii. Ianuarius ex nota Graecorum. Troianus de ponte Milvio. Ioannes consul de Palio Sosortanensi. Amatius consul de palatio Vaticanensi. Iohannes de Monte aureo. Petrocius de circo. Gregorius de Cella nova.

a) Aii *c.* b) palacinis *c.* c) mallo *c.* d) vatirano *c.* e) Petrosius *corr.* Pitrosius. f) *Theod. de Niem haec addit:* Scripta per manum Gregorii archinotarii nostri. Datae in patriarchio Lateranensi. 3. Calend. Maii. indict. 6. Anno eius secundo, et dicti domini Othonis secundo feliciter.

SYNODI BAIOARICAE SAECULI X.

Hoc potissimum loco notas codicibus bibl. Caesareae Vindobonensis decerptas sistere iuvabit, scilicet notitiam de synodo Dingolfingensi ex codice Historiae profanae Nro. **989** *sec. XI., olim S. Mauricii Altahensis*[1]*, quem et Hansizio in Germania sacra T. II. p.* **146** *ad manus fuisse apparet; decretum synodi provincialis Ratisponensis et excommunicationem ex codice Iuris canonici Nro.* **99** *fol.* **87** *manu saec. X. aut XI. exarato. Synodus Ratisponensis sub Michaele annis* **944—972** *episcopo, vivo Starchando Eichstatensi, qui iam supra in synodo Ingelheimensi a.* **948** *occurrit et 3. Id. Febr. a.* **966** *obiit, igitur Heinrico I. aut Heinrico II. ducibus, habita est; Udalricum Augustensem nonnisi* **4.** *Non. Iul. a.* **973** *obiisse constat. Excommuni-*

1) *Exhibet etiam hanc notitiam:* Tempore Ratmundi abbatis Altahense monasterium consecratur a tribus episcopis, Berengero scilicet Pataviensi, et Heriberto Eistetensi, Engilmaro Parentino, anno 1037. 11. Kal. Oct.

catio anno 976 *adsignanda esse videtur, quo Otto II. imperator Heinricum II. ducem debellaturus mense Iulio Ratisponae resedit.*

DE SYNODO DINGOLFINGENSI.

Anno Domini 932 regnante in Bawaria Arnolfo duce, convenientibus cunctis Bawariis 932. Ian. 14. 5 ad locum qui Dyngolfinga vocatur, causa synodalis colloquii, episcopis videlicet atque comitibus, aliisque populis supradicte regionis; residentibus autem episcopis in synodali concilio Oudalperto archiepiscopo Salzpurgensi, Isangrimo episcopo Ratisponensi, Gerhardo episcopo Pataviensi, Wolframmo episcopo Frisingensi, Nithardo episcopo Sabionensi [a], nunciisque Oudalfridi episcopi Eistetensis [b], choriepiscopis duobus Gotperto [c] et Swa- 10 terloho, aliisque presbyteris et dyaconibus ac clericis quam plurimis, de statu ecclesiastico tractantes, feriandos dies subscribi sanxerunt.

DE SYNODO RATISPONENSI.

Hanc igitur orationis adunationem quandocumque nostri adventaverunt synodi causa 944 | 966 parrochiani, de una synodo usque ad aliam, sine aliqua minoratione cum subscribtione 15 fieri decrevimus. Id est in primis pro salute regis et reginae de singulis presbiteris missas 3 decantandas; pro duce et ducissa missas 3; pro antistite nostro singillatim missas 3 [d]; pro omnibus provincialibus episcopis seu etiam vicinis, id est Oudalrico et Starachando, missas 3; pro fidelibus vivis missas 3; pro defunctis fidelibus missas 3; pro his qui devote ad synodum conveniunt missas 3; singillatim pro episcopo et cunctis 20 vivis fratribus missas 30; et pro defunctis missas 30; pro episcopis Tutone, Ysangrimo, et Guntherio, et Michahele [e], missas 3; pro amicis episcopi nostri M. [f] missas 3.

EXCOMMUNICATIO HEINRICI DUCIS.

Haec excommunicatio acta est ante Ratisponam. Canonicam et apostolicam aucto- 976. Iul. ritatem secuti, Heinricum sanctae huius Ratesponensis ecclesiae sedque regni domni 25 nostri imperatoris invasorem, et hos sui sceleris complices et fautores: Gundharium, Egkehardum, Hildepertum, Folcmarum, Hardwicum, Chadalhohum, Aaron, Piligrimum, Helmbertum, Ottonem, Ratponem, Hagenonem, Ash.... [g], Thanmarum, Altmannum, Oudalricum, Waltilonem, Roudgarium, Babonem, Engilmarum, Hedmaricum, Altu...., ...ualchoun.., Ratolfum, Ernustum, Arnolfum, ... Th..., a sancta catholica 30 et apostolica Dei ecclesia separamus [h], et iudicio sancti Spiritus excommunicamus, et sicut . . .

a) Nitha .... nun ... sque *c.* b) *vox aut ista, aut* Rubilocensis, *evanuit.* c) de ...... perto *codex.* d) *primo* III, *tum addita linea et atramento alio* IIII. e) *Ratisponensibus intra annos* 885—972. f) Michahelis g) Ashricum? h) D. e. s. *supplevi, scriptura evanida.*

35 # GREGORII V. SYNODUS PAPIENSIS. 997.

Acta eius ex codice bibliothecae Bambergensis E. III. 21. *mbr. circa annum millesimum exarato luci damus, quum hucusque nonnisi prior eorum pars, ex eodem ut videtur codice in Udalrici Babenbergensis codicem transscripta, apud Eckhartum in Corp. hist. medii aevi T. II. 40 pag.* 16. *habeatur, altera de electione papae agit. Annales Hildesheimenses in hac synodo et Crescentium anathemate percussum esse memorant.*

Capitula Papiae inventa et constituta a Gregorio Romano summo pontifice filio Ottonis [1] ducis. [2]

45 1. [a] Placuit sanctae synodo, ut omnes episcopi occidentales, qui in depositione Arnolfi Remensis archiepiscopi fuerunt, et certis induciis vocati Papiensem sinodum spreverunt,

a) *numeros addidimus.*

1) qui marchiam Veronensem servabat. Ann. Hildesheimenses ad a. 996. 2) Karinthiae.

997. et inconvenientes causas ad confutandam synodum per laicalem personam miserunt, ab episcopali officio suspendantur. Adalberonem Laudunensem episcopum [a], qui etiam metropolitanum suum apprehendit et tradidit, ab episcopali officio suspendatur, quia ad sinodum venire contempsit. Auctoritate enim Iulii papae sancitum est, qui etiam occidentales episcopos, ad sinodum venire spernentes, depositione reos iudicavit, illos vero 5 absque apostolica auctoritate depositos innocentes remanere.

2. Decretum est etiam, ut rex Rodbertus, qui consanguineam suam contra interdictionem apostolicam in coniugium duxit, ad satisfactionem convocetur, cum episcopis his nuptiis incestis consentientibus. Si autem renuerint, communione priventur.

3. Cum his etiam sancta synodus sancivit, ut Neapolitanus invasor, qui illius loci 10 archiepiscopum apprehendere fecit, et se in eundem locum per simoniacam heresim constitui fecit, ni satisfaciat anathematizetur [b].

4. Constituit etiam sancta synodus, ut si qui episcopus, presbiter, diaconus, aut clericus, papa incolome et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu comodare, aut pitacio promittere, aut sacramentum prebere, temptaverit, aut aliquid certe 15 suffragium pollicitus fuerit, loci sui dignitate et omnium fidelium communione privetur et anathemazetur. Sinodus Simachi papae: *Decrevit sancta synodus, ut nemo sancti Spiritus donum venderet, aut pro alicuius episcopi, presbiteri, diaconi, alicuius ordinis, consecratione pecuniam acciperet; et qui dat, et qui accipit, et qui mediator est, anathema sit.* 20

a) *lege* Adalbero Laudunensis episcopus b) *Hucusque Udalricus Babenbergensis.*

1019. Mart.

HEINRICI II. IMP. SENTENTIA DE CONIUGIO CLERICORUM.

Proferimus eam ex codice bibl. ducalis Guelferbytanae inter Helmstadienses Nro. 32 *in fol. mbr. cui manu saeculi XI. inscripta habe-* 25 *tur, unde et Maderus eam in Antiqq. Brunsvicensibus vulgavit. Quum tamen non pro charta iusta forma insigni, sed pro memoria tantum rei gestae, defuncto iam Heinrico conscripta, habenda sit, eam hoc potissimum loco referre constituimus. Anno in charta indicato,* 1025, *obitus Bernwardi anterior adversatur, ita ut rem et in conventu* 30 *Papiensi supra P. I. pag.* 562. *cap. tractatam, anno* 1019, *quo Heinricus mense Martio Goslariae moratus est, adsignandam duxerimus. Subiicere licet ex eodem codice Bernwardi constitutionem anni* 1020 *manu saeculi XI. exaratam* [1].

1) In nomine sanctae Trinitatis. Bernwardus sanctae Hildinishemensis eclesiae humilis antistes, omnibus bonae cooperationis fratribus patribusque reverendis, gaudia salutis et pacis. Legumlatores sanxerunt, per synodum et publica concilia status sanctae eclesiae quaeque ordiri utilia, perindeque ius fasque probare, aeque salubriter cuncta disponi. Hinc igitur anno 1020. 6. Idus Octobris [*], saniori ut remur utentes consilio, ubique locorum nos videlicet respicientium adinventionis nostrae subsignare dignum duximus memoriale, ut in invicem pie condescendentes, in timore Christi nosmet ipsos supportemus unanimes. Nam in praesentiarum bene commeritis proh dolor exigentibus culpis, nihil pensi neque moderati habet, quantis malis magis magisque in dies periclitans mundus succumbat. 35 Unde ergo ut pro posse criminum nostrorum aliquantulum oneri parcamus, publice privatimque constituimus, ut quatuor anni temporibus legalia synodi scita decernenda condictis, ab 40 omnibus nostrae scilicet diocesis septis congyratis in consensum participatumque tanti operis undique conveniatur, quibus id negotii iure debetur. Salubrius enim fortiusque huiusmodi decretum dinoscitur, cum astipulatione plurimo- 45 rum depromitur. Non tamen omnes in unum singillatim corogare decernimus, dum multimodis praepedientibus causis nullatenus hoc fieri posse non ignoremus; praesertim cum humana

*) M̅. XX. VI. ID̅. OCTB̅. *codex.* 50

1019. Mart.

Architecti catholicae doctrinae, quae sectanda forent fidei quasi fundamenta locantes, hoc evidenter noscuntur probasse, sive gregatim seu separatim, ut gloriemur in laude Christi. Ergo anno 1025. in consistorio regali Goslare praeminenti, in aeclesia scilicet australi lateri eodem adherente, collecta fidelium coadunatione, propositum est tractan-
5 dum quodque utilitatis salutare. Cuius conventus primatui Henricus qui tunc temporis rei publicae monarchiam strennue gubernabat assederat, et constipatione episcoporum, Geronis videlicet Parthenopolitani archiepiscopi, et Unowani Bremensis archiepiscopi, Arnolfi quoque Halverstedensis, et Bennonis Slavensis[1], Thioderici Mindensis[2], et Thioderici Mimigardivordensis[3], et Ekkihardi Sleswigensis episcopi, circumfultus undique, fas-
10 que nefasque aequa trutinationis lance pensabat. E quibus vero inter questiones citra ultraque habitas Bernwardus sanctae Hildinishemensis aeclesiae piae memoriae antistes quem tanti negotii principatus attinebat, cuiusdam ambiguitatis indaginem investigabat, quippe: Cum quilibet episcopus vel cuiusvis dignitatis quisquam, proprietatis suae aliquem ad sacerdotalem provehens gradum, suae potestatis iuxta collibitum esse permiserit, insu-
15 perque sui iuris seu alieni sibi aeclesiam clementi benignitate adquisierit, sed is succedentibus prosperis altioris meriti elatione sese super verticem extulerit, donumque divinitus collatum in turpe converterit emolumentum, adeo, ut nobilitate generis succensus, quandam in matrimonium usurpaverit liberam, eo tenore, ut prolem ex eadem derivatam quoquo modo abalienet servitio eius cuius ipse suberat dominio; quid potissimum
20 exinde concors illorum fieri decrevisset assensio? His ita praelibatis, procerum unusquisque pro industriae suae estimatione, huius rei proposito longa alternabat deliberatione. Sed tandem huius haesitationis amfractus imperatore anticipante, omnis illius concionis consessus in suffragium huiusmodi assurgit, acclamantque cuncti: legittime oportere, tam ipsam quam eius posteritatem eodem quo et ipse servitutis iugo succumbere. Ad-
25 dunt nihilominus praesentis compactionis decretum, Romani imperii maiestate sancitum, nullo penitus in perpetuo iure solvendum, maxime, cum in bene placito universalis papae, prospectum vegetet sanctae aeclesiae.

fragilitas necessario exigat, ut suae utilitatis artibus quisque diatim inserviet, velut scilicet
30 rusticani, quibus per varia laborum exercitia cotidiana servitus domi forisque indicitur, unde nobis quoque debita victualium compendia procurentur. Sunt praeterea nonnulli clericorum sanctimonialiumque regulari conversatione in-
35 signiti, quos singulos in publicum gregatim prodire, et provida imbecillioris vitae consideratio, et legittima coenobialis propositi dissuadet districtio, nedum foris quasi ex huiuscemodi statuto pervagantur, ab usitato animi rigore proclivius
40 deviare cogantur, quin potius solito Deitatis servitio insudare nitantur. Quibus etiam sollicita circumspectione praemoniti, in commune persuademus, uti in definitis diebus unusquisque pro diversitate sexus et aetatis, sacris orationum oblationumque sese studeant mancipare officiis, illud quam maxime summae divinitati cum tota spiritus contritione supplicantes, quatinus ipse conventui nostro adesse dignetur, qui duobus quippe aut tribus in nomine suo congregatis se medium pollicetur; eiusque condonante gratia tale quid ex nostro consultu emergatur, quod et praesentium saluti proficuum, et futurorum imitationi esse queat idoneum, insuperque res publica bene strennueque regatur, sancta quoque eclesia beatae gloriosaeque Dei genitricis huc usque tuitioni munita adaugeatur, ipsa eademque ab infestatione inimici ministrantiumque sibi, paganorum scilicet seu malorum christianorum, incursione usque quaque defendatur.

1) i. e. Aldenburgensis. 2) sedit inde ab a. 1018—1022. Febr. 19. 3) obiit a. 1022. d. 23. Ianuar.

---

45 # HEINRICI II. IMP. PACTUM CUM BENEDICTO VIII.

1020. April.

Authenticum eius quod in archivo olim Vaticano adservatum fuisse dicitur, haud amplius extat, sed primum constitutionis exemplar in collectione canonum cardinalis Deusdedit habetur; quare transsumtum authentici, quod credebatur, in concilio Lugdunensi confectum, et a Borgia in libro
50 *„Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica," Append. p. 40—43 iterum expressum, repetere iuvat. Charta pactum Ottonia-*

1020. April.

num presso pede sequitur; ita ut praecipue una sententia in codice Vaticano **1984** *descripta*[1] *ab illo recedat; unde idem de utroque iudicium ferendum est. Nota temporis in charta tanti momenti omitti minime poterat, ideoque authenticum ad concilium Lugdunense provenisse haud credendum est. Ceterum quum in charta de commutatione praediorum Anthesna, Wieneringa et Wilinbach sermo sit, quam d.* **8.** *Febr. a.* **1018** *locum habuisse constat, chartam conventui potissimum imperatoris et papae Babenbergensi, mense Aprilis a.* **1020,** *adsignandam credideris; cui suffragatur, quod ex testibus Macelinus sive Meginhardus d.* **2.** *Dec. a.* **1018** *in episcopum Wirciburgensem promotus est, et Heribertus Coloniensis archiepiscopus* **17.** *Kal. Aprilis a.* **1021** *supremum diem clausit.*

In nomine domini Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Ego Heinricus Dei gratia imperator augustus spondeo atque promitto per hoc pactum confirmationis nostre tibi beato Petro principi apostolorum et clavigero regni celorum, et per te vicario tuo domno Benedicto summo pontifici et universali pape, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra ac ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo, et suburbanis, atque viculis omnibus, et territoriis eius, montanis ac maritimis, litoribus et portubus, seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis, ac viculis Tuscie partibus, idest Portum, Centumcellas, Ceram, Pledam, Marturiani, Sutriam, Nepem, Castellum, Gallisem, Ortem, Polimartium, Ameliam, Tudam, Perusiam cum tribus insulis suis, idest maiore, et minore, Pulvensim*, et lacu, Narniam, et Utriculam cum omnibus finibus, et territoriis ad supradictas civitates pertinentibus, nec non et exarchatum Ravennatum sub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis, et castellis, que pie recordationis domnus Pipinus, et domnus Karolus et domnus Lodovicus, et Otto, et itidem Otto filius eius, predecessores videlicet nostri, beato Petro apostolo et predecessoribus vestris iam dudum per donationis paginam contulerunt, hoc est civitatem Ravennam, et Emiliam, Bobium, Cesenam, Forumpopuli, Forumlivii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adrianis, atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis atque insulis terra marique ad supradictas civitates pertinentibus, simul et Pentapolim, videlicet Ariminum, Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Ausimum, Humanam, Hesim, Forumsimpronii, Montemfeltri, Urbanum, et territorium Balvensem, Callis[a], Luciolis, et Eugubium, cum omnibus finibus ac territoriis ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense, sicut a predictis imperatoribus antecessoribus nostris beato Petro apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate, id[b] est in partibus Tuscie Langobardorum castellum Felicitatis, Urbemveterem, Balneum Regis, Ferenti,

1) *Codex ita habet:* Super hoc confirmamus tibi beate Petre apostole et per te vicario tuo domno Benedicto, summo pontifici et universali papae, Fuldensem monasterium, et abbatis eius consecrationem, atque omnia monasteria, curtes et villas, quas in ultramontanis partibus sanctus Petrus abere dinoscitur, absque Anthesna, Guinneringa, sive Wilinbach, que a sancti Petri ecclesia per commutationis paginam episcopo Babenberguensi conlate sunt. Pro quibus iamdictae aecclesiae beati Petri concedimus et confirmamus omnem illam terram, quam inter Narniam, Terramnem vel Spoletum abuimus, preterea sub tuitionem beati Petri et vestram, vestrorum successorum, pretaxatum episcopatum Babenberguensem offerimus. Unde sub pensione aequum[c] unum album faleratum ex eiusdem loci episcopo vos annualiter suscepturos sancimus, *et infra.* In electione vero Romani pontifici neque liber neque servus ad hec venire presumat, ut illis Romanis quos ad anc electionem, per constitutionem sanctorum patrum, antiqua admisit consuetudo, aliquid faciat inpedimentum, quod si quis contra hanc nostram constitutionem presumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis aucmentum obponere in prefata electione audeat, omnibus modis proibemus. Nam et hoc omnimodis instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione dompni apostolici, sive nostra fuerint suscepti, impetrata iustę utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerint, violare presumpserint sciat se periculum vitae suae incursurum. Et subscripsit Heinricus imperator, et episcopi 13 et abbates 4, et duces 3, comites 9, optimates 9.

*) Pulverisim *Borgia.* a) Collis *Borgia.* b) et *Borgia.* c) *i. e.* equum.

1020. April.

Viterbium, Ortem, Martam[a], Pledam, Tuscanam, Suanam, Populonium, Roselles, cum suburbanis atque viculis, et omnibus territoriis ac maritimis, oppidis, seu finibus omnibus. Itemque a Lunis cum insula Corsica, in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regiam, exinde in Mantua, atque in Monte Silicis, 5 atque provincia Venetiarum, Istria, nec non et cunctum Spoletanum ducatum, seu Beneventanum una cum ecclesia sancte Christine posita prope Papiam iuxta Padum quarto miliario. Item in partibus Campanie Sora, Arces, Aquinum, Arpinum, Teanum, Capuam, nec non et patrimonium ad potestatem et ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum et Neapolitanum, atque patrimonia Calabrie superioris et inferio-10 ris; de civitate autem Neapolitana cum castellis, et territoriis, ac finibus, et insulis sibi pertinentibus sicut ad easdem aspicere videntur, nec non patrimonium Sicilie, si Deus nostris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Gaietam, et Fundum, cum omnibus earum pertinentiis. Super hoc confirmamus vobis Fuldense monasterium, et abbatis eius consecrationem, atque omnia monasteria, cortes, et villas, quas in ultramontanis 15 partibus sanctus Petrus habere dinoscitur absque Antesna Winiheringa[b] sive Willinbach, que a sancti Petri ecclesia per commutationis paginam episcopo nostro Bambergensi collate sunt, pro quibus sepedicte ecclesie sancti Petri transcribimus concedimus et firmamus omnem illam terram, quam inter Narniam, Terannem, vel Spoletum ex regni nostri parte habuimus. Sub tuitione preterea sancti Petri, et vestra, vestrorumque suc-20 cessorum, pretaxatum episcopium Bambergense offerimus. Unde sub pensionis nomine equum unum album faleratum ex eiusdem loci episcopo vos annualiter suscepturos sancimus. Offerimus insuper, firmamus, et corroboramus tibi beato Petro, ac vicario tuo domno Benedicto, et successoribus eius, prout bone memorie pape Iohanni suisque successoribus a predecessoribus nostris Ottonibus factum est, civitates et oppida cum piscariis suis 25 Reatem, Amiternam, Furconem, Nursiam, Balvam, et Marsiam, et alibi civitatem Terannem cum pertinentiis suis. Has omnes supradictas provincias, urbes et civitates, oppida atque castella, viculos ac territoria, simulque patrimonia pro statu regni nostri cunctoque christianorum populo conservando iam dicte ecclesie tue, beate Petre, vicarioque tuo Benedicto, ac successoribus eius usque in finem seculi eo modo confirmamus, ut in suo 30 detineant iure, principatu, atque ditione. Simili modo per hoc nostre delegationis pactum confirmamus donationes, quas pie recordationis Pipinus rex, et postea domnus Karolus excellentissimus imperator, ac deinceps Ottones piissimi beato Petro Christi apostolo spontanea voluntate contulerunt, nec non et censum, et pensionem, seu ceteras dationes, que annuatim in palatium regis Langobardorum inferri solebant, sive de Tuscia, sive 35 de ducatu Spoletano, sicut in supradictis donationibus continetur, et inter sancte memorie Adrianum papam et domnum Karolum imperatorem convenit, quando idem pontifex eidem de supradictis ducatibus, idest Tuscano et Spoletano, sue auctoritatis preceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis predictus census ad partem ecclesie sancti Petri persolvatur; salva super eosdem ducatus nostra in omnibus dominatione, 40 et illorum ad nostram partem subiectione. Ceterum sicut diximus omnia suprascripta nomina ita ad nostram partem per hoc nostre confirmationis pactum corroboravimus, ut in vestro permaneant iure, principatu, atque ditione, et neque a nobis neque a successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte vestra potestas imminuatur, aut a vobis inde aliquid subtrahatur, de suprascriptis videlicet 45 provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, castris, viculis, territoriis, ac patrimoniis, nec non et pensionibus, atque censibus, ita ut neque nos facturi simus, neque a quibuslibet ea facere volentibus consentiamus, sed potius omnia que superius leguntur, id est provincie, civitates, urbes, castella, oppida, terras, patrimonia, atque insule, censusque, pensiones ad partem ecclesie beati Petri apostoli atque pontificum in sacratissima sede illius resi-50 dentium nos in quantum possumus defensores esse testamur, ad hoc ut eam illis ditionem ad utendum atque disponendum firmiter valeant optineri; salva in omnibus potestate nostra posterorumque nostrorum, secundum quod in pacto, et constitutione, ac promissionis firmitate Eugenii pontificis successorumque illius continetur, ut omnis clerus et universi populi Romani nobilitas propter diversas necessitates et pontificum irrationa-55 biles erga populum sibi subiectum asperitates retundendas sacramento se obliget, quatinus futura pontificum electio, quantum uniuscuiusque intellectus fuerit, canonice et iuste

a) Martani *B.* b) Vurniteringa s. Viullmbach *B.*

1020. April. fiat, et ut ille qui ad hoc sanctum apostolicum regimen eligetur, nemine consentiente consecratus fiat pontifex, priusquam talem in presentia missorum nostrorum seu universe generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione atque futura conservatione, qualem domnus et venerandus spiritualis pater noster Leo sponte fecisse dinoscitur. Preterea alia minora huic operi inserenda previdimus, videlicet ut in electione pontificum 5 neque liber neque servus ad hoc venire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum; quod si quis contra hanc nostram constitutionem ire presumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis argumentum componere audeat in prefatam electionem, prohibemus; nam et hoc omnimodo 10 instituere placuit, ut qui semel sub speciali defensione domni apostolici sive nostra fuerint suscepti, impetrata iuste utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerunt violare presumpserit, sciat se periculum vite sue esse incursurum. Illud etiam confirmamus, ut domno apostolico iustam in omnibus servent obedientiam, seu ducibus et iudicibus suis ad faciendam iustitiam. Huic enim institutioni hoc neces- 15 sario annectendum esse perspeximus, ut missi domni apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter singuli duces et iudices populo iustitiam faciant, hanc imperialem constitutionem quomodo observent; qui missi decernimus, ut primum cunctos clamores qui per negligentiam ducum vel iudicum fuerint inventi, ad notitiam domni apostolici deferant, et ipse unum e duobus eligat, aut statim 20 per eosdem missos fiant necessitates emendate, aut misso nostro nobis renuntiante, per nostros missos a nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus fidelibus sancte Dei ecclesie et vestris firmum esse credatur, proprie manus signaculo subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostre roboravimus, et sigilli nostri impressione assignari iussimus. † Signum domni Henrici gloriosissimi Romanorum imperatoris augusti. Signum Er- 25 chandildi[a] Maguntinensis archiepiscopi. Signum Heriberti Coloniensis archiepiscopi. Signum Bobonis Treverensis archiepiscopi. Signum Thiedirici Metensis episcopi. Ego Eberhardus Babembergensis ecclesie episcopus Romane sedis subditus subscripsi. Ego Mazelinus Wirziburgensis episcopus subscripsi. Ego Walterus Spirensis episcopus subscripsi. Ego Ruodardus Constantiensis episcopus subscripsi. Ego Uodalricus[b] Curiensis 30 episcopus subscripsi. Ego Adalbertus Basiliensis episcopus subscripsi. Ego Heimmo Werdunensis episcopus subscripsi. Ego Valterus Heihsteidensis episcopus subscripsi. Signum Richardi Fuldensis abbatis. Signum Arnoldi Herfendensis abbatis. Signum Bruchardi abbatis. Signum Gotifredi ducis. Signum Beringardi ducis. Signum Thiederici ducis. Signum Welphonis comitis. Signum Cunonis comitis. Signum Cunradi comitis. 35 Signum Ottonis comitis. Signum Adilbrahtis comitis. Bobonis comitis. Signum Frederici comitis. Signum Bezelini comitis. Signum Ezonis comitis Palatini. Signum Frederici camerarii. Signum Ezonis[c] infertoris. Signum Heuzonis[d] pincernarii. Signum Huzis. Alimun. Herenger[e]. Adilman. Adhilbero. Ego Wicilinus Astrazburgensis episcopus. Signum Ryodhois Fluvanensis[f] abbatis. 40

a) Erchanbaldi b) Zodalricus *Borgia*. c) Mezonis *B*. d) Heimzonis *Cenni*. e) Huzi, Salomon, Berenger? f) Eluanensis *Cenni; lege* Elwangensis.

1059. April.

NICOLAI II. STATUTUM DE ELECTIONE PAPAE.

Codicem Vaticanum Nro. **1984** *nactus, qui Romae saeculo XI. et* 45 *initio saeculi XII. exaratus fol.* **192'** *et* **193** *statutum istud exhibet, et cuius tantum subscriptiones pessime apud Labbeum et Mansium vulgatae sunt, operae pretium iudicavi, ut novam documenti celeberrimi editionem proponerem. Nititur ea* **1**) *Codice Vaticano,* **1b**) *lectionibus codicis Floreſiensis a Martenio in Coll. ampl. T.* 50 *VII. pag.* **59** *allatis, ubi tamen nonnisi initium constitutionis usque* „Noverit“ *et subscriptiones habentur; paucae textus lineae quam*

1059. April.

maxime cum codice Vaticano congruunt, ita ut reliqua etiam ita comparata esse censeas; subscriptiones complures supplentur. Quibuscum congruit 2) *textus chronico monasterii Farfensis prope Romam circa annum* **1100** *exarato insertus, apud Muratorium T. II. P. II. p.* **645.** *Et isti quidem omnium soli subscriptiones cardinalium et episcoporum praebent, eoque authentici formam referunt. Contra textus qualis in* 3) *Hugonis Flaviniacensis chronico Virdunensi (apud Labbeum in Bibl. Ms. I.* **192**) *eique simillimus* 4) *in Hugonis Floriacensis tractatu de regia potestate et sacerdotali dignitate (in Baluzii Miscell. T. IV. pag.* **62**) *legitur, atque in Gratiani Decretum dist.* **23.** *c.* **1**, *ex hoc vero et Hugone Flaviniacensi in Baronii Annales et in collectiones Conciliorum transiit, compluribus locis ab isto recedit, recisis subscriptionibus episcoporum, mutilata sententia de iure imperatoris atque transposita in locum certe non suum, recisis sententiis aliis de iure imperatoris, omisso anathemate in papam male electum, quod decreto inesse, Bonizonis, pontificiae potestatis sectatoris, verba apertissime demonstrant, ita ut cardinalis Deusdedit*[1] *sententiam istam a fautoribus imperatoris insertam fuisse nulla ratione suspicatus, Gregorii VII. potius asseclas fraudis et corruptionis insimulare debuisset. Quae quum ita se habeant, lectionem codicum Romani et Farfensis eo quoque loco praeferendam esse patet, qui de cardinalibus loquitur, ita ut voces post „cardinales"* episcopi, *et* mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus, *haud minus ac verba secunda manu in codice Romano scripta* ita tamen ut a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur ac laudetur, *pro glossis aut pro interpolatione habenda sint. En igitur editionem nostram, quae tamen haud omnes sed praecipuas tantum editionum priorum lectiones refert.*

In nomine domini Dei[a] salvatoris nostri Iesu Christi, anno ab incarnatione Domini[b] 1059, mense Aprelis, indictione 12, propositis sacrosanctis euangeliis, praesidente quoque reverentissimo ac beatissimo Nykolao apostolico papa[c] in basilica Lateranensis patriarchii, que appellatur[d] Constantiniana, considentibus etiam reverentissimis archiepiscopis et episcopis et abbatibus, et venerabilibus presbyteris atque diaconis, idem venerabilis pontifex auctoritate apostolica decernens de electione summi pontificis inquit: *Noverit*[e] *beatitudo*[f] *vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque*[g] *membra Christi non latuit, defuncto piae memoriae dompno Stephano praedecessore nostro, haec apostolica sedes, cui Deo auctore*[h] *deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacae haereseos trapezitas*[i] *repetitis*[k] *malleis crebrisque tunsionibus subiacuerit: adeo ut columpna Dei viventis iam iam*[l] *pene videretur concussa*[m] *nutare*[n], *et sagena summi piscatoris, procellis intumescentibus, cogeretur in naufragii*[o] *profunda summergi. Unde, si placet fraternitati vestrae, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus prudenter*[p] *occurrere, et ecclesiastico statui, ne recidiva*[q], *quod absit, mala praevaleant in posterum providere*[r]. *Quapropter instructi*[s] *praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate, decernimus atque statuimus, ut obeunte huius Romanae ecclesiae universalis pontifice, inprimis cardinales*[t] *diligentissima simul consideratione tractantes*[u],

a) Dei et s. 2. b) eius 1b. eiusdem 2. 3. c) viro 2. d) agnominatur 1b. cognominatur 2. 3. *ed.* e) Novit 3. 4 *ed.* f) modestia vestra fr. carissimi 4. g) q. m. Ch. *evanuerunt in codice* 1.; membra *secunda manu in margine adiecta.* h) : : : ctore 1. i) trapetitas 1. k) *deest* 1. 3. 4. l) *deest* 1. m) *deest* 4. n) natare 1. o) naufragio 1. p) libenter succurrere 1. q) rediviva 2. 3. 4. r) praevidere 4. s) instructa 1. t) c. episcopi 3. 4. c. episcopi diligentissime simul de electione tractantes *ed.* u) tractantes mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus, et populus ad consensum 3. 4. *ed.*

1) v. Baronii Annales T. XI. pag. 257.

1059. April. 2

salvo[a] *debito honore et reverentia dilectissimi filii nostri Heinrici, qui in presentiarum rex habetur*[b], *et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi, mediante eius nuntio Langobardie cancellario W.*[2], *concessimus, et successorum illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint*[c], *ad consensum novae electionis*[d] *accedant: ut*[e] *nimirum, ne venalitatis morbus qualibet occasione subripiat*[f], *religiosi viri cum*[g] *reverentissimo*[h] *filio nostro rege*[i] *Heinrico preduces sint in promovenda*[k] *pontificis aelectione, reliqui autem sequaces*[l]. *Aeligant*[m] *autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus; vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur. Quod si pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit*[n], *licet tantum pauci sint, ius tamen potestatis obtineant eligere apostolicae sedis pontificem*[o], *ubi cum*[p] *invictissimo rege congruentius iudicaverint*[q]. *Plane*[r] *postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscumque hominum conatus, malignitatis studio restiterit*[s], *ut is*[t] *qui electus est, in apostolica sede iuxta*[u] *consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen, sicut verus*[v] *papa auctoritatem obtineat regendi sanctam Romanam ecclesiam, et disponendi omnes facultates illius. Quod beatus Gregorius ante suam*[w] *consecrationem*[x] *fecisse cognoscitur*[x*].

Quod si quis contra hoc nostrum decretum, synodali sententia promulgatum, per seditionem vel presumptionem aut quodlibet ingenium electus[y], *aut etiam ordinatus*[z], *seu inthronizatus fuerit, non*[*] *papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus, ab omnibus habeatur et teneatur, et auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus*[a] *fautoribus et sequacibus omnibus a liminibus sanctae*[b] *ecclesiae separatus, abiciatur*[c], *sicut antichristus et invasor, atque destructor totius christianitatis. Nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur; sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque*[d] *prius erat*[e], *sine retractatione*[f] *deponatur. Cui quisquis adheserit*[g], *vel qualemcumque*[h] *tamquam pontifici reverentiam exhibuerit*[i], *aut in aliquo illum defendere praesumpserit, pari sententia sit mancipatus.*

Quisquis autem huius sententie[k] *decretalis nostre temerator*[k*] *extiterit, et*[l] *Romanam ecclesiam sua*[m] *praesumptione*[n] *confundere et conturbare*[o] *contra hoc statutum temptaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, et cum impiis, qui non*[p] *resurgunt in iudicio, deputetur*[q]. *Omnipotentis scilicet Dei Patris et Filii et Spiritus*[r] *sancti contra se iram sentiat, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum presumit confundere ecclesiam, in hac*[s] *vita et in futura furorem repperiat*[t]. *Fiat habitatio*[u] *eius deserta, et in tabernaculo eius non sit qui inhabitet*[v]; *fiant filii eius orfani, et uxor eius vidua; commotus amoveatur*[w], *ipse atque eius filii, et mendicent, et eiciantur de habitationibus*[x] *suis; scrutetur fenerator omnem*[y] *substantiam eius, et diripiant alieni omnes labores eius; orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum Rome*[z] *quiescentium*[*] *merita illum confundant,*

Psalm 1, 5. — Ps. 68, 26. 108, 9. — Sapient. 5, 21.

a) salvo *usque* impetraverint *hic desunt, et inseruntur infra (l. 8.) post* ex alia assumatur, *praeter voces* mediante eius nuntio Langobardiae cancellario W. *omnino omissas.* 3. 4. *ed.* b) abetur 1. c) imperant 1. d) dilectionis 1. e) a. nimirum praecaventes ne 2. *ed.* et ne 4. f) subrepat 2. 3. subrepat. Et ideo r. *ed.* g) cum r. f. n. r. H. *desunt* 3. 4. *ed.* h) serenissimo 2. i) *deest* 1. k) promovendis p. aelectionem 1. promovendi 3. l) sequaces. Et certe rectus [Certus vero *ed.*] atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis sive gestis, etiam illa beati Leonis [praedecessoris nostri *ed.*] sententia recolatur: „Nulla, inquit, ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialibus episcopis cum [e. c. *desunt* 3. c. *deest* 4.] metropolitani iudicio consecrati. Quia vero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur ecclesiis, atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur [fungantur 4.] qui [q. videlicet *ed.*] electum antistitem [episcopum *ed.*] ad apostolici culminis apicem provehant. Eligant 3. 4. *ed.* m) Eligatur *ed.* n) possit, cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis licet paucis ius p. 3. 4. *ed.* o) antistitem 3. 4. p) c. i. r. *desunt* 3. 4. *ed.* q) congruere viderint *ed.* r) *ita omnes;* Sane? s) restituūt 1. t) his 1. u) iusta 1. v) *deest* 1. 3. 4. w) *deest* 1. x) electionem 3. x*) c. ita tamen ut a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur ac laudetur. *manu secunda eiusdem fere temporis in margine* 1. *adiecta; et desunt in* 2. 3. 4. *et edd.* y) helectus 1. z) hordinatus 1. *) non papa s. s. n. a. s. a. ab o. h. et t. Et *desunt* 3. 4. *edd. Sed genuina esse, ex Bonizone p.* 806. „non apostolicus sed apostaticus habeatur“ *patet.* a) *deest* 1. b) s. Romanae e. 2. s. Dei e. 4. *ed.* c) subiciatur 1. 4. d) quocum 1. e) fuerat 3. 4. f) retractione 1. g) adeserit 1. h) qualecumque 1. i) exibuerit 1. k) nostri decreti vel sententiae 3. 4. k*) violator 3. l) *deest* 1. m) s. p. *desunt* 2. n) perturbatione 1. o) perturbare 3. 4. p) i. quando resurgent 3. 4. q) reputetur 2. 4. *ed.* r) spiritu 1. s) ac 1. t) sentiat 2. *ed.* u) abitatio 1. v) inabitet 1. w) commoveatur 4. *ed.* x) abitationibus 1. y) omne 1. z) *deest* 2. 3. 4. *ed.* *) quiescentiam 1.

2) Wiberto scilicet, quem synodo interfuisse ex Bonizone (ap. Oefele SS. Baioar. T. II. p. 806) constat.

1059. April.

et[a] *in hac*[b] *vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius*[c] *nostri decreti Dei omnipotentis gratia protegat, et auctoritate*[d] *beatorum*[e] *principum*[f] *apostolorum*[g] *Petri et Pauli ab omnibus peccatorum vinculis absolvat*[h]. *Amen.*

Nicolaus episcopus sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae, huic[i] decreto a nobis sicut superius legitur promulgato subscripsit[k].

Bonifatius Dei gratia Albanensis episcopus[l], Ubertus[m] episcopus sanctae Silve candidae ecclesiae[n], Petrus Ostiensis episcopus[o], Petrus Lavicanus episcopus; hii omnes[p] Romani episcopi subscripserunt una cum Iohanne Portuensi episcopo.

I.[q] cardinalis tituli sancti Marci, Leo cardinalis tituli sancti Damassi[r], Vivus[s] cardinalis tituli sancte Marie Transtiberim, Desiderius cardinalis tituli sanctae Ceciliae; hii omnes subscripserunt.

Mancinus[t] diaconus, Crescentius diaconus, Amantius diaconus; hii diaconi sanctae Romanae ecclesiae subscripserunt.

Hildiprandus monachus et subdiaconus, et ceteri Romanae ecclesiae subdiaconi subscripserunt.

W.[u] archiepiscopus[3], Domnicus[v] Gradensis patriarcha, Ugo Grisopolitanus[w] archiepiscopus, Hildeprandus[x] Capuanus archiepiscopus, Uldericus[y] Beneventanus archiepiscopus, Alphanus[z] Salernitanus archiepiscopus; hii omnes subscripserunt.

Ioannes episcopus Savinensis, I.[*] episcopus Tiburtinensis, Rolandus episcopus Sutrinensis, Ailardus[a] episcopus et abbas sancti Pauli[b], Leo episcopus Gaietanus, I.[c] episcopus Terracinensis, Pandulfus[d] episcopus Marsiensis, Atto episcopus Teatensis, Dominicus episcopus Balbensis, I.[e] episcopus Pennensis[f], Palumbus[g] episcopus Suranensis[h, 4], P.[i] episcopus Castellanensis, Lodoicus[k] episcopus Nucerinus, Hermanus[l] episcopus Castellanus, Henricus episcopus Spoletinus, Maginardus[m] episcopus Urbinensis, Gottifredus[n] episcopus Perusinus[o], Hageno[p] episcopus Eduensis[q], Gottifredus[r] episcopus Avellanensis[s], Uldericus[t] episcopus Firmensis, Berardus[u] episcopus Aesculanus, Ugo episcopus[v] Camerinensis, W.[w] episcopus Numanus, Transmundus[x] episcopus Fesulanus, I.[y] episcopus Suanae, Rofredus episcopus[z] Atestensis[*], Albertus[a] episcopus Narianensis[b], Bernardus episcopus Agathensis, Teuzo episcopus Urbivetanus[c], Iohannes episcopus Clusinus, Iohannes episcopus Senensis, Wido[d] episcopus Vulternensis[e, 5], P.[f] episcopus Vulturnensis, Benedictus episcopus Suesanus[g], Azzo[g*] episcopus Fulinensis[h], P.[i] episcopus Aprutinensis[k], Girardus[l] episcopus Roselanus[m], Anselmus episcopus Lucensis[n], P.[o] episcopus Pensariensis[p], Adulfus Feretranus[q] episcopus, Rodulfus episcopus Egubinus[r], Theodotius[s] episcopus Senogaliensis, Martinus episcopus Fundensis, Ardinus[t] episcopus Tudertinus, Arduinus[u] episcopus Fanensis[v], Arnulfus episcopus Cusentinus[w], Stephanus episcopus Troianensis[x], B.[y] episcopus Simproniensis[z], Ugo[*] episcopus Galliensis[a], Girardus[b] episcopus Reatinus[c], Gisbertus[d] episcopus[e] Tuscanensis[f], Achinus[g] Asisinus episco-

a) et *usque* ostendant *desunt* 2. b) ac 1. c) uius 1. d) autoritas 2. *ed.* e) *deest* 1. f) *deest* 3. 4. *ed.* g) *deest* 1. h) *reliqua desunt* 4. *Grat.* i) hoc 1. k) subscripsi 1b. l) e. subscripsi 1b. m) hubertus 1b. umbertus 2. humbertus 3. n) e. subscripsi 1b. o) e. subscripsi. Iohannes Portuensis episcopus subscripsi. Iohannes cardinalis *media desunt* 1b. e. subscripsi et ceteri episcopi numero LXXVI. cum presbyteris et diaconibus subscripserunt. 3. *et Conciliorum collectiones (reliqua desunt).* p) Huius 1. q) Iohannes 1b. Ioannes 2. r) Damasi 1b. sancti Laurentii in Damaso 2. s) Uvius 1b. Guido 2. t) Mancius 1b. Martius 2. u) Guido 1b. Wibertus 2. v) Dominicus 1b. 2. w) Chrysopolitanus 1b. Crysopolitanus 2. x) Hillebrandus 1b. y) Voldelricus 1b. Oldericus 2. z) Alfanus 1b. *) Iohannes 1b. Ioannes 2. a) Alardus 1b. b) Pauli Romae 1b. c) Iohannes 1b. Ioannes 2. d) Pandolfus 1b. e) Iohannes 1b. f) pāuensis 1. Permensis 1b. Pinnensis 2. g) Palumbo 1b. h) Surensis 2. i) Petrus ep. Castellanus 1b. Petrus civitatis Castellanae 2. k) Lodiucus 1b. 2. l) Herimannus 1b. m) Meinardus 1b. Mainardus 2. n) G. e. P. *et* A. e. E. *desunt* 1. Godefridus 1b. o) Perosinus 1b. p) Aganus 2. q) Esiensis? r) Godefridus 1b. s) Attelanensis 1b. Atellanus 2. t) Udulricus 1b. Odelricus 2. u) Bernardus 2. v) Hugo 1b. w) Willelmus 1b. Wilelmus Humanensis 2. x) Erasmus 1b. y) Iohannes 1b. Ioannes 2. z) Rofredus episcopus Senensis 1. *media desunt.* *) Eugubinus 2. *an* Aretiensis? a) *ante Albertum* 1b: Marius episcopus Fundensis, 2: Martinus Fundensis *scribunt. v. infra.* b) Varianus? c) urbibetanus 1b. urbevetanus 2. d) Guido 1b. 2. e) Wlturnensis 1b. Vulterranensis 2. f) Petrus 1b. P. ep. V. *desunt* 2. g) Suessanus 1b. 2. g*) Azo 1b. h) Sulinensis 1. Fullienensis 1b. Fuliensis 2. i) Petrus 1b. 2. *Ante Petrum codex* 2. *episcopos Pensaurensem et Feretranum sistit; v. infra.* k) aputernensis 1. aprutianus 1b. Aprutiensis 2. l) Gerardus 1b. 2. m) Rosellanus 1b. 2. n) Luciensis 1b. o) Petrus 1b. 2. p) Pensaurensis 1b. Pesauriensis 2. q) Adulf:retnus 1. Andulfus 1b. 2. Fertranus 1b. *an* Feltrensis? r) Gubinus 2. s) Theotius 1b. Theodicus 2. t) Arduinus 1b. 2. u) ep. F. A. e. C. Stephanus *desunt* 1. v) Faventinus 2. w) Cunensis 2. x) Troianus 2. y) Benedictus 1b. 2. z) Simphroniensis 1b. Semproniensis 2. *) Hugo 1b. a) Gallensis 1b. Calliensis 2. b) Gerardus 1b. 2. c) Teatinus 1b. Reatensis 2. d) Gislebertus 1b. 2. e) T. A. A. e. Ingo e. *desunt* 1. f) Tusculanus 2. g) Agginus Assuensis 2.

3) scil. Wido Mediolanensis. 4) i. e. Sorae. 5) Volterrae.

1059. April. pus, Ingo episcopus Balneoregius[a], Vegrimo[b] episcopus[c] Populoniensis[d], Herasmus episcopus Signensis[e], Arechis episcopus[f] Aliphane[g], Cumbertus[h] episcopus Taurinensis[i], Opizo[k] episcopus Bobiensis[l], Benzo[m] episcopus Albensis, Otto[n] episcopus Novariensis[o], Henricus[p] episcopus Iporigensis[q], W.[r] episcopus Populoniae[s], Gregorius[t] episcopus Vercellensis, Ubertus episcopus Ianuensis, Deodatus episcopus Corbinensis[6], I.[u] episcopus Trebensis, I.[v] episcopus Alatrinensis[w], Placidus[x] episcopus Berolanensis[7]; hii omnes confirmaverunt[y].

Augmentum[z]. Si quis laicus iuramentum violando profanat quod debet regi vel domino suo, eiusque regnum dolose atque perverse tractaverit, in christum Domini manum mittit: prius saeculum relinquat, arma deponat, et in monasterium eat, et serviat ibi cunctis diebus vitae suae. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut clericus, consilium dederit, et hoc crimen perpetraverit, ab officio deponatur, et ad exitum vite sue eucharistiam corporis et sanguinis Domini percipiat. Amen.

a) Balneoregis 1b. Balneoregiensis 2. b) Tegruno 1b. Tegrinus 2. c) *deest* 1. d) *hic* 1*b. et* 2. *episcopos Ianuensem, Corb. Treb. Alat. et Berolanensem inserunt; v. infra.* e) Signiensis 1b. Senensis 2. f) Archiepiscopus 1. Arichis episcopus 2. g) Aliphonae 1b. h) Gunibertus 1b. Gumbertus 2. i) Paurinensis 1. Paulinonensis 1b. Taurinensis 2. k) O. e. B. *desunt* 1. l) Boliensis 1b. m) B. e. A. *desunt* 1. 2. n) Oddo 2. o) Novarensis 1. p) Einricus 2. q) Ypoligiensis 1b. Iporigiensis 2. r) Willelmus 2. Guillelmus 1b. s) Pampuliae 1b. ep. P. *desunt* 2. t) G. e. V. *desunt* 1. 2. episcopus *deest* 1b. u) Iohannes 1b. Ioannes 2. v) Iohannes 1b. Ioannes 2. w) Alathenensis 1. x) Placitus 1b. y) c. summa episcoporum qui interfuerunt sanctissimae synodo, fuit CXXIII. 1b. c. De quibus fuerunt episcopi LXXVI. cardinales IV. diaconi III. subdiaconus Hildebrandus monachus et ceteri subdiaconi Romanae ecclesiae, et multi alii catholici confirmaverunt 2. CXIII. *episcopos synodo adfuisse, Nicolaus in litteris ad episcopos Galliae (ap. Mansium T. XIX. p. 873.) et Bonizo pag.* 806 *scribunt; sed eos omnes huic decreto subscripsisse haud crediderim; certe nonnisi 78 episcoporum subscriptiones extant.* z) AUG. *codex* 1. *qui unus haec et sequentia exhibet.*

6) in Apulia. 7) i. e. Verulanus, haud procul a Sora et Arpino.

CONCILIA DE INVESTITURIS PRAELATORUM.

Quamvis ob operis proposito alienum sit conciliis generalibus immorari, haud alienum tamen videbitur, si hoc potissimum loco nonnulla ad concilia saeculi XII. ineuntis de investituris facientia atque in codicibus ipsius temporis Vindobonae, Romae, et Monaci a nobis reperta addamus: canones Warstallenses et Trecenses ex codice regio Monacensi fol. 7, concilium Lateranense, in quo Paschalis privilegium de investituris (v. supra P. I. p. 72. 73*) cassatum est, ex codice Vaticano Nro.* 1984 *fol.* 193'. 194, *unde iam textus editis melior et magis authenticus procedit, et Calixti concilium Lateranense post concordatum Wormatiense (v. P. I. p.* 75*) habitum ex codice Caesareo Vindobonensi Iuris canonici Nro.* 91; *quae nec post collectiones Conciliorum spernenda esse, quisque harum rerum peritus intelliget.*

PASCHALIS II. CONCILIUM WARSTALLENSE.

1106. Oct.22.

Capitula beati Paschalis papae apud Warstallum.

Per multos iam annos Teutonici regni latitudo ab aecclesiae unitate divisa est, in quo nimirum scismate tantum periculum factum est[a], ut, quod[b] cum dolore dicamus, vix pauci episcopi aut catholici clerici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage iacentibus, christianae[c] pacis necessitas exigit, ut super hoc materna[d]

a) t. p. f. est *in codice desiderantur.* b) *deest in codice.* c) christianae p. n. e. ut s. h. m. e. *desunt in codice.* d) matris?

ecclesiae viscera misericordiae[a] aperiantur, sanctorum patrum instructi scripturis, qui Novatianos[b] et Donatistas in suis ordinibus susceperunt[c], praefati regni episcopos in schismate ordinatos, nisi aut invasores aut simoniaci aut criminosi comprobentur, in officio episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos 5 vita scientiaque commendat.

1106. Oct. 22.

PASCHALIS II. CONCILIUM TRECENSE.

1107. Mai.

Decreta Paschalis papae apud Trecas.

1. Cap. Si quis aecclesiae aut aecclesiasticae dignitatis ab aliqua laica persona investituram susceperit, et ipse et qui manum ei imposuerit deponantur et communione 10 priventur.

2. De uxoratis et concubinatis presbyteris id statuimus, ut penitus ab altaris ministerio sequestrentur et aecclesiasticis rebus depriventur.

3. Nullus sibi nomen alienum usurpet, ut plerique solent eos nominare archipresbyteros, qui non sunt presbyteri, archidiaconos, qui non sunt diaconi, decanos qui non 15 sunt presbyteri, id omnino interdicimus.

4. Si quis munus exigerit pro oblationibus fidelium vel pro praebendis canonicorum vel monachorum vel alicuius ecclesiastici ordinis, ab ecclesia eiciatur et communione privetur.

PASCHALIS II. CONCILIUM LATERANENSE.

1112. Mart. 18.

20 Actio concilii contra heresim de investituris.

Anno ab incarnatione Domini 1112. indic. 5. anno 13. pontificatus dicti pontifici, mense Martio, 15. Kalendas Apriles, celebratum est concilium Romae, Lateranis, in basilica Constantiniana, in quo cum dominus Paschalis[d] papa resedisset cum archiepiscopis et episcopis, et cardinalibus et abbatibus, et varia multitudine clericorum et laicorum, 25 ultima die concilii, facta coram omnibus professione catholice fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret dixit: *Amplector omnem divinam scripturam, scilicet veteris et novi testamenti, legem a Moyse scriptam, et a sanctis prophetis. Amplector quatuor euangelia, septem canonicas epistolas, epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos canones sanctorum apostolorum, quatuor universalia concilia, sicut quatuor euangelia, Ni-* 30 *cenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Calcedonensem, et Antiochenum concilium, et decreta sanctorum patrum, Romanorum pontificum, et precipue domini mei pape Gregorii VII, et beate memorie pape Urbani*[e] *secundi. Que ipsi laudaverunt, laudo; que tenuerunt, teneo; que confirmaverunt, confirmo; que dampnaverunt, dampno; que reppulerunt, repello; que interdixerunt, interdico; que proibuerunt, proibeo; in omnibus et* 35 *per omnia; et in his semper perseverabo.* Quibus expletis, surrexit pro omnibus Girardus Ingolismensis episcopus, legatus in Aquitania, et communi assensu domini Paschalis pape totiusque concilii coram omnibus legit hanc scripturam: *Privilegium illud quod non est privilegium, set vere debet dici pravilegium, pro liberatione captivorum et ecclesie a domino papa per violentiam Heinrici regis*[f] *extortum, nos omnes in hoc sancto* 40 *concilio cum domino Paschali papa congregati, canonicam censuram, et ecclesiastica auctoritate iudicio sancti Spiritus dampnamus, et irritum ęssę iudicamus, atque omnino cassamus, et ne quid auctoritatis et efficacitatis abeat, penitus excommunicamus. Et hoc ideo dampnatum est, quia in eo pravilegio continetur, quod electus canonice a clero et populo a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur, quod est contra Spiritum* 45 *sanctum et canonicam institutionem.* Perlecta vero hac carta, acclamatum est ab universo concilio: *Amen! Amen! fyad! fiad!*

Archiepiscopi qui cum suis suffraganeis interfuerunt, hi sunt: Iohannes patriarcha Veneticus, Landulfus Beneventanus, Sennes[g] Capuanus, Amalfitanus, Regitanus, Ydruntinus, Brundisinus, Compsanus, Giruntinus, Rossanus, archiepiscopus sancte Severinae; 50 episcopi Romany: Cencius Savinensis, Petrus Portuensis, Leo Ostiensis, Cono Penestri-

a) *deest in editis.* b) novitianos *c.* c) *reliqua desunt in codice.* d) P. *c.* e) V. *c.* f) H. R. *c.* g) Senne' *c.*

1112. Mart. 18. nensis; Gerardus Ingolismensis, Galo Leonensis, archiepiscopus Biennensis, Rogerius Vulternensis, Walfredus Sennensis, Rodlandus[a] Populiensis, Gregorius Terracinensis; Wilihelmus Siracusanus, legatus pro omnibus Siculis; Wilihelmus Troianus; et alii fere centum episcopi, Brunus Signensis, Iohannes Tusculanensis.

Episcopi, cum essent Romae, illa die non interfuerunt concilio, qui postea lecta dampnatione nefandi pravilegii consenserunt, et laudaverunt: cardinales presbyteri urbis Romae: Boniphatius tituli sancti Marci, Robbertus tituli sancti Eusebii, Romanus tituli sancte Priscae, Gregorius tituli Apostolorum, Benedictus tituli Eudoxie, Anastasius tituli sancti Clementi, Riso tituli sancti Damassi, Romanus tituli sancte Praxedis, Iohannes tituli sancte Ceciliae, Diviczo tituli Equitii, Theobaldus tituli Pamachii, Agustinus tituli sancti Grisogoni, Rainerius tituli sanctorum Marcelliny et Petri, Vitalis tituli sancte Balbine, Petrus sancti Sixti, et Albericus sancte Savine cardinales. Cum Rome essent, illo die non interfuerunt concilio, qui postea, lecta damnatione nefandi pravilegii, consenserunt et laudaverunt, diacones: Iohannes abbas Sublacensis, Iohannes Gaietanus, abbas sancti Andreae, Leo, Gregorius, Aldo, Thobaldus, Ugo, Ruscimannus. Hii omnes in dampnatione predicti pravilegii consenserunt, cum abbatibus et innumerabili multitudine, tam clericorum quam laycorum.

CALIXTI II. CONCILIUM LATERANENSE.

1123. Mart. 27.

Capitulum 1. Sanctorum patrum exempla sequentes, et officii nostri debitum innovantes, ordinari quemquam per pecuniam in aecclesia Dei vel promoveri secundum apostolicam auctoritatem modis omnibus prohibemus. Si quis vero in aecclesia ordinationem vel promotionem acquisierit, acquisita[b] prorsus careat dignitate.

2. A suis aepiscopis excommunicatos ab aliis aepiscopis abbatibus et clericis in communionem recipi, proculdubio prohibemus.

3. Nullus in aepiscopum nisi canonice electum consecret; quod si praesumptum fuerit, consecratus et consecrator absque recuperationis spe dampnatur.

4. Nullus omnino archidiaconus, aut archipresbyter, sive praepositus, vel decanus, animarum curam vel praebendas aecclesiae sine iuditio vel consensu alicui tribuat, immo sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura et rerum aecclesiasticarum dispensatio, in aepiscopi iuditio et potestate permaneat. Si quis contra hoc facere aut potestatem quae ad aepiscopum pertinet sibi vendicare praesumpserit, ab aecclesiae liminibus arceatur.

5. Ordinationes quae a Bordino[c] heresiarcha postquam a Romana aecclesia est dampnatus, quaeque et a pseudoaepiscopis per eum postea ordinatis factae sunt, nos esse irritas iudicamus.

6. Nullus etiam in praepositum, nullus in archidiaconum ordinetur, nullus in decanum, nisi presbyter vel diaconus ordinetur.

7. Presbyteris diaconibus et subdiaconibus concubinarum et uxorum contubernia penitus interdicimus, et aliarum mulierum cohabitationem, praeter quas synodus Nycena propter solas necessitudinum causas habitare permisit; videlicet matrem, sororem, amitam, materteram, aut alia huiusmodi de quibus nulla iuste valeat oriri suspitio.

8. Preterea iuxta beatissimi pape Stephani sanctionem statuimus, ut laici quamvis religiosi sint, nullam tamen de aecclesiasticis rebus aliquid disponendi habeant facultatem. Sed secundum apostolorum canones omnium negotiorum aecclesiasticorum curam aepiscopus habeat, et ea velut Deo contemplante dispenset.

9. Si quis ergo principum vel aliorum laicorum dispositionem seu dominationem vel possessionem aecclesiasticarum[d] rerum sibi vendicaverit, ut sacrilegus iudicetur.

10. Coniunctiones consanguineorum fieri prohibemus, quoniam eas et divinae et seculi prohibent leges. Leges enim divinae hoc agentes, et eos qui ex eis prodeunt, non solum eiciunt sed maledictos appellant; leges vero seculi infames tales vocant, ab hereditate repellunt. Nos itaque patres nostros sequentes, infamia eos notamus, et infames eos esse censemus.

11. Ad haec sanctae Romanae aecclesiae possessiones quietas per Dei gratiam ser-

a) Rodaldus *codex*. b) *deest in codice*. c) ab ordino *codex*. d) aecclesiasticorum *codex*.

vare cupientes, praecipimus, et sub districtione anathematis interdicimus, ne aliqua militaris persona Beneventum[a], beati Petri civitatem, praesumat invadere aut violenter tenere. Si quis aliter praesumpserit, anathematis vinculo teneatur.

1123. Mart. 27.

12. Eis autem qui Hierosolimam proficiscuntur et ad christianam gentem defen- 5 dendam et tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium suum praebuerint, suorum remissionem peccatorum concedimus, et domos, familias atque omnia bona eorum in beati Petri et Romanae aecclesiae protectione, sicut a domino nostro Urbano papa statutum fuit, suscepimus[b]. Quicumque ea distrahere vel auferre quamdiu in via illa morantur praesumpserit, excommunicationis ultione plectantur[b].

10 13. Eos autem qui vel pro Hierosolimitano vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur, et postea dimisisse, cruces iterate assumere et viam ab instanti pascha usque ad proximum pascha sequens apostolica auctoritate praecipimus. Alioquin ex tunc eos ab aecclesiae introitu sequestramus, et in omnibus terris eorum divina offitia praeter infantum baptisma et morientium penitentias interdicimus.

15 14. Illam vero pravam porticanorum consuetudinem quae hactenus ibi fuit, ex fratrum nostrorum et curiae tocius consilio necnon voluntate atque consensu praefecti removendam censemus, ut porticanorum habitatorum sine[c] heredibus morientium bona contra morientis deliberatione[b] minime pervadantur. Ita tamen, ut in posterum[d] porticani Romanae aecclesiae et nostrae nostrorumque successorum obedientiae fideliter per- 20 maneant.

15. Sanctorum patrum canonibus consona sentientes, oblationes de sacratissimo et reverentissimo altari beati Petri, et Salvatoris, et sanctae Mariae rotundae, aecclesiae sancti Nicolai Barensis, sancti Egidii, sive de aliis omnium aecclesiarum altaribus sive crucibus, a laicis auferri penitus interdicimus et sub districtione anathematis prohibe- 25 mus, et aecclesias incastellari, in servitutem redigi, apostolica auctoritate prohibemus.

16. Quicumque monetam falsam se sciente fecerit aut studiose expenderit, tamquam maledictus et pauperum virorum oppressor, nec non civitatis turbator, a fidelium consortio separetur.

17. Si quis Romipetas et peregrinos apostolorum limina et aliorum sanctorum 30 oratoria visitantes capere seu rebus quas ferunt spoliare, et mercatores novis teloniorum et pedaticorum exactionibus molestare praesumpserit, donec satisfecerit communione careat christiana.

18. Unctiones et visitationes infirmorum et publicas missas monachis omnino interdicimus.

35 Exempla Leonis ad Dioscorum ut in die resurrectionis levitica et sacerdotalis fiat ordinatio, cap. 19.

Quod mane dominico continuato ieiunio sabbati possit fieri ordinatio, c. 20.

a) Beneventa *codex.* b) *ita codex.* c) siue *codex.* d) *deest in codice.*

FRAGMENTA LEGUM EX LIBRIS FEUDORUM.

40 *Habentur ibi titulis libri I.* 19—23. *inserta, nec, utrum uni vel compluribus legislatoribus debeantur, clare patet. Introitum, quo Eugenius papa Lothario imperatori coniungitur, nonnisi de Hlothario I. et Eugenio II. intelligendum esse, aut plane falsa proponere, patet. Ceterum consule sis Eichhornii librum Staats- und Rechtsgeschichte* 45 *edit. IV. T. II. p.* 272 *et libros Dieckii Litterargeschichte des Longobardischen Lehnrechts pag.* 77, *et Laspeyres de libris Feudorum pag.* 177 *sqq.*

In textu emendando usi sumus codicibus 1) *Tubingensi sec. XII. opere V. Cl. Michaelis professoris publici Tubingensis exscripto*

1133. Mai. *2) Halensi sec. XIV. 4) Monacensi olim Augustano sec. XIII. 5) Gottingensi olim Schwarziano sec. XIV. 6) Francofurtensi sec. XIV. 7) Parisiensi Nro.* **4440** *sec. XIV. 8) Monacensi olim Kaisersheimensi sec. XIV. 9) Monacensi, olim Augustano altero, seculi XIV.* 5

Constitutiones[a] feudales domni Lotharii imperatoris, quas ante ianuam beati Petri Rome[b] condidit observandas.

Si quis ex militum ordine decesserit[c], qui de feudo investitus fuerit, ut constitutum habemus, observetur de beneficio, et successione, et de culpis. Si unus inculpatus[d] de[e] his nominatis culpis fuerit, ut habemus insertum, observetur[f] per constitutionem domni 10 Lotharii[g] imperatoris, quam[h] constituit tempore Eugenii papae, ante ianuam beati Petri apostoli in civitate Romana per laudamentum sapientum Papiae, Cremone[i], atque Mediolani, seu Mantuae, et[k] Veronae, quae iam Bernus[l] vocatur, et Parmae, seu Lucae, et Pisae[m], et Siponti[n], marchionum atque ducum, capitaneorum atque maiorum[o] valvasorum[p]. 15

1 1. Si[1] quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, et nepotem reliquerit, de[q] beneficio avi in patris vicem succedat[r]. Et si hic deest[s], et fratrem reliquerit[s*], in beneficium[t] patris ipse succedat. Et filius fratris si mortuus fuerit[u], frater patris[v] in beneficium avi[w] succedat[x].

2. Si quis adquisierit beneficium, et sine filio masculo decesserit, et fratrem reliquerit, non succedat frater fratri, set dominus habeat, nisi per investituram a domino 20 ordinatum fuerit, ut frater succedat[y] fratri, si mortuus fuerit sine herede masculo; vel[z] succedat frater fratri morienti sine filio, si[*] beneficium de communibus rebus[a] nomine utriusque fuerit emptum, domino sciente, si insimul steterint, vel in hoste regis adquisierint[b]. 25

2 3. Sancimus[2], ut nemo miles sine cognita culpa beneficium[c] amittat, si ex his culpis vel causis convictus[d] non fuerit, quasi[e] milites usi sunt[f], vel per laudamentum parium[g] suorum[h] deservire noluerint[i].

Si quis miles beneficium suum vendiderit totum sine iussione[k] domini[l], proprium ut amittat dominus, vel si concubuerit cum uxore domini sui, ipso vivente, vel si in 30 3 bello[m] dimiserit, et cum eo[n] non laboraverit, si potuerit, seu[o,3] ultra annum et mensem[p] vadat, ut investituram beneficii sui a filio vel a successore domini[q] non[r] petat, vel post mortem domini sui, vel patris sui, seu alterius cui succedere debet, nisi iusta causa intervenerit quare[s] non petierit[t], veluti[u] capitales[v] inimicitiae, vel infamia[w], vel[x]

a) *tota rubrica deest in* 1; 4 *manu multo posteriori.* Constitutiones feudales lotharii imperatoris *habet.* Consuetudines 5. b) in ciuitate romane 5. 7. 8. in ciuitate. (*reliqua desunt*) 9. c) *deest* qd' d' 1. decesserit aut interemptus fuerit 5. d) in culpa 1. si una de hiis n. culpis i. fuerit 2. e) i. fuerit una de 4. 5. 7—9. f) *deest* 2. g) lotardi 2. lotarii 1. h) quae 1. i) *ita* 1. *deest in reliquis.* k) atque 2. l) inbernus (iam bernus) 1. 5. vernus 2. ibernus 4. beruns 8. m) *deest* 6. n) ponti 2. o) *deest* 2. p) *sequitur inscriptio:* Imp. Lotharius Eugenio papae, et universo populo 2. 5. 6. 9. imp. l. augustus pape et u. p. 8. q) in 2. r) succedit 1. succedunt 2. s) quod est 1. deest *corr.* decesserit 5. heredem 4. 9. s*) relinquit 2. 8. t) beneficio 2. 7—9. u) fuit 1. v) fratris 6. w) etavi 2. sui *edd.* x) succedit 1. s. defuncti 2. defuncti s. *rel.* y) s. f. si m. f. s. h. m. vel *desunt* 7. 8. 9. z) ut s. f. f. m. s. f. *in marg. adiecta* 5. *) uel nisi 5—9. a) bonis 2. 5—9. rebus uel bonis 4. b) adquisierint. ut lombarda de successionibus Si frater in casa communi 1. c) b. suum 2. 4—9. d) conuentus 2. e) quam 2. quas 4—9. qualiter? f) sunt nominare quando faciunt fidelitatem 2. sunt n. q. f. f. dominis suis 4—9. g) patrum 2. patrium? 9. h) suarum 1. s. vel si dominis suis deservire noluerint 2. 4—9. i) uoluerit 2. *Codd.* 2. 4. 8. *haec addunt:* tunc conditio (condictio) ob causam datam proponitur ad repetendum (requirendum 4.) feudum, ex quo non servit domino. Nam si steterit per 20 annos (30 annos 8.) et ultra quod non serviat domino, nisi necesse fuerit domino, feudum non amittat. k) iussu 2. l) ut proprium amittat decernimus dominus non habeat 2. ut proprium beneficium amittat, dominus vero habeat 4. proprium beneficium ut amittat decernimus. dominus uero habeat 5. ad proprium, beneficium ut amittat decernimus, dominus vero habeat 6. proprium beneficium ut amittat decernimus vero dominus habeat 7. p. b. ut a. d. d. v. h. 8. proprium in benefitium ut mittat d. d. v. h. 9. m) in pugna dominum suum dimiserit 2. 5. 6. 7. 8. 9. (pugnam) 4. n) et ai co 1. o) potuerit. §. Sanccimus ut nemo miles ultra annum 5. 6. 7. 8. 9. p) m. non v. 2. q) d. sui 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. r) *deest* 2. 4. s) q. dimiserit vel non petierit 4. t) potuerit 6. u) v. mortis vel c. 7. 8. 9. v) capitalis 7. 8. 9. w) infamia 1. 2. infantia 4—6. infantia uel infamia 7—9. x) v. etiam i. 4—9.

1) cf. Conradi II. constitutionem supra P. I. pag. 38**. 2) cf. Heinrici III. constitutionem supra P. I. p. 43. 3) cf. Lotharii III. constitutionem supra P. I. pag. 84.

iusta [a] absentia [b], et si ut supra dictum [c] est, non petierit, dampnetur. Vel [d] si fecerit [e], investituram vel cambium dominus de beneficio sui militis sine eius consensu cuius est [f] pro infecto [g] habeatur. 1133. Mai.

4. Sancimus, ut nemo miles eiciatur [h] de possessione [i] sui beneficii, nisi convicta [k] 5 culpa, quae sit laudata [l] per iudicium parium suorum sicut supra diximus. Si autem dixerit miles, quod sui pares iniuste [m] iudicassent, miles in possessione maneat per septem [n] ebdomadas, et ad nostram veniat praesentiam, cum illis, qui laudamentum atque iuditium fecerint [o], et ante eos [p] diffiniemus.

5. Si quis miles in possessione sui beneficii fuerit, et dominus investituram nega- 10 verit, miles affirmet [q] per iusiurandum, si potuerit, quod suum sit beneficium per investituram domini sui; et si dominus possederit, et miles sic dixerit, quod investitus fuerit a domino suo [r], et dominus negaverit, adhibeantur pares illius [s], et per illos [t] inveniatur veritas [u]. Et si pares non fuerint, veritas [v] inveniatur [w] per dominum; quia non est bonum, ut veritas negetur [x].

15 a) iusta dimidium totum medium partem et finem absentia 9. b) adsentia 2. c) ut testm 1. d) §. Si quis dominus f. 2. 4—9. e) fecit 2. f) est beneficium 2. 4—9. g) infectu 1. non facto 5—9. h) abitiatur 7. 9. adimatur 5. i) parte 2. k) cognita 2. l) laudanda 2. 5—9. m) iuste 1. iniuste pro odio 2. pro odio iniuste 4. inique 5—9. n) sex 2. 4—9. o) fecerunt 4. 9. p) nos 2. 4—9. q) a. et p. 1. r) *deest* 7. 9. s) i. domini 4. t) ipsos 5—9. u) u. et si pares ipsos inueniatur ueritas et si p. n. f. 9. v) v. p. d. non 20 inveniatur 2. w) i. rei 1. x) denegetur 5—9.

HEINRICI VI. IMP. TESTAMENTUM.

1197.

Inventum fuisse dicitur in quodam scrinio a Marcualdo in fuga sua relicto, aurea bulla signatum, et inter cetera haec de verbo ad verbum continens, ut in Gestis Innocentii III. editionis Brequignianae 25 *pag.* 27. *cap.* 27, *quam cum editione Carusii pag.* 646. *contulimus, leguntur:*

Imperatrix consors nostra, et filius noster Fredericus, domino papae et ecclesiae Romanae exhibeant omnia iura, quae a regibus Siciliae consueverunt habere, et domino papae securitatem faciant, sicuti reges Siciliae summo pontifici et Romanae ecclesiae fa- 30 cere consueverunt [a]. Si vero praedicta consors nostra praemoreretur, filius noster secundum ordinationem suam remaneat, et si filius noster sine herede decesserit, regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam deveniat. Si vero filius noster praemoreretur, dilecta consors nostra regnum in vita sua teneat, et post mortem suam regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam deveniat. De imperio ordinamus, quod dominus papa et ecclesia Romana 35 illud filio nostro confirment; et pro hac confirmatione imperii et regni volumus, quod tota terra nostra comitissae Mathildis restituatur domino papae et Romanae ecclesiae, praeter Medisinam [b] et Argelatam cum earum pertinentiis.

Et insuper ordinamus et volumus, ut tota terra de Ponte Payle cum Monte Fortino libere dimittatur domino papae, usque ad Ceperanum, et quod ecclesia Romana habeat 40 Montem Flasconem cum omnibus pertinentiis suis. Insuper praecipimus Marcualdo senescalco nostro, ut ducatum Ravennae, terram Brittonorii, et marchiam Anconitanensem [d] recipiat a domino papa et Romana ecclesia [e], et recognoscat etiam ei Medisinam et Argelatam cum suis [f] pertinentiis. De quibus omnibus bonis suis [g] securitatem ei iuret, et fidelitatem ei faciat, sicut domino suo. In morte vero sua si sine herede decesserit, du- 45 catus Ravennae, terra Brittonorii, et marchia Anconae, Medisina et Argelata cum suis [h] pertinentiis, in dominio Romanae ecclesiae remaneant.

a) curaverunt *CARUSO.* b) Medecissimam *C. ita et infra.* c) *deest BREQUIGNY.* d) Anconae *C.* e) et R. e. *desunt C.* f) earum *C.* g) *deest BR.* h) earum *C.*

INDEX RERUM

auctore V. Cl. GEORGIO WAITZ, Flensburgensi, Ph. D.

A.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

U.

Ursus presbiter B. 14.

EMENDANDA IN INDICE: Bavarus marschalcus *Bohemiae*. — Clevensis comes *Deodricus*. — Fridericus filius Conradi III. *regis*. — Fridericus de Rabens*walt*. —

GLOSSARIUM

AUCTORE V. CL. GEORGIO WAITZ, PH. D.

abiaticus, nepos 39.
adextrare v. dextrare.
adsalire B. 155.
advocator, advocatus 33.
aedictus, edictum 10. 14.
aisch 430.
almutius 123.
ambaxata 499. 509. *ambaxatores*, *ambasiatores* 295. 296. 306. 321. 355. 495. 499. *etc.*
ana, *à* 309.
angaria v. Ind. Rerum; *angariare* 165.
anlaite, *anlaiter*, *anlaitung* 483.
anspruch 486.
antiani 527. 528. *etc.*
anweigen 429.
asteros hant 102.
avantagium 518.
avoare, *avoatio* 502.
balia 523.
bandi 68. 121. 125.
bannitor 520. 521.
bannitum miliare 282. 291.
barca 263.
benemen i. e. irren, impedire 432. l. 41.
bereden 427. 429. 432. 433. 437. 448. 449.
bernen, brennen 432. l. 9. 437.
betagen 486.
bierfrois, campanile 251.
birsare 108.
blava, blé 197.
bota, emenda 249. *bute*, *buze* 433 *sqq.*
braczeagium, brassage 517.
brunia B. 3. 43. 59. 60. 72. 84. 86. 87.
bullare 251. 298. 395.
burgum, *burgus* 95. 235. 538. 539. *burgenses* 142. 206. 207. 210. 211. 221. 257. 372. 443; — *burgestete*, *burgveste* 452. *burgman* 450. 478. *burgesatici* 355. *borchvrede*, 465. *purgerrecht* 482.
buringi B. 4.
cabalcata 350. 352. 518. *cavalcare* urbem 525.
calandrae 255.
cambellanus, *cambellarius*, camerarius 514.
camerlengus, camerarius 173.
caminata 260.
campanile quod *Bierfrois* dicitur 257.
campio 34—38. B. 62.
campsio 252.
capitanei, *capitania* v. Ind. Rerum.
casalia 263. 264.
castitia ecclesiarum B. 61. c. 2. l. 43.
centa etc. v. Ind. Rerum.
cernutae 518.
chone, *uxor*. 430.
chachage, pecuniae quantitas 454.
cisalia, cisaille 517.
clenodia 222.
coenobia, velut praesenti tempore nuncupantur monasteria B. 16.
colta v. Ind. Rerum.
comeiatus, licentia B. 47. 49.
comicia, comitatus 423.
comitatini 542. *comitativi* 549.
comitiva 292. 321. 325. 419. 468. 470. 499. 517. 522.
communia, *communancia* etc. v. Ind. Rerum.
compagnia 182.
confessata, confessa 484.
confiscare 523. 529.
consensare, consentire 15.
contrada 88. 307. etc.
contradicere, absagen 185.
cornipeta B. 75.
credentia v. Ind. Rerum.
cucurbitare 43. 200.
curaria rerum venalium 181.
curia i. e. curtis 95.
curialitas 363.
cursus monetae 441.
datium 518.
dedicere, absagen 221.
defectare 56.
derubare 521. 522.
dextrare 153. 154. 531. *adextrare* 532. *adextratio* 534.
dextrarius, equus 107.
dieta 262. 263.
diffidare 244. 288. 536. 539. *diffidatio* 548. *defidare* 267. 301. 314. 328. *diffiduciare* 185.
dinghov 476.
districtuales 523. 527. 528.
divalis pagina 277. 287.
doaire, donatio propter nuptias apud Romanos ita dicta 567.
dodarium 308. 311.
drúch, pedica 61.
duellum, *duellio* v. Ind. Rerum.
échone, uxor 430.
éhaft not 428. 432. 451. 449. 476. 574.
éhalte, servus 430.
eitgenossen 476.
élos und rehtelos, lege et iure privatus 432. 436. 437. 448. 449. 572. cf. *erlos*.
emologare, *emologatio* 409.
enclipsare, eclipsare 340.
envanken 433. l. 23.
erenlos et rehtlos (cf. *élos*) 314. 316. 317. 572.
ergén der wahrheit 472
euua, lex 85.
exbannimentum, bannitio 522.
exfortiare 14. 15.
eygen, proprium 318.
factiosum 317.
faicosus 55. 57.
faida B. 41. 43. 47. 56. 156. *faidiosus* B. 59. 68. 86.
fellonia 526. 527.
fictum, affictus, census 172. 177.
filiaster, *filiastra* B. 41. 47. 54. 145.
fodrum v Ind. Rerum.
forefactum 464.
formata B. 156.
fortelitiae 251. 444. 539.
fortia 161. 306. 523. 527 539.
franchisia 517. 518. 523. 526. 527. 539.
friden 476.
furgezoch 430.
furnire, *fornementum* 518.
gabellae 539.
gawertschin, usurarii publici 101.
geburde 488. 489.
geide, *geieide*, jagd 429.
gellonia 15. *ghildonia* B. 43. 56. *gildona* B. 155.
gemelde 450. l. 34.
gesamint urteil, sententiae contradictorio iudicio optentae 318.
griseorum et variorum ornatus 129.
halsperga B. 3.
hantfride 428. 429. 433n. 575.
harmiscara B. 46. 153.
harnascha 107. 108.
heribannus v. Ind. Rerum.
herrennot 476.
hofmarchia 248.
homagium, *hominium* v. Ind. Rerum.
hovestete 61.
huessgenocz, monetarii 443.
immuntare v. Ind. Rerum.
incastellari B. 183.
inferenda, tributum B. 154.
intertiare B. 84.
invadiare 95.
inziht 427.
kamprecht, quaestio duellionis, pugna, periculum 455. 456.
keymszuche, i. e. heimsuche, reysa 301.
laisten, obstagiare 427. l. 38.
laudum, *laudare* 296. 297. *laudamentum* B. 184. 185.
leivenserben, heredes 472.
leuca 411.
limunt, fama publica 267. *loimunt*, infamia 268.
litostratum B. 67.
logia 528.
loterpfaffen 430.
mallus v. Ind. Rerum.

manualis fides 301. *manualiter* 456.
marestalla 359. *marescalcus* v. Ind. Rerum.
markyio, marchio 159.
medo, meth 62.
in mercede alicuius se ponere 349.
messouarius 420.
ministerialiter 316.
monetagium 518.
mons Frisingensis, i. e. castellum? 283.
mordridare B. 5.
mort, occisio clandestina, homicidium 267. 317. infamia, quae *mort* dicitur 267.
mortua manus B. 51.
mundiburdium v. Ind. Rerum.
muntmanni 315. homines alterius tituli, qui dicitur *muntman* 411. *muntman* 428. 433. 437. 449. 576.
muta, mauth 411. 518.
nedfratres i. e. nedfyr (v. T. I. p. 20.) B. 46.
nonnae, *nonnanes* B. 46. 54. 127.
nothwere 314. 433.
obloqui, absagen 370.
obstagium, cf. *laisten* 412.
operagium 517.
ostandicia 38**.
ouzzen 428. 429.
palefridus 107.
panatterius, panetarius 524.
papari 52.
partialitates 524.
passagium, *patentes litterae*, *pedagium*, *phalburger*, *plateaticum* v. Ind. Rer.
pesum 517.
pfundich, libralis, moneta 569.
pluriores B. 153. col. 1. lin. 34.
podere 239. 306.
ponere se super verbo aliquo 159.
pontagium v. Ind. Rerum.
potestas, podesta, *potestaria* v. Ind.Rer.
praeambulus 342. 355.
presbyterium, donativum 193. 533.
proprindere B. 59. 85.
quitare, *quitatio* 502.
rectoria 523. 526.
reisa 184. 301. *raise* 429.
reraup; praeda quae v. et praeda quae *sexanraup* dicitur 267.
responsalis 90. 162.
restaurum (beneplacitum) 222.
rewadiare B. 46. 85. 153. 157.
rittermann 452.
robaria, raub 518.
sala domus 294. 297. 298. *sala* episcopalis 368.
sarganti 198.
scachus, *schachus* 33. 35. 518. praeda quae *sach* dicitur 268. *schahroup* 430.
schedelige leute 427—429. 452. 582.
scheub 428.
sculdasius, *scultetus*, *senescalcus* v. Indicem Rerum.
sentber man, *vriman* 432. 433 435—438. 449. 451. 572 sqq. inde vocabula *semperman* (432n), *scheinperman* (572). corrupta sunt (*semperlut* 497).
sententiare 249. 254. etc. *sententionare* 445.
ser, senior, dominus, sire 528.
setzischilt, scutum 339.
soldarii, *solidarii* 376. 380. *suldenere* stipendiarii 377.
sommerius 261. *salmarius* 454. saumarius B. 3. 4.
spassare B. 5. 6.
stapha 192.
stobe 441
strozraup 430.
tagliare, *taliare* 517.
tallia v. Ind. Rerum.
tenementum 263. 261. 308. 311.
tenutae 503.
tot gevehte 476.
transmarinare i. e. in Terram Sanctam proficisci 222.
treuga, *treugia*, *tregua*, *treva*, *trevia*, *treuva* 38. 92. 93. 108. 117. 146. 147. 149. 153. 155—157. 160. 161. etc. *treugani* 156.
uberman, *obman*, mediator 447.
ubirsagen: lute die *ubirseit* sint 452.
undervaren 429.
ungelt, exactio 315. 382. 434. 438. 477.
ungenote, *ungenoze* 432. 437. 449.
unverlewmente man 432n sqq.
unversprochen man 427. leut 497.
urlogen 434. 438. 450. *urlowge*, *urleyge* 478. 479. 486. *urlichligen* 436. *urlukliche* 448.
valvassores v. Ind. Rerum.
vassellum 261—263.
vassus, *vassallus* v. Ind. Rerum.
vegloni, *veglonae* 504.
verderpnusse 315.
vergiselt 219.
verzalt man 466.
wadium B. 56. 155. *wadii* B. 44. 61.
wadiare 102. B. 72. 85.
warandia v. Ind. Rerum.
warentem dare, ad *warentem* conducere etc. 33.
webaeren, bewern 428.
wehsel, cambium 281.
werdarius 420.
werigelda, *widrigeld* v. Ind. Rerum.
werra, *guerra* 74. 76. 88. 103. 142. 158. 166. etc. *guerra viva* 166. 167. 238. *g. recreduta* 167. *g. manifesta* 268. *guerrifer* 354.
weziger, *beziger* man 427.
wicborc, municio 164.
widerbieten, *widerbot* 429. 430.
widersage 354. *widersagen* 433. 437. 449.
wolge, ius feodale 368.
wrevel 280. violentia, quae *wrevele* dicitur *ibid.* quod vulgariter *wreveliche* vocatur *ibid.*

CORRIGENDA.

Pag. 19. l. 14. *l.* Caesareae — l. 16. *l.* decimi — p. 24. l. 30. *l.* Idus Iun. — p. 32. l. 37. *l.* Ravennatem — p. 37. l. 5. *l.* quae — p. 68. l. 10. *l.* cancellarius — p. 78. l. 49. *l.* Parisiensis — p. 83. l. 15. *l.* obsequiis — p. 91. l. 27. *l.* Counradus — p. 93. l. 32. *l.* Blandratensi — p. 131. l. 36. *l.* venias — p. 144. l. 17. *l.* nobis extat (*ex Mon. Boic.*) — p. 189—191. *in marg. loco* 163. 164. 165. *scribendum est* 97. — p. 190. l. 52. *l.* Sequitur sacri unctio olei in pectore reginae: *Spiritus* — p. 216. l. 48. *l.* canonice — p. 225. l. 2. *l.* Iul. 12. — p. 231. l. 33. *l* praelatorum — p. 239. l. 6. *l.* Mod. l. 21. *l.* Casalod. — p. 241. l. 29. *l.* prima — p. 245. l. 33. *l.* EPISTOLAE — p. 268. l. 2. *l.* aufugerit — p. 285. l. 13. *l.* 255 — p. 290. l. 15. *l.* G[a] — p. 292. l. 33. 34. *l.* firmitatem — p. 328. l. 41. *l.* diffidamus — p. 344. l. 26. *in marg. l.* Sept. 23. — p. 365. l. 31. *l.* adeptus. — p. 380. 381. *in marg. l.* Oct. 2. — p. 384. l. 30. *l.* Aquensi[c] s. i. p. pontificalibus[d] — p. 402. *in marg. l.* Mart. 13. — p. 430. l. 55. *voces* (*cultri abşconditi*) *deleantur.* — p. 443. l. 33. et 444 *in marg. l.* Dec. 27. — p. 455. l. 13. *l. Conradus* (*loco* comes) *cf. p.* 454. 456. — p. 461. l. 36. Hi *delendum est.* — p. 462. l. 14. *l.* p. 243. (*loco* 411.) — p. 478. 479. *in marg. l.* Mart 21. — p. 491. l. 32. *l.* electione — p. 522. l. 18. *l.* senatoris l. 21. *comma post* solemnis *removendum est post* viros — p. 523. l. 22. specialis — p. 528. l. 29. notariis

P. II. Pag. 14. l. 23. *l.* Albanense — p. 29. col. 2. lin. 53. *l.* 14, 16. — p. 35. l. 50. Synodorum — p. 57. l. 33. v. s. pag. 33 hac — p. 79. nota 6. *l. Concil.* Chalced. — p. 91. l. 61. *l.* prolixitatem

ADDENDA.

Pag. 12. l. 9. *codicis lectio* LXV *in* XLV. *emendanda est.* — p. 35. *Ottonis pax prodiit apud Muratorium de Comiaclo* — p. 61. l. 24. p. 65. l. 4. *vocem* imperator *a scribis perperam insertam esse, patet* — p. 131. *Friderici litterae et in Dacherii Spicil. II.* 480 *ex codice S. Gisleni extant* — p. 150. l. 17. *loco* G. *legendum esse videtur* C (Calixti) — p. 159. l. 21. *Friderici litterae in Mon. Boicis T. XXIX. extant.* — p. 153. l. 3. Marchianos *legendum esse videtur.* — p. 191. l. 16. *loco* teneat *in coronatione Heinrici VII. Mediolanensi habetur* te timeat — p. 233. l. 36. *etiam Maderus in Antiq. Brunsv. p.* 259 *sententiam sub Friderici nomine refert.* — p. 365. l. 38. *Borgia in* „Difesa“ *Docum. p.* 5. *diploma hoc ex transsumpto anni* 1339. *corrupto exhibens*, Crasco de Bochberg *et* Wiricus de Dunen *edidit* — p. 382. l. 38. sqq. *Foedus civitatum Gudenus ex autographo edidit; Boehmerus noster in Cod. dipl. Moeno-Francof. T. I. p.* 161 *ex chartulario civitatis Moguntinae saec. XIV., his praecipue lectionibus a Gudeno recedens*: *l.* 42. convencione *p.* 383. *l.* 3. regem, *nos eidem l.* 5. e. *unius* regis *l.* 9. pro statu *pacis*; *ibidem quoque p.* 162. *alterum earundem civitatum foedus eadem die in biennium ictum habes.* — p. 384. *Coronatio Aquisgranensis habetur etiam in codice Palatino Vindobonensi hist. prof. N.* 619. *ubi lin.* 33. procedentibus *legitur cf. Lambecii Comm. II.* 949. — p. 389. l. 48. gloriam et honorem et opus fortitudinis *et eadem linea* participem *Coronatio Heinric. VII. Mediolanensis.* — p. 437. l. 29. si *orig. habet, loco* hi — p. 438. l. 51. *post* um *in orig.* in *excidisse videtur* cf. a. 1287. — p. 446. l. 1. *Cum sententia ista cf. eadem de re decretum regis eodem die*: Nobili viro W. de Vrenze fideli suo dilecto *apud Harzheim hist. rei nummariae Coloniensis p.* 136 — p. 456. l. 24. *videtur esse legendum* Oetingen — p. 510. l. 27. *legendum videtur* Senis cf. p. 528, 543 — p. 528. l. 27. de Pisis notarii *fortasse legendum cf. p.* 543. — p. 538. l. 8. profitentibus christianam liber aditus patere debebat, bellicosis apparatibus munire *ut infra p.* 546. *legendum videtur.*

P. II. Pag. 14. col. 2. *de nominibus urbium episcopalium cf. Indicem rerum.*

HANNOVERAE D. III. AUG. ANNI MDCCCXXXVII.
TYPIS BERNHARDI ET FRIDERICI CULEMANNORUM.